BIBLIA
SACRA
LATINA

Incipit epistola sancti ieronimi ad paulinum presbiterum de omnibus divine historie libris. Capitulum primum.

Frater ambrosius tua michi munuscula perferens detulit simul et suavissimas litteras: que a principio amiciciarum fidem probate iam fidei et veteris amicicie preferebant. Vera enim illa necessitudo est et christi glutino copulata: quam non utilitas rei familiaris. non presentia tantum corporum. non subdola et palpans adulatio: sed dei timor. et divinarum scripturarum studia conciliant. Legimus in veteribus historiis. quosdam lustrasse provincias. novos adiisse populos. maria transisse: ut eos quos ex libris noverant: coram quoque viderent. Sic pitagoras memphiticos vates. sic plato egiptum. et architam tarentinum. eamque oram ytalie. que quondam magna grecia dicebatur: laboriosissime peragravit: et ut qui athenis magister erat. et potens. cuiusque doctrinas achademie gignasia personabant. fieret peregrinus atque discipulus: malens aliena verecunde discere: quam sua impudenter ingerere. Denique cum litteras quasi toto orbe fugientes persequitur. captus a piratis et venundatus. tyranno crudelissimo paruit. ductus captivus vinctus et servus: tamen quia philosophus: maior emente se fuit. Ad tytumlivium. lacteo eloquentie fonte manantem. de ultimis hispanie galliarumque finibus quosdam venisse nobiles legimus: et quos ad contemplationem sui roma non traxerat: unius hominis fama perduxit. Habuit illa etas inauditum omnibus seculis. celebrandumque miraculum: ut urbem tantam ingressi: aliud extra urbem quererent. Appollonius sive ille magus ut vulgus loquitur. sive philosophus ut pitagorici tradunt. intravit persas. pertransivit caucasum. albanos. scithas. massagetas. opulentissima indie regna penetravit: et ad extremum latissimo phison amne transmisso pervenit ad bragmanas: ut hyarcam in throno sedentem aureo. et de tantali fonte potantem. inter paucos discipulos. de natura. de moribus. ac de cursu dierum et siderum audiret docentem. Inde per elamitas. babilonios. chaldeos. medos. assirios. parthos. syros. phenices. arabes. palestinos. reversus ad alexandriam. perrexit ad ethiopiam: ut gignosophistas et famosissimam solis mensam videret in sabulo. Invenit ille vir ubique quod disceret: et semper proficiens. semper se melior fieret. Scripsit super hoc plenissime octo voluminibus. phylostratus. Capitulum ii.

Quid loquar de seculi hominibus: cum apostolus paulus. vas electionis. et magister gentium. qui de consciencia tanti in se hospitis loquebatur dicens. An experimentum queritis eius qui in me loquitur christus. post damascum arabiamque lustratam: ascendit ierosolimam ut videret petrum et mansit apud eum diebus quindecim. Hoc enim misterio ebdomadis et ogdoadis: futurus gentium predicator instruendus erat. Rursumque post annos quatuordecim assumpto barnaba et tyto. exposuit cum apostolis evangelium: ne forte in vacuum curreret aut cucurrisset. Habet nescio quid latentis energie vive vocis actus: et in aures discipuli de auctoris ore transfusa: fortius sonat. Unde et eschines cum rodi exularet. et legeretur illa demostenis

oratio quã aduersus eum habuerat:
miratibus cunctis atq; laudãtibus:
suspirãs ait. Quid si ipam audissetis
bestiam sua verba resonãtem? ca. iii.
Nec hoc dico q sit aliquid in me
tale q̃d uel possis a me audire:
uel velis discere: sed quo ardor tuus et
discendi studiũ: etiã absq; nobis per se
probari debeat. Ingeniũ docile et sine
doctore laudabile est. Nõ q̃d ĩuenias:
sed quid queras cõsideram⁹. Mollis
cera et ad formandũ facilis: etiã si ar-
tificis et plaste cessent manus: tamen
virtute totum est quicquid esse potest.
Paulus apostolus ad pedes gama-
lielis legem moysi et ꝓphetas didicis-
se se gloriatur: ut armatus spiritualib;
telis postea doceret confidenter. Ar-
ma enim nostre milicie non carnalia
sunt sed potencia deo ad destructionẽ
municionũ et cogitationes destruen-
tes et omnẽ altitudinem extollentem
se aduersus scientiam dei: et captiuan-
tes omnẽ intellectum ad obediẽdum
xpo: et parati subiugare omnẽ inobe-
dientiã. Thimotheũ scribit ab infan-
tia sacris litteris eruditum: et hortatur
ad studiũ lectionis: ne negligat gra-
tiam que data sit ei per impositionẽ
man⁹ presbiterij. Tyto precipit ut in-
ter ceteras virtutes episcopi quẽ breui
sermone depinxit scientiã q; nõ negli-
gat scripturaꝝ: obtinẽtem inquit eũ q
sc̃dm doctrinã est fidelem sermonem:
ut potens sit exhortari in doctrina sa-
na et contradicentes revincere. ca. iiii.
Sancta quippe rusticitas solũ sibi
prodest: et quãtũ edificat ex vite
merito ecclesiã xpi: tãtũ nocet si destruẽ-
tibus nõ resistat. Malachias ꝓpheta
imo p malachiã dñs interrogauit sa-
cerdotes legẽ. Intãtũ sacerdotis officiũ
est: interrogatũ respõdere de lege. Et in
deuteronomio legim⁹. Interroga pa-
trem tuũ et annũciabit tibi: seniores
tuos et dicent tibi. In psalmo q; cente-
simodecimooctauo. Cantabiles mi-
chi erant iustificatões tue: in loco pe-
regrinationis mee. Et in descriptione
iusti viri cum eum arbori vite dauid
que est in paradiso compararet: inter
ceteras virtutes hoc etiã intulit. In le-
ge domini uoluntas eius: et in lege e-
ius meditabitur die ac nocte. Daniel
in fine sacratissime visionis ait. Iusti
fulgebunt quasi stellas: et intelligentes
id est doctos quasi firmamentũ. Ui-
des quantũ inter se distant iusta rusti-
citas et docta iusticia. Alij stellis: alij
celo cõparantur. Quanq; iuxta hebraicã
veritatem utrũq; de eruditis possit in-
telligi. Ita enĩ apud eos legim⁹. Qui
aũt docti fuerint fulgebũt q̃si splẽdor
firmamenti: et q̃ ad iusticiã erudiunt
multos: q̃si stelle ĩ ꝑpetuas eternitates.
Cur dicitur paul⁹ apl̃s vas electionis?
Nempe q̃a vas legis: et scripturaꝝ san-
ctarũ erat armariũ. Pharisei stupent
in dñi doctrina et mirantur in petro et
iohãne quomõ legẽ sciãt: cũ lr̃as nõ
didicerit. Quicq̃d enĩ alijs exercitatio
et quotidiana ĩ lege meditatio tribuere
solet: illis hoc spirit⁹ sanctus suggerebat:
Et erãt iuxta q scriptũ ẽ docibiles dei.
Duodecim annos saluator impleuerat:
et in templo senes de questionib; legis
interrogãs: magis docet dũ prudenter
interrogat. Nisi forte rusticũ petrũ rusti-
cum iohãnem dicim⁹: quoꝝ uterq; di-
cere poterat: et si imperit⁹ sermone: nõ ta-
men sciẽtia. Iohãnes rustic⁹: piscator
indoct⁹. Et unde illa vox obsecro: ĩ pri-
cipio erat vbũ: et vbũ erat apud deũ: et
deus erat verbũ? Logos grece: multa

signisicat. Nam ⁊ verbū est et ratio · ⁊
supputatō: et causa uniuscuiusq; rei · p
quā sūt singl'a que subsistūt: que uni=
uersa recte intelligimus in xp̄o. cap̄. v.
Hoc doctus plato nesciuit · hoc de=
mostenes eloquens ignorauit.
Perdā inquit sapientiā sapientū: et
prudentiā prudētū reprobabo. Vera
sapiētia perdet falsā sapientiā: et quā=
q; stulticia p̄dicationis in cruce sit: ta=
men paulus sapiētiā loquit̄ inter per=
fectos. Sapiētiam autem nō seculi istī=
us que destruitur · nec principum: sed
loquitur dei sapiētiam in misterio ab=
sconditam: quā p̄destinauit deus an=
te secula. Dei sapientia · xp̄s est. Xp̄s e=
nim · dei virtus et dei sapientia. Hec sa=
pientia in misterio abscondita est · de
qua ⁊ noni psalmi titulus p̄notatur ·
pro occultis filij: in quo sunt omnes
thesauri sapientie et sciencie dei abscō=
diti. Et qui in misterio absconditus e=
rat · p̄destinatus est ante secula: prede=
stinatus autem et p̄figuratus in lege
et prophetis. Unde et prophete appel=
labantur videntes: quia videbant eū
quē ceteri non videbant. Abraham
vidit diem eius · et letatus est. Aperie=
bantur celi ezechieli: qui p̄plo peccatori
clausi erāt. Reuela inq̄t dauid oculos
meos: ⁊ considerabo mirabilia de lege
tua. Lex enī spiritualis ē: ⁊ reuelatōne
op⁹ est ut intelligat̄: ac reuelata facie
dei gloriā ꝯtemplem⁹. Liber in apoca=
lipsi septem sigillis signat⁹ ostendit̄:
quem si dederis homini scienti lr̄as ut
legat: respōdebit tibi. Non possum.
Signat⁹ ē enī. Quāti hodie putāt se
nosse lr̄as: tenēt signatum librū · nec
aperire possūt · nisi ille reserauerit q̄ ha=
bet clauē dauid: q̄ aperit et nemo clau=
dit: claudit ⁊ nemo aperit. In actibus
apostolorū · sanctus eunuchus · immo
sanctus vir · sic enim eū sacra scriptura
cognominat: cū legeret ysaiam pro=
phetam · interrogatus a philippo · pu=
tasne intelligis que legis: respondit.
Quomodo possum: nisi aliquis me
docuerit? Ego ut de me loquar interī.
nec sanctior sum hoc eunucho · nec stu=
diosior: qui de ethiopia id est de extre=
mis finibus mūdi venit ad templū.
reliquit aulam regiam: ⁊ tātus ama=
tor legis fuit diuine sciencie · ut etiam
in vehiculo litteras legeret sacras. Et
tamen cum librū teneret · et verba dn̄i
in cogitatōne cōciperet · lingua volue=
ret · labijs personaret: ignorabat eū
quē i libro nesciens venerabatur. Ve=
nit philippus: ostendit ei ihesum: qui
clausus latebat in lr̄a. O mira doctoris
virtus. Eadem hora credidit eunuch⁹:
baptizat̄ fidelis et sanct⁹ m̄gr effic̄
de discipl'o plus i deserto fōte ecclie: q̄
i aurato synagoge tēplo reperit. ca. vj.
Hec a me pstricta sūt breuit̄: neq;
enī epl'aris āgustia euagari lon=
gius patiebatur: ut intelligeres · te in
scripturis sanctis sine p̄uio et mōstrāte
semitā · nō posse ingredi. Taceo de gra=
maticis · rethorib⁹ · philosophis · geo=
metricis · dyalecticis · musicis · astrono=
micis · astrologis · medicis · q̄rū sciēcia
mortalibꝫ satis vel utilissima est: ⁊ in
tres partes scindit̄ · i doctrinā · rationē ·
⁊ usum. Ad minores artes veniā: et
que non tam lingua q̄ manu ādmini=
strātur. Agricole · cementarij · fabri me=
tallorꝫ · lignorūq; cesores · lanarij q̄; et
fullones · ⁊ ceteri qui variā supellectilē
et vilia opuscl'a fabricāt: absq; docto=
re esse non possunt q̄d cupiūt. Quod
medicorꝫ est pmittūt medici: tractant
fabrilia fabri. Sola scripturarū ars ē:

quam sibi passim omnes vendicant.
Scribimꝰ indocti · doctiqꝫ poemata
passim. Hanc garrula anus · hāc deli-
rus senex · hanc sophista verbosus:
hanc vniuersi presumūt: lacerant: do-
cent anteq̄ꝫ discant. Alij adducto sup-
cilio grandia verba trutinantes · inter
mulierculas de sacris litteris philoso-
phantur. Alij discunt prochpudor
a feminis · quod viros doceant: et ne
parum hoc sit · quadā facilitate ver-
borū · imo audacia · edisserūt alijs: qd̄
ipi nō intelligunt. Taceo de meis simi-
bus: qui si forte ad scripturas sāctas
post seculares litteras venerint · et ser-
mone composito aures ppli mulserit:
quicquid dixerint · hoc legem dei pu-
tant. Nec scire dignantur quid pro-
phete · quid apostoli senserint · sed ad
sensum suū incongrua aptāt testimo-
nia: quasi grande sit: et non viciosissi-
mū dicendi genus · deprauare senten-
tias: ⁊ ad voluntatem suam sacram
scripturā trahere repugnantem. Qua-
si non legerimꝰ omerocētonas ⁊ virgi-
liocētonas: ac nō sic etiā ⁊ maronē si-
ne xp̄o possimꝰ dicere xp̄ianū · q̄a scri-
pserit: iā redit ⁊ virgo redeūt saturnia
regna: iā noua ꝓgenies · celo demittit̄
alto. Et patrē loquentē ad filiū. Nate
mee vires · mea magna potētia solus.
Et post verba saluatoris in cruce. Ta-
lia ꝑstabat memorās · fixusqꝫ mane-
bat. Puerilia sūt hec ⁊ circlatorꝫ ludo
similia · docere qd̄ ignores: imo ut cū sto-
macho loq̄r: nec hoc q̄dē scire qd̄ nesci-
as. ca. vii.
Videlicet manifestissi-
ma ē genesis ī q̄ de creatura mū-
di de exordio generis humani · de diuisi-
one terre · de ꝯfusione linguarꝫ ⁊ gētiū usqꝫ
ad exitū scribit̄ hebreorꝫ. Exodus
cū decē plagis: cū decalogo cū misticis ·
diuinisqꝫ p̄ceptis. In ꝓmptu ē leuiticꝰ
liber: in quo singl'a sacrificia īmo sin-
gule pene sillabe ⁊ vestes aaron ⁊ totꝰ
ordo leuiticꝰ spirāt celestia sacramēta.
Numeri vero nōne totius arithmetice
et ꝓphetie balaam ⁊ q̄dragintaduarꝫ
mansionū p heremū misteria ꝯtinēt?
Deuteronomiū vero sc̄da lex ⁊ euāgeli-
ce legis p̄figuratio · nonne sic ea ha-
bet q̄ priora sunt ut noua sint om̄ia?
de veteribꝫ. Hucusqꝫ moyses: hucusqꝫ
penthateucus: quibus quinqꝫ verbis
loqui se velle apostolus ī ecclesia glo-
riatur. Iob exemplar paciencie q̄ non
misteria suo sermone complectitur?
Prosa incipit · versu labit̄ · pedestri ser-
mone finit̄; omnesqꝫ leges dyalectice ·
propositione · assūptione · ꝯfirmatione ·
ꝯclusione determinat. Singl'a ī eo ver-
ba plena sūt sensibꝫ: ⁊ ut de ceteris sileā ·
resurrectionē corporꝫ sic ꝓphetat: ut nul-
lus de ea manifestiꝰ et cautiꝰ scripserit.
Scio inq̄t q̄ redēptor meꝰ viuit: ⁊ in
nouissimo die de terra surrecturꝰ sū: et
rursū circūdabor pelle mea · ⁊ in carne
mea videbo deū: quē visurꝰ sū egoipse ⁊
oculi mei conspecturi sunt: et nō aliꝰ.
Reposita est hec spes mea in sinu meo.
Ueniā ad ihesum naue qui typū dn̄i
non solum in gestis · verū etiā in noīe
p̄fert. Transit iordanem · hostiū regna
subuertit: diuidit terram victori ꝓplo:
et per singulas urbes · viculos · mon-
tes · flumina · torrentes · atqꝫ confinia ·
ecclesie celestisqꝫ ihrusalē spiritualia re-
gna describit. In iudicū libro quot
principes ppli · tot figure sunt. Ruth
moabitis ysaie explet vaticiniū dicen-
tis; emitte agnū domine dn̄atorem ter-
re: de petra deserti ad montem filie sy-
on. Samuel in hely mortuo et in oc-
cisione saul veterem legem abolitam

mōstrat; porro in sadoch atq; dauid
noui sacerdotij nouiq; imperij sacra-
menta testatur. Malachim id est terci-
us et quartus regū liber a salomone
usq; iechoniam et a ieroboam filio na-
bath usq; ad osee qui ductus est in as-
sirios: regnum iuda et regnum descri-
bit israhel. Si historiam respicias ver-
ba simplicia sunt: si in litteris sensum
latentem inspexeris ecclesie paucitas ⁊
hereticoꝝ contra ecc̄liam bella narrāt̄.
Duodecim ꝓphete in uni⁹ voluminis
angustias coartati: multo aliud quā
sonant in lr̄a prefigurāt. Osee crebro
nomiat effraim·samariā·ioseph·iez-
rael·⁊ uxorē fornicariā et fornicatōnis
filios et adulterā cubiclo clausā mari-
ti multo tp̄e sedere viduam: et sub veste
lugubri mariti ad se reditū prestolari.
Johel filius fatuel describit terrā duo-
decim tribuū·eruca·brucho·locusta·ru-
bigine vastante ↄsumptā·⁊ post euersio-
nem prioris ꝓp̄li effusū iri spiritū san-
ctum sup̄ seruos dei et āncillas id est sup̄
cētūuiginti credētiū noīa: ⁊ effusū iri in
cenaculo syon: Qui cētūuiginti ab uno
usq; ad quindecī·paulatim ⁊ ꝑ incremē-
ta surgētes quindecim ḡduū numerū
efficiūt: q̄ in psalterio mistice ↄtinent̄.
Amos pastor ⁊ rustic⁹ ⁊ ruborū mora
distinguens paucis v̄bis explicari nō
potest. Quis enim digne exprimat tri-
a et q̄tuor scelera damasci ⁊ gaze tyri ⁊
ydumee ⁊ filioꝝ āmon ⁊ moab ⁊ in se-
ptimo octauo ḡdu iude ⁊ isrl'. Hic
loquitur ad vaccas pingues que sūt
in samarie monte: ⁊ ruituram domū
maiorē minorēq; testatur. Ipse cernit
fictorē locuste·⁊ stantē dn̄m sup̄ murū
litū uel adamātinū: ⁊ uncinū pomoꝝ
attrahētē supplicia peccatoribꝫ·⁊ famē
in terra: nō famē panis·neq; sitim aque:

sed audiendi verbū dei. Abdias qui
interpretat̄ seruus dn̄i ꝑsonat contra
edom: ⁊ sanguineū cruētūq; fratris q̄q;
iacob semp̄ emulū hasta ꝑcutit sp̄ūali.
Jonas pulcerrima columba naufra-
gio suo passionē dn̄i ꝓfigurans·mū-
dum ad penitentiā reuocat: et sub no-
mine niniue salutem gentibus nūciat.
Micheas de morasti coheres cristi va-
stationem annūciat filie latronis: et
obsidionē ponit cōtra eam: quia ma-
xillā ꝑcusserit iudicis israhel. Naum
consolator orbis increpat ciuitatem
sanguinū: ⁊ post euersionē illius lo-
quitur; ecce sup̄ montes pedes euange-
lizantis ⁊ annūciantis pacem. Aba-
cuc luctator fortis et rigidus stat sup̄
custodiā suam; ⁊ figit gradum super
munitiōnē ut xp̄m in cruce cōtempletur·
et dicat; operuit celos gloria eius·et
laudis eius plena est terra; splēdor ei⁹
ut lux erit·cornua in manibus ei⁹: ibi
abscondita est fortitudo eius. Sophp-
nias speculator et archanorū dn̄i co-
gnitor·audit clamorem a porta pi-
scium et eiulatum a secunda: et contri-
tionem a collibus. Indicit q̄q; ululatū
habitatoribus pile: quia conticuit o-
mnis ꝑp̄ls chanaan·dispͥi sunt vni-
uersi qui involuti erant argento. Ag-
geus festiu⁹ ⁊ letus: qui seminauit in
lacrimis ut in gaudio meteret destru-
ctum tēplū edificat: deūq; patrē indu-
cit loquētē; adhuc unū modicūq; et e-
go ↄmouebo celū ⁊ terrā ⁊ mare et ari-
dam: ⁊ mouebo om̄es ḡtes: ⁊ veniet
desiderat⁹ cūctis gētibus. Zacharias
memor dn̄i sui multiplex in ꝓphetia·
ihesū vestibus sordidis indutū·⁊ lapi-
dem oculoꝝ septē·candelabrūq; aureū
cū totidē lucernis q̄t oculis·duas q̄q;
oliuas a sinistris lampadis cernit·et

a dextris: ut post equos rufos varios
nigros et albos et dissipatas quadrigas
ex effraim et equū de ihrlm. pauperem
regem vaticinetur: et predicet regem se-
dentem super pullum filiū asine subiu-
galis. Malachias aperte et in fine o-
mniū prophetarū de abiectione isra-
hel et vocatione gentiū. non est michi
ait voluntas in vobis dicit dñs exer-
cituū: et munꝰ nō suscipiam de manu
vestra. Ab ortu enim solis usq; ad oc-
casum magnū est nomen meū in gen-
tibus: et in omni loco sacrificatur et
offertur nomini meo oblatio munda.
Ysaiam. iheremiam. ezechiel et daniel.
quis possit vel intelligere vel expone-
re? Quorū primꝰ nō ꝓpheciam vide-
tur michi texere sed euangeliū. Secun-
dus virgam nuceam et ollam succen-
sam a facie aquilonis: et pardum spo-
liatū suis coloribus: et quadruplex di-
versis metris nectit alphabetum. Ter-
cius principia et finem tantis habet
obscuritatibus involuta: ut apud he-
breos ipse partes cum exordio genese-
os ante annos triginta non legātur.
Quartꝰ vero qui et extremꝰ inter qua-
tuor prophetas. temporū conscius et
totius mūdi philohystoricus lapidē
precisum de monte sine manibus. et
regna omnia subvertentem claro ser-
mone pronūciat. David symonides
noster. pindarus et alcheus flaccus
quoq; catullus atq; serenus cristū lyra
personat: et in decacordo psalterio ab
inferis excitat resurgentem. Salomō
pacificus et amabilis dñi. mores cor-
rigit. naturā docet: ecclesiam iūgit et
cristū: sanctarūq; nuptiarū dulce canit
epithalamiū. Hester ī ecclie typo pplm
liberat de periculo: et interfecto aman qui
interpretaī iniquitas partes conviuij et diē
celebrē mittit in posteros. Paralipome-
non liber instrumēti veteris epithome
tantꝰ ac talis ē: ut absq; illo si quis scie-
tiā scripturarū sibi voluerit arrogare
seipm irrideat. Per singla quippe noīa
iuncturasq; verborū et pretermisse in regū li-
bris tangūī historie: et innumerabiles
explicanī euāgelij questiones. Esdras
et neemias. adiutor videlicet et conso-
lator a dño. in uno volumine arctan-
tur: instaurant templū. muros extru-
unt civitatis: omnisq; illa turba ppli
redeuntis in patriā. et descriptio sacer-
dotum. levitarū israhelis. ꝓselitoꝝ ac
per singulas familias muroꝝ et turriū
opera divisa. aliud in cortice preferunt:
aliud in medulla retinent. Cernis me
scripturarū amore raptū. excessisse mo-
dum epistole: et tamē nō implesse qd
volui. Audivimꝰ tātū qd nosse quid
cupere debeamꝰ: ut et nos qz possimꝰ
dicere: concupivit anima mea deside-
rare iustificationes tuas in omni tpe.
Ceterū illud socraticū impletur in no-
bis. Hoc tantū scio qd nescio. Tangā
et novū breviter testamentū. Matheꝰ.
marcus. lucas. et iohānes quadriga
dñi. et verū cherubin qd interpretaī sci-
entie plenitudo per totū corpus ocula-
ti sunt: scintille emicant. discurrūt ful-
gura. pedes habent rectos. et in sub-
lime tendentes: terga pennata et ubiq;
volātia tenent se mutuo sibiq; perple-
xi sunt: et quasi rota in rotam voluū-
tur. et pergūt quocūq; eos flatꝰ spiritꝰ
sancti perduxerit. Paulꝰ apls ad septē
scribit ecclias: octava enim ad hebreos
a plerisq; extra numerū ponitur. Thimo-
theum instruit ac tytū: et philemonē pro
fugitivo famulo deprecatur: sup quo
melius tacere puto. quā pauca scribere.
Actus apostolorū nudā quidē videntur.

sonare historiam et nascentis ecclesie
infantiam texere: sed si noverimus scripto-
rem eorum lucam esse medicum, cuius
laus est in evangelio, animadvertimus
pariter omnia verba illius anime lan-
guentis esse medicinam. Iacobus, petrus,
iohannes, iudas, septem epistolas edi-
derunt tam misticas quam succinctas, et
breves pariter et longas: breves in ver-
bis, longas in sententiis: ut rarus sit
qui non in earum cecutiat lectione. Apo-
calipsis iohannis tot habet sacramen-
ta quot verba. Parum dixi: et pro meri-
to voluminis laus omnis inferior est.
In verbis singulis multiplices latent
intelligentie. Oro te frater carissime
inter hec vivere, ista meditari: nil ali-
ud nosse, nichilque aliud querere. Nonne
videtur tibi iam hic in terris regni ce-
lestis habitaculum? Nolo ut offendaris
in scripturis sanctis simplicitate et quasi
vilitate verborum: que vel vicio interpretum
vel de industria sic prolate sunt, ut ru-
sticam contionem facilius instruerent:
et in una eademque sententia aliter do-
ctus, aliter audiret indoctus. Non sum
tam petulans et hebes ut hec me nos-
se pollicear: et eorum fructus carpere in ter-
ra, quorum radices in celo fixe sunt: sed
velle fateor; sedenti me prefero: magi-
strum renuens, comitem spondeo. Pe-
tenti datur: pulsanti aperitur: querens
invenit. Discamus in terris: quorum scientia
nobis perseveret in celo. Obviis te ma-
nibus excipiam: et ut inepte aliquid ac de
hermagore tumiditate effundam, quicquid
quesieris tecum scire conabor. c. viij.

Habes hic amantissimum tui fratrem
eusebium, qui litterarum tuarum michi
gratiam duplicavit: referens honestatem
morum tuorum, contemptum seculi, fidem ami-
cicie, amorem xpi. Nam prudentiam et
eloquii venustatem etiam absque illo ipsa
epistola preferebat. Festina queso te: et
herentis in salo navicule funem magis pre-
scinde quam solve. Nemo renunciaturus
seculo bene potest vendere que contem-
psit ut venderet. Quicquid in sumptus
de tuo tuleris: pro lucro computa. An-
tiquum dictum est. Avaro deest tam quod
habet: quam quod non habet. Credenti
totus mundus divitiarum est. Infidelis
autem etiam obulo indiget. Sic vivamus
quasi nil habentes et omnia possiden-
tes. Victus atque vestitus divitie xpia-
norum. Si habes in potestate rem tuam
vende: si non habes proice. Tollenti
tunicam: et pallium relinquendum est.
Nisi scilicet tu semper procrastinans et
diem de die trahens caute et pedetemptim
tuas possessiunculas vendideris: non
habet xps unde alat pauperes suos.
Totum deo dedit: qui se obtulit. Aposto-
li tantum navem et retia reliquerunt; vi-
dua duo era mittit in gazophilacium:
et prefertur cresi divitiis. Facile contempnit
omnia: qui se semper cogitat esse moriturum.

Incipit prologus in penthateucum moysi.

Desiderii mei desideratas
accepi litteras, qui quodam
presagio futurorum, cum
daniele sortitus est nomen:
obsecrantis ut translatum in latinam
linguam de hebreo sermone pentha-
teucum nostrorum auribus traderem. Pe-
riculosum opus certe, et obtrectatorum
meorum latratibus patens: qui me asse-
runt in septuaginta interpretum sugilla-
tionem nova pro veteribus cudere, ita
ingenium quasi vinum probantes: cum ego
sepissime testatus sim me pro virili porti-
one in tabernaculo dei offerre que possim:
nec opes alterius aliorum paupertate feda-
ri. Quod ut auderem origenis me studium

prouocauit: qui editõni antique trãsla-
tionẽ theodotionis miscuit · asterisco et
obelo id est stella et veru omne opus
distinguens: dum aut illucescere facit
que minus ante fuerant: aut supflua
queqꝫ iugulat et confodit: et maxime
que euangelistarũ et apostolorũ au-
ctoritas promulgauit. In quibꝫ mul-
ta de veteri testamento legimus que ĩ
nostris codicibus non habentur: ut
est illud · ex egipto vocaui filiũ meũ: ⁊
quoniã nazareus vocabitur: et vi-
debunt in quẽ cõpunxerũt: ⁊ flumina
de ventre eius fluent aque viue: ⁊ que
nec oculus vidit nec auris audiuit nec
in cor hominis ascendit que prepara-
uit diligentibus se: ⁊ multa alia que
propriũ sintagma desiderant. Inter-
rogemus ergo eos ubi hec scripta sĩt:
et cum dicere non potuerint · de libris
hebraicis proferamꝰ. Primũ testimo-
niũ est in osee · secũdum in ysaia · terciũ
ĩ zacharia · quartũ in ꝓuerbijs · quĩtũ
eque in ysaia: qꝑ multi ignorãtes apo-
crifoꝝ deliramẽta sectant̃: ⁊ hiberas ne-
nias libris autenticis ꝑferũt. Causas
erroris nõ est meũ exponere. Iudei pru-
denti factũ dicũt esse cõsilio: ne prolo-
meus uniꝰ dei cultor etiã apud hebreos
duplicẽ diuinitatẽ cõprehenderet; qđ
maxime idcirco faciebãt quia in pla-
tonis dogma cadere videbat̃. Deniqꝫ
ubicũqꝫ sacratũ aliqđ scriptura testat̃
de prẽ et filio ⁊ spiritu sãcto aut aliter
interꝑtati sũt aut omĩno tacuerũt: ut
et regi satisfacerẽt: ⁊ archanũ fidei nõ
vulgarent. Et nescio quis pmꝰ auctor
septuagita cellulas alexandrie men-
dacio suo extruxerit · quibꝫ diuisi eadẽ
scriptitarent: cũ aristeus eiusdẽ prolo-
mei yperaspistes · ⁊ nõ multo post tẽpore
iosephus nichil tale retulerint: sed in

una basilica congregatos contulisse
scribãt non ꝓphetasse. Aliud ẽ enĩ esse
vatem: aliud ẽ esse interptẽ. Ibi spiritꝰ
ventura ꝑdicit: hic eruditio et verborũ
copia ea que intelligit transfert. Nisi
forte putãdus est tullius economicũ
xenofontis ⁊ platonis pitagorã et de-
mostenis ꝓthesifontem afflatus rethoꝛ-
rico spiritu trãstulisse. Aut aliter de e-
isdem libris per septuagita interptes ·
aliter ꝑ apastolos spiritus sanctus te-
stimonia texuit: ut qꝑ illi tacuerũt hij
scriptũ esse mentiti sint. Quid igitur?
Damnamꝰ veteres? Minime: sed post
priorũ studia in domo dñi quod pos-
sumus laboramꝰ. Illi interꝑtati sũt
ãte aduentũ xp̄i · et qđ nescierũt dubijs
protulerũt sentencijs: nos post passio-
nem eius non tam ꝓpheciã qꝫ histori-
am scribimꝰ. Aliter enim audita: ali-
ter visa narrantur. Qđ meliꝰ intelligi-
mus meliꝰ et proferimꝰ. Audi igitur
emule: obtrectator ausculta. Non da-
mno non reprehendo septuaginta:
sed confidenter cũctis illis apostolos
ꝑfero. Per istoꝝ os michi xp̄us sonat
quos ante ꝓphetas inter spiritualia
carismata positos lego: ĩ quibꝫ ultimũ
pene gradũ interptes tenẽt. Quid liuo-
re torqueris? Quid iperitoꝝ aĩos ꝯtra
me ꝯcitas? Sicubi ĩ trãslatõne tibi vi-
deor errare interroga hebreos: diũsarũ
urbiũ magros cõsule. Qđ illi habẽt de
xp̄o tui codices nõ habent. Aliud ẽ si
cõtra se postea ab aplis usurpata testi-
monia ꝓbauerĩt: ⁊ emendatiora sunt
exẽplaria latina · qꝫ greca: greca qꝫ he-
brea. Verũ hec ꝯtra inuidos. Nũc te dep-
coꝛ desideri carissime: ut qa me tãtũ opꝰ
subire fecisti ⁊ a genesi exordiũ capere · orõ-
nibꝫ iuues: qđ possĩ eodẽ spũ quo scripti
sũt libri ĩ latinũ eos trãsferre sermonẽ.

Incipit liber bresith quē nos genesī dicimus

In principio creauit deus celū. cap. pri^m
et terram. Terra autem erat inanis et
vacua: ⁊ tenebre erant sup faciē abissi:
et spiritus dei ferebatur super aquas.
Dixitq; deus. Fiat lux. Et facta ē lux.
Et vidit deus lucem q esset bona: et
diuisit lucem a tenebris. appellauitq;
lucem diem et tenebras noctem. Factū
q; est vespere ⁊ mane dies unus. Dixit
quoq; deus. Fiat firmamentū in me-
dio aquarū: et diuidat aquas ab a-
quis. Et fecit deus firmamentū: diui-
sitq; aquas que erant sub firmamen-
to ab hiis que erant super firmamen-
tum: ⁊ factum est ita. Vocauitq; deus
firmamentū celū: ⁊ factum est vespere
et mane dies secundus. Dixit vero de-
us. Congregentur aque que sub celo
sunt in locum unū. et appareat arida.
Et factum est ita. Et vocauit deus ari-
dam terram: cōgregationesq; aquarū
appellauit maria. Et vidit deus q es-
set bonū. et ait. Germinet terra herbā
virentem et facientem semen: et lignū
pomiferū faciens fructum iuxta genus
suū: cuius semen in semetipo sit super
terram. Et factum est ita. Et protulit
terra herbam virentem et facientē se-
men iuxta genus suū: lignūq; faciens
fructū et habēs unūquodq; sementē scdm
speciē suā. Et vidit deus q esset bonū:
et factū ē vespere et mane dies tercius.
Dixitq; autē deus. Fiant luminaria
in firmamēto celi. ⁊ diuidāt diem ac
noctē: ⁊ sint in signa ⁊ tēpora. ⁊ dies ⁊
annos: ut luceāt in firmamēto celi et
illuminēt terrā. Et factū est ita. Fecitq;
deus duo luminaria magna: luminare
maius ut p̄esset diei et luminare minus
ut p̄esset nocti: ⁊ stellas. ⁊ posuit eas in
firmamēto celi ut lucerent sup terrā: et
p̄essent diei ac nocti: ⁊ diuiderēt lucem
ac tenebras. Et vidit deus q esset bonū:
et factū ē vespere et mane dies quartus.
Dixit etiam deus. Producant aque
reptile anime viuentis et volatile sup
terram: sub firmamēto celi. Creauitq;
deus cete grandia. et omnē animā vi-
uentem atq; motabilem quā produxe-
rant aque in species suas: ⁊ omne vo-
latile secundū genus suū. Et vidit de-
us q esset bonū: benedixitq; ei dicens.
Crescite et multiplicamini. et replete a-
quas maris: auesq; multiplicentur
super terram. Et factū ē vespere ⁊ mane
dies quintus. Dixit quoq; deus. Pro-
ducat terra animā viuentem in gene-
re suo: iumenta ⁊ reptilia. ⁊ bestias ter-
re. secundū species suas. Factū ē ita. Et
fecit deus bestias terre iuxta species su-
as: iumenta ⁊ omne reptile terre in ge-
nere suo. Et vidit deus q esset bonū:
et ait. Faciamus hominē ad ymaginē ⁊
silitudinē nostrā. ⁊ p̄sit piscibz maris.
⁊ volatilibz celi. ⁊ bestiis uniūseq; terre:
omniq; reptili qd mouet̄ i terra. Et crea-
uit deus hominē ad ymaginē et simi-
litudinē suam: ad ymaginem dei crea-
uit illū: masculū et feminā creauit eos.
Benedixitq; illis deus. et ait. Crescite
et multiplicamini ⁊ replete terram. et
subicite eam: ⁊ dominamini piscibus
maris. ⁊ volatilibus celi: ⁊ vniuersis
animātibus que mouentur sup terrā.
Dixitq; deus. Ecce dedi vobis omnē
herbam afferentem semen sup terram.
et vniūsa ligna que habēt i semetipis
sementē generis sui: ut sint vobis i escā.
⁊ cūctis aīantibus terre. omniq; volucri
celi ⁊ vniuersis q̄ mouētur in terra. et i
quibus ē anima viuēs: ut habeāt ad
vescendū. Et factū est ita. Viditq; deus
cuncta que fecerat: et erāt valde bona.

Et factū ē vespe ⁊ mane·dies sext⁹. c. ii.
Igitur pfecti sunt celi ⁊ terra : ⁊ omīs or-
natus eoꝝ. Compleuitq; de⁹ die septi-
mo op⁹ suū qđ fecerat : ⁊ requieuit die
septimo ab uniūso opere qđ patrarat.
Et benedixit diei septimo·⁊ sāctificauit
illū: q̄a ī ipo cessauerat ab omī opere
suo qđ creauit de⁹ ut faceret. Iste sunt
generatōnes celi ⁊ terre q̄ndo create sūt
in die quo fecit de⁹ celū ⁊ terrā : ⁊ omne
virgultū agri antēq; oriret̄ in terra : o-
mnēq; herbam regionis prius q̄ ger-
minaret. Non eñi pluerat domin⁹ de⁹
sup terram: ⁊ homo non erat qui ope-
raret̄ terrā. Sed fons ascendebat e ter-
ra : irrigans uniuersam supficiem ter-
re. Formauit igitur domin⁹ deus de
limo terre : ⁊ inspirauit in faciē ei⁹ spi-
raculū vite: et factus homo in animā
viuētem . Plantauerat autē domin⁹
deus paradisum voluptatis a princi-
pio : in quo posuit hominē quē for-
mauerat . Produxit dñs deus de hu-
mo omne lignū pulcrum visu · et ad
vescendū suaue : lignū etiā vite in me-
dio paradisi: lignūq; sciētie boni ⁊ ma-
li. Et fluuius egrediebat̄ de loco volu-
ptatis ad irrigandū paradisum : qui
inde diuidit̄ in q̄tuor capita . Nomē
uni phison. Ipse est qui circuit omnē
terrā euilath· ubi nascit̄ aurū: ⁊ aurū tre
illi⁹ optimū ē. Ibiq; inuenit̄ bdelliū· et
lapis onichin⁹. Et nomen fluuij scdi
gyon. Ipse ē qui circuit omnē terram
ethiopie. Nomen vero fluminis tercij
tigris. Ipe vadit cōtra assyrios . Flu-
uius aūt q̄rt⁹: ipe ē eufrates. Tulit ergo
dñs de⁹ hominē·⁊ posuit eū ī paradisū
voluptatis · ut operaret̄ et custodiret
illū: p̄cepitq; ei dicēs. Ex omī ligno pa-
radisi comede: de ligno aūt sciētie bo-
ni ⁊ mali ne comedas. In q̄cūq; enim
die comederis ex eo : morte morieris.
Dixit q̄q; dñs de⁹ . Nō ē bonū hominē
esse solū: faciam⁹ ei adiutoriū sile sibi.
Formatis igit̄ dñs de⁹ de humo cun-
ctis animātib; terre· et uniūsis volati-
lib; celi : adduxit ea ad adā· ut videret
qđ vocaret ea . Omne eñi qđ vocauit
adam anime viuentis : ipm ē nomen
eius. Appellauitq; adā nominib; suis
cūcta animātia · ⁊ uniuersa volatilia
celi ⁊ omnes bestias terre. Ade vero nō
inueniebat̄ adiutor silis ei⁹. Immisit
q; dñs deus soporē in adam . Cumq;
obdormisset: tulit unā de costis eius:
et repleuit carnē pro ea . Et edificauit
dñs deus costā quā tulerat de adam
in mulierē: ⁊ adduxit eam ad adam.
Dixitq; adā . Hoc nūc os ex ossibus
meis : et caro de carne mea. Hec voca-
bitur virago : q̄m de viro sumpta est.
Quāobrē relinquet homo prēm suū
⁊ mrēm ⁊ adherebit uxori sue : ⁊ erunt
duo ī carne una. Erat aūt uterq; nud⁹
adā scilicet ⁊ uxor ei⁹ : ⁊ nō erubescebāt.
Sed ⁊ serpens erat callidior . ca. iii.
cunctis aīantib; t're: q̄ fecerat dñs
de⁹ . Qui dixit ad mulierē. Cur p̄cepit
vobis deus ut nō comederetis ex omni
ligno paradisi? Cui respondit mulier.
De fructu lignorū que sunt in paradi-
so vescimur: de fructu vero ligni quod
est in medio paradisi p̄cepit nobis de-
us ne comederemus · et ne tangerem⁹
illud : ne forte moriamur . Dixit aūt
serpens ad mulierem. Nequaq̄ morte
moriemini. Scit enim deus q̄ in quo-
cunq; die comederitis ex eo · aperientur
oculi vestri : et eritis sicut dii scientes
bonū et malum. Vidit igitur mulier
q̄ bonū esset lignū ad vescendum · et
pulcrum oculis· aspectuq; delectabile:
et tulit de fructu illi⁹ ⁊ comedit: deditq;

dedit3 viro suo. Qui comedit: et aperti
sunt ocli ambor3. Cumq3 cognouissēt
se esse nudos·consuerūt folia ficus: et
fecerūt sibi perizomata. Et cū audissēt
vocē dn̄i dei deambulātis ī paradiso·
ad auram post meridiem: abscondit
se adā et uxor ei9 a facie dn̄i dei in me-
dio ligni paradisi. Vocauitq3 dn̄s de9
adā: et dixit ei. Ubi es? Qui ait. Vocē
tuā dn̄e audiui ī paradiso: et timui eo
q nudus essem: et abscondi me. Cui
dixit dn̄s. Quis eni indicauit tibi q
nud9 esses: nisi q ex ligno de quo p̄ce-
perā tibi ne comederes comedisti? Dixit
q3 adam. Mulier quā dedisti michi so-
ciam·dedit michi de ligno: et comedi.
Et dixit dn̄s deus ad mulierē. Quare
hoc fecisti? Que respondit. Serpens
decepit me·et comedi. Et ait dn̄s ad
serpentē. Quia fecisti hoc: maledictus
es inter oīa aīantia·et bestias terre.
Super pectus tuū gradieris·et terram
comedes cunctis dieb3 vite tue. Inimi-
citias ponā inter te et mulierē: et semen
tuū et semen illius. Ipsa cōteret caput
tuū: et tu insidiaberis calcaneo eius.
Mulieri quoq3 dixit. Multiplicabo
erumnas tuas·et conceptus tuos. In
dolore paries filios·et sb viri potestate
eris: et ipse dn̄abit tui. Ade vero dixit.
Quia audisti vocem uxoris tue·et cō-
edisti de ligno ex quo p̄ceperam tibi ne
comederes·maledicta terra ī opere tuo.
In laborib3 comedes ex ea: cūctis die-
bus vite tue. Spinas et tribulos ger-
minabit tibi·et comedes herbas terre.
In sudore vult9 tui vesceris pane tuo·
donec reūtaris ī terrā de qua sumpt9
es: quia puluis es·et ī puluerē reūteris.
Et vocauit adam nomen uxoris sue
eua·eo qđ mater esset cūctor3 viuentiū.
Fecit quoq3 dn̄s deus ade et uxori ei9
tunicas pelliceas·et induit eos: et ait.
Ecce adam q̄si unus ex nobis factus
est sciens bonū et malū. Nūc ergo ne
forte mittat manū suā·et sumat etiam
de ligno vite·et comedat: et viuat in
eternū. Emisit eū dn̄s de9 de paradiso
voluptatis: ut operaret terrā de qua
sumpt9 est. Eiecitq3 adā·et collocauit
āte paradisū voluptatis cherubin·et
flāmeum gladiū atq3 versatilem: ad
custodiendam viam ligni vite. ca. iiii.

Cognouit vero adam euā uxorē eva
suā: que concepit et peperit cayn
dicens. Possedi hominē p deū. Rursū
q3 peperit fratrem eius abel. Fuit autē
abel pastor ouiū·et cayn agricola. Fa-
ctum ē aūt post multos dies ut offerret
cayn·de fructib3 terre munera domino.
Abel quoq3 obtulit de primogenitis
gregis sui et de adipibus eor3. Et respe-
xit dn̄s ad abel·et ad munera ei9: ad
cayn aūt et ad munera illius non re-
spexit. Iratusq3 est cayn vehementer: et
concidit vultus ei9. Dixitq3 dn̄s ad eū.
Quare iratus es·et cur concidit facies
tua? Nōne si bene egeris recipies? Sin
aūt male: statim in forib3 peccatū tuū
aderit. Sed sub te erit appetit9 eius·et
tu dn̄aberis illi9. Dixitq3 cayn ad frēm suū. abel
Egrediamr foras. Cūq3 essent ī agro·
cōsurrexit cayn adūsus frēm suū abel:
et interfecit eū. Et ait dn̄s ad cayn. Ubi
ē abel frater tu9? Qui respōdit. Nescio.
Nūqd custos fratris mei sū ego? Di-
xitq3 ad eū. Quid fecisti? Vox sangui-
nis frīs tui clamat ad me de terra. Nūc
igit maledict9 eris sup terrā: q aperuit
os suū et suscepit sanguinē fratris tui
de manu tua. Cum operat9 fueris eā:
non dabit tibi fructus suos. Vagus
et p̄fugus eris sup terrā. Dixitq3 cayn
ad dn̄m. Maior est iniq̄tas mea: quā

ut veniā merear. Ecce eicis me hodie
a facie terre: et a facie tua abscondar.
et ero vagus et pfug⁹ ī terra. Omnis
igitꝰ qui invenerit me occidet me. Dixit-
qꝫ ei dñs. Nequaꝗ̄ ita fiet: sed omnis
qui occiderit caym septuplū punietur.
Posuitqꝫ dñs in caym signū: ut non
interficeret eū omnis qui invenisset eū.
Egressusqꝫ caym a facie dñi habitavit
profug⁹ in terra ad orientalē plagā
eden. Cognovit aūt caym uxorem suā:
que cōcepit ⁊ peperit enoch. Et edifica-
vit civitatē: et vocavit nomen eius ex
noīe filij sui enoch. Porro enoch ge-
nuit yrad. Et yrad genuit maviael: et
maviael genuit mathusael. Et matu-
sael genuit lamech. Qui accepit duas
uxores. Nomē uni ada: ⁊ nomē alteri
sella. Genuitqꝫ ada iabel: qui fuit pa-
ter habitantiū ī tentorijs atqꝫ pastoꝝ.
⁊ nomen fratris eius iubal. Ipse fuit
pater canentiū cythara ⁊ organo. Sel-
la quoqꝫ genuit tubalcaym: qui fuit
malleator ⁊ faber ī cūcta opera eris ⁊
ferri. Soror vero tubalcaym noemma.
Dixitqꝫ lamech uxoribus suis ade et
selle. Audite vocē meā uxores lamech:
auscultate sermonē meū. Qm̄ occidi vi-
rum ī vuln⁹ meū ⁊ adolescentulū in livo-
rem meū. Septuplū ultio dabitꝰ de ca-
ym: de lamech vero septuagies septies.
Cognovit quoqꝫ adhuc adam uxorē
suā ⁊ peperit filiū: vocavitqꝫ nomē ei⁹
seth dicēs. Posuit michi de⁹ semē ali-
ud p abel quē occidit caym. Sed ⁊ seth
nat⁹ est filius: quē vocavit enos. Iste
cepit invocare nomen domini. cap. v.

Hic est liber generationis adam.
In die qua creavit deus hoīem.
Ad silitudinē dei fecit illū: masculū et
feminā creavit eos: et benedixit illis: ⁊
vocavit nomē eoꝝ adam in die qua
creati sunt. Vixit aūt adā centūtrigin-
ta annis: et genuit filiū ad ymaginē
⁊ similitudinē suā: vocavitqꝫ nomen
eius seth. Et facti sunt dies adā postꝗ̄
genuit seth octingenti anni: genuitqꝫ
filios ⁊ filias. Et factū est omne temp⁹
qd̄ vixit adam anni nongentitriginta:
⁊ mortuus est. Vixit quoqꝫ seth centū-
quinqꝫ annis: ⁊ genuit enos. Vixitqꝫ
seth postquā genuit enos octingentis-
septem annis: genuitqꝫ filios et filias.
Et facti sunt omnes dies seth nongen-
toꝝ duodeci annoꝝ: ⁊ mortu⁹ ē. Vixit
vero enos nonaginta annis ⁊ genuit
caynan. Post cui⁹ ortū vixit octingen-
tisquindecim annis: ⁊ genuit filios ⁊
filias. Factiqꝫ sunt omnes dies enos
nongentiquinqꝫ anni: ⁊ mortuus est.
Vixit quoqꝫ caynan septuagita ānis:
et genuit malalehel. Et vixit caynan
postꝗ̄ genuit malalehel octingētisqua-
dragita ānis: genuitqꝫ filios et filias.
Et facti sunt omnes dies caynan nō-
gentidecem anni: et mortu⁹ est. Vixit
autē malalehel sexagintaquiqꝫ ānis:
⁊ genuit iared. Et vixit malalehel post-
quā genuit iared: octingentistriginta
ānis: ⁊ genuit filios et filias. Et facti
sunt omnes dies malalehel octingen-
tinonagintaquiqꝫ anni: et mortuus
est. Vixit iared centūsexagintaduobꝫ
annis: ⁊ genuit enoch. Et vixit iared
postꝗ̄ genuit enoch octingētis ānis:
et genuit filios ⁊ filias. Et facti sunt
omes dies iared nongentisexaginta-
duo anni: ⁊ mortuus ē. Porro enoch
vixit sexagintaquiqꝫ annis: et genuit
mathusalā. Et ambulavit enoch cū
deo. Et vixit enoch postꝗ̄ genuit ma-
thusalam trecentis annis: ⁊ genuit fi-
lios et filias. Et facti sunt omes dies
enoch: trecenti sexaginta quinqꝫ anni.

ambulauitq; cū deo ⁊ non apparuit:
quia tulit eum deꝰ. Vixit quoq; ma-
thusalam centū octogintaseptē ānis:
et genuit lamech. Et vixit mathusalā
postq̄ genuit lamech septingentis octo-
gintaduobꝫ annis: ⁊ genuit filios et
filias. Et facti sūt omēs dies mathu-
sale nongentisexagintanouē anni: et
mortuꝰ est. Vixit aūt lamech centum
octogintaduobꝫ ānis et genuit filiū:
vocauitq; nomen eiꝰ noe dicens. Iste
cōsolabit̄ nos ab opeibꝫ et laboribꝫ
manuū nostrarū ī terra: cui maledixit
dominꝰ. Vixitq; lamech postq̄ genuit
noe quīgentisnonagintaquinq; ānis:
et genuit filios et filias. Et facti sunt
omēs dies lamech septingentiseptua-
gintaseptem anni: ⁊ mortuus ē. Noe
vero cum quingentoꝝ esset annoꝝ. ge-
nuit sem. et cham. et iapheth. cap̄. vi.
Cumq; cepissent homines multi-
plicari sup terram. ⁊ filias pro-
creassent: Videntes filij dei filias hoīm q̄
essent pulcre: acceperūt sibi uxores ex
omībus quas elegerāt. Dixitq; deus.
Non pmanebit spiritꝰ meus in hoīe
in eternū: quia caro ē. Eruntq; dies illiꝰ
centūuiginti annorū. Gigantes autē
erāt sup terrā in diebꝫ illis. Postq̄ enī
ingressi sunt filij dei ad filias hoīm.
illeq; genuerūt: isti sunt potētes a seclo:
viri famosi. Videns aūt deꝰ q̄ multa
malicia hoīm esset ī terra: ⁊ cūcta cogi-
tatio cordis intenta esset ad malum
omni tpe: penituit eū q̄ hoīem fecisset
in terra. Et pcauens in futuꝝ. ⁊ tactus
dolore cordis intrinsecꝰ: delebo inq̄t
hoīem quē creaui a facie terre. ab hoīe
usq; ad aīantia: a reptili usq; ad vo-
lucres celi. Penitet enim me fecisse eos.
Noe vero inuenit graciā coram dn̄o.
Hee sunt generaciones noe. Noe vir
iustus atq; pfectꝰ fuit. ī generationibꝫ
suis: cū deo ambulauit: ⁊ genuit tres
filios. sem. cham. ⁊ iapheth. Corrupta
est autē terra corā dn̄o: ⁊ repleta ē ini-
quitate. Cumq; vidisset deus terrā esse
corruptā: oīs quippe caro corruperat
viā suā sup terrā: dixit ad noe. Finis
uniūse carnis venit corā me. Repleta
ē terra iniq̄tate a facie eoꝝ: ⁊ ego disp-
dam eos cū terra. Fac tibi archam de
lignis leuigatis. Mansiunculas in
archa facies: ⁊ bitumīe linies intrinsecꝰ
et extrinsecꝰ: ⁊ sic facies eā. Trecentorū
cubitoꝝ erit longitudo arche. quinqua-
ginta cubitoꝝ latitudo: et triginta cu-
bitoꝝ altitudo illius. Fenestrā ī archa
facies: et ī cubito ꝯsūmabis sūmitatē
eius. Hostiū autē arche pones ī latere
deorsum. Cenacula et tristega facies in
ea. Ecce ego adducā aq̄s diluuij sup
terrā ut interficiā omnē carnē in qua
spiritꝰ vite est subter celū: ⁊ uniūsa que
in terra sūt cōsument̄. Ponāq; fedus
meū tecum: et ingredieris archā tu et
filij tui. uxor tua. et uxores filioꝝ tuoꝝ
tecum: ⁊ ex cunctis aīantibꝫ uniuerse
carnis bina induces ī archā ut viuāt
tecū masculini sexꝰ ⁊ feminini. De vo-
lucribꝫ iuxta genus suū. et de iumentis
ī genere suo: ⁊ ex omī reptili terre. scđm
genꝰ suū. bina de omnibꝫ ingredient̄
tecū: ut possint viuere. Tolles igit̄ tecū
ex omnibꝫ escis que mandi possunt.
et comportabis apud te: et erunt tam
tibi quā illis in escam. Fecit igit̄ noe
omnia que pceperat illi deus. cap̄. vii.
Dixitq; dn̄s ad eū. Ingredere tu et
omnis domus tua in archā. Te
enī vidi iustū corā me in generatione
hac. Ex omībꝫ animantibus mūdis
tolles septena et septena. masculum et
feminā: de animātibꝫ vero immūdis

duo et duo·masculū et feminā : sed et
de volatilibus celi septena et septena·
masculū et feminā·ut saluetur semen
sup faciē universe terre . Adhuc enim
et post dies septē ego pluam sup terrā
quadraginta diebꝫ et quadraginta
noctibꝫ : et delebo omnē substātiā quā
feci de supficie terre. Fecit ergo noe oīa
q̄ mandaverat ei dn̄s . Eratq; sexcentoꝝ
annoꝝ·quādo diluuiī aque inundave=
runt sup terrā. Et ingressus est noe et
filiī eius·uxor eius·⁊ uxores filioꝝ eiꝰ
cū eo in archam : ꝓpter aquas diluuiī.
De aīantibꝫ q̄ꝫ mūdis ⁊ immūdis·et
de volucribꝫ ⁊ ex omni qđ mouet̄ sup
terrā·duo ⁊ duo ingressi sunt ad noe
in archā masculus ⁊ femina:sicut p̄ce=
perat dn̄s noe . Cumq; trāsissent septē
dies·aque diluuiī inundaverūt super
terrā:anno sexcentesimo vite noe men=
se scđo septimodecio die mensis·rupti
sunt omnes fontes abyssi magne : et
cathararde celi apte sūt·et facta est plu=
uia sup terrā q̄draginta diebꝫ et q̄dra=
ginta noctibꝫ . In articulo diei illius
ingressus est noe·et sem·et cham·et ia=
phet filiī eius·uxor illiꝰ ⁊ uxores filioꝝ
eius cū eis ī archā : ipi ⁊ om̄e animal
scđm genus suū universaq; iumenta
in genere suo:⁊ omne qđ mouet̄ super
terram in genere suo : cunctūq; volati=
le secūdum genꝰ suū,universe aves o=
mnesq; volucres īgresse sūt ad noe in
archā·bina et bina ex omni carne in
qua erat spūs vite. Et que īgressa sūt·
masculus et femina ex omni carne in
troierūt·sicut p̄ceperat ei deus : ⁊ inclu=
sit eū dn̄s deforis . Factūq; ē diluuiū
quadraginta diebꝫ sup terrā : ⁊ multi=
plicate sunt aque:et elevaverūt archā
in sublime a terra · vehementi eni inun=
daverunt:et oīa repleverūt in supficie
terre. Porro archa ferebat̄ sup aquas:
et aque prevaluerūt nimis sup terrā:
optiq; sunt om̄es montes excelsi sub
univ̄so celo . Quindeci cubitis altior
fuit aqua super montes q̄s operuerat.
Consūptaq; est oīs caro q̄ movebat̄
sup terram : volucrū aīantiū bestiarū·
omniūq; reptiliū que reptāt sup terrā.
Universi hoīes et cuncta in quibꝫ spi=
raculū vite ē in terra·mortua sunt . Et
delevit deꝰ omnē substantiā que erat
sup terrā · ab hoīe usq; ad pecus·tam
reptile q̄ꝫ volucres celi : ⁊ deleta sūt de
terra. Remansit autē solus noe·et qui
cū eo erāt ī archa. Optinuerūtq; aque
terras centūquinq̄ginta diebꝫ. cap̄. viii.

Recordatꝰ aūt dn̄s noe cūctorūq;
animātiū·et omniū iumētoꝝ q̄
erāt cū eo ī archa · adduxit spiritū sup
terrā:⁊ imminute sūt aque·⁊ clausi sunt
fōtes abissi et cathararde celi:⁊ ꝓhibite
sūt pluuie de celo . Reversēq; sūt aque
de terra·eūtes ⁊ redeūtes : et ceperūt mi=
nui·post centūquinq̄gita dies. Requie=
uitq; archa mēse septio vicesimoseptio
die mensis sup montes armenie . At
vero aque ibant et decrescebāt usq; ad
decimū mēsem . Decio eni mense p̄ma
die mensis apparuerūt cacumīa mon=
tiū. Cūq; trāsissent quadraginta dieſ:
apperiēs noe fenestrā arche quā fecerat
dimisit corvū:qui egrediebat̄·⁊ nō reu=
tebatur donec siccarent̄ aque sup terrā.
Emisit q̄ꝫ columbā post eū·ut videret si
iam cessasset aque sup faciē terre. Que
cū non invenisset ubi requiesceret pes
eius·reversa est ad eū in archā . Aque
eni erāt sup universā terrā . Extenditq;
manū suā : ⁊ apphensā intulit ī archā.
Expectatis autē ultra septē diebꝫ aliiſ:
rursum dimisit columbā ex archa. At
illa venit ad eū ad vesperā : portans

ramū olive virentibꝫ folijs ī ore suo.
Intellexit ergo noe: φ cessassent aque
super terrā. Expectavitq; nichilominꝰ
septem alios dies. et emisit columbā:
que nō est reversa ultra ad eū. Igitur
sexcētesimoprimo anno primo mense.
prima die mensis imminute sunt aque
super terrā. Et aperiēs noe tectū arche
aspexit. viditq; φ exsiccata esset supfi-
cies terre. Mense scdo septimo ⁊ vicesi-
mo die mensis arefacta ē terra. Locutꝰ
est autē dñs ad noe dicēs. Egredere de
archa tu. ⁊ uxor tua. filij tui. et uxores
filiorꝫ tuorꝫ tecū: cūcta aīantia que sūt
apud te. ex omni carne tam in volati-
libus φ̄ in bestijs ⁊ universis reptilibꝫ
que reptant sup terrā. educ tecū: ⁊ egre-
dimini super terrā. Crescite et multipli-
camini sup eam. Egressus ē ergo noe
⁊ filij eius. ⁊ uxor illiꝰ et uxores filiorū
eius cū eo: sed ⁊ oīa aīantia iumenta
et reptilia que reptant sup terrā. scdm
genꝰ suū. egressa sunt de archa. Edifi-
cavit autē noe altare dñō: et tollens
de cūctis pecoribꝫ ⁊ volucribꝫ mūdis.
obtulit olocausta super altare. Odo-
ratusq; est dñs odorē suavitatis: ⁊ ait
ad eū. Nequaφ̄ ultra maledicā terre
propter hoīes. Sensus enī ⁊ cogitatō
humani cordis in malū prona sunt
ab adolescētia sua. Non igitur ultra
percutiā omnem animam viventem
sicut feci. Cunctis diebꝫ terre. sementis et
messis. frigus ⁊ estus. estas et hiems.
nox ⁊ dies non requiescent. cap. ix.
Benedixitq; deus noe ⁊ filijs eius.
⁊ dixit ad eos. Crescite ⁊ mltipli-
camini ⁊ replete terrā. ⁊ terror vester ac
tremor sit sup cūcta aīalia terre. et sup
omnes volucres celi cū universis que
moventꝰ sup terrā. Omnes pisces ma-
ris manui vestre tradita sūt: et omne
qd̄ movetur et vivit. erit vobis ī cibū.
Quasi olera virentia tradidi vobis
omnia: excepto φ carnē cū sanguine
non comedetis. Sanguinē enī aīarū
vrārꝫ requirā de manu cūctarꝫ bestiarꝫ.
et de manu hominis. De manu viri ⁊
de manu fr̄is eiꝰ requirā omnē aīam
hominis. Quicūq; effuderit humanū
sanguinē. fundetur sanguis illiꝰ. Ad
ymaginē dei quippe factus est homo.
Vos autē crescite ⁊ mltiplicamini. et
ingredimini sup terrā et implete eam.
Hec q̄ȝ dixit deus ad noe. et ad filios
eiꝰ cum eo. Ecce ego statuā pactū meū
vobiscū. ⁊ cū semine vr̄o post vos. et
ad omnē aīam viventē q̄ est vobiscū.
tam in volucribꝫ φ̄ ī iumentis ⁊ pecu-
dibꝫ terre. cunctisq; que egressa sunt de
archa. ⁊ universis bestijs terre. Statuā
pactum meū vobiscū. ⁊ nequaφ̄ ultra
interficiet oīs caro aq̄ aquis diluuij.
neq; erit deinceps diluviū dissipans
omnem terram. Dixitq; deus. Hoc est
signū federis qd̄ do inter me et vos et
ad omnē aīam viventē que ē vobiscū
in generationes sempiternas. Arcum
meū ponā in nubibꝫ celi et erit signū
federis inter me ⁊ terrā. Cūq; obduxero
nubibꝫ celū. apparebit arcus meus in
nubibus. ⁊ recordabor federis mei qd̄
pepegi vobiscū. et cū omni anima vi-
vente que carnē vegetat. et non erunt
ultra aque diluvij ad delendā universā
carnem. Eritq; arcus meus in nubibꝫ.
⁊ videbo illū ⁊ recordabor federis sem-
piterni: qd̄ pactū est inter deū et omnē
aīam viventē universe carnis que est
sup terram. Dixitq; dñs ad noe. Hoc
est signū federis qd̄ constitui inter me
et omnē carnem sup terrā. Erant ergo
filij noe qui egressi sunt de archa. sem.
cham. ⁊ iaphet. Porro cham ipse est

pater chanaan . Tres isti sūt filij noe·
et ab hijs disseminatū est omne genꝰ
hominū sup uniūsā terrā . Cepitq; noe
vir agricola exercere terrā: ⁊ plantauit
vineam. Bibensq; vinū inebriatꝰ est:
et nudatus iacuit in tabernaculo suo.
Quod cum vidisset cham pater chanaan·
verēda scilicet pr̄is sui esse nudata: nūci-
auit duobꝫ frībꝫ suis foras. At vero sem
⁊ iaphet· palliū imposuerūt humeris
suis: et incedentes retrorsū · operuerūt
verēda pr̄is sui. Facies q; eorū auerse erāt:
⁊ patris virilia nō viderūt. Euigilās
autē noe ex vino cū didicisset q̄ fecerat
ei filius suus minor· ait. Maledictus
chanaan : seruus seruorum erit fra-
tribus suis. Dixitq;. Benedictus dn̄s
deꝰ sem: sit chanaan seruus eiꝰ . Dila-
tet deꝰ iaphet· ⁊ habitet in tabernaculis
sem: sitq; chanaan seruus eius. Vixit
autē noe post diluuiū · trecentisquin-
quaginta annis: ⁊ impleti sunt omēs
dies eius nongentorū quinquaginta
annorū et mortuus est. Cap̄. decimū.

Hee sunt generationes filiorū noe·
sem· chā· ⁊ iaphet . Natiq; sūt eis
filij post diluuiū. Filij iaphet: gomer·
⁊ magog· ⁊ madai· ⁊ iauan· et thubal.
⁊ mosoch ⁊ tiras. Porro filij gomer:
ascenez· et riphat· et thogorma. Filij
autē iauan· helysa ⁊ tharsis· cethim et
dodanim. Ab hijs diuise sunt insule
gentiū in regionibꝫ suis : vnusquisq;
scd̄m linguā suā et familias suas in
nationibꝫ suis . Filij autē cham: chus
et mesraym ⁊ phuth ⁊ chanaan. Filij
autē chus: saba· euila· ⁊ sabatha· ⁊ re-
gma· ⁊ sabathaca. Filij regma: saba et
dadan . Porro chus genuit nemroth.
Ipse cepit esse potens in terra: ⁊ erat ro-
bustus venator coram dn̄o . Ab hoc
exiuit puerbiū. Quasi nemroth robustꝰ
venator coram domino. Fuit autem
principiū regni eiꝰ babilon · ⁊ arach et
archath · et calanne· in terra sennaar.
De tra illa egressus ē assur. Et edifica-
uit niniuen· ⁊ plateas ciuitatis ⁊ chale:
resen quoq; inter niniuen ⁊ chale . Hec est
ciuitas magna. At vero mesraym ge-
nuit ludim· et ananim · et laabim· et
nepthuim· ⁊ phetrusim· ⁊ chasluim· de q̄bꝫ
egressi sūt philisthijm· ⁊ capthurim. Cha-
naan autē genuit sydonē primogenitū
suū· etheū· ⁊ iebuseū· et amorreū · ⁊ ger-
geseum· ⁊ eueum· ⁊ aracheū cyneum· et
aradiū· samarithen· ⁊ amatheū. Et post
hos disseminati sūt populi chananeorū.
Factiq; sunt termini chanaan venien-
tibus a sydone geraram· vsq; gazam·
donec ingrediaris sodomā et gomor-
ram · ⁊ adamam· et seboim vsq; lesa.
Hij sunt filij cham in cognationibus
et linguis · et generationibus · terrisq;
et gentibus suis . De sem quoq; nati sunt
pr̄es omniū filiorū heber· fratre iaphet
maiore. Filij sem: helam· ⁊ assur · et ar-
phaxat· ⁊ lud· ⁊ aram. Filij aram: hus·
et hul· ⁊ gether· ⁊ mes . At vero arpha-
xat genuit sale · de quo ortus ē heber.
Natiq; sunt heber filij duo . Nomen
vni phaleg · eo q̄ in diebꝫ eius diuisa
sit terra : ⁊ nomē fr̄is eius iectan . Qui
iectan · genuit elmodad · et saleph· et
asarmoth· iare· ⁊ aduram · et uzal· et
decla· et hebal· et abimahel· saba · et o-
phir · ⁊ euila· ⁊ iobab. Omnes isti filij
iectan. Et facta est habitatiō eorū· de mes-
sa pergentibꝫ vsq; sephar montē orien-
talem . Isti filij sem· secundum cogna-
tiones ⁊ linguas et regiones in genti-
bus suis. Hee familie noe· iuxta populos
et nationes suas. Ab hijs diuise sunt
gentes ī terra post diluuiū. Ca. xi.
Erat autē tra labij vniꝰ et smonū

eorūdem. Cumq; proficiscerent̄ de ori-
ente· invenerunt campū in terra sennaar: et habitauerūt in eo. Dixitq; alter
ad proximū suū. Venite faciamus
lateres: et coquam⁹ eos igni. Habueruntq; lateres pro saxis· ₇ bitumen p
cemento· et dixerunt. Venite faciam⁹
nobis civitatē· ₇ turrem cui⁹ culmen p
tingat usq; ad celū: ₇ celebrem⁹ nomē
nostrū anteq̄ dividamur in universas
terras. Descendit autē dn̄s ut videret
civitatē· et turrem quā edificabant filij
adam: et dixit. Ecce unus est ppłus: et
unū est labiū omnib₃. Ceperūtq; hoc
facere: nec desistent a cogitatōnib₃ suis
donec eas opere cōpleāt. Venite igit̄
descendam⁹ et confundam⁹ ibi linguā
eoꝝ: ut non audiat unusquisq; vocē
proximi sui. Atq; ita divisit eos dn̄s
ex illo loco ī universas terras: et cessauerūt edificare civitatē. Et idcirco vocatum est nomen loci illi⁹ babel: quia
ibi confusū est labiū universe terre. Et
inde dispsit eos dn̄s sup faciē cunctaꝝ
regionū. Hee sunt generationes sem.
Sem erat centū annoꝝ quādo genuit
arphaxat· biennio post diluviū. Vixit
q₃ sem postq̄ genuit arphaxat quīgentis ānis: ₇ genuit filios ₇ filias. Porro arphaxat vixit triginta quinq; ānis
₇ genuit sale. Vixitq; arphaxat postq̄
genuit sale q̄dringētis tribus ānis: ₇ genuit filios et filias. Sale q̄₃ vixit triginta
ānis ₇ genuit heber. Vixitq; sale postq̄
genuit heber q̄dringentis tribus ānis: ₇
genuit filios ₇ filias. Vixit autē heber
triginta q̄tuor ānis: ₇ genuit phalech.
Et vixit heber postq̄ genuit phalech
q̄dringentis triginta annis: et genuit
filios ₇ filias. Vixit quoq; phalech triginta ānis: ₇ genuit reu. Vixitq; phalech postq̄ genuit reu ducētis novem
annis: et genuit filios et filias. Vixit
autem reu triginta duobus annis: et genuit saruch. Vixit q₃ reu postq̄ genuit
saruch ducentis septē annis: et genuit
filios et filias. Vixit autē saruch triginta annis: ₇ genuit nachor. Vixit
q₃ saruch postq̄ genuit nachor ducētis
annis: et genuit filios ₇ filias. Vixit
autem nachor viginti novem annis:
et genuit thare. Vixit nachor postq̄
genuit thare centū decē ₇ novē annis:
et genuit filios ₇ filias. Vixitq; thare
septuaginta annis: ₇ genuit abram·
et nachor· ₇ aram. Hee sunt autē generatōnes thare. Thare genuit abram·
nachor· ₇ aram. Porro aram genuit
loth. Mortuusq; est aram ante thare
patrē suū: ī terra nativitatis sue· ī hur
caldeoꝝ. Duxerūt autē nachor· ₇ abrā
uxores. Nomen uxoris abram· sarai:
et nomē uxoris nachor· melcha· filia
aram pr̄is melche ₇ pr̄is iesche. Erat
autē sarai sterilis nec habebat filios.
Tulit itaq; thare abram filiū suū· et
loth filium aram filiū filij sui· et sarai
nurū suā· uxorē abrā filij sui: ₇ eduxit
eos de hur caldeoꝝ: ut irent in terram
chanaan. Veneruntq; usq; aran· et
habitauerūt ibi. Et facti sūt dies thare
ducētoꝝ quinq; ānoꝝ· ₇ mortu⁹ ē ī aran

Dixit aūt dn̄s ad abram. ca. xii.
Egredere de tra tua ₇ de cognatone tua· ₇ de domo pr̄is tui· et veni in
terrā quā monstrauero tibi; faciāq;
te in gentem magnā· et benedicā tibi:
et magnificabo nomē tuū· erisq; benedictus. Benedicam benedicentib₃ tibi·
₇ maledicam maledicentib₃ tibi: atq;
in te benedicent̄ universe cognationes
terre. Egressus est itaq; abram sicut p̄ceperat ei dn̄s: ₇ ivit cū eo loth. Septuagintaquinq; annoꝝ erat abram: cū

egrederet̄ de aran. Tulitq; sarai uxorē
suā ⁊ loth filiū fr̄is sui: uniūsāq; sbstā-
tiā quā possederāt· et aīas q̄s fecerāt in
aran: ⁊ egressi sūt ut irēt ī terrā chana-
an. Cūq; venissent in eā: ptrāsiuit abrā
terrā usq; ad locū sychem: ⁊ usq; ad cō-
uallē illustrē. Chananeꝰ aūt tunc erat
in terra. Apparuit autē dn̄s abram
et dixit ei. Semini tuo dabo terrā hāc.
Qui edificauit ibi altare domino qui
apparuerat ei: et inuocauit ibi nomē
eius. Et inde transgrediēs ad mōtem
qui erat contra orientē bethel· tetendit
ibi tabernaclm suū: ab occidente habēs
bethel: ⁊ ab oriente hay. Edificauit q;
ibi altare dn̄o: ⁊ inuocauit nomen eiꝰ.
Perrexitq; abrā vadēs: ⁊ ultra pgre-
diēs ad meridiē. Facta est aūt fames
in terra. Descenditq; abram ī egiptū:
ut peregrinaret̄ ibi. Preualuerat enī fa-
mes in terra. Cumq; ppe esset ut ingre-
deretur egiptum: dixit sarai uxori sue.
Noui q̄ pulcra sis mulier: et qd̄ cum
viderit te egiptij· dicturi sūt· uxor illiꝰ
est: ⁊ interficiēt me· ⁊ te reseruabūt. Dic er-
go obsecro te: q̄ soror mea sis· ut bene
sit michi ppter te: et viuat anima mea
ob graciā tui. Cūq; ita ingressus esset
abrā egiptū viderūt egiptij mulierem q̄
esset pulcra nimis. Et nunciauerunt
principes pharaoni: ⁊ laudauerūt eā
apud illū. Et sublata est mulier ī domū
pharaonis: abram vero bene usi sunt
propter illā. Fueruntq; ei oues· ⁊ bouesˢ·
et asini· ⁊ serui· et famule ⁊ cameli. Fla-
gellauit autē dn̄s pharaonē plagis
maximis et domū eius: ppter sarai
uxorem abram. Vocauitq; pharao
abram: ⁊ dixit ei. Quid nam ē quod
fecisti michi? Quare nō indicasti mi-
chi q̄ uxor tua esset? Quāobcausam
dixisti esse sororē tuā: ut tollerē michi
eā ī uxorem. Nūc igitē ecce coniunx tua:
accipe eam et vade. Precepitq; pharao
super abram viris: ⁊ deduxerunt eū et
uxorē eiꝰ: ⁊ oīa q̄ habebat. Cap. xiii.

Ascendit ergo abram de egipto:
ipse et uxor eius· et omnia que
habebat· ⁊ loth cum eo: ad australem
plagam. Erat aūt diues valde in pos-
sessione auri ⁊ argenti. Reuersusq; est
p iter quo venerat a meridie in bethel·
usq; ad locū ubi prius fixerat taberna-
culū inter bethel· ⁊ hay· in loco altaris
qd̄ fecerat prius: ⁊ inuocauit ibi nomē
dn̄i. Sed ⁊ loth qui erat cū abram: fu-
erunt greges ouiū ⁊ armenta· ⁊ taber-
nacula: nec poterat eos capere terra ut
habitarent simul. Erat quippe substā-
cia eoꝝ multa: ⁊ nequibāt habitare
cōmuniter. Unde ⁊ facta ē rixa inter pasto-
res gregum abram et loth. Eo aūt tpe
chananeꝰ ⁊ pherezeus habitabāt ī illa
terra. Dixit ergo abram ad loth. Ne
queso sit iurgiū inter me et te: et inter
pastores meos et pastores tuos. Fres
enī sumus. Ecce uniuersa terra corā te
est: recede a me obsecro. Si ad sinistrā
ieris ego dexterā tenebo: si tu dexteram
elegeris: ego ad sinistrā pgā. Eleuatisˢ
itaq; loth oculis· vidit omnē circa regi-
onem iordanis· que uniūsa irrigabat̄
anteq̄ subuerteret dn̄s sodomam et go-
morram sicut paradisus dn̄i: ⁊ sicut
egiptꝰ venientibꝫ in segor. Elegitq; sibi
loth regionem circa iordanē et recessit
ab oriente. Diuisiq; sūt alterutrū a fra-
tre suo. Abram habitauit ī terra cha-
naan. Loth vero moratꝰ est in oppidis
que erant circa iordanē: et habitauit
in sodomis. Homines aūt sodomite
pessimi erāt: ⁊ peccatores corā dn̄o nimisˢ.
Dixitq; dn̄s ad abrā: postq̄ diuisus ē
ab eo loth. Leua oculos tuos in directū

et vide a loco in quo nūc es · ad aqui-
lonem et meridiem · ad orientem et oc-
cidentem. Omnē terrā quā conspicis ·
tibi dabo ⁊ semini tuo usq; in sempiter-
num ; faciāq; semen tuū sicut puluerē
terre. Si quis potest hoīm numerare
puluerē terre : semen q3 tuū · numerare
poterit. Surge ergo ⁊ pambula terrā ·
in longitudine et i latitudine sua : q̄a
tibi daturus sum eā. Mouens igit̄ taber-
naculū suū abram · venit et habitauit
iuxta conuallem mambre : que est in
hebron. Edificauitq; ibi altare dn̄o.

Factū est aūt in illo tp̄e ut. ca. xiiii
amraphel rex sennaar : ⁊ arioch
rex ponti · ⁊ chodorlaomor rex elami-
tarū · et thadal rex gentiū inirent bellū
contra bara regē sodomoꝝ · ⁊ cōtra bersa
regem gomorre : ⁊ cōtra sennaab regē
adame · ⁊ contra semeber regē seboim ·
contraq; regē bale : ipa ē segor. Omnes
hij conuenerunt in vallem siluestrem :
que nūc est mare salis. Duodecim eni
annis seruierāt chodorlaomor : ⁊ tercio-
decimo anno recesserūt ab eo. Igitur
quartodecimo anno · venit chodorlaomor
⁊ reges qui erant cum eo : ⁊ pcusserunt
raphaym in astaroth · et carnayın · et
zuzim cum eis · et emim in saue caria-
thaym · ⁊ chorreos i montibꝫ seyr : usq;
ad campestria pharan : que ē in solitu-
dine. Reuersiq; sūt ⁊ venerunt usq; ad
fontē mesphat · ipa ē cades : ⁊ pcusserūt
omnē regionē amalechitaꝝ : ⁊ amor-
reoꝝ qui habitabāt in asasonthamar.
Et egressi sunt rex sodomoꝝ · ⁊ rex go-
morre · rexq; adame · et rex seboim · nec
non ⁊ rex bale que ē segor · et dire-
xerūt aciem ɔtra eos i valle siluestri : scilicet
aduersum chodorlaomor regē elami-
tarū · ⁊ thadal regem gencium · ⁊ amra-
phel regē sennaar et arioch regē pōti :
quatuor reges aduersus quinq;. Vallis
autē siluestris habebat puteos multos
bituminis. Itaq; rex sodomorū et rex
gomorre terga verterunt cecideruntq;
ibi : et qui remanserant fugerunt ad
mōtem. Tulerūt aūt omnē substantiā
sodomoꝝ · et gomorreoꝝ · et uniuersa
que ad cibum pertinent : et abierunt ·
necnon et loth et substantiā eius · filiū
fr̄is abram : qui habitabat i sodomis.
Et ecce unus qui euaserat nunciauit
abram hebreo : q̄ habitabat i conualle
mambre amorrei fratris eschol · ⁊ fr̄is
aner. Hij eni pepigerāt fedus cū abrā.
Quod cū audisset abram captū videlicet
loth fratrem suū : numerauit expeditos
vernaculos suos trecentosdecē ⁊ octo · ⁊
psecutus est eos usq; dan. Et diuisis
socijs irruit sup eos nocte. Percussitq;
eos et persecutus ē eos usq; hoba- et pherezeon
que est ad leuam damasci. Reduxitq;
omnē substantiā : et loth frem suū cū
substantia illius : mulieres q3 et plim.
Egressus ē aūt rex sodomoꝝ i occursū
ei⁹ postq̄ reūsus ē a cede chodorlaomor ·
⁊ regū qui cū eo erant · i valle sabe que
est vallis regis. At vero melchisedech
rex salem pferens panem et vinū. erat
eni sacerdos dei altissimi : benedixit ei ·
et ait. Benedictus abram deo excelso :
qui creauit celū ⁊ terrā. Et benedict⁹ de⁹
excelsus : quo ptegente hostes in mani-
bus tuis sunt. Et dedit ei decimas
ex omnibꝫ. Dixit autem rex sodomoꝝ
ad abram. Da michi animas : cetera
tolle tibi. Qui rn̄dit ei. Leuo manū
meā ad dn̄m deū excelsum possessorē
celi ⁊ terre : q̄ a filo subtegminis usq; ad
corrigiā calige nō accipiā ex omnibꝫ
q̄ tua sūt : ne dicas · ego ditaui abrā :
exceptis hijs que comederūt iuuenes ·
et partibus viroꝝ qui venerunt mecū ·

auer·eschol ⁊ mābre. Isti accipiēt ptes
His itaqꝫ trans- suas. ca. xv.
actis : factus est sermo domini
ad abram per visionem dicens. Noli
timere abram : ego protector tuus sū :
et merces tua magna nimis. Dixitqꝫ
abram. Dn̄e deus qd dabis michi?
Ego vadam absqꝫ liberis : ⁊ filiꝰ pro-
curatoris domus mee· iste damascus
eliezer. Addiditqꝫ abrā. Michi autē
nō dedisti semē· ⁊ ecce vernaculus meꝰ
heres meus erit. Statimqꝫ sermo dn̄i
factꝰ est ad eū dicens. Non erit hic
heres tuꝰ : sed qui egredietur de vtero tuo
ipm̄ habebis heredē. Eduxitqꝫ eū foras :
⁊ ait illi. Suspice celū ⁊ numera stellas
si potes. Et dixit ei. Sic erit semen tuū.
Credidit abram deo : ⁊ reputatū est illi
ad iusticiā. Dixitqꝫ ad eū. Ego dn̄s q
eduxi te de hur chaldeoꝝ : vt darem tibi
terrā istā ⁊ possideres eam. At ille ait.
Dn̄e deus : vnde scire possum qꝫ posses-
surus sim eā ? Et respondit dn̄s. Su-
me inqt michi vaccā triennē et caprā
trimam· ⁊ arietē ānorū triū· turturem
qꝫ et columbā. Qui tollēs vniūsa hec·
diuisit ea p mediū : ⁊ vtrasqꝫ partes cōtra
se altrinsecus posuit. Aues autē non
diuisit. Descenderūtqꝫ volucres super
cadauera ⁊ abigebat eas abrā. Cūqꝫ
sol occūberet· sopor irruit sup abram :
⁊ horror magnꝰ ⁊ tenebrosus inuasit
eū. Dictūqꝫ est ad eū. Scito pnoscens
qꝫ peregrinū futurū sit semen tuū in terra
nō sua : ⁊ subicient eos seruituti· ⁊ affli-
gent quadringētis ānis. Verūtamen
gentem cui seruituri sūt ego iudicabo :
et post hec egredientur cū magna sub-
stancia. Tu autē ibis ad pr̄es tuos in
pace : sepultus in senectute bona. Gene-
ratione autem quarta reuertentur huc.
Necdū eni complete sunt iniquitates
amorreorū : vsqꝫ ad p̄sens tempꝰ. Cū
ergo occubuisset sol· facta est caligo te-
nebrosa : ⁊ apparuit clibanus fumās :
et lampas ignis transiens inter diui-
siones illas. In die illo pepigit dn̄s
fedꝰ cū abrā dicēs. Semini tuo dabo
terrā hanc· a fluuio egipti vsqꝫ ad flu-
uium magnū eufraten. Cineos ⁊ cene-
zeos· cethmoneos· ⁊ etheos· ⁊ ferezeos·
raphaym quoqꝫ ⁊ amorreos· ⁊ chana-
neos· et gergeseos· et iebuseos. ca. xvi.
Igitur sarai vxor abram nō genuerat sibi
liberos : sed habens ancillam egiptiā
nomine agar· dixit marito suo. Ecce
cōclusit me dn̄s ne parerem : ingredere
ad ancillā meā : si forte saltē ex illa sus-
cipiam filios. Cūqꝫ ille acquiesceret de-
precanti : tulit agar egiptiā ancillā suā·
post annos decē quā habitare ceperāt
in terra chanaan : et dedit eā viro suo
vxorē. Qui ingressus ē ad eā. At illa
cōcepisse se vidēs : despexit dn̄am suā.
Dixitqꝫ sarai ad abrā. Inique agis
contra me. Ego dedi ācillā meā in sinū
tuū : q̄ vidēs qꝫ conceperit despectui me
habet. Iudicet dn̄s inter me et te. Cui
respōdit abram. Ecce ait ancilla tua
in manu tua est : vtere ea ut libet. Affli-
gente igitur eā sarai fugā iniit. Cūqꝫ
inuenisset eā angelus dn̄i iuxta fontē
aque in solitudine que est in via sur
in deserto : dixit ad illā. Agar ancilla
sarai vnde venis : et quo vadis ? Que
respōdit a facie sarai dn̄e mee ego fu-
gio. Dixitqꝫ ei angelus dn̄i. Reuertere
ad dn̄am tuā : ⁊ humiliare sub manu
illiꝰ. Et rursū. Multiplicās inqt multi-
plicabo semē tuū : ⁊ nō numerabitur pre
multitudine. Ac deinceps. Ecce ait. Con-
cepisti· ⁊ paries filiū : vocabisqꝫ nomē
eiꝰ ismael : eo qꝫ audierit dn̄s afflictio-
nem tuā. Hic erit ferus homo. Manꝰ

eius cõtra omnes et manus omniũ
cõtra eũ. Et e regione uniuersoꝝ fratrũ
suoꝝ figet tabernacula. Vocauit autẽ
agar nomẽ dñi qui loquebat ad eã.
tu deus qui vidisti me. Dixit enĩ. Pro=
fecto hic vidi posteriora videntis me.
Propterea appellauit puteũ illũ: puteũ
viuẽtis ⁊ vidẽtis me. Ipse ẽ inter cades
et barad. Peperitq; agar abre filiũ: q̃
vocauit nomen eius ysmahel. Octo=
ginta ⁊ sex annoꝝ erat abram: quãdo
peperit ei agar ysmahelem. ca. xvij.

Postq̃ vero nonaginta ⁊ nouem
ãnoꝝ esse ceperat: apparuit ei deꝰ.
Dixitq; ad eũ. Ego deꝰ omnipotens.
Ambula coram me et esto perfectus.
Ponamq; fedus meũ inter me ⁊ te: et
multiplicabo te vehemẽter nimis. Ceci=
dit abram pronus in faciem. Dixitq;
ei deus. Ego sum: et ponam pactum
meũ tecum: erisq; pater multaꝝ gentiũ.
Nec vltra vocabit nomẽ tuũ abram:
sed appellaberis abraham: quia patrẽ
multaꝝ gentiũ constitui te. Faciãq; te
crescere vehementissime ⁊ ponam te in
gẽtibz: regesq; ex te egredientũ: ⁊ statuã
pactũ meũ inter me et te et inter semen
tuum: post te in generationibus suis
federe sempiterno: ut sim deus tuus: ⁊
seminis tui post te. Daboq; tibi ⁊ semi=
ni tuo post te terram peregrinationis
tue: omnẽ terrã chanaan: in possessio=
nem eternã: eroq; deus eoꝝ. Dixit iterũ
deꝰ ad abraham. Et tu ergo custodies
pactũ meũ: et semẽ tuũ post te in gene=
rationibz suis. Hoc est pactũ meũ qđ
obseruabitis inter me et vos et semen
tuũ post te. Circũcidet ex vobis omne
masculinũ: ⁊ circũcidetis carnẽ ꝓpucij
vestri: ut sit in signũ federis inter me et
vos. Infans octo dierũ circũcidet i vo=
bis. Omne masculinũ in generatõibus

vestris: tam vernaculus q̃ empticius
circumcidet: et quicumq; non fuerit de stirpe
vr̃a. Eritq; pactũ meũ in carne vr̃a in
fedus eternũ. Masculus cuiꝰ preputij
caro circũcisa nõ fuerit: delebit anima
illa de ꝑplo suo: quia pactũ meũ irritũ
fecit. Dixit quoq; deꝰ ad abrahã. Sarai
uxorẽ tuam nõ vocabis sarai: sed sa=
ram. Et benedicã ei: ⁊ ex illa dabo tibi
filiũ cui benedicturus sum. Eritq; in
nationes: ⁊ reges ꝑploꝝ orientur ex eo.
Cecidit abraham in faciẽ suã: et risit
in corde suo dicens. Putasne centena=
rio nascet filius: ⁊ sara nonagenaria
pariet? Dixitq; ad deum. Vtinã ysma=
hel viuat corã te. Et ait deꝰ ad abra=
ham. Sara uxor tua pariet tibi filiũ:
vocabisq; nomẽ eiꝰ ysaac. Et cõstituã
pactũ meũ illi in fedus sempiternũ: et
semini eius post eũ. Super ysmahel quoq;
exaudiui te. Ecce benedicã ei: ⁊ augebo
et multiplicabo eũ valde. Duodecim
duces generabit: ⁊ faciã illũ crescere in
gentẽ magnã. Pactũ vero meũ statuã
ad ysaac: quẽ pariet tibi sara tpe isto:
in anno altero. Cumq; finitus esset ser=
mo loquentis cũ eo: ascendit deus ab
abraham. Tulit aũt abraham ysma=
hel filiũ suũ: et omnes vernaculos domꝰ
sue: vniuersosq; quos emerat: ⁊ cunctos
mares ex omnibz viris domus sue: et
circũcidit carnẽ ꝓpucij eorũ: statim in
ipa die sicut preceperat ei deꝰ. Abrahã
nonaginta ⁊ nouẽ erat annoꝝ: quãdo
circũcidit carnẽ ꝓpucij sui: et ysmahel
filius suus tredecim annos impleue=
rat: tpe circũcisionis sue. Eadem die
circũcisus ẽ abraham: ⁊ ysmahel filiꝰ
eius: ⁊ omnes viri domus illius: tam
vernaculi q̃ empticij et alienigene pa=
riter circumcisi sunt. cap. xviij.

Apparuit autẽ ei dñs in conualle

mambre: sedenti in ostio tabernaculi
sui in ipso fervore diei. Cumque elevasset
oculos: apparuerunt ei tres viri stantes
prope eum. Quos cum vidisset: cucurrit
in occursum eorum de ostio tabernaculi
sui: et adoravit in terra et dixit. Domine si
inveni gratiam in oculis tuis ne transeas
servum tuum: sed afferam paxillum aque:
et laventur pedes vestri et requiescite sub ar-
bore. Ponamque buccellam panis: et confor-
tetur cor vestrum postea transibitis. Idcirco
enim declinastis ad servum vestrum. Qui di-
xerunt. Fac ut locutus es. Festinavit
abraham in tabernaculum ad saram:
dixitque ei. Accelera tria sata simile com-
misce: et fac subcinericios panes. Ipse
vero ad armentum cucurrit: et tulit inde
vitulum tenerrimum et optimum: deditque pu-
ero. Qui festinavit: et coxit illum. Tulit quoque
butirum et lac: et vitulum quem coxerat: et po-
suit coram eis. Ipse vero stabat iuxta eos
sub arbore. Cumque comedissent dixerunt
ad eum. Ubi est sara uxor tua? Ille respon-
dit. Ecce in tabernaculo est. Cui dixit. Rever-
tens veniam ad te tempore isto: vita comi-
te: et habebit filium sara uxor tua. Quo
audito: sara risit post ostium tabernaculi.
Erant autem ambo senes: provecteque etatis:
et desierant sare fieri muliebria. Que ri-
sit occulte dicens. Postquam consenui et dominus
meus vetulus est: voluptati operam dabo.
Dixit autem dominus ad abraham. Quare
risit sara uxor tua dicens. Num vere
paritura sum anus? Numquid deo quicquam
est difficile? Iuxta condictum revertar ad
te hoc eodem tempore: vita comite: et habebit
sara filium. Negavit sara dicens. Non
risi: timore perterrita. Dominus autem. Non est
inquit ita: sed risisti. Cum ergo surrexissent
inde viri: direxerunt oculos contra sodo-
mam: et abraham simul gradiebatur:
deducens eos. Dixitque dominus. Num celare
potero abraham que gesturus sum: cum
futurus sit in gentem magnam ac robustis-
simam: et benedicende sint in eo omnes
nationes terre? Scio enim quod precepturus sit
filiis suis: et domui sue post se: ut custo-
diant viam domini: et faciant iudicium et
iusticiam: ut adducat dominus propter
abraham omnia que locutus est ad eum.
Dixit itaque dominus. Clamor sodomorum
et gomorreorum multiplicatus est: et peccatum
eorum aggravatum est nimis. Descendam
et videbo: utrum clamorem qui venit ad
me: opere compleverint: an non est ita ut
sciam. Converteruntque se inde: et abierunt
sodomam. Abraham vero adhuc stabat
coram domino: et appropinquans ait. Num-
quid perdes iustum cum impio? Si fuerint
quinquaginta iusti in civitate: peribunt si-
mul: et non parces loco illi propter quinqua-
ginta iustos si fuerint in ea? Absit a te:
ut rem hanc facias: et occidas iustum cum
impio: fiatque iustus sicut impius. Non
est hoc tuum: qui iudicas omnem terram.
Nequaquam facies iudicium hoc. Dixitque
dominus ad eum. Si invenero sodomis
quinquaginta iustos in medio civita-
tis: dimittam omni loco propter eos. Re-
spondit abraham et ait. Quia semel
cepi: loquar ad dominum deum meum cum sim
pulvis et cinis. Quid si minus quinqua
ginta iustis quinque fuerint: delebis propter
quadragintaquinque universam urbem.
Et ait. Non delebo si invenero ibi qua-
dragintaquinque. Rursumque locutus est
ad eum. Si autem quadraginta ibi inventi
fuerint quid facies? Ait. Non percuti-
am propter quadraginta. Ne queso inquit
indigneris domine si loquar. Quid si ibi
inventi fuerint triginta? Respondit. Non
faciam si invenero ibi triginta. Quia
semel cepi: loquar domino meo.
Quid si ibi inventi fuerint viginti? ait.

Non interficiā ꝓpter uiginti. Obsecro
inquit ne irascaris dñe·si loquar ad-
huc semel. Quid si inuenti fuerint ibi
decem? Dixit. Non delebo ꝓpter decem.
Abijt dñs postq̄ cessauit loqui ad
abraham·et ille reuersus ē in locū suū.
Ueneruntq; duo angeli m. xix.
sodomā uespere·sedente loth in
foribus ciuitatis. Qui cū uidisset eos
surrexit·et iuit obuiā eis·adorauitq;
pronus in terrā et dixit. Obsecro dñi·
declinate in domū pueri uři·⁊ manete
ibi. Lauate pedes uřos et mane ꝓfici-
scemini ī uiā uřam. Qui dixerunt. Mi-
nime: sed in platea manebim⁹. Cōpu-
lit illos op̄ido ut diuerterēt ad eū. In-
gressisq; domū eius fecit cōuiuiū·coxit
azima·et comederūt. Prius autem q̄
irent cubitū·uiri ciuitatis uallauerūt
domū illius·a puero usq; ad senē·oīs
ꝑpls simul. Uocaueruntq; loth ⁊ dixerūt
ei. Ubi sunt uiri qui introierunt ad te
nocte. Educ illos huc ut cognoscam⁹
eos. Egressus ad eos loth post tergū
accludēs ostiū·ait. Nolite queso fr̄es
mei·nolite malū hoc facere. Habeo du-
as filias·que necdū cognouerūt uirū.
Educā eas ad uos·et abutimini eis
sicut uobis placuerit·dūmodo uiris
istis nichil mali faciatis·quia ingres-
si sunt sub umbra culminis mei. At
illi dixerūt. Recede illuc. Et rursus. In-
gressus es inquiūt ut aduena·nūqd
ut iudices? Te ergo ip̄m magis q̄ hos
affligem⁹. Uimq; faciebant loth uehe-
mētissime. Iamq; ꝓpe erat ut effringe-
rent fores·⁊ ecce miserūt manū uiri·et
introduxerūt ad se loth·clauseruntq;
ostiū·⁊ eos qui foris erāt ꝑcusserūt ce-
citate·a minimo usq; ad maximū·ita
ut ostiū inuenire non possent. Dixe-
runt aūt ad loth. Habes hic quēpiā
tuorū generum·aut filios aut filias.
Omnes q̄ tui sūt·educ de urbe hac. De-
lebim⁹ enim locū istū: eo ꝙ increuerit
clamor eoꝝ corā dño·qui misit nos
ut ꝑdamus illos. Egressus itaq; loth·
locut⁹ ē ad generos suos·qui acceptu-
ri erant filias eius·⁊ dixit. Surgite et
egredimini de loco isto·quia delebit
dñs ciuitatē hanc. Et uisus est eis q̄si
ludēs loqui. Cumq; esset mane·coge-
bant eū angeli dicentes. Surge tolle
uxorē tuā·⁊ duas filias q̄s habes·ne
⁊ tu pariter ꝑeas ī scelere ciuitatis. Dis-
simulante illo: apphenderūt manū ei⁹
et manū uxoris ac duaꝝ filiaꝝ ei⁹·eo
ꝙ parceret dñs illi·eduxerūtq; eū ⁊ po-
suerūt extra ciuitatē·ibiq; locuti sunt
ad eum dicentes. Salua animā tuā.
Noli respicere post tergum·nec stes in
omni loco circa regionē·sed ī monte
saluū te fac·ne ⁊ tu simul ꝑeas. Dixit
q; loth ad eos. Queso dñe mi·quia
inuenit seruus tu⁹ grām corā te·et ma-
gnificasti gloriā et misericordiā tuā
quā fecisti mecum ut saluares aīam
meā·nec possum in monte saluari·ne
forte apphendat me malū et moriar.
Est ciuitas hic iuxta·ad quā possum
fugere parua·⁊ saluabor in ea. Nūqd
non modica est·et uiuet anima mea.
Dixitq; ad eū. Ecce etiā in hoc suscepi
p̄ces tuas·ut nō subuertā urbem pro
qua locutus es. Festina ⁊ saluare ibi·
quia nō potero facere quicq̄ donec in-
grediaris illuc. Idcirco uocatum est
nomē urbis illi⁹ segor. Sol egressus
est sup terram·⁊ loth ingressus ē segor.
Igit̄ domin⁹ pluit sup sodomā ⁊ go-
morram: sulphur ⁊ ignem a dño de
celo·⁊ subuertit ciuitates has·et omnē
circa regionē·uniuersos habitatores
urbiū·et cūcta terre uirētia. Respiciensq;

uxor eius post se · versa est in statuam
salis. Abraham aūt cōsurgens ma-
ne· ubi steterat p̄us cū dn̄o: intuit⁹ est
sodomam et gomorrā · ⁊ vniuersam
terram regionis illius. Viditqȝ ascen-
dentem fauillam de terra: q̄si fornacis
fumū. Cū eīm subūteret dn̄s ciuitates
regionis illius: recordat⁹ est abrahe·
et liberauit loth de subuersione urbiū
in q̄bus habitauerat. Ascenditqȝ loth
de segor · et mansit in monte. Due q̄ȝ
filie ei⁹ cū eo. Timuerat eīm manere in
segor, ⁊ mansit in spelunca: ip̄e ⁊ due
filie ei⁹ cū eo. Dixitqȝ maior ad mino-
rem. Pater noster senex ē · ⁊ nullus vi-
roꝝ remansit in terra: qui possit ingre-
di ad nos iuxta morem vniuerse terre.
Veni inebriem⁹ eū vino · dormiamus-
qȝ cū eo: ut seruare possim⁹ ex p̄re nr̄o
semen. Dederūt itaqȝ p̄ri suo bibere vi-
num nocte illa. Et ingressa est maior:
dormiuitqȝ cū p̄re. At ille non sensit
nec quādo accubuit filia nec quādo
surrexit. Altera q̄ȝ die dixit maior ad
minorē. Ecce dormiui heri cū p̄re meo.
dem⁹ ei bibere vinū etiā hac nocte ⁊ dor-
mies cū eo ut saluem⁹ semen de patre
nr̄o. Dederūtqȝ etiā ⁊ illa nocte patri
suo bibere vinū. Ingressaqȝ minor fi-
lia dormiuit cū eo. Et nec quidē tunc
sensit quādo cōcubuerit · uel q̄ndo illa
surrexit. Cōceperūt ergo due filie loth
de patre suo. Peperitqȝ maior filiū · et
vocauit nomen eius moab. Ipse est
pater moabitaꝝ usqȝ in presentē diem.
Minor q̄ȝ peperit filiū · ⁊ vocauit nomē
eius āmon · id est filius p̄pli mei · ip̄e ē
pater āmonitaꝝ usqȝ hodie. ca. xx.

Profectus inde abraham in terrā
australē · habitauit inter cades
et sur · ⁊ peregrinat⁹ ē ī geraris. Dixitqȝ
de sara vxore sua: soror mea ē. Misit
ergo abimelech rex gerare · ⁊ tulit eam.
Venit autē de⁹ ab abimelech p̄ somni-
um nocte · ⁊ ait illi. En morieris p̄pter
mulierē quā tulisti · habet eīm virum.
Abimelech vero non tetigerat eā, ⁊ ait.
Dn̄e num gentem ignorantē · ⁊ iustā
interficies? nōne ip̄e dixit michi soror
mea est? Et ipsa ait. Frater meus est?
In simplicitate cordis mei ⁊ mūdicia
manuū mearū feci hoc. Dixitqȝ ad eū
de⁹. Et ego scio q̄ simplici corde feceris.
et ideo custodiui te ne peccares in me.
⁊ non dimisi ut tangeres eam. Nunc
ergo redde viro suo vxorē · ⁊ orabit p̄
te q̄a p̄pheta ē · ⁊ viues. Si autē nolu-
eris reddere · scito q̄ morte morieris tu
et oīa q̄ tua sunt. Statimqȝ de nocte
consurgēs abimelech · vocauit oīnes
seruos suos · ⁊ locut⁹ est vniūsa verba
hec in auribȝ eoꝝ. Timuerūtqȝ omnes
viri valde. Vocauit autem abimelech
etiā abraham · et dixit ei. Quid fecisti
nobis? Quid peccauim⁹ in te · q̄a in-
duxisti sup̄ me ⁊ sup̄ regnū meū pecca-
tū grāde? Que nō debuisti facere: fecisti
nobis. Rursusqȝ expostulās ait. Quid
vidisti ut hoc faceres? Respōdit abra-
ham. Cogitaui mecū dicēs. Forsitā nō
ē timor dei ī loco isto · ⁊ interficiēt me p̄p̄
vxorem meā. Alias autē ⁊ vere soror
mea est · filia p̄ris mei · ⁊ non filia ma-
tris mee · et duxi eam in vxorē. Postq̄ȝ
aūt eduxit me deus de domo patris
mei · dixi ad eam. Hāc misericordiā fa-
cies mecū · In omni loco ad quē ingre-
diemur · dices q̄ frater tu⁹ sim. Tulit
igiť abimelech oues ⁊ boues ⁊ seruos
et ancillas · et dedit abraham. Reddi-
ditqȝ illi saram vxorē suā · et ait. Terra
corā vobis est · vbicūqȝ tibi placuerit
habita. Sare aūt dixit. Ecce mille ar-
genteos dedi fratri tuo. Hoc erit tibi

in uelamē oculorū ad omnes qui tecū
sunt · et quocūqȝ perrexeris memento te
deprehensā. Orante autē abrahā: sana=
uit de⁹ abimelech et uxorē: ancillasqȝ
ei⁹ et pepererūt. Cōcluserat enim dn̄s
omnē uuluā domus abimelech: pro=
pter saram uxorem abrahe. ca. xxi.
Visitauit autē dn̄s saram sicut
promiserat: et impleuit q̄ locut⁹
est. Cōcepitqȝ et peperit filiū in senectute
sua: tpe quo p̄dixerat ei de⁹. Vocauit
qȝ abraham nomē filij sui quē genuit
ei sara: ysaac. Et circūcidit eū octauo
die · sicut p̄ceperat ei deus · cū centū essent
annorū. Hac quippe etate p̄ris natus
ē ysaac. Dixitqȝ sara. Risū fecit michi
deus · et quicūqȝ audierit: corridebit
michi. Rursūqȝ ait. Quis auditurus
crederet abrahā: qd sara lactaret filiū
quē peperit ei iā seni? Creuit igitur puer:
et ablactat⁹ ē. Fecitqȝ abrahā grande
cōuiuiū in die ablactatōnis ei⁹. Cūqȝ
vidisset sara filiū agar egiptie · luden=
tem cū ysaac filio suo · dixit ad abra=
ham. Eice ancillā hanc et filiū ei⁹. Nō
enī erit heres fili⁹ ancille: cū filio meo
ysaac. Dure accepit hoc abrahā pro
filio suo. Cui dixit deus. Non tibi ui=
deatur asperū sup puero et sup ancilla
tua. Omnia que dixerit tibi sara: au=
di uocē ei⁹ · quia in ysaac uocabitur tibi
semen. Sed et filiū ancille faciā in gentē
magnā · quia semen tuū est. Surrexit
itaqȝ abraham mane · et tollens panē
et utrem aque: imposuit scapule eius ·
tradiditqȝ puerū · et dimisit eam. Que
cū abisset · errabat in solitudine bersabee.
Cumqȝ consumpta esset aqua in utre:
abiecit puerū subter unā arborē · que
ibi erat · et abijt. Seditqȝ: e regione p=
cul: q̄ntum potest arcus iacere. Dixit
enī. Non uidebo morientē puerū. Et

sedens contra leuauit uocē suā et fleuit.
Exaudiuit autē deus uocē pueri. Vo=
cauitqȝ angel⁹ dn̄i agar de celo dicēs.
Quid agis agar? Noli timere. Exau=
diuit enī de⁹ uocē pueri: de loco in quo
est. Surge et tolle puerū · et tene manū
illi⁹ · quia in gentem magnā faciā eū.
Aperuitqȝ oculos ei⁹ deus. Que uidēs
puteum aque: abijt et impleuit utrem ·
deditqȝ puero bibere · et fuit cū eo. Qui
creuit et morat⁹ ē in solitudine. Factus
qȝ est uir iuuenis sagittari⁹. Habita=
uitqȝ in deserto pharan. Et accepit illi
mater sua uxorē de terra egipti. Eodē
tpe dixit abimelech et phicol princeps
exercitus ei⁹ ad abraham. Deus tecū
est in uniuersis q̄ agis. Iura ergo per
dn̄m · ne noceas michi · et posteris meis
stirpiqȝ mee · sed iuxta misericordiam quā
feci tibi: facies michi et terre in qua uersat⁹
es aduena. Dixitqȝ abrahā. Ego iu=
rabo. Et increpauit abimelech ꝓpter
puteū aque · quē ui abstulerāt serui ei⁹.
Respōditqȝ abimelech. Nesciui q̄s fe=
cerit hāc rē · sed et tu nō indicasti michi ·
et ego nō audiui p̄ter hodie. Tulit ita=
qȝ abraham · oues et boues · et dedit
abimelech. Percusseruntqȝ ambo fedus.
Et statuit abrahā septē agnas gregis
seorsū. Cui dixit abimelech. Quid sibi
uolunt septem agne iste · quas stare
fecisti seorsum? At ille. Septē inquit
agnas accipies de manu mea · ut sint
michi in testimoniū · qm̄ ego fodi pu=
teum istū. Idcirco uocat⁹ est locus ille
bersabee: quia ibi uterqȝ iurauit · et in=
ierūt fed⁹ pro puteo iuramēti. Surrexit
autē abimelech · et phicol princeps ex=
ercitus eius · reuersiqȝ sunt in terrā pa=
lestinorū. Abraham uero plantauit
nemus in bersabee · et inuocauit ibi
nomen dei eterni · et fuit colonus terre

palestinoꝝ diebus multis. cap̄. xxii.
Que postq̄ gesta sunt: temptauit
deus abraham· et dixit ad eum.
Abraham abraham. Ille respondit.
Adsum. Ait illi: Tolle filiū tuū unige-
nitum quem diligis ysaac· ⁊ vade in
terrā visionis atq; ibi offeres eū ī olo-
caustū: sup unū montiū quē mōstra-
uero tibi. Igit̄ abraham de nocte ɔsur-
gens· strauit asinū suū· ducēs secum
duos iuuenes· ⁊ ysaac filiū suū. Cūq;
cōcidisset ligna ī olocaustū· abijt ad
locū quē p̄ceperat ei de⁹. Die aūt tercio
eleuatis oculis vidit locū ꝓcul· dixitq;
ad pueros suos. Expectate hic cū asi-
no· ego ⁊ puer illuc usq; ꝓperātes· post-
q̄ adorauerim⁹ reuertemur ad vos. Tu-
lit q̄z ligna olocausti· ⁊ imposuit sup
ysaac filiū suū. Ipse vero portabat in
manib⁹: ignem et gladiū. Cūq; duo
pergerent simul· dixit ysaac patri suo.
Pater mi? At ille respōdit. Quid vis
fili? Ecce inquit ignis ⁊ ligna· ubi est
victima olocausti? Dixit autem abra-
ham. Deus ꝓuidebit sibi victimā olo-
causti fili mi. Pergebāt ergo pariter· ⁊
venerūt ad locū quē ostenderat ei deus,
ī quo edificauit altare· et desup ligna
cōposuit. Cūq; colligasset ysaac filiū
suū· posuit eū in altare super struem li-
gnorū. Extenditq; manū et arripuit
gladiū· ut imolaret filiū suū. Et ecce
angelus dn̄i de celo clamauit dicēs.
Abrahā abrahā. Qui respōdit. Adsū.
Dixitq; ei. Nō extēdas manū tuā sup
puerū: neq; facias illi quicq̄. Nūc co-
gnoui q̄ timeas deum ⁊ nō pepercisti
unigenito filio tuo ꝓpter me. Leuauit
abrahā oculos suos· viditq; post tergū
arietē inē vepres· herētē cornib⁹. Quē
assumēs: obtulit olocaustū pro filio.
Appellauitq; nomen loci illius: dn̄s
videt. Unde usq; hodie dicit̄· in mōte
dn̄s videbit. Vocauit aūt angelus
dn̄i abraham secūdo de celo dicens.
Per memetip̄m iuraui dicit dn̄s· q̄a
fecisti hāc rem· et nō pepercisti filio tuo
unigenito ꝓpter me· benedicam tibi et
multiplicabo semē tuū sicut stellas celi·
et velut arenā que est in litore maris.
Possidebit semē tuū portas inimicoꝝ
suoꝝ· et benedicentur in semine tuo o-
mnes gētes terre· q̄a obedisti voci mee.
Reuersus ē abrahā ad pueros suos· ab-
ieruntq; bersabee simul· ⁊ habitauit ibi.
Hijs itaq; gestis nūciatū est abrahā-
q̄ melcha q̄z genuisset filios nachor
fratri suo· hus p̄mogenitū· et buz fra-
trem ei⁹· ⁊ chamuel prēm syroꝝ· ⁊ cased·
et azau· pheldas q̄z· ⁊ iedlaph ⁊ batuhel·
de quo nata est rebecca. Octo istos ge-
nuit melcha: nachor fratri abraham.
Cōcubina vero illi⁹ noīe roma· peperit
thabee· et gaon· et thaas· et maacha.
Vixit aūt sara centūuigin- ca. xxiii.
tisepte ānis: et mortua ē in ciui-
tate arbee· q̄ est hebron ī terra chanaan.
Venitq; abrahā ut plangeret et fleret
eā. Cūq; surrexisset ab officio funeris:
locut⁹ ē ad filios heth dicēs. Aduena
sū: ⁊ peregrin⁹ apud vos: date michi
ius sepulcri vobiscū· ut sepeliā mortu-
um meū. Respōderūt filii heth dicentes.
Audi nos dn̄e. Princeps dei es apud
nos· ī electis sepulcris nr̄is sepeli mor-
tuū tuū· nullusq; te prohibere poterit:
quin in monumēto ei⁹ sepelias mor-
tuū tuū. Surrexit abrahā et adorauit
ꝓplm̄ terre· filios videlicet heth. Dixitq;
ad eos. Si placet anime vr̄e ut sepeliā
mortuū meū· audite me· et intercedite
pro me apud ephron filiū seor· ut det
michi speluncā duplicē quā habet ī ex-
trema parte agri sui. Pecunia digna

tradat eā michi corā uobis in possessi-
onē sepulcri. Habitabat autē ephron
in medio filiorū heth. Responditq;
ephron ad abrahā cūctis audientib⁊
qui ingrediebantᷣ portā ciuitatis illiꝰ
dicēs. Nequaꝗ̄ ita fiet dn̄e mi: sed tu
magis ausculta qđ loquor. Agrū tra-
do tibi et speluncā q̄ in eo ē: presentib⁊
filijs populi mei: sepeli mortuum tuū.
Adorauit abraham corā dn̄o et po-
pulo terre: ⁊ locutus est ad ephron cir-
cūstante plebe eius. Queso ut audias
me. Dabo pecuniā pro agro: suscipe
eam: et sic sepeliā mortuū meū in eo.
Respōditq; ephron. Dn̄e mi audi me.
Terra quā postulas: quadringentos
siclos argenti ualet: istud est precium
inter me ⁊ te: sed quantū est hoc? sepeli
mortuū tuū. Quod cū audisset abra-
ham: appendit pecuniā quā ephron
postulauerat: audientibus filijs heth
quadringentos siclos argēti ⁊ probate
monete publice. Cōfirmatusq; ē ager
quondā ephronis: ī quo erat spelūca
duplex: respiciens mambre: tam ipē
quā spelunca ⁊ omnes arbores eius
in cūctis terminis eiꝰ p circuitū: abrahe
in possessionē. Videntibus filijs heth:
et cūctis qui intrabāt portā ciuitatis
illius. Atq; ita sepeliuit abrahā sarā
uxorē suā: in spelūca agri duplici que
respiciebat mambre. Hec est ebron in
terra chanaan. Et ɔfirmatꝰ est ager ⁊
antrū qđ erat ī eo: abrahe ī possessionē
monumēti a filijs heth. cap. xxiiii.

Erat aūt abraham senex dierūq;
multoꝝ: ⁊ dn̄s ī cūctis benedixerat
ei. Dixitq; ad seruū seniorē domꝰ sue
qui p̄erat omnib⁊ q̄ habebat. Pone
manū tuā subter femur meū: ut adiu-
rem te p dn̄m celi ⁊ terre: ut nō accipias
uxorē filio meo de filiab⁊ chananeoꝝ

inter quos habito: sed ad terram ⁊ co-
gnationem meā proficiscaris: et inde
accipias uxorem filio meo ysaac. Re-
spōdit seruus. Si noluerit mulier ueni-
re mecū in terrā hanc: nūquid reducere
debeo filiū tuū ad locū de quo tu egres-
sus es? Dixitq; abraham. Caue ne-
quando reducas filiū meū illuc. Dn̄s deꝰ
celi et terre qui tulit me de domo pr̄is
mei ⁊ de terra natiuitatis mee: q̄ locutꝰ
est michi et iurauit michi dicens. Semi-
ni tuo dabo terram hanc: ipse mittet
angelū suū coram te: ⁊ accipies inde
uxorē filio meo. Sin autē mulier nolu-
erit sequi te: non teneberis iuramento:
filiū tantū meū ne reducas illuc. Po-
suit ergo seruus manum sub femore
abraham dn̄i sui: ⁊ iurauit illi super
sermone hoc. Tulitq; decē camelos de
grege dn̄i sui ⁊ abijt: ex omnib⁊ bonis
eius portans secū: profectusq; perrexit
in mesopothamiā: ad urbē nachor.
Cumq; camelos fecisset accūbere extra
oppidum: iuxta puteū aque: uespere eo
tempore quo solēt mulieres egredi ad
hauriendā aquā: orauit dn̄m dicēs.
Dn̄e deus dn̄i mei abraham: occurre
obsecro michi hodie: et fac misericor-
diā cū dn̄o meo abrahā. Ecce ego sto
prope fontē aque: et filie habitatorū
huiꝰ ciuitatis egredientᷣ ad hauriēdā
aquā. Igitᷣ puella cui dixero: inclina
ydriā tuā ut bibā: ⁊ illa respōderit bibe:
quin ⁊ camelis tuis dabo potū: ipsa
est quā p̄parasti seruo tuo ysaac: ⁊ per
hoc intelligam: q̄ feceris misericordiā
cū dn̄o meo abraham. Necdū intra
se uerba ɔpleuerat: ⁊ ecce rebecca egredie-
batur filia bathuel filij melche uxoris
nachor fratris abrahā: habēs ydriam
in scapula sua: puella decora nimis:
uirgoq; pulcerrima: ⁊ incognita uiro.

Descenderat autē ad fontē ⁊ impleue-
rat ydriā aqua: ac reuertebat̄. Occur-
ritq; ei seruus et ait. Pauxillū aque
michi ad bibendū prebe de ydria tua.
Que rñdit. Bibe dñe mi. Celeriterq; de-
posuit ydriam sup̄ ulnā suā: et dedit
ei potum. Cumq; ille bibisset· adiecit.
Quin ⁊ camelis tuis hauriā aquam:
donec cūcti bibant. Effundensq; ydriā
in canalibꝫ recurrit ad puteū ut hauri-
ret aquā: et haustā omnibꝫ camelis
dedit. Ipse autē contemplabatur eam
tacitus: scire volēs utrū prosperū iter
suū fecisset deus an nō. Postq̄ȝ autē
biberunt cameli protulit vir inaures
aureas· appendētes siclos duos: ⁊ ar-
millas totidem· pondo siclorū decem.
Dixitq; ad eā. Cui⁹ es filia? Indica
michi. Est in domo prīs tui locus ad
manendū? Que respōdit. Filia sum
bathuelis filij nachor: quem peperit ei
melcha. Et addidit dicēs. Palearū q̄ȝ
et feni plurimū est apud nos: ⁊ locus
spaciosus ad manendū. Inclinauit
se homo ⁊ adorauit dñm dicēs. Be-
nedictus dñs deus dñi mei abraham·
qui non abstulit misc̄diam ⁊ veritatē
suā a dño meo: ⁊ recto itinere me pdu-
xit in domū fratris dñi mei. Cucurrit
itaq; puella: ⁊ nūciauit in domū ma-
tris sue omnia q̄ audierat. Habebat
autē rebecca fratrem noīe laban. Qui
festin⁹ egressus est ad hominē ubi erat
fons. Cūq; vidisset inaures· et armil-
las in manibꝫ sororis sue· ⁊ audisset
cūcta verba referētis hec locut⁹ ē michi
homo: venit ad virū qui stabat iuxta
camelos· ⁊ ꝓpe fontē aque: dixitq; ad
eum. Ingredere benedicte dñi. Cur foris
stas? ꝑparaui domū et locū camelis
tuis. Et introduxit eū in hospitiū· ac
destrauit camelos: deditq; paleas et
fenū· et aquā ad lauandos pedes ca-
meloꝝ: ⁊ viroꝝ qui venerant cū eo. Et
appositus ē in ꝯspectu ei⁹ panis. Qui
ait. Non comedā: donec loquar ser-
mones meos. Rñdit ei. Loquere. At
ille: seruus inquit abraham sum. Et
dominus benedixit dño meo valde ⁊
magnificat⁹ ē: et dedit ei oues ⁊ boues·
argentū et aurum seruos et ancillas·
camelos ⁊ asinos. Et ꝑperit sara uxor
dñi mei: filiū dño meo ī senectute sua:
deditq; illi oīa q̄ habuerat. Et adiura-
uit me dñs meus dicēs. Nō accipies
uxorē filio meo de filiabꝫ chananeoꝝ·
in quoꝝ terra habito: sed ad domū pa-
tris mei perges: ⁊ de cognatione mea·
accipies uxorē filio meo. Ego vero re-
spōdi dño meo. Quid si noluerit ve-
nire mecū mulier? Dñs ait ī cui⁹ cōspe-
ctu ambulo· mittet angelū suū tecū· et
diriget viā tuā: accipiesq; uxorē filio
meo de cognatione mea: ⁊ de domo
prīs mei. Innocens eris a maledictio-
ne mea: cū veneris ad proximos meos
et non dederit tibi. Veni ergo hodie
ad fontē aque et dixi. Dñe deus dñi
mei abraham· si direxisti viā meā in
qua nūc ambulo· ecce sto iuxta fontē
aque: ⁊ virgo q̄ egredietur ad hauriendā
aquā· audierit a me· da michi pauxil-
lum aque ad bibendū de ydria tua· et
dixerit michi· ⁊ tu bibe· ⁊ camelis tuis
hauriā: ipa est mulier quā ꝑparauit dñs
filio dñi mei. Cūq; hec tacitus mecum
voluerem· apparuit rebecca veniens cū
ydria quā portabat ī scapula: descēdit-
q; ad fontē: ⁊ hausit aquā. Et aio ad
eam. Da michi paululū bibere. Que
festinans deposuit ydriā de humero: et
dixit michi. Et tu bibe: ⁊ camelis tuis
tribuā potū. Bibi: ⁊ adaquauit came-
los. Interrogauitq; eam ⁊ dixi. Cuius

es filia? Que respondit. Filia bathue-
lis sū· filij nachor: quē peperit ei melcha.
Suspendi itaqꝫ inaures ad ornandā
faciē eiꝰ: ⁊ armillas posui in manibꝫ
eiꝰ. Pronusqꝫ adoraui dñm: benedi-
cens dño deo dñi mei abraham· qui
ꝑduxit me recto itinere: ut sumerē filiā
fr̄is dñi mei filio eiꝰ. Quāobrē si faci-
tis misc̄diā et veritatē cū dño meo · in-
dicate michi: sin autē aliud placet · et
hoc dicite michi: ut vadam ad dexterā
siue ad sinistrā. Rñderūt laban ⁊ ba-
thuel. A dño egressus est sermo. Non
possumꝰ extra placitū eiꝰ quicq̄ aliud
loqui tecū. En rebecca corā te est: tolle
eā et proficiscere: ⁊ sit uxor filij dñi tui:
sicut locutꝰ ē dñs. Quod cū audisset
puer abraham: procidēs adorauit in
terra dñm. Prolatisqꝫ vasis argēteis
et aureis· ac vestibus: dedit ea rebecce
pro munere. Fratribꝫ qꝫ eius ⁊ matri·
dona obtulit. Initoqꝫ conuiuio vescētes
pariter ⁊ bibentes manserūt ibi. Sur-
gens autē mane· locutus est puer. Di-
mittite me: ut vadam ad dñm meum.
Rñderuntqꝫ frēs eiꝰ ⁊ mater. Maneat
puella saltē· decem dies apud nos: et
postea proficiscetur. Nolite ait me reti-
nere: quia dñs direxit viā meam. Di-
mittite me: ut pergā ad dñm meū. Et
dixerūt. Vocemꝰ puellā: ⁊ queramus
ipsius volūtatē. Cūqꝫ vocata venisset:
sciscitati sūt. Vis ire cū homine isto?
Que ait. Vadā. Dimiserunt ergo eā·
et nutricē illius: seruūqꝫ abraham et
comites eiꝰ: imp̄cantes ꝓspera sorori
sue· atqꝫ dicentes. Soror nr̄a es. Cre-
scas in mille milia: et possideat semen
tuū portas inimicoꝝ suoꝝ. Igit̄ rebec-
ca et puelle illius· ascensis camelis secu-
te sūt virū: qui festinus reuertebat̄ ad
dñm suū. Eo autē tēpore deābulabat

ysaac per viā q̄ ducit ad puteū· cuius
nomē est viuentis et vidētis. Habita-
bat enim in terra australi: et egressus
fuerat ad meditādū i agro inclinata
iam die. Cūqꝫ eleuasset oculos: vidit
camelos venientes procul. Rebecca qꝫ
conspecto ysaac · descendit de camelo:
et ait ad puerū. Quis ē ille homo qui
venit ꝑ agrū in occursū nobis? Dixit
qꝫ ei. Ipse est dñs meus. At illa tollēs
cito palliū suū· cooperuit se. Seruus
autē cūcta que gesserat· narrauit dño
suo ysaac. Qui introduxit eā in taber-
naculū sare matris sue ⁊ accepit eam
uxorem: et intantum dilexit eam: ut
dolorem qui ex morte matris eius ac-
ciderat temperaret. cap. xxv.

Abrahā vero aliā duxit uxorem ·
nomine cethuram: que peperit
ei zamrā· ⁊ iexan· ⁊ madan· ⁊ madian·
et iesboch· et sue. Iexan qꝫ genuit saba·
et dadan. Filij dadan fuerūt assurim
et lathusim ⁊ laomim. At vero ex ma-
dian ortus ē epha· ⁊ opher· ⁊ enoch· et
abida· ⁊ heldaa. Omnes hij filij cethu-
re. Deditqꝫ abraham cūcta que posse-
derat ysaac: filijs autem concubinarū
largitus est munera: et separauit eos
ab ysaac filio suo dū adhuc ipse viue-
ret ad plagā orientalē. Fuerūt autē di-
es vite abrahe centūseptuagitaquīqꝫ
anni: ⁊ deficiēs mortuꝰ est in senectute
bona· ꝓuecteqꝫ etatis· ⁊ plenus dierū:
congregatusqꝫ est ad populū suū. Et
sepelierūt eū ysaac ⁊ ysmahel filij sui in
spelūca duplici· q̄ sita ē i agro ephron·
filij seor ethei· e regione mambre: quā
emerat a filijs heth. Ibi sepultus ē ipe·
et sara uxor eiꝰ. Et post obitū eiꝰ bene-
dixit deus ysaac filio eius: qui habita-
bat iuxta puteū nomine viuentis · et
vidētis. Hee sūt generatōnes ysmahel

filij abrahe quem peperit ei agar egiptia
famula sare: et hec nomina filiorum eius
in vocabulis et generationibus suis.
Primogenitus ysmahelis nabaioth:
deinde cedar et abdehel et mabsan et mas-
ma quoque et duma et massa adad et
thema et ithur et naphis et cedma. Isti
sunt filij ysmahel: et hec nomina per
castella et oppida eorum duodecim prin-
cipes tribuum suarum. Et facti sunt anni vite
ysmahelis centumtrigintaseptem: deficiensque
suum mortuus est et appositus ad populum.
Habitauit autem ab euila usque sur que
respicit egiptum introeuntibus assirios.
Coram cunctis fratribus suis obijt. Hee quoque
sunt generationes ysaac filij abraham.
Abraham genuit ysaac. Qui cum qua-
draginta esset annorum: duxit uxorem
rebeccam filiam bathuelis syri de meso-
potamia sororem laban. Deprecatusque
est ysaac dominum pro uxore sua: eo quod esset
sterilis. Qui exaudiuit eum et dedit con-
ceptum rebecce: sed collidebantur in utero
eius paruuli. Que ait. Si sic michi futurum
erat: quid necesse fuit concipere? Perrexit-
que ut consuleret dominum. Qui respondens ait.
Due gentes sunt in utero tuo et duo popu-
li ex ventre tuo diuidentur: populusque po-
pulum superabit: et maior seruiet minori.
Iam tempus pariendi aduenerat: et ecce
gemini in utero eius reperti sunt. Qui
prius egressus est rufus erat et totus in
morem pellis hispidus: vocatumque est
nomen eius esau. Protinus alter egre-
diens plantam fratris tenebat manu: et
idcirco appellauit eum iacob. Sexage-
narius erat ysaac quando nati sunt
paruuli. Quibus adultis factus est esau
vir gnarus venandi et homo agrico-
la: iacob autem vir simplex habitabat
in tabernaculis. Ysaac amabat esau
eo quod de venationibus illius vesceretur: et
rebecca diligebat iacob. Coxit autem
iacob pulmentum. Ad quem cum venisset
esau de agro lassus ait. Da michi de
coctione hac rufa: quia oppido lassus
sum. Quam ob causam vocatum est nomen
eius edom. Cui dixit iacob. Vende mi-
chi primogenita tua. Ille respondit. En
morior. Quid michi proderunt primoge-
nita? Ait iacob. Iura ergo michi. Iu-
rauit ei esau et vendidit primogenita: et
sic accepto pane et lentis edulio come-
dit et bibit et abijt: paruipendens quod primo-
genita vendidisset. Cap. XXVI.

Orta autem fame super terram post
eam sterilitatem que acciderat in
diebus abraham: abijt ysaac ad abime-
lech regem palestinorum in gerara. Appa-
ruitque ei dominus et ait. Ne descendas in
egiptum: sed quiesce in terra quam dixero
tibi et peregrinare in ea: eroque tecum et bene-
dicam tibi. Tibi enim et semini tuo dabo
uniuersas regiones has: complens iura-
mentum quod spopondi abraham patri
tuo: et multiplicabo semen tuum sicut
stellas celi. Daboque posteris tuis uni-
uersas regiones has: et benedicentur in
semine tuo omnes gentes terre: eo quod obe-
dierit abraham voci mee et custodierit
precepta mea: et mandata mea et cerimo-
nias legesque seruauerit. Mansit itaque
ysaac in geraris. Qui cum interrogaretur
a viris loci illius super uxore sua: respon-
dit. Soror mea est. Timuerat enim con-
fiteri quod sibi esset sociata coniugio: repu-
tans ne forte interficerent eum propter illius
pulcritudinem. Cumque pertransissent dies
plurimi et ibidem moraretur: prospiciens
abimelech rex palestinorum per fenestram
vidit eum iocantem cum rebecca uxore sua:
et accersito eo ait. Perspicuum est quod uxor
tua sit. Cur mentitus es eam sororem
tuam esse? Respondit. Timui ne morerer

propter eā. Dixitq; abimelech. Quare
imposuisti nobis? Potuit coire quis-
piam de populo cum uxore tua: et in-
duxeras sup nos grande pctm. Prece-
pitq; omni ppło dicens. Qui tetigerit
hominis hui⁹ uxorē: morte morietur.
Seuit autē ysaac i terra illa: z inuenit
in ipso anno centuplū. Benedixitq; ei
deus: z locupletat⁹ ē homo: z ibat pfici-
ens atq; succrescens · donec magnus
vehement effectus est: habuitq; possessi-
ones ouiū z armentorū z familie plu-
rimū. Ob hoc inuidentes ei palestini-
ōnes puteos quos foderāt serui pris
illius abraham · illo tpe obstruxerunt
implentes humo: in tantū ut ipe abi-
melech dicēt ad ysaac. Recede a nobis:
qm̄ potentior nobis factus es valde.
Et ille discedens ut veniret ad torrentē
gerare habitaretq; ibi: rursum fodit
alios puteos · quos foderāt serui pris
sui abrahā: z quos illo mortuo olim
obstruxerāt philistijm. Appellauitq;
eos eisdem nominibꝫ: qbꝫ ante pater
vocauerat. Foderuntq; in torrente · et
repererūt aqm viuā. Sed et ibi iurgiū
fuit pastoꝝ gerare · aduersus pastores
ysaac dicentiū. Nostra ē aqua. Quā-
obrem nomen putei ex eo qđ acciderat
vocauit calumniā. Foderunt autē et
aliū: z pro illo qq; rixati sūt: appellauit-
q; eū inimicicias. Profect⁹ inde fodit
aliū puteū: pro quo nō contenderunt.
Itaq; vocauit nomen eius latitudo ·
dicens. Nunc dilatauit nos dn̄s: et
fecit crescere sup terrā. Ascendit autē ex
illo loco i bersabee: ubi apparuit ei do-
minus in ipā nocte dicens. Ego sum
deus abraham pris tui. Noli timere:
quia ego tecū sum. Benedicam tibi et
multiplicabo semē tuū: ppter seruū meū
abraham. Itaq; edificauit ibi altare
dn̄o: et inuocato noīe dn̄i extendit ta-
bernaculū: pcepitq; seruis suis ut foderēt
puteū. Ad quē locū cū venissēt de gera-
ris · abimelech z ochozath amic⁹ illi⁹ ·
z phicol dux militū: locutus est ysaac.
Quid venistis ad me hoīem quē odi-
stis: z expulistis a vobis? Qui respon-
derūt. Vidim⁹ tecū esse dn̄m: z idcirco
nos dixim⁹. Sit iuramentū inter nos
et meam⁹ fedus · ut nō facias nobis
quicq̄ mali: sicut et nos nichil tuorū
attigim⁹ · nec fecim⁹ qđ te lederet: sed cū
pace dimisim⁹ auctū bn̄dictione dn̄i.
Fecit ergo eis conuiuiū. Et post cibū et
potum surgētes mane · iurauerūt sibi
mutuo: dimisitq; eos ysaac pacifice in
locū suū. Ecce autē venerūt in ipō die
serui ysaac: annūciātes ei de puteo quē
foderāt · atq; dicētes. Inuenim⁹ aquā.
Unde appellauit eum abundantiā · et
Audivi quod triticum venundetur in egipto.
Descendite et emite nobis necessaria:
ut possimus vivere: et non consumamur
inopia. Descendentes igitur fratres ioseph
decem ut emerent frumenta in egipto:
beniamin domi retento a iacob: qui
dixerat fratribus eius: ne forte in itinere
quicquam patiatur mali: ingressi sunt terram
egipti: cum aliis qui pergebant ad emendum.
Erat autem fames in terra chanaan: et
ioseph erat princeps in terra egipti: atque
ad eius nutum frumenta populis vendebantur.
Cumque adorassent eum fratres sui et
agnovisset eos: quasi ad alienos du-
rius loquebatur interrogans eos. Unde
venistis? Qui responderunt, de terra chanaan:
ut emamus victui necessaria. Et tamen
fratres ipse cognoscens: non est cognitus ab
eis. Recordatusque somniorum que aliquando
viderat: ait ad eos. Exploratores estis:
ut videatis infirmiora terre venistis.
Qui dixerunt. Non est ita domine: sed servi tui
venerunt ut emerent cibos. Omnes filii
unius viri sumus. Pacifici venimus: nec
quicquam famuli tui machinantur mali.
Quibus ille respondit. Aliter est. Immunita
terre huius considerare venistis. At illi dixe-
runt. Duodecim inquiunt fratres servi tui
sumus: filii viri unius in terra chanaan.
Minimus cum patre nostro est: alius non est super.
Hoc est ait quod locutus sum. Exploratores
estis. Iam nunc experimentum vestri capiam.
Per salutem pharaonis non egrediemini
hinc: donec veniat frater vester minimus.
Mittite ex vobis unum et adducat eum:
vos autem eritis in vinculis donec pro-
bentur que dixistis: utrum vera an falsa
sint. Alioquin per salutem pharaonis
exploratores estis. Tradidit ergo illos
custodie tribus diebus. Die autem tercio
eductis de carcere ait. Facite quod dixi:
et vivetis. Deum enim timeo. Si pacifici
estis: frater vester unus ligetur in carcere: vos
autem abite et ferte frumenta que emistis
in domos vestras: et fratrem vestrum minimum
ad me adducite: ut possim vestros proba-
re sermones et non moriamini. Fecerunt
ut dixerat: et locuti sunt ad invicem. Me-
rito hec patimur: quia peccavimus in
fratrem nostrum: videntes angustiam anime
illius dum deprecaretur nos et non audivimus;
idcirco venit super nos ista tribulatio.
E quibus unus ruben ait. Numquid non
dixi vobis: nolite peccare in puerum: et
non audistis me? En sanguis eius
exquiritur. Nesciebant autem quod intelligeret
ioseph: eo quod per interpretem loqueretur ad
eos. Avertitque se parumper et flevit: et re-
versus locutus est ad eos; tollensque sime-
onem et ligans illis presentibus. Iussit
ministris ut implerent saccos eorum tri-
tico: et reponerent pecunias singulorum in
sacculis suis: datis supra cibariis in
via. Qui fecerunt ita. At illi portantes
frumenta in asinis suis profecti sunt. Aperto-
que unus sacco ut daret iumento pabulum
in diversorio: contemplatus pecuniam in ore
sacculi: dixit fratribus suis. Reddita est
michi pecunia. En habetur in sacco. Et
obstupefacti turbatique: mutuo dixerunt.
Quidnam est hoc quod fecit nobis deus?
Veneruntque ad iacob patrem suum in terra
chanaan: et narraverunt ei omnia que acci-
dissent sibi dicentes. Locutus est nobis
dominus terre dure: et putavit nos explora-
tores esse provincie. Cui respondimus. Paci-
fici sumus: nec ullas molimur insidias.
Duodecim fratres uno patre geniti sumus;
unus non est super: minimus cum patre

nrō eſt in terra chanaan. Qui ait no-
bis. Sic pbabo q paciſici ſitis. Fratrē
veſtrū vnū dimittite apud me: et ciba-
ria domibꝫ veſtris neceſſaria ſumite. ⁊
abite. Fratremq; vrm minimū adducite
ad me. ut ſciam q nō ſitis explorato-
res: et iſtū qui tenet in vinculis recipe
poſſitis: ac deinceps q̄ vultis emendi
habeatis licenciā. His dictis. cum fru-
menta effunderēt. ſinguli reperiūt i ore
ſaccoꝝ ligatas pecunias: exterritiſq; ſimul
omnibꝫ. dixit pater iacob. Abſq; libe-
ris me eſſe feciſtis. Ioſeph nō eſt ſup:
ſimeon tenet in vinculis. ⁊ beniamin
auferetis. In me hec oīa mala recide-
runt. Cui rūdit ruben. Duos filios
meos interfice: ſi nō reduxero illū tibi.
Trade illū in manu mea: ⁊ ego eū tibi
reſtituā. At ille. non deſcendet inquit
filius me⁹ vobiſcū. Frater ei⁹ mortu⁹
eſt: et ipſe ſolus remanſit. Si quid ei
adverſitatis acciderit in terra ad quā
pergitis: deducetis canos meos cum
dolore ad inferos. Cap̄. xliii.

Interim fames omnē terram vehemēter
pmebat: conſumptiſq; cibis quos ex
egipto detulerāt dixit iacob ad filios
ſuos. Revertimini: et emite nobis pau-
xillum eſcaꝝ. Rūdit iudas. Denūcia-
vit nobis vir ille ſub atteſtatione iu-
riſiurandi. dicens. Non videbitis fa-
ciem meā: niſi fratrē veſtrū minimū ad-
duxitis vobiſcū. Si ergo vis eū mittē
nobiſcū pgemus pariter ⁊ emem⁹ tibi
neceſſaria: ſi autē nō vis: nō ibimus.
Vir eni ut ſepe dixim⁹. denūciavit no-
bis dicens. Non videbitis faciē meā
abſq; fratre vrō minimo. Dixit eis iſra-
hel. In meā hoc feciſtis miſeriā: ut in-
dicaretis ei ⁊ aliū habere vos fratrē. At
illi rūderunt. Interrogavit nos homo
per ordinem noſtrā pgeniem: ſi pater
viveret: ſi haberem⁹ fratrē. Et nos rūdi-
mus ei ɔſequenter iuxta id quod fuerat
ſciſcitat⁹. Nūquid ſcire poteramus q
dicturus eſſet: adducite fratrē vrm vo-
biſcū. Iudas quoq; dixit patri ſuo. Mitte
puerū mecū ut pficiſcamur ⁊ poſſim⁹ vi-
vere: ne moriamur nos ⁊ parvuli nri.
Ego ſuſcipio puerū: de manu mea re-
quire illū. Niſi reduxero et reddidero eū
tibi: ero pcti reus i te omni tpe. Si nō
interceſſiſſet dilatio: iam vice altera ve-
niſſem⁹. Igitur iſrl̄ pater eoꝝ dixit ad eos.
Si ſic neceſſe eſt. facite qd̄ vultis. Su-
mite de optimis terre frugibꝫ in vaſis
vrīs ⁊ deferte viro munera: modicū re-
ſine ⁊ mellis. ⁊ ſtoracis ⁊ ſtactes. ⁊ the-
rebinti. ⁊ amigdalaꝝ. Pecuniāq; du-
plicem ferte vobiſcū: ⁊ illam quā inve-
niſtis i ſaccis reportate: ne forte errore
factū ſit. Sed ⁊ fratrē veſtrū tollite: et ite
ad virū. Deus autē meus omnipotēs
faciat vobis eū placabilē: et remittat
vobiſcū fratrē vrm quē tenet i vinculis:
et hūc beniamin. Ego autē q̄ſi orbat⁹
abſq; liberis ero. Tulerūt ergo viri mu-
nera et pecuniā duplicē et beniamin:
deſcenderūtq; in egiptū: ⁊ ſteterūt corā
ioſeph. Quos cū ille vidiſſet et benia-
min ſimul. pcepit diſpenſatori domus
ſue dicens. Introduc viros domū: et
occide victimas. et inſtrue ɔviviū: qm̄
hodie mecū ſunt comeſſuri in meridie.
Fecit ille qd̄ ſibi fuerat imperatū: ⁊ in-
troduxit viros domū. Ibi quoq; exterriti
dixerūt mutuo. Propter pecuniā quā
retulim⁹ pri⁹ i ſaccis nrīs. introducti
ſum⁹. ut devolvat in nos calumniā.
et violenter ſubiciat ſervituti: ⁊ nos et
aſinos nros. Quāobrem. in ipſis fo-
ribus accedentes ad diſpenſatorē. lo-
cuti ſunt. Oram⁹ dñe ut audias nos.
Iam ante deſcendim⁹. ut emerem⁹ eſcas:

Omnesq; puincie ueniebāt ī egiptū· ut
emerent escas: ⁊ malū inopie temparent.
Audiens autē iacob ꝙ .ca. xlii.
alimenta venderētur in egipto:
dixit filijs suis. Quare negligitis?
Audiui ꝙ triticū uenūdetur in egipto.
Descendite· et emite nobis necessaria·
ut possim⁹ uiuere: ⁊ non ↄsumamur
inopia. Descendentes igit̄ frēs ioseph
decem· ut emerent frumenta in egipto·
beniamin domi· retento a iacob: qui
dixerat fratribꝫ eius: ne forte in itinere
quicq̄ pateret̄ mali: ingressi sunt terrā
egipti: cū alijs q̄ ꝑgebant ad emendū.
Erat autē fames in terra chanaan: et
ioseph erat princeps ī terra egipti: atq;
ad illi⁹ nutū frumenta ꝑplis vendebant̄.
Cumq; adorassent eum fratres sui· et
agnouisset eos: quasi ad alienos du-
rius loquebat̄· interrogans eos. Unde
uenistis? Qui rn̄derūt, de terra chanaā:
ut emam⁹ uictui necessaria. Et tamen
frēs ipse cognoscens: nō est cognit⁹ ab
eis. Recordatusq; somniorꝫ q̄ aliq̄ndo
uiderat: ait ad eos. Exploratores estis:
ut uideatis infirmiora terre uenistis.
Qui dixerūt. Nō ē ita dn̄e: sed serui tui
uenerūt ut emerent cibos. Omnes filij
unius uiri sum⁹. Pacifici uenim⁹: nec
quicq̄ famuli tui machinantur mali.
Quibꝫ ille rn̄dit. Aliter ē. Immunita
terre hui⁹ ↄsiderare uenistis. At illi dixe-
runt. Duodecim inquiūt frēs serui tui
sum⁹: filij uiri uni⁹ in terra chanaan.
Minim⁹ cū patre nr̄o ē: ali⁹ nō est sup.
Hoc ē ait qd̄ locut⁹ sū. Exploratores
estis. Iam nūc experimentū uestri capiā.
Per salutē pharaonis non egrediemī
hinc: donec ueniat frat̄ uester minim⁹.
Mittite ex uobis unū et adducat eū:
uos autē eritis ī uinculis· donec pro-
bentur que dixistis: utrū uera an falsa

sint. Alioquin per salutē pharaonis·
exploratores estis. Tradidit ergo eos
custodie· tribus diebꝫ. Die autē tercio
eductis de carcere ait. Facite qd̄ dixi·
et uiuetis. Deū eī timeo. Si pacifici
estis· frater uester un⁹ ligetr̄ ī carcē: uos
autē abite· et ferte frumenta q̄ emistis
in domos ur̄as· ⁊ frēm ur̄m minimū
ad me adducite: ut possim uros ꝓba-
re smones· et nō moriamini. Fecerūt
ut dixerat: et locuti sūt ad inuicē. Me-
rito hec patimur· quia peccauim⁹ in
frēm nr̄m· uidentes angustiā anime
illi⁹ dū dep̄carett̄ nos· ⁊ nō audiuim⁹;
idcirco uenit sup nos ista tribulatio.
E quibꝫ unus ruben ait. Nūquid nō
dixi uobis· nolite peccare in puerū: et
non audistis me? En sanguis eius
exquirit̄. Nesciebant aūt ꝙ intelligeret
ioseph: eo ꝙ p interp̄tem loq̄retur ad
eos. Auertitq; se parūper· ⁊ fleuit, ⁊ re-
uersus locut⁹ ē ad eos; tollensq; syme-
onem· ⁊ ligans illis p̄sentibꝫ. Iussitq;
ministris ut implerent saccos eorꝫ tri-
tico: ⁊ reponerēt pecunias singulorꝫ ī
sacculis suis· datis supra cibarijs in
uia. Qui fecerūt ita. At illi portantes
frumēta ī asinis suis ꝓfecti sūt. Apto-
q; un⁹ sacco· ut daret iumento pabulū
in diūsorio· ↄtemplat⁹ pecuniā in ore
sacculi: dixit fratribꝫ suis. Reddita est
michi pecunia. En habet̄ in sacco. Et
obstupefacti turbatiq;· mutuo dixerūt.
Quid nam ē hoc qd̄ fecit nobis de⁹?
Uenerūtq; ad iacob prēm suū in terra
chanaan: ⁊ narrauerūt ei oīa que acci-
dissent sibi dicentes. Locutus ē nobis
dn̄s terre dure: ⁊ putauit nos explora-
tores esse puincie. Cui rn̄dim⁹. Paci-
fici sum⁹: nec ullas molimur insidias.
Duodeci frēs uno patre geniti sum⁹;
unus non est sup: minim⁹ cum patre

voluistis? An ignoratis q non sit
similis mei in augurandi sciencia? Cui
iudas. Quid respondebimus inquit dño
meo. vel quid loquemur: aut iuste pote-
rimus obtendere? Deus invenit iniquita-
tem servorum tuorum. En omnes servi sumus
domini mei: et nos et apud quem inventus
est ciphus. Respondit ioseph. Absit a me:
ut sic agam. Qui furatus est ciphum ipse
sit servus meus: vos autem abite liberi
ad patrem vestrum. Accedens autem propius
iudas. confidenter ait. Oro domine audi
mi: ut loquatur servus tuus verbum in auribus
tuis: et ne irascaris famulo tuo. Tu es
enim post pharaonem dominus meus. Interro-
gasti prius servos tuos habetis patrem
aut fratrem: et nos respondimus tibi domino meo.
Est nobis pater senex: et puer parvulus
qui in senectute illius natus est. cuius uterinus
frater est mortuus: et ipsum solum habet
mater sua: pater vero tenere diligit eum.
Dixistiq; servis tuis. Adducite eum ad
me: et ponam oculos meos super illum.
Suggessimus tibi domino meo: non potest
puer relinquere patrem suum. Si enim illum di-
miserit morietur. Et dixisti servis tuis.
Nisi venerit frater vester minimus vobiscum:
non videbitis amplius faciem meam. Cum
ergo ascendissemus ad famulum tuum pa-
trem nostrum: narravimus ei omnia que lo-
cutus est dominus meus. Et dixit pater noster.
Revertimini: et emite nobis parum tritici.
Cui diximus. Non possumus ire. Si frater
noster minimus descenderit nobiscum pro-
ficiscemur simul: alioquin illo absente
non audemus videre faciem viri. At ille
respondit. Vos scitis quod duos filios
genuerit michi uxor mea. Egressus est
unus et dixistis bestia devoravit eum:
et hucusq; non comparet. Si tuleritis et
istum et aliquid ei in via contigerit: deduce-
tis canos meos cum merore ad inferos.
Igitur si intravero ad servum tuum patrem
nostrum et puer defuerit: cum anima illius ex
huius anima dependeat. videritq; eum non
esse nobiscum. morietur: et deducent famuli
tui canos eius cum dolore ad inferos.
Ego proprie servus tuus sim: qui in meam
hunc recepi fidem et spopondi dicens. Nisi
reduxero eum: peccati reus ero in patrem meum
omni tempore. Manebo itaq; servus tuus
pro puero in ministerium domini mei: et puer
ascendat cum fratribus suis. Non enim
possum redire ad patrem absente puero:
ne calamitatis que oppressura est patrem
meum testis assistam. cap. xlv.

Non se poterat ultra cohibere io-
seph. multis coram astantibus: unde
precepit ut egrederentur cuncti foras: et nullus
interesset alienus agnitioni mutue. Ele-
vavitq; vocem cum fletu: quam audierunt
egiptii omnisq; domus pharaonis: et
dixit fratribus suis. Ego sum ioseph. Ad-
huc pater meus vivit? Non poterant
respondere fratres: nimio terrore perterriti. Ad
quos ille clementer: accedite inquit ad me.
Et cum accessissent prope: ego sum ait
ioseph frater vester: quem vendidistis in
egiptum. Nolite pavere: neq; vobis dure
esse videatur quod vendidistis me in his
regionibus. Pro salute enim vestra misit
me deus ante vos in egiptum. Biennium
est enim quod cepit fames esse in terra: et ad-
huc quinq; anni restant. quibus nec arari
poterit nec meti. Premisitq; me deus
ut reservemini super terram: et escas ad vi-
vendum habere possitis. Non vestro consi-
lio sed dei voluntate huc missus sum:
qui fecit me quasi patrem pharaonis: et do-
minum universe domus eius: ac principem
in omni terra egipti. Festinate et ascen-
dite ad patrem meum: et dicetis ei. Hec
mandat filius tuus ioseph. Deus fecit
me dominum universe terre egipti. Descende

ad me ne moreris: ⁊ habitabis ī terra
iessen. Eritq; iuxta me· tu ⁊ filij tui· ⁊ fi=
lij filiorꝝ tuorꝝ: oues tue· et armenta
tua· ⁊ vniuersa que possides: ibiq; te
pascam. Adhuc eni quinq; anni resi=
dui sunt famis: ne et tu pereas· ⁊ oīs
domus tua: et oīa que possides. En
oculi vrī· et oculi frīs mei beniamin vi=
dent: q̄ꝑ os meū loquat̄ ad vos. Nun=
ciate patri meo vniūsam gloriā meā:
et cuncta que vidistis in egipto. Festi=
nate: et adducite eum ad me. Cumq;
amplexat⁹ recidisset in collū bēiamin
frīs sui fleuit: illo q; siliter flente siliter
sup collū eius. Osculatusq; est ioseph
omēs frēs suos: ⁊ plorauit sup singu=
los. Post que: ausi sunt loqui ad eū.
Auditūq; ē et celebri s̄mone vulgatū
in aula regis: venerūt frēs ioseph. Et
gauisus est pharao: atq; oīs familia
eius. Dixitq; ad ioseph: ut imperaret
fratribȝ suis dicēs. Onerātes iumenta
ite ī terrā chanaan· et tollite inde prēm
vrm et cognacōnem· et venite ad me:
et ego dabo vobis oīa bona egipti· ut
comedatis medullā terre. Precipe eciā
ut tollant plaustra de terra egipti: ad
subuectionē paruulorꝝ suorꝝ ac ꝯiugū.
Et dicito. Tollite prēm vrm· ⁊ ꝓperate
q̄ntocius venientes: nec dimittatis q̄c q̄
de supellectili vrā: quia omēs opes egi=
pti vre erūt. Feceruntq; filij israhel: ut ei
mandatū fuerat. Quibȝ dedit ioseph
plaustra· scdm pharaonis imperiū: ⁊
cibaria in itinere. Singulis q; ꝓferri
iussit binas stolas: beniamin vero de=
dit· trecentos argēteos· cū quinq; stolis
optimis: tantūdem pecunie et vestiū
mittens patri suo: addens eis asinos
decem· qui subueherent ex omibȝ divi=
tijs egipti: ⁊ totidem asinas triticū in
itinere· panesq; portātes. Dimisit ergo
frēs suos: ⁊ ꝓficiscētibȝ ait. Ne irasca=
mini ī via. Qui ascendentes ex egipto·
venerūt in terrā chanaan ad prēm suū
iacob: ⁊ nūciauerūt ei dicētes. Ioseph
filius tu⁹ viuit: et ipe dn̄atur ī omni
terra egipti. Quo audito iacob· q̄si de
graui somno euigilans· tamen non
credebat eis: illi econtra referebāt omnē
ordinem rei. Cūq; vidisset plaustra et
vniuersa que miserat: reuixit spiritus
eius· ⁊ ait. Sufficit michi si adhuc io=
seph filius me⁹ viuit: vadam ⁊ vide=
bo illum anteq̄ moriar. cap̄. xlvi.

Profectusq; isrl' cū omibȝ que habe=
bat· venit ad puteū iuramenti:
et mactatis ibi victimis deo patris sui
ysaac· audiuit eū per visionē nocte vo=
cantem se: et dicentē sibi. Iacob iacob.
Cui rn̄dit. Ecce assū. Ait illi de⁹. Ego
sum fortissim⁹ deus patris tui. Noli ti=
mere: et descende ī egiptū: quia ī gen=
tem magnā faciā te ibi. Ego descendā
tecū illuc: et ego inde adducā te reuerten=
tem. Ioseph q; ponet manū suā sup
oculos tuos. Surrexit iacob mane a
puteo iuramenti: tuleruntq; eū filij cum
paruulis ⁊ vxoribȝ suis· in plaustris
que miserat pharao ad portandum
senem: et omnia que possederat in terra
chanaan. Venitq; in egiptū cū omni
semine suo: filij eius ⁊ nepotes: filie et
cuncta simul ꝓgenies. Hec sunt autem
noīa filiorꝝ isrl'· qui ingressi sunt ī egi=
ptū: ipe cū liberis suis. Primogenitus
ruben. Filij ruben: enoch ⁊ phallu· et
esrom ⁊ charmi. Filij simeon: iamuhel·
et iamin· ⁊ ahod· et iachin· ⁊ saher· et
saul fili⁹ chananitidis. Filij leui: ger=
son· ⁊ caath· ⁊ merari. Filij iuda: her·
⁊ onan· ⁊ sela· ⁊ phares· ⁊ zara. Mor=
tui sunt autē her et onan ī terra chana=
an. Natiq; sunt filij phares: esrom et

amul. Filii ysachar: thola ⁊ phua ⁊
iobab ⁊ semron. Filii zabulon: sareth
et helon ⁊ iahelel. Hii filii lye quos ge-
nuit in mesopothamia syrie: cū dina
filia sua. Omnes anime filiorū eius ⁊ fili-
arū triginta tres. Filii gad: sephon et
aggi ⁊ suphi ⁊ esebon ⁊ suni ⁊ heri ⁊
arodi ⁊ areli. Filii aser: iemna ⁊ iesua
et iesui ⁊ beria · sara quoq; soror eorū. Filii
beria: heber ⁊ melchiel. Hii filii zelphe
quā dedit laban lye filie sue: ⁊ hos ge-
nuit iacob sedecim aīas. Filii rachel
uxoris iacob: ioseph ⁊ beniamin. Na-
tiq; sūt ioseph filii ī terra egipti: quos
genuit ei assenech filia phutifaris sa-
cerdotis eliopoleos · manasses ⁊ effra-
im. Filii beniamin: bela et bechor ⁊
asbel ⁊ gera ⁊ naaman ⁊ iechi ⁊ ros
mophim et ophim ⁊ ared. Hii filii rachel
quos genuit iacob: omnes anime quatu-
ordecim. Filii dan: usim. Filii nepta-
lim: iasiel ⁊ guni et ieser ⁊ sallem. Hii
filii bale quā dedit laban racheli filie
sue: et hos genuit iacob: omnes anime
septem. Cunteq; aīe que ingresse sunt
cū iacob ī egiptū: ⁊ egresse sūt de femo-
re illius · absq; uxoribus filiorū eius: sexa-
ginta sex. Filii autē ioseph · qui nati sūt
ei in terra egipti: anime due. Omnes
anime domus iacob que ingresse sunt
in egiptum: fuere septuaginta. Misit
autē iacob iudam ante se ad ioseph ī
egiptū · ut nūciaret ei: ⁊ ille occurreret in
iessen. Quo cū puenisset iuncto ioseph
curru suo · ascendit obuiam patri ad
eūdem locū; uidensq; eū · irruit sup collū
eius: ⁊ inter amplexus fleuit. Dixitq;
pater ad ioseph. Iam letus moriar
quia uidi faciem tuā: ⁊ supstitem te re-
linquo. Et ille locutus ē ad frēs suos:
et ad omnē domū pris sui. Ascendā
et nūciabo pharaoni: dicāq; ei. Frēs
mei ⁊ domus pris mei qui erant ī terra
chanaan · venerunt ad me: ⁊ sunt viri
pastores ouiū: curāq; habēt alendorū
gregū. Pecora sua ⁊ armenta et oīa
que habē potuerūt · adduxerūt secum.
Cumq; uocauit uos ⁊ dixit · quod ē opus
urm: rñdebitis. Viri pastores sumus
serui tui · ab infancia nrā usq; ī psens:
et nos et pres nri. Hec autē dicetis · ut
habitare possitis in terra iessen: quia
detestant egiptii omnes pastores ouiū.
Ingressus ergo ioseph: nūci- Ca. xlvii.
auit pharaoni dicens. Pater meus et
frēs · oues eorū ⁊ armenta ⁊ cuncta que
possident · uenerūt de terra chanaan: ⁊
ecce ɔsistunt ī terra iessen. Extremos quoq;
fratrū suorū quinq; uiros ɔstituit corā
rege. Quos ille interrogauit. Quid ha-
betis operis? Rñderūt. Pastores ouiū
sumus serui tui: ⁊ nos et pres nri. Ad
pegrinandū in terrā tuā uenimus: qm
nō ē herba gregibus seruorū tuorū · ingra-
uescente fame in terra chanaan. Peti-
musq; ut esse nos iubeas seruos tuos
ī terra iessen. Dixit itaq; rex ad ioseph.
Pater tuus ⁊ frēs tui uenerūt ad te. Terra
egipti ī cōspectu tuo ē: in optimo loco
fac eos habitare: ⁊ trade eis terrā iessen.
Quod si nosti ī eis esse uiros industrios:
cōstitue illos magistros pecorū meorū.
Post hec introduxit ioseph prēm suū
ad regē: et statuit eū corā eo. Qui bene-
dicens illi: ⁊ interrogatus ab eo · quot
sunt dies annorū uite tue: rñdit. Dies
pegrinationis uite mee centūtriginta
annorū sunt · parui et mali: et nō pue-
nerūt usq; ad dies patrū meorū quibus
pegrinati sūt. Et bñdicto rege · egressus
est foras. Ioseph uero patri ⁊ fratribus
suis dedit possessionē in egipto ī opti-
mo terre solo ramesses · ut pceperat pha-
rao: ⁊ aleret eos · omnēq; domū pris

sui · prebens cibaria singulis. In toto
enī orbe panis deerat: ⁊ oppresserat fa-
mes terrā: maxime egipti ⁊ chanaan.
E quibꝫ omnē pecuniā ꝯgregauit pro
venditōne frumēti: et intulit eā in era-
rium regis. Cūqꝫ defecisset emptoribꝫ
p̄ciū: venit cuncta egipt⁹ ad ioseph di-
cens. Da nobis panes. Quare mori-
mur corā te · deficiēte pecunia? Quibꝫ
ille r̄ndit. Adducite pecora v̄ra: ⁊ dabo
vobis pro eis cibos · si preciū non ha-
betis. Que cū adduxissēt dedit eis ali-
menta pro equis ⁊ ouibus et bubus
et asinis: sustentauitqꝫ eos illo anno
pro cōmutacōne pecoꝝ. Venerunt qꝫ
anno scd'o: ⁊ dixerūt ei. Non celamus
dn̄o n̄ro qꝫ deficiente pecunia; pecora
simul defecerūt: nec clam te ē: qꝫ absqꝫ
liberis corporibꝫ ⁊ terra nichil habem⁹.
Cur ergo moriem̄ te vidente? Et nos
et terra n̄ra tui erim⁹. Eme nos ī serui-
tutem regiā · ⁊ prebe semina: ne pereūte
cultore redigatur terra in solitudinē.
Emit igit̄ ioseph omnē terram egipti:
vendētibꝫ singulis possessiones suas
pre magnitudine famis. Subiecitqꝫ
eam pharaoni · ⁊ cūctos p̄plos eius a
nouissimis terminis egipti usqꝫ ad extre-
mos fines ei⁹. p̄ter terrā sacerdotū que
a rege tradita fuerat eis, quibꝫ ⁊ statu-
ta cibaria ex horreis publicis p̄bebant̄:
et idcirco non sunt compulsi vendere
possessiones suas. Dixit ergo ioseph
ad p̄plos. En ut cernitis · ⁊ vos et terrā
v̄ram pharao possidet. Accipite semi-
na ⁊ serite agros: ut fruges habē possi-
tis. Quintam partē regi dabitis: q̄tuor
reliquas p̄mitto vobis ī sementē · ⁊ in
cibos familijs ⁊ liberis vestris. Qui
r̄nderūt. Salus n̄ra in manu tua est.
Respiciat nos tantū dn̄s noster: ⁊ leti
seruiem⁹ regi. Ex eo t̄pe usqꝫ ī presentē
diem in uniuersa terra egipti regibus
quinta pars soluitur: et factū est q̄si in
legem · absqꝫ terra sacerdotali: q̄ libera
ab hac ꝯdicione fuit. Habitauit ergo
isr̄l in egipto · id ē in terra iessen ⁊ posse-
dit eam: auctusqꝫ est ⁊ m̄tiplicat⁹ ni-
mis: et vixit in ea decē ⁊ septem annis.
Factiqꝫ sunt om̄es dies vite illi⁹ centū
q̄draginta septem annoꝝ. Cūqꝫ appro-
pinq̄re cerneret diē mortis ei⁹ · vocauit
filiū suū ioseph: ⁊ dixit ad eū. Si inue-
ni grām in cōspectu tuo · pone manū
tuā sb̄ femore meo · et facies michi mi-
sericordiā et veritatē: ut non sepelias
me ī egipto · sed dormiā cū patribꝫ meis:
et auferas me de terra hac · cōdasqꝫ me
in sepulcro maioꝝ. Cui r̄ndit ioseph.
Ego faciā quod iussisti. Et ille: iura
ergo inq̄t michi. Quo iurante: adora-
uit isr̄l deū · ꝯuersus ad lectuli caput.

Is itaqꝫ transactis .cap. xlviii.
nunciatū est ioseph: qꝫ egrotaret
pater suus. Qui assumptis duobus
filijs manasse et effraim: ire perrexit.
Dictumqꝫ est seni. Ecce filius tuus io-
seph venit ad te. Qui confortatus se-
dit in lectulo. Et ingresso ad se ioseph
ait. Deus omnipotens apparuit michi
in luza · que est in terra chanaan: bene-
dixitqꝫ michi · et ait. Ego te augebo et
m̄tiplicabo: ⁊ faciā te ī turbas p̄ploꝝ.
Daboqꝫ tibi terrā hanc · et semini tuo
post te: ī possessionē sempiternā. Duo
ergo filij tui qui nati sunt tibi in terra
egipti · anteq̄ huc venirē ad te mei erūt
effraim ⁊ manasses: sicut symeon ⁊ ru-
ben reputabūtur michi. Reliquos au-
tem quos genueris post eos tui erūt:
et noīe fratrū suoꝝ vocabūtur ī posses-
sionibꝫ suis. Michi enī q̄ndo veniebā
de mesopotamia · mortua ē rachel in
terra chanaan: in ipso itinere. Eratqꝫ

vernū tp̄s. Et ingrediebar̄ effratam: ⁊
sepeliui eā iuxta viam effrathe: q̄ alio
noīe appellat̄ bethleem. Videns autē
filios eius · dixit ad eū. Qui sunt isti?
Rūdit. Filij mei sunt: quos donauit
michi dn̄s ī hoc loco. Adduc inquit
eos ad me: ut benedicam illis. Oculi
enī isrl̄ caligabāt pre nimia senectute:
et clare videre nō poterat. Applicitosq;
ad se deosculatus · ⁊ circūplexus: dixit
ad filiū suū. Non sū fraudat⁹ aspectu
tuo: insup ostendit michi deus semen
tuū. Cumq; tulisset eos ioseph de gre-
mio pris · adorauit pronus ī terram:
et posuit effraim ad dexterā suā id ē ad
sinistrā isrl̄: manassen vero in sinistra
sua ad dexterā scilicet pris: applicuitq;
ambos ad eū. Qui extendens manū
dexterā · posuit sup caput effraim mi-
noris fris: sinistram autē super caput
manasse · qui maior natu erat: cōmu-
tans manus. Bndixitq; ioseph filio
suo: ⁊ ait. De⁹ ī cui⁹ ɔspectu ambu-
lauerūt patres mei abraham et ysaac:
deus q̄ pascit me ab adolescentia mea
usq; in p̄sentem diē: angelus qui eruit
me de cunctis malis · benedicat pueri⁹
istis: et inuocetur sup eos nomē meū:
noīa q; priū meoꝝ abraham ⁊ ysaac:
et crescant in multitudinē sup terram.
Videns autē ioseph q̄ posuisset pater
suus dexteram manū sup caput effra-
im: grauiter accepit. Et apprehensam
manū pris · leuare conatus ē · de capi-
te effraim: ⁊ transferre super caput ma-
nasse. Dixitq; ad prēm. Non ita cōue-
nit pater: q̄a hic est p̄mogenit⁹. Pone
manū dexterā sup caput ei⁹. Qui renu-
ens ait. Scio fili mi scio. Et iste quidē
erit ī p̄plos: ⁊ multiplicabit̄: sed frat̄
ei⁹ minor maior erit illo: et semen illi⁹
crescet in gentes. Benedixitq; eis in t̄pe

illo dicens. In te benedicetur isrl̄: atq;
dicet. Faciat tibi de⁹ sicut effraim et si-
cut manasse. Cōstituitq; effraim ante
manassen. Et ait ad ioseph filiū suū.
En ego morior: ⁊ erit de⁹ vobiscū: ⁊ re-
ducet vos ad terrā prīm vroꝝ. Do tibi
partē unā extra frēs tuos: quā tuli de
manu amorrei in gladio ⁊ arcu meo.
Vocauit autem iacob . cap̄. xlix.
filios suos: et ait eis. Cōgrega-
mini: ut annūciem que ventura sunt
vobis ī dieb; nouissimis. Congrega-
mini et audite filij iacob: audite isrl̄
prēm vrm̄. Ruben primogenit⁹ me⁹.
Tu fortitudo mea: ⁊ principiū doloris
mei. Prior in donis: maior ī imperio.
Effusus es sicut aqua. Non crescas:
quia ascendisti cubile pris tui: et ma-
culasti stratū ei⁹. Symeon et leui frēs:
vasa iniquitatis bellantia. In ɔsiliū
eoꝝ non veniat anima mea · ⁊ in cetu
illoꝝ nō sit gloria mea: quia ī furore
suo occiderūt virū: ⁊ in voluntate sua
suffoderunt murū. Maledictus furor
eoꝝ quia p̄tinax: ⁊ indignacō eoꝝ q̄a
dura. Diuidam eos ī iacob: ⁊ dispgā
eos in isrl̄. Iuda: te laudabūt frēs tui.
Manus tue in ceruicibus inimicorū
tuoꝝ: adorabūt te filij pris tui. Catu-
lus leonis iuda. Ad predam fili mi
ascendisti: requiescens accubuisti ut leo:
et q̄si leena. Quis suscitabit eū? Non
auferet̄ sceptrū de iuda · ⁊ dux de femo-
re ei⁹: donec veniat qui mittendus ē:
et ip̄e erit expectacō gentiū. Ligans ad
vineam pullum suū: ⁊ ad vitem o fili
mi asinam suā. Lauabit in vino sto-
lam suā: ⁊ ī sanguine uue palliū suū.
Pulcriores sūt oculi ei⁹ vino · ⁊ dentes
eius lacte candidiores. Zabulon in
litore maris habitabit: et in statione
nauium: p̄tingens usq; ad sydonem.

Ysachar asinus fortis: accubans inter
terminos. Vidit requiē ꝙ esset bona.
et terrā ꝙ optima: et supposuit hume-
rum suū ad portandū: factusq; ē tribu-
tis serviēs. Dan iudicabit ppl'm suū:
sicut ⁊ alia tribus in isrl'. Fiat dan co-
luber ĩ via · cerastes ĩ semita: mordens
ungulas equi: ut cadat ascensor ei'
retro. Salutare tuū expectabo domine.
Gad accinct⁹ preliabit' ante eū: et ip̄e
accinget' retrorsū. Aser pinguis panis
eius: ⁊ p̄bebit delicias regib;. Neptalim
cervus emissus: et dans eloquia
pulcritudinis. Fili⁹ accrescēs ioseph:
filius accrescens ⁊ decor⁹ aspectu. Filie
discurrerūt sup murū: sed exasperaverūt
eū · ⁊ iurgati sūt: inviderūtq; illi haben-
tes iacula. Sedet ĩ forti arcus eius: et
dissoluta sūt vincula brachioꝝ ⁊ ma-
nuū illius · ꝑ manus potentis iacob.
Inde pastor egressus ē: lapis isrl'. De⁹
pr̄is tui erit adiutor tuus: ⁊ omipotēs
benedicet tibi bñdictionib; celi desuper.
bñdictionib; abissi iacentis deorsum:
bñdictionib; uberū ⁊ vulve. Benedicti-
ones pr̄is tui · confortate sunt bñdicti-
onib; pr̄m ei⁹: donec veniret desideriū
colliū eternoꝝ. Fiant in capite ioseph
et in vertice nazarei: inter fratres suos.
Beniamin lupus rapax: mane come-
det predam: et vespere dividet spolia.
Omnes hij in tribub; isrl' duodecim.
Hec locut⁹ ē eis pater suus: bñdixitq;
singulis bñdictionib; ꝓpriis: ⁊ p̄cepit
eis dicens. Ego ꝯgregor ad ppl'm meū.
Sepelite me cū patrib; meis ĩ speluca
duplici · que est in agro ephron ethei.
contra mambre ĩ terra chanaan: quā
emit abraham cum agro · ab ephron
etheo in possessionē sepulcri. Ibi sepeli-
erūt eū: ⁊ saram uxorē ei⁹. Ibi sepultus
est ysaac: cū rebecca ꝯiuge sua. Ibi et
lya condita iacet. Finitisq; mandatis
quibus filios instruebat · collegit pe-
des suos super lectulum ⁊ obijt: appo-
situsq; est ad populum suum. cap̄. l.

Quod cernens ioseph · ruit sup fa-
ciem pr̄is · flens ⁊ deosculans eū:
p̄cepitq; servis suis medicis: ut aroma-
tibus condirent pr̄m. Quib; iussa ex-
plentib;: transierunt q̄draginta dies.
Iste quippe mos erat cadaverū condi-
torū. Flevitq; eū egiptus septuaginta
dieb;. Et expleto planctus tp̄e: locutus
est ioseph ad familiā pharaonis. Si
inveni grām in ꝯspectu vr̄o · loq̄mini
in aurib; pharaonis: eo ꝙ pater meus
adiuraverit me · dicens. En morior:
in sepulcro meo quod fodi michi in
terra chanaan · sepelies me. Ascendā
igitur et sepeliā pr̄m meū: ac revertar.
Dixitq; ei pharao. Ascende ⁊ sepeli pa-
trem tuum: sicut adiuratus es. Quo
ascendente · ierunt cū eo omnes senes
domus pharaonis · cūctiq; maiores
natu terre egipti: domus ioseph cū fra-
trib; suis absq; parvulis · ⁊ gregibus
atq; armentis: que dereliq̄runt ĩ terra
iessen. Habuit q̄q; ĩ comitatu currus et
equites et facta est turba nō modica:
veneruntq; ad aream a[tad] · que sita est
t[ra]ns iordanē: ubi celebrantes exequias
planctu magno · atq; vehemēti · imple-
verūt septem dies. Qd' cū vidissent ha-
bitatores terre chanaā: dixerūt. Plan-
ctus magn⁹ ē iste egiptijs. Et idcirco
appellaverūt nomen loci illius · plan-
ctus egipti. Fecerunt ergo filij iacob si-
cut p̄ceperat eis: ⁊ portantes eū in terra
chanaan · sepelierūt eū in spelunca du-
plici: quā emerat abraham cū agro ĩ
possessionē sepulcri · ab ephron etheo.
contra faciē mambre. Reversusq; ē io-
seph in egiptū cū fratrib; suis ⁊ omni

comitatu: sepulto pr̃e. Quo mortuo:
timẽtes fr̃es ei⁹ et mutuo colloquẽtes.
ne forte memor sit iniurie quã passus
est ⁊ reddat nobis omne malũ qḋ feci-
mus: mandauerũt ei. Pater tuus p̃ce-
pit nobis anteq̃ moreretur: ut hec tibi
illi⁹ diceremus. Obsecro ut obliuiscaris
sceleris fratrũ tuoꝝ: ⁊ pc̃ci atq̃ malicie
quã exercuerũt in te. Nos quoq̃ oramus:
ut seruo dei patri tuo dimittas iniqui-
tatem hanc. Quibus auditis fleuit io-
seph; veneruntq̃ ad eũ fr̃es sui ⁊ proni
adorauerũt in terrã, dixerunt. Serui tui
sum⁹. Quibus ille rñdit. Nolite timere.
Num dei possum⁹ resistere volũtati?
Vos cogitastis de me malũ: et deus
vertit illud in bonũ: ut exaltaret me si-
cut in p̃sentiarũ cernitis: ⁊ saluos faceret
multos p̃plos. Nolite timere. Ego pa-
scam vos: ⁊ paruulos vr̃os. Consola-
tusq̃ est eos ⁊ blande ⁊ leniter est locutus:
et habitauit in egipto cũ omni domo
p̃ris sui. Vixitq̃ centũdecem annis ⁊
vidit effraim filios usq̃ ad terciã ge-
neracionẽ. Filii quoq̃ machir filii manas-
se nati sunt in genibus ioseph. Quibus
his factis: locutus est fratribus suis. Post
mortem meam deus visitabit vos: et
ascendere vos faciet de terra ista ad ter-
ram quã iurauit abraham ysaac et
iacob. Cumq̃ adiurasset eos atq̃ dixis-
set: deus visitabit vos: asportate ossa
mea vobiscũ de loco isto: mortuus est.
expletis centũdecem vite sue annis: et
conditus aromatibus repositus est in
loculo in egipto. Incipit liber helles-
moth: quẽ nos exodi dicimus.

H Ec sũt nõia filioꝝ isr̃l:
qui ingressi sunt in egi-
ptũ cũ iacob. Singuli
cum domibus suis intro-
ierunt. Ruben. symeon.
leui. iudas. ysachar. zabulon. ⁊ benia-
min: dan ⁊ neptalim. gad ⁊ aser. Erant
igitur omnes anime eoꝝ qui egressi sunt
de femore iacob: septuaginta. Ioseph quinq̃
autem in egipto erat. Quo mortuo et
uniuersis fratribus ei⁹ omniq̃ cognati-
one sua: filii isr̃l creuerunt ⁊ q̃si germi-
nantes multiplicati sunt: ac roborati
nimis impleuerũt terrã. Surrexit inte-
rea rex nouus super egiptũ: qui igno-
rabat ioseph. Et ait ad p̃plm suũ. Ecce
p̃pls filioꝝ isr̃l multus ⁊ fortior nobis
est. Venite sapienter opprimam⁹ eũ: ne
forte multiplicetur: et si ingruerit cõtra
nos bellũ: addatur inimicis nostris:
expugnatisq̃ nobis egrediatur de terra.
Preposuit itaq̃ eis magistros operũ:
ut affligerent eos oneribus. Edificaue-
runtq̃ urbes tabernaculoꝝ pharaoni.
phiton ⁊ ramasses. Quantoq̃ oppri-
mebant eos: tantomagis multiplica-
bantur ⁊ crescebant. Oderantq̃ filios
isr̃l egiptii ⁊ affligebant illudentes et
inuidentes eis: atq̃ ad amaritudinẽ
p̃ducebãt vitam eoꝝ operibus duris luti
et lateris: omniq̃ famulatu quo in terre
operibus p̃mebantur. Dixit autẽ rex egipti
obstetricibus hebreoꝝ: quaꝝ una voca-
batur sephora altera phua: p̃cipiens
eis. Quãdo obstetricabitis hebreas ⁊
partus tempus aduenerit: si masculus
fuerit interficite illũ: si femina reseruate.
Timuerũt autẽ obstetrices deũ: ⁊ non
fecerũt iuxta p̃ceptum regis egipti: sed
conseruabãt mares. Quibus accersitis
ad se rex ait. Quid nam est hoc qḋ facere
voluistis: ut pueros seruaretis? Que
rñderũt. Non sunt hebree sicut egiptie
mulieres. Ipse enĩ obstetricandi habent
scienciã: et prius q̃ veniam⁹ ad eas
pariũt. Bene ergo fecit dñs obstetrici-
bus: ⁊ creuit p̃pls: confortatusq̃ est nimis.

Et quia timuerūt obstetrices deū: edi-
ficauit illis domos. Precepit ergo pha-
rao omni pplo suo dicēs. Quicquid
masculini sexus natū fuerit in flumen
proicite: quicquid feminini: reseruate.
Egressus est post hec vir de .ca.ii.
domo leui ⁊ accepit uxorē stirpis
sue: que concepit ⁊ pepit filiū: ⁊ vidēs
eum elegantē. abscōdit trib3 mensib3.
Cūq; iam celare nō posset. sūpsit fiscel-
lam scirpeā. et liniuit eam bitumie ac
pice: posuitq; intus infantulū. ⁊ expo-
suit eū in carecto ripe fluminis: stante
procul sorore ei9 ⁊ considerāte euentū
rei. Ecce autē descendebat filia phara-
onis ut lauaretur i flumine: et puelle
eius gradiebant per crepidinem aluei.
Que cū vidisset fiscellam in papirione.
misit unā e famulab3 suis: et allatā
apiens cernensq; i ea paruulū vagien-
tem: miserta eius ait. De infantibus
hebreoꝝ ē hic. Cui soror pueri: vis in-
quit ut vadā. ⁊ vocē tibi mlierē hebreā.
que nutrire possit infantulū? Rñdit.
Vade. Perrexit puella: ⁊ vocauit ma-
trem sui. Ad quā locuta filia phara-
onis: accipe ait puerū istum. et nutri
michi: ego dabo tibi mercedem tuam.
Suscepit mulier ⁊ nutriuit puerū: adul-
tumq; tradidit filie pharaonis. Quē
illa adoptauit in locū filij: vocauitq;
nomē ei9 moyses. dicēs: quia de aqua
tuli eum. In dieb3 illis postq̄ creuerat
moyses egressus ē ad frēs suos: vidit-
q; afflictionē eoꝝ: ⁊ virū egipciū percu-
cientem quēdam de hebreis fratrib3 suis.
Cūq; ɔspexisset huc atq; illuc. ⁊ nullū
adesse vidisset: pcussū egipciū abscon-
dit sabulo. Et egressus die altero. con-
spexit duos hebreos rixantes: dixitq;
ei qui faciebat iniuriā. Quare percutis
proximū tuū? Qui respondit. Quis
constituit te principem et iudicē super
nos? Num occidere me tu vis. sicut heri
occidisti egiptium? Timuit moyses ⁊
ait. Quō palam factū est verbū istud?
Audiuitq; pharao verbū istud: et que-
rebat occidere moysen. Qui fugiens
de ɔspectu ei9. moratus est in terra ma-
dian: et sedit iuxta puteū. Erant autē
sacerdoti madian septē filie. que vene-
rant ad hauriendā aquā: ⁊ impletis
canalib3. adaquare cupiebāt greges
patris sui. Supuenere pastores: ⁊ eiece-
runt eas. Surrexitq; moyses: et defen-
sis puellis adaquauit oues eaꝝ. Que
cū reuertissent ad iethro patrē suū: dixit
ad eas. Cur velocius venistis solito?
Dixerūt. Vir egipti9 liberauit nos de
manu pastoꝝ. Insup ⁊ hausit aquā
nobiscū: potūq; dedit ouib3. At ille.
ubi est inquit? Quare dimisistis ho-
minē? vocate eū ut comedat panē. Iu-
rauit ergo moyses q̄ habitaret cū eo.
Accepitq; sephorā filiā eius uxorem:
que pepit ei filiū: quē vocauit gersan.
dicēs. Aduena fui i terra aliena. Alteꝝ
vero pepit: quē vocauit eliezer. dicens.
Deus enī pris mei adiutor me9: ⁊ eri-
puit me de manu pharaonis. Post
multū vero temporis mortuus est rex
egipti. Et ingemiscentes filij isrl' ꝑpter
opera. vociferati sunt. Ascenditq; cla-
mor eoꝝ ad deū ab opib3: et audiuit
gemitū eoꝝ: ac recordat9 ē federis qđ
pepigit cū abrahā. ysaac. et iacob. Et
respexit dñs filios isrl': ⁊ cognouit eos.
Moyses autē pascebat oues .ca.iii.
iethro soceri sui. sacerdotis madi-
an. Cumq; minasset gregem ad inte-
riora deserti: venit ad montē dei oreb.
Apparuitq; ei dñs in flamma ignis
de medio rubi: et videbat q̄ rubus
arderet. et nō combureretur. Dixit ergo

moyses. Vadam ⁊ videbo visionem
hanc magnā: q̄re nō cōburat̄ rubus.
Cernens autē dn̄s q̄ pgeret ad viden=
dum: vocavit eū de medio rubi· ⁊ ait.
Moyses moyses. Qui rn̄dit. Assū. At
ille. nō appropies inquit huc. Solue
calciamentū de pedib; tuis. Loc⁹ eni in
quo stas· terra sancta est. Et ait. Ego
sum deus pr̄is tui: deus abraham· et
deus ysaac· ⁊ deus iacob. Abscondit
moyses faciem suā. Non eni audebat
aspicere contra deū. Cui ait dn̄s. Vidi
afflictionē pp̄li mei ī egipto: et clamo=
rem ei⁹ audivi; ppter duriciā eoꝝ qui p̄=
sunt opib;. Et sciēs dolorē ei⁹· descendi
ut liberem eū de manib; egiptioꝝ: et
educam de terra illa: in terrā bonā et
spaciosā· ī terrā que fluit lacte et melle:
ad loca chananei· ⁊ ethei· ⁊ amorrei· ⁊
pherezei· et euei· et iebusei. Clamor er=
go filioꝝ isrl' venit ad me, vidiq; affli=
ctionē eoꝝ· qua ab egiptijs opprimūt̄.
Sed veni mittā te ad pharaonē: ut
educas pp̄lm meū filios isrl· de egipto.
Dixitq; moyses ad deū. Quis sū ego·
ut vadam ad pharaonē: ⁊ educā filios
isrl· de egipto? Qui dixit ei. Ego ero te=
cum: et hoc habebis signū q̄ miserim
te. Cum eduxeris pp̄lm meū de egipto:
immolabis deo sup montē istū. Ait
moyses ad deū. Ecce ego vadam ad
filios isrl: ⁊ dicā eis. Deus patrū vroꝝ
misit me ad vos. Si dixerit michi qd̄
est nomē ei⁹: quid dicā eis? Dixit dn̄s
ad moysen. Ego sum qui sū. Ait. Sic
dices filijs isrl. Qui est: misit me ad
vos. Dixitq; iterū deus ad moysen. Hec
dices filijs isrl. Dominus deus patrū
vroꝝ· deus abraham· ⁊ deus ysaac· ⁊
deus iacob· misit me ad vos. Hoc no=
men michi est in eternū: et hoc memo=
riale meū ī generatione ⁊ generationē.
Vade ⁊ congrega seniores isrl: ⁊ dices ad
eos. Dn̄s deus patrū vroꝝ apparuit
michi: deus abraham· et deus ysaac·
et deus iacob· dicēs. Visitans visitavi
vos· et vidi oīa que acciderūt vobis
in egipto: ⁊ dixi ut educā vos de affli=
ctione egipti· in terrā chananei· ⁊ ethei·
et amorrei· ⁊ pherezei· et euei· ⁊ iebusei·
ad terram fluentē lacte ⁊ melle: ⁊ audi=
ent vocē tuā. Ingredierisq; tu· ⁊ senio=
res isrl· ad regem egipti: et dices ad eū.
Dn̄s de⁹ hebreoꝝ vocavit nos. Ibim⁹
viam triū dieꝝ ī solitudinē: ut immo=
lem⁹ dn̄o deo nr̄o. Sed ego scio q̄ nō
dimittet vos rex egipti ut eatis: nisi
per manū validā. Extendamq; manū
meā et pcuciā egiptū in cūctis mirabi=
lib; meis· q̄ facturus sū in medio eoꝝ.
post hec dimittet vos: daboq; grām
pp̄lo huic corā egiptijs. Et cum egredi=
mini· non exibitis vacui: sed postula=
bit mulier a vicina sua· ⁊ ab hospita
sua: vasa argentea et aurea· ac vestes·
ponetisq; eas super filios et filias ve=
stras: et spoliabitis egiptum. Ca. iiii.

Respondens moyses· ait. Non
credent michi: neq; audient vo=
cem meā: sed dicent: nō apparuit tibi
dn̄s. Dixit ergo ad eum. Quid est qd̄
tenes ī manu tua? Respondit. Virga.
Dixitq; dn̄s. Proice illā in terrā. Pro=
iecit: ⁊ versa ē in colubrū: ita ut fugeret
moyses. Dixitq; dn̄s. Extende manū
tuā: ⁊ apphende caudā ei⁹. Extendit· ⁊
tenuit: versaq; est ī virgam. Ut credāt
inquit qd̄ apparuerit tibi deus patrū
suoꝝ: deus abraham· ⁊ deus ysaac· ⁊
deus iacob. Dixitq; dn̄s rursū. Mitte
manū tuā ī sinū tuū. Quā cū misisset
in sinū: ptulit leprosā ad instar nivis.
Retrahe ait manū tuā in sinū tuū. Re=
traxit· ⁊ ptulit iterū: ⁊ erat similis carni

reliqⁿue. Si non crediderint inquit tibi-
neq; audierint ſermonē ſigni prioris: cre-
dent verbo ſigni ſequētis. Quod ſi nec
duobȝ quidem hiis ſignis crediderint-
neq; audierint vocē tuā: ſume aquā
fluminis ⁊ effunde eā ſup aridā: ⁊ quic-
quid hauſeris de fluuio · vertet̄ in ſan-
guinem. Ait moyſes. Obſecro domine
non ſum eloquens ab heri et nudiuſ-
tercius: et ex quo locutus es ad ſeruū tuū:
impeditioris et tardioris lingue ſū.
Dixit dn̄s ad eū. Quis fecit os hoīs-
aut quis fabricatus eſt mutū et ſurdū-
videntē ⁊ cecū? Nonne ego? Perge igit̄
et ego ero in ore tuo: doceboq; te quid
loquaris. At ille: obſecro inquit dn̄e:
mitte quē miſſurus es. Iratus dn̄s in
moyſen ait. Aaron frater tuus leuites-
ſcio q eloquens ſit. Ecce ipſe egredietur
in occurſum tuū: videnſq; te letabitur
corde. Loquere ad eum · et pone verba
mea in ore eius: ⁊ ego ero in ore tuo ⁊
in ore illius: et oſtendam vobis quid
agere debeatis. Et ipſe loquetur pro te
ad ppl'm · et erit os tuū: tu autē eris ei i
hiis que ad deū ptinent. Uirgam q̄ȝ
hanc ſume i manu tua: in qua factu-
rus es ſigna. Abiit moyſes: ⁊ reuerſus
ē ad iethro ſocerū ſuū. Dixitq; ei. Uadā
et reuertar ad fratres meos in egiptū:
ut videā ſi adhuc viuāt. Cui ait iethro.
Uade i pace. Dixit ergo dn̄s ad moy-
ſen in madian. Uade ⁊ reuertere in egi-
ptum. Mortui eni ſūt oēs qui quere-
bāt aīam tuā. Tulit ergo moyſes vxo-
rem ſuā ⁊ filios ſuos · et impoſuit eos
ſuper aſinū: reuerſuſq; eſt in egiptū · por-
tans virgam dei i manu ſua. Dixitq;
ei dn̄s reuertenti in egiptū. Uide: ut oīa
oſtenta que poſui i manu tua facias
corā pharaone. Ego indurabo cor eius:
⁊ nō dimittet ppl'm. Diceſq; ad eū. Hec
dicit dn̄s. Filius meus pmogenitus
iſrl'. Dixi tibi. Dimitte filiū meū ut ſer-
uiat michi: et noluiſti dimittere eū. Ec-
ce ego interficiā filiū tuū primogenitū.
Cūq; eſſet in itinere in diuerſorio · occur-
rit ei dn̄s: et volebat occidere eū. Tulit
illico ſephora acutiſſimam petram: ⁊
circūcidit prepuciū filij ſui. Tetigitq;
pedes eius · et ait. Sponſus ſanguinū
tu michi es. Et dimiſit eū poſtq̄ȝ dixe-
rat · ſponſus ſāguinū tu michi es: ob
circūciſionem. Dixit autē dominus ad
aaron. Uade i occurſum moyſi in de-
ſertū. Qui pexit obuiā ei i monte dei:
et oſculatus eſt eū. Narrauitq; moyſes
aaron omnia vba dn̄i: pro quibus
miſerat eum: et ſigna que mandaue-
rat. Ueneruntq; ſimul ⁊ congregauerūt
cūctos ſeniores filioꝝ iſrl': locutuſq; eſt
aaron omnia verba que dixerat dn̄s
ad moyſen: et fecit ſigna corā pplo: et
credidit pp'ls. Audierūtq; q viſitaſſet
dn̄s filios iſrl' · et q reſpexiſſet afflictio-
nem illoꝝ: ⁊ proni adorauerūt. cap. v.

Poſt hec ingreſſi ſūt moyſes ⁊ aa-
ron: ⁊ dixerūt pharaoni. Hec di-
cit dn̄s deus iſrl'. Dimitte ppl'm meū:
ut ſacrificet michi in deſerto. At ille re-
ſpondit. Quis eſt dn̄s · ut audiā vocē
eius: ⁊ dimittā iſrl'? Neſcio dominū: ⁊
iſrl' non dimittam. Dixerūt. Deus
hebreoꝝ vocauit nos · ut eamus viam
triū dieꝝ in ſolitudinem: ⁊ ſacrificemus
domino deo noſtro · ne forte accidat
nobis peſtis aut gladius. Ait ad eos
rex egipti. Quare moyſes ⁊ aaron ſol-
licitatis ppl'm ab opibȝ ſuis? Ite ad
onera veſtra. Dixitq; pharao. Multus
eſt pplus terre. Uidetis q turba ſuccre-
uerit: quantomagis ſi dederitis eis
requiem ab opibȝ? Precepit ergo in
die illo prefectis operū · et exactoribus

ppli dicēs. Nequaq̃ ultra dabitis pa-
leas ppl'o ad conficiēdos lateres sicut
prius: sed ipi vadant ⁊ colligant sti-
pulas: ⁊ mensurā laterum quā
prius faciebant imponetis super eos.
nec minuetis quicq̃. Vacant eni: ⁊ id-
circo vociferant̃ dicentes. Eam⁹ ⁊ sa-
crificemus deo nostro. Opprimantur
opib; ⁊ expleant ea: ut nō acquiescāt
verbis mendacib;. Igit̃ egressi prefecti
operum ⁊ exactores ad ppl'm dixerunt.
Sic dicit pharao. Nō do vobis pale-
as. Ite ⁊ colligite sicubi invenire pote-
ritis: nec minuet̃ quicq̃ de ope vestro.
Dispersusq; est pp'ls in omnē terrā egi-
pti: ad colligendas paleas. Prefecti q;
operū instabāt dicentes. Cōplete opus
vestrū cotidie: ut prius facere solebatis
quādo dabātur vobis palee. Flagel-
latiq; sunt qui p̄erant opibus filiorū
isrl' ab exactorib; pharaonis dicētib;.
Quare nō implestis mensurā laterū
sicut prius: nec heri nec hodie? Vene-
runtq; p̄positi filiorū isrl': ⁊ vociferati sūt
ad pharaonē dicentes. Cur ita agis
cōtra servos tuos? Palee nō dant̃ no-
bis: ⁊ lateres similiter imperant̃. En famu-
li tui flagellis cedimur: ⁊ iniuste agitur
contra ppl'm tuum. Qui ait. Vacatis
ocio: ⁊ idcirco dicitis. Eam⁹ ⁊ sacrifi-
cemus dn̄o. Ite ergo ⁊ operamini. Pa-
lee nō dabūtur vobis: ⁊ reddetis con-
suetum numerū laterū. Videbantq; se
p̄positi filiorū isrl' in malo: eo q dicerent
eis, non minuetur quicq̃ opis de late-
ribus per singlos dies. Occurrerūtq;
moysi ⁊ aaron q stabāt exadūso egre-
dientes a pharaone: ⁊ dixerūt ad eos.
Videat dn̄s ⁊ iudicet: qm̄ fetere fecistis
odorē nr̄m corā pharaone ⁊ servis ei⁹:
⁊ p̄buistis ei gladiū ut occideret nos.
Reversusq; est moyses ad dn̄m ⁊ ait.

Dn̄e: cur afflixisti ppl'm istū? Quare
misisti me? Ex eo eni quo ingressus
sū ad pharaonē ut loq̃rer i noīe tuo:
afflixit ppl'm tuū: ⁊ non liberasti eos.
Dixitq; dn̄s ad moysen. cap. vi.
Nūc videbis que facturus sum
pharaoni. Per manū eni fortē dimit-
tet eos: ⁊ in manu robusta eiciet illos
de terra sua. Locutusq; ē dn̄s ad moy-
sen dicēs. Ego dn̄s qui apparui abra-
ham ysaac ⁊ iacob in deo oīpotente:
⁊ nomē meū adonay nō indicavi eis.
Pepigiq; fedus cū eis ut darem eis ter-
ram chanaan: terrā peregrinacōnis eorū
in qua fuerūt advene. Ego audivi ge-
mitū filiorū isrl' quo egiptii oppresserunt
eos: ⁊ recordatus sum pacti mei. Ideo
dic filiis isrl'. Ego dn̄s qui educā vos
de ergastulo egiptiorū ⁊ eruā de servi-
tute ac redimā i brachio excelso ⁊ iudi-
ciis magnis: ⁊ assumā vos michi in
ppl'm: ⁊ ero vester deus. Et scietis quia
ego sū dn̄s deus vester qui eduxerim
vos de ergastulo egiptiorū: ⁊ induxeri
vos in terram sup quā levavi manū
meā ut darem eam abraham ysaac
⁊ iacob: daboq; illā possidendā vo-
bis ego dn̄s. Narravit ergo moyses
oīa filiis isrl': qui non acquieverūt ei:
propt̃ angustiā spirit⁹ ⁊ opus duris-
simū. Locutusq; ē dn̄s ad moysen di-
cens. Ingredere ⁊ loquere ad pharao-
nem regem egipti: ut dimittat filios
isrl' de terra sua. Rn̄dit moyses corā
dn̄o. Ecce filii isrl' nō audiunt me: ⁊
quomō audiet pharao p̄sertim cū in-
circūcisus sim labiis? Locutusq; ē dn̄s
ad moysen ⁊ aaron: ⁊ dedit mandatū
ad filios isrl' ⁊ ad pharaonē regem
egipti: ut educerēt filios isrl' de terra egi-
pti. Isti sūt principes domorū p familī-
as suas. Filii ruben p̄mogeniti isrl':

enoch et phallu·esrom ⁊ charmi. Hee
cognationes ruben. Filij simeon: ia-
muel·⁊ iamin·⁊ aod·et iachin·⁊ soar·
et saul filius chananitidis. Hee ꝓgenies
simeon. Et hec nõia filiorum leui·per co-
gnacões suas: gerson·⁊ caath·⁊ me-
rari. Anni autẽ uite leui fuerunt centũ-
triginta septem. Filij gerson, lobni ⁊ se-
mei per cognacões suas. Filij caath,
amram ⁊ ysuar ⁊ hebron ⁊ oziel. An-
ni quoq; uite caath centũtriginta tres.
Filij merari: mooli et musi. Hee co-
gnacões leui·per familias suas. Ac-
cepit autem amram uxorẽ iochabeth
patruelem suã: que peperit ei aaron·⁊
moysen et mariam. Fueruntq; ãni uite
amram centumtriginta septem. Filij
quoq; ysuar: chore ⁊ napheg·⁊ zechri.
Filij q; oziel: misael et elisaphan et
sechri. Accepit autẽ aaron uxorẽ·elisa-
beth filiã aminadab·sororẽ naason:
que peperit ei nadab·⁊ abiu·⁊ eleazar·
et ythamar. Filij quoq; chore: aser·et
helchana ⁊ abiasab. Hee sunt cogna-
tiones choritarum. At uero eleazar filius
aaron accepit uxorẽ de filiabus phutiel:
que pepit ei phinees. Hij sunt princi-
pes familiarum leuiticarum ꝑ cognacões
suas. Iste est aaron et moyses: quibus
ꝑcepit dñs ut educerẽt filios isrl·de ter-
ra egipti per turmas suas. Hij sũt qui
loquunt̃ ad pharaonẽ regem egipti: ut
educãt filios isrl de egipto. Iste moy-
ses ⁊ aaron: in die qua locutus est dñs
ad moysen in terra egipti. Et locutus
est dñs ad moysen dicens. Ego domi-
nus. Loquere ad pharaonẽ regẽ egi-
pti·oĩa que loquor tibi. Et ait moyses
corã dño. En incircũcisus labijs sũ.
Quomodo audiet me pharao? c. vii.
Dixitq; dñs ad moysen. Ecce cõsti-
tui te deũ pharaonis: et aaron
frater tuus erit ꝓpheta tuus. Tu loque-
ris ei omĩa que mando tibi: et ille lo-
quetur ad pharaonem: ut dimittat
filios isrl de terra sua. Sed ego indu-
rabo cor eius·et multiplicabo signa
et ostenta mea in terra egipti: et nõ au-
diet uos. Immittãq; manũ meã sup
egiptũ et educam exercitũ meũ·⁊ ꝑplm
meũ filios isrl·de terra egipti·ꝑ iudicia
maxima. Et sciẽt egiptij·quia ego sũ
dñs·qui extenderim manũ meã·super
egiptũ: ⁊ eduxerim filios isrl·de medio
eorum. Fecit itaq; moyses ⁊ aaron: sicut
ꝑceperat eis dñs·ita egerũt. Erat autẽ
moyses octoginta annorum·et aaron
octogintatriũ: quãdo locuti sunt ad
pharaonẽ. Dixitq; dñs ad moysen
et aaron. Cum dixerit uobis pharao·
ostẽdite nobis signa: dices ad aaron.
Tolle uirgam tuã·et ꝓice eam coram
pharaone: ac uertatur in colubrum.
Ingressi itaq; moyses ⁊ aaron ad pha-
raonem: fecerũt sicut preceperat dñs.
Tulitq; aaron uirgã corã pharaone
et seruis eius: que uersa est in colubrũ.
Uocauit autẽ pharao sapientes ⁊ ma-
leficos: ⁊ fecerũt etiã ipi ꝑ incãtacões
egiptiacas et archana quedam similiter.
Proiecerũtq; singli uirgas suas: que
uerse sunt in dracones. Sed deuora-
uit uirga aaron·uirgas eorum. Indu-
ratũq; ẽ cor pharaonis: ⁊ nõ audiuit
eos sicut ꝑceꝑat dñs. Dixit autẽ dñs
ad moysen. Ingrauatũ est cor phara-
onis: ⁊ nõ uult dimittere ꝑplm. Uade
ad eũ mane. Ecce egredietur ad aquas:
et stabis in occursũ eius sup ripam
fluminis: ⁊ uirgã que conuersa est in
draconẽ·tolles in manu tua: dicesq;
ad eum. Dñs deus hebreorum misit me
ad te dicens. Dimitte ꝑplm meũ ut sa-
crificet michi ĩ deserto: ⁊ usq; ad ꝑsens·

audire me noluisti. Hec igitur dicit
dñs. In hoc scies qđ sim dñs. Ecce per-
cutiā virga que ĩ manu mea ē aquā
fluminis: et vertetur ĩ sanguinē. Pisces
quoq; qui sunt in fluvio morientur:
et cōputrescent aque: et affligentur egi-
ptij· bibētes aquā fluminis. Dixit q;
dñs ad moysen. Dic ad aaron. Tolle
virgam tuā· et extende manū tuā sup
aquas egipti· et sup fluvios eorꝝ· et ri-
vos et paludes· ⁊ omēs lacus aquaꝝ·
ut vertanť in sanguinē: et sit cruor in
omni terra egipti tam in ligneis vasis
quam in saxeis. Feceruntq; moyses et
aaron: sicut p̃ceperat dñs. Et elevās
virgam· ꝑcussit aquā fluminis corā
pharaone ⁊ servis eius: que versa est
in sanguinem: et pisces qui erant in
flumine· mortui sunt. Computruitq;
fluvius: et non poterāt egiptij bibere
aquā fluminis: ⁊ fuit sanguis ĩ tota
terra egipti. Feceruntq; silr̃ malefici
egiptioꝝ ĩ incantacionib; suis. Et in-
duratū ē cor pharaonis: nec audivit
eos sicut p̃ceperat dñs. Avertitq; se· ⁊
ingressus est domū suā: nec apposuit
cor eciam hac vice. Foderūt autem o-
mnes egiptij ꝑ circuitū fluminis aquā
ut biberent: Non enī poterant bibere de
aqua fluminis. Impletiq; sunt septem
dies: postq̃ꝫ ꝑcussit dñs fluviū. ca. viii.

Dixit quoq; dñs ad moysen. In-
gredere ad pharaonē: ⁊ dices ad
eū. Hec dicit dñs. Dimitte ꝑplm meū:
ut sacrificet michi. Si autē nolueris
dimittere· ecce ego ꝑcuciam omnes ter-
minos tuos ranis· et ebulliet fluvius
ranas: q̃ ascendēt et ingredienť domū
tuā et cubiculū lectuli tui ⁊ super stratū
tuū· ⁊ in domos servoꝝ tuoꝝ· ⁊ ĩ ꝑplm
tuū· et in furnos tuos: ⁊ in reliquias
ciborū tuoꝝ· et ad te et ad ꝑplm tuū et
ad omnes servos tuos intrabūt rane.
Dixitq; dominus ad moysen. Dic ad
aaron. Extende manū tuam sup flu-
vios et sup rivos et paludes: et educ
ranas sup terrā egipti. Extendit aa-
ron manū super aquas egipti ⁊ ascen-
derūt rane operuerūtq; terrā egipti. Fece-
rūt autē ⁊ malefici ꝑ incātacōnes suas
silr̃: eduxerūtq; ranas sup terrā egi-
pti. Vocavit autē pharao moysen et
aaron: et dixit eis. Orate dñm ut au-
ferat ranas a me et a ꝑplo meo: et di-
mittā ꝑplm ut sacrificet dño. Dixitq;
moyses ad pharaonē. Cōstitue michi
q̃ndo dep̃cer pro te· et pro servis tuis·
et pro ꝑplo tuo: ut abiganť rane a te·
et a domo tua ⁊ a servis tuis· ⁊ a ꝑplo
tuo: et tantū in flumine remaneant.
Qui rñdit. Cras. At ille iuxta inquit
verbū tuū faciā· ut scias quoniā non
est sicut dñs deus noster: ⁊ recedent ra-
ne a te· et a domo tua· et a servis tuis·
⁊ a ꝑplo tuo: ⁊ tantū in flumine rema-
nebūt. Egressiq; sūt moyses et aaron
a pharaone: et clamavit moyses ad
dñm pro spōsione ranaꝝ: quā cōdixe-
rat pharaoni. Fecitq; dñs iuxta ver-
bum moysi: ⁊ mortue sunt rane de do-
mib; · ⁊ de villis ⁊ de agris. Cōgrega-
verūtq; eas in immensos aggeres: et
cōputruit terra. Videns autē pharao
qꝫ data esset requies· ingravavit cor
suū: et nō audivit eos sicut preceperat
dñs. Dixitq; dñs ad moysen. Loquere
ad aaron. Extende virgā tuā et ꝑcute
pulverem terre: et sint sciniphes in uni-
versa terra egipti. Feceruntq; ita. Et ex-
tendit aaron manū· virgam tenens·
ꝑcussitq; pulverē terre: ⁊ facti sunt sci-
niphes in hominib; ⁊ ĩ iumentis. Om-
nis pulvis terre versus est in sciniphes·
per totam terrā egipti. Feceruntq; silr̃

malefici in cantacionibꝫ suis·ut edu=
cerent ciniphes: et non potuerūt. Erātq;
cinifes tam ī hominibꝫ quam in iu=
mentis. Et dixerūt malefici ad phara=
onem. Digit⁹ dei est hic. Induratum
est cor pharaonis: ⁊ nō audiuit eos:
sicut p̄ceperat dn̄s. Dixit quoq; dn̄s
ad moysen. Consurge diluculo: ⁊ sta
coram pharaone. Egredietur eni ad
aq̄s. Et dices ad eum. Hec dicit dn̄s.
Dimitte populū meum: ut sacrificet
michi. Quod si non dimiseris eū: ecce
ego mittam in te·et in seruos tuos·et
in p̄p̄lm tuū·et in domos tuas·om̄e
genus muscar̄: et implebūtur om̄s
dom⁹ egiptior̄·muscis diūsi generis
⁊ uniūsa terra in qua fuerint. Faciāq;
mirabilem in die illa terram iessen·in
qua p̄p̄ls meus ē ut nō sint ibi musce:
ut scias quoniam ego dn̄s in medio
terre: ponamq; diuisionem inter p̄p̄lm
meū ⁊ populū tuū. Cras erit signum
istud. Feciq; dn̄s ita. Et uenit musca
grauissima in domū pharaonis ⁊
seruor̄ eius·et in omnem terrā egipti:
corruptaq; est terra ab huiuscemodi
muscis. Vocauitq; pharao moysen ⁊
aaron: et ait eis. Ite: et sacrificate deo
ur̄o in terra hac. Et ait moyses. Non
potest ita fieri. Abominaciones eni
egiptior̄ immolabim⁹ dn̄o deo nr̄o
Quod si mactauerim⁹ ea que colunt
egiptij corā eis: lapidibꝫ nos obruēt.
Viam trium dierū pergemus in soli=
tudinē: et sacrificabim⁹ dn̄o deo nr̄o
sicut p̄cepit nobis. Dixitq; pharao.
Ego dimittā uos·ut sacrificetis dn̄o
deo uestro ī deserto: uerumtamen lon=
gius ne abeatis. Rogate pro me. Et
ait moyses. Egressus a te orabo dn̄m:
et recedet musca a pharaone·et a ser=
uis suis·et a p̄p̄lo ei⁹ cras. Verūtamē

noli ultra fallere: ut nō dimittas po=
pulū sacrificare dn̄o. Egressusq; moy=
ses a pharaone·orauit dn̄m. Qui fe=
cit iuxta uerbū illi⁹: ⁊ abstulit muscas
a pharaone·⁊ a suis ~~suis~~·⁊ a p̄p̄lo ei⁹.
Non superfuit nec una q̄dem. Et ingra=
uatū est cor pharaonis: ita ut nec hac
quidem uice dimitteret populū. c. ix.

Dixit autē dn̄s ad moysen. Ingre=
dere ad pharaonē: ⁊ loq̄re ad eū.
Hec dicit dn̄s deus hebreor̄. Dimitte
p̄p̄lm meū: ut sacrificet michi. Quod si
adhuc renuis et retines eos: ecce ma=
nus mea erit sup agros tuos·⁊ super
equos et asinos ⁊ camelos·et oues ⁊
boues: pestis ualde grauis. Et faciet
dn̄s mirabile inter possessiones isrl' ⁊
possessiones egiptior̄: ut nil omnino
pereat ex hijs que ptinēt ad filios isrl'.
Constituitq; dn̄s tempus dicēs. Cras
faciet dn̄s uerbū istud in terra. Fecit er=
go dn̄s uerbū hoc altera die: ⁊ mortua
sūt oīa aīantia egiptior̄. De aīalibꝫ
uero filior̄ isrl' nichil om̄ino periit. Et
misit pharao ad uidendum: nec erat
quicq̄ mortuū de hijs que possidebat
isrl'. Ingrauatūq; est cor pharaonis:
⁊ nō dimisit p̄p̄lm. Et dixit dominus
ad moysen et aaron. Tollite plenas
manus cineris de camino: ⁊ spergat
illū moyses ī celū coram pharaone:
sitq; puluis sup omnē terram egipti.
Erunt eni in hominibus·⁊ iumentis
ulcera et uesice turgentes: in uniuersa
terra egipti. Tuleruntq; cinerem de ca=
mino·⁊ steterūt corā pharaone: ⁊ spar=
sit illū moyses in celū. Factaq; sunt ul=
cera uesicar̄ turgenciū in hominibꝫ ⁊
iumentis: nec poterant malefici stare
corā moyse p̄pter uulnera que in illis
erant: ⁊ in omni terra egipti. Indura=
uitq; domin⁹ cor pharaonis: ⁊ non

audiuit eos sicut locutꝰ est dominus
ad moysen. Dixit qꝫ dn̄s ad moysen.
Mane consurge · et sta coram phara-
one: et dices ad eū. Hec dicit dominus
deus hebreoꝝ. Dimitte pplm meū · ut
sacrificet michi: quia in hac vice mit-
tam omēs plagas meas sup cor tuū·
et sup seruos tuos · ⁊ sup pplm tuū: ut
scias quod nō sit similis mei ī omni
terra. Nūc eni extendens manū · percu-
tiam te et pplm tuū peste: pibisqꝫ de
terra. Idcirco autem posui te ut osten-
dam in te fortitudinē meam: et narre-
tur nomē meū in omni terra. Adhuc
retines pplm meū: ⁊ non vis eū dimit-
tere? En pluā cras hac ipa hora gran-
dinem multā nimis: qualis nō fuit
in egipto a die qua fundata est · usqꝫ
in psens tempꝰ. Mitte ergo iam nūc:
et cōgrega iumēta tua · et omnia que
habes ī agro. Homines eni ⁊ iumen-
ta · et vniūsa que inuenta fuerint foris·
nec congregata de agris: cecideritqꝫ
sup ea grando: morietur. Qui timuit
verbum dn̄i de seruis pharaonis: fecit
confugere seruos suos et iumenta in
domos: qui autē neglexit sermonem
dn̄i: dimisit seruos suos et iumenta
in agris. Et dixit dn̄s ad moysen. Ex-
tende manū tuā ī celū · ut fiat grando
in vniuersa terra egipti: sup hoīes et
sup iumenta · et sup omnem herbam
agri · in terra egipti. Extenditqꝫ moy-
ses virgam in celū: et dn̄s dedit toni-
trua et grādinē ac discurrētia fulgura
sup terram. Pluitqꝫ dn̄s grandinem
sup terram egipti: et grando et ignis·
mixta pariter ferebātur. Tanteqꝫ fuit
magnitudinis: q̄nta ante nūqꝫ appa-
ruit in vniūsa terra egipti exquo gens
illa condita est. Et pcussit grando in
omni terra egipti cūcta que fuerunt in
agris: ab homine usqꝫ ad iumentū.
Cunctāqꝫ herbam agri percussit gran-
do: et omne lignū regionis confregit.
Tantū in terra iessen ubi erant filij isrl̄
grando non cecidit. Misitqꝫ pharao·
et vocauit moysen ⁊ aaron: dicēs ad
eos. Peccaui etiā nunc. Dn̄s iustus:
ego et pplS meꝰ impij. Orate dn̄m·
ut desinant tonitrua dei et grando:
ut dimittā vos · et nequaqꝫ hic ultra
maneatis. Ait moyses. Cum egressus
fuero de urbe · extendā palmas meas
ad dn̄m: et cessabūt tonitrua · et gran-
do nō erit: ut scias quia dn̄i est terra.
Noui autē: qꝫ et tu ⁊ serui tui necdum
timeatis dn̄m deū. Linū ergo ⁊ ordeū
lesum est: eo qꝫ ordeum esset virens · et
linū iam folliculos germiāret. Triticū
autē et far non sūt lesa: quia serotina
erant. Egressusqꝫ moyses a pharao-
ne ex urbe · tetendit manus ad dn̄m:
et cessauerunt tonitrua ⁊ grando: nec
ultra stillauit pluuia sup terram. Vi-
dens autē pharao qꝫ cessasset pluuia
et grando ⁊ tonitrua auxit peccatū: ⁊
ingrauatū ē cor eiꝰ nimis: nec dimisit filios
isrl̄ · sicut pceperat dn̄s p manū moysi.
Et dixit dominꝰ ad moysen. ca. x.
Ingredere ad pharaonē. Ego
eni induraui cor eius · ⁊ seruoꝝ illius·
ut faciam signa mea hec in eo: et nar-
res in auribus filij tui et nepotū tuoꝝ·
quotiens cōtriuerim egiptios et signa mea
fecerim in eis: ⁊ sciatis quia ego dn̄s.
Introierunt ergo moyses ⁊ aaron ad
pharaonē: et dixerūt. Hec dicit dn̄s
deꝰ hebreoꝝ. Usquequo nō vis subici
michi? Dimitte pplm meum: ut sacri-
ficet michi. Sin autē resistis · ⁊ nō vis
dimittere eū: ecce ego inducam cras lo-
custam in fines tuos · que operiet sup-
ficiē terre · ne quicqꝫ eius appareat: sed

comedatur quod residuū fuerit gran-
dini. Corrodet enī omnia ligna que
germināt ī agris. et implebūt domos
tuas· ⁊ servorū tuorū. et omniū egiptiorū:
quanta nō viderūt patres tui et avi
ex quo orti sunt sup terrā·usq; in p̄sen-
tem diem. Avertitq; se: ⁊ egressus est a
pharaone. Dixerunt autē servi phara-
onis ad eū. Usquequo patiemur hoc
scandalū? Dimitte homīes·ut sacri-
ficent dño deo suo. Nōne vides quod
perierit egiptus? Revocaveruntq; moy-
sen ⁊ aaron ad pharaonē. Qui dixit
eis. Ite: sacrificate dño deo vr̄o. Qui
nam sunt qui ituri sūt? Ait moyses.
Cū parvulis nostris et senioribꝫ per-
gemus: cū filijs ⁊ filiabꝫ·cū ovibus ⁊
armentis. Est enī solemnitas dñi dei
nostri. Et respōdit pharao. Sic dñs
sit vobiscū: quomodo ego dimittā
vos et parvulos vestros, cui dubiū
est quod pessime cogitetis? Non fiat
ita: sed ite tantū viri ⁊ sacrificate dño.
Hoc enī ⁊ ipi petistis. Statimq; eiecti
sunt de conspectu pharaonis. Dixit
autē dñs ad moysen. Extende manū
tuam sup terram egipti ad locustam·
ut descendat super terram: et devoret
omnē herbam que residua fuerit gran-
dini. Et extendit moyses virgam sup
terram egipti: ⁊ dñs induxit ventum
urentē tota illa die et nocte. Et mane
facto: ventus urens levavit locustas.
Que ascenderūt sup univ̄sam terram
egipti: et sederūt in cūctis finibꝫ egipti-
orum innumerabiles: quales ante
illud tempus non fuerant nec postea
future sunt. Operueruntq; univ̄sā sup-
ficiem terre: vastantes omnia. Devo-
rata ē igitur herba terre: et quidquid
pomorū ī arboribꝫ fuit q̄ grando dimi-
serat. Nichil quoq; omnino virens
relictū est in lignis·et in herbis terre:
in cūcta egipto. Quāobrem·festinus
pharao vocavit moysen et aaron: et
dixit eis. Peccavi in dñm deū vestrū·
et in vos. Sed nūc dimittite peccatū
michi·etiam hac vice: et rogate dñm
deum vestrū: ut auferat a me mortem
istā. Egressusq; est moyses de cōspectu
pharaonis: ⁊ oravit dñm. Qui flare
fecit ventum ab occidente vehementissi-
mum: et arreptā locustā p̄iecit ī mare
rubrū. Non remāsit ne una quidem:
in cūctis finibus egipti. Et induravit
dñs cor pharaonis: nec dimisit filios
isrl̄. Dixit autem dñs ad moysen. Ex-
tende manū tuā in celū: ⁊ sint tenebre
sup terrā egipti·tam dense ut palpari
queant. Extenditq; moyses manum
in celū: ⁊ facte sunt tenebre horribiles
in universa terra egipti. Tribus diebꝫ
nemo vidit fratrem suū: nec movit se
de loco in quo erat. Ubicūq; autē ha-
bitabant filij isrl̄·lux erat. Vocavitq;
pharao moysen et aaron: et dixit eis.
Ite sacrificate domino. Oves tantū
vestre ⁊ armenta remaneant: parvuli
vr̄i eant vobiscū. Ait moyses. Hosti-
as quoq; ⁊ olocausta dabis nobis:
que offeramꝰ dño deo nostro. Cuncti
greges pergent nobiscū. Non remane-
bit ex eis ungula que necessaria sūt in
cultū dñi dei nr̄i: p̄sertim cū ignoremꝰ
quid debeat immolari: donec ad ipm̄
locū perveniamꝰ. Induravit autē dñs
cor pharaonis: ⁊ noluit dimittere eos.
Dixitq; pharao ad moysen. Recede a
me: et cave ne ultra videas faciē meā.
Quocūq; die apparueris michi morie-
ris. Rn̄dit moyses. Ita fiat ut locutus
es. Non videbo ultra faciem tuā. c. xi.
Et dixit dñs ad moysen. Adhuc
una plaga tangā pharaonem

et egiptū:et post hec dimittet vos·⁊ ex-
ire cōpellet. Dices ergo om̄i plebi:ut
postulet vir ab amico suo ⁊ mulier a
vicina sua vasa argētea ⁊ aurea et ve-
stem. Dabit autem dn̄s graciā p̄plo
suo corā egiptijs. Fuitq; moyses vir
magnꝰ valde ī terra egipti·corā servis
pharaonis ⁊ om̄i p̄plo. Et ait. Hec di-
cit dn̄s. Media nocte ingrediar ī egi-
ptum:⁊ morietur om̄e p̄mogenitum ī ter-
ra egiptiorū a p̄mogenito pharaonis
q̄ sedet ī solio eiꝰ·usq; ad p̄mogenitum
ancille q̄ ē ad molā:et oīa p̄mogenita
iumentorū. Eritq; clamor magnus in
univ̄sa t̄ra egipti:q̄lis nec ante fuit:
nec postea futurus ē. Apud om̄es au-
tem filios isrl̄ nō mutiet canis·ab ho-
mine usq; ad pecꝰ:ut sciatis quanto
miraculo dividat dn̄s egiptios·⁊ isrl̄.
Descendentq; om̄es servi tui isti ad me:⁊
adorabūt me dicentes. Egredere tu:et
om̄is p̄p̄ls q̄ subiectus ē tibi. Post hec
egrediemur. Et exivit a pharaone·iratꝰ
nimis. Dixit autem dn̄s ad moysen.
Non audiet vos pharao:ut multa si-
gna fiāt in t̄ra egipti. Moyses autem
et aaron fecerūt omia signa ⁊ ostenta
que scripta sunt·corā pharaone:et in-
duravit dominꝰ cor pharaonis:nec
dimisit filios isrl̄ de terra sua. ca. xii.

Dixit quoq; dominꝰ ad moysen
et aaron·in terra egipti. Mensis
iste vobis principiū mensiū:p̄mꝰ erit
in mensibꝫ anni. Loq̄mini ad univer-
sum cetū filiorū israhel:⁊ dicite eis. De-
cima die mēsis huiꝰ·tollat unusquis-
q; agnū·per familias et domos suas.
Sin autem minor est numerꝰ·ut suffi-
cere possit ad vescendū agnū:assumet
vicinū suū qui cōiunctus ē domui eiꝰ:
iuxta numerū aīarum que sufficere pos-
sint ad esum agni. Erit autem agnus
absq; macula:masculus anniculus.
Iuxta quē ritum tolletis et hedum:et
servabitis eū usq; ad quartādecimam
diem mēsis huiꝰ. Immolabitq; eum
univ̄sa multitudo filiorū isrl̄ ad vespe-
ram:et sumēt de sanguine eius·ac po-
nent sup utrūq; postem:et in superlimi-
naribꝫ domorū ī quibꝫ comedent illū.
Et edēt carnes nocte illa assas igni:⁊
azimos panes cū lactucis agrestibus.
Non comedetis ex eo crudū quid nec
coctū aqua:sed assum tantū igni. Ca-
put cū pedibus eius ⁊ intestinis vora-
bitis:nec remanebit quicq̄ ex eo usq;
mane. Si quid residuū fuit·igne cōbu-
retis. Sic autem comedetis illum. Re-
nes vestros accingetis: calciamēta ha-
bebitis ī pedibus·tenētes baculos ī ma-
nibus:et comedetis festināter. Est enī
phase:id ē transitꝰ domini. Et trans-
ibo p terrā egipti nocte illa:percutiāq;
omne primogenitū in terra egipti·ab
homine usq; ad pecus:et ī cunctis diis
egipti faciā iudicia·ego dn̄s. Erit au-
tem sanguis vobis in signū in edibꝰ
in quibꝫ eritis:et videbo sanguinē ac
transibo vos:nec erit ī vobis plaga
disperdens·quādo percussero terrā egi-
pti. Habebitis autem hūc diem ī mo-
nimentū:⁊ celebrabitis eā sollempnem
dn̄o in generationibꝫ v̄ris·cultu sem-
piterno. Septē diebꝫ azima comede-
tis. In die primo nō erit fermētum in
domibꝫ vestris. Quicūq; comederit fer-
mentū·peribit aīa illa de israhel. a pri-
mo die usq; ad diem septimum. Dies
prima erit sancta ac sollempnis:et dies
septima·eadem festivitate venerabilis.
Nichil operis facietis in eis·exceptis
hijs q̄ ad vescendū ptinent:⁊ observa-
bitis azima. In eadē enī ipsa die edu-
cam exercitum vestrū de terra egipti:et

custodietis diē istum in generatione
vestras: ritu perpetuo. Primo mense
quartadecima die mēsis ad vesperā co-
medetis azima: usq; ad diē vicesimā
primam eiusdē mensis ad vesperā. Se-
ptem diebȝ fermētatū non invenietur
ī domibȝ vestris. Qui comederit fermen-
tatū peribit aīa eius de cetu isrl: tam de
advenis q̄ de indigenis terre. Omne fer-
mentatū nō comedetis. In cūctis ha-
bitaculis vestris edetis azima. Voca-
vit autē moyses omēs seniores filiorū
israhel: et dixit ad eos. Ite tollētes ani-
mal per familias vestras: immola-
te phase. Fasciculūq; ysopi tīgite ī san-
guine qui est in limine: et aspergite ex
eo superliminare et utrūq; postē. Nullus
vestrū egrediatur ostiū domus sue usq;
mane. Transibit enī dominus percutiens
egiptios. Cumq; viderit sanguinem ī
superliminari et in utroq; poste: trāscen-
det ostiū domus: et non sinet percussorē
ingredi domos vestras et ledē. Custo-
di verbū istud. legitimū tibi et filiis tuis
usq; in eternū. Cumq; introieritis terrā
quam dominus deus daturus est vobis
ut pollicitus est: observabitis cerimoni-
as istas. Et cū dixerint vobis filii vri:
que ē ista religio: dicetis eis. Victima
transitus dnī est: quādo transivit sup
domos filiorū isrl in egipto: percutiens
egiptios et domos nostras liberans.
Incurvatusq; pls adoravit. Et egres-
si filii israhel: fecerūt sicut preceperat dns
moysi et aaron. Factū ē autē ī noctis
medio percussit dns omne primogeni-
tum in terra egipti: a primogenito pha-
raonis qui in solio eius sedebat: usq;
ad primogenitū captive que erat ī car-
cere: et omne primogenitū iumentorum.
Surrexitq; pharao nocte et omnes ser-
vi eius cunctaq; egiptus: et ortus est
clamor magnus ī egipto. Neq; enī erat
domus ī qua non iaceret mortuus. Vo-
catisq; pharao moyse et aaron nocte.
ait. Surgite: egredimini a populo meo et
vos et filii isrl. Ite et immolate dno si-
cut dicitis. Oves vras et armēta assu-
mite ut petieratis: et abeūtes benedici-
te michi. Urgebātq; egiptii plm de ter-
ra exire velociter dicētes. Omnes mori-
emur. Tulit igitur pls conspersam fari-
nam anteq̄ fermētaretur: et ligans ī pal-
liis posuit super humeros suos. Fece-
runtq; filii isrl sicut preceperat dns mo-
ysi: et petierūt ab egiptiis vasa argen-
tea et aurea vestemq; plurimā. Dns au-
tem dedit gratiā plo corā egiptiis ut
comodarent eis: et spoliaverūt egipti-
os. Profectiq; sunt filii isrl de ramasse
in sochot sexcēta fere milia peditū viro-
rum: absq; parvulis et mulieribȝ. Sed
et vulgus promiscuū innumerabile as-
cendit cū eis: oves et armēta et animā-
tia diversi generis multa nimis. Coxerūt-
q; farinā quā dudū de egipto cōsper-
sam tulerāt: et fecerūt subcinericios pa-
nes azimos. Neq; enī poterat fermen-
tari cogētibȝ exire egiptiis et nullā fa-
cere sinentibus moram: nec pulmenti
quicq; occurrerāt preparare. Habitacio
autem filiorū isrl qua mānserūt ī egipto
fuit quadringentorū triginta ānorum.
Quibus expletis: eadem die egressus
est omnis exercitus domini de terra egipti.
Nox ista observabilis domini: quādo
eduxit eos de terra egipti. Hanc obser-
vare debent omnes filii isrl in generati-
onibȝ suis. Dixitq; dns ad moysen et
aaron. Hec ē religio phase. Omnis ali-
enigena non comedet ex eo. Omnis au-
tem servus empticius circūcidetur: et sic co-
medet. Advena et mercenarius non
edent ex eo. In una domo comedetur: nec

efferetis de carnibꝫ eius foras: nec os
illius cōfringetis. Omnis cetus filiorꝫ
isrl' faciet illud. Quod si quis peregri-
norū in vestrā voluerit trāsire coloniā
et facere phase domini: circūcidet' prius
omne masculinū eius: et tūc rite celebra-
bit: eritq; sicut indigena terre. Si quis
autem circūcisus nō fuit: nō vescetur
ex eo. Eadem lex erit indigene: et colo-
no q̄ peregrinat' apud vos. Feceruntq;
omnes filii isrl' sicut p̄ceperat dūs moysi
et aaron: et eadē die eduxit dūs filios
isrl' de t'ra egipti p turmas suas. ca. xiii.

Locutusq; est dominus ad moysen
dicens. Sanctifica michi omne
primogenitū quod aperit vulvā ī filiis
isrl'. tam de hominibꝫ q̄ de iumentis:
Mea sūt enī omnia. Et ait moyses ad
ppl'm. Mementote diei huius ī qua egres-
si estis de egipto et de domo servitutis:
quoniā in manu forti eduxit vos do-
minus de loco isto: ut non comedatis
fermētatū panē. Hodie egredimini mēse
novarū frugū. Cūq; introduxerit te dūs
ī t'rā chananei et ethei et amorrei et evei
et iebusei quā iuravit patribus tuis ut
daret tibi terrā fluentē lacte et melle: ce-
lebrabis hunc morem sacrorū mense
isto. Septē diebus vesceris azimis: et
in die septimo erit sollempnitas domi-
ni. Azima comedetis septē diebꝫ. Nō
apparebit apud te aliquid fermētatū:
nec in cūctis finibus tuis. Narrabisq;
filio tuo in die illo dicens. Hoc est qd'
fecit michi dūs: quādo egressus sum
de egipto. Et erit quasi signū ī manu
tua et quasi monimentū ante oculos
tuos: et ut lex dūi semper sit in ore tuo.
In manu enī forti eduxit te dominus
de egipto: ut custodias huiuscemodi
cultū statuto tpe a diebꝫ in dies. Cūq;
introduxerit te dūs in terrā chananei
sicut iuravit tibi et patribꝫ tuis et dederit
tibi eā: separabis omne qd' aperit vulvā
domino: et quod primitivū est in pec-
oribus tuis. Quicquid habueris mas-
culini sexus cōsecrabis dūo. Primo-
genitū asini mutabis ove: qd' si non
redemeris interficies. Omne autē primo-
genitum hoīs de filiis tuis p̄cio redi-
mes. Cūq; interrogaverit te filius tuus
cras dicens: quid est hoc: respōdebis
ei. In manu forti eduxit nos dominus
de terra egipti: de domo servitutis. Nā
cum induratus esset pharao et nollet
nos dimittere occidit dominus omne
primogenitū in t'ra egipti: a primoge-
nito hoīs usq; ad primogenitū iumen-
torū. Idcirco immolo dūo omne qd'
aperit vulvā masculini sexus: et omnia
primogenita filiorꝫ meorꝫ redimo. Erit
igitur quasi signū in manu tua et q̄si
appensum quid ob recordatōnē ante
oculos tuos: eo q͛ in manu forti edu-
xit vos dominus de egipto. Igit' cum
emisisset pharao populū: nō eos du-
xit dūs per viā terre philistiim q̄ vici-
na ē: reputans ne forte peniteret eū si vi-
disset adūsū se bella cōsurgere: et rever-
teretur ī egiptū: sed circumduxit p viā
deserti: que ē iuxta mare rubrū. Et ar-
mati ascenderūt filii isrl' de terra egipti.
Tulit q; moyses ossa ioseph secū: eo q͛
adiurasset filios isrl' dicēs. Visitabit
vos deus: efferte ossa mea hinc vobi-
scum. Profectiq; de socoth castrameta-
ti sunt ī etham: ī extremis finibꝫ solitu-
dinis. Dūs autem p̄cedebat eos ad
ostendēdā viā per diem in columna
nubis: et per noctē in columna ignis:
ut dux esset itineris utroq; tpe. Nūq̄ de-
fuit columna nubis p diem: nec colu-
mna ignis p noctem corā ppl'o.

Locutus est autē dūs ad. ca. xiiii

moysen·dicens. Loquere filiis isrl'. Rever-
si castrametentur e regione phiairoth:
que est inter magdalum et mare·con-
tra beelsephon. In conspectu eius ca-
stra ponetis sup mare. Dicturusq; est
pharao·super filiis isrl'. Coartati sūt
in terra: cōclusit eos desertū. Et indura-
bo cor eius·ac persequet vos, et glori-
ficabor in pharaone·⁊ in omni exercitu
eius: scientq; egiptii·quia ego sum do-
minus. Feceruntq; ita. Et nunciatū est
regi egiptiorū: qd fugisset pplš. Immu-
tatūq; est cor pharaonis·et servorū ei⁹
super populo: et dixerūt. Quid volui-
mus facere: ut dimitteremus isrl' ne servi-
ret nobis? Iunxit ergo currū: ⁊ omnē
populū suū assumpsit secū. Tulitq; sex-
centos currus electos·⁊ quicquid i egi-
pto curruū fuit: ⁊ duces totius exercit⁹.
Induravitq; domin⁹ cor pharaonis
regis egipti: et persecutus est filios isrl'.
At illi egressi erāt i manu excelsa. Cū-
q; psequerentur egiptii vestigia precedenti-
um: repererūt eos i castris super mare.
Omnis equitatus ⁊ currus pharaonis
⁊ universus exercitus·erāt in phiairoth
cōtra beelsephon. Cūq; appropinquas-
set pharao·levātes filii isrl' oculos·vi-
derūt egiptios post se: ⁊ timuerūt val-
de. Clamaveruntq; ad dominū: et dixe-
runt ad moysen. Forsitan nō erāt se-
pulcra i egipto: ideo tulisti nos ut mo-
reremur in solitudine. Quid hoc facere vo-
luisti: ut educeres nos ex egipto? Nonne
iste est sermo quē loquebamur ad te i egi-
pto·dicentes: recede a nobis·ut servia-
mus egiptiis? Multo enim melius est ser-
vire eis: quā mori in solitudine. Et ait
moyses ad populū. Nolite timere. Sta-
te et videte magnalia dn̄i: que factur⁹
est hodie. Egiptios enim quos nunc vide-
tis, nequaquā ultra videbitis: usq; in
sempiternū. Domin⁹ pugnabit pro
vobis: et vos tacebitis. Dixitq; dn̄s
ad moysen. Quid clamas ad me? Lo-
quere filiis israhel: ut proficiscantur. Tu
autem eleva virgā tuā et extende manū
tuā super mare·⁊ divide illud: ut gra-
diantur filii isrl' in medio mari p siccū.
Ego autem indurabo cor egiptiorū ut
persequantur vos: ⁊ glorificabor i pha-
raone·et in omni exercitu eius·et in cur-
ribus et in equitibus illius. Et scient egi-
ptii quia ego sum dn̄s: cū glorificat⁹
fuero in pharaone·et in curribus atq;
in equitibus eius. Tollensq; se angelus
domini qui precedebat castra isrl'·abiit
post eos: ⁊ cū eo pariter columna nu-
bis priora dimittens: post tergū stetit·in-
ter castra egiptiorū ⁊ castra isrl'. Et erat
nubes tenebrosa·et illuminans noctem:
ita ut ad se invicem toto noctis tpe·acce-
dere nō valerent. Cūq; extendisset moy-
ses manū sup mare·abstulit illud do-
minus·flante vento vehementi et urēti
tota nocte: ⁊ vertit i siccum. Divisaq;
est aqua: et ingressi sunt filii isrl' p me-
dium sicci maris. Erat enim aqua qua-
si murus·a dextra eorū et leva. Perse-
quentesq; egiptii ingressi sūt post eos:
et omnis equitatus pharaonis·curr⁹
eius ⁊ equites per mediū maris. Iāq;
advenerat vigilia matutina: ⁊ ecce re-
spiciens dn̄s super castra egiptiorū per
columnā ignis et nubis: interfecit ex-
ercitū eorū·et subvertit rotas curruū: fe-
rebanturq; i pfundū. Dixerūt ergo egiptii.
Fugiamus israhelē: quia dn̄s pugnat
pro eis cōtra nos. Et ait domin⁹ ad
moysen. Extende manū tuā sup mare:
ut revertantur aque ad egiptios·super
currus et equites eorū. Cūq; extendisset
moyses manū contra mare: reversum
est primo diluculo ad priorem locum.

Fugientibusqꝫ egiptijs occurrerunt a-
que: ⁊ involvit eos dñs ī medijs flu-
ctibus. Reversęqꝫ sunt aque: ⁊ operuerūt
currus et equites cūcti exercitus phara-
onis · qui sequētes ingressi fuerāt ma-
re: nec unus quidē superfuit ex eis. Filij
autē isrl' · perrexerūt ꝑ mediū sicci maris:
⁊ aque eis erāt quasi pro muro · a dex-
tris et a sinistris. Liberavitqꝫ dominꝰ
ī die illo isrl' de manu egiptioꝝ: ⁊ vide-
runt egiptios mortuos sup litus ma-
ris: ⁊ manū magnā quam exercuerat
dñs cōtra eos. Timuitqꝫ ꝑpls dñm: et
crediderūt dño · ⁊ moysi servo eiꝰ. Ca. xv.
Tunc cecinit moyses ⁊ filij isrl' · car-
men hoc dño: et dixerūt. Cante-
mus domino. Gloriose enī magnifi-
catus est: equū et ascensorem deiecit in
mare. Fortitudo mea ⁊ laus mea do-
minꝰ: ⁊ factus est michi in salutē. Iste
deus meus et glorificabo eū · deus pa-
tris mei: ⁊ exaltabo eū. Dominꝰ quasi
vir pugnator · omnipotens nomen eiꝰ:
currus pharaonis · et exercitū eius ꝓie-
cit ī mare. Electi principes eiꝰ submer-
si sunt ī mari rubro: abissi operuerūt
eos: descenderūt in ꝓfundū quasi lapis.
Dextera tua dñe magnificata ē in for-
titudine: dextera tua dñe ꝑcussit inimi-
cum: et ī multitudine glorie tue depo-
suisti adūsarios meos. Misisti iram
tuā · que devoravit eos sicut stipulā:
et in spiritu furoris tui cōgregate sunt
aque. Stetit unda fluens: congregate
sūt abissi in medio mari. Dixit inimi-
cus. Persequar ⁊ cōprehendā: dividā
spolia: implebit̄ aīa mea. Evaginabo
gladiū meū: interficiet eos manꝰ mea.
Flavit spiritꝰ tuꝰ: ⁊ operuit eos mare:
submersi sūt quasi plūbū ī aquis ve-
hementibus. Quis similis tui ī fortibus dñe?
Quis similis tui magnificꝰ ī sanctitate:

terribilis atqꝫ laudabilis · ⁊ faciēs mira-
bilia? Extendisti manū tuā: ⁊ devora-
vit eos terra. Dux fuisti in misericordia
tua: ꝑplo quē redemisti. Et portasti eū
in fortitudine tua: ad habitaculū san-
ctū tuū. Ascenderūt ꝑpli ⁊ irati sūt: dolo-
res obtinuerūt habitatores philistijm.
Tunc cōturbati sunt principes edom:
robustos moab obtinuit tremor: ob-
riguerūt omēs habitatores chanaan.
Irruat super eos formido et pavor in
magnitudine brachij tui. Fiant im-
mobiles quasi lapis · donec ptrāseat
ꝑpls tuus dñe: donec pertranseat po-
pulus tuꝰ iste quē possedisti. Introdu-
ces eos · et plantabis in monte heredi-
tatis tue: firmissimo habitaculo tuo qđ
operatus es domine. Sanctuarium
tuū domine: qđ firmaverūt manꝰ tue.
Dñs regnabit in eternum ⁊ ultra. In-
gressus ē enī eques pharao cū curribus
et equitibus eius in mare: ⁊ reduxit sup
eos dominꝰ aquas maris. Filij autē
isrl' ambulaverūt ꝑ siccū: in medio eiꝰ.
Sumpsit ergo maria ꝓphetissa · soror
aaron · timpanū ī manu sua: egresseqꝫ
sunt omēs mulieres post eā cū timpa-
nis et choris: quibus ꝓcinebat dicēs.
Cantemꝰ dño. Gloriose enī magnifi-
catus est: equū et ascensorē eius deiecit
in mare. Tulit autē moyses isrl' de ma-
ri rubro: ⁊ egressi sunt in desertum sur.
Ambulaveruntqꝫ tribus diebus per solitu-
dinē: et nō inveniebāt aquā. Et vene-
runt in marath: nec poterant bibere a-
quas de marath · eo qđ essent amare.
Unde ⁊ congruū loco nomē imposu-
it: vocans illū marath id ē amaritu-
dinē. Et murmuravit ꝑpls cōtra moy-
sen dicēs. Quid bibemꝰ? At ille clama-
vit ad dñm. Qui ostendit ei lignum,
qđ cū misisset ī aquas · in dulcedinem

verse sunt. Ibi constituit ei precepta atq;
iudicia: et ibi temptauit eum dicens. Si
audieris vocem dñi dei tui· et qđ rectū
est coram eo feceris· et obedieris mādā-
tis ei⁹· custodierisq; omnia precepta illi⁹:
cunctū languorē quē posui i egipto nō
inducā super te. Ego eni sum domin⁹
tuus sanator. Venerūt autē in helim
filij israhel: vbi erant duodecim fontes
aquarum & septuaginta palme: et ca-
strametati sunt iuxta aquas. c. xvi.
Profectiq; de helim venit omnis
multitudo filioꝝ isrl' in desertum
syn· qđ est inter helim & synai: quintade-
cima die mensis secundi postq̄ egressi
sūt de tra egipti. Et murmurauit ois
cōgregatio filioꝝ isrl'· cōtra moysen et
aaron· in solitudine. Dixeruntq; filij
isrl' ad eos. Vtinā mortui essem⁹ per
manū dñi i tra egipti: quādo sedebam⁹
sup ollas carniū· & comedebam⁹ panē
i saturitate. Cur induxistis nos in de-
sertū istud: ut occideretis omnē multitu-
dinē fame? Dixit autem dñs ad moy-
sen. Ecce ego pluā vobis panes de celo.
Egrediatur pp̄ls et colligat q̄ sufficiunt
per singulos dies: ut temptē eū· vtrum
ambulet in lege mea· an non. Die au-
tem sexto parēt quod inferant: & sit du-
plum quam colligere solebāt p singu-
los dies. Dixeruntq; moyses & aaron
ad omēs filios isrl'. Vespere scietis q
domin⁹ eduxerit vos de tra egipti: et
mane videbitis gloriā domini. Au-
diuit enī murmur vestrū contra dñm.
Nos vero qđ sum⁹: quia mussitatis
cōtra nos? Et ait moyses. Dabit vo-
bis dñs vespere carnes edere· et mane
panes i saturitate: eo q audierit mur-
murationes vestras quibz murmu-
rati estis cōtra eū. Nos eni qđ sum⁹?
Nec contra nos est murmur vestrū:
sed contra dominū. Dixit quoq; mo-
yses ad aaron. Dic vniuse cōgregati-
oni filioꝝ isrl'. Accedite corā domino.
Audiuit eni murmur vestrū. Cūq; lo-
queretur aaron· ad omnē cetum filioꝝ
isrl': respexerūt ad solitudinem. Et ecce
gloria dñi apparuit in nube. Locutus
est autē domin⁹ ad moysen dicēs. Au-
diui murmurationes filiorū isrl'. Lo-
quere ad eos. Vespere comedetis carnes:
& mane saturabimini panibz: scietisq;
q ego sum domin⁹ deus vester. Factū
est ergo vespere & ascendēs coturnix co-
operuit castra: mane quoq; ros iacuit
per circuitū castroꝝ. Cūq; operuisset su-
perficiem terre: apparuit in solitudine
minutū· et quasi pilo tusum in simili-
tudinem pruine super terrā. Quod cū vi-
dissent filij israhel: dixerunt ad inuicē.
Manhu? Quod significat. Quid est
hoc? Ignorabant eni qđ esset. Quibz
ait moyses. Iste est panis quē dñs de-
dit vobis ad vescendū. Hic est sermo
quē precepit vobis dñs. Colligat vnus-
quisq; ex eo quātū sufficit· ad vescēdū:
gomor p singl'a capita. Iuxta nume-
rum animaꝝ vestraꝝ q̄ habitāt in ta-
bernaculo: sic tolletis. Feceruntq; ita filij
isrl': et collegerūt· alius plus alius mi-
nus: & mensi sūt ad mensurā gomor.
Nec q̄ plus collegerat· habuit ampli-
us: nec q̄ min⁹ parauerat· repperit min⁹:
sed singuli iuxta id qđ edere poterant
cōgregauerūt. Dixitq; moyses ad eos.
Nullus relinquat ex eo i mane. Qui
non audierūt eū: sed dimiserūt quidā
ex eis vsq; mane: et scatere cepit vermibz·
atq; computruit. Et irat⁹ ē cōtra eos
moyses. Colligebant autē mane sin-
guli: quātū sufficere poterat ad vescen-
dum. Cūq; incaluisset sol: liquefiebat.
In die autem sexta· collegerunt cibos

duplices: id est duo gomor per singulos homines. Venerūt autē omnes principes multitudinis: et narrauerūt moysi. Qui ait eis. Hoc est quod locutus est dominus. Requies sabbati sanctificata est domino. Cras quodcūq; operandū est facite: et que coquenda sunt coquite. Quicquid autem reliquū fuerit reponite usq; in mane. Feceruntq; ita ut preceperat moyses: et non computruit: neq; vermis inuentus est in eo. Dixitq; moyses. Comedite illud hodie: quia sabbatū est domini: nō inuenietur hodie in agro. Sex diebus colligite: in die autem septimo sabbatū est domini: idcirco nō inuenietur. Venitq; septima dies: et egressi de populo ut colligerent: non inuenerūt. Dixit autē dominus ad moysen. Usquequo nō vultis custodire mādata mea: et legē meā? Uidete quod dominus dederit vobis sabbatum: et propter hoc tribuit vobis die sexta cibos duplices. Maneat unusquisq; apud semetipsū: nullus egrediatur de loco suo die septimo: et sabbatizabit populus die septimo. Appellauitq; domus israel nomē eius man. Quod erat quasi semē coriādri albū: gustusq; eius quasi simile cum melle. Dixit autē moyses. Iste est sermo quē precepit dominus. Imple gomor ex eo: et custodiatur in futuras retro generationes: ut nouerint panē quo alui vos in solitudine: quando educti estis de terra egipti. Dixitq; moyses ad aaron. Sume vas unum: et mitte ibi man quātum potest capere gomor: et repone corā domino ad seruādum in generationes vestras: sicut precepit dominus moysi. Posuitq; illud aaron in tabernaculo reseruandum. Filii autē israhel comederunt man quadraginta annis: donec venirent in terram habitabilem. Hoc cibo aliti sūt usquequo tāgerent fines terre chanaan. Gomor autē decima pars est ephi. ca. xvii.

Igitur profecta omnis multitudo filiorum israel de deserto syn: per mansiones suas iuxta sermonē domini: castrametati sunt in raphidim: ubi nō erat aqua ad bibendū populo. Qui iurgatus contra moysen ait. Da nobis aquā ut bibamus. Quibus respōdit moyses. Quid iurgamini contra me? Cur temptatis dominū? Sitiuit ergo ibi populus pro aque penuria: et murmurauit contra moysen dicens. Cur fecisti nos exire de egipto: ut occideres nos et liberos nostros ac iumenta siti? Clamauit autē moyses ad dominū dicens. Quid faciam populo huic? Adhuc paululū: et lapidabit me. Et ait dominus ad moysen. Antecede populū: et sume tecū de senioribus israel: et virgā qua percussisti fluuiū tolle in manu tua: et vade. En ego stabo ibi corā te supra petrā oreb: percutiesq; petram: et exibit ex ea aqua ut bibat populus. Fecit ita moyses coram senioribus israel. Et vocauit nomē loci illius temptatio: propter iurgiū filiorum israel: et quia temptauerunt dominū dicentes. Est ne deus in nobis an non? Venit autē amalech: et pugnabat contra filios israhel in raphidim. Dixitq; moyses ad iosue. Elige viros: et egressus pugna contra amalech cras. Ego stabo in vertice collis: habens virgā dei in manu mea. Fecit iosue ut locutus erat moyses: et pugnauit contra amalech. Moyses autē et aaron et hur ascenderunt super verticē collis. Cūq; leuaret moyses manus: vincebat israhel. Sin autē paululū remisisset: superabat amalech. Manus autē moysi erant graues. Sumentes igitur lapidē posuerūt

subter eũ· in quo sedit: aaron autem ⁊
hur· sustentabãt man⁹ eius ex utraq;
parte. Et factũ est ut man⁹ illius non
lassarent: usq; ad occasum solis. Fu-
gauitq; iosue amalech et populũ ei⁹·
in ore gladij. Dixit autem dominus
ad moysen. Scribe hoc ob monimen-
tum in libro: ⁊ trade auribꝫ iosue. De-
lebo eni͂ memoriam amalech sub celo.
Edificauitq; moyses altare: ⁊ uocauit
nomen eius· dominus exaltatio mea·
dicens. Quia manus solij domini·
et bellum dei erit contra amalech: a ge-
neratione in generationem. ca. xviii.
Cumq; audisset iethro sacerdos
madian· cognat⁹ moysi· omia
que fecerat domin⁹ moysi· ⁊ isrl' popu-
lo suo· ⁊ quod eduxisset domin⁹ isrl' de
egipto: tulit sephoram uxorem moysi
quã remiserat· et duos filios ei⁹: quo-
rum unus uocabat̃ gersan· dicente pa-
tre· aduena fui ĩ terra aliena: alter vero
eliezer· deus eni͂ ait pris mei· adiutor
meus: et eruit me de gladio pharao-
nis. Venit ergo iethro cognatus mo-
ysi· et filij eius· et uxor eius· ad moysen
in desertũ· ubi erat castrametat⁹ iuxta
montẽ dei: et mandauit moysi dicẽs.
Ego iethro cognatus tuus· uenio ad
te: et uxor tua· ⁊ duo filij tui cũ ea. Qui
egressus in occursum cognati sui ado-
rauit: ⁊ osculatus est eum. Salutaue-
runtq; se mutuo verbis pacificis. Cũq;
intrasset tabernaculũ· narrauit moy-
ses cognato suo cũcta q̃ fecerat do-
minus pharaoni ⁊ egiptijs ꝓpter israhel:
uniuersumq; laborem qui accidisset ei⁹
in itinere: et q̃ liberauerat eos domin⁹.
Letatusq; est iethro sup omnibꝫ bonis·
que fecerat domin⁹ israeli: eo q͏ eruisset
eũ de manu egiptiorũ. Et ait. Benedict⁹
domin⁹ qui liberauit vos de manu
egiptiorũ· ⁊ de manu pharaonis: qui
eruit pplm suũ de manu egipti. Nunc
cognoui quia magn⁹ domin⁹ super
omnes deos: eo q͏ superbe egerit cõtra illos.
Obtulit ergo iethro cognatus moysi·
olocausta et hostias deo: veneruntq;
aaron· ⁊ omnes seniores filiorũ israhel:
ut comederent panẽ cũ eo coram dño.
Altera autẽ die sedit moyses ut iudi-
caret pplm: qui assistebat moysi de ma-
ne usq; ad vesperã. Quod cũ uidisset
cognatus eius· omnia scilicet que age-
bat in pplo· ait. Quid ẽ quod facis in
plebe? Cur solus sedes: et omnis ppls
prestolatur de mane usq; ad vesperã?
Cui respõdit moyses. Venit ad me po-
pulus: querens sententiã dei. Cũq; ac-
ciderit eis aliq̃ disceptatio veniũt ad
me ut iudicem inter eos: et ostendam
precepta dei et leges eius. At ille. non
bonã inquit rem facis. Stulto labore
consumeris: et tu ⁊ ppls iste qui tecum
ẽ. Ultra vires tuas ẽ negociũ. Solus
illud nõ poteris sustinẽ, sed audi ũba
mea atq; consilia: et erit domin⁹ tecũ.
Esto tu pplo in hijs que ad deũ ptinẽt
ut referas q̃ dicũtur ad eũ: ostendasq;
pplo cerimonias· ⁊ ritũ colendi· viãq;
per quã ingredi debeant: et opus qđ
facere. Prouide autẽ de omni plebe vi-
ros sapientes et timẽtes deum ĩ quibꝫ
sit veritas· et qui oderint auariciã: et
constitue ex eis tribunos ⁊ cẽturiones·
⁊ quinquagenarios· ⁊ decanos: q̃ iudicẽt
pplm omni tp̃e. Quidqd autẽ mai⁹ fuit
referãt ad te: et ipi minora tãtũmõ iu-
dicẽt: leuiusq; sit tibi· partito ĩ alios o-
nere. Si hoc feceris· implebis imperiũ
dñi: ⁊ pcepta ei⁹ poteris sustẽtare: ⁊ ois
hic ppls reuertet̃ ad loca sua cum pace.
Quibꝫ auditis· moyses: fecit oĩa que
ille suggesserat. Et electis viris strenuis

de cuncto isrl' constituit eos principes
ppli·tribunos·et centuriones·et quin-
quagenarios et decanos: qui iudica-
bant plebē domini oīmi tempore. Quid-
quid autem grauius erat referebant
ad eum: faciliora tantummodo iudi-
cantes. Dimisitq; cognatum suū: qui
reuersus abijt ī terram suam. ca. xix.
Mense tercio egressionis isrl' de ter-
ra egipti: ī die hac venerūt ī soli-
tudinē synai. Nā ꝓfecti de raphidim
⁊ peruenientes usq; in desertū synai·ca-
strametati sunt in eodē loco: ibiq; isrl'
fixit tētoria ēregione montis. Moyses
autē ascendit in montem ad deū. Vo-
cauitq; eū dominus de monte et ait.
Hec dices domui iacob: et ānūciabis
filijs isrl'. Vos ipsi vidistis q̄ fecerim
egiptijs: quomō portauerim vos su-
per alas aquilar̄: ⁊ assumpserim michi.
Si ergo audieritis vocē meā·et custo-
dieritis pactum meū: eritis michi in re-
10 gnū sacerdotale: et gens sancta. Hec
sunt verba que loqueris ad filios isrl'.
Venit moyses: ⁊ cōuocatis maioribꝫ
natu ppli·exposuit oīnes sermones q̄s
mādauerat dominꝰ. Respōditq; vniuersus
populus simul. Cuncta que locutus est
dominꝰ·faciemꝰ. Cūq; retulisset moy-
ses verba populi ad dominū: ait ei do-
minus. Iam nūc veniā ad te ī caligi-
ne nubis: ut audiat me ppl's loquen-
tem ad te: ⁊ credat tibi in ꝑpetuū. Nūci-
auit ergo moyses verba ppli ad dnm.
Qui dixit ei. Vade ad pplm·et sanctifi-
ca illos hodie ⁊ cras: lauētq; vestimen-
ta sua: et sint parati in diem terciū. In
die eni tercio descendet dominus corā
oīni plebe·super mōtem synai. Consti-
tuesq; terminos pplo per circuitū: et di-
ces ad eos. Cauete ne ascēdatis ī mon-
tem: nec tangatis fines illius. Omis
qui tetigerit montē morte morietᷣ. Ma-
nus nō tanget eū: sed lapidibꝫ oppri-
metur: aut cōfodietᷣ iaculis. Siue iu-
mentū fuerit siue homo·nō viuet. Cū
ceperit clangere bucina: tunc ascendāt
in mōtē. Descenditq; moyses de mon-
te ad pplm: et sanctificauit eū. Cūq; la-
uissent vestimēta sua: ait ad eos. Esto-
te parati in diē terciū: et ne appropin-
quetis vxoribꝫ vestris. Iamq; aduene-
rat tercius dies·et mane inclaruerat:
et ecce ceperūt audiri tonitrua·ac mica-
re fulgura: et nubes densissima operi-
re montē. Clangorq; bucine vehemen-
tius ꝑstrepebat: et timuit ppl's qui erat
in castris. Cūq; eduxisset eos moyses ī
occursum dei de loco castror̄: steterūt
ad radices mōtis. Totus autē mons
synai fumigabat: eo q̄ descendisset do-
minꝰ sup̄ eum in igne: et ascenderet fu-
mus ex eo quasi de fornace. Eratq; oīs
mōs terribilis: et sonitus bucine pau-
latim crescebat in maius: et prolixius
tendebatᷣ. Moyses loq̄batᷣ: et dominꝰ
respondebat ei. Descenditq; dominꝰ
sup̄ mōtem synai ī ip̄o mōtis vertice:
⁊ vocauit moysen ī cacumen eiꝰ. Quo
cum ascendisset: dixit ad eum. Descen-
de et cōtestare pplm: ne forte velit trans-
cendere terminos ad videndū dnm:
⁊ pereat ex eis plurima mltitudo. Sa-
cerdotes quoq; qui accedūt ad domi-
num sanctificentᷣ: ne percuciat eos. Di-
xitq; moyses ad dominū. Nō poterit
vulgus ascendere in mōtem synai. Tu
eni testificatus es: et iussisti dicēs. Po-
ne terminos circa montē: et sanctifica
illū. Cui ait dominꝰ. Vade descende:
ascendesq; tu et aaron tecum. Sacerdo-
tes autem ⁊ ppl's non transeant termi-
nos: nec ascendāt ad dominū: ne for-
te interficiat illos. Descenditq; moyses

ad pplm: ⁊ oĩa narrauit eis. ca. xx.
Locutusq; ē dñs cūctos sermones
hos. Ego sum dñs deus tuus
qui eduxi te de tra egipti: de domo ser-
uitutis. Nō habebis deos alienos co-
ram me. Nō facies tibi sculptile: neq;
omnē similitudinē que est in celo desu-
per: et que in terra deorsum: nec eoꝝ q̄
sunt in aquis sub terra. Nō adorabis
ea neq; coles. Ego sum dñs deus tuus
fortis zelotes: visitans iniquitatē pa-
trum in filijs-in terciā et quartā gene-
rationē eoꝝ qui oderūt me: et faciens
misericordiā in milia hijs qui diligūt
me-et custodiūt p̄cepta mea. Nō assu-
mes nomē dñi dei tui in vanū. Non
enī habebit insontē dñs eum: qui as-
sumpserit nomē domini dei sui frustra.
Memento ut diem sabbati sanctifices.
Sex diebꝫ operaberis. et facies oīa opa
tua: Septimo autē die sabbatum dñi
dei tui est: Nō facies omne opus in eo:
tu et filius tuus et filia tua-seruus tu⁹
et ancilla tua: iumētū tuū et aduena
qui est intra portas tuas. Sex enī die-
bus fecit deus celum et terrā et mare et
omnia que in eis sunt: ⁊ requieuit ī die
septimo. Idcirco bñdixit dñs diei sab-
bati: et sanctificauit eū. Honora patrē
tuū ⁊ matrē tuā: ut sis longeuus sup
terrā quā dñs de⁹ tu⁹ dabit tibi. Nō
occides. Non mechaberis. Nō furtū
facies. Non loq̄ris cōtra p̄ximū tuū
falsum testimoniū. Non concupisces
domū p̄xi tui: Nec desiderabis uxorē
eius: nō seruū non ācillā nō bouē nō
asinū: nec omnia q̄ illius sunt. Cūctus
autē pplus audiebat voces ⁊ lampades
⁊ sonitū bucine-montēq; fumantem:
et perterriti ac pauore concussi steterunt
procul: dicentes moysi. Loquere tu no-
bis: et audiem⁹. Nō loquatur nobis

dñs: ne forte moriamur. Et ait moyses
ad pplm. Nolite timere. Ut enī proba-
ret vos venit deus: et ut terror illius es-
set in vobis: ⁊ nō peccaretis. Stetitq;
ppls de lōge: moyses autem accessit ad
caliginē in qua erat deus. Dixitq; pre-
terea dñs ad moysen. Hec dices filijs
isrl'. Vos vidistis q̄ de celo locutus
sim vobis. Non facietis deos argen-
teos: nec deos aureos facietis vobis.
Altare de terra facietis michi: et offere-
tis super eo olocausta et pacifica vra.
oues vestras et boues. ī omni loco in
quo memoria fuerit nominis mei. Ve-
niā ad te: et benedicā tibi. Quod si al-
tare lapideū feceris michi: non edifica-
bis illud de sectis lapidibꝫ. Si enī leua-
ueris cultrū tuū sup eo-polluetur. Nō
ascendes per gradus ad altare meū:
ne reueletur turpitudo tua. ca. xxi.
Hec sunt iudicia que propones eis.
Si emeris seruū hebreum-sex an-
nis seruiet tibi: in septimo egredietur
liber gratis. Cum quali veste intraue-
rit: cū tali exeat. Si habēs uxorē: et ux-
or egredietur simul. Si autē dñs dede-
rit illi uxorem-⁊ pepererit filios ⁊ filias:
mulier ⁊ liberi eius erūt dñi sui: ipse ve-
ro exibit cū vestitu suo. Quod si dixerit
seruus-diligo dominū meū et uxorem
ac liberos-non egrediar liber: offerat
eum dñs dijs-et applicabit ad ostiū ⁊
postes: perforabitq; aurem eius subula.
et erit ei seruus in seculū. Si quis ven-
diderit filiam suā in famulā: non egre-
dietur sicut ancille exire consueuerunt.
Si displicuerit oculis domini sui cui
tradita fuerit dimittet eam: pplo autē
alieno vendēdi non habebit potesta-
tem-si spreuerit eam. Si autē filio suo
desponderit eam: iuxta morem filiaꝝ
faciet illi. Quod si alteram ei acceperit-

providebit puelle nupcias et vestimen-
ta: et precium pudicicie non negabit. Si
tria ista non fecerit: egredietur gratis
absque pecunia. Qui percusserit hominem
volens occidere: morte moriatur. Qui
autem non est insidiatus sed deus illum
tradiderit in manus eius: constituam tibi
locum in quo fugere debeat. Si quis per
industriam occiderit proximum suum et per
insidias: ab altari meo evelles eum ut
moriatur. Qui percusserit patrem suum aut
matrem: morte moriatur. Qui maledixerit
patri suo vel matri: morte moriatur. Qui
furatus fuit hominem et vendiderit eum:
convictus noxe morte moriatur. Si rixa-
ti fuerint viri et percusserit alter proximum
suum lapide vel pugno et ille mortuus
non fuit sed iacuerit in lectulo: si surrexe-
rit et ambulaverit foris super baculum
suum: innocens erit qui percusserit: ita ta-
men ut operas eius et impensas in me-
dicos restituat. Qui percusserit servum suum
vel ancillam virga et mortui fuerint in
manibus eius: criminis reus erit. Si
autem uno die vel duobus supervixerit: non
subiacebit pene: quia pecunia illius est.
Si rixati fuerint viri et percusserit quis
mulierem pregnantem et abortivum quidem
fecerit sed ipsa vixerit: subiacebit da-
mno quantum maritus mulieris expetierit:
et arbitri iudicaverint. Si autem mors
eius fuit subsecuta: reddet animam pro
anima. Oculum pro oculo dentem pro dente: ma-
num pro manu pedem pro pede adustionem
pro adustione: vulnus pro vulnere livo-
rem pro livore. Si percusserit quispiam
oculum servi sui aut ancille et luscos eos
fecerit: dimittet eos liberos pro oculo
quem eruit. Dentem quoque si excusserit servo vel
ancille sue: similiter dimittet eos liberos.
Si bos cornu percusserit virum aut mulierem
et mortui fuerint: lapidibus obruetur: et
non comedentur carnes eius: dominus quoque bo-
vis innocens erit. Quod si bos cornu-
peta fuit ab heri et nudiustercius et con-
testati sunt dominum eius nec recluserit domi-
nus eum occideritque virum aut mulierem:
et bos lapidibus obruetur: et dominum eius
occident. Quod si precium fuerit ei impositum:
dabit pro anima sua: quicquid fuerit postu-
latus. Filium quoque et filiam si cornu percusserit:
simili sentencie subiacebit. Si servum ancil-
lamque invaserit: triginta siclos argenti
domino dabit: bos vero lapidibus oppri-
metur. Si quis aperuerit cisternam et fo-
derit et non operuerit eam cecideritque bos
aut asinus in eam: reddet dominus cisterne pre-
cium iumentorum: quod autem mortuum est ipsius
erit. Si bos alienus bovem alterius vulne-
raverit et ille mortuus fuit: vendent bo-
vem vivum et divident precium: cadaver au-
tem mortui inter se dispercient. Si au-
tem sciebat quod bos cornupeta esset ab he-
ri et nudiustercius et non custodivit eum
dominus suus: reddet bovem pro bove:
et cadaver integrum accipiet. c. xxii.

Si quis furatus fuit bovem aut ovem
et occiderit vel vendiderit: quinque
boves pro uno bove restituet: et quatuor
oves pro una ove. Si effringens fur
domum sive suffodiens fuit inventus: et ac-
cepto vulnere mortuus fuit: percussor non
erit reus sanguinis. Quod si orto sole hoc
fecerit: homicidium perpetravit: et ipse mo-
rietur. Si non habuerit quod pro furto
reddat: ipse venundabitur. Si inventum fuit
apud eum quod furatus est vivens sive bos
sive asinus sive ovis: duplum restituet.
Si leserit quispiam agrum vel vineam et di-
miserit iumentum suum ut depascat aliena:
quicquid optimum habuerit in agro suo
vel in vinea pro damni estimatione re-
stituet. Si egressus ignis invenerit spi-
nas et comprehenderit acervos frugum

siue stantes segetes in agris: reddet da-
mnũ qui ignem succenderit. Si quis
cõmendauerit amico pecuniã aut vas
in custodiã: et ab eo qui susceperat fur-
to ablata fuerit: si inuenit̃ fur duplũ
reddet. Si latet fur: dñs dom⁹ applica-
bitur ad deos: ⁊ iurabit q̄ non exten-
derit manũ in rem ꝓximi sui ad perpe-
trandã fraudẽ tam in boue · q̃ȝ in asi-
no · et oue · ac vestimẽto: et quicqd da-
mnũ inferre potest. Ad deos vtriusqȝ
causa ꝑueniet: et si illi iudicauerit: du-
plũ restituet ꝓximo suo. Si quis com-
mendauerit ꝓximo suo bouem · asinũ ·
ouem · ⁊ omne iumẽtum ad custodiã · ⁊
mortuũ fuit aut debilitatũ · vel captum
ab hostibꝫ nullusqȝ hoc viderit: iusiu-
randũ erit in medio q̄ non extenderit
manum ad rem ꝓximi sui: suscipietqȝ
dominꝰ iuramentũ · ⁊ ille reddere non
cogetur. Quod si furto ablatũ fuit: re-
stituet dampnũ domino. Si comestũ
a bestia: deferat ad eum quod occisũ
est: et non restituet. Qui a proximo
suo quicq̄ȝ horũ mutuo postulauerit ·
et debilitatum aut mortuũ fuerit dño
nõ ꝑsente: reddere compelletur. Quod
si in ꝑsentiarꝫ dñs fuit · non restituet:
maxime si conductũ venerat pro mer-
cede operis sui. Si seduxerit quis vgi-
nem · necdũ desponsatã · dormieritqȝ cũ
ea: dotabit eam · ⁊ habebit eã vxorem.
Si pater virginis dare noluerit: reddet
pecuniã iuxta modũ dotis · quã vgi-
nes accipere consueuerũt. Maleficos
non patieris viuere. Qui coierit cum
iumẽto: morte moriat̃. Qui immolat
diis occidet̃: ꝑter dño soli. Aduenam
non cõtristabis: neqȝ affliges eũ. Ad-
uene enĩ et ipi fuistis ĩ terra egipti. Vi-
due et pupillo nõ nocebitis. Si lese-
ritis eos · vociferabũtur ad me · et ego
audiã clamorem eorꝫ: ⁊ indignabitur
furor meus · percutiãqȝ vos gladio: et
erũt vxores vestre vidue · et filij vrĩ pu-
pilli. Si pecuniã mutuã dederis ꝑplo
meo pauperi qui habitat tecũ: non vr-
gebis eũ quasi exactor: nec vsuris op-
primes. Si pignꝰ a ꝓximo tuo accepe-
ris vestimẽtũ: ante solis occasum red-
des ei. Ipm enĩ ẽ solũ quo opit̃ indu-
mentũ carnis eius: nec habet aliud in
quo dormiat. Si clamauit ad me ex-
audiã eũ: quia misericors sum. Diis
non detrahes: et principi ꝑpli tui non
maledices. Decimas et ꝑmicias tuas
non tardabis offerre. Primogenitũ
filiorꝫ tuorꝫ dabis michi. De bobꝫ q̃ȝ
et ouibꝫ · similiter facies. Septẽ diebꝫ
sit cũ matre sua: die octaua reddes eũ
michi. Viri sancti eritis michi. Carnẽ
que a bestijs fuerit ꝑgustata nõ come-
detis: sed proicietis canibꝫ. ca. xxiii.

Non suscipies vocẽ mendacij: nec
iunges manũ tuã ut pro impio
dicas falsum testimoniũ. Nõ sequeris
turbã ad faciẽdũ malũ: nec ĩ iudicio ·
ꝑlurimorꝫ acqesces sentẽcie · ut a vero deui-
es. Pauperis q̃ȝ nõ misereberis ĩ iudi-
cio. Si occurreris boui inimici tui · aut
asino erranti: reduc ad eum. Si videris
asinũ · odientis te · iacere sub onere nõ ꝑ-
transibis: sed subleuabis cũ eo. Non
declinabis in iudicio pauperis. Men-
daciũ fugies. Insontẽ et iustũ nõ occi-
des: quia aduersor impiũ. Nec accipi-
es munera · q̃ etiã excecãt prudẽtes: et
subuertũt verba iustorꝫ. Peregrino mo-
lestus nõ eris. Scitis enĩ aduenarũ a-
nimas: quia ⁊ ipi peregrini fuistis in
terra egipti. Sex ãnis seminabis terrã
tuã · ⁊ congregabis fruges eius: Anno
autẽ septimo dimittes eã ⁊ requiescere
facies: ut comedãt pauperes ꝑpli tui:

et quidqd reliquũ fuit edãt bestie agri.
Ita facies in vinea · et in oliueto tuo.
Sex diebꝫ operaberis: septima die cessa-
bis · ut requiescat bos ⁊ asinus tuus:
et refrigeretur filius ãcille tue · et adue-
na. Omĩa que dixi vobis custodite: ⁊
per nomẽ externoꝝ deoꝝ nõ iurabitis:
neqꝫ audiet̃ ex ore vestro. Tribꝫ vicibꝫ
p singulos ãnos · michi festa celebra-
bitis. Solemnitatẽ qꝫ azimoꝝ custo-
dies. Septem diebꝫ comedetis azima
sicut p̃cepi tibi tempore mensis nouo-
rum quãdo egressus es de egipto. Nõ
apparebis ĩ cõspectu meo vacuus. Et
solemnitatẽ mensis p̃mitiuoꝝ operis
tui quecũqꝫ seminaueris in agro: sole-
mnitatẽ qꝫ in exitu ãni. quãdo congre-
gaueris omnes fruges tuas de agro.
Ter in ãno apparebit omẽ masculinũ
tuũ coram dñõ deo tuo. Nõ immola-
bis sup fermẽto sanguinẽ victime tue:
nec remanebit adeps solẽnitatis mee
usqꝫ mane. Primicias frugũ terre tue
deferes ĩ domũ dñi dei tui. Nõ coques
edũ in lacte matris sue. Ecce ego mit-
tam angelũ meũ · qui p̃cedat te ⁊ custo-
diat in via: et introducat in locũ quẽ
p̃paraui. Obserua eũ et audi vocẽ eius.
nec cõtemnẽdũ putes: quia nõ dimit-
tet cũ peccaueris: ⁊ ẽ nomẽ meũ in illo.
Quod si audieris vocẽ eius · et feceris
omĩa que loquor: inimicus ero inimi-
cis tuis: et affligã affligentes te. Pre-
cedetqꝫ te angelus meus: ⁊ introducet
te · ad amorreũ ⁊ etheum ⁊ pherezeum ·
chananeũqꝫ et eueum et iebuseũ: quos
ego cõteram. Nõ adorabis deos eoꝝ:
nec coles eos. Non facies opera eorũ ·
sed destrues eos: et cõfringes statuas
eorũ. Seruietisqꝫ dñõ deo vrõ: ut bene-
dicã panibꝫ tuis · ⁊ aquis: ⁊ auferam
infirmitatem de medio tui. Non erit
infecũda nec sterilis terra tua. Numerũ
dierũ tuorũ implebo. Terrorẽ meũ mit-
tam in p̃cursum tuũ: et occidã omnẽ
p̃pl'm ad quẽ ingredieris. Cunctorũqꝫ
inimicoꝝ tuorũ corã te terga vertam:
emittens scrabrones prius q̃ fugabũt
eueum · et chananeũ · et etheum: anteqͣ̃
introeas. Non eiciam eos a facie tua
anno vno · ne terra in solitudinẽ redi-
gatur: ⁊ crescant contra te bestie. Pau-
latim expellam eos de cõspectu tuo: do-
nec augearis · ⁊ possideas terrã. Ponã
autẽ terminos tuos a mari rubro usqꝫ
ad mare palestinoꝝ: et a deserto usqꝫ
ad fluuiũ. Tradã in manibꝫ vrĩs ha-
bitatores terre: ⁊ eiciã eos de cõspectu
vestro. Nõ inibis cũ eis fedus: nec cũ
dijs eoꝝ. Nõ habitent in terra tua: ne
forte peccare te faciãt ĩ me si seruieris dijs
eoꝝ: qd tibi certe erit ĩ scãdalũ. ca. xxiiii.
Moysi quoqꝫ dixit. Ascende ad do-
minũ · tu ⁊ aaron · nadab ⁊ abiu ·
et septuaginta senes ex isrl': et adorabi-
tis p̃cul. Solusqꝫ moyses ascendet ad
dñm: et illi non appropiquabũt: nec
p̃pl's ascendet cũ eo. Venit ergo moyses:
et narrauit plebi omĩa v̾ba dñi atqꝫ
iudicia. Responditqꝫ cunctꝰ p̃pl's · una
voce. Omnia verba dñi que locutus
est · facie̾mꝰ. Scripsit autẽ moyses uni-
uersos sermones dñi: et mane consur-
gens edificauit altare dñõ ad radices
mõtis: et duodecim titulos · p duode-
cim tribꝫ isrl'. Misitqꝫ iuuenes de filijs
isrl' ⁊ obtulerunt olocausta: immola-
uerũtqꝫ victimas pacificas dñõ · vitu-
los duodecim. Tulit itaqꝫ moyses di-
midiã p̃tem sanguinis et misit in cra-
teras: p̃tẽ autẽ residuã fudit sup alta-
re. Assumensqꝫ volumẽ federis · legit
audiẽte p̃plo. Qui dixerũt. Omĩa que
locutus est dominꝰ faciemus: ⁊ erimꝰ

obediētes. Ille vero sumptū sanguinē
respersit ī ppłm. Et ait. Hic ē sanguis
federis qđ pepigit dn̄s vobiscū: super
cunctis sermonibꝫ hijs. Ascenderūtq;
moyses et aaron · nadab et abiu · et se-
ptuaginta de senioribus isrł: et vide-
runt deū isrł. Sub pedibꝫ eius quasi
opus lapidis saphirini: et quasi celū
cū serenū est. Nec sup eos qui pcul
recesserāt de filijs isrł · misit manū suā.
Viderūtq; deū: et comederunt ac bibe-
runt. Dixit autē dominꝰ ad moysen.
Ascende ad me in montē · ⁊ esto ibi: da-
boq; tibi duas tabulas lapideas ⁊ le-
gem ac mādata que scripsi: ut doceas
filios isrł. Surrexerūt moyses · et iosue
minister eiꝰ: ascēdensq; moyses ī mōtē
dei · senioribꝫ ait. Expectate hic: donec
reūtamꝰ ad vos. Habetis aaron ⁊ hur
vobiscū: si quid natū fuit questionis
referetis ad eos. Cūq; ascendisset moy-
ses · operuit nubes montē: et habitauit
gloria dn̄i sup synai tegens illū nube
sex diebꝫ. Septimo autē die · vocauit
eum dn̄s de medio caliginis. Erat au-
tem species glorie domini quasi ignis
ardens super verticem montis: in con-
spectu filiorū israhel. Ingressusq; mo-
yses medium nebule · ascendit ī mon-
tem: et fuit ibi quadraginta diebus · ⁊
quadraginta noctibus. cap̄. xxv.

Locutusq; ē dn̄s ad moysen dicēs.
Loq̄re filijs isrł: ut tollāt michi
pmicias. Ab omī hoīe qui offert ultro-
neus · accipietis eas. Hec sunt autem
que accipere debetis. Aurū et argētū
et es · et iacinctū et purpurā · coccumq;
bistinctū et bissum · et pilos caprarū ·
et pelles arietū rubricatas · pellesq; ia-
cinctinas · et ligna sethim: oleū ad lu-
minaria cōcinnāda: aromata in un-
guentum ⁊ thimiamata boni odoris:
lapides onichinos et gemmas ad or-
nandū ephot et racionale. Facientq; mi-
chi sāctuariū · et habitabo ī medio eoꝝ:
iuxta omnē similitudinē tabernaculi
quod ostendā tibi: et omniū vasoꝝ ī
cultū eius. Sicq; facietis illud. Archā
de lignis sethim compingite: cuiꝰ longi-
tudo habeat duos et semis cubitos · la-
titudo cubitū et dimidiū · altitudo cu-
bitū similit̄ ac semissem: et deaurabis
eam auro mundissimo intus ⁊ foris.
Faciesq; supra · coronā aureā p circui-
tum: ⁊ quatuor circulos aureos · quos
pones p q̄tuor arche angulos. Duo
circuli sint in latere uno: et duo ī alte-
ro. Facies q̄q; vectes de lignis sethim · ⁊
operies eos auro. Introducesq; p circu-
los · qui sunt in arche lateribꝫ: ut por-
tetur in eis. Qui semp erūt in circulis:
nec unq̄ extrahentur ab eis. Ponesq;
in archa testificationē quā dabo tibi.
Facies et ppiciatoriū de auro mūdissi-
mo. Duos cubitos ⁊ dimidium tene-
bit longitudo eius: et cubitū ac semis-
sem latitudo. Duos q̄q; cherubin aure-
os et pductiles facies ex utraq; parte
oraculi. Cherubin unꝰ sit ī latē uno: et
alter in altero. Utrūq; latus ppiciato-
rij tegāt expādētes alas · ⁊ operientes
oraculū: respiciantq; se mutuo · versis
vultibus in ppiciatoriū quo operiēda
est archa: ī qua pones testimoniū qđ
dabo tibi. Inde p̄cipiā et loquar ad
te: supra ppiciatorio scilicet · ac medio
duoꝝ cherubin qui erūt super archam
testimonij · cuncta que mādabo per te
filijs isrł. Facies ⁊ mensam de lignis
sethim · habentē duos cubitos longi-
tudinis · et in latitudine cubitū · et ī al-
titudine cubitū ac semissem: et inaura-
bis eam auro purissimo. Faciesq; illi
labiū aureum per circuitū: et ipi labio

coronā interrasilem altam quatuor di-
gitis: et sup illā alteram coronā aure-
olam. Quatuor quoq; circulos aure-
os pparabis: et pones eos in quatuor
angulis eiusdem mēse p singulos pe-
des. Subter coronā erūt circuli aurei
ut mittātur vectes p eos: et possit men-
sa portari. Ipos quoq; vectes facies de
lignis sethim: et circūdabis auro: ad
subuehendā mēsam. Parabis et acceta-
bula ac phialas thuribula et ciathos
in quibȝ offerenda sunt libamina ex
auro purissimo: et pones sup mensā
panes ꝓpositionis in conspectu meo
semp. Facies et candelabrū ductile de
auro mūdissimo: hastile eius et cala-
mos ciphos et sperulas: ac lilia ex ipo
procedētia. Sex calami egredientur de
lateribȝ: tres ex uno latere: et tres ex alte-
ro. Tres ciphi quasi in nucis modū
p calamos singulos sperulaq; simul
et liliū: et tres similit ciphi instar nu-
cis i calamo altero: sperulaq; simul et
liliū. Hoc erit op9 sex calamoꝝ: q pro-
ducendi sunt de hastili. In ipso autē
candelabro erūt quatuor ciphi in nu-
cis modū: sperulaq; p singulos et lilia.
Et sperule sub duobȝ calamis p tria
loca: qui simul sex fiūt procedētes de
hastili uno. Et sperule igit et calami ex
ipo erunt uniūsa ductilia ex auro pu-
rissimo. Facies et lucernas septem: et po-
nes eas sup cādelabrū ut luceāt ex adūs-
so. Emunctoria q3 et ubi ea que emūcta
sunt extinguātur: fiāt de auro purissi-
mo. Omne pōdus candelabri cū uniūsis
vasis suis: habebit talentum auri pu-
rissimi. Inspice et fac secūdū exemplar
qd tibi i mōte mōstratū est. ca. xxvi.

Tabernaculum vero ita facies. De-
cem cortinas de bisso retorta et
iacincto ac purpura coccoq; bistincto
variatas ope plumario facies. Lon-
gitudo cortine unius habebit viginti
octo cubitos: latitudo qtuor cubitorū
erit. Unius mensure fient uniūsa ten-
toria. Quinq; cortine sibi iūgentur mu-
tuo: et alie quinq; nexu simili coherebūt.
Ansulas iacinctinas in lateribus ac
sūmitatibȝ facies cortinaꝝ: ut possint
inuicē copulari. Quinquagenas ansu-
las cortina habebit in utraq; pte ita
insertas: ut ansa contra ansam veni-
at: et altera alteri possit aptari. Facies
et quinquaginta circulos aureos qui-
bus cortinaꝝ vela iungenda sunt: ut
unū tabernaculū fiat. Facies et saga
cilicina undecī: ad operiendū tectū ta-
bernaculi. Longitudo sagi uni9 habe-
bit triginta cubitos: et latitudo qtuor.
Equa erit mensura sagoꝝ oīm. E qui-
bus quinq; iunges seorsum: et sex sibi
mutuo copulabis: ita ut sextū sagum
in fronte tecti duplices. Facies et quī-
quaginta ansas in ora sagi uni9: ut
cōiūgi cū altero queat: et quinquaginta
ansas in ora sagi alteri9: ut cū altero
copulet. Facies et quinquaginta fibu-
las eneas: quibȝ iūgant anse: ut unū
ex omībus opimentū fiat. Quod au-
tem supfuit in sagis que parātur tecto:
id est unū sagū qd ampli9 est: ex medi-
etate eius opies tabernaculi posterio-
ra: et cubitus ex una pte pendebit: et al-
ter ex altera: qui plus est in sagoꝝ lon-
gitudine: utrūq; latus tabernacli pro-
tegens. Facies et opimētū aliud tecto
de pellibȝ arietū rubricatis: et sup hoc
rursum aliud opimētū de iacinctinis
pellibus. Facies et tabulas stantes ta-
bernacli de lignis sethim: q singule de-
nos cubitos in longitudine habeāt:
et in latitudine singulos ac semissem.
In lateribus tabule due in castrature

fecit: quibȝ tabula alteri tabule cõne
ctatur. Atq; i hũc modũ cũcte tabule
parabũtur. Quaꝝ viginti erũt i latere
meridiano qđ vergit ad austrũ: quibȝ
quadraginta bases argẽteas fundes:
ut bine bases singulis tabulis ꝑ du-
os angulos subiciant̃. In latere q̃ζ se-
cundo tabernaculi qđ vergit ad aqui-
lonẽ· viginti tabule erũt: quadragin-
ta habentes bases argẽteas. Bine ba-
ses singulis tabulis supponẽtur. Ad
occidentalem vero plagã tabernaculi
facies sex tabulas: ⁊ rursũ alias duas
q̃ in angulis erigãtur post tergũ taber-
naculi. Eruntq; sibi cõiũcte a deorsũ usq;
ad sursum: et una omnes compago re-
tinebit. Duabȝ quoq; tabulis que in
angulis ponẽde sunt: similis iũctura
servabit̃. Et erũt simul tabule octo: bases
earũ argẽtee sedecim: duabȝ basibȝ ꝑ unã
tabulã supputatis. Facies et uectes de
lignis sethim quinq; ad cõtinendas ta-
bulas· in uno latere tabernaculi· ⁊ quin-
q; alios in altero: ⁊ eiusdẽ numeri ad
occidentalẽ plagã: qui mittẽtur ꝑ me-
dias tabulas: a summo· usq; ad summũ.
Ipsasq; tabulas deaurabis: ⁊ fundes
in eis ãnulos aureos ꝑ quos uectes
tabulata cõtineãt: quos operies lami-
nis aureis. Et eriges tabernaculũ: iux-
ta exemplar qđ tibi in mõte mõstratũ
est. Facies ⁊ velũ de iacincto ⁊ purpu-
ra· coccoq; bistincto· et bisso retorta· o-
pere plumario· et pulcra varietate cõ-
textũ: quod appendes ante quatuor co-
lumnas de lignis sethim: q̃ ipse: qui-
dem deaurate erũt· et habebũt capita
aurea· et bases argẽteas. Inseretur au-
tem velũ per circulos: intra qđ pones
archam testimonij: ⁊ quo sanctuariũ·
⁊ sãctuarij sãctuaria diuidetur. Pones
et ꝑpiciatoriũ sup archam testimonij·
in sancta sanctoꝝ: mensamq; extra ve-
lum: ⁊ cõtra mensam cãdelabrũ in latere
tabernaculi meridiano. Mensa enim
stabit i pte aquilonis. Facies ⁊ tento-
riũ in introitu tabernaculi· de iacincto
et purpura· coccoq; bistincto· et bisso
retorta ope plumario, et quinq; colu-
mnas deaurabis lignoꝝ sethim· ante
quas ducetur tentoriũ: quaꝝ erunt ca-
pita aurea· ⁊ bases enee. Cap̃. xxvii.

Facies et altare de lignis sethim·
quod habebit quinq; cubitos in
longitudine: ⁊ totidẽ in latitudine id
est quadrũ: et tres cubitos in altitudi-
ne. Cornua autẽ ꝑ quatuor angulos
ex ipo erũt: et operies illud ere. Faciesq;
in usus eius lebetes ad suscipiendos
cineres: et forcipes· atq; fuscinulas· ⁊
igniũ receptacla. Omnia vasa ex ere fa-
bricabis. Craticulamq; in modũ retis
eneam: ꝑ cui⁹ quatuor angulos erũt
quatuor ãnuli enei· quos pones subter
arulã altaris. Eritq; craticla usq; ad
altaris mediũ. Facies ⁊ vectes altaris
de lignis sethim duos· quos operies
laminis eneis· et indutes ꝑ circulos:
eruntq; ex utroq; latere altaris ad por-
tandũ. Non solidũ sed inane ⁊ cauũ
intrinsecus facies illud: sicud tibi in
monte mõstratũ est. Facies et atrium
tabernaculi: in cui⁹ australi plaga con-
tra meridiẽ: erũt tentoria de bisso retor-
ta. Centũ cubitos unũ latus tenebit i
longitudine: et columnas viginti cũ
basibȝ totidẽ eneis: que capita cũ cela-
turis suis habebũt argẽtea. Similiter
⁊ in latere aquilonis· per longũ erunt
tentoria centum cubitoꝝ: columne vi-
ginti· et bases enee eiusdẽ numeri: et ca-
pita earũ cũ celaturis suis argẽtea. In
latitudine vero atrij qđ respicit ad oc-
cidentẽ erũt tentoria per quinquaginta

cubitos: ⁊ columne decem baſeſq; toti-
dem. In ea quoq; atrij latitudine que
reſpicit ad orientē quinquaginta cu-
biti erūt: in quibꝫ quindecim cubitoꝝ
tentoria lateri uno deputabuntur: co-
lumneq; tres: ⁊ baſes totidē: et ī latere
altero erūt tentoria cubitos obtinētia
quindecim: columne tres· et baſes to-
tidem. In introitu vero atrij· fiet tento-
riū· cubitoꝝ viginti· ex iacincto et pur-
pura · coccoq; biſtincto et biſſo retor-
ta: opere plumario. Columnas habebit
quatuor: cū baſibꝫ totidē. Omnes colum-
ne atrij ꝑ circuitū· veſtite erūt argenteis
laminis: capitibꝫ argenteis: et baſibꝫ
eneis. In lōgitudine occupabit atriū
cubitos centū: in latitudine quinqua-
ginta . Altitudo quinq; cubitorū erit:
fietq; de biſſo retorta: et habebit baſes
eneas. Cūcta vaſa tabernaculi ī omnes
uſus ⁊ ceremonias· tam paxillos eius
q̄ꝫ atrij· ex ere facies. Precipe filijs iſrl·
ut afferant tibi oleum de arboribꝫ oli-
varꝫ puriſſimū· piloq; contuſū: ut ar-
deat lucerna ſemꝑ in tabernaculo teſti-
monij extra velum quod oppanſū eſt
teſtimonio: et collocabūt eā aaron et
filij eius· ut uſq; mane luceat corā dn̄o.
Perpetuus erit cultus per ſucceſſiones
eorum corā filijs iſrahel. cap̄. xxviii.

Applica quoq; ad te aaron frā-
trē tuū cū filijs ſuis de medio filioꝝ
iſrl· ut ſacerdotio fungantur michi
aaron· nadab· ⁊ abiu· eleazar· ⁊ ytha-
mar. facieſq; veſtem ſanctā· aaron fra-
tri tuo in gl'am et decorē. Et loqueris
cūctis ſapientibꝫ corde · quos repleui
ſpiritu prudētie: ut faciāt veſtes aarō
fratri tuo ī gl'am et decorem: quibus
ſanctificatus miniſtret michi. Hec autē
erūt veſtimēta que facient. Rationale
⁊ ſuphumerale: tunicā ⁊ lineā ſtrictā:
cidarim· et baltheū. Facient fratri tuo
aaron· et filijs eius veſtimēta ſancta:
ut ſacerdotio fungant̄ michi. Accipi-
entq; aurum et iacinctū et purpuram·
coccumq; biſtinctum et biſſum. Facient
autē ſuphumerale de auro ⁊ iacincto
et purpura: coccoq; biſtincto et biſſo
retorta: opere polimito . Duas oras
iunctas habebit in utroq; latere ſum-
mitatū: ut ī unū redeant . Ipſa quoq;
textura et cūcta operis varietas erit ex
auro ⁊ iacincto ⁊ purpura: coccoq; bi-
ſtincto ⁊ biſſo retorta. Sumeſq; duos
lapides onichinos · et ſculpes in eis
nōīa filioꝝ iſrl: ſex nomina in lapide
uno· ⁊ ſex reliqua ī altero· iuxta ordinē
natiuitatis eorū. Opere ſculptoris· et
celatura gemmarij, ſculpes eos nomi-
nibꝫ filioꝝ iſrl· incluſos auro atq; cir-
cumdatos: et pones in utroq; latere
ſuphumeralis· memoriale filijs iſrl.
Portabitq; aaron nomina eoꝝ corā
dn̄o ſuꝑ utrūq; humerū: ob recordati-
onem. Facies et uncinos ex auro: et
duas catenulas auri puriſſimi ſibi
inuicem coherentes: quas inſeres un-
cinis. Rationale quoq; iudicij facies
opere polimito iuxta texturā ſuperhu-
meralis: ex auro iacincto· et purpura·
coccoq; biſtincto ⁊ biſſo retorta . Qua-
drangulū erit et duplex . Menſuram
palmi habebit · tam in longitudine
q̄ꝫ in latitudine: poneſq; in eo quatuor
ordines lapidū . In primo verſu erit
lapis ſardius· et thopaſius et ſmara-
gdus. In ſecūdo carbunculus ⁊ ſaphirus
et iaſpis. In tercio· ligurius achates·
et ameciſtus . In quarto criſolitus o-
nichinus et berillus . Incluſi auro erūt
ꝑ ordines ſuos: habebūtq; nomina
filioꝝ iſrl. Duodecim nominibꝫ cela-
buntur: ſinguli lapides nominibus

singulor: per duodeci tribus. Facies
i racõnali catenas sibi invicē coherē-
tes: ex auro purissimo· et duos anu-
los aureos quos pones in utraq; ra-
cionalis sūmitate: catenasq; aureas
iunges anulis qui sunt in margini-
bus eiꝰ: et ipaꝝ catenaꝝ extrema duo-
bus copulabis uncinis in utroq; la-
tere superhumeralis quod racõnale re-
spicit. Facies ꝛ duos anulos aureos.
quos pones i sūmitatibꝫ racionalis.
et in oris que e regione sunt suphu-
meralis· ꝛ posteriora eius aspiciunt:
necnon et alios duos anulos aure-
os· qui ponendi sunt in utroq; latere
superhumeralis deorsum· quod respicit
cõtra faciem iuncture inferioris· ut a-
ptari possit cum superhumerali· ꝛ strin-
gatꝰ racionale anulis suis cū anulis
superhumeralis· vitta iacinctina: ut
maneat iūctura fabrefacta· ꝛ a se inui-
cem racõnale et superhumerale nequeant
separari. Portabitq; aarō nõia filioꝝ
isrl' in racionali iudicij sup pectus su-
um· quando ingredietꝰ sanctuarium:
memoriale corā dño ineternū. Pones
autem in racionali iudicij· doctrinam
et veritatem· que erūt in pectore aaron
quando ingredietꝰ corā dño: et gesta-
bit iudiciū filioꝝ isrl' in pectore suo· in
cõspectu dñi semp. Facies ꝛ tunicā su-
perhumeralis totā iacinctinā: in cuius
medio supra· erit capitiū· ꝛ ora per gy-
rum eius textilis· sicut fieri solet in ex-
tremis vestiū partibus: ne facile rum-
patꝰ. Deorsum vero ad pedes eiusdem
tunice per circuitū quasi malapunica
facies· ex iacincto et purpura· et cocco
bistincto· et bisso retorta· mixtis in me-
dio tintinabulis: ita ut tintinabulum sit
aureū et malūpunicū: rursumq; tinti-
nabulū· aliud aureū et malūpunicū.

Et vestietꝰ ea aaron in officio ministe-
rij: ut audiatur sonitus quando in-
greditꝰ ꝛ egreditꝰ sanctuariū· in cõspectu
dñi: et non moriatꝰ. Facies et laminā
de auro purissimo: i qua sculpes ope
celatoris sanctum domino. Ligabis-
q; eā vitta iacinctina: et erit sup thya-
ram imminēs fronti pontificis. Por-
tabitq; aaron iniquitates eorū· que
obtulerunt et sanctificaverūt filij isra-
hel: i cunctis muneribus et donarijs
suis. Erit autē lamina semp in fronte
eius: ut placatꝰ sit ei dñs. Stringesq;
tunicā bysso: et thyaram byssinā faci-
es et balthēū ope plumarij. Porro fi-
lijs aaron tunicas lineas parabis· et
balcheos· ac thyaras in gl'am et deco-
rem: vestiesq; hijs omnibꝫ aaron fra-
trem tuum· et filios eius cum eo et cun-
ctoꝝ cõsecrabis manꝰ: sanctificabisq;
illos· ut sacerdotio fungantur michi.
Facies et feminalia linea ut operiant
carnē turpitudinis sue· a renibꝫ usq;
ad femina: et utentur eis aaron et fi-
lij eiꝰ quādo ingredientꝰ tabernaculū
testimonij· uel quādo appropinquāt
ad altare ut ministrent in sanctuario:
ne iniquitatis rei moriantur. Legiti-
mum sempiternum erit aaron: et se-
mini eius post eum. Cap. XXIX.

Sed ꝛ hoc facies: ut michi i sacerdo-
tio cõsecrentꝰ. Tolle vitulū de ar-
mento· et arietes duos immaculatos:
panesq; azimos· et crustulā absq; fer-
mento· q̄ cõspersa sint oleo: lagana q̄q;
azima· oleo lita. De simila triticea
cūcta facies: et posita i canistro offeres.
vitulū autē et duos arietes· et aarō ac
filios eiꝰ applicabis ad ostiū taberna-
culi testimonij. Cūq; laveris patrē cū
filijs suis aqua· indues aaron vesti-
mentis suis idest linea et tunica· et

superhumerali · et racionali quod con-
stringes balteo: et pones thyaram
in capite eius · et laminā sanctam sup
thyaram · et oleum unctionis fundes
sup caput eius: atq; hoc ritu consecra-
bitur. Filios quoq; illius applicabis
et indues tunicis lineis: cingesq; bal-
theo · aaron scilicet et liberos eius · et im-
pones eis mitras: eruntq; sacerdotes mei
~~rei~~ religione ppetua. Postq; iniciave-
ris man⁹ eoꝝ: applicabis et vitulū co-
ram tabernaclo testimonij. Imponētq;
aaron et filij eius man⁹ sup caput
illius · et mactabis eū in conspectu dñi:
iuxta ostiū tabernacli testimonij: sum-
ptumq; de sanguine vituli · pones sup
cornua altaris digito tuo: reliquum
autē sanguinē fundes iuxta basim ei⁹.
Sumes et adipē totū q̄ operit intesti-
na · et reticlm iecoris · ac duos renes · et
adipē q̄ sup eos ē et offeres incensum
sup altare: carnes vero vituli et coriū
et fimū conbures foris extra castra: eo
qd pro pctō sit. Unū q; arietē sumes ·
sup cuius caput ponent aaron et filij
eius manus: quē cū mactaveris: tol-
les de sanguine ei⁹ et fundes circa alta-
re: ipm autem arietē secabis in frusta:
lotaq; intestina ei⁹ et pedes pones sup
concisas carnes · et sup caput illius: et
offeres totū arietē i incensū super alta-
re. Oblatio est dño: odor suavissimus
victime dñi. Tolles quoq; arietē alte-
rum: sup cuius caput aaron et filij ei⁹
ponent manus. Quē cum immolave-
ris · sumes de sanguine ipi⁹ · et pones
sup extremū auricle dextere aaron et fi-
lioꝝ eius · et super pollices manus eoꝝ
ac pedis dextri: fundesq; sanguinē sup
altare p circuitū. Cūq; tuleris de san-
guine q̄ est sup altare · et de oleo uncti-
onis: asperges aaron et vestes eius ·
filios et vestimēta eorū. Consecratisq; et
ipis et vestibꝫ · tolles adipē de ariete ·
et caudam et arvinā que opit vitalia ·
ac reticulū iecoris · et duos renes atq;
adipem q̄ sup eos ē · armūq; dextrū eo
quod sit aries cōsecrationis: tortāq;
panis unius · crustulam conspersam
oleo · laganū de canistro azimorum
quod positū est i cōspectu dñi, ponesq;
oīa super manus aaron et filiorū
eius · et sanctificabis eos: elevans corā
domino. Suscipiesq; univsa de mani-
bus eoꝝ et incendes sup altare in olo-
caustū: odorem suavissimū in cōspectu
dñi: quia oblatio ei⁹ est, Sumes quoq;
pectusculū de ariete quo iniciat⁹ est aa-
ron: sanctificabisq; illud elevatū corā
dño: et cedet in partē tuā. Sanctifica-
bisq; et pectuscl̄m cōsecratū et armum
quē de ariete separasti · quo iniciat⁹ est
aaron et filij eius: cedentq; in partem
aaron et filioꝝ eius iure ppetuo a filijs
israhel: quia primitiva sūt et inicia de
victimis eoꝝ pacificis que offerūt dño.
Vestem autē sanctam qua utetur aa-
ron · habebūt filij eius post eum · ut un-
gant̄ in ea: et cōsecrentur manus eoꝝ.
Septē diebꝫ utetur illa qui pontifex p
eo fuerit constitutus de filijs eius: et q̄
ingrediet̄ tabernaculum testimonij ut
ministret in sanctuario. Arietem autē
consecrationis tolles: et coques car-
nes eius i loco sancto: quibꝫ vescetur
aaron et filij eius. Panes quoq; qui
sunt i canistro · in vestibulo tabernacli
testimonij comedent · ut sit placabile
sacrificiū: et sanctificent̄ offerentiū ma-
nus, alienigena non vescetur ex eis:
quia sancti sunt. Quod si remanserit
de carnibus cōsecratis sive de panibꝫ
usq; mane: conbures reliquias igni,
nō comedentur: quia sanctificata sūt.

Omĩa que p̄cipio tibi facies super aa-
ron et filijs eius. Septem diebus con-
secrabis manus eorũ: et vitulũ ꝓ pec-
cato offeres per singulos dies ad expi-
andum. Mundabisq; altare cum im-
molaueris expiacionis hostiã: et un-
ges illud in sanctificacionẽ. Septem
diebꝫ expiabis altare et sanctificabis:
et erit sanctũ sanctoꝝ. Omnis qui teti-
gerit illud·sanctificabit̃. Hoc ẽ quod
facies ĩ altari. Agnos ãniculos duos
per singulos dies iugiter·unũ agnum
mane: et alterũ vespere; decimã partem
simile consperse oleo tunso·quod ha-
beat mensuram quartam partẽ hin:
et vinũ ad libandũ eiusdem mensure·
ĩ agno uno. Alterũ vero agnũ offeres
ad vesperã·iuxta ritũ matutine obla-
tionis: ⁊ iuxta ea q̄ diximus ĩ odorem
suauitatis. Sacrificiũ dño deo ẽ obla-
tione ꝑpetua in generaciones vestras:
ad ostiũ tabernaculi testimonij coram
dño: ubi constituam ut loquar ad te.
Ibiq; p̄cipiam filijs israhel. et sanctifi-
cabitur altare in gloria mea. Sancti-
ficabo et tabernaclm testimonij cum
altari·et aaron cum filijs eius: ut sa-
cerdocio fungantur michi. Et habita-
bo ĩ medio filioꝝ israhel·eroq; eis deus:
et scient quia ego dñs deus eorum qui
eduxi eos de terra egipti·ut manerem
inť illos: ego dñs deus ipoꝝ. ca. xxx.

Facies quoq; altare ad adolendũ
thymiama de lignis sethim: ha-
bens cubitũ longitudinis·et alterum
latitudinis·et quadrangulũ: ⁊ duos
cubitos ĩ altitudine. Cornua ex ipo p-
cedent, vestiesq; illud auro purissimo·
tam craticulam eius quã parietes per
circuitũ et cornua. Faciesq; ei coronã
aureolã per gyrũ: et duos anulos au-
reos sub corona per singula latera: ut
mittãtur in eos vectes·et altare porte-
tur. Ipos quoq; vectes facies de lignis
sethim: et inaurabis. Ponesq; altare
contra velum quod ante archã pendet
testimonij·corã ꝓpiciatorio quo tegi-
tur testimoniũ·ubi loquar tibi: et ado-
lebit incensum super eo aaron·suaue
fragrans. Mane quando cõponet lu-
cernas·incendet illud: et quando col-
locat eas ad vesperũ uret thymiama
sempiternũ corã dño in generationes
vestras. Non offeretis super eo thymi-
ama cõposicionis alterius. nec obla-
tionem et victimã: nec liba libabitis.
Et deprecabitur aaron super cornua
eius semel per annũ·ĩ sanguine quod
oblatũ est ꝓ peccato. et placabit super
eo in generationibꝫ vestris. Sanctum
sanctoꝝ erit dño. Locutusq; ẽ dñs ad
moysen dicẽs. Quando tuleris summã
filioꝝ isrl' iuxta numerũ·dabũt singuli
p̄cium pro animabꝫ suis dño: ⁊ non
erit plaga in eis cum fuerint recensiti.
Hoc autẽ dabit omĩs qui transit ad
nomẽ: dimidium sicli iuxta mensurã
templi. Siclus viginti obolos habet.
Media pars sicli offeretur dño. Qui
habet in numero a viginti annis et
supra·dabit p̄ciũ. Diues nõ addet ad
medium sicli: et pauper nichil minuet.
Susceptamq; pecuniã que collata est
a filijs isrl'·trades in usus tabnaculi
testimonij·ut sit monimẽtum eorum
corã dño: et ꝓpicietur animabus eoꝝ.
Locutusq; est dñs ad moysen dicens.
Facies ⁊ labium eneum cũ basi sua ad
lauandum: ponesq; illud inter taber-
naculum testimonij et altare. Et mis-
sa aqua lauabũt ĩ ea aaron et filij eius
manus suas ac pedes: quãdo ingres-
suri sunt tabernaculum testimonij·et
quando accessuri sunt ad altare·ut

offerant in eo thymiama dño : ne for-
te moriant̄. Legitimū sempiternū erit
ipi ⁊ semini eius p successiones. Locu-
tusq; est dñs ad moysen dicens . Su-
me tibi aromata · prime mirre et electe
quingentos siclos · et cinamomi me-
dium idest ducentosquinquaginta si-
clos : calami silr ducētosquinqua-
ginta siclos · casie aut̄ quīgētos siclos
in pondere sanctuarij : oleū de olivetis
mensuram hin. Faciesq; unctionis o-
leum sanctum · ungētum compositum
ope unguentarij : et unges ex eo taber-
naculum testimonij · et archam testa-
menti · mēsamq; cum vasis suis · can-
delabrū ⁊ utensilia eius · altaria thymi-
amatis et olocausti · et universā suppel-
lectilem que ad cultum eorum ptinet :
sanctificabisq; oīa · et erunt sancta
sanctoꝝ. Qui tetigerit ea sanctificabit̄.
Aaron et filios eius unges : sanctifi-
cabisq; eos ut sacerdotio fungantur
michi . Filijs quoq; isrl̄ dices. Hoc o-
leum unctionis sanctū erit michi ī ge-
nerationes vestras. Caro hominis nō
unget̄ ex eo : ⁊ iuxta compositionē eius
non facietis aliud : quia sanctificatū
est. et sanctum erit vobis. Homo qui-
cumq; tale composuerit · et dederit ex
eo alieno . exterminabitur de ꝑplo suo.
Dixitq; dñs ad moysen . Sume tibi
aromata · stacten · et onicham · galba-
num boni odoris · ⁊ thus lucidissimū :
equalis ponderis erūt oīa. Faciesq;
thymiama cōpositū ope unguētarij
mixtū diligēter · ⁊ purū : ⁊ sāctificatōne
dignissimū . Cūq; in tenuissimū pul-
verem universa contuderis pones ex
eo coram tabernaculo testimonij : in
quo loco apparebo tibi . Sanctū san-
ctorum erit vobis thymiama . Talem
compositionem non facietis in usus
vros : quia sanctū ē dño. Homo qui-
cumq; fecerit simile ut odore illius per-
fruatur : peribit de ꝑplis suis. Cap̄. xxxi.
Locutusq; est dñs ad moysen di-
cens . Ecce vocavi beseleel ex no-
mine filiū huri filij hur de tribu iuda :
et implevi eum spiritu dei · sapientia ⁊
intelligētia et scientia : in omni opere ·
ad excogitādum quicquid fabrefieri
potest ex auro et argento et ere · mar-
more · ⁊ gemmis · ⁊ diversitate lignoꝝ.
Dediq; ei sociū ooliab filium achisa-
mech : de tribu dan. Et in corde omnis
eruditi posui sapientiam · ut faciant
cuncta que p̄cepi tibi : tabernaculum
federis · et archam testimonij ⁊ ꝓpicia-
toriū qđ sup eam est : et cuncta vasa ta-
bernaculi · mensamq; et vasa eius · can-
delabrū purissimū cū vasis suis : et al-
taria thymiamatis ⁊ olocausti · ⁊ oīa
vasa eorū : labiū cum basi sua : vestes
sanctas in ministerio aaron sacerdoti
et filijs eius ut fungant̄ officio suo in
sacris : oleum unctionis · ⁊ thymiama
aromatū in sanctuario. Omnia que
precepi tibi facient . Et locutus ē dñs
ad moysen dicens. Loquere filijs isra-
hel : et dices ad eos. Videte ut sabbatū
meum custodiatis : quia signū ē inter
me ⁊ vos in generationibȝ vestris : ut
sciatis quia ego dñs q̄ sanctifico vos.
Custodite sabbatū meū. Sanctum enī
est vobis. Qui polluerit illud . morte
morietur. Qui fecerit opus ī eo : peribit
anima illius de medio ꝑpli sui . Sex
diebus facietis opus : in die septimo
sabbatum est : requies sancta domino.
Omnis qui fecerit opus in hac die ·
morietur. Custodiant filij israhel sab-
batum : et celebrent illud in generatio-
nibȝ suis . Pactum est sempiternū inter
me et filios israhel : signūq; perpetuum.

Sex enim diebus dominus fecit celū
et terram: et in septimo ab omni ope-
re cessauit. Deditq; dñs moysi com-
pletis huiuscemodi sermonibz ī mon-
te synai· duas tabulas testimonij lapi-
deas: scriptas digito dei. ca. xxxii.
Videns autē ppłus q̄ moram fa-
ceret moyses descēdendi de mon-
te: congregatus aduersus aarō dixit.
Surge: fac nobis deos qui nos pre-
cedant. Moysi enī viro huic qui nos
eduxit de terra egipti: ignoram⁹ quid
acciderit. Dixitq; ad eos aaron. Tol-
lite inaures aureas· de uxorū·filiorū
q; z filiaz vestraz auribz: et afferte ad
me. Fecit ppłus que iusserat: deferens
inaures ad aaron. Quas cum ille ac-
cepisset formauit opere fusorio: et fecit
ex eis vitulum conflatilem. Dixeruntq;.
Hij sūt dij tui israhel: qui te eduxerunt
de terra egipti. Quod cum vidisset aa-
ron edificauit altare corā eo: et preco-
nis voce clamauit dicens. Cras sole-
mnitas dñi ē. Surgentesq; mane ob-
tulerūt olocausta z hostias pacificas:
et sedit ppłus manducare et bibere: et
surrexerunt ludere. Locutus est autem
dñs ad moysen dicēs. Vade descende:
peccauit ppłus tuus quē eduxisti de ter-
ra egipti. Recesserūt cito de via quam
ostendisti eis. Feceruntq; sibi vitulum
conflatilem et adorauerunt: atq; im-
molantes ei hostias dixerūt. Isti sūt
dij tui israhel: qui te eduxerunt de ter-
ra egipti. Rursumq; ait dominus ad
moysen. Cerno q̄ ppłus iste dure cer-
uicis sit. Dimitte me ut irascat̄ furor
meus contra eos et deleā eos: faciāq;
te in gentem magnam. Moyses autē
orabat dñm deum suum dicens. Cur
dñe irascit̄ furor tuus contra ppłm tu-
um· quem eduxisti de terra egipti: in
fortitudine magna et in manu robu-
sta? Ne queso dicāt egiptij: callide edu-
xit eos· ut interficeret ī mōtibz: z deleret
e terra. Quiescat ira tua: et esto placa-
bilis sup nequicia ppłi tui. Recordare
abraham et ysaac et isrł seruoz tuoz:
quibus iurasti per temetipsum dicēs.
Multiplicabo semen vestrum sicut stel-
las celi: et uniuersam terram hanc de
qua locutus sum dabo semini vestro:
et possidebitis eam semp. Placatusq;
est dñs: ne faceret malum quod locu-
tus fuerat aduersus ppłm suū. Et reuer-
sus est moyses de mōte: portans du-
as tabulas testimonij in manu sua·
scriptas ex vtraq; parte. et factas opere
dei. Scriptura quoq; dei erat sculpta
in tabulis. Audiens autem iosue tu-
multū ppłi vociferātis· dixit ad moy-
sen. Vlulatus pugne audit̄ in castris.
Qui respōdit. Non est clamor adhor-
tantiū ad pugnam: neq; vociferatio
compellentiū ad fugam: sed vocē can-
tantium ego audio. Cūq; appropin-
quasset ad castra vidit vitulū et cho-
ros: iratusq; valde ꝓiecit de manu ta-
bulas: et cōfregit eas ad radicē mon-
tis. Arripiensq; vitulum quē fecerant·
cōbussit z contriuit usq; ad puluerem:
quem sparsit in aquam: z dedit ex eo
potū filijs isrł. Dixitq; moyses ad aa-
ron. Quid tibi fecit hic ppłus: ut indu-
ceres super eum peccatū maximū? Cui
ille respōdit. Ne indignet̄ dñs meus.
Tu eni nosti ppłm istum q̄ pronus sit
ad malū. Dixerunt michi. Fac nobis
deos qui nos precedant. Huic enim
moysi qui nos eduxit de terra egipti:
nescimus quid acciderit. Quibz ego
dixi. Quis vestrū habet aurū? Tulerūt
et dederūt michi· et ꝓieci illud ī ignē:
egressusq; est hic vitulus. Videns ergo

moyses ꝑplm quod esset nudatꝰ: spo-
liauerat enim eū aaron ꝓpter ignomi-
niam sordis·et inter hostes nudū con-
stituerat: et stans in porta castrorum
ait. Si quis ē dñi iūgat̄ michi. Con-
gregatiq; sunt ad eum omnes filij leui.
Quibus ait. Hec dicit dñs deus isrl̄.
Ponat vir gladiū sup femur suum.
Ite et redite de porta usq; ad portam
per medium castroꝝ: et occidite unus-
quisq; fratrem suū et amicū et ꝓximū
suum. Feceruntq; filij leui iuxta sermo-
nem moysi: cecideruntq; in die illo qua-
si viginti tria milia hominū. Et ait
moyses. Consecrastis manus vestras
hodie dño·unusquisq; in filio ⁊ i fra-
tre suo: ut detur vobis benedictio. Fa-
cto autē altero die locutus est moyses
ad ꝑplm. Peccastis peccatū maximū.
Ascendā ad dñm: si quo modo eum
quiuero deprecari ꝓ scelere vestro. Reuer-
susq; ad dñm ait. Obsecro dñe·pecca-
uit ꝑplus iste peccatū maximū: fecerūt-
q; sibi deos aureos. Aut dimitte eis
hanc noxam: aut si non vis: dele me
de libro tuo quem scripsisti. Cui rñdit
dñs. Qui peccauerit michi: delebo eū
de libro meo. Tu autē vade: ⁊ duc ꝑplm
istū quo locutꝰ sum tibi. Angelus au-
tem meus p̄cedet te. Ego autē i die ulti-
onis visitabo ⁊ hoc peccatū eoꝝ. Per-
cussit autē dominus ꝑplm pro reatu
vituli: quē fecerat aaron. ca. xxxiii.
Locutusq; est dñs ad moysen di-
cens. Vade ⁊ ascēde de loco isto:
tu et ꝑplus tuus quem eduxisti de terra
egipti·i terram quā iuraui abraham·
ysaac et iacob dicēs: semini tuo dabo
eam: ⁊ mittā p̄cursorem tui angelum·
et eiciam chananeū et amorreum·et
etheum et phereseum·et eueum et iebu-
seum: ⁊ intres in terram fluentē lacte ⁊
melle. Non enī ascendam tecū: quia
ꝑplus dure ceruicis est: ne forte disper-
dam te i via. Audiensq; ꝑplus sermo-
nem hūc pessimū luxit: ⁊ nullus ex mo-
re indutus est cultu suo. Dixitq; dñs
ad moysen. Loquere filijs isrl̄. Popu-
lus dure ceruicis es: semel ascendam i
medio tui et delebo te. Iam nūc depo-
ne ornatū tuum: ut sciam quid faciā
tibi. Deposuerunt ergo filij isrl̄·orna-
tum suū a mōte oreb. Moyses quoq;
tollēs tabernaclm·tetendit extra castra
procul: vocauitq; nomē eius taberna-
culum federis. Et omnis ꝑplus qui ha-
bebat aliquā questionem·egrediebat̄
ad tabernaculum federis extra castra.
Cūq; egrederetur moyses ad taberna-
culum surgebat uniuersa plebs·⁊ sta-
bat unusquisq; i ostio papilionis sui:
aspiciebātq; tergū moysi donec ingre-
deretur tentorium. Ingresso autē illo
tabernaculum federis·descendebat co-
lumna nubis ⁊ stabat ad ostium: lo-
quebaturq; dñs cum moyse: cernenti-
bus uniūsis ꝙ colūna nubis staret
ad ostiū tabernaculi. Stabantq; ipi
et adorabant ꝑ fores tabernaculorū
suoꝝ. Loquebatur autē dñs ad moy-
sen facie ad faciē·sicut solet loqui ho-
mo ad amicū suū. Cumq; ille reuerte-
ret̄ in castra: minister eius iosue filius
num puer nō recedebat de tabernaclo.
Dixit autē moyses ad dñm. precipis
ut educam ꝑplm istum·et nō indicas
michi quem missurus sis mecum: pre-
sertim cū dixeris·noui te ex nomine ⁊
inuenisti gratiā corā me. Si ergo in-
ueni gratiā in conspectu tuo. ostende
michi faciē tuā·ut sciam te: ⁊ inueniā
gratiā ante oculos tuos. Respice ꝑplm
tuum gentem hanc. Dixitq; deus. Fa-
cies mea p̄cedet te·⁊ requiem dabo tibi.

Et ait moyses. Si non tuipse prece-
des: ne educas nos de loco isto. In
quo enim scire poterimus ego ⁊ ppl'us
tuus invenisse nos gratiã in cõspectu
tuo·nisi ambulaveris nobiscũ: ut glo-
rificemur ab omnibz pplis qui habitãt
sup terram? Dixit autẽ dñs ad moy-
sen. Et verbũ istud quod locutus es
faciã. Invenisti enim gratiam corã
me: ⁊ teipm novi ex nomine. Qui ait.
Ostende michi gloriam tuam. Rñdit.
Ego ostendam omne bonum tibi: ⁊
vocabor in nomine dñi corã te: et mi-
serebor cui voluero· ⁊ clemẽs ero ĩ quẽ
michi placuerit. Rursũqz ait. Nõ pote-
ris videre faciẽ meã. Nõ enĩ videbit me
homo et vivet. Et iterũ. Ecce inquit ẽ
loc9 aput me: et stabis supra petram.
Cũqz transibit gloria mea·ponam te
in foramine petre: et protegam dextera
mea donec transeã. Tollãqz manũ me-
am: ⁊ videbis posteriora mea: faciẽ au-
tẽ meã videre nõ poteris. Cap. xxxiiii.

At deinceps p̃cide ait tibi duas ta-
bulas lapideas instar priorũ: ⁊
scribã sup eas verba q̃ habuerũt tabule
quas fregisti. Esto paratus mane·ut
ascendas statim in montem synai: sta-
bisqz mecũ sup verticẽ mõtis. Nullus
ascendat tecum: nec videatur quispiã
per totum montem: boves quoqz et
oves non pascantur econtra. Excidit
ergo duas tabulas lapideas·quales
antea fuerant: et de nocte consurgens
ascendit in montem synai·sicut prece-
perat ei dñs: portans secum duas ta-
bulas. Cũqz descendisset dñs p nubẽ:
stetit moyses cum eo· invocãs nomẽ
dñi. Quo transeunte corã eo ait. Do-
minator domine deus· misericors et
clemens· paciens et multe misericordie·
et verus: qui custodis misericordiam
in milia· qui aufers iniquitatem ⁊ sce-
lera atqz peccata· nullusqz aput te per
se innocens est: qui reddis iniq̃tatem
patrum filijs ac nepotibus in terciã et
quartã progeniẽ. Festinusqz moyses
curvatus est pronus in terram: ⁊ ado-
rans ait. Si inveni gratiã ĩ conspectu
tuo domine: obsecro ut gradiaris no-
biscum: ppl's enim dure cervicis est:
et auferas iniquitates nostras atqz
peccata·nosqz possideas. Respondit
dñs. Ego inibo pactum videntibus
cũctis: signa faciam·que numq̃ visa
sunt sup terram: nec in ullis gentibz:
ut cernat ppl's iste in cuius es medio
opus dñi terribile quod facturus sum.
Observa cuncta que hodie mandavi
tibi. Ego ipse eiciam ante faciem tuã·
amorreum et chananeum et etheum:
pherezeum quoqz et eveum et iebuseũ.
Cave ne unquam cũ habitatoribus
terre illi9 iungas amicicias· que tibi
sint in ruinam: sed ⁊ aras eoꝝ destrue·
et confringe statuas: lucosqz succide.
Noli adorare deũ alienũ. Dominus·
zelotes nomen eius: deus ẽ emulator.
Ne ineas pactum cũ hominibz illarꝫ
regionũ: ne cũ fornicati fuerint cũ dijs
suis·et adoraverint simulacra eorũ:
vocet te quispiam·ut comedas de im-
molatis. Nec uxorẽ de filiabz eorũ·ac-
cipies filijs tuis: ne postq̃ ipse fuerint
fornicate: fornicari faciant in deos su-
os filios tuos. Deos conflatiles nõ
facies tibi. Solemnitatẽ azimorum
custodies. Septem diebus vesceris azi-
mis: sicut p̃cepi tibi·ĩ tempore mensis
novorũ. Mense enim verni temporis
egressus es de egipto. Omne qđ apit
vulvam generis masculini· meũ erit.
De cunctis animantibz·tam de bobus
q̃z de ovibus meũ erit. Primogenitũ

asini redimes oue. Si autem nec pre-
cium ꝓ eo dederis: occidet. Primoge-
nitum filiorū tuorꝫ redimes: nec appa-
rebis ī cōspectu meo vacuus. Sex diebꝫ
operaberis: die septimo cessabis arare
et metere. Solemnitatem ebdomadarꝫ
facies tibi in primitijs frugum messis
tue tritice: et solemnitatem quando
redeunte anni tempore cuncta cōdunt.
Tribus temporibꝫ anni apparebit o-
mne masculinū tuū: in cōspectu omni-
potentis dñi dei israhel. Cum enī tule-
ro gentes a facie tua et dilatavero ter-
minos tuos nullus insidiabit terre
tue: ascendente te et apparente in con-
spectu dñi dei tui ter in anno. Nō im-
molabis sup fermēto sanguinē hostie
mee: neqꝫ residebit mane de victimis
solemnitatis phase. Primitias frugū
terre tue offeres ī domo dñi dei tui. Nō
coques hedum in lacte matris sue. Di-
xitqꝫ dominus ad moysen. Scribe tibi
verba hec: quibus et tecum et cum isrl'
pepigi fedus. Fuit ergo ibi cū domino
moyses quadraginta dies et quadra-
ginta noctes: panem non comedit et
aquam nō bibit: et scripsit in tabulis
verba federis decem. Cumqꝫ descenderet
moyses de mōte synai tenebat duas
tabulas lapideas testimonij: et igno-
rabat ꝙ cornuta esset facies sua: ex con-
sortio sermonis dñi. Videntes autē
aaron et filij israhel cornutam moysi
faciē: timuerūt ꝓpe accedere. Vocatiqꝫ
ab eo reversi sunt: tam aaron ꝙ prin-
cipes synagoge. Et postqꝫ locutus est
ad eos: venerunt ad eum etiā omnes
filij israhel. Quibꝫ precepit cuncta que
audierat a dño in mōte synai. Imple-
tisqꝫ sermonibꝫ posuit velamen super
faciem suā. Quod ingressus ad dñm
et loquēs cū eo auferebat donec exiret:
et tunc loquebat ad filios isrl' omnia
que sibi fuerant imperata. Qui vide-
bant faciem egredientis moysi esse cor-
nutā: sed operiebat rursus ille faciē suā:
si quādo loquebat ad eos. Cap. xxxv.
Igitur congregata omni turba filiorꝫ
israhel dixit ad eos. Hec sunt que ius-
sit dominus fieri. Sex diebꝫ facietis o-
pus. Septimus dies erit vobis sanctus:
sabbatum et requies dñi. Qui fecerit o-
pus in eo occidetur. Non succendetis
ignem in omnibꝫ habitaculis vestris
per diem sabbati. Et ait moyses ad o-
mnem catervam filiorꝫ israhel. Iste est
sermo quē precepit dñs dicens. Sepa-
rate apud vos primitias dño. Omnis
voluntarius ⁊ prono animo offerat eas
domino. Aurum et argentum et es.
iacinctū et purpurā coccūqꝫ bistinctū
et byssum pilos caprarꝫ pellesqꝫ arie-
tum rubricatas et iacinctinas: ligna
sethim et oleum ad luminaria concī-
nanda ⁊ ut conficiatur unguentum et
thymiama suavissimū: lapides onich-
inos et gemmas ad ornatū superhu-
meralis ⁊ rationalis. Quisquis vrm
sapiens est veniat et faciat qđ domi-
nus imperavit: tabernaculum scilicet ⁊
tectum eius atqꝫ operimentū anulos ⁊
tabulata cū vectibꝫ paxillos ⁊ bases.
archam ⁊ vectes propiciatoriū ⁊ velum
quod ante illud oppendit: mensā cū
vectibꝫ et vasis ⁊ propositionis panibꝫ:
candelabrū ad luminaria sustentanda.
vasa illius et lucernas et oleum ad
nutrimenta ignium: altare thymiamatis
et vectes ⁊ oleū unctionis ⁊ thymiama
ex aromatibꝫ: tentoriū ad ostiū taber-
naculi altare olocausti et craticulam
eius eneam cū vectibus et vasis suis:
labrum ⁊ bases eius: cortinas atrij cū
columnis ⁊ basibꝫ tentoriū ī foribus

vestibuli · paxillos tabernaculi ⁊ atrij
cum funiculis suis: vestimenta quoꝝ
usus est ī ministerio sanctuarij: vestes
aaron pontificis ac filioꝝ eius: ut sa-
cerdotio fungantur michi. Egressaq;
omnis multitudo filioꝝ israhel · de con-
spectu moysi: obtulerunt mēte ꝓmptis-
sima atq; devota · primitias dn̄o · ad
faciendū opus tabernaculi testimonij.
Quicqd̄ in cultū et ad vestes sanctas
necessariū erat, viri cū mulierib; ꝑbue-
runt armillas · et inaures · anulos ⁊
dextralia. Omne vas aureum in do-
naria dn̄i separatū est. Si quis habu-
it iacinctū et purpuram · coccumq;
bistinctum · bissum · et pilos caprarū ·
pelles arietū rubricatas ⁊ iacinctinas ·
argēti ⁊ auri · eisq; metalla obtulerūt
dn̄o: lignaq; sethim in varios usus.
Sed et mulieres docte que neverāt de-
derunt · iacinctū · purpurā · et vermiculū
ac bissum · ⁊ pilos capraꝝ: sponte pro-
pria cuncta tribuētes. Principes vero
obtulerunt lapides onichinos ⁊ gem-
mas ad superhumerale et racionale:
aromataq; ⁊ oleū ad luminaria con-
cinnanda: et ad ꝑparandū ungentū ·
ac thymiama odoris suavissimi com-
ponendum. Omnes viri et mulieres
mente devota obtulerunt donaria: ut
fierent opa que iusserat dn̄s p manū
moysi. Cuncti filij israhel · voluntaria
domino dedicaverūt. Dixitq; moyses
ad filios israhel. Ecce vocavit dn̄s ex
nomine beselehel filiū huri · filij hur · de
tribu iuda: implevitq; eum spiritu dei ·
sapientia · et intelligencia et sciencia · et
omni doctrina: ad excogitandum et
faciendum opus in auro et argento
et ere et ferro · sculpendisq; lapidibus ·
et opere carpentario. Quicquid fabre
adinveniri potest: dedit in corde eius.
Ooliab quoq; filium achisamech · de
tribu dan. Ambos erudivit sapiētia.
ut faciāt opa abietarij polimitarij ac
plumarij de iacincto ⁊ purpura · cocco
q; bistincto ⁊ bisso ⁊ texant omnia: ac
nova quęq; repeciant. cap̄. xxxvi.
Fecit ergo beseleel · et ooliab · et o-
mnis vir sapiēs · q̄b; dedit dn̄s
sapientiā et intellectū · ut scirent fabre
operari que in usu sanctuarij necessa-
ria sunt: et que ꝑcepit dn̄s. Cumq; vo-
casset eos moyses et omnē eruditum
virum · cui dederat dn̄s sapientiam · et
qui spōte sua obtulerunt se ad facien-
dum opus: tradidit eis universa dona-
ria filioꝝ israhel. Qui cum instarent
opi cotidie: mane vota ꝑplus offere-
bat. Unde artifices venire compulsi ·
dixerunt moysi. Plus offert ꝑplus q̄
necessariū est. Iussit ergo moyses · pre-
conis voce cantari. Nec vir nec mlier
quicq; offerat ultra in ope sanctuarij.
Sicq; cessatum est a muneribus offe-
rendis · eo q͛ oblata sufficerent ⁊ super-
abundarent. Feceruntq; omnes corde
sapientes ad explendū opus taberna-
culi cortinas decem · de bisso retorta ⁊
iacincto ⁊ purpura · coccoq; bistincto:
ope vario · ⁊ arte polimita. Quarum
una habebat in longitudine viginti-
octo cubitos: et ī latitudine quatuor ·
una mensura erat oīm cortinaꝝ. Cō-
iunxitq; cortinas quinq; alterā alteri:
et alias quinq; sibi invicem copulavit.
Fecit et ansas iacinctinas in ora cor-
tine uni⁹ ex utroq; latere · et in ora cor-
tine alterius similiter: ut contra se in-
vicem venirent anse: ⁊ mutuo iunge-
rentur. Unde et quinquaginta fudit
circulos aureos · qui morderent corti-
narū ansas: et fieret unū tabernaclm.
Fecit et saga undecī · de pilis capraꝝ ·

ad operiendū tectum tabernaculi. Unum
sagum ī longitudine habebat cubitos
triginta: et in latitudine cubitos qua-
tuor. Unius mēsure erāt omīa saga.
Quorū quīq; iūxit seorsum: et sex alia
separatim. Fecitq; ansas quīquagin-
ta in ora sagi unius. ⁊ quīquaginta
in ora sagi alterius ut sibi invicē iun-
gerētur: et fibulas eneas quīquagīta
quibus necteretur tectum: ut unū palliū
ex omībus sagis fieret. Fecit et opertoriū
tabernaculi de pellibus arietū rubrica-
tis: aliudq; desuper velamē de pellibus
iacinctinis. Fecit ⁊ tabulas tabernacu-
li de lignis sethim stātes. Decē cubito-
rum erat longitudo tabule unius: et
unū ac semis cubitū latitudo retinebat.
Bine in castrature erant per singulas
tabulas: ut altera alteri iungeretur. Sic
fecit ī omībus tabernaculi tabulis. E qui-
bus viginti ad plagā meridianā erāt
contra austrū: cū quadraginta basibus
argenteis. Due bases sub una tabula
ponebantur ex utraq; parte angulorū:
ubi in castrature laterum in angulis
terminātur. Ad plagā q; tabernaculi
que respicit ad aquilonē fecit viginti
tabulas cum quadraginta basibus
argenteis: duas bases p singulas ta-
bulas. Cōtra occidentē vero idest ad
eam partem tabernaculi que mare re-
spicit. fecit sex tabulas: et duas alias
per singulos angulos tabernaculi re-
tro: que iūcte erant a deorsum usq; sur-
sum: et in unam compagem pariter
ferebantur. Ita fecit ex utraq; parte p
angulos: ut octo essent simul tabule.
et haberent bases argenteas sedecim:
binas scilicet bases sub singulis tabu-
lis. Fecit ⁊ vectes de lignis sethim quin-
q; ad cōtinendas tabulas unius lateris
tabernaculi: ⁊ quinq; alios ad alterius

lateris coaptandas tabulas: et extra
hos. quinq; alios vectes ad occidentalē
plagā tabernaculi cōtra mare. Fecit
quoq; vectem alium: qui per medias
tabulas ab angulo usq; ad angulū
perveniret. Ipsa autē tabulata deaura-
vit: fusis basibus earum argenteis. Et
circulos eorum fecit aureos. per quos
vectes induci possent: quos ⁊ ipos la-
minis aureis operuit. Fecit ⁊ velum de
iacincto et purpura. vermiculo ac bis-
so retorta ope polimitario variū atq;
distinctum: et quatuor columnas de
lignis sethim. quas cum capitibus de-
auravit: fusis basibus earū argenteis.
Fecit et tentoriū ī introitu tabernaculi
ex iacincto. purpura vermiculo. bisso
q; retorta ope plumarii: ⁊ columnas
quinq; cum capitibus suis quas ope-
ruit auro: basesq; earum fudit ene-
as. et operuit auro. Cap̄ XXXVII.

Fecit autem beseleel et archam de
lignis sethim. habentem duos
semis cubitos in longitudine: et cubi-
tum ac semissē ī latitudine: altitudo q;
unius cubiti fuit et dimidii. Vestivit
q; eam auro purissimo intus ⁊ foris.
Et fecit illi coronā auream per gyrū
conflans quatuor anulos aureos p
quatuor angulos ei9: duos anulos
in latere uno: ⁊ duos ī altero. Vectes
quoq; fecit de lignis sethim. quos vesti-
vit auro: et quos misit ī anulos qui
erant in lateribus arche ad portandū
eam. Fecit ⁊ ppiciatoriū idest oraculū
de auro mundissimo. duorū cubitorū
et dimidii in longitudine: ⁊ cubiti ac
semis in latitudine. Duos etiam che-
rubim ex auro ductili quos posuit ex
utraq; parte ppiciatorii: cherub unum
in summitate unius partis et cherub
alterum in summitate partis alterius

Duos cherubin ī singulis summita-
tibus ꝓpiciatorij extendentes alas· et
tegentes propiciatoriū: seq; mutuo et
illud respicientes. Fecit et mensam de
lignis sethim· in longitudine duorū
cubitorum· et ī latitudine uniꝰ cubiti:
que habebat in altitudine cubitum ac
semissem. Circumdeditq; eā auro mun-
dissimo ⁊ fecit illi labium aureum per
gyrū: ipsiq; labio coronam auream·
interrasilem quatuor digitoꝝ: et super
eandem· alteram coronā auream. Fu-
dit et quatuor circulos aureos· quos
posuit ī quatuor angulos ꝑ singlos
pedes mense cōtra coronam: misitq;
in eos vectes ut possit mensa portari:
ipsosquoq; vectes · fecit de lignis se-
thim· et circumdedit eos auro. Et vasa
ad diversos usus mense · acetabula·
fialas· et ciatos et thuribula ex auro
puro: ī quibꝫ offerenda sūt libamina.
Fecit et candelabrum ductile· de auro
mundissimo. De cuius vecte calami.
ciphi· speruleq; ac lilia procedebant:
sex in utroq; latere. Tres calami ex par-
te una: et tres ex altera. Tres ciphi in
nucis modū per calamos singulos·
speruleq; simul et lilia: ⁊ tres ciphi in-
star nucis in calamo altero· speruleq;
simul ⁊ lilia. Equum erat opus sex ca-
lamoꝝ: qui procedebāt de stipite can-
delabri. In ipso autē vecte erāt q̄tuor
ciphi in nucis modū · speruleq; ꝑ sin-
gulos et lilia: et sperule sub duobus
calamis per loca tria: qui simul sex fi-
unt calami· procedentes de vecte uno.
Et sperule igitur et calami ex ipso erāt:
universa ductilia ex auro purissimo.
Fecit et lucernas septem cū emunctorijs
suis· et vasa ubi ea que emuncta sunt
extinguātur: de auro mūdissimo. Ta-
lentū auri appendebat candelabrum

cum omnibꝫ vasis suis. Fecit et altare
thymiamatis de lignis sethim· ꝑ qua-
drum singlos habens cubitos et in
altitudine duos: e cuius anglis pro-
cedebant cornua, vestivitq; illud auro
mūdissimo· cū craticula ac parietibꝫ· et
cornibꝫ. Fecitq; ei coronā aureolam
per gyrū: ⁊ duos anulos aureos sub
corona ꝑ singula latera: ut mittātur
in eos vectes · et possit altare portari.
Ipsos autem vectes fecit de lignis se-
thim: et operuit laminis aureis. Cōpo-
suit ⁊ oleū ad sanctificacōnis unguētū:
⁊ thymiamata de aromatibꝫ mūdissi-
mis· ope pigmētarij. cap̄. xxxviii.

Fecit et altare olocausti de lignis
sethim · quinq; cubitorum per
quadrum: et trium ī altitudine: cuiꝰ
cornua de angulis procedebant: ope-
ruitq; illud laminis ereis. Et in usus
eius paravit ex ere vasa diversa: lebetes·
forcipes· fuscinulas· uncinos· ⁊ igni-
um receptacula. Craticulamq; eius in
modum retis fecit eneam: et subter eā
ī altaris medio arulā fusis quatuor
anulis ꝑ totidem reciaculi summitates:
ad immittendos vectes ad portandū.
Quos et ipsos fecit de lignis sethim ⁊
operuit laminis ereis: induxitq; in cir-
culos qui ī lateribꝫ altaris eminebāt.
Ipm autem altare nō erat solidum·
sed cavū · ex tabulatis: ⁊ intus vacuū.
Fecit et labrum ereū cū basi sua de spe-
culis mulierū que excubabāt in ostio
tabernaculi. Fecit et atrium, In cuius
australi plaga erant tentoria de bisso
retorta cubitoꝝ centū: columne enee
viginti cum basibꝫ suis. Capita colu-
mnarū ⁊ tota operis celatura argentea.
Eque ad septentrionalem plagā · ten-
toria columne basesq; et capita colu-
mnarum eiusdem mensure et operis ac

metalli erāt. In ea vero plaga que ad
occidentē respicit fuerūt tētoria cubitoꝝ
quinquaginta · columne decem cum
basibꝫ suis enee: et capita columnarū
et tota opis celatura argētea. Porro
cōtra orientem quīquaginta cubitoꝝ
parauit tentoria · e quibus quindecim
cubitos columnarum triū cū basibus
suis unum tenebat latus: et in parte
altera · quia inter utraqꝫ introitum ta-
bernacli fecit · quindecim eque cubitoꝝ
erant tentoria: columneqꝫ tres et bases
totidem. Cuncta atrij tentoria byssus
retorta texuerat. Bases columnarum
fuere enee: capita autē earū cū cunctis
celaturis suis argentea: sed et ipās co-
lumnas atrij vestiuit argento. Et in
introitu eius ope plumario fecit tento-
rium · ex iacincto · purpura · vermiculo
ac bisso retorta · quod habebat viginti
cubitos in longitudine: altitudo vero
quinqꝫ cubitoꝝ erat · iuxta mensuram
quā cuncta atrij tentoria habebāt. Co-
lumne autem in ingressu fuere q̄tuor ·
cum basibus eneis: capitaqꝫ earum et
celature argentee. Paxillos quoqꝫ ta-
bernacli et atrij p gyrū · fecit eneos. Hec
sunt instrumēta tabernacli testimonij ·
que enumerata sunt iuxta preceptum
moysi in cerimonijs leuitaꝝ p manū
ythamar filij aarō sacerdotis · que be-
seleel filius huri filij hur de tribu iuda
domino per moysen iubente comple-
uerat: iuncto sibi socio ooliab filio a-
chisamech de tribu dan: q̄ ⁊ ipe artifex
lignorū egregius fuit · et polimitari9 ·
atqꝫ plumari9 · ex iacincto · purpura ·
vermiculo et bisso. Omne aurum qd̄
expensum est in opere sanctuarij · et
quod oblatum est i donarijs viginti
et nouem talentoꝝ fuit · et septīgētoꝝ
triginta sicloꝝ: ad mēsurā sanctuarij.
Oblatum est autem ab hijs q̄ transie-
runt ad numerum · a viginti annis ⁊
supra: de sexcentis tribus milibus et
quingentis quīquaginta armatorū.
Fuerunt p̄terea centū talenta argenti:
e quibꝫ conflate sūt bases sanctuarij ·
et introitus ubi velum pendet. Centū
bases facte sunt de talentis centum:
singulis talentis per bases singulas
supputatis. De mille autē septingen-
tis et septuaginta quinqꝫ fecit capita
columnarum: quas et ipās vestiuit
argēto. Eris quoqꝫ oblata sūt talen-
ta septuagīta duo milia · et q̄dringēti
supra sicli: ex quibus fuse sunt bases
in introitu tabernaculi testimonij · et
altare eneum cum craticula sua · o-
mniaqꝫ vasa que ad usum eius perti-
nent: et bases atrij · tam in circuitu
q̄ȝ i ingressu eius: et paxilli taberna-
culi atqꝫ atrij p gyrū. Cap̄. xxxix.

De iacincto vero et purpura · ver-
miculo ac bisso · fecit vestes · qui-
bus indueret aaron · quādo ministra-
bat in sanctis: sicut precepit dominus
moysi. Fecit igitur superhumerale de
auro · iacincto ⁊ purpura · coccoqꝫ bis-
tincto ⁊ bisso retorta: ope polimitario.
Inciditqꝫ bracteas aureas · et extenua-
uit in fila ut possent torqueri cū priorū
colorum subtegmine: duasqꝫ oras
sibi inuicem copulatas in utroqꝫ late-
re summitatum · et baltheum ex eisdē
coloribus: sicut p̄ceperat dominus
moysi. Parauit et duos lapides o-
nichinos astrictos et inclusos auro:
et sculptos arte gēmaria nominibus
filiorū israhel. Sex nomina in lapide
uno · ⁊ sex in altero: iuxta ordinem na-
tiuitatis eorum. Posuitqꝫ eos in la-
teribꝫ superhumeralis · in monimen-
tum filiorum israhel: sicut preceperat

dñs moysi. Fecit et racionale ope po-
limito · iuxta opus superhumeralis · ex
auro · iacincto · purpura coccoq; bis-
tincto et bisso retorta: quadrangulū ·
duplex · mensure palmi: et posuit in
eo gemmarum ordines quatuor. In
primo versu erat sardius · topazius
smaragdus: in secundo carbunculus
saphirus · iaspis: in tercio · ligurius ·
achates · ametistus: in quarto · crisoli-
tus · onichinus · et berillus: circundati
et inclusi auro p ordines suos. Ipiq;
lapides duodecim · sculpti erāt nomi-
nibus duodecim tribuū isrl: singuli
p nomina singulorum. Fecerunt in
racionali ⁊ catenulas sibi invicem co-
herentes de auro purissimo: et duos
uncinos · totidemq; anulos aureos.
Porro anulos posuerūt in utroq; la-
tere racionalis ex quibȝ penderēt due
catene auree: quas inseruerūt uncinis
qui in superhumeralis angulis emine-
bant. Hec et ante ⁊ retro ita conveniebāt
sibi: ut superhumerale et racionale
mutuo necterentur · stricta ad balthēū
et anulis fortius copulata · quos iun-
gebat vitta iacinctina · ne laxe fluerēt
et a se invicē moverentur: sicut pcepit
dñs moysi. Fecerunt quoq; tunicam
superhumeralis totam iacinctinam ·
et capitium in superiori parte contra
medium · oramq; per gyrum capitii
textilem: deorsum autē ad pedes ma-
lapunica ex iacincto purpura · vermi-
culo ac bisso retorta: et tintinnabula
de auro mūdissimo · que posuerūt inter
malagranata in extrema parte tunice
per gyrū: tintinnabulum autē aureū
et malumpunicum: quibus ornatus
incedebat pontifex quādo ministerio
fungebatur · sicut precepit dominus
moysi. Fecerūt ⁊ tunicas bissinas ope

textili aaron et filiis eius ⁊ mitras cū
coronulis suis ex bisso: feminalia q;
linea bissina: cingulum vero de bisso
retorta · iacincto · purpura · ac vermicu-
lo · distinctū arte plumaria · sicut pre-
ceperat dominus moysi. Fecerunt et
laminam sacre veneracionis de auro
purissimo: scripserūtq; in ea opere
gemmario sanctum domini: et strin-
xerunt eam cū mitra vitta iacinctina ·
sicut precepit dñs moysi. Perfectū
est igitur omne opus tabernaculi ⁊ tecti
testimonii. Feceruntq; filii isrl cuncta
que preceperat dominus moysi: ⁊ ob-
tulerūt tabernaculum · et tectum · et uni-
versā supellectilem: anulos · tabulas ·
vectes · columnas · ac bases · opertoriū
de pellibȝ arietum · rubricatis · ⁊ aliud
operimentum de iacinctinis pellibȝ:
velum · archam · vectes · ppiciatorium ·
mensam cum vasis suis · ⁊ ppositionis
panibȝ · candelabrum · lucernas · ⁊ uten-
silia earum cū oleo: altare aureum · ⁊
unguentum · et thymiama ex aromati-
bus: et tentorium in introitu taberna-
culi · altare eneum · reticulum · vectes ·
et vasa eius omnia: labrum cum basi
sua · tentoria atrii · et columnas cum
basibus suis: tentorium in introitu a-
trii · funiculosq; illi⁹ ⁊ paxillos. Nichil
ex vasis defuit: que in ministeriū taber-
naculi et in tectū federis iussa sunt fieri.
Vestes q; quibus sacerdotes utunt in
sanctuario · aaron scilicet et filii eius ·
obtulerūt filii israhel: sicut preceperat
dominus. Que postq; moyses cuncta
vidit expleta: benedixit eis. ca. xl.
Locutusq; ē domin⁹ ad moysen di-
cens. Mense pmo pma die men-
sis eriges tabernaculum testimonii: ⁊
pones in eo archam · dimittesq; ante
illam velum: et illata mensa · pones

sup eam que rite pcepta sūt. Candela-
brum statuit cū lucernis suis: et altare
aureū: i quo adolet incensū corā archa
testimonij. Tentoriū i introitu taberna-
culi testimonij pones: et ante illud al-
tare olocausti. Labrum inter altare et
tabernaclm: qd implebis aqua. Cir-
cundabisq; atriū tentorijs: et ingressū
eius. Et assumpto unctionis oleo un-
ges tabernaclm cū vasis suis ut sancti-
ficent: altare olocausti et omīa vasa
eius: labrū cū basi sua. Omīa unctio-
nis oleo consecrabis: ut sint sancta
sanctorū. Applicabisq; aaron et filios
eius ad fores tabernacli testimonij: et
lotos aqua indues sanctis vestibus:
ut ministrent michi: et unctio eorū in
sacerdotiū sempiternū proficiat. Fecit-
q; moyses omīa q̄ pceperat dominus.
Igit mense pmo anni scdi prima die
mensis: collocatū ē tabernaclm. Erexit-
q; moyses illud et posuit tabulas ac
bases et vectes: statuitq; columnas et
expandit tectū sup tabernaclm: imposi-
to desup opimento: sicut dns impera-
uerat. Posuit et testimoniū in archa:
subditis infra vectib3: et oraclm desup.
Cūq; intulisset archam i tabernaclm
testimonij: appendit ante eā velum ut
expleret dni iussionem. Posuit et men-
sam in tabernaclo testimonij ad pla-
gam septentrionalē extra velum: ordi-
natis corā: ppositionis panib3: sicut
pceprat dns moysi. Posuit et candela-
brum i tabernaclo testimonij eregione
mense: in parte australi: locatis per
ordinem lucernis iuxta pceptum dni.
Posuit et altare aureum sub tecto testi-
monij cōtra velum: et adoleuit sup eo
incensum aromatū: sicut iusserat dns
moysi. Posuit et tentoriū i introitu ta-
bernacli testimonij: et altare olocausti
in vestibulo testimonij: offerens in eo
olocaustū et sacrificia ut dns impaue-
rat. Labrū qz statuit inter tabernaclm
testimonij et altare implens illud a-
qua: lauerūtq; in eo moyses et aaron
ac filij eius manus suas ac pedes: cū
ingrederent tectū federis: et accederent
ad altare: sicut preceperat dns moysi.
Erexit et atriū p gyrum tabernaculi et
altaris: ducto in introitu ei9 tentorio.
Postq; omīa pfecta sūt opuit nubes
tabernaculū testimonij: et gloria dni
impleuit illud. Nec poterat moyses
ingredi tectū federis: nube opiente oīa:
et maiestate dni coruscāte: quia cūcta
nubes operuerat. Si quādo nubes taber-
naculū deserebat: pficiscebant filij isrl
p turmas suas. Si pendebat desup: ma-
nebant in eodem loco. Nubes quippe
dni incubabat p diem tabernaclo: et i-
gnis i nocte: videntib3 cūctis populis
israhel per cunctas mansiones suas.

Explicit hellesmoth. id est exodus.

Incipit vaiecra. id est leuiticus. C. i.

Vocauit autē moy-
sen: et locutus est ei
dns de tabernaculo
testimonij dicēs. Lo-
quere filijs israhel:
et dices ad eos. Ho-
mo q̄ obtulerit ex vobis hostiam dno
de pecorib3 idest de bobus et ouibus
offerens victimas: si olocaustū fuerit
eius oblatio ac de armento: masculū
immaculatū offeret ad ostiū tabernacli
testimonij: ad placandum sibi dnm.
Ponetq; sup caput hostie manus: et
acceptabilis erit: atq; in expiationem
eius proficiēs. Immolabitq; vitulū
corā dno: et offerēt filij aarō sacerdotes
sanguinem eius: fundentes per altaris
circuitū: qd est ante ostiū tabernaculi.

Detractaq; pelle hostie·artus ī frusta
concident: et subicient ī altari ignem·
strue lignoꝝ ante composita·⁊ mēbra
que sunt cesa desup ordinātes·caput
videlicet et cuncta que adherent iecori·
intestinis et pedibus lotis aqua: ado-
lebitq; ea sacerdos super altare in olo-
caustū et suauem odorem dn̄o. Quod
si de pecoribus oblatio ē·de ouibȝ siue
de capris olocaustū: agnū anniculū
et absq; macula offeret: immolabitq;
ad lat⁹ altaris qḋ respicit ad aquilo-
nem·corā dn̄o. Sanguinē vero illi⁹
fundēt sup altare filij aarō·p circuitū:
diuidentq; mēbra·caput et oīa que
adherent iecori: et imponēt sup ligna·
quibȝ subiciendus ē ignis. Intestina
vero et pedes lauabūt aqua: ⁊ oblata
oīa adolebit sacerdos super altare ī
olocaustū et odorem suauissimū dn̄o.
Si autē de auibus olocausti oblatio
fuerit dn̄o·de turturibus et pullis co-
lumbe: offeret eā sacerdos ad altare·⁊
retorto ad collū capite·ac rupto vul-
neris loco·decurrere faciet sanguinē
sup crepidinem altaris: vesiculā vero
gutturis et plumas·proiciet ꝓpe alta-
re ad orientalē plagā·in loco in quo
cineres effundi solent. Confringetq;
ascellas eius·et non secabit: nec ferro
diuidet eam: et adolebit super altare·
lignis igne supposito. Olocaustū ē et
oblatio suauissimi odoris dn̄o. c. ii.

Anima cū obtulerit oblationem
sacrificij domino: simila erit ei⁹
oblatio. Fundetq; sup eam oleum et
ponet thus: ac deferet ad filios aarō
sacerdotis. Quoꝝ vnus tollet pugillū
plenū simile et olei ac totum thus: et
ponet memoriale sup altare·ī odorē
suauissimū dn̄o. Quod autē reliquū
fuerit de sacrificio erit aaron et filiorū
eius: sanctū sanctorū de oblationibȝ
dn̄i. Cum autē obtuleris sacrificium
coctū ī clibano de simila·panes scilicet
absq; fermēto cōspersos oleo·et laga-
na azima oleo lita: si oblatio tua fue-
rit de sartagine·simile consperse oleo
et absq; fermēto: diuides eā minutatī·
et fundes sup eam oleū. Si autem·de
craticula fuerit sacrificiū·eque simila
oleo cōspergetur: quā offerens dn̄o·
trades manibus sacerdotis. Qui cum
obtulerit eā·tollet memoriale de sacri-
ficio: et adolebit super altare in odorē
suauitatis domino. Quicquid autem
reliquum est·erit aaron et filioꝝ eius:
sanctum sanctoꝝ de oblationibȝ dn̄i.
Omnis oblatio que offertur domino
absq; fermento fiet: nec quicq̄ fermēti
ac mellis adolebitur in sacrificio dn̄i:
Primicias tantū eorum offeretis et
munera: sup altare vero nō imponent
in odorē suauitatis. Quicquid obtu-
leris sacrificij·sale cōdies: nec auferes
sal federis dei tui de sacrificio tuo. In
omī oblatōne offeres sal. Si autē ob-
tuleris munus p̄mitiaꝝ frugū tuarū
dn̄o·de spicis adhuc virētibȝ: torrebis
eas igni·⁊ confriges ī morē farris·et
sic offeres p̄micias tuas dn̄o: fundens
sup ea oleū et thus imponens·quia
oblatio dn̄i ē. De qua adolebit sacer-
dos in memoriam muneris·partem
farris fracti·⁊ olei: ac totū thus. c. iii.

Quod si hostia pacificoꝝ fuerit ei⁹
oblatio·et de bobus voluerit
offerre·marē siue feminā: immaculata
offeret corā dn̄o. Ponetq; manū sup
caput·victime sue: que immolabitur
in introitu tabernaculi testimonij. Fun-
dentq; filij aarō sacerdotis·sāguinem
per altaris circuitū: et offerent de hostia
pacificoꝝ in oblationē dn̄o adipem

qui operit vitalia · et quicquid pinguedinis est intrinsecus, duos renes cum adipe quo teguntur ilia · et reticulum iecoris cum renunculis: adolebuntque ea super altare in olocaustum lignis igne supposito in oblationem suavissimi odoris dño. Si vero de ovibus fuerit eius oblatio et pacificorum hostia: sive masculum obtulerit sive feminam: immaculata erunt omnia. Si agnum obtulerit coram domino · ponet manum suam super caput victime sue: qui immolabitur in vestibulo tabernaculi testimonii. Fundentque filii aaron sanguinem eius per circuitum altaris: et offerent de pacificorum hostia sacrificium dño · adipem et caudam totam cum renibus et pinguedinem que operit ventrem atque universa vitalia · et utrumque renunculum cum adipe qui est iuxta ilia · reticulumque iecoris cum renunculis: et adolebit ea sacerdos super altare in pabulum ignis et oblationis dñi. Si capra fuerit eius oblatio · et obtulerit eam dño: ponet manum suam super caput eius: immolabitque eam in introitu tabernaculi testimonii. Et fundent filii aaron sanguinem eius per altaris circuitum: tollentque ex ea in pastum ignis dominici: adipem qui operit ventrem · et qui tegit universa vitalia · duos renunculos cum reticulo quod est super eos iuxta ilia · et arvinam iecoris cum renunculis: adolebitque ea super altare sacerdos · in alimoniam ignis et suavissimi odoris. Omnis adeps domini erit iure perpetuo · in generationibus et cunctis habitaculis vestris, nec sanguinem nec adipem omnino comedetis. ca. iiii.

Locutusque est dñs ad moysen dicens. Loquere filiis israhel. Anima que peccaverit per ignorantiam · et de universis mandatis domini que precepit ut non fierent · quippiam fecerit: si sacerdos qui unctus est peccaverit · delinquere faciens populum: offeret pro peccato suo vitulum immaculatum dño. Et adducet illum ad ostium tabernaculi testimonii · coram dño: ponetque manum super caput eius: et immolabit eum domino. Hauriet quoque de sanguine vituli: inferens illum in tabernaculum testimonii. Cumque intinxerit digitum in sanguinem asperget eum septies coram dño: contra velum sanctuarii. Ponetque de eodem sanguine super cornua altaris thymiamatis gratissimi dño: quod est in tabernaculo testimonii. Omnem autem reliquum sanguinem fundet in basim altaris olocausti · in introitu tabernaculi. Et adipem vituli offeret pro peccato: tam eum qui vitalia operit · quam omnia que intrinsecus sunt · duos renunculos et reticulum quod est super eos iuxta ilia · et adipem iecoris cum renunculis · sicut offertur de vitulo hostie pacificorum: et adolebit ea super altare olocausti. Pellem vero et omnes carnes · cum capite et pedibus et intestinis et fimo et reliquo corpore efferet extra castra in locum mundum · ubi cineres effundi solent: incendetque ea super lignorum struem: que in loco effusorum cinerum cremabuntur. Quod si omnis turba filiorum israel ignoraverit · et per imperitiam fecerit quod contra mandatum domini est · et postea intellexerit peccatum suum: offeret pro peccato suo vitulum. Adducetque eum ad ostium tabernaculi: et ponent seniores populi manus super caput eius coram dño. Immolatoque vitulo in conspectu dñi · inferet sacerdos qui unctus est de sanguine eius in tabernaculum testimonii: tincto digito aspergens septies contra velum. Ponetque de eodem sanguine in cornibus altaris: quod est coram dño

in tabernaculo testimonij. Reliquum
autē sanguinem fundet iuxta basim
altaris olocaustoꝝ: quod est in ostio
tabernaculi testimonij. Omnemq; eius
adipem tollet. et adolebit super altare.
sic faciens et de hoc vitulo quomodo
fecit ⁊ prius: et rogāte ꝓ eis sacerdote
propicius erit eis dn̄s. Ipsum autem
vitulū efferet extra castra atq; cōburet
sicut et priorē vitulū: q̄a est ꝓ peccato
multitudinis. Si peccauerit princeps
et fecerit unū e pluribꝫ per ignoranciā
quod domini lege prohibet. et postea
intellexerit peccatū suū: offeret hostiā
coram dn̄o. hircum de capris imma-
culatum: ponetq; manum suam sup
caput eius. Cumq; immolauerit eum
in loco ubi solet mactari olocaustum
coram dn̄o. quia ꝓ peccato ē: tinget
sacerdos digitum in sanguine hostie
pro peccato. tangens cornua altaris
olocausti. et reliquū fundēs ad basim
eius: adipē vero adolebit supra sicut
in victimis pacificoꝝ fieri solet. Roga-
bitq; ꝓ eo sacerdos et pro peccato ei9:
et dimittetur ei. Quod si peccauerit a-
nima per ignoranciam de populo terre
ut faciat quicq; de hijs que dn̄i lege
prohibent. atq; delinquat. et cognou-
erit peccatum suum. offeret capram
immaculatam: ponetq; manus supe
caput hostie que pro peccato est: ⁊ im-
molabit eam ī loco olocausti. Tollet-
q; sacerdos de sanguine ī digito suo:
et tangens cornua altaris olocausti.
reliquū fundet ad basim ei9. Omnem
autē adipē auferens sicut auferri solet
de victimis pacificorū adolebit super
altare ī odorem suauitatis domino:
rogabitq; pro eo: et dimittet ei. Sin
autem de pecoribus obtulerit victimā
pro peccato: ouē scilicet immaculatā:

ponet manum sup caput eius: et im-
molabit eam in loco ubi solent cedi
olocaustoꝝ hostie. Sumetq; sacerdos
de sanguine ei9 digito suo: et tangēs
cornua altaris olocausti. reliquum
fundet ad basim eius. Omnē quoq;
adipē auferēs. sicut auferri solet adeps
arietis q̄ immolat̄ ꝓ pacificis: crema-
bit sup altare incensū dn̄i: rogabitq;
pro eo et ꝓ pcc̄o ei9: ⁊ dimittet̄ ei. c. v.

Si peccauerit anima et audierit
vocē iurantis testisq; fuerit q̄d
ipē vidit aut conscius est: nisi indica-
uerit. portabit iniq̄tatem suā. Anima
que tetigerit aliq̄d immūdū. siue q̄d
occisum a bestia est. aut p se mortuū.
aut q̄dlibet aliud reptile ⁊ oblita fue-
rit immūdicie sue. rea est et deliquit:
et si tetigerit quicq̄ de immūdicia ho-
minis iuxta omnem impuritatē qua
pollui solet oblitaq; cognouerit poste-
a: subiacebit delicto. Anima q̄ iura-
uerit et ꝓtulerit labijs suis ut uel ma-
le quid faceret uel bene et non fecerit. ⁊
idipm̄ iuramēto ⁊ sermone firmauerit.
oblitaq; postea intellexerit delictū suū:
agat penitenciā pro peccato ⁊ offerat
de gregibus agnam siue capram: o-
rabitq; pro eo sacerdos ⁊ pro peccato
eius. Sin autem non potuerit offerre
pecus. offerat duos turtures uel duos
pullos columbaꝝ dn̄o: unū pro pcc̄o
et alterū in olocaustum: dabitq; eos
sacerdoti. Qui primū offerens pro pec-
cato retorquebit caput eius ad pennu-
las. ita ut collo adhereat et nō penit9
abrumpat̄: et asperget de sanguine
eius parietem altaris. Quicquid aūt
reliquū fuerit faciet distillare ad fun-
damentum eius: quia pro peccato est.
Alterū vero in olocaustū adolebit ut
fieri solet: rogabitq; pro eo sacerdos

et pro pcc̄o eius: et dimittet̄ ei. Quod
si non quiuerit man⁹ ei⁹ duos offerre
turtures · aut duos pullos columbe-
rum: offeret pro pcc̄o suo simile partē
ephy · decimam. Non mittet ī eā oleū
nec thuris aliquid imponet · q̄a pro
peccato est: tradetq; eam sacerdoti; q̄
plenū ex ea pugillum hauriēs crema-
bit super altare in monimentum eius
qui obtulerit · rogans pro illo et expi-
ans: reliquā vero partem ip̄e habebit
in munere. Locutusq; ē dominus ad
moysen dicens. Anima si preuaricās
cerimonias p̱ errorem · in hijs q̄ dn̄o
sūt sanctificata peccauerit: offeret pro
delicto suo arietem immaculatum de
gregibus · qui emi potest duob; siclis
iuxta pondus sanctuarij: ip̄mq; qd̄
intulit damni restituet et quintā partē
ponet supra tradens sacerdoti: q̄ roga-
bit pro eo offerens arietem: ⁊ dimittet̄
ei. Anima q̄ peccauerit p̱ ignorantiā
feceritq; unū ex hijs que domini lege
prohibentur · et peccati rea · intellexerit
iniquitatem suam · offeret arietem im-
maculatum de gregib; sacerdoti iuxta
mensuram estimationemq; peccati, q̄
orabit p̱ eo qd̄ nesciēs fecerit: ⁊ dimit-
tet̄ ei · q̄a p̱ errorē deliquit ī dn̄o. ca. vi.
Locutusq; est dn̄s ad moysen di-
cens. Anima que peccauerit · et
contēpto domino negauerit proximo
suo depositum quod fidei eius creditū
fuerat · vel vi aliquid extorserit · aut ca-
lumniam fecerit siue rem perditam in-
uenerit et inficians insup peierauerit ·
et qd̄libet aliud · ex pluribus fecerit in
quibus solent peccare homines: con-
uicta delicti reddet om̄ia que p̱ fraudē
voluit obtinere integra: et quintam
insup partem dn̄o cui damnū intule-
rat. Pro pcc̄o autē suo offeret arietem
immaculatum de grege: et dabit eum
sacerdoti iuxta estimationem mensu-
ramq; delicti: qui rogabit pro eo corā
dn̄o · et dimittetur illi pro singulis q̄
faciendo peccauit. Locutusq; est dn̄s
ad moysen · dicens. Precipe aaron et
filijs eius. Hec ē lex olocausti. Crema-
bitur in altari tota nocte usq; mane.
Ignis ex eodem altari erit. Vestietur
tunica sacerdos · et feminalib; lineis:
tolletq; cineres quos vorans ignis
exussit: et ponens iuxta altare · spolia-
bitur p̱orib; vestimentis: indutusq;
alijs efferet eos extra castra: et in loco
mūdissimo usq; ad fauillam cōsumi
faciet. Ignis autem in altari semper
ardebit: quē nutriet sacerdos · subiciēs
ligna mane · p̱ singulos dies: et impo-
sito olocausto desup · adipes adolebit
pacificor̄. Ignis est iste perpetuus: qui
nunq̄ deficiet in altari. Hec est lex sa-
crificij et libamentor̄ que offerent filij
aaron corā dn̄o et corā altari. Tollet
sacerdos pugillum simile q̄ conspersa
est oleo · et totum thus · qd̄ sup similā positū
est: adolebitq; illud in altari in moni-
mentum odoris suauissimi domino.
Reliquā autē partem simile comedet
aaron cum filijs suis absq; fermento
et comedet in loco sanctuarij taberna-
culi. Ideo autem non fermentabitur:
quia pars eius in dn̄i offertur incen-
sum. Sanctum sanctor̄ erit: sicut pro
peccato atq; delicto. Mares tantum
stirpis aarō · comedent illud. Legiti-
mum ac sempiternum erit in generati-
onib; vestris de sacrificijs dn̄i. Om̄is
qui tetigerit illa sanctificabitur. Locu-
tusq; est dn̄s ad moysen dicens. Hec
est oblatio aaron et filior̄ eius quā
offerre debent domino ī die unctionis
sue. Decimam partem ephy offerent

simile ī sacrificio sempiterno. Mediū
eius mane et medium eius vespere: q̄
in sartagine oleo conspersa frigetur.
Offeret autem eā calidam in odorem
suauissimū dño sacerdos qui iure pa-
tri successerit: ⁊ tota cremabit᷑ in altari.
Omne enim sacrificiū sacerdotū igne
consumetur: nec quisq̄ comedet ex eo.
Locutus est autem dominus ad mo-
ysen dicens. Loquere aaron et filijs ei⁹.
Ista est lex hostie pro peccato. In loco
ubi offertur olocaustum immolabit᷑
coram domino. Sanctum sanctorū
est. Sacerdos qui offert comedet eam
in loco sancto ī atrio tabernacli. Quic-
quid tetigerit carnes eius sanctificabi-
tur. Si de sanguine illius vestis fuerit
aspersa lauabit᷑ in loco sancto. Uas
autē fictile in quo cocta est cōfringet᷑:
q̄ si vas eneum fuerit defricabitur: et
lauabit᷑ aqua. Omnis masculus de
genere sacerdotali vescetur de carnib₃
eius: quia sanctum sanctorū ē. Hostia
enim que ceditur pro peccato cui⁹ san-
guis infertur ī tabernacl'm testimonij
ad expiandum in sanctuario non co-
medetur: sed comburetur igni. ca. vii.

Hec ē quoq₃ lex hostie pro delicto.
Sancta sanctorū est. Idcirco ubi
immolabit᷑ olocaustū: mactabitur ⁊
victima pro delicto. Sanguis eius p̄
gyrum altaris fundetur. Offerent ex
ea caudam ⁊ adipem qui opit vitalia:
duos renunculos et pinguedinē que
iuxta ilia ē: reticulumq₃ iecoris cū renun-
culis: et adolebit ea sacerdos sup alta-
re. Incensum est domini pro delicto.
Omnis masculus de sacerdotali gene-
re ī loco sancto vescetur hijs carnib₃:
quia sanctum sanctorū est. Sicut pro
pctō offert᷑ hostia: ita et p delicto. Utri-
usq₃ hostie lex vna erit. Ad sacerdotem
qui eam obtulerit pertinebit. Sacerdos
qui offert olocausti victimā: habebit
pellem eius. Et omē sacrificiū simile
quod coquitur in clibano: et quicqd
in craticula vel in sartagine pparatur
ei⁹ erit sacerdotis a quo offertur: siue
oleo conspersa siue arida fuerit. Cūctis
filijs aarō mensura equa p singulos
diuidetur. Hec est lex hostie pacificorū:
que offertur domino. Si pro gratiarū
actione oblatio fuerit: offerent panes
absq₃ fermento conspersos oleo et la-
gana azima vncta oleo coctamq₃ si-
milam et collirídas olei admixtione
conspersas: panes quoq₃ fermētatos
cum hostia gratiarū que immolatur
pro pacificis: ex quibus vnus p pri-
micijs offertur dño: et erit sacerdotis
qui fundet hostie sanguinem. Cuius
carnes eadem comedent᷑ die: nec rema-
nebit ex eis quicq̄ usq₃ mane. Si vo-
to vel sponte quispiā obtulerit hostiā:
eadem similiter edetur die. Sed ⁊ si qd
in crastinū remanserit: vesci licitū est.
Quicquid autē tercius inuenerit dies
ignis absumet. Si quis de carnibus
victime pacificorū die tercio comederit:
irrita fiet ei⁹ oblatio nec proderit offe-
renti: quin pocius quecunq₃ anima
tali se edulio contaminauerit puari-
cationis rea erit. Caro que aliquid te-
tigerit immundū non comedetur: sed
cōburetur igni. Qui fuerit mūdus
vescetur ex ea. Anima polluta q̄ ederit
de carnib₃ hostie pacificorū q̄ oblata
est dño: peribit de populis suis: et que
tetigerit immundiciam hominis vel
iumenti siue omnis rei que polluere po-
test: et comederit de huiuscemodi car-
nib₃: interibit de pplis suis. Locutusq₃
est dns ad moysen dicens. Loquere fi-
lijs israhel. Adipem ouis et bouis et

capre non comedetis. Adipem cadaveris morticini et eius animalis quod a bestia captum est: habebitis in varios usus. Si quis adipem qui offerri debet in incensum domini comederit: peribit de populo suo. Sanguinem quoque omnis animalis non sumetis in cibo: tam de avibus quam de pecoribus. Omnis anima que ederit sanguinem: peribit de populis suis. Locutusque est dominus ad moysen dicens. Loquere filiis israhel dicens. Qui offert victimam pacificorum domino: offerat simul et sacrificium id est libamenta eius. Tenebit manibus adipem hostie: et pectusculum. Cumque ambo oblata domino consecraverit: tradent sacerdoti: qui adolebit adipem super altare: pectusculum autem erit aaron et filiorum eius. Armus quoque dexter de pacificorum hostiis cedet in primitias sacerdotis. Qui obtulerit sanguinem et adipem filiorum aaron: ipse habebit et armum dextrum in portione sua. Pectusculum enim elevacionis et armum separacionis tuli a filiis israhel de hostiis eorum pacificis: et dedi aaron sacerdoti et filiis eius lege perpetua ab omni populo israhel. Hec est unctio aaron et filiorum eius in cerimoniis domini die quo obtulit eos moyses ut sacerdocio fungerentur: et que precepit eis dari dominus a filiis israhel religione perpetua in generacionibus suis. Ista est lex olocausti et sacrificii pro peccato atque delicto: et pro consecratione et pacificorum victimis quam constituit dominus moysi in monte synai: quando mandavit filiis israhel ut offerrent oblationes suas domino in deserto synai. C. VIII.

Locutusque est dominus ad moysen dicens. Tolle aaron cum filiis suis: vestes eorum et unctionis oleum: vitulum pro peccato: duos arietes canistrum cum azimis: et congregabis omnem cetum ad ostium tabernaculi. Fecit moyses ut dominus imperarat: congregataque omni turba ante fores tabernaculi ait. Iste est sermo quem iussit dominus fieri. Statimque obtulit aaron et filios eius. Cumque lavisset eos: vestivit pontificem subucula linea: accingens eum balteo et induens eum tunica iacinthina: et desuper humerale imposuit: quod astringens cingulo aptavit racionali in quo erat doctrina et veritas. Cidari quoque texit caput: et super eam contra frontem posuit laminam auream consecratam in sanctificacione: sicut preceperat ei dominus. Tulit et unctionis oleum: quo linivit tabernaculum cum omni supellectili sua. Cumque sanctificans aspersisset altare septem vicibus unxit illud et omnia vasa eius: labrumque cum basi sua sanctificavit oleo. Quod fundens super caput aaron: unxit eum et consecravit. Filios quoque eius oblatos consecravit: vestivitque tunicis lineis et cinxit balteo: imposuitque mitras ut iusserat dominus. Obtulit et vitulum pro peccato. Cumque super caput eius posuisset aaron et filii eius manus suas: immolavit eum hauriens sanguinem: et tincto digito tetigit cornua altaris per gyrum. Quo expiato et sanctificato: fudit reliquum sanguinem ad fundamenta eius. Adipem autem qui erat super vitalia et reticulum iecoris duosque renunculos cum arvinulis suis adolevit super altare: vitulum cum pelle et carnibus et fimo cremans extra castra: sicut preceperat dominus. Obtulit et arietem in olocaustum. Super cuius caput cum imposuissent aaron et filii eius manus suas immolavit eum: et fudit sanguinem eius per circuitum altaris. Ipsumque arietem

super altare

in frusta concidens·caput eius ⁊ artꝰ
et adipem adoleuit igni: lotis prius
intestinis et pedibꝫ. Totumq; simul
arietē incendit super altare eo q̄ esset
olocaustum suauissimi odoris dn̄o:
sicut p̄ceperat ei. Obtulit ⁊ arietē secūdū
in consecrationē sacerdotū:posuerunt
q; super caput eius aaron et filij eius
manus suas. Quem cū immolasset
moyses:sumens de sanguine·tetigit
extremū auricule dextre aarō·et pollicē
manus eius dextre:similiter et pedis.
Obtulit et filios aarō. Cumq; de san-
guine arietis immolati tetigisset extre-
mum auricule singulorꝫ dextre·et pol-
lices manus ac dextri pedis: reliquū
fudit super altare per circuitum. Adi-
pem vero et caudam·omnēq; pingue-
dinem que operit intestina:reticulum
q; iecoris et duos renes cū adipibus
suis ⁊ armo dextro separauit. Tollens
autem de canistro azimorum quod
erat coram dn̄o panes absq; fermēto·
et collirid ā aspersam oleo laganum
q;·posuit sup adipes et armū dextrū:
tradens simul omnia aaron et filijs
eius. Qui postq̄ leuauerunt ea coram
dn̄o·rursum suscepta de manibꝫ eorꝫ
adoleuit super altare olocausti:eo q̄
consecrationis esset oblatio in odorē
suauitatis sacrificij dn̄i. Tulit et pectu-
sculum eleuans illud corā domino de
ariete cōsecrationis in partem suam:
sicut p̄ceperat ei dominus. Assumens
q; vnguentum·⁊ sanguinem qui erat
sup altare aspersit super aaron et vesti-
menta eiꝰ:et super filios illius ac vestes
eorꝫ. Cumq; sanctificasset eos in vestitu
suo:p̄cepit eis dicens. Coquite carnes
ante fores tabernaculi:⁊ ibi comedite
eas. Panes quoq; cōsecrationis edi-
te q̄ positi sunt ī canistro: sicut p̄cepit
michi deus dicens. Aaron et filij eius
comedēt eos. Quicq̄d aūt reliquū fue-
rit de carne et panibꝫ·ignis absumet.
De ostio quoq; tabernaculi nō exibitis
septē diebus:usq; ad diem quo imple-
bitur tempꝰ cōsecrationis vestre. Septē
enim diebus finitur consecratio sicut
impresentiarꝫ factū ē:ut ritus sacrificij
compleretur. Die ac nocte manebitis
ī tabernaculo:obseruātes custodias dn̄i
ne moriamini. Sic enī michi p̄ceptū
ē. Feceruntq; aarō ⁊ filij eiꝰ cuncta que
locutꝰ est dn̄s per manū moysi. C. ix.

Facto autem octauo die vocauit
moyses aaron et filios eius ac
maiores natu israhel:dixitq; ad aarō.
Tolle de armento vitulū pro peccato·
et arietē in olocaustū·vtrunq; imma-
culatum: et offer illos corā domino:
et ad filios israhel loqueris. Tollite
hircum pro peccato et vitulum atq; a-
gnum anniculum et sine macula in
olocaustum:bouem et arietem ꝑ paci-
ficis·⁊ immolate eos coram domino:
in sacrificio singulorꝫ similam cōsper-
sam oleo offerentes. Hodie enim dn̄s
apparebit vobis. Tulerūt ergo cuncta
que iusserat moyses ad ostiū taberna-
culi:vbi cū omnis multitudo staret
ait moyses. Iste est sermo quē precepit
dn̄s, facite et apparebit vobis gloria
eius. Et dixit ad aaron. Accede ad al-
tare:et immola pro peccato tuo. Offer
olocaustum:et deprecare pro te ⁊ pro
populo. Cumq; mactaueris hostiam
populi:ora pro eo: sicut p̄cepit dn̄s.
Statimq; aaron accedens ad altare
immolauit vitulum pro peccato suo:
cuius sanguinē obtulerunt ei filij sui.
In quo tingens digitū tetigit cornua
altaris: et fudit residuū ad basim eiꝰ.
Adipemq; et renunculos ac reticulū

iecoris que sunt pro peccato adoleuit
sup altare: sicut preceperat dominus
moysi. Carnes vero et pellē eius extra
castra combussit igni. Immolauit ⁊
olocausti victimā. Obtuleruntq; ei filij
sui sanguinem eius: quē fudit p alta-
ris circuitū. Ipam etiā hostiā i frusta
concisam cū capite et membris singu-
lis obtulerunt: que omnia sup altare
cremauit igni: lotis aqua prius inte-
stinis et pedibus. Et pro peccato ppli
offerens · mactauit hircum: expiatoq;
altari fecit olocaustū · addens in sacri-
ficio libamenta · que pariter offerūtur
et adolens ea super altare: absq; ceri-
monijs olocausti matutini. Immo-
lauit et bouem atq; arietem hostias
pacificas populi. Obtuleruntq; ei filij
sui sanguinē quē fudit super altare in
circuitu: adipem aūt bouis · et caudā
arietis renunculosq; cū adipibȝ suis
et reticulū iecoris posuerūt sup pectora.
Cūq; cremati essent adipes in altari:
pectora eoȝ ⁊ armos dextros separauit
aaron eleuans coram dn̄o: sicut pre-
ceperat moyses. Et extendens manū
ad ppl'm benedixit ei: sicq; completis
hostijs pro peccato ⁊ olocaustis ⁊ pa-
cificis · descendit. Ingressi aūt moyses
et aaron in tabernaculū testimonij et
deinceps egressi: benedixerunt populo.
Apparuitq; gloria dn̄i om̄i multitu-
dini: et ecce egressus ignis a domino
deuorauit olocaustū et adipes: q̄ erāt
sup altare. Quod cū vidissent turbe: lau-
dauerūt dn̄m ruētes i facies suas. C. x
Arreptisq; nadab ⁊ abiu filij aarō
thuribulis suis imposuerunt i-
gnem et incensum desuper offerētes co-
ram domino ignē alienū: quod eis
preceptum non erat. Egressusq; ignis
a domino deuorauit eos: ⁊ mortui sūt
corā dn̄o. Dixitq; moyses ad aaron.
Hoc est qd̄ locutus est dn̄s. Sanctifi-
cabor in hijs qui appropinquant mi-
chi: et in conspectu omnis ppli glorifi-
cabor. Quod audiens tacuit aaron.
Vocatis autē moyses · misahele et e-
lisaphan · filijs oziel patrui aarō: ait
ad eos. Ite et tollite fratres vestros de
cōspectu sanctuarij: et asportate extra
castra. Confestimq; p gentes tulerunt
eos sicut iacebant vestitos lineis tuni-
cis: et eiecerunt foras ut sibi fuerat im-
peratum. Locutusq; ē moyses ad aarō
et ad eleazar ⁊ ythamar filios ei9. Ca-
pita vestra nolite nudare · et vestimēta
nolite scindere · ne forte moriamini: ⁊
sup omnem cetum oriat̄ indignatio.
Fratres vestri et om̄is domus israhel
plangāt incendiū qd̄ dn̄s suscitauit:
vos aūt non egredimini fores taber-
naculi: alioquin pibitis. Oleū quippe
sancte vnctionis est sup vos. Qui fece-
runt om̄ia iuxta preceptū moysi. Di-
xitq; dn̄s ad aaron. Vinū et omne
qd̄ inebriare potest nō bibetis · tu ⁊ filij
tui quādo intrabitis in tabernaculū
testimonij ne moriamini quia prece-
ptum sempiternum est ī generationes
vestras: et ut habeatis scientiā discer-
nendi · inter sanctū et prophanū · inter
pollutū et mundum: doceatisq; filios
israhel om̄ia legitima mea q̄ locutus
est dn̄s ad eos per manū moysi. Locu-
tusq; est moyses ad aaron: et ad elea-
zar et ythamar filios eius · qui erant
residui. Tollite sacrificiū qd̄ remansit
de oblatione domini ⁊ comedite illud
absq; fermēto iuxta altare: q̄a sanctū
sanctoȝ est. Comedetis aūt i loco san-
cto qd̄ datū est tibi et filijs tuis · de ob-
lationibus domini: sicut preceptum
ē michi. Pectusculū quoq; qd̄ oblatū

est· et armū qui separatus est: edetis in
loco mundissimo tu et filij tui: et filie
tue tecū. Tibi eni ac liberis tuis reposita
sunt de hostijs salutaribus filiorꝫ isra-
hel: eo ꝙ armū ⁊ pectus ⁊ adipes qui
cremātur in altari· eleuauerīt coram
dn̄o: et ptineāt ad te· ⁊ ad filios tuos·
lege perpetua: sicut p̄cepit dominus. In-
ter hec hircum qui oblat9 fuerat pro
peccato cum quereret moyses exustum
reperit: iratusq; contra eleazar· et ytha-
mar filios aaron qui remanserāt ait.
Cur non comedistis hostiā p peccato
in loco sancto· que sancta sanctorum
est· et data vobis ut portetis iniquita-
tem multitudinis ⁊ rogetis pro ea in
conspectu domini: p̄sertim cum de san-
guine illius nō sit illatū intra sancta·
et comedere debueratis eam in sanctu-
ario sicut p̄ceptum est michi? Respon-
dit aaron. Oblata est hodie victima
pro pctō ⁊ olocaustū corā dn̄o: michi
autē accidit qd̄ vides. Quomō potui
comedere eā: aut placere dn̄o ī cerimo-
nijs mēte lugubri? Quod cū audisset
moyses: recepit satisfactionem. C. xi.
Locutus est dn̄s ad moysen· ⁊ aa-
ron dicens. Dicite filijs israhel.
Custodite oīa que scripsi vobis: ut
sim deus vester. Hec sunt animalia q̄
comedere debetis de cunctis animan-
tibus terre. Omne qd̄ habet diuisam
ungulam et ruminat in pecoribꝫ co-
medetis. Quicquid aūt ruminat ⁊ ha-
bet ungulam sed nō diuidit eā· sicut
camelus ⁊ cetera· nō comedetis illud:
et inter immunda reputabitis. Cyro-
gryllus qui ruminat ungulamq; nō
diuidit immundus est. lepus quoq;
nam ⁊ ip̄e ruminat sed ungulam nō
diuidit: et sus que cū ungulam diui-
dat non ruminat; horꝫ carnibꝫ non
vescemini. Nec cadauera contingetis
quia immunda sunt vobis. Hec etiā
sunt que gignūtur in aquis: et vesci
licitum est. Omne quod habet pinnu-
las ⁊ squamas tam in mari q̄ in flu-
minibus et stagnis comedetis. Quic-
quid autē pinnulas et squamas nō
habet eorꝫ que in aquis mouentur et
viuūt abominabile vobis execrandū
q; erit. Carnes eorꝫ non comedetis: et
morticina vitabitis. Cuncta que non
habent pinnulas ⁊ squamas ī aquis
polluta erunt. Hec sunt q̄ de auibus
comedere nō debetis: et vitanda sunt
vobis. Aquilam· et griphē· et aliētū
et miluum· ac vulturem iuxta genus
suum: et omē coruini generis· in simi-
litudinem suam: strucionē· ⁊ noctuā·
et larum ⁊ accipitrē iuxta gen9 suum:
bubonē et mergulū· et ibin· et cignū
et onocrotalū· et porphirionem· hero-
dionem. et caradrion iuxta genus su-
um: upupam quoq; et vespertilionē.
Omne de volucribus quod graditur
sup quatuor pedes abominabile erit
vobis. Quicquid autē ambulat qui-
dem sup quatuor pedes sed habet lon-
giora retro crura p que salit super ter-
ram· comedere debetis: ut est brucus
in genere suo· ⁊ atthacus atq; ophi-
machus· atq; locusta: singula iuxta
genus suū. Quicquid aūt ex volucri-
bus· quatuor tantum habet pedes ex-
ecrabile erit vobis: et quicūq; morticī-
na eorum tetigerit polluetur· et erit
immūdus usq; ad vesperā: ⁊ si necesse
fuerit ut portet quippiā horū mortuū
lauabit vestimenta sua· et immūdus
erit usq; ad occasum solis. Omē ani-
mal quod habet quidem ungulam
sed nō diuidit eam· nec ruminat· im-
mūdum erit: ⁊ quicquid tetigerit illud

contaminabitur. Quod ambulat super
manus ex cunctis animantibus que
incedunt quadrupedia: immundum
erit. Qui tetigerit morticina eorum pollu-
etur usque ad vesperum: et qui portaverit
huiuscemodi cadavera lavabit vesti-
menta sua et immundus erit usque ad
vesperum: quia omnia hec immunda
sunt vobis. Hec quoque inter polluta
reputabuntur de hijs que moventur in
terra, mustela et mus et corcodrillus
singula iuxta genus suum: migale
cameleon et stellio et lacerta et talpa,
omnia hec immunda sunt. Qui tetigerit
morticina eorum immundus erit usque ad
vesperum: et super quod ceciderit quicquam de
morticinis eorum polluetur. Tam vas
ligneum et vestimentum quam pelles et cili-
cia et in quocumque fit opus tingentur
aqua et polluta erunt usque ad vesperum:
et sic postea mundabuntur. Vas autem
fictile in quod horum quicquam intro ceciderit
polluetur: et ideo frangendum est. Omnis
cibus quem comedetis si fusa fuerit super
eum aqua immundus erit: et omne li-
quens quod bibitur de universo vase im-
mundum erit. Et quicquid de mortici-
nis huiuscemodi ceciderit super illud
immundum erit: sive clibani sive chitro-
podes destruentur et immundi erunt. Fon-
tes vero et cisterne et omnis aquarum
congregacio munda erit. Qui mortici-
num eorum tetigerit polluetur. Si ceciderit
super sementem non polluet eam: si au-
tem quispiam aqua sementem perfuderit
et postea morticinis tacta fuerit: illico
polluetur. Si mortuum fuerit animal
quod licet vobis comedere: qui cadaver eius
tetigerit immundus erit usque ad vesperum.
Et qui comederit ex eo quippiam sive
portaverit lavabit vestimenta sua: et
immundus erit usque ad vesperum. Omne

quod reptat super terram abominabile
erit: nec assumetur in cibum. Quicquid su-
per pectus quadrupes graditur et multos
habet pedes sive per humum trahitur non
comedetis: quia abominabile est. No-
lite contaminare animas vestras: nec
tangatis quicquam eorum ne immundi sitis.
Ego sum dominus deus vester. Sancti estote:
quia ego sanctus sum. ne polluatis
animas vestras in omni reptili quod
movetur super terram. Ego enim sum dominus
qui eduxi vos de terra egipti: ut essem
vobis in deum. Sancti eritis: quia ego
sanctus sum. Ista est lex animantium
ac volucrum et omnis anime viven-
tis que movetur in aqua et reptat in
terra: ut differentias noveritis mun-
di et immundi: et ut sciatis quid co-
medere et respuere debeatis. Cap. xii.

Locutusque est dominus ad moysen di-
cens. Loquere filijs israhel: et di-
ces ad eos. Mulier si suscepto semine
pepererit masculum immunda erit septem
diebus iuxta dies separacionis menstrue:
et die octavo circumcidetur infantulus:
ipsa vero triginta tribus diebus manebit
in sanguine purificacionis sue. Omne
sanctum non tanget: nec ingredietur
in sanctuarium donec impleantur dies
purgacionis sue. Sin autem feminam
pepererit immunda erit duabus ebdoma-
dibus iuxta ritum fluxus menstrui: et
sexagintasex diebus manebit in san-
guine purificacionis sue. Cumque expleti
fuerint dies purgacionis sue pro fi-
lio sive pro filia deferet agnum annicu-
lum in olocaustum et pullum columbe
sive turturem pro peccato ad ostium
tabernaculi testimonij et tradet sacer-
doti, qui offeret illa coram domino: et
orabit pro ea: et sic mundabitur a proflu-
vio sanguinis sui. Ista est lex parturientis

masculū aut feminā. Quod si nō inue-
nerit manus eius nec potuerit offerre
agnū: sumet duos turtures vel duos
pullos columbe: vnū in olocaustū
et alterū pro peccato. Orabitq; pro ea
sacerdos et sic mundabitur. ca. xiii.
Locutusq; est dūs ad moysen et
aaron dicens. Homo in cuius
cute et carne ortus fuerit diuersus co-
lor siue pustula · aut lucens quippiā
id ē plaga lepre: adducetur ad aarō
sacerdotē · vel ad vnūquemlibet filiorū
eius. Qui cum viderit lepram ī cute · et
pilos ī album mutatos colorē · ipam
q; speciē lepre humiliorem cute et car-
ne reliqua: plaga lepre ē · et ad arbitri-
um eius separabitur. Sin autem lucēs
candor fuerit in cute · nec humilior car-
ne reliqua: et pili coloris pristini: re-
cludet eum sacerdos septem diebus · et
considerabit die septimo. Et siquidem
lepra vltra nō creuerit · nec transierit in
cute priores terminos: rursum recludet
eum septem diebꝫ aliis: et die septimo
contemplabitur. Si obscurior fuerit
lepra et non creuerit in cute mundabit
eū q̄a scabies ē: lauabitq; homo vesti-
menta sua · et mundus erit. Quod si
postq̄ a sacerdote visus ē et redditus
est mūdicie iterū lepra creuerit adducet
ad eum: et immūdicie condemnabitur.
Plaga lepre si fuerit ī homine addu-
cetur ad sacerdotem: et videbit eum.
Cumq; color albus in cute fuerit · et ca-
pillorū mutauerit aspectum · ipa quoq;
caro viua apparuerit: lepra vetustissi-
ma iudicabitur · atq; inolita cuti. Con-
taminabit itaq; eum sacerdos · et nō
recludet: quia perspicue immūdicie est.
Sin aūt effloruerit discurrens lepra ī
cute · et operuerit omnē carnē a capite
usq; ad pedes · quicquid sub aspectu
oculorū cadit: cōsiderabit eū sacerdos ·
et teneri lepra mundissima iudicabit:
eo q̄ omnis in candorem versa sit: et
idcirco homo mundus erit. Quando
vero caro viuēs in eo apparuerit · tunc
sacerdotis iudicio polluetur: et inter im-
mundos reputabitur. Caro enim viua
si lepra aspergitur: immūda ē. Quod
si rursum versa fuerit in alborem et to-
tum hominē operuerit: considerabit eū
sacerdos · et mundū esse decernet. Caro
autem et cutis ī qua vlcus natum est
et sanatū · et in loco vlceris cicatrix al-
ba apparuerit siue subrufa: adducetur
homo ad sacerdotem. Qui cū viderit
locū lepre humiliorem carne reliqua ·
et pilos versos in candorem: cōtami-
nabit eum. Plaga enim lepre orta ē
in vlcere. Quod si pilus coloris ē pri-
stini et cicatrix subobscura · et vicina
carne non est humilior: recludet eum
septem diebus. Et siquidem creuerit ·
adiudicabit eum lepre: sin aūt steterit
in loco suo · vlceris est cicatrix: et homo
mūdus erit. Caro autem et cutis quā
ignis exusserit · et sanata albam siue
rufam habuerit cicatricem: cōsiderabit
eam sacerdos. Et ecce versa est in albo-
rem · et locus eius reliqua cute ē humi-
lior: contaminabit eum: quia plaga
lepre in cicatrice orta ē. Quod si pilorū
color nō fuerit immutatus · nec humi-
lior plaga carne reliqua · et ipsa lepre
species fuerit subobscura: recludet eū
septem diebꝫ: et die septimo cōtempla-
bitur. Si creuerit in cute lepra conta-
minabit eum: sin aūt in loco suo can-
dor steterit non satis clarus · plaga
combustionis est et idcirco mūdabitur:
quia cicatrix est combusture. Vir siue
mulier in cuius capite vel barba ger-
minauerit lepra: videbit eos sacerdos.

Et si quidē humilior fuerit loc⁹ carne
reliqua·et capillus flau⁹·solitoq; sub-
tilior:contaminabit eos:quia lepra
capitis ac barbe est. Sin autē viderit
locū macule equalē vicine carni·et ca-
pillū nigrū:recludet eos septē diebus:
et die septimo intuebitur. Si nō creue-
rit macula·⁊ capillus sui coloris ē·et
locus plage carni relique equalis:ra-
detur homo absq; loco macle:⁊ reclu-
det septem diebus alijs. Si die septīo
visa fuerit stetisse plaga ī loco suo·nec
humilior carne reliqua·mūdabit eū:
lotisq; vestibꝫ suis mundus erit. Sin
autē post emundationem·rursus cre-
uerit macula in cute·nō queret ampli-
us utrū capill⁹ in flauū colorē sit con-
mutatus:quia aperte immūdus est.
Porro si steterit macula·et capilli ni-
gri fuerint:nouerit hominē sanatum
esse:et cōfidenter eū pronunciet mūdū.
Vir siue mulier in cuius cute candor
apparuerit:intuebit̄ eos sacerdos. Si
dephenderit subobscurū alborē lucere
in cute:sciat nō esse leprā·sed maculā
coloris candidi:et hoīem mundum.
Vir de cui⁹ capite capilli fluūt·calu⁹
ac mūdus est. Et si a fronte ceciderint
pili:recaluaster et mūdus ē. Sin autē
in caluicio siue ī recaluatione albus
uel rufus color fuerit exortus·et hoc
sacerdos viderit:condemnabit eum
haut dubie lepre:que orta est in cal-
uicio. Quicūq; ergo maculatus fuerit
lepra·⁊ separatus est ad arbitriū sacer-
dotis:habebit vestimenta dissuta ca-
put nudum·os veste cōtectum:conta-
minatum ac sordidum se clamabit.
Omni tempore quo leprosus est et im-
mūdus:solus habitabit extra castra.
Vestis lanea siue linea·que lepram
habuerit in stamine atq; subtemine
aut certe pellis uel quicquid ex pelle
confectum est:si alba uel rufa macula
fuerit infecta·lepra reputabit̄:ostendet̄
q; sacerdoti. Qui consideratā recludet
septem diebus:et die septimo rursus
aspiciēs·si dephenderit creuisse·lepra
perseuerans est:pollutum iudicabit
vestimentū·et omne in quo fuerit in-
uenta:⁊ idcirco comburetur flammis.
Quod si eā viderit nō creuisse·pcipiet
et lauabunt id in quo lepra est:reclu-
detq; illud septem diebus alijs. Et cū
viderit faciem quidem pristinam nō
reuersam nec tamen creuisse lepram:
inmūdum iudicabit ⁊ igne cōburet:
eo qđ infusa sit in superficie vestimenti
uel per totū lepra. Sin autē obscurior
fuerit locus lepre postq̄ vestis est lota:
abrūpet eū et a solido diuidet. Quod
si ultra apparuerit in hijs locis q̄ pri⁹
immaculata erant:lepra volatilis et
vaga debet igne comburi. Si cessaue-
rit·lauabit aqua ea q̄ pura sūt scđo:
et mūda erūt. Ista ē lex lepre vestimēti
lanei et linei·staminis atq; subtegmi-
nis·omnisq; supellectilis pellicee:quō
mūdari debeat uel contaminari. ca. xiiii.

Locutusq; est dominus ad moy-
sen dicens. Hic est ritus leprosi
quando mundand⁹ est. Adducetur
ad sacerdotem. Qui egressus de castris·
cum inuenerit lepram esse mundatā·
pcipiet ei qui purificat̄·ut offerat du-
os passeres viuos pro se quos vesci
licitū ē:et lignū cedrinū·vermiculum
q;·et ysopum. Et vnum ex passeribus
immolari iubebit in vase fictili super
aquas viuentes:aliū autem viuum
cum ligno cedrino et cocco et ysopo
tinget ī sanguine passeris immolati.
quo asperget illum qui mundandus
ē septies·ut iure purgetur:et dimittet

passerē viuū ut in agrū auolet. Cumq;
lauerit homo vestimenta sua · radet
omnes pilos corporis · ⁊ lauabitur a-
qua · purificatusq; ingredietur castra:
ita dumtaxat ut maneat extra taber-
naculum suū septem diebus: et die se-
ptima radet capillos capitis · barbam
q; ⁊ supcilia · ac totius corporis pilos.
Et lotis rursum vestib; et corpore · die
octauo assumet duos agnos imma-
culatos · et ouē anniculam absq; ma-
cula: et tres decimas simile ī sacrificiū
que conspersa sit oleo: et seorsum olei
sextariū. Cumq; sacerdos purificans
hominē statuerit eū et hec omīa corā
dño in ostio tabernaculi testimonij:
tollet agnū et offeret eum pro delicto
oleiq; sextariū. Et oblatis ante dñm
omīb; · immolabit agnum ubi solet
immolari hostia ꝑ pctō et olocaustū:
id est in loco sancto. Sicut enim pro
peccato: ita ⁊ pro delicto · ad sacerdotē
ptinet hostia. Sancta sanctorum est.
Assumensq; sacerdos de sanguine ho-
stie que immolata ē pro delicto ponet
sup extremum auricule dextre eius qui
mūdatur · et sup pollices manus dex-
tre et pedis: et de olei sextario mittet in
manū suam sinistram tingetq; digi-
tum dextrū in eo: et asperget corā dñm
septies. Quod aūt reliquū ē olei ī leua
manu · fundet super extremū auricule
dextre eius qui mūdatur · et super pol-
lices manus ac pedis dextri: et super
sanguinem qui effusus ē pro delicto:
et sup caput eius. Rogabitq; pro eo
coram dño: et faciet sacrificium pro
peccato. Tunc immolabit olocaustū:
et ponet illud in altari cum libamētis
suis: et homo rite mūdabit᷑. Quod si
pauper est · et nō potest manus eius
inuenire que dicta sunt: ꝑ delicto sumet
agnum ad oblationem · ut roget pro
eo sacerdos · decimamq; partē simile
cōspersē oleo in sacrificiū: et olei sexta-
rium · duosq; turtures siue duos pul-
los columbe: quorū unus sit pro pctō ·
⁊ alter in olocaustum: offeretq; ea die
octauo purificatōnis sue sacerdoti ad
ostium tabernaculi testimonij coram
dño. Qui suscipiēs agnum ꝑ delicto ·
et sextariū olei · leuabit simul: immo-
latoq; agno · de sanguine eius ponet
super extremū auricule dextre eius qui
mūdatur: et sup pollices manus ei9
ac pedis dextri. Olei vero partē mittet
in manū suam sinistram: in quo tin-
gens digitum dextre manus asperget
septies coram dño tangetq; extremū
dextre auricule illius qui mundatur ·
et pollices manus ac pedis dextri: in
loco sanguinis qui effusus ē ꝑ delicto.
Reliquā autē partem olei que est in si-
nistra manu · mittet sup caput purifi-
cati ut placet pro eo dñm: et turturem
siue pullum columbe offeret: unum
pro delicto · et alterū in olocaustū cū
libamentis suis. Hoc est sacrificium
leprosi · qui habere non potest omīa
in emundationē sui. Locutusq; ē dñs
ad moysen et aaron dicens. Cumq;
ingressi fueritis terram chanaan · quā
ego dabo vobis in possessionē: si fue-
rit plaga lepre in edibus: ibit cuius ē
domus nuncians sacerdoti · et dicet.
Quasi plaga lepre videtur michi esse
in domo mea. At ille precipiet ut effe-
rantur vniuersa de domo priusq; in-
grediatur eam · et videat utrū leprosa
sit: ne immunda fiant omnia q̄ in do-
mo sunt. Intrabitq; postea ut conside-
ret lepram domus: et cum viderit in
parietib; illius q̄si valliculas pallore
siue rubore deformes · et humiliores

superficie reliqua: egredietur ostium domus
et statim claudet illam septem diebus:
reversusque die septimo considerabit eam.
Si invenerit crevisse lepram iubebit erui
lapides in quibus lepra est: et proiciet
eos extra civitatem in locum immundum:
domum autem ipsam radi intrinsecus per
circuitum et spargi pulverem rasure extra
urbem in loco immundo: lapidesque alios
reponi pro hiis qui ablati fuerant et
luto alio liniri domum. Sin autem post-
quam eruti sunt lapides et pulvis elatus
et alia terra lita ingressus sacerdos vi-
derit reversam lepram et parietes a-
spersos maculis: lepra est perseverans
et immunda domus. Quam statim de-
struent: et lapides eius ac ligna atque uni-
versum pulverem proicient extra oppidum in
locum immundum. Qui intraverit do-
mum quando clausa est immundus
erit usque ad vesperum: et qui dormierit
in ea et comederit quippiam lavabit
vestimenta sua. Quod si introiens sa-
cerdos viderit lepram non crevisse in do-
mo postquam denuo lita fuerit: purifica-
bit eam reddita sanitate. Et in purifi-
catione eius sumet duos passeres lignum-
que cedrinum et vermiculum atque ysopum:
et immolato uno passere in vase fictili
super aquas vivas tollet lignum cedri-
num et ysopum et coccum et passerem
vivum et tinget omnia in sanguine pas-
seris immolati atque in aquis viventibus
et asperget domum septies: purificabit-
que eam tam in sanguine passeris quam in
aquis viventibus et in passere vivo
lignoque cedrino et ysopo atque vermi-
culo. Cumque dimiserit passerem avola-
re in agrum libere: orabit pro domo et
iure mundabitur. Ista est lex omnis
lepre et percussure lepre vestium et domorum
cicatricis et erumpentium papularum:
lucentis macule et in varias species colori-
bus immutatis: ut possit sciri quo tempore
mundum quid vel immundum sit. ca. xv.
Locutusque est dominus ad moy-
sen et aaron dicens. Loquimini
filiis israhel et dicite eis. Vir qui patitur
fluxum seminis immundus erit: et tunc
iudicabitur huic vicio subiacere: cum per
singula momenta adheserit carni eius
atque concreverit fedus humor. Omne
stratum in quo dormierit immundum
erit: et ubicumque sederit. Si quis hominum
tetigerit lectum eius lavabit vestimenta
sua: et ipse lotus aqua immundus erit
usque ad vesperum. Si sederit ubi ille sede-
rat: et ipse lavabit vestimenta sua: et
lotus aqua immundus erit usque ad
vesperum. Qui tetigerit carnem eius la-
vabit vestimenta sua: et ipse lotus aqua
immundus erit usque ad vesperum. Si
salivam huiuscemodi homo iecerit sup
eum qui mundus est lavabit vestimen-
ta sua: et lotus aqua immundus erit
usque ad vesperum. Sagma super quod
sederit immundum erit: et quicquid sub
eo fuerit qui fluxum seminis patitur
pollutum erit usque ad vesperum. Qui por-
taverit horum aliquid lavabit vesti-
menta sua: et ipse lotus aqua immun-
dus erit usque ad vesperum. Omnis quem
tetigerit qui talis est non lotis ante
manibus: lavabit vestimenta sua: et
lotus aqua immundus erit usque ad
vesperum. Vas fictile quod tetigerit
confringetur: vas autem ligneum la-
vabitur aqua. Si sanatus fuerit qui
huiuscemodi sustinet passionem nume-
rabit septem dies post emundationem
sui: et lotis vestibus et toto corpore in
aquis viventibus erit mundus. Die autem
octavo sumet duos turtures aut duos
pullos columbe: et veniet in conspectu

domini ad ostiū tabernaculi testimo-
nij: dabitq; eos sacerdoti. Qui faciet
unū pro peccato·et alterū ī olocaustū:
rogabitq; pro eo corā dño ut emūdet
a fluxu seminis sui. Vir de quo egre-
ditur semen coitus·lauabit aqua o-
mne corpus suum: ⁊ immundus erit
usq; ad vesperū. Vestem et pellem quā
habuerit lauabit aqua: et immunda
erit usq; ad vesperū. Mulier cum qua
coierit lauabit aqua: et immūda erit
usq; ad vesperū. Mulier que redeunte
mense patit̄ fluxū sanguinis: septem
diebꝫ separabit̄. Omnis q̄ tetigerit eam·
immūdus erit usq; ad vesperū: ⁊ locus
in quo dormierit uel sederit diebꝫ sepa-
rationis sue·polluetur. Qui tetigerit
lectulū eius·lauabit vestimenta sua: et
ipse lotus aqua immundus erit usq;
ad vesperum. Omne vas super quod
illa sederit·quisquis attigerit lauabit
vestimenta sua: et ipe lotus aqua pol-
lutus erit usq; ad vesperū. Si coierit
cū ea vir tempore sāguinis menstrua-
lis immūdus erit septem diebꝫ: ⁊ omne
stratū in quo dormierit polluet̄. Mu-
lier que patitur m̄ltis diebus fluxum
sanguinis non in tēpore menstruali·
uel q̄ post menstruū sāguinē fluere nō
cessat: q̄diu subiacet huic passioni
immūda erit: q̄si sit ī tēpore menstruo.
Omne stratū in quo dormierit: et vas
in quo sederit·pollutū erit. Quicumq;
tetigerit eam lauabit vestimenta sua:
et ipe lotus aqua immūdus erit usq;
ad vesperū. Si steterit sanguis ⁊ fluere
cessauerit·numerabit septē dies purifi-
cationis sue: et die octauo offeret pro
se sacerdoti duos turtures aut duos
pullos columbe: ad ostiū tabernaculi
testimonij, qui unū faciet pro peccato·
et alteꝝ ī olocaustum: rogabitq; pro

ea corā dño: et pro fluxu immūdicie
eius. Docebitis ergo filios israhel ut
caueāt immūdicias: ⁊ non moriant̄
ī sordibꝫ suis cū polluerit tabernaclm
meū: qđ est inter eos. Ista est lex eius
qui patit̄ fluxum seminis·et q̄ polluit̄
coitu: et que menstruis tēporibus sepa-
ratur uel que iugi fluit sanguine: ⁊
hominis q̄ dormierit cū ea. Ca. xvi.

Locutusq; ē dñs ad moysen post
mortem duoꝝ filiorum aaron:
quādo offerentes ignē alienū interfe-
cti sunt. Et p̄cepit ei dicēs. Loquere ad
aaron fratrem tuū·ne omni tempore
ingrediatur sanctuariū·quod ē intra
uelum coram ꝓpiciatorio quo tegitur
archa·ut nō moriatur·quia in nube
apparebo sup oraculū: nisi hec ante
fecerit. Vitulum pro peccato offeret: et
arietem in olocaustum. Tunica linea
vestietur: feminalibus lineis verenda
celabit. Accinget̄ zona linea: cidarim
lineam imponet capiti. Hec enī vesti-
menta sunt sancta: quibus cunctis cū
lotus fuerit induetur. Suscipietq; ab
uniuersa multitudine filioꝝ isrl̄ duos
hircos pro peccato: et unum arietem
in olocaustū. Cumq; obtulerit vitulū
et orauerit p se et pro domo sua·du-
os hircos stare faciet coram domino
ī ostio tabernaculi testimonij: mittēs
sup utriusq; sortem·unā domino·et
alteram capro emissario, cuius exierit
sors dño·offeret illū pro peccato: cuius
aūt in caprū emissarium·statuet eum
uiuū corā dño·ut fundat preces super
eum: et emittat eū in solitudinē. His
rite celebratis·offeret vitulū: ⁊ rogans
pro se et p domo sua immolabit eū.
Assumptoq; thuribulo quod de prunis
altaris impleuerit·⁊ hauriens manu
compositum thimiama in incensum:

ultra velū intrabit in sancta· ut positꝭ
sup ignem aromatibus nebula eorū
et vapor operiat oraclm qđ est super
testimoniū: et nō moriatur. Tollet qꝫ
de sanguine vituli: et asperget digito
septies contra ꝓpiciatoriū ad orientē.
Cumqꝫ mactaverit hircū pro peccato
ppli· inferet sanguinē eius intra velū
sicut preceptum est de sanguine vituli:
ut aspergat e regione oraculi· ⁊ expiet
sanctuariū ab immūdiciis filiorꝫ isrl:
et a pvaricationibus eorū· cunctisqꝫ
peccatis. Iuxta hūc ritum faciet in ta-
bernaculo testimonij qđ fixū est inter
eos: ī medio sordiū habitationis eorꝫ.
Nullus hominum sit in tabernaculo
quādo pōtifex sanctuariū ingredit· ut
roget pro se et pro domo sua· et pro
univ̄so cetu isrl: donec egrediatur ta-
bernaculum. Cū aūt exierit ad altare
qđ corā dño est oret pro se: ⁊ sūptum
sanguinem vituli atqꝫ hirci fundat
sup cornua eius p girum: aspergensqꝫ
digito septies· expiet et sanctificet illud
ab immūdiciis filiorꝫ israhel. Postqꝫ
emundaverit sanctuariū· et taberna-
culum· et altare· tunc offerat hircum
viventē: et posita utraqꝫ manu super
caput eius cōfiteatur omēs iniquita-
tes filiorꝫ isrl· et universa delicta atqꝫ
peccata eorꝫ: que imprecans capiti eius
emittet illū per hominē paratum in
desertū. Cumqꝫ portaverit hircus omēs
iniquitates eorū in terrā solitariam·
et dimissus fuerit ī deserto· revertetur
aaron in tabernaculum testimonij: et
depositis vestibꝫ quibus prius indu-
tus erat cum intraret sanctuariū· reli-
ctisqꝫ ibi· lavabit carnem suā in loco
sancto: indueturqꝫ vestibus suis. Et
postqꝫ egressus obtulerit olocaustū
suum ac plebis rogabit tam pro se
qꝫ pro ppl̄o: et adipem qui oblatus ē
pro peccatis adolebit sup altare. Ille
vero qui dimiserit caprū emissarium
lavabit vestimēta sua et corpꝰ aqua:
et sic ingredietur in castra. Vitulum
aūt et hircū qui p peccato fuerant im-
molati et quorꝫ sanguis illatus est ut
ī sanctuario ut expiatio compleretur·
asportabunt foras castra ⁊ cōburent
igni tam pelles qꝫ carnes eorꝫ ac fimū:
et quicūqꝫ cōbusserit ea· lavabit vesti-
menta sua· et carnē aqua: et sic ingre-
dietur castra. Eritqꝫ vobis hoc legiti-
mum sempiternū. Mense autē septio
decima die mensis· affligetis animas
vras: nullūqꝫ opus facietis sive indi-
gena sive advena qui peregrinantur
inter vos. In hac die expiatio erit vri
atqꝫ mūdatio ab omnibus peccatis
vestris, corā dño mūdabimini. Sab-
batū eīn requietionis est: et affligetis
animas vestras religione perpetua.
Expiabit autē sacerdos qui unctꝰ fu-
erit: et cuius manus initiate sunt ut
sacerdotio fungat̄ pro patre suo. In-
dueturqꝫ stola linea ⁊ vestibus sanctis:
et expiabit sanctuarium et tabernacu-
lum testimonij atqꝫ altare: sacerdotes
qꝫ et universum populum. Eritqꝫ hoc
vobis legitimū sempiternū: ut oretis
pro filiis isrl· et pro cunctis peccatis e-
orum semel in anno. Fecit igitur si-
cut preceperat dominꝰ moysi. ca. xvii.
Et locutus est dñs ad moysen di-
cens. Loquere aaron et filiis eiꝰ
et cunctis filiis isrl: dicēs ad eos. Iste
est sermo quē mandavit dñs dicens.
Homo quilibet de domo israhel· si
occiderit bovē aut ovē· sive capram
in castris vel extra castra· et non obtu-
lerit ad ostium tabernaculi oblatio-
nē dño: sanguinis reus erit. Quasi si

sanguinem fuderit: sic peribit de medio
ppli sui. Ideo sacerdoti offerre debent
filij israhel hostias suas quas occidūt
in agro ut sanctificentur domino āte
ostiū tabernaculi testimonij: et immo-
lent eas hostias pacificas dño. Fun-
detq; sacerdos sanguinem sup altare
domini ad ostiū tabernaculi testimo-
nij: et adolebit adipem ī odorē suaui-
tatis dño: et nequaq̄ ultra immola-
bunt hostias suas demonib; cū q̄bus
fornicati sunt. Legitimū sempiternū
erit illis et posteris eorum. Et ad ipos
dices. Homo de filijs israhel et de ad-
uenis qui pegrinātur apud vos qui
obtulerit olocaustum siue victimam.
et ad ostiū tabernaculi testimonij nō
adduxerit eam ut offeratur domino:
interibit de populo suo. Homo q̄libet
de domo israhel et de aduenis q̄ pe-
grinantur inter vos si comederit san-
guinem obfirmabo faciē meam ɔtra
animam illius et disperdam eam de
populo suo: quia anima carnis ī san-
guine ē: et ego dedi illū vobis ut sup
altare ī eo expietis pro animab; vřis:
et sanguis pro anime piaculo sit. Id-
circo dixi filijs israhel. Omnis anima
ex vobis non comedet sanguinē: nec
ex aduenis q̄ pegrinantur inter vos.
Homo quicunq; de filijs israhel et de
aduenis qui pegrinātur apud vos si
venatione atq; aucupio ceperit feram
uel auē quibus vesci licitū est: fundat
sanguinē et opiat illū terra. Anima
enī omnis carnis in sanguine ē. Unde
dixi filijs israhel. Sanguinē uniūse
carnis non comedetis: quia anima
carnis in sanguine ē: et quicūq; com-
ederit illū interibit. Anima que com-
ederit morticinū uel captum a bestia-
tā de indigenis q̄ de aduenis lauabit
vestimenta sua et semetipm aqua: et
contaminatus erit usq; ad vesperū: et
hoc ordine mundus fiet. Quod si nō
lauerit vestimenta sua uel corpus: por-
tabit iniquitatem suam. Cap. xviii.

Locutusq; est dominus ad moy-
sen dicēs. Loquere filijs israhel:
et dices ad eos. Ego sum domin⁹ de⁹
vester. Juxta consuetudinē terre egipti
in qua habitastis nō facietis: et iuxta
morem regionis chanaan ad quā
ego introducturus sum vos nō agetis:
nec ī legitimis eorū ambulabitis. Fa-
cietis iudicia mea et precepta mea ser-
uabitis: et ambulabitis in eis. Ego
dominus deus vester. Custodite leges
meas atq; iudicia: que faciens homo
viuet ī eis. Ego dominus deus vester.
Omnis homo ad proximā sanguinis
sui non accedet ut reuelet turpitudinē
eius. Ego dñs. Turpitudinem patris
tui et turpitudinē matris tue nō disco-
opies. Mater tua est: non reuelabis
turpitudinē eius. Turpitudinē uxoris
patris tui nō discoopies: turpitudo
enī patris tui est. Turpitudinē sororis
tue ex patre siue ex matre que domi uel
foris genita est non reuelabis. Turpi-
tudinem filie filij tui uel neptis ex filia
nō reuelabis: quia turpitudo tua est.
Turpitudinem filie uxoris patris tui
quā peperit patri tuo et est soror tua:
non reuelabis. Turpitudinē sororis
patris tui non discoopies: quia caro
est patris tui. Turpitudinem sororis
matris tue non reuelabis: eo q caro
sit matris tue. Turpitudinē patrui tui
nō reuelabis: nec accedes ad uxorem
eius: que tibi affinitate coniūgit. Tur-
pitudinē nurus tue nō reuelabis q̄a
uxor filij tui est: nec discooperies igno-
miniam eius. Et uxorem fratris sui

nullus accipiat. Turpitudinē uxoris
fratris tui nō reuelabis: quia turpitu-
do fratris tui est. Turpitudinē uxoris
tue et filie eius nō reuelabis. Filiam
filij eius · et filiā filie illius non sumes
ut reueles ignominiā ei9: quia caro
illius sunt: et talis coitus incestus est.
Sororem uxoris tue in pelicatū illi9
non accipies: nec reuelabis turpitudi-
nem eius adhuc illa uiuente. Ad mu-
lierem que patit̄ menstrua nō accedes:
nec reuelabis feditatē eius. Cum uxo-
re ꝓximi tui non coibis: nec seminis
cōmixtione maculaberis. De semine
tuo nō dabis ut cōsecretur ydolo mo-
loch: nec polluas nomen dei tui. Ego
dn̄s. Cum masculo non cōmiscearis
coitu femineo: quia abominatio est.
Cū omni pecore nō coibis: nec macu-
laberis cū eo. Mulier non succumbet
iumento nec miscebitur ei: quia scelus
est. Nec polluamini ī omnibȝ hijs qui-
bus contaminate sūt uniūse gētes quas
ego eiciam ante conspectū vestrum: et
quibus polluta est terra cui9 ego scele-
ra uisitabo: ut euomat habitatores
suos. Custodite legitima mea atqȝ iu-
dicia: ut nō faciatis ex omnibȝ abomi-
nationibus istis tam indigena quā
colonus qui pegrinantur apud vos.
Omnes eni execratiões istas fecerūt ac-
cole terre q̄ fuerūt āte vos: et polluerūt
eā. Cauete ergo ne et vos simil' euomat
cū paria feceritis: sicut euomuit gentē
q̄ fuit ante vos. Omnis aīa q̄ fecerit de
abominationibȝ hijs quippiā: peribit
de medio ppli sui. Custodite mandata
mea. Nolite facere q̄ fecerunt hij q̄ fue-
runt ante vos: et ne polluamini in
eis. Ego dominus de9 vester. Ca. xix.
Locut9 ē dominus ad moysen di-
cens. Loquere ad omnem cetū
filiorū israhel: et dices ad eos. Sancti
estote: quia ego sanctus sum domin9
deus vester. Unusquisqȝ patrem suū
et matrem suā timeat. Sabbata mea
custodite. Ego dn̄s de9 vester. Nolite
conuerti ad ydola: nec deos conflatiles
facietis vobis. Ego dn̄s deus vester.
Si immolaueritis hostiam pacificorū
dn̄o ut sit placabilis: eo die quo fue-
rit immolata comedetis eam: et die
altero. Quicquid aūt residuum fuerit
i diē terciū: igne comburetis. Si quis
post biduū comederit ex ea prophanus
erit et impietatis reus: portabitqȝ ini-
quitatem suam quia sanctū domini
polluit: et peribit anima illa de populo
suo. Cumqȝ messueris segetes terre tue
nō tondebitis usqȝ ad solum supficiē
terre · nec remanentes spicas colliges:
neqȝ in vinea tua racemos et grana
decidencia congregabis: sed paupibȝ
et pegrinis carpenda dimittes. Ego
dominus de9 vester. Non facietis fur-
tum · nec mentiemini · nec decipiet unus-
quisqȝ proximū suum. Non peierabis
in nomine meo · nec polluas nomen
dei tui. Ego dn̄s. Nō facies calumni-
am proximo tuo: nec vi opprimes eū.
Nō morabitur opus mercenarij tui
apud te usqȝ mane. Non maledices
surdo · nec coram ceco pones offendi-
culum: sed timebis dn̄m deū tuū: quia
ego sum dominus. Nō facies quod
iniquū est: nec iniuste iudicabis. Nō
consideres psonam paupis: nec hono-
res vultum potentis. Juste proximo
tuo iudica. Nec eris criminator: nec
susurro in populis. Non stabis contra
sanguinē proximi tui. Ego dn̄s. Nō
oderis fratrem tuum in corde tuo: sed
publice argue eū: ne habeas sup illo
peccatum. Non queras ulcionem: nec

memor eris iniurie ciuium tuorum. Dili-
ges amicū tuū sicut teipm̄. Ego dn̄s.
Leges meas custodite. Iumentū tuū
non facies coire cum alterius generis
animantibꝫ. Agrum tuū non seres di-
uerso semine. Veste q̄ ex duobus texta
est non indueris. Homo si dormierit
cū muliere coitu seminis que sit ancil-
la etiā nobilis· et tamē p̄cio nō redem-
pta nec libertate donata: vapulabūt
ambo et non morientur: quia non
fuit libera. Pro delicto autem suo of-
feret dn̄o ad ostiū tabernaculi testimo-
nij arietem: orabitq; pro eo sacerdos
et pro peccato eius coram domino ꝛ
repropiciabitur ei: dimittetur q; pctm̄.
Quādo ingressi fueritis terrā· et plan-
taueritis in ea ligna pomifera: auferte-
tis p̄pucia eorum. Poma que germināt
immūda erunt vobis: nec edetis ex eis.
Quarto autem anno omnis fructus
eorum sanctificabit̄ laudabilis domino.
Quinto aūt anno comedetis fructus:
cōgregātes poma que proferūt. Ego
dominus deus vester. Non comede-
tis carnem cū sanguine. Nō auguria-
bimini: nec obseruabitis somnia. Neq;
in rotundū attondebitis comam: nec
radetis barbam. Et sup mortuo nō
incidetis carnēs vestrās: neq; figuras
aliquas aut stigmata facietis vobis.
Ego dominus. Ne prostituas filiam
tuā: ne contāminetur terra et implea-
tur piaculo. Sabbata mea custodite:
et sanctuariū meū metuite. Ego dn̄s.
Nō declinetis ad magos: nec ab ario-
lis aliquid sciscitemini: ut polluami-
ni per eos. Ego dominus deus vester.
Corā cano capite consurge: ꝛ hono-
ra personā senis: et time dominū deū
tuum. Ego sum dominus. Si habi-
tauerit aduena i terra vr̄a· et morat⁹

fuerit inter vos· nō exprobretis ei: sed
sit inter vos quasi indigena: ꝛ dilige-
tis eum quasi vosmetipsos. Fuistis
enī ꝛ vos aduene in terra egipti. Ego
dn̄s deus vester. Nolite facere iniquū
aliquid in iudicio: in regula· in pon-
dere· i mensura. Statera iusta· ꝛ equa
sint pondera, iustus modius: equusq;
sextarius. Ego domin⁹ deus vester: q̄
eduxi vos de terra egipti. Custodite o-
mnia precepta mea et vniuersa iudici-
a: et facite ea. Ego dominus. C. XX.
Locutusq; est dn̄s ad moysen di-
cens. Hec loqueris filijs israhel.
Homo de filijs isrl̄ ꝛ de aduenis qui
habitant in isrl̄: si quis dederit de semi-
ne suo ydolo moloch· morte moriat̄.
Populus terre lapidabit eū: et ego po-
nam faciem meā cōtra illū· succidamq;
eū de medio p̄pli sui: eo q̄ dederit de
semine suo moloch· et contāminaue-
rit sanctuariū meū· ac polluerit nomē
sanctum meū, quod si negligens p̄pls
terre et quasi paruipendens imperiū
meum· dimiserit hominē qui dedit de
semine suo moloch· nec voluerit eum
occidere: ponā faciē meam sup homi-
nem illū et cognationē eius: succidāq;
et ip̄m ꝛ om̄es qui cōsenserūt ei· ut for-
nicarentur cū moloch de medio populi
sui. Anima q̄ declinauerit ad magos
et ariolos et fornicata fuerit cum eis:
ponā faciem meā cōtra eā: et interficiā
illā de medio p̄pli sui. Sanctificamini
et estote sancti: quia ego sanctus sum
dn̄s de⁹ vester. Custodite p̄cepta mea:
et facite ea. Ego dn̄s q̄ sanctifico vos.
Qui maledixerit patri suo aut matri:
morte moriat̄. Patri matriq; q̄ male-
dixerit: sanguis eius sit super eum. Si
mechat⁹ quis fuerit cū uxore alterius·
et adulteriū p̄petrauerit cum coniuge

proximi sui: morte moriāt̄ et mechus
et adultera. Qui dormierit cū nouerca
sua et reuelauerit ignominiā patris
sui: morte moriant̄ ambo. Sanguis
eoꝝ sit sup eos. Si quis dormierit cū
nuru sua uterqꝫ moriātur: quia scelus
opati sunt. Sanguis eorū sit sup eos.
Qui dormierit cū masculo coitu femi-
neo· uterqꝫ operatus est nefas: morte
moriātur. Sit sanguis eorū sup eos.
Qui supra uxorē filiam duxerit matrē
eius: scelus opatus ē. Viuus ardebit
cū eis: nec pmanebit tantū nefas ī me-
dio uestri. Qui cum iumento ꝛ pecore
coierit· morte moriat̄: pecus qꝫ occidite.
Mulier q̄ succubuerit cuilibet iumen-
to: simul interficietur cū eo. Sanguis
eoꝝ sit sup eos. Qui acceperit sororem
suam filiā patris sui uel filiā matris
sue et viderit turpitudinē eius· illaqꝫ
cōspexerit fratris ignominiā: nefariā
rem operati sunt. Occidentur ī conspe-
ctu ppli: eo q turpitudinē suā mutuo
reuelauerint: et portabūt iniquitatem
suam. Qui coierit cum muliere ī fluxu
menstruo ꝛ reuelauerit turpitudinem
eius· ipsaqꝫ aperuerit fontē sanguinis
sui: interficientur ambo de medio ppli
sui. Turpitudinem matertere et amite
tue non discoopies. Qui hoc fecerit i-
gnominiam carnis sue nudauit: por-
tabunt ambo iniquitatem suā. Qui
coierit cum uxore patrui uel auunculi
sui et reuelauerit ignominiā cognati
onis sue: portabūt ambo peccatū suū.
Absqꝫ liberis morientur. Qui duxerit
uxorem fratris sui rem facit illicitam.
turpitudinē fratris sui reuelauit: abs-
qꝫ filijs erit. Custodite leges meas at-
qꝫ iudicia et facite ea: ne et uos euo
mat terra quā intraturi estis et habi-
taturi. Nolite ambulare in legitimis

nationū· quas ego expulsurus sū ante
uos. Omnia eni hec fecerūt: et abomi-
natus sum eas. Vobis autē loquor.
Possidete terrā eoꝝ quā dabo uobis ī
hereditatem: terrā fluentē lacte et melle.
Ego dñs deus uester: qui separaui uos
a ceteris pplis. Separate ergo et uos
iumentū mūdū ab immūdo: et auem
mūdam ab immunda. Ne polluatis
animas uestras in pecore et auibus
et cunctis que mouentur in terra: et q̄
uobis ostendi esse polluta. Eritis san-
cti michi: quia sanctꝰ ego sum dñs: et
separaui uos a ceteris pplis ut essetis
mei. Vir siue mlier ī quibꝫ phitonicꝰ
uel diuinationis fuerit spiritꝰ· morte
moriantur: lapidibus obruent eos.
Sanguis eoꝝ sit super illos. ca. xxi.
Dixit quoqꝫ dñs ad moysen. Lo-
quere ad sacerdotes filios aarō:
et dices ad eos. Ne contaminet̄ sacer-
dos in mortibꝫ ciuiū suoꝝ· nisi tantū
in consanguineis ac ppinquis: id est
sup patrem et matrem ꝛ filiū et filiam·
fratrem quoqꝫ et sororem virginem
que non est nupta viro: sed nec ī prin-
cipe populi sui contāminabitur. Nec
radent caput nec barbā: neqꝫ ī carni-
bus suis facient incisuras. Sancti erūt
deo suo: et nō pollruent nomen eiꝰ. In-
censum eni dñi et panes dei sui offerūt:
et ideo sancti erunt. Scortū ꝛ vile pro-
stibulum nō ducet uxorem: nec eam
que repudiata est a marito· quia con
secratus est deo suo: et panes ꝓpositio
nis offert. Sit ergo sanctꝰ· quia ꝛ ego
sanctꝰ sum dominus q̄ sanctifico uos.
Sacerdotis filia si deprehensa fuerit
in stupro· et uiolauerit nomē patris
sui· flammis exuretur. Pontifex id est
sacerdos maximus inter fratres suos·
super cuius caput fusum ē unctionis

oleum· et cuius manus in sacerdotio
cõsecrate sunt. Vestitusq; est sanctis
vestibꝫ: caput suũ nõ discoopiet· vesti-
menta nõ scindet: ⁊ ad omnẽ mortuũ
nõ ingredietur omnino. Sup pr̃e quoq;
suo et matre nõ contaminabitur: nec
egredietur de sanctis ne polluat san-
ctuariũ dñi: quia oleũ sancte unctionis
dei sui sup eum est. Ego dñs. Virginẽ
ducet uxorẽ. Viduã aũt et repudiatã
et sordidã atq; meretricem nõ accipiet
sed puellã de populo suo: ne cõmisceat
stirpem generis sui vulgo gentis sue:
quia ego dominꝰ qui sanctifico eum.
Locutusq; est dñs ad moysen dicens.
Loquere ad aaron. Homo de semine
tuo p familias qui habuerit maculã
non offeret panes deo suo: nec accedet
ad ministeriũ eius. Si cecus fuerit· si
claudꝰ· si vel paruo vel grandi ⁊ torto
naso: si fracto pede si manu· si gibbus
si lippus· si albuginem habens ĩ oculo·
si iugem scabiem· si impetiginem ĩ cor-
pore· vel herniosus. omnis q̃ habuerit
maculam de seminẽ aaron sacerdotis·
nõ accedet offerre hostias dño nec pa-
nes deo suo. Vescetur tamen panibus
qui offerũtur ĩ sãctuario· ita dũtaxat:
ut intra velum non ingrediatur: nec ac-
cedat ad altare qui maculam habet:
et cõtaminare nõ debet sanctuariũ
meum. Ego dominꝰ q̃ sanctifico eos.
Locutus est ergo moyses ad aaron ⁊
ad filios eius et ad omnem israhel·
cuncta q̃ sibi fuerant imperata. c. xxii.

Locutus quoq; ẽ dñs ad moysen
dicens. Loquere ad aaron ⁊ ad
filios eius· ut caueãt ab hijs q̃ conse-
crata sũt filiorũ isrl': et nõ cõtaminẽt
nomen sanctificatorũ michi· que ipsi
offerunt. Ego dñs. Dic ad eos: et ad
posteros eorũ. Omnis homo q̃ accesserit
de stirpe vestra ad ea que consecrata
sunt· et que obtulerũt filij isrl' domino
in quo est immũdicia: peribit coram
dño. Ego sum dominus. Homo de
semine aaron qui fuerit leprosus aut
paciens fluxum seminis· non vescetur
de hijs q̃ sanctificata sũt michi: donec
sanetur. Qui tetigerit immũdum sup
mortuo· et ex quo egreditur semen q̃si
coitus· ⁊ qui tãgit reptile ⁊ quodlibet
immũdum cuius tactus est sordidus·
immundus erit usq; ad vesperum: et
non vescetur hijs q̃ sãctificata sũt: sed
cũ lauerit carnẽ suã aqua et occubue-
rit sol· tunc mundatus vescetur de san-
ctificatis· quia cibꝰ illiꝰ ẽ. Morticinũ
et captum a bestia nõ comedent: nec
polluentur in eis. Ego sũ dñs. Custo-
diant p̃cepta mea· ut nõ subiaceant
peccato: et moriantur in sanctuario cũ
polluerint illud. Ego dominus: qui
sanctifico eos. Omnis alienigena nõ
comedet de sanctificatis. Inquilinus
sacerdotis et mercenariꝰ non vescẽtur
ex eis. Quẽ autem sacerdos emerit· et
q̃ vernaculus domꝰ eiꝰ fuerit: hij com-
edent ex eis. Si filia sacerdotis cuilibet
ex populo nupta fuerit: de hijs q̃ san-
ctificata sũt· et de primitijs non vescẽtur.
Sin aũt vidua vel repudiata ⁊ absq;
liberis reũsa fuerit ad domum patris
sui: sicut puella cõsueuerat· alẽtur cibis
patris sui. Omnis alienigena com-
edendi ex eis nõ habet potestatem. Qui
comederit de sanctificatis p ignoran-
tiam· addet quintam partem cum eo
qđ comedit· et dabit sacerdoti ĩ sanctu-
ariũ: nec cõtaminabunt sanctifi-
cata filiorũ israhel que offerũtur dño:
ne forte sustineant iniquitatem delicti
sui· cum sanctificata comederint. Ego
dominꝰ qui sanctifico eos. Locutusq;

est dñs ad moysen dicēs. Loquere ad
aarō et filios eius · et ad omēs filios
isrl: dicesq; ad eos. Homo de domo
israhel et de advenis q̄ habitāt apud
vos · qui obtulerit oblationem suam
vel vota solvens vel sponte offerens:
quicquid illud obtulerit i olocaustū
dñi ut offeratur p vos: masculus im-
maculatus erit ex bobus ex ovibus &
ex capris. Si maculam habuerit non
offeretis: neq; erit acceptabile. Homo
qui obtulerit victimā pacificorū dño ·
vel vota solvens vel sponte offerens
tam de bubus q̄ de ovib3: immacula-
tum offeret ut acceptabile sit. Omnis
macula non erit in eo. Si cecū fuerit ·
si fractū · si cicatricem habens · si papu-
las aut scabiem · vel impetiginē · non
offeretis ea domino: nec adolebitis ex
eis sup altare dñi. Bovem & ovē aure
et cauda amputatis voluntarie offerre
potes: votum autem ex hiis solui non
potest. Omne animal qd̄ vel cōtritis
vel tunsis vel sectis · ablatisq; testiculis
est non offeretis dño: et in terra vestra
hoc omnino ne faciatis. De manu a-
lienigene nō offeretis panes deo vrō ·
et quicquid aliud dare voluerit · quia
corrupta et maculata sunt omnia: nō
suscipietis ea. Locutusq; est dominus
ad moysen dicēs. Bos · ovis · & capra
cū genita fuerint · septem diebz erunt
sub ubere matris sue: die aūt octavo
et deinceps offerri poterūt dño. Sive
illa bos sive ovis non immolabunť
una die cū fetibz suis. Si immolaveri-
tis hostiam pro gratiaz actione dño
ut possit esse placabilis: eodē die com-
edetis eam. Non remanebit quicq̄ in
mane alteri⁹ diei. Ego dñs. Custodi-
te mandata mea: et facite ea. Ego do-
minus. Ne polluatis nomen meum
sanctū: ut sanctificer in medio filiorū
isrl. Ego dominus · qui sanctifico vos:
et eduxi de terra egipti · ut essem vobis
in deum. Ego dominus. cap. xxiii.

Locutusq; est dñs ad moysen di-
cens. Loquere filiis israhel: et di-
ces ad eos. Hee sunt ferie domini: q̄s
vocabitis sanctas. Sex diebus facie-
tis opus: dies septim⁹ quia sabbati
requies est · vocabitur sanct⁹. Omne
opus non facietis in eo. Sabbatum
domini est in cunctis habitationibz ve-
stris. Hee sunt ergo ferie dñi sancte: q̄s
celebrare debetis tēporibus suis. Men-
se primo quarta decima die mensis
ad vesperum phase dñi est: et quinta-
decima die mensis huius solennitas
azimoz domini est. Septem diebus
azima comedetis. Dies primus erit
vobis celeberrimus · sanctusq;. Omne
opus servile non facietis in eo: sed of-
feretis sacrificium i igne dño · septem
diebus. Dies autē septim⁹ erit celebri-
or et sanctior: nullūq; servile opus fa-
cietis in eo. Locutusq; est domin⁹ ad
moysen dicens. Loquere filiis israhel:
et dices ad eos. Cum ingressi fueritis
terram quā ego dabo vobis et messue-
ritis segetem: feretis manipulos spica-
rum primicias messis vestre ad sacer-
dotem. Qui elevabit fasciculū coram
domino ut acceptabile sit pro vobis
altero die sabbati: & sanctificabit illū.
Atq; in eodem die quo manipulus
consecratur · cedetur agnus immacu-
latus anniculus in olocaustum dñi:
et libamenta offerenť cum eo due deci-
me simile conspersē oleo in incensum
domini odoremq; suavissimū: liba
quoq; vini · quarta pars hin. Panē
et polentam et pultes non comedetis
ex segete: usq; ad diem qua offeratis

ex ea deo vestro. Preceptū ē sempiternū
in generationibȝ· cūctiſq; habitaclis
vestris. Numerabitis ergo ab altero
die sabbati ī quo obtulistis manipu-
lum primitiarum septem ebdomadas
plenas usq; ad alterā diē expletionis
ebdomade septime id ē quinquagin-
ta dies: et sic offeretis sacrificiū nouū
dn̄o· ex omnibus habitaculis vestris·
panes primitiarū duos de duabus
decimis simile fermētate: quos coque-
tis in primitias dn̄i. Offeretiſq; cum
panibȝ septem agnos immaculatos
anniculos· et vitulū de armento unū·
et arietes duos: et erunt in olocaustū
cū libamentis suis in odorē suauissi-
mum dn̄o. Facietis ⁊ hircū pro pecca-
to: duoſq; agnos ānniculos hostias
pacificorū. Cumq; eleuauerit eos sacer-
dos cum panibȝ primitiaꝝ corā dn̄o:
cedent in usum ei⁹. Et vocabitis hūc
diem celeberrimum atq; sāctissimum.
Omne opus seruile nō facietis in eo.
Legitimū sempiternum erit in cunctis
habitaculis ⁊ generationibus vestris.
Postq̄ȝ autem messueritis segetē terre
vestre nō secabitis eam usq; ad solū:
nec remanentes spicas colligetis: sed
pauꝑibus et ꝑegrinis dimittetis eas.
Ego sum dn̄s deus vester. Locutusq; ē
dominus ad moysen dicens. Loquere
filijs israhel; mense septimo ꝑma die
mensis erit vobis sabbatum memori-
ale clangentibus tubis: et vocabitur
sanctū. Omē opus seruile nō facietis
in eo: ⁊ offeretis olocaustum domino.
Locutusq; ē domin⁹ ad moysen dicēs.
Decimo die mensis hui⁹ septimi dies
expiationum erit celeberrimus· et vo-
cabitur sanctus: affligetisq; animas
vestras in eo: et offeretis olocaustum
dn̄o. Omē opus seruile non facietis
in tempore diei hui⁹ quia dies ꝓpicia-
tionis est: ut ꝓpicietur vobis domin⁹
deus vester. Omnis anima q̄ afflicta
non fuerit die hoc peribit de ꝑplis suis:
et que operis quippiam fecerit: delebo
eam de ꝑplo suo· nichil ergo operis fa-
cietis ī eo. Legitimū sempiternum erit
vobis in cunctis generationibȝ et ha-
bitationibȝ vestris. Sabbatum requie-
tionis ē: et affligetis animas vestras.
Die nono mensis septimi· a vespera
usq; ad vesperū celebrabitis sabbata
vestra. Et locut⁹ ē dominus ad moy-
sen dicens. Loquere filijs israhel. A
quītodecimo die mensis hui⁹ septimi
erunt ferie tabernaclorum septē diebȝ
domino. Dies primus vocabitur ce-
leberrimus atq; sanctissimus. Omne
opus seruile nō facietis in eo: et septē
diebus offeretis olocausta dn̄o. Dies
quoq; octauus erit celeberrimus atq;
sanctissimus: et offeretis olocaustum
dn̄o. Est enī cetus atq; collecte. Omne
opus seruile nō facietis in eo. Hee sūt
ferie domini quas vocabitis celeberri-
mas atq; sanctissimas: offeretiſq; in
eis oblationes domino· olocausta ⁊
libamenta iuxta ritum uniuscuiusq;
diei: exceptis sabbatis domini donis
q; vestris· et que offeretis ex voto vel q̄
spōte tribuetis dn̄o. A quintodecimo
ergo die mensis septimi quando con-
gregaueritis omnes fructus terre vr̄e
celebrabitis ferias dn̄i septem diebus.
Die primo et die octauo erit sabbatū:
id ē requies. Sumetisq; vobis die pri-
mo fructus arboris pulcherrime spatu-
lasq; palmarum et ramos ligni den-
sarum frondium· ⁊ salices de torrente·
⁊ letabimini coram domino deo vr̄o:
celebrabitisq; solemnitatem eius septē
diebus per annū. Legitimū sempiternū

erit in generationibus vestris. Mense
septimo festa celebrabitis et habitabitis
in umbraculis septem diebus. Omnis
qui de genere est israhel manebit in taber-
naculis: ut discant posteri vestri quod in
tabernaculis habitare fecerim filios israel cum
educerem eos de terra egipti. Ego dominus deus
vester. Locutusque est moyses super sole-
mnitatibus domini ad filios israel. ca. xxiiii.

Et locutus est dominus ad moysen
dicens. Precipe filiis israhel: ut
offerant tibi oleum de olivis purissimum
ac lucidum ad concinnandas lucernas
iugiter extra velum testimonii in taber-
naculo federis. Ponetque eas aaron a ve-
spere usque in mane coram domino: cultu
rituque perpetuo in generationibus vestris.
Super candelabrum mundissimum ponentur
semper in conspectu domini. Accipies quoque
similam: et coques ex ea duodecim panes:
qui singuli habebunt duas decimas.
Quorum senos altrinsecus super mensam
purissimam coram domino statues et pones
super eos thus lucidissimum: ut sit panis
in monimentum oblationis domini. Per
singula sabbata mutabuntur coram domino
suscepti a filiis israhel federe sempiter-
no: eruntque aaron et filiorum eius ut
comedant eos in loco sancto: quia san-
ctum sanctorum est de sacrificiis domini iure
perpetuo. Ecce autem egressus filius mulieris
israhelitidis quem pepererat de viro egi-
ptio inter filios israhel: iurgatus est in
castris cum viro israhelita. Cumque blasphe-
masset nomen domini et maledixisset ei:
adductus est ad moysen. Vocabatur autem
mater eius salumith filia dabri de tribu
dan. Miseruntque eum in carcerem donec
nossent quid iuberet dominus. Qui lo-
cutus est ad moysen dicens. Educ blas-
phemum extra castra: et ponant omnes
qui audierunt manus suas super caput
eius: et lapidet eum populus universus. Et
ad filios israhel loqueris. Homo qui
maledixerit deo suo portabit peccatum
suum: et qui blasphemaverit nomen domini
morte moriatur. Lapidibus opprimet
eum omnis multitudo populi. Sive
ille civis seu peregrinus fuerit: qui blasphe-
maverit nomen domini morte moriatur.
Qui percusserit et occiderit hominem: mor-
te moriatur. Qui percusserit animal
reddat vicarium: id est animam pro anima.
Qui irrogaverit maculam cuilibet civium
suorum: sicut fecit sic fiet ei. Fracturam pro
fractura: oculum pro oculo: dentem pro
dente restituet. Qualem inflixerit ma-
culam: talem sustinere cogetur. Qui per-
cusserit iumentum: reddat aliud. Qui
percusserit hominem punietur. Equum
iudicium sit inter vos sive peregrinus sive
civis peccaverit: quia ego sum dominus
deus vester. Locutusque est moyses ad fili-
os israhel: et eduxerunt eum qui blasphe-
maverat extra castra: ac lapidibus op-
presserunt. Feceruntque filii israhel: sicut
preceperat dominus moysi. ca. xxv.

Locutusque est dominus ad moysen
in monte synai dicens. Loquere
filiis israhel: et dices ad eos. Quando
ingressi fueritis terram quam ego dabo
vobis: sabbatizet sabbatum domino. Sex
annis seres agrum tuum: et sex annis
putabis vineam tuam: colligesque fru-
ctus eius. Septimo autem anno sabba-
tum erit terre requietionis domini. Agrum
non seres: et vineam non putabis. Que
sponte gignit humus non metes: et uvas
primitiarum tuarum non colliges quasi vinde-
miam. Annus enim requietionis ter-
re est. Sed erunt vobis in cibum: tibi
et servo tuo: ancille et mercenario tuo:
et advene qui peregrinantur apud te.
Iumentis tuis et pecoribus omnia que

nascūtur p̄bebunt cibū. Numerabis
quoqȝ tibi septem ebdomadas ānoȝ·
id est septies septem · que simul faciūt ānos
quadraginta novem: ⁊ clanges bucci-
na mense septimo decima die mensis p̄pi-
ciationis tp̄e ī universa tr̄a vr̄a. San-
ctificabisqȝ annū quinquagesimū: et
vocabis remissionem cūctis habitato-
ribȝ terre tue. Ipse ē enī iubileꝰ. Revertet
homo ad possessionem suam: et unus-
quisqȝ redibit ad familiam pristinam:
quia iubileus est et quinquagesimus
annꝰ. Nō seretis atqȝ metetis: sponte
in agro nascentia · et primitias vinde-
mie non colligetis ob sanctificationē
iubilei: sed statim ablata comedetis.
Anno iubilei redient omēs ad posses-
siones suas. Quādo vendes quippiā
civi tuo · vel emes ab eo · ne contristes
fratrem tuum: sed iuxta numeȝ ānoȝ
iubilei emes ab eo: ⁊ iuxta supputatio-
nem frugum vendet tibi. Quanto plus
anni remanserint post iubileū · tanto
crescet et preciū: ⁊ quāto minꝰ temporis
numeraveris: tāto minoris ⁊ emptio
constabit. Tempꝰ enī frugū vendet tibi.
Nolite affligere contribules vestros:
sed timeat unusquisqȝ deū suū: quia
ego dn̄s deus vester. Facite precepta
mea · ⁊ iudicia custodite · et implete ea
ut habitare possitis ī terra absqȝ ullo
pavore · ⁊ gignat vobis humꝰ fructus
suos quibus vescamini usqȝ ad satu-
ritatem: nullius impetum formidātes.
Quod si dixeritis quid comedemꝰ an-
no septimo si non severimus neqȝ col-
legerimus fruges nostras: dabo bene-
dictionē meā vobis āno sexto · ⁊ faciet
fructus trium annorū: seretisqȝ anno
octavo · ⁊ comedetis veteres fruges us-
qȝ ad nonum annum. Donec nova
nascantur edetis vetera. Terra quoqȝ

non vendet̄ ī ppetuū quia mea est: et
vos advene et coloni mei estis. Unde
cuncta regio possessionis vestre sub re-
demptionis condicione vendetur. Si
attenuatus frater tuus vendiderit pos-
sessiunculā suā · et voluerit p̄pinquus
eius: potest redimere qđ ille vendiderat.
Sin autē nō habuerit proximū · et ipse
p̄ciū ad redimendum poterit inve-
nire: computabūtur fructus ex eo tem-
pore quo vendidit · et quod reliquū
est reddat emptori: sicqȝ recipiet posses-
sionem suam. Quod si non invenerit
manus eius ut reddat preciū: habebit
emptor qđ emerat usqȝ ad ānum iubi-
leum. In ip̄o enī om̄is venditio redit
ad dn̄m · ⁊ ad possessorem pristinum.
Qui vendiderit domum intra urbis
muros: habebit licentiam redimēdi
donec unus impleatur annꝰ. Si nō
redemerit et āni circulꝰ fuerit evolutꝰ:
emptor possidebit eam · et posteri eius
ī ppetuū: ⁊ redimi non poterit etiam
in iubileo. Sin autem in villa fuerit
domꝰ que muros non habet: agrorū
iure vendetur. Si ante redempta non
fuerit: ī iubileo revertetur ad dominū.
Edes levitaȝ que ī urbibȝ sunt: semper
possūt redimi. Si redempte nō fuerit·
in iubileo revertentur ad dominos:
quia domus urbium levitarum pro
possessionibȝ sunt inter filios israhel.
Suburbana autem eorū nō vendent:
quia possessio sempiterna est. Si atte-
nuatus fuerit frater tuus et infirmus
manu · et susceperis eū quasi advenā
et peregrinū et vixerit tecū: ne accipias
usuras ab eo: nec amplꝰ quā dedisti.
Time deum tuum: ut vivere possit fra-
ter tuus apud te. Pecuniā tuam non
dabis ei ad usurā: ⁊ frugum supabun-
dantiā nō exiges. Ego dn̄s deꝰ vester

qui eduxi uos de terra egipti· ut darem
uobis terram chanaan: et essem uester
deus. Si paupertate compulsus uendi-
derit se tibi frater tuus: nō eū opprimes
seruitute famulorū: sed quasi mercen-
narius et colonus erit. Usq; ad ānū
iubileum operabitur apud te: et postea
egredietur cū liberis suis: et reuertetur
ad cognationem et ad possessionem
patrū suorū. Mei enim serui sūt: et ego
eduxi eos de terra egipti. Non ueneant
conditione seruorū. Ne affligas eū per
potentiā: sed metuito deū tuū. Seru⁹
⁊ ancilla sint uobis de nationibꝫ que
in circuitu uestro sunt· et de aduenis
q̄ peregrinantur apud uos: uel q̄ ex hijs
nati fuerint in terra uestra. Hos habe-
bitis famulos: et hereditario iure trās-
mittetis ad posteros: ac possidebitis
in eternum· fratres autē uestros filios
israhel· ne opprimatis per potentiam.
Si inualuerit apud uos manus ad-
uene atq; peregrini· et attenuat⁹ frater
tuus uendiderit se ei· aut cuiq; de stirpe
eius: post uenditionem potest redimi.
Qui uoluerit ex fratribꝫ suis redimet
eum: et patruus et patruelis· et cōsan-
guineus· et affinis. Sin autem et ipse
potuerit· redimet se· supputatis dunta-
xat annis a tempore uenditionis sue
usq; in annū iubileū: et pecunia qua
uenditus fuerat iuxta annorū numerū·
et rationē mercennarij supputata. Si
plures fuerint anni qui remanēt usq;
ad iubileū· secūdm hos reddet ⁊ preciū:
si pauci· ponet rationem cum eo iuxta
ānorum numerū: et reddet emptori q̄d
reliquum est· annorū quibꝫ āte fuerint
mercedibꝫ imputatis. Non affliget eū
uiolenter in conspectu tuo. Quod si per
hec redimi non potuerit: ānō iubileo
egredietur cum liberis suis. Mei enim

sunt serui filij israhel: quos eduxi de terra
egipti. Ego dn̄s de⁹ uester. Cap̄. xxvi.
Non facietis uobis ydolum ⁊ scul-
ptile: nec titulos erigetis: nec in-
signē lapidē ponetis ī terra ur̄a ut ado-
retis eum. Ego enī sum dn̄s de⁹ uester.
Custodite sabbata mea: et pauete ad
sanctuariū meum. Ego domin⁹. Si
in p̄ceptis meis ambulaueritis ⁊ man-
data mea custodieritis et feceritis ea:
dabo uobis pluuias tēporibus suis.
Et terra gignet germen suū: et pomis
arbores replebuntur. Apprehendet mes-
sium tritura uindemiam ⁊ uindemia
occupabit sementē: ⁊ comedetis panē
uestrum in saturitate: et absq; pauore
habitabitis in terra uestra. Dabo pa-
cem in finibus uestris: dormietis· et
nō erit qui exterreat. Auferam malas
bestias: et gladius nō transibit termi-
nos uestros. Persequemini inimicos
uestros: ⁊ corruent coram uobis. Per-
sequentur quinq; de uestris centū alie-
nos: et centum ex uobis decem milia.
Cadent inimici uestri gladio in con-
spectu uestro. Respiciam uos ⁊ crescere
faciā: multiplicabimini: ⁊ firmabo pa-
ctum meum uobiscum. Comedetis ue-
tustissima ueterū: ⁊ uetera nouis super-
uenientibꝫ proicietis. Ponā taberna-
culū meū in medio uestri: ⁊ nō abiciet
uos aīa mea. Ambulabo inter uos· et
ero uester de⁹: uosq; eritis ppl's meus.
Ego dn̄s deus uester· qui eduxi uos
de terra egiptiorū ne seruiretis eis: et q̄
confregi cathenas ceruicum uestrarū
ut incederetis erecti. Quod si nō audie-
ritis me· nec feceritis omnia mādata
mea si spreueritis leges meas et iudi-
cia mea contempseritis ut nō faciatis
ea que a me cōstituta sunt· ⁊ ad irritū
perducatis pactum meum: ego quoq;

hec faciã vobis. Visitabo vos velo
citer in egestate ⁊ ardore qui conficiat
oculos vestros: ⁊ consumat animas
vestras. Frustra seretis sementem: que
ab hostibꝫ deuorabit᷑. Ponam faciẽ
meam contra vos ⁊ corruetis coram
hostibus vr̃is: ⁊ subiciemini hijs qui
oderunt vos. Fugietis nemine perse=
quente. Si autem nec sic obedieritis
michi. addam correptiones vestras
septuplum ꝓpter peccata vestra: ⁊ con=
teram suꝑbiam duricie vestre. Dabo
qꝫ vobis celum desuꝑ sicut ferrum: et
terram eneam. Consumetur in cassũ
labor vester: nõ proferet terra germen:
nec arbores poma prebebũt. Si am=
bulaueritis ex aduerso michi. nec vo=
lueritis audire me: addam plagas ve=
stras usqꝫ in septuplum ꝓpter peccata
vestra. Emittãqꝫ in vos bestias agri
que consumant vos et pecora vestra:
et ad paucitatem cuncta redigãt. dese=
teqꝫ fiãt vie vestre. Quod si nec sic vo=
lueritis recipe disciplinam sed ambu=
laueritis ex aduerso michi: ego quoqꝫ
cõtra vos aduersus incedã et ꝑcutiã
vos septies ꝓpter peccata vestra: indu=
camqꝫ suꝑ vos gladiũ ultorẽ federis
mei. Cũqꝫ cõfugeritis in urbes mittã
pestilentiã ĩ medio vestri: ⁊ trademini
in manibus hostiũ postqꝫ cõfregero
baculũ panis vestri. ita ut decẽ mulie=
res in uno clibano coquant panes ⁊
reddant eos ad pondꝰ: et comedetis ⁊
non saturabimini. Si autem nec per
hec audieritis me. sed ambulaueritis
contra me: et ego incedam aduersus
vos in furore contrario. ⁊ corripiam
vos septẽ plagis propter peccata vr̃a:
ita ut comedatis carnes filiorꝫ vestrorꝫ.
et filiarũ vr̃arꝫ. Destruam excelsa vr̃a:
et simulacra cõfringã. Cadetis inter
ruinas ydolorꝫ vr̃orꝫ. ⁊ abominabit᷑
vos anima mea: in tantum ut urbes
vr̃as redigam ĩ solitudinẽ. et deserta
faciam sanctuaria vestra. nec recipiã
ultra odorem suauissimũ. dispergam
qꝫ terram vr̃am: et stupebũt super ea
inimici vr̃i cũ habitatores illiꝰ fuerĩt.
Vos autem dispergam in gentes. et
euaginabo post vos gladium: eritqꝫ
terra vestra deserta: et ciuitates dirute.
Tunc placebũt terre sabbata sua cun=
ctis diebus solitudinis sue: quando
fueritis in terra hostili. Sabatizabit
et requiescet in sabbatis solitudinis
sue: eo ꝙ non requieuerit in sabbatis
vr̃is. quando habitabatis in ea. Et q̃
de vobis remanserint dabo pauorẽ
in cordibus eorꝫ. in regionibus hostiũ.
Terrebit eos sonitꝰ folij volantis: et
ita fugient quasi gladium. Cadent
nullo sequente: ⁊ corruent singuli suꝑ
fratres suos. q̃si bella fugientes. Ne=
mo vr̃m inimicis audebit resistere. Pe=
ribitis int᷑ gẽtes: ⁊ hostilis vos ira con=
sumet. Quod si et de hijs aliq̃ reman=
serint tabescent in iniquitatibus suis
in terra inimicorum suorũ: ⁊ propter
peccata patrũ suorꝫ et sua affligentur.
donec confiteantur iniquitates suas
et maiorũ suorũ quibus preuaricati
sunt in me: et ambulauerũt ex adũso
michi. ambulabo igitur et ego cõtra
eos: ⁊ inducam illos in terrã hostilem
donec erubescat in circumcisa mens
eorꝫ. Tunc orabũt pro impietatibus
suis: et recordabor federis mei: quod
pepigi cũ iacob ⁊ ysaac. ⁊ abrahã. Ter=
re qꝫ memor ero: q̃ cũ relicta fuerit ab eis
complacebit sibi in sabbatis suis: paci=
ens solitudinem propter illos. Ipsi
vero rogabũt pro peccatis suis: eo ꝙ
abiecerint iudicia mea ⁊ leges meas

despexerint. Attamen etiā cū essent in
terra hostili-nō penit⁹ abieci eos: neq;
sic despexi ut consumerent: et irritum
facerem pactū meū cū eis. Ego enim sū
dn̄s deus eoꝝ: ⁊ recordabor federis mei
pristini: quādo eduxi eos de tra egipti
in cōspectu gentiū ut essem deus eorū.
Ego dominus deus. Hec sunt iudicia
atq; precepta et leges quas dedit dn̄s
inter se ⁊ inter filios israhel in monte
synai: per manum moysi. cap̄. xxvii.

Locutusq; est dn̄s ad moysen di-
cens. Loquere filiis israhel: ⁊ di-
ces ad eos. Homo qui votū fecerit et
spoponderit deo animā suā: sub esti-
matione dabit preciū. Si fuerit mas-
culus a vicesimo ānno usq; ad sexage-
simū ānū dabit quinquagīta siclos
argenti ad mensurā sanctuarii: si mu-
lier: triginta. A quinto autem anno
usq; ad vicesimū masculus dabit vi-
ginti siclos: femina decē. Ab uno men-
se usq; ad annum quintū p masculo
dabunt quinq; sicli: pro femina tres.
Sexagenari⁹ et ultra masculus dabit
quindecī siclos: femina decē. Si paup
fuerit ⁊ estimationem reddere nō vale-
bit: stabit corā sacerdote: ⁊ quantum
ille estimaverit et viderit eū posse red-
dere-tantū dabit. Animal autem qd̄
immolari potest dn̄o si quis voverit
sanctū erit et mutari nō poterit: id est
nec meli⁹ malo: nec pei⁹ bono. Quod
si mutaverit: et ipm̄ qd̄ mutatū est-et
illud pro quo mutatū est consecratū
erit dn̄o. Animal immūdum qd̄ im-
molari dn̄o nō potest si quis voverit
adducetur āte sacerdotē: q̄ diiudicās
utrum bonū an malū sit-statuet pre-
cium. Quod si dare voluerit is qui of-
fert-addet supra estimationē quintā
partem. Homo si voverit domū suā
et sanctificaverit dn̄o: considerabit eā
sacerdos utrum bona an mala sit: et
iuxta preciū qd̄ ab eo fuerit constitutū
venundabitur. Sin autē ille qui vove-
rat voluerit redimere eā dabit quintā
partem estimationis supra: ⁊ habebit
domū. Quod si agrum possessionis
sue voverit et consecraverit domino:
iuxta mensuram sementis estimabit̄
preciū. Si triginta modiis ordei seri-
tur terra: quinquaginta siclis venun-
detur argenti. Si statim ab ānno inci-
pientis iubilei voverit agrum: quāto
valere potest-tanto estimabitur. Sin
autē post aliquātum temporis: suppu-
tabit sacerdos pecuniā iuxta annoꝝ
qui reliqui sunt numerū usq; ad iubi-
leum: et detrahetur ex precio. Quod si
voluerit redimere agrū ille q̄ voverat-
addet quintam partē estimate pecunie:
et possidebit eam. Sin autē noluerit
redimere-sed alteri cuilibet fuerit ve-
nundatus-ultra eū qui voverat redi-
mere nō poterit: quia cū iubilei venerit
dies sanctificatus erit domino: ⁊ pos-
sessio cōsecrata ad ius ptinet sacerdo-
tum. Si ager empt⁹ est ⁊ nō de possessi-
one maioꝝ sanctificatus fuerit dn̄o:
supputabit sacerdos iuxta annorum
numeꝝ usq; ad iubileū preciū: ⁊ dabit
ille q̄ voverat eum domino. In iubi-
leo autem revertetur ad priorem domi-
num q̄ vendiderat eum: ⁊ habuerat in
sorte possessionis sue. Omnis estima-
tio siclo sanctuarii ponderabitur. Si-
clus viginti obolos habet. Primoge-
nita q̄ ad dn̄m ptinēt nemo sanctifi-
care poterit et vovere. Sive bos sive
ovis fuerit: dn̄i sūt. Quod si immūdū
est animal-redimet qui obtulit iuxta
estimationem suam: et addet quintā
partem precii. Si redimere noluerit

vendetur alteri: quantocumque fuerit ante esti-
matum. Omne quod domino consecratur sive ho-
mo fuerit sive animal. sive ager non
venietur: nec redimi poterit quicquid se-
mel fuerit consecratum. Sanctum sanctorum
erit domino. Et omnis consecratio que offertur ab
homine non redimetur: sed morte mori-
etur. Omnes decime terre sive de pomis
arborum sive de frugibus domini sunt: et illi
sanctificantur. Si quis autem voluerit redi-
mere decimas suas: addet quintam par-
tem earum omnium decimarum. Boves et oves
et capre que sub pastoris virga transeunt:
quicquid decimum venerit sanctificabitur
domino. Non eligetur nec bonum nec malum:
nec altero commutabitur. Si quis mutave-
rit: et quod mutatum est et pro quo mutatum est
sanctificabitur domino: et non redimetur. Hec sunt
precepta que mandavit dominus moysi ad fili-
os israhel: in monte synai. Explicit
liber levitici. Incipit liber numeri. C. i.

Locutusque est domi-
nus ad moysen in
deserto synai in taber-
naculo federis: prima
die mensis secundi
anno altero egressio-
nis eorum ex egipto dicens. Tollite sum-
mam universe congregationis filiorum
israhel per cognationes et domos suas.
et nomina singulorum. quicquid sexus
est masculini a vicesimo anno et supra.
omnium virorum fortium ex israhel: et numera-
bitis eos per turmas suas tu et aaron.
Eruntque vobiscum principes tribuum
ac domorum in cognationibus suis: quorum
ista sunt nomina. De tribu ruben: ely-
sur filius sedeur. De tribu symeon: sa-
lamihel filius surisaddai. De tribu iu-
da: naason filius aminadab. De
tribu isachar: nathanael filius suar.
De tribu zabulon: eliab filius helon.
Filiorum autem ioseph de tribu ephraim:
elisama filius ammiud. De tribu ma-
nasse: gamalihel filius phadassur. De
tribu beniamin: abidan filius gede-
onis. De tribu dan: ahiezer filius ami-
saddai. De tribu aser: phegiel filius o-
chran. De tribu gad: eliasaph filius
duel. De tribu neptalim: ahira filius e-
nan. Hii nobilissimi principes multitudi-
nis per tribus et cognationes suas. et
capita exercitus israhel: quos tulerunt
moyses et aaron cum omni vulgi mul-
titudine: et congregaverunt primo die
mensis secundi recensentes eos per cognati-
ones et domos ac familias. et capita
et nomina singulorum a vicesimo anno
et supra: sicut preceperat dominus moy-
si. Numeratique sunt in deserto synai de
ruben primogenito israhelis per gene-
rationes et familias ac domos suas.
et nomina capitum singulorum. omne
quod sexus est masculini a vicesimo anno
et supra procedentium ad bellum: qua-
draginta sex milia quingenti. De filiis
symeon per generationes et familias
ac domos cognationum suarum recensiti
sunt per nomina et capita singulorum.
omne quod sexus est masculini a vice-
simo anno et supra. procedentium ad
bellum: quinquaginta novem milia
trecenti. De filiis gad per generationes
et familias ac domos cognationum
suarum. recensiti sunt per nomina sin-
gulorum a viginti annis et supra omnes
qui ad bella procederent: quadraginta
quinque milia sexcenti quinquaginta. De
filiis iuda per generationes et familias.
ac domos cognationum suarum per nomi-
na singulorum a vicesimo anno et su-
pra. omnes qui poterant ad bella pro-
cedere recensiti sunt: septuaginta qua-
tuor milia sexcenti. De filiis isachar per

generationes et familias ac domos
cognationū suaꝝ ꝑ nomina singloꝝ
a vicesimo anno ⁊ supra omnes qui
ad bella ꝓcederent recensiti sunt: quin-
quaginta quatuor milia · q̄dringenti.
De filijs zabulon ꝑ generationes et
familias ac domos cognationū su-
arum recensiti sunt ꝑ nomina singu-
lorū a vicesimo āno et supra · omēs q̄
poterant ad bella procedere: quiqua-
ginta septem milia · quadringēti. De
filijs ioseph filiorū ephraim per gene-
rationes ⁊ familias ac domos cogna-
tionū suaꝝ recensiti sunt per nomina
singuloꝝ a vicesimo āno et supra · o-
mnes qui poterāt ad bella procedere:
quadraginta milia quingenti. Por-
ro filiorū manasse ꝑ generationes et
familias ac domos cognationū sua-
rum recensiti sunt ꝑ nomina singloꝝ
a viginti ānis et supra · omnes q̄ pote-
rant ad bella procedere: triginta duo
milia ducenti. De filijs beniamin per
generationes et familias ac domos
cognationū suaꝝ recensiti sunt nomi-
nibus singuloꝝ a vicesimo āno et su-
pra · omēs qui poterant ad bella proce-
dere: triginta quinqꝫ milia q̄dringenti.
De filijs dan ꝑ generationes et fami-
lias ac domos cognationum suarū
recensiti sunt nominibꝫ singulorum
a vicesimo āno ⁊ supra omēs q̄ pote-
rant ad bella ꝓcedere: sexaginta duo
milia septingenti. De filijs aser per ge-
nerationes et familias ac domos co-
gnationū suaꝝ recēsiti sūt ꝑ nomina
singuloꝝ a vicesimo anno ⁊ supra o-
mnes qui poterant ad bella procedere:
quadraginta milia et mille quīgenti.
De filijs neptalim ꝑ generationes et
familias ac domos cognationū sua-
rum recensiti sunt nominibꝫ singloꝝ
a vicesimo āno ⁊ supra omēs q̄ pote-
rant ad bella procedere: quinq̄ginta
tria milia quadringenti. Hij sūt quos
numerauerūt moyses et aarō et duo-
decim principes israhel · singulos ꝑ
domos cognationū suaꝝ: fueruntqꝫ o-
mnis numerus filioꝝ israhel ꝑ domos
et familias suas a vicesimo anno et
supra qui poterant ad bella ꝓcedere:
sexcenta tria milia virorū quingenti
quinq̄ginta. Leuite aūt in tribubꝫ fa-
miliaꝝ suaꝝ nō sunt numerati cū eis.
Locutusqꝫ est dn̄s ad moysen dicens.
Tribum leui noli numerare: neqꝫ po-
nes summā eorū cū filijs israhel: sed
constitue eos sup tabernaculū testimo-
nij. Cuncta vasa eius et quicquid ad
cerimonias ptinet ipi portabunt: ta-
bernaculum et omīa utensilia eius: ⁊
erunt in ministerio ac ꝑ girū taberna-
culi metabūtur. Cū ꝓficiscendū fuerit
deponent leuite tabernaculū: cū castra
metanda erigent. Quisquis externorū
accesserit occidetur. Metabuntur aūt
castra filij israhel · unusquisqꝫ per tur-
mas ⁊ cuneos atqꝫ exercitū suū, porro
leuite ꝑ girū tabernacli figēt tentoria
ne fiat indignatio sup multitudinē fili-
oꝝ isrł: et excubabūt i custodijs taber-
nacli testimonij. Fecerūt ergo filij isrł
iuxta oīa q̄ pceperat dn̄s moysi. ca. ii.

Locutusqꝫ est dn̄s ad moysen et
aarō dicēs. Singuli per turmas
signa atqꝫ vexilla et domos cognatio-
num suarū castra metabūtur filiorū
israhel: per girum tabernaculi federis.
Ad orientē iudas figet tētoria per tur-
mas exercitꝰ sui: eritqꝫ princeps filioꝝ
eius naason filius aminadab: ⁊ oīs
de stirpe eius summa pugnātium se-
ptuaginta quatuor milia sexcenti.
Iuxta eum castra metati sunt de tribu

issachar · quoꝝ princeps fuit nathana-
el filiꝰ suar : et omnis numerus pugna-
torum eius quinquaginta quatuor milia
quadringenti. In tribu zabulō princeps
fuit heliab filiꝰ helon : omnisq; de stir-
pe eius exercitus pugnatorū quinqua-
ginta septē milia quadringenti. Uniuersi
qui in castris iude adnumerati sunt ·
fuerūt centū octoginta sex milia qua-
dringenti : et per turmas suas primi
egredientur. In castris filioꝝ ruben ad
meridianā plagam erit princeps eli-
sur filius sedeur : et cunctus exercitus
pugnatorū eiꝰ qui numerati sūt qua-
draginta sex milia quingenti. Iuxta
eū castra metati sunt de tribu symeon ·
quorū princeps fuit salamihel filius
surisaddai : et cunctus exercitus eiꝰ pu-
gnatorū qui numerati sūt quinquaginta
nouē milia trecenti. In tribu gad prin-
ceps fuit eliasaph filiꝰ duel : et cunctus
exercitus pugnatoꝝ eius qui numerati
sunt quadraginta quinq; milia sexcenti
quinquaginta. Omnes qui recensiti
sunt in castris ruben · centum quinqua-
ginta milia et mille quadringenti quin-
quaginta : per turmas suas in secundo
loco proficiscentur. Leuabitur autem
tabernaculum testimonij per officia leuita-
rum et turmas eoꝝ. Quomodo erige-
tur : ita et deponetur. Singuli per loca
et ordines suos proficiscentur. Ad occi-
dentalem plagam erunt castra filioꝝ
ephraim : quorū princeps fuit helisa-
ma filius ammiud. Cunctus exercitꝰ
pugnatorū eius qui numerati sunt :
quadraginta milia quingenti. Et cū
eis tribus filioꝝ manasse · quoꝝ prin-
ceps fuit gamaliel filius phadassur :
cunctusq; exercitus pugnatorū eiꝰ qui
numerati sunt · triginta duo milia du-
centi. In tribu filioꝝ beniamin princeps
fuit abidan filius gedeonis : et cunctus
exercitus pugnatoꝝ eius qui recensiti
sunt : triginta quinq; milia quadrin-
genti. Omnes qui numerati sunt in
castris ephraim centū octo milia cen-
tum : per turmas suas tercij proficiscentur.
Ad aquilonis partem castra metati
sunt filij dan : quoꝝ princeps fuit abie-
zer filius amisaddai. Cunctus exerci-
tus pugnatoꝝ eiꝰ qui numerati sunt :
sexaginta duo milia septingenti. Iuxta
eum fixere tentoria de tribu aser : quorū
princeps fuit phegiel filiꝰ ochran. Cun-
ctus exercitus pugnatorū eius qui nu-
merati sunt : quadraginta milia et mille
quingenti. De tribu filiorū neptalim
princeps fuit ahira filius enan. Cun-
ctus exercitꝰ pugnatorū eiꝰ quinquagin-
ta tria milia quadringenti. Omnes qui
numerati sunt in castris dan · fuerunt
centum quinquaginta septem milia ·
sexcenti : et nouissimi proficiscentur. Hic
numerus filioꝝ israhel per domos co-
gnationū suaꝝ et turmas diuisi exerci-
tus : sexcenta tria milia quingenti quin-
quaginta. Leuite autē non sunt nume-
rati inter filios israhel. Sic enim pre-
ceperat dominꝰ moysi. Feceruntq; filij
israel iuxta omnia que mandauerat dominus. Ca-
stra metati sūt per turmas suas · et profecti
per familias ac domos patrum suoꝝ. c. III.

Hee sūt generationes aarō et mo-
ysi in die qua locutus est dominꝰ
ad moysen in monte synai : et hec no-
mina filiorum aaron. Primogenitꝰ
eiꝰ nadab : deinde abiu · et eleazar · et
ythamar. Hec nomina filiorū aarō
sacerdotum qui uncti sunt : et quorū re-
plete et consecrate manꝰ ut sacerdotio
fungerentur. Mortui sunt enim nadab
et abiu cum offerrent ignē alienum in
conspectu domini in deserto synai absq;

liberis: functiq; sūt sacerdotio eleazar
et ithamar corā aaron patre suo. Lo-
cutusq; ē dñs ad moysen dicēs. Appli-
ca tribum levi. et fac stare ī conspectu
aaron sacerdotis ut ministrent ei et ex-
cubent et observēt quicquid ad cultū
ptinet multitudinis corā tabernaculo
testimonij: ut custodiāt vasa taberna-
culi. servientes ī ministerio ei⁹. Dabis
q; dono levitas aaron et filijs eius
quibꝫ traditi sūt a filijs israhel: aarō
aūt et filios eius constitues sup cultū
sacerdotij. Externus q̄ ad ministrādū
accesserit. morietur. Locutusq; est dñs
ad moysen dicens. Ego tuli levitas a
filijs israhel pro omī primogenito q̄
aperit vulvam in filijs israhel: erunt
q; levite mei. Meum est enī omne pmo-
genitum. Ex quo pcussi pmogenitos
in terra egipti: sanctificavi michi quic-
quid primū nascit̄ in isrl'. Ab homine
usq; ad pecus mei sunt. Ego dñs. Lo-
cutusq; est dñs ad moysen in deserto
synai dicens. Numera filios levi p do-
mos patrū suoꝝ et familias: omnem
masculū ab uno mense et supra. Nu-
meravit moyses ut preceperat dñs: ⁊
inventi sūt filij levi per nomina sua. ger-
son. et caath. et merari. Filij gerson:
lebni et semei. Filij caath: amram. et
iessaar. hebron. et oziel. Filij merari:
mooli. et musi. De gerson fuere fami-
lie due. lebnitica et semeitica. quarum
numerat⁹ est ppl's sexus masculini ab
uno mense et supra: septē milia quin-
gentorū. Hij post tabernaculū meta-
buntur ad occidentem sub principe
eliasaph filio lael: ⁊ habebūt excubias
in tabernaclo federis. ipm tabernacu-
lum et opimentum eius. tentoriū qd
trahitur ante fores tecti federis et cor-
tinas atrij: tentoriū q; qd appenditur
in introitu atrij tabernaculi. ⁊ quicqd
ad ritum altaris ptinet: funes taber-
naculi ⁊ omnia utensilia eius. Cogna-
tio chaath habebit ppl'os. amramitas
et iessaaritas ⁊ hebronitas. ⁊ ozielitas.
Hee sunt familie caathitarū. recensite
per nomina sua: omēs generis mas-
culini ab uno mense et supra. octo mi-
lia sexcenti: habebūt excubias sanctu-
arij. ⁊ castra metabuntur ad meridia-
nam plagam. Princepsq; eorum erit
elisaphan fili⁹ oziel: ⁊ custodiēt archā
mensamq; et candelabrum. altaria et
vasa sanctuarij in quibꝫ ministratur
et velū. cunctāq; huiuscemodi supelle-
ctilē. Princeps autē principū levitarū
eleazar fili⁹ aaron sacerdotis erit sup
excubitores custodie sanctuarij. At ve-
ro de merari erūt ppl'i moolite ⁊ mu-
site recensiti p nomina sua: omnes ge-
neris masculini ab uno mense ⁊ supra.
sex milia ducenti. Princeps eoꝝ suriel
filius abiaiel: in plaga septentriona-
li castra metabūtur. Erunt sub custo-
dia eorum tabule tabernaculi ⁊ vectes
et columne ac bases earū. et omnia q̄
ad cultum huiuscemodi ptinēt: colu-
mneq; atrij per circuitum cum basibus
suis: et paxilli cū funibꝫ. Castra meta-
buntur ante tabernaculum federis id
est ad orientalē plagā. moyses et aa-
ron cū filijs suis: habentes custodiam
sanctuarij in medio filiorum israhel.
Quisquis alien⁹ accesserit. morietur.
Omnes levite quos numeraverunt
moyses et aarō iuxta preceptum dñi
per familias suas in genere masculino
a mense uno et supra: fuerunt viginti-
duo milia. Et ait dominus ad moy-
sen. Numera pmogenitos sexus mas-
culini de filijs isrl' ab uno mense ⁊ su-
pra: et habebis summā eoꝝ. Tollesq;

leuitas michi: ꝓ omni primogenito
filiorū israhel. Ego sum dominus. Et
pecora eoꝝ pro vniuersis primogeni-
tis pecorū filioꝝ israhel. Recensuit mo-
yses sicut preceperat dn̄s primogenitos
filiorū israhel: et fuerunt masculi per
nomina sua a mense vno et supra vi-
gintiduo milia ducenti septuaginta-
tres. Locutusq; ē dn̄s ad moysen. Tol-
le leuitas pro primogenitis filioꝝ isrl' et
pecora leuitaꝝ pro pecoribꝫ eorū: eruntq;
q; leuite mei. Ego sum dn̄s. In precio
autem ducentoꝝ septuagintatrium qui
excedunt numerū leuitaꝝ· de primoge-
nitis filioꝝ israhel accipies quinq; si-
clos ꝑ singula capita: ad mensuram
sanctuarij. Siclus habet viginti obo-
los. Dabisq; pecuniā aaron et filijs
eius: precium eoꝝ qui supra sunt. Tu-
lit igitur moyses pecuniā eoꝝ qui fuerāt
amplius et quos redemerat a leuitis
pro primogenitis filiorū israhel mil-
le trecentorum sexagintaquinq; siclo-
rum iuxta pondus sanctuarij: et dedit
eam aaron et filijs eius iuxta verbum
quod preceperat sibi dominus. c. IIII.

Locutusq; est dn̄s ad moysen et
aaron dicens. Tolle summam
filioꝝ caath de medio leuitaꝝ ꝑ domos
et familias suas a tricesimo anno et
supra usq; ad quinquagesimū ānū:
oīm qui ingrediūtur ut stent et mini-
strent in tabernaculo federis. Hic ē cul-
tus filioꝝ caath. Tabernaculū federis
et sanctum sanctorū ingredient̄ aarō
et filij eius quando mouenda sūt ca-
stra: et deponent velum quod pendet
ante fores· inuoluētq; eo archam testi-
monij· et operient rursum velamine ia-
cinctinarū pellium· extendētq; desuper
pallium totum iacinctinū: et inducēt
vectes. Mensam quoq; propositionis
inuoluent iacinctino pallio: et ponēt
cum ea thuribula et mortariola· cia-
thos et crateras ad liba fundenda.
Panes semꝑ in ea erunt. Extendentq;
desuper palliū coccineū quod rursum
operient velamento iacinctinaꝝ palliū:
et inducent vectes. Sument et palliū
iacinctinū quo operient candelabrum
cum lucernis et forcipibꝫ suis· et emun-
ctorijs· et cūctis vasis olei que ad con-
cinnandas lucernas necessaria sunt:
et suꝑ omnia ponent operimentū iacin-
ctinarū palliū· et inducent vectes. Nec-
non et altare aureum inuoluēt iacin-
ctino vestimento: et extendent desuper
operimentum iacinctinarū pellium: in-
ducentq; vectes. Omnia vasa quibus
ministratur in sanctuario inuoluent
iacinctino pallio: et extendent desuper
operimentum iacinctinarū palliū: indu-
centq; vectes. Sed et altare mundabūt
cinere· et inuoluent illud purpureo ve-
stimento: ponentq; cum eo oīa vasa
quibꝫ in ministerio eius vtuntur: id ē
ignium receptacula fuscinulas ac tri-
dentes vncinos et batilla. Cuncta va-
sa altaris operient simul velamine ia-
cinctinaꝝ pellium: et inducent vectes.
Cumq; inuoluerint aaron et filij eius
sanctuariū et omnia vasa eius ī com-
motione castroꝝ: tunc intrabunt filij
caath ut portent inuoluta: et non tan-
gant vasa sanctuarij ne moriantur.
Ista sunt onera filiorū caath in taber-
naculo federis super quos erit eleazar
filius aaron sacerdotis: ad cuius per-
tinet curam oleum ad concinnādas
lucernas et compositionis incensum
et sacrificium qd̄ semꝑ offertur et oleū
unctionis et quicquid ad cultū taber-
naculi pertinet: oīmq; vasorum que
in sanctuario sunt. Locutusq; est dn̄s

ad moysen et aaron dicens. Nolite
perdere ppl'm caath de medio levitar:
sed hoc facite eis ut vivant: et nõ mo-
riantur si tetigerint sancta sanctorũ.
Aaron ⁊ filii eius intrabunt: ipsiq; dis-
ponent opa singlor: et dividẽt quid
portare quis debeat. Alii nulla curio-
sitate videant que sunt in sanctuario
priusq; involuant: alioquin morien-
tur. Locutusq; est dñs ad moysen di-
cens. Tolle summã etiã filior gerson
per domos ac familias et cognatio-
nes suas a triginta ãnis ⁊ supra usq;
ad annos quinquaginta. Numera
omnes qui ingrediunt ⁊ ministrant
in tabernaculo federis. Hoc ẽ officiũ
familie gersonitar: ut portent cortinas
tabernaculi et tectũ federis. operimentũ
aliud et super oĩa velamen iacinti-
num: tentoriũq; qd pendet in introitu
tabernaculi federis. cortinas atrii ⁊ ve-
lum in introitu quod est ante taberna-
culum. Omnia que ad altare ptinẽt
funiculos ⁊ vasa ministerii iubente aa-
ron et filiis ei' portabũt filii gerson: ⁊
scient singuli cui debeant operi manci-
pari. Hic est cultus familie gersonita-
rum in tabernaculo federis. Eruntq;
sub manu ithamar filii aaron sacer-
dotis. Filios quoq; merari p famili-
as et domos patrũ suor recensebis a
triginta ãnis ⁊ supra usq; ad annos
quinquaginta: oĩes q ingrediũtur
ad officium ministerii sui et cultũ fede-
ris testimonii. Hec sunt onera eorũ.
Portabunt tabulas tabernaculi ⁊ ve-
ctes eius. columnas et bases earum: co-
lumnas quoq; atrii p circuitum cum
basibz et paxillis ⁊ funibz suis. Omnia
vasa et suppellectilem ad numerũ acci-
pient: sicq; portabunt. Hoc est officiũ
familie meraritarũ et ministerium in
tabernaculo federis: eruntq; sub manu
ithamar filii aaron sacerdotis. Recen-
suerũt igitur moyses et aaron ⁊ prin-
cipes synagoge filios caath p cogna-
tiones et domos patrũ suorũ a trigin-
ta annis ⁊ supra usq; ad ãnum quin
quagesimum. omnes q ingrediũtur
ad ministerium tabernaculi federis: ⁊
inventi sũt duo milia septingẽti quin-
quaginta. Hic ẽ numerus ppli caath:
qui intrant tabernaculũ federis. Hos
numeravit moyses ⁊ aaron iuxta ser-
monem dñi per manũ moysi. Nume-
rati sunt ⁊ filii gerson p cognationes
et domos patrum suor a triginta an-
nis ⁊ supra usq; ad quinquagesimũ
annum omnes qui ingrediuntur ut
ministrent in tabernaculo federis: et
inventi sunt duo milia sexcenti trigin-
ta. Hic est populus gersonitar: quos
numeraverũt moyses et aaron iuxta
verbũ dñi. Numerati sunt ⁊ filii mera-
ri p cognationes et domos patrũ suo-
rum a triginta ãnis et supra usq; ad
annum quinquagesimum omnes q
ingrediuntur ad explendos ritus ta-
bernaculi federis: et inventi sunt tria
milia ducenti. Hic est numerus filior
merari: quos recensuerunt moyses et
aaron iuxta imperium dñi per manũ
moysi. Oĩes q recensiti sũt de levitis
et quos fecit ad nomẽ moyses ⁊ aarõ ⁊
principes isrl' p cognationes ⁊ domos
prm suor a trigita annis ⁊ supra us-
q; ad annũ quīquagesimũ ingredien-
tes ad ministeriũ tabernaculi ⁊ onera
portãdũ: fuerũt simul octo milia quīgen-
ti octoginta. Iuxta verbũ dñi recensuit
eos moyses unũquẽq; iuxta officiũ ⁊
onera sua: sicut preceperat dñs. Ca. v.

Locutusq; est dominus ad moy-
sen dicens. Precipe filiis israhel:

ut eiciant de castris omnē leprosum
et qui semine fluit pollutusq; est super
mortuo. Tam masculum q̄ feminam
eicite de castris: ne contaminent ea cū
habitauerint vobiscum. Feceruntq;
ita filij isrl': et eiecerunt eos extra castra
sicut locut⁹ est dn̄s moysi. Locutus
q; ē dn̄s ad moysen dicens. Loquere
ad filios isrl'. Vir siue mulier cum fece-
rint ex omnibus peccatis que solent ho-
minibus accidere · et per negligentiam
transgressi fuerint mandatū dn̄i atq;
deliquerint cōfitebunt̄ peccatum suū: ⁊
reddent ipm̄ caput quītamq; partem
desup ei in quē peccauerint. Sin autē
non fuerit qui recipiat dabunt dn̄o et
erit sacerdotis: excepto ariete q̄ offertur
pro expiatione ut sit placabilis hostia.
Omnes quoq; primitie quas offerūt
filij israhel ad sacerdotē ptinēt: ⁊ quic-
quid in sanctuariū offertur a singulis·
et traditur manibz sacerdotis ipsius
erit. Locutus ē dn̄s ad moysen dicēs.
Loquere ad filios israhel: et dices ad
eos. Vir cuius uxor errauerit · maritū
q; contempnens dormierit cum altero
viro · et hoc maritus deprehendere nō
quiuerit sed latet adulteriū · ⁊ testibus
argui nō potest · quia nō est inuenta
in stupro: si spiritus zelotipie cōcita-
uerit virum contra uxorem suam que
vel polluta ē vel falsa suspicione appe-
titur · adducet eam ad sacerdotem: et
offeret oblationem pro illa decimam
partē sati farine ordeacee. Non fundet
super eam oleum nec imponet thus·
quia sacrificium zelotipie est: ⁊ obla-
tio inuestigans adulterium. Offeret
igitur eam sacerdos et statuet coram
dn̄o: assumetq; aquam sanctā in vase
fictili: et pauxillum terre de pauimēto
tabernaculi mittet in eā. Cumq; steterit

mulier in conspectu dn̄i discooperiet
caput eius: et ponet sup manus illi⁹
sacrificium recordationis ⁊ oblationē
zelotipie. Ipse autem tenebit aquas a-
marissimas · i quas cum execratione
maledicta congessit: adiurabitq; eā
et dicet. Si nō dormiuit vir alienus
tecum · ⁊ si nō polluta es deserto mariti
thoro: non te nocebūt aque iste ama-
rissime in q̄s maledicta cōgessi. Sin
autē declinasti a viro tuo atq; polluta
es · ⁊ concubuisti cum altero: hijs ma-
ledictionibz subiacebis. Det te dn̄s in
maledictionē exemplumq; cūctorum
in pplo suo. Putrescere faciat femur tu-
um: et tumens uterus dirumpat̄. In-
grediantur aque maledicte in ventrē
tuum: et utero tumescente putrescat fe-
mur. Et respondebit mulier. Amen a-
men. Scribetq; sacerdos i libello ista
maledicta: ⁊ delebit ea aquis amaris-
simis in quas maledicta congessit: ⁊
dabit ei bibere. Quas cum exhauserit ·
tollet sacerdos de manu eius sacrifici-
um zelotipie · ⁊ eleuabit illud coram
domino imponetq; illud super altare:
ita duntaxat ut prius pugillum sa-
crificij tollat de eo quod offertur · ⁊ in-
cendat sup altare: ⁊ sic potum det mu-
lieri aquas amarissimas. Quas cū
biberit · si polluta est ⁊ contempto viro
adulterij rea · ptransibunt eam aque
maledictionis · ⁊ inflato ventre cōpu-
trescet femur: eritq; mulier i maledicti-
onem et in exemplū omī pplo. Quod
si polluta non fuerit erit innoxia: ⁊ fa-
ciet liberos. Ista est lex zelotipie. Si de-
clinauerit mulier a viro suo ⁊ si pollu-
ta fuerit: maritusq; zelotipie spiritu
concitatus adduxerit eam in cōspectu
domini · ⁊ fecerit ei sacerdos iuxta oīa
que scripta sunt · maritus absq; culpa

erit: ⁊ illa recipiet iniquitatē suā. C. vi.

Locutus ē dñs ad moysen dicēs. Loquere ad filios israhel: ⁊ dices ad eos. Vir sive mulier cū fecerint votum ut sanctificent': et se voluerint domino cōsecrare: a vino et omī quod inebriare potest abstinebūt. Acetum ex vino et ex qualibet alia potione: et quicquid de uva exprimitur nō bibēt: uvas recentes siccasq; non comedent cūctis diebꝫ quibꝫ ex voto dño consecrant': quicqd ex vinea esse potest ab uvapassa usq; ad acinū non comedēt. Omni tempore separationis sue novacula nō transibit ꝑ caput eius: usq; ad completū diē quo dño cōsecratur sanctꝰ erit. crescente cesarie capitis eiꝰ. Omni tempore cōsecrationis sue sup mortuū non ingredietur: nec sup patris quidē et matris et fratris sororisq; funere contaminabit': quia consecratio dei sui sup caput eius est. Omnibus diebꝫ separationis sue sanctus erit domino. Si autē mortuus fuerit subito quispiā corā eo: polluet' caput cōsecrationis eius: qđ radet ilico et in eadem die purgationis sue: et rursum septima. In octava autē die offeret duos turtures vel duos pullos columbe sacerdoti in introitu federis testimonii: facietq; sacerdos unū pro peccato ⁊ alterū in olocaustū: et deprecabit' pro eo quia peccavit super mortuo: sanctificabitq; caput eius in die illo: et cōsecrabit domino dies separationis illiꝰ offerēs agnū anniculū ꝑ peccato: ita tamen ut dies priores irriti fiant: quoniā polluta ē sanctificatio eius. Ista ē lex consecrationis. Cū dies quos ex voto decreverat complebūtur: adducet eū ad ostiū tabernaculi federis: ut offerat oblationem eiꝰ dño agnū anniculum immaculatū in olocaustū: et ovē anniculā immaculatā ꝑ peccato: et arietem immaculatū hostiā pacificam: canistrū q3 panū azimoꝝ qui conspersi sunt oleo: ⁊ lagana absq; fermēto uncta oleo ac libamina singuloꝝ: q offeret sacerdos corā dño: et faciet tam ꝑ peccato q3 in olocaustū. Arietem vero immolabit hostiā pacificā dño: offerens simul canistrū azimoꝝ ⁊ libamenta que ex more debent'. Tunc radetur nazareus ante ostium tabernaculi federis cesarie cōsecrationis sue: tolletq; capillos eius et ponet sup ignē qui est suppositus sacrificio pacificoꝝ: et armū coctū arietis: tortāq; absq; fermento unā de canistro: ⁊ laganū azimoꝝ unū: ⁊ tradet ī manibꝫ nazarei postq; rasū fuerit caput eiꝰ: susceptaq; rursū ab eo elevabit ī cōspectu dñi: ⁊ sanctificata sacerdotis erūt: sicut pectusculū qđ separari iussū est ⁊ femur. Post hec potest bibere nazareus vinū. Ista ē lex nazarei cū voverit oblationē suā dño tēpe cōsecrationis sue: exceptis hiis q invenerit manus eius. Iuxta qđ mēte devoverat: ita faciet ad ꝑfectionem sanctificationis sue. Locutus ē dominus ad moysen dicens. Loquere aaron et filiis eiꝰ. Sic benedicetis filiis israhel: et dicetis eis. Benedicat tibi dominꝰ: et custodiat te. Ostendat dñs faciem suam tibi: et misereatur tui. Convertat dñs vultum suum ad te: ⁊ det tibi pacem. Invocabunt nomē meū sup filios israhel: ⁊ ego benedicā eis. Ca. vii.

Factum est autem ī die qua complevit moyses tabernaculum et erexit illud: unxitq; et sanctificavit cū omnibus vasis suis altare similiter et omnia vasa eius: obtulerunt principes israhel ⁊ capita familiarū qui

erant per singulas tribus prefecti eorum
qui numerati fuerant munera coram
dño · sex plaustra tecta cum duodecim
bubus. Unum plaustrū obtulere duo
duces · et unū bouē singuli: obtulerūt
q; ea in conspectu tabernaculi. Ait aūt
dñs ad moysen. Suscipe ab eis ut ser-
uiant in ministerio tabernaculi: et tra-
des ea leuitis iuxta ordinē ministerij
sui. Itaq; cū suscepisset moyses plau-
stra & boues: tradidit eos leuitis. Duo
plaustra et quatuor boues dedit filijs
gerson · iuxta id quod habebant neces-
sarium: quatuor alia plaustra et octo
boues dedit filijs merari scđm officia
et cultum suum · sub manu ithamar
filij aarō sacerdotis. Filijs aūt caath
non dedit plaustra et boues: quia in
sanctuario seruiūt · et onera proprijs por-
tant humeris. Igit̄ obtulerūt duces
in dedicationē altaris · die qua unctū
est oblationē suam ante altare. Dixit-
q; dñs ad moysen. Singuli duces per
singulos dies offerant munera in de-
dicationem altaris. Primo die obtu-
lit oblationē suā naason filius aminadab
de tribu iuda: fueruntq; in ea aceta-
bulum argenteum · pondo centumtri-
ginta siclorum · fiala argentea habēs
septuaginta siclos iuxta pondus san-
ctuarij · utrumq; plenum simila cōsper-
sa oleo in sacrificium: mortariolum
ex decem siclis aureis plenū incenso: bo-
uem de armento & arietem et agnum
anniculū in olocaustū hircumq; pro
peccato: et in sacrificio pacificorum bo-
ues duos · arietes quinq; · hircos quin-
q;: agnos āniculos quinq;. Hec ē ob-
latio naason filij aminadab. Secūdo
die obtulit nathanael filius suar dux
de tribu isachar: acetabulum argēteū
appendēs centūtriginta siclos · fialam
argenteā habentē septuaginta siclos
iuxta pondus sanctuarij · utrumq; ple-
num simila conspersa oleo ī sacrificiū:
mortariolum aureū habens decem si-
clos plenū incenso: bouem de armēto
et arietem · et agnum anniculū ī olo-
caustum hircumq; pro peccato: et ī sa-
crificio pacificorum boues duos · arie-
tes quinq; · hircos quinq;: agnos āni-
culos quinq;. Hec fuit oblatio natha-
nael filij suar. Tercio die princeps fili-
orum zabulon heliab filius helon ob-
tulit acetabulū argenteum appendens
centumtriginta siclos · fialam argen-
team habentē septuaginta siclos ad
pondus sanctuarij · utrumq; plenū si-
mila conspersa oleo in sacrificiū: mor-
tariolum aureum appendens decem
siclos plenū incenso: bouem de armen-
to et arietem · et agnum āniculum in
olocaustum hircumq; pro peccato: et
in sacrificio pacificorū boues duos · ari-
etes quinq; · hircos quinq;: agnos an-
niculos quinq;. Hec ē oblatio heliab
filij helon. Die quarto princeps filio-
rum ruben elisur filius sedeur · obtulit
acetabulum argenteum appendēs cen-
tumtriginta siclos · fialam argenteā
habentem septuaginta siclos ad pon-
dus sanctuarij · utrumq; plenum simi-
la conspersa oleo in sacrificium: mor-
tariolum aureum appendens decem
siclos plenum incenso: bouem et arie-
tem & agnum āniculum in olocaustū
hircumq; pro peccato: et in sacrificio
pacificorū boues duos · arietes quinq; ·
hircos quinq;: agnos āniculos quinq;.
Hec fuit oblatio elisur · filij sedeur. Die
quinto princeps filiorum symeon sala-
miel filius surisaddai · obtulit acetabu-
lum argenteum appendens centumtri-
ginta siclos · fialam argenteā habentē

septuaginta siclos ad pondus sanctu-
arij · utrumqz plenū simila conspersa
oleo in sacrificium: mortariolū aure-
um appendens decem siclos plenum
incenso: bouem de armēto et arietem
et agnum anniculum in olocaustū·
hircumqz pro peccato: et in hostias
pacificoꝝ boues duos· arietes quinqz·
hircos quīqz: agnos ānīculos quin-
qz. Hec fuit oblatio salamiel filij suri-
saddai. Die sexto princeps filioꝝ gad
heliasaph fili⁹ duel· obtulit acetabu-
lum argenteum appendens centumtri-
ginta siclos· fialam argenteā habentē
septuaginta siclos ad pondus sanctu-
arij· utrumqz plenum simila consper-
sa oleo in sacrificium: mortariolum
aureum appendens decē siclos plenū
incenso: bouem de armento ⁊ arietem
et agnū anniculū in olocaustum· hir-
cumqz pro peccato: et in hostias pacifi-
corum boues duos· arietes quīqz· hir-
cos quīqz: agnos anniculos quinqz.
Hec fuit oblatio heliasaph· filij duel.
Die septiō prīceps filioꝝ ephraim· elisa-
ma filius ammiud· obtulit acetabu-
lum argenteum appendens centumtri-
ginta siclos· fialam argenteā haben-
tem septuaginta siclos ad pond⁹ san-
ctuarij· utrumqz plenū simila cōspersa
oleo in sacrificium: mortariolū aure-
um appendens decē siclos plenū incen-
so: bouem de armēto· ⁊ arietē et agnū
ānīculum in olocaustum· hircumqz
pro peccato: ⁊ in hostias pacificorū bo-
ues duos· arietes quīqz· hircos quin-
qz: agnos ānīculos quinqz. Hec fuit
oblatio elisama· filij ammiud. Die o-
ctauo prīceps filioꝝ manasse gama-
liel filius phadassur· obtulit acetabu-
lum argenteum appendens centumtri-
ginta siclos· fialā argenteā habentē
septuaginta siclos ad pondus sanctu-
arij· utrumqz plenū simila conspersa
oleo in sacrificium: mortariolū aureū
appendens decem siclos plenū incenso:
bouem de armento· ⁊ arietem· ⁊ agnū
anniculum ī olocaustum· hircumqz
pro peccato: et in hostias pacificorū bo-
ues duos· arietes quīqz· hircos quin-
qz: agnos ānīculos quinqz. Hec fuit
oblatio gamaliel filij phadassur. Die
nono princeps filiorū beniamin abi-
dan filius gedeonis· obtulit acetabu-
lum argenteū appendens centūtrigin-
ta siclos· fialam argenteam habentē
septuaginta siclos ad pond⁹ sanctu-
arij· utrumqz plenum simila cōspersa
oleo in sacrificium: mortariolum au-
reum appendens decē siclos plenum
incenso: bouem de armento· ⁊ arietē· ⁊
agnum anniculum ī olocaustū· hir-
cumqz pro peccato: ⁊ in hostias pacifi-
corū boues duos· arietes quinqz· hir-
cos quinqz: agnos anniculos quīqz.
Hec fuit oblatio abidan filij gedeonis.
Die decimo princeps filioꝝ dan· abie-
zer filius amisaddai· obtulit acetabu-
lum argenteum appendens centumtri-
ginta siclos· fialam argenteā habentē
septuaginta siclos ad pondus sanctu-
arij· utrumqz plenum simila cōspersa
oleo in sacrificium: mortariolum au-
reum appendens decem siclos plenum
incenso: bouem de armento ⁊ arietem
et agnum ānīculum in olocaustum·
hircuqz ꝑ peccato: ⁊ ī hostias pacificoꝝ
boues duos· arietes quinqz· hircos
quīqz: agnos ānīculos quīqz. Hec fu-
it oblatō abiezer filij amisaddai. Die
undecio princeps filioꝝ aser phageiel
filius ochran· obtulit acetabulum ar-
genteum appendens centumtriginta
siclos· fialam argenteam habentem

septuaginta siclos ad pondꝰ sanctu-
arij· utrumq; plenū simila conspersa
oleo in sacrificium: mortariolum au-
reum appendens decem siclos plenum
incenso: bouem de armento· ⁊ arietem·
et agnum anniculum ī olocaustum·
hircumq; pro peccato: et in hostias pa-
cificorum boues duos· arietes quinq;·
hircos quinq;: agnos ānniculos quin-
q;. Hec fuit oblatio phagaihel filij och-
ran. Die duodecimo princeps filiorꝫ
neptalim ahira filius henan· obtulit
acetabulum argenteū appendens cen-
tumtriginta siclos· fialam argenteā
habentē septuaginta siclos ad pondus
sanctuarij· utrumq; plenū simila con-
spersa oleo in sacrificium: mortariolū
aureum appendēs decem siclos plenū
incenso: bouem de armento· et arietē·
et agnum anniculū ī olocaustum hir-
cumq; pro peccato: ⁊ in hostias pacifi-
corum boues duos· arietes quinq;· hir-
cos quinq;: agnos ānniculos quinq;.
Hec fuit oblatio ahira filij henan. Hec
in dedicatione altaris oblata sunt a
principib; israhel in die qua cōsecratū
est; acetabula argētea duodecim· fiale
argentee· duodecim· ita ut centumtri-
ginta argenti siclos haberet unum a-
cetabulum· et septuaginta siclos una
fiala· id est in cōmune uasorꝫ omnium
ex argento· sicli duo milia q̄dringenti
pōdere sanctuarij: mortariola aurea
duodecim plena incenso· denos siclos
appendentia pondere sanctuarij· id est
simul auri sicli centumuiginti: boues
de armento in olocaustum duodecim·
arietes duodecim· agni anniculi duo-
decim ⁊ libamenta eorum: hirci duode-
cim· pro peccato: in hostias pacifico-
rum boues uigintiquatuor· arietes sexa-
ginta· hirci sexaginta· agni anniculi

sexaginta. Hec oblata sunt in dedica-
tione altaris· quādo unctū ē. Cumq;
ingrederetur moyses tabernaculū fede-
ris ut consuleret oraculum: audiebat
uocem loquentis ad se de ꝓpiciatorio·
qđ erat sup archā testimonij inter du-
os cherubin: unde ⁊ loquebatᷣ ei. c. viii.

Locutus ē dn̄s ad moysen· dicēs.
Loquere aarō: et dices ad eum.
Cum posueris septem lucernas: cande-
labrum in australi parte erigatᷣ. Hoc
igitur precipe ut lucerne contra boreā
regione respiciant ad mensam panū
propositionis: contra eam partē quā
candelabrum respicit lucere debebunt.
Fecitq; aarō: ⁊ imposuit lucernas su-
per candelabrū ut preceperat dominꝰ
moysi. Hec autem erat factura cande-
labri: ex auro ductili tam medius sti-
pes q̄ cuncta que ex utroq; calamorū
latere nascebantur. Iuxta exemplū qđ
ostendit dn̄s moysi: ita operatus est
candelabrum. Et locutus est dominꝰ
ad moysen dicēs. Tolle leuitas de me-
dio filiorum israhel: et purificabis eos
iuxta hunc ritum. Aspergantᷣ aqua
lustrationis: ⁊ radant omnes pilos
carnis sue. Cumq; lauerint uestimēta
sua et mundati fuerint: tollant bouē
de armentis ⁊ libamentum eiꝰ· similā
oleo conspersā: bouem aūt alterum de
armento tu accipies ꝓ peccato: ⁊ appli-
cabis leuitas coram tabernaculo fede-
ris· cōuocata omī multitudine filiorꝫ
israhel. Cumq; leuite fuerint corā dn̄o
ponent filij israhel manus suas super
eos: et offeret aaron leuitas munꝰ in
conspectu domini a filijs israhel: ut
seruiant in ministerio eius. Leuite q̄
ponent manus suas super capita bo-
um: e quibus unum facies pro pecca-
to· ⁊ alterum in olocaustum domini:

ut depreceris pro eis. Statuesq; levitas
in conspectu aaron et filiorum eius et
consecrabis oblatos domino: ac sepa-
rabis de medio filiorum israhel ut sint
mei: et postea ingrediantur tabernacu-
lum federis ut serviant michi. Sicq;
purificabis et consecrabis eos in obla-
tionem domini: quoniam dono dona-
ti sunt michi a filiis israhel. Pro pri-
mogenitis que aperiunt omnem vulvam
in israel accepi eos. Mea sunt enim omnia
primogenita filiorum israhel: tam ex ho-
minibus quam ex iumentis. Ex die quo
percussi omne primogenitum in terra
egipti sanctificavi eos michi: et tuli le-
vitas pro cunctis primogenitis filiorum
israhel: tradidiq; eos dono aaron et
filiis eius de medio populi ut serviant mi-
chi pro israhel in tabernaculo federis:
et orent pro eis ne sit in populo plaga si
ausi fuerint accedere ad sanctuarium.
Feceruntq; moyses et aaron et omnis
multitudo filiorum israhel super levitis que
preceperat dominus moysi: purificatiq; sunt
et laverunt vestimenta sua. Elevavit-
q; eos aaron in conspectu domini et oravit
pro eis: ut purificati ingrederentur ad
officia sua in tabernaculum federis coram
aaron et filiis eius. Sicut preceperat do-
minus moysi de levitis: ita factum est.
Locutus est dominus ad moysen dicens.
Hec est lex levitarum. A viginti quinq; an-
nis et supra ingredientur ut ministrent
in tabernaclo federis. Cumq; quinqua-
gesimum annum etatis impleverint
servire cessabunt: eruntq; ministri fra-
trum suorum in tabernaculo federis ut
custodiant que sibi fuerint commendata:
opera autem ipsa non faciant. Sic dis-
pones levitis in custodiis suis. ca. ix.

Locutus est dominus ad moysen in de-
serto synai anno secundo postquam
egressi sunt de terra egipti mense primo
dicens. Faciant filii israhel phase in
tempore suo quartadecima die men-
sis huius ad vesperam: iuxta omnes
cerimonias et iustificationes eius. Pre-
cepitq; moyses filiis israhel: ut facerent
phase. Qui fecerunt tempore suo quar-
tadecima die mensis ad vesperam in
monte synai: iuxta omnia que man-
daverat dominus moysi fecerunt filii israhel.
Ecce autem quidam immundi super a-
nima hominis qui non poterant facere
phase in die illo: accedentes ad moysen
et aaron dixerunt eis. Immundi sumus
super anima hominis: quare frauda-
mur ut non valeamus offerre oblatio-
nem domino in tempore suo inter filios
israhel? Quibus respondit moyses.
State: ut consulam quid precipiat
dominus de vobis. Locutusq; est do-
minus ad moysen dicens. Loquere fi-
liis israhel. Homo qui fuerit immun-
dus super anima sive in via procul
in gente vestra faciat phase domino
in mense secundo quartadecima die men-
sis ad vesperam, cum azimis et lactu-
cis agrestibus comedent illud. Non re-
linquent ex eo quippiam usq; mane et
os eius non confringent: omnem ritum phase
observabunt. Si quis autem et mundus
est et in itinere non fuit et tamen non fecit
phase exterminabitur anima illa de po-
pulis suis: quia sacrificium domino
non obtulit tempore suo. Peccatum suum
ipse portabit. Peregrinus quoq; et ad-
vena si fuerint apud vos: facient phase
domini iuxta cerimonias et iustifica-
tiones suas. Preceptum idem erit a-
pud vos tam advene quam indigene. Igitur
die qua erectum est tabernaculum o-
peruit illud nubes. Vespere autem super
tentorium erat quasi species ignis usq;

ad mane. Sic fiebat iugiter. Per diē
operiebat illud nubes: et per noctem q̄si
species ignis. Cumq; ablata fuisset nu-
bes que tabernaculum ꝓtegebat · tūc
proficiscebātur filij israhel: ꝛ i loco ubi
stetisset nubes · ibi castrametabantur.
Ad imperiū dn̄i proficiscebant̄: et ad
imperium illius figebāt tabernaculū.
Cunctis diebus quibus stabat nubes
super tabernaculū manebāt in eodem
loco: et si euenisset ut multo tēpore ma-
neret sup illud · erant filij isrl̄ in excubi-
js dn̄i: et non proficiscebātur quotquot
diebus fuisset nubes super tabernacu-
lum. Ad imperiū dn̄i erigebāt tentori-
a: et ad imperiū illius deponebāt. Si
fuisset nubes a vespere usq; ad mane ·
et statim diluculo tabernaculū reliquis-
set proficiscebātur: ꝛ si post diem et no-
ctem recessisset · dissipabāt tentoria. Si
vero biduo aut uno mēse uel longio-
ri tempore fuisset sup tabernaculum ·
manebāt filij israhel in eodem loco · ꝛ
nō proficiscebant̄: statim autem ut re-
cessisset mouebāt castra. Per verbum
dn̄i figebāt tētoria · et p verbū illi⁹ pro-
ficiscebātur: erātq; i excubijs dn̄i iuxta
imperium eius per manū moysi. ca. x.

Locutus ē dn̄s ad moysen dicēs.
Fac tibi duas tubas argenteas
ductiles: q̄bz cōuocare possis multitu-
dinē quādo mouenda sūt castra. Cūq;
increpueris tubis: cōgregabit̄ ad te o-
mnis turba ad ostium tabernaculi fe-
deris. Si semel clangueris: venient ad
te principes ꝛ capita multitudinis isra-
hel. Si autem prolixior atq; concisus
clangor increpuerit: mouebūt castra
primi qui sunt ad orientalē plagam.
In secūdo aūt sonitu et pari ululatu
tube leuabūt tentoria qui habitāt ad
meridiem: et iuxta hūc modū reliqui
faciant ululantibz tubis in ꝓfectione.
Quādo autem congregādus est ppls:
simplex tubarū clangor erit: ꝛ nō conci-
se ululabunt. Filij aūt aaron sacerdo-
tis clangent tubis: eritq; hec legitimū
sempiternū in generationibz vr̄is. Si
exieritis ad bellum de terra vestra · con-
tra hostes q̄ dimicant aduersum vos ·
clangetis ululantibz tubis: et erit re-
cordatio vestri coram dn̄o deo vestro:
ut eruamini de manibz inimicorū vr̄o-
rum. Si quādo habebitis epulū et dies
festos et kalendas · canetis tubis super
olocaustis ꝛ pacificis victimis: ut sint
vobis in recordationē dei vestri. Ego
dn̄s deus vester. Anno secundo men-
se secūdo · vicesima die mensis · eleuata ē
nubes de tabernaculo federis. Profe-
ctiq; sunt filij israhel per turmas suas
de deserto synai: et recubuit nubes in
solitudine pharan. Moueruntq; castra
primi iuxta imperiū dn̄i i manu moy-
si · filij iuda p turmas suas: quorum
princeps erat naason fili⁹ ammina-
dab. In tribu filiorū isachar fuit prin-
ceps nathanael filius suar: in tribu za-
bulon erat princeps eliab filius elon.
Depositumq; est tabernaculum: quod
portātes egressi sunt filij gerson et me-
rari. Profectiq; sunt et filij ruben p tur-
mas ꝛ ordinem suum: quoꝝ princeps
erat elisur filius sedeur. In tribu aūt
filioꝝ symeon princeps fuit salamihel
filius surisaddai: porro in tribu gad
erat princeps eliasaph fili⁹ duel. Pro-
fectiq; sunt ꝛ caathite: portantes san-
ctuarium. Tam diu tabernaculū por-
tabatur: donec venirent ad erectionis
locum. Mouerunt castra ꝛ filij ephra-
im per turmas suas: in quoꝝ exercitu
princeps erat elisama fili⁹ ammiud.
In tribu aūt filioꝝ manasse princeps

fuit gamaliel filius phadassur: et in
tribu beniamin erat dux abidan filius
gedeonis. Nouissimi castroꝝ omniũ
profecti sunt filii dan per turmas suas:
in quoꝝ exercitu princeps fuit abiezer
filius ammisaddai. In tribu aũt filioꝝ
aser erat princeps phegaihel filius och-
ran: et in tribu filiorũ neptalim prin-
ceps fuit ahira filius henan. Hec sũt
castra et profectiones filioꝝ israhel per
turmas suas quando egrediebantur.
Dixitq; moyses obab filio rahuel ma-
dianiti cognato suo. Proficiscimur
ad locum quẽ dñs daturus est nobis:
ueni nobiscum ut benefaciamus tibi:
quia dñs bona promisit israheli. Cui
ille respondit. Non uadam tecum: sed
reuertar in terram meã in qua natus
sum. Et ille: noli inquit nos relinque-
re. Tu enim nosti in quibus locis per de-
sertum castra ponere debeamus: et eris
ductor noster. Cumq; nobiscum uene-
ris: quicquid optimũ fuerit ex opibus
quas nobis traditurus est dominus
dabimus tibi. Profecti sũt ergo de mõte
dñi uiam trium dierũ: archaq; federis
dñi precedebat eos per dies tres · proui-
dens castrorũ locum. Nubes quoq;
dñi sup eos erat per diem cũ incederent.
Cumq; eleuaretur archa · dicebat moy-
ses. Surge domine et dissipentur inimi-
ci tui: et fugiant qui oderunt te a facie
tua. Cũ aũt deponeretur · aiebat. Reuertere
dñe ad multitudinem exercitus isrl. c. xi.
Interea ortum est murmur ppli:
quasi dolentiũ pro labore contra
dñm. Quod cũ audisset iratus est: et
accensus in eos ignis dñi deuorauit
extremã castroꝝ partẽ. Cumq; clamasset
pplus ad moysen: orauit moyses ad
dñm · et absortus est ignis. Uocauitq;
nomẽ loci illius incensio: eo ꝙ succensus
fuisset contra eos ignis dñi. Uulgus
quippe promiscuũ qd ascenderat cum
eis · flagrauit desiderio carniũ sedens
et flens · iunctis sibi pariter filiis isrl: et
ait. Quis dabit nobis ad uescendum
carnes? Recordamur pisciũ quos com-
edebamus in egipto gratis: in mentẽ
nobis ueniunt cucumeres · et pepones ·
porriq; et cepe · et allia. Anima nostra
arida est · nichil aliud respiciunt oculi
nostri nisi man. Erat aũt man quasi
semẽ coriandri coloris bdellii. Circui-
batq; pplus · et colligens illud frangebat
mola siue terebat in mortario: coquẽs
in olla et faciẽs ex eo tortulas saporis
quasi panis oleati. Cumq; descenderet no-
cte sup castra ros: descendebat pariter et
man. Audiuit ergo moyses flentem
pplm per familias: singulos per ostia
tentorii sui. Iratusq; est furor dñi ual-
de: sed et moysi intolleranda res uisa
est, et ait ad dominũ. Cur afflixisti ser-
uum tuum? Quare non inuenio gra-
tiam coram te? Et cur imposuisti pon-
dus uniuersi populi huius super me?
Numquid ego concepi omnem hanc
multitudinem uel genui eam · ut dicas
michi porta eos in sinu tuo sicut porta-
re solet nutrix infantulum: et defer in
terram pro qua iurasti patribus eoꝝ?
Unde michi carnes: ut dem tante mul-
titudini? Flent contra me dicentes:
da nobis carnes ut comedamus. Non
possum solus sustinere omnem hũc
populum: quia grauis michi est. Sin
aliter tibi uidetur: obsecro ut interfici-
as me · et inueniam gratiam in oculis
tuis: ne tantis afficiar malis. Et di-
xit dominus ad moysen. Congrega
michi septuaginta uiros de senibus
israhel · quos tu nosti ꝙ senes populi
sint ac magistri: et duces eos ad ostiũ

tabernaculi federis·facies q; ibi stare te-
cum ut descendam ⁊ loquar tibi: ⁊ au-
feram de spiritu tuo tradamq; eis·ut
sustentent tecum onus p̄pli·⁊ non tu
solus graueris. Populo quoq; dices.
Sanctificamini. Cras comedetis car-
nes. Ego enī audiui vos dicere. Quis
dabit nobis escas carniū? Bene nobis
erat in egipto. Ut det vobis dominus
carnes ⁊ comedatis·non uno die nec
duobꝫ uel quinq; aut decem·nec vigin-
ti quidē·sed usq; ad mensem dierum:
donec exeat per nares vr̄as ⁊ vertatur
in nausiam: eo qd̄ repuleritis dn̄m q̄
in medio vestri est·⁊ fleueritis corā eo
dicentes. quare egressi sumus ex egipto?
ut periremus in solitudine? Et ait mo-
yses: [ad dn̄m] Sexcenta milia peditum huius
p̄pli sūt. Et tu dicis dabo eis esum car-
nium mense integro? Nunquid ouiū
et boum multitudo cedetur·ut possit
sufficere ad cibum: uel omnes pisces
maris in unū congregabūtur ut eos
sacient? Cui respōdit dn̄s. Nunquid
manus dn̄i inualida est? Iam nunc
videbis: utrum meus sermo ope com-
pleatur. Uenit igitur moyses ⁊ narra-
uit p̄plo verba dn̄i·congregans septu-
aginta viros de senibꝫ israhel: quos
stare fecit circa tabernaculum. Descen-
ditq; dn̄s per nubem ⁊ locutus ē ad eū:
auferens de spiritu qui erat in moyse:
et dans septuaginta viris. Cumq; re-
quieuisset in eis spiritus, p̄phetauerūt:
nec ultra cessauerūt. Remanserāt autē
in castris duo viri·quorū unus voca-
batur heldad·⁊ alter medad·super quos
requieuit spiritus; nam ⁊ ipsi descripti
fuerant: ⁊ non exierant ad tabernacu-
lum. Cumq; p̄pharetarent in castris: cu-
currit puer ⁊ nunciauit moysi dicens.
Heldad et medad p̄phetant in castris.

Statim iosue filius nun minister moy-
si·et electus e pluribꝫ ait. Domine mi
moyses prohibe eos. At ille: quid in-
quit emularis pro me? Quis tribuat
ut omnis p̄pls p̄phetet: ⁊ det eis dn̄s
spiritum suum? Reuersusq; ē moyses
et maiores natu israhel i castra. Uen-
tus autem egrediens a dn̄o arreptas
transmare coturnices detulit ⁊ dimisit
in castra·itinere quātum uno die con-
fici potest ex omni parte castrorum per
circuitum: volabantq; in aere duobus
cubitis altitudine super terrā. Surgens
ergo populus toto die illo et nocte ac
die altero·congregauerunt coturnicū·
qui parum decem choros: ⁊ siccauerūt
eas per girum castroꝝ. Adhuc carnes
erant in dentibꝫ eorū·nec defecerat hu-
iuscemodi cibus: ⁊ ecce furor dn̄i con-
citatus in populū·percussit eū plaga
magna nimis. Uocatusq; est ille lo-
cus sepulcra concupiscentie, ibi enī sepe-
lierunt populū q̄ desiderauerat [carnem]. Egres-
si autem de sepulcris concupiscentie
venerūt ī aseroth: ⁊ mānserūt ibi. Ca. xii.

Locutaq; est maria et aarō cōtra
moysen p̄pter uxorē eius ethiopis-
sam: ⁊ dixerunt. Num per solū moysen
locutus est dominus? Nonne ⁊ nobis
similiter ē locutus? Quod cū audisset
dominus·iratus est. Erat enim moy-
ses vir mitissimus super omnes ho-
mines qui morabātur in terra. Sta-
tim locutus est ad eum ⁊ ad aaron·⁊
mariā. Egredimini vos tantum tres
ad tabernaculū federis. Cumq; fuissent
egressi descendit dominus in columna
nubis: et stetit in introitu tabernaculi
vocans aaron et mariam. Qui cum
issent dixit ad eos. Audite sermones
meos. Si q̄s fuerit inter vos prophe-
ta domini ī visione apparebo ei: uel per

somnium loquar ad illum. At non
talis servus meus moyses: qui i omi
domo mea fidelissimus est. Ore enim
ad os loquor ei: Palam· et non per enig-
mata et figuras dnm videt. Quare
ergo nō timuistis detrahere servo meo
moysi? Iratusq; contra eos abiit. Nu-
bes quoq; recessit que erat super taber-
naculum. Et ecce maria apparuit can-
dens lepra quasi nix. Cumq; respexisset
eam aaron et vidisset perfusam lepra:
ait ad moysen. Obsecro domine mi-
ne imponas nobis hoc peccatum qd
stulte commisimus: ne fiat hec quasi
mortua: et ut abortivum qd proicitur
de vulva matris sue. Ecce iam medi-
um carnis eius devoratū est a lepra.
Clamavitq; moyses ad dnm dicens.
Deus obsecro· sana eam. Cui respon-
dit dominus. Si pater eius spuisset
ī faciē illi9· nōne debuerat saltim septē
diebz rubore suffundi? Separetur septem
diebz extra castra: et postea revocabitur.
Exclusa est itaq; maria extra castra se-
ptem diebz: et ppls nō ē motus de loco
illo· donec revocata ē maria. .xiii.

Profectusq; ē ppls de aseroth: fixis
tentorijs ī deserto pharan. Ibiq;
locutus est domin9 ad moysen dicēs.
Mitte viros qui considerent terrā cha-
naan quā daturus sum filijs israhel:
singulos de singulis tribubz ex prin-
cipibus. Fecit moyses qd dns impera-
rat: de deserto pharan mittēs principes
viros: quorū ista sunt nomina. De
tribu ruben· semmua filium zechur: de
tribu simeon· saphat filiū vri: de tribu
iuda chaleb filiū iephone: de tribu isach-
ar igal filiū ioseph: de tribu ephraim
osee filiū nun: de tribu beniamin phal-
ti filiū raphu. De tribu zabulon· ged-
dihel filiū sodi: de tribu ioseph sceptri
manasse gaddi filiū susi: de tribu dan
amihel filium gemalli: de tribu aser
sethur filiū michael: de tribu neptalim
naabi filium vapsi: de tribu gad gu-
hel filium machi. Hec sunt nomina
virorū· quos misit moyses ad consi-
derandam terram: vocavitq; osee filiū
nun iosue. Misit ergo eos moyses ad
considerandā terrā chanaan: et dixit
ad eos. Ascendite per meridianā pla-
gam. Cumq; veneritis ad mōtes· con-
siderate terram qualis sit: et ppłm qui
habitator est eius· utrum fortis sit an
infirm9: pauci numero an plures: ipa
terra bona an mala: urbes quales·
murate an absq; muris: hum9 pin-
guis an sterilis· nemorosa an absq;
arboribus. Confortamini· et afferte
nobis de fructibus terre. Erat autem
temp9 quādo iam precoque vue vesci
possunt. Cumq; ascendissent explora-
verunt terram a deserto syn· usq; ad ro-
ob intrantibus emath. Ascenderunt
q; ad meridiem et venerunt in hebron·
ubi erant achiman et sisai et tholmai·
filij enach; nam hebron septem annis
ante thanim urbem egipti condita est.
Pergentesq; usq; ad torrentem botri
absciderūt palmitē cū uva sua quē por-
taverunt in vecte duo viri. De malis
quoq; granatis et de ficis loci illius
tulerunt· qui appellatus est nehelescol
id est torrens botri eo quod botrū por-
tassent inde filij israhel. Reversiq; explo-
ratores terre post q̄draginta dies omi
regione circuita venerunt ad moysen
et aaron et ad omnem cetum filiorū
israhel in desertum pharan quod est
in cades. Locutiq; eis et omni multi-
tudini ostenderunt fructus terre et nar-
raverunt dicentes. Venimus in terrā
ad quā misistis nos· que revera fluit

lacte et melle: ut ex hiis fructibz cognosci potest: sed cultores fortissimos habet, et urbes grandes atq; muratas. Stirpem enach vidim⁹ ibi. Amalech habitat in meridie: etheus et iebuseus et amorreus in montanis. Chanane⁹ vero moratur iuxta mare et circa fluenta iordanis. Inter hec caleb compescens murmur populi qui oriebatur contra moysen ait. Ascendamus ⁊ possideamus terram: quoniā poterimus obtinere eam. Alij vero qui fuerant cū eo dicebant. Nequaq; ad hunc ppl'm valemus ascendere: quia fortior nobis est. Detraxerūtq; terre quā inspexerant apud filios israhel dicentes. Terra quā lustravim⁹ devorat habitatores suos. Popul⁹ quē aspexim⁹ procere stature ē. Ibi vidim⁹ mōstra quedam filiorū enach de genere gigāteo: quibz comparati q̄si locuste videbam̄. c. xiiii.

Igitur vociferās oīs turba flevit nocte illa: ⁊ murmurati sūt ɔtra moysen et aaron cūcti filij israhel dicētes. Utinā mortui essemus ī egipto ⁊ non in hac vasta solitudine. Utinam pereamus et non inducat nos dominus ī terrā istam: ne cadamus gladio ⁊ uxores ac liberi nostri ducātur captivi. Nonne melius ē reverti in egiptū? Dixerūtq; alter ad alterū. Constituam⁹ nobis ducem ⁊ revertamur ī egiptum. Quo audito moyses ⁊ aaron ceciderūt proni in terram coram omī multitudine filiorū israhel. At vero iosue fili⁹ nun et caleb filius iephone qui ⁊ ipi lustraverant terram: sciderunt vestimenta sua: ⁊ ad omnē multitudinē filiorum israhel locuti sunt. Terra quā circuivimus valde bona est. Si propicius fuerit dñs inducet nos in eam: et tradat humum lacte et melle manantē. Nolite rebelles esse contra dominū: neq; timeatis ppl'm terre huius: quia sicut panē ita eos possumus devorare. Recessit ab eis omne presidiū: dñs nobiscū ē. nolite metuere. Cumq; clamaret oīs multitudo ⁊ lapidibz eos vellet opprimere: apparuit gloria domini super tectum federis cūctis videntibus filijs israhel. Et dixit dñs ad moysen. Usquequo detrahet michi populus iste? Quousq; non credent michi ī omībz signis q̄ feci corā eis? Feriam igitur eos pestilentia: atq; consumā: te autē faciam principem sup gentē magnā et fortiorem q̄ hec est. Et ait moyses ad dominum. Ut audiant egiptij de quorū medio eduxisti populū istum: ⁊ habitatores terre huius q̄ audierunt quod tu domine in populo isto sis: ⁊ facie videaris ad faciem: ⁊ nubes tua protegat illos: ⁊ in columna nubis precedas eos per diem: ⁊ in columna ignis per noctē: quod occideris tantā multitudinem quasi unū hominem: et dicant. Non poterat introducere populū in terram pro qua iuraverat: idcirco occidit eos in solitudine. Magnificetur ergo fortitudo domini sicut iurasti dicēs. Domin⁹ paciens ⁊ multe misericordie: auferens iniquitatem et scelera: nullumq; innoxium derelinquens: qui visitas peccata patrū in filios in terciam ⁊ quartā generationē. Dimitte obsecro peccatum populi tui huius scd'm magnitudinem misericordie tue: sicut propicius fuisti egredientibus de egipto usq; ad locum istū. Dixitq; domin⁹. Dimisi iuxta verbū tuum. Vivo ego: et implebitur gloria domini universa terra. Attamen omnes homines qui viderunt maiestatē meam et signa q̄ feci in egipto et in solitudine.

et temptauerūt me iam p decem vices
nec obedierunt voci mee. nō videbūt
terram pro qua iuraui patribus eorū:
nec quisq̃ ex illis qui detraxit michi
intuebitur eam. Seruū meū chaleb q̃
plenus alio spiritu secut9 est me indu-
cam in terram hanc quā circuiuit. et
semen eius possidebit eam, quoniam
amalechites ⁊ chananeus habitāt in
vallibus. Cras mouete castra: ⁊ reuer-
timini in solitudinē p viam maris ru-
bri. Locutusq; ē dñs ad moysen ⁊ aa-
ron dicens. Usquequo multitudo hec
pessima murmurat contra me? Que-
relas filiorū israhel audiui. Dic ergo
eis. Viuo ego ait dominus: sicut lo-
cuti estis audiente me. sic faciā vobis.
In solitudine hac iacebunt cadauera
vestra. Omnes qui numerati estis a
viginti ānis ⁊ supra. ⁊ murmurastis
contra me. non intrabitis terram sup
quā leuaui manū meam ut habitare
vos facerem: preter chaleb filiū iepho-
ne. ⁊ iosue filiū nun. Paruulos autē
vestros de quibȝ dixistis quod prede
hostibus forent introducam: ut vide-
ant terram que vobis displicuit: vr̄a
cadauera iacebūt in solitudine. Filii
vestri erunt vagi in deserto ānis qua-
draginta: ⁊ portabunt fornicationē
vestram. donec consumantur cadauera
patrū in deserto: iuxta numerū q̄dra-
ginta dierȝ quibus considerastis terrā.
Ann9 pro die imputabitur. Et qua-
draginta ānis recipietis iniquitates
vestras: ⁊ scietis ultionem meā. Quo-
niam sicut locut9 sum. ita faciā omī
multitudini huic pessime. que consur-
rexit aduersum me, in solitudine hac
deficiet ⁊ morietur. Igitur omēs viri
quos miserat moyses ad contemplan-
dam terram. ⁊ qui reuersi murmurare
fecerant contra eū omnē multitudinē.
Detrahentes terre qđ esset mala: mor-
tui sunt atq; percussi in conspectu do-
mini. Iosue aūt filius nun ⁊ chaleb
filius iephone vixerunt ex omnibus
qui pexerant ad considerandā terrā.
Locutusq; est moyses vniuersa verba
hec ad omnes filios israhel: et luxit
popul9 nimis. Et ecce mane primo
surgentes. ascenderūt verticem mōtis
atq; dixerunt. Parati sum9 ascendere
ad locum de quo dominus locutus
est: quia peccauimus. Quibus moy-
ses. Cur inquit transgredimini verbū
dñi. quod vobis non cedet in prosp-
rum? Nolite ascendere. non enim est
dñs vobiscum: ne corruatis corā ini-
micis vestris. Amalechites ⁊ chanane-
us ante vos sunt quoȝ gladio corru-
etis: eo q noluerītis acquiescere dño:
nec erit dominus vobiscū. At illi con-
tenebrati. ascenderūt in verticem mon-
tis. Archa autem testamenti domini
et moyses non recesserūt de castris. De-
scenditq; amalechites ⁊ chananeus q̃
habitabāt i mōte: et percutiens eos atq;
concidēs. psecut9 ē eos usq; horma. c. xv.
Locutus est domin9 ad moysen
dicens. Loquere ad filios isrl. ⁊
dices ad eos. Cum ingressi fueritis ter-
ram habitationis vestre quā ego dabo
vobis. ⁊ feceritis oblationē domino
in olocaustum. aut victimam pacifi-
cam vota soluētes. vel sponte offerētes
munera. aut in solennitatibȝ vr̄is ad-
olentes odorem suauitatis dño: de
bubus siue de ouibȝ offeret quicumq;
immolauerit victimam: sacrificiū sile
decimam partem ephi cōspersam oleo.
quod mensurā habebit quartā partē
hin: et vinum ad liba fundenda eius-
dem mensure dabit in olocaustū siue

in vidimam. Per agnos singulos ⁊
arietes erit sacrificiū simile duarū deci-
marū· que asꝑsa sit oleo tercie partis
hin: ⁊ vinū ad libamentū tercie partis
eiusdem mensure offeret in odorē su-
auitatis dn̄o. Quādo vero de bubꝫ
feceris olocaustum aut hostiam ut im-
pleas votū uel pacificas vidimas: da-
bis per singulos boues simile tres de-
cimas conspse oleo· quod habeat
medium mensure hin: ⁊ vinū ad liba
fundenda eiusdem mensure ī oblatio-
nem suauissimi odoris dn̄o. Sic faci-
etis per singulos boues et arietes et a-
gnos· ⁊ hedos: tam indigene q̄ȝ peregri-
ni eodem ritu offerent sacrificia. Unū
preceptum erit atqȝ iudiciū tā vobis
q̄ȝ aduenis terre. Locutus est dominꝰ
ad moysen dicens. Loquere filijs isrl̄·
et dices ad eos. Cum veneritis ī terrā
quā dabo vobis· ⁊ comederitis de pa-
nibus regionis illius: separabitis
primitias dn̄o de cibis vestris. Sicut
de areis ꝑmitias separabitis: ita et de
pulmentis dabitis ꝑmitiua domino.
Quod si ꝑ ignorantiam preterieritis
quicq̄ȝ horꝫ que locutus est dominus
ad moysen· ⁊ mandauit ꝑ eū ad vos·
a die qua cepit iubere ⁊ ultra· oblitaqȝ
fuerit facere multitudo: offeret vitulū
de armento olocaustum in odorē sua-
uissimū dn̄o· et sacrificiū eius ac liba
ut cerimonie postulāt· hircumqȝ pro
peccato: ⁊ rogabit sacerdos pro omni
multitudine filiorꝫ isrāhel ⁊ dimittetur
eis· quoniā non sponte peccauerunt
nichilominus offerētes incensū dn̄o
pro se et pro peccato atqȝ errore suo· ⁊
dimittetur vniuerse plebi filiorꝫ isrl̄· et
aduenis qui peregrinant̄ inter vos:
quoniā culpa ē omnis ppli ꝑ ignoran-
tiam. Quod si anima vna nesciens
peccauerit· offeret capram ānicular
pro peccato suo: et deprecabit̄ pro ea·
sacerdos qđ inscia peccauerit corā do-
mino: impetrabitqȝ ei veniā· ⁊ dimittet̄
illi. Tam indigenis q̄ȝ aduenis vna
lex erit omniū q̄ peccauerit ignorātes.
Anima vero que ꝑ superbiā aliquid
commiserit· siue ciuis sit ille siue pere-
grinus: quoniā aduersus dn̄m rebel-
lis fuit· ꝑibit de populo suo. Verbū
enim dn̄i contempsit· et p̄ceptū illius
fecit irritum: idcirco delebitur ⁊ porta-
bit iniquitatem suā. Factum est autē
cum essent filij isrāhel ī solitudine· et
inuenissent hominē colligentē ligna ī
die sabbati: obtulerunt eum moysi et
aaron et vniuerse multitudini. Qui
recluserunt eum in carcerem· nesciētes
q̄d sup eo facere deberēt. Dixitqȝ dn̄s
ad moysen. Morte moriatur homo
iste: obruat eum lapidibꝫ omnis turba
extra castra. Cūqȝ eduxissent eū foras
obruerunt eū lapidibꝫ: ⁊ mortuus est,
sicut preceperat dn̄s. Dixit quoqȝ do-
minus ad moysen. Loquere filijs isra-
hel et dices ad eos. Ut faciāt sibi fim-
brias per angulos palliorū· ponētes
in eis vittas iacinctinas. Quas cum
viderint recordent̄ omniū mādatorꝫ
dn̄i· nec sequantur cogitationes suas
et oculos ꝑ res varias fornicātes: sed
magis memores p̄ceptorꝫ dn̄i: faciāt
ea: sintqȝ sancti deo suo. Ego domi-
nus deus vester· qui eduxi vos de ter-
ra egipti: ut essem deus vester. c. xvi.

Ecce autem chore filiꝰ ysaar filij
caath· filij leui· et dathan· atqȝ
abiran filij eliab· Hon quoqȝ filius
pheleth de filijs ruben surrexerunt con-
tra moysen: aliiqȝ filiorꝫ isrāhel ducēti
quinquaginta viri proceres synago-
ge· et qui tempore concilij ꝑ nomina

vocabantur. Cumq; stetissent adversũ
moysen et aaron dixerunt. Sufficiat
vobis quia omnis multitudo sanctorũ
est. et in ipsis est dñs. Cur elevamini
super pplm dñi? Quod cum audisset
moyses cecidit pronus i facie: locut9
q; ad chore et ad omnẽ multitudinẽ:
mane inquit notum faciet dñs qui
ad se pertineant. ⁊ sanctos applicabit
sibi: ⁊ quos elegerit appropinquabũt
ei. Hoc igit facite. Tollat unusquisq;
thuribulũ suũ tu chore et oĩe concili-
um tuũ. ⁊ hausto cras igne ponite desu-
per thimiama corã dño: ⁊ quemcumq;
elegerit. ipe erit sanctus. Multũ erigi-
mini filii levi. Dixitq; rursum ad cho-
re. Audite filii levi. Num parũ vobis
est qp separavit vos deus israhel ab
omni pplo: et iunxit sibi ut serviretis
ei in cultu tabernaculi: ⁊ staretis corã
frequentia populi et ministraretis ei?
Idcirco ad se fecit accedere te et omes
fratres tuos filios levi. ut vobis etiã
sacerdotiũ vendicetis. ⁊ omnis glob9
tuus stet contra dñm? Quid est enim
aaron ut murmuretis contra eũ? Mi-
sit ergo moyses ut vocaret dathan et
abiran filios eliab. Qui responderũt.
Non venimus. Numquid parum est
tibi quod eduxisti nos de terra egipti
que lacte et melle manabat ut occide-
res in deserto: nisi et dominatus fue-
ris nostri? Revera induxisti nos i ter-
ram que fluit rivis lactis et mellis: et
dedisti nobis possessiones agrorũ ⁊ vi-
nearũ. An et oculos nostros vis erue-
re? Non venimus. Iratusq; moyses
valde. ait ad dñm. Ne respicias sacri-
ficia eorũ. Tu scis quod nec asellũ qui-
dem unquã acceperim ab eis. nec affli-
xerim quempiam eorũ. Dixitq; ad cho-
re. Tu ⁊ omnis congregatio tua state

seorsum coram dño. et aaron die cra-
stino separatim. Tollite singuli thuri-
bula vestra. ⁊ ponite super ea incensũ
offerentes dño ducẽta quinquaginta
thuribula: aaron quoq; teneat thuri-
bulum suũ. Quod cũ fecissent stanti-
bus moyse ⁊ aaron. ⁊ coacervassent
adversum eos omnẽ multitudinẽ ad
ostium tabernaculi: apparuit cunctis
gloria dñi. Locutusq; dominus ad
moysen ⁊ aaron ait. Separamini de
medio congregatõnis huius: ut eos
repente disperdam. Qui ceciderũt pro-
ni in faciem. atq; dixerunt. Fortissime
deus spirituum universe carnis. num
uno peccante contra omnes tua ira
desevier? Et ait dominus ad moysen.
Precipe universo populo ut separet
a tabernaculis chore ⁊ dathan et abi-
ran. Surrexitq; moyses ⁊ abiit ad da-
than et abiran: et sequentib; eũ seniõ-
ribus israhel dixit ad turbam. Recedite
a tabernaculis impiorũ: ⁊ nolite tange-
re q̃ ad eos ptinent. ne involvamini
in peccatis eorum. Cũq; recessissent a
tentoriis eorum p circuitum. dathan
et abiran egressi stabant in introitu
papilionũ suorum. cũ uxoribus ⁊ libe-
ris. omniq; frequentia. Et ait moyses.
In hoc scietis quod dominus miserit
me: ut facerem universa que cernitis. ⁊
non ex pprio ea corde protulerim. Si
consueta hominũ morte interierint. et
visitaverit eos plaga qua et ceteri visi-
tari solent: nõ misit me dñs. Sin autẽ
novam rem fecerit dominus. ut ape-
riens terra os suum deglutiat eos et
omnia que ad illos pertinent. descen-
derintq; viventes in infernũ: scietis qp
blasphemaverint dominũ. Confestim
igitur ut cessavit loqui dirupta est ter-
ra sub pedib; eorũ: ⁊ aperiens os suũ

deuorauit illos cũ tabernaculis suis·
et vniuersa substãtia eoꝝ. Descenderũt
q; viui in infernũ operti humo: ⁊ perie-
runt de medio multitudinis. At vero
omnis israhel qui stabat ꝑ girũ fugit
ad clamorẽ pereuntiũ dicens. Ne forte
⁊ nos terra degluciat. Sed ⁊ ignis egres-
sus a dño interfecit ducentos quinquagin-
ta viros qui offerebãt incensũ.

Locutusq; est dñs ad moysen di-
cens. Precipe eleazaro filio aa-
ron sacerdoti ut tollat thuribula que
iacent in incendio· et ignem huc illuc
q; dispergat: quoniã sanctificata sunt
in mortibꝫ peccatoꝝ: producatq; ea in
laminas· ⁊ affigat altari· eo q' obla-
tum sit in eis incensum dño ⁊ sanctifi-
cata sint: ut cernãt ea pro signo et mo-
nimẽto filij israhel. Tulit ergo eleazar
sacerdos thuribula enea· in quibꝫ ob-
tulerant hij quos incendium deuora-
uit· et produxit ea i laminas affigẽs
altari· ut haberent postea filij israhel
quibꝫ commonerentur: ne quis accedat
alienigena et qui nõ est de semine aa-
ron· ad offerendũ incensum dño: ne
patiatur sicut passus est chore· ⁊ omnis
congregatio eius loquẽte dño ad moy-
sen. Murmurauit autẽ omnis multi-
tudo filiorũ israhel sequenti die cõtra
moysen ⁊ aaron dicens. Vos interfe-
cistis pplm dñi. Cũq; oriretur sedicio
et tumultus incresceret· moyses et aa-
ron fugerunt ad tabernaculũ federis.
Quod postq̃ ingressi sunt operuit nu-
bes: ⁊ apparuit gloria dñi. Dixitq; do-
minus ad moysen. Recedite de medio
huius multitudinis: etiam nunc de-
lebo eos. Cumq; iacerent in terra dixit
moyses ad aarõ. Tolle thuribulum·
et hausto igne de altari mitte incensũ
desuper· pergens cito ad populũ: ut
roges pro eis. Iam enim egressa ẽ ira
a domino· ⁊ plaga deseuit. Quod cũ
fecisset aaron· ⁊ cucurrisset ad mediã
multitudinẽ quã iam vastabat incen-
dium obtulit thimiama: et stans inter
mortuos ac viuẽtes pro ipso depreca-
tus est: et plaga cessauit. Fuerũt autẽ
qui percussi sunt quatuordecim milia
hominũ ⁊ septingenti: absq; hijs qui
perierant in sedicione chore. Reuersus
q; ẽ aaron ad moysen ad ostiũ taber-
naculi federis· postq̃ quieuit interitus.

Cap. xvij

Et locutus ẽ dñs ad moysen dicens.
Loquere ad filios israhel· ⁊ accipe ab
eis virgas singulas ꝑ cognationes
suas a cunctis principibꝫ tribuũ vir-
gas duodecim: et uniuscuiusq; nomẽ
superscribes virge sue. Nomen autẽ
aaron erit in tribu leui: et una virga
cunctas eorũ familias continebit: po-
nesq; eas in tabernaculo federis corã
testimonio vbi loquar ad te. Quẽ ex
hijs elegero germinabit virga eius: ⁊
cohibebo a me querimonias filiorũ
israhel· quibus contra vos murmu-
rant. Locutusq; est moyses ad filios
israhel: et dederunt ei omnes principes
virgas per singulas tribus. Fuerunt
q; virge duodecim absq; virga aarõ.
Quas cum posuisset moyses coram
domino in tabernaculo testimonij: se-
quenti die regressus inuenit germinasse
virgã aaron in domo leui· ⁊ turgenti-
bus gemmis eruperant flores: qui fo-
lijs dilatatis in amigdalas deforma-
ti sunt. Protulit ergo moyses omnes
virgas de conspectu dñi ad cunctos
filios israhel: videruntq; et receperunt sin-
guli virgas suas. Dixitq; dominus
ad moysen. Refer virgam aaron i ta-
bernaculũ testimonij· ut seruetur ibi i
signũ rebellium filiorũ isrl: ⁊ quiescãt

querele eoꝝ a me ne moriant. Fecitqȝ
moyses sicut preceperat dñs. Dixerunt
aũt filij isrl' ad moysen. Ecce consum-
pti sum⁹: om̃es pibim⁹. Quicũqȝ acce-
dit ad tabernaclm dñi · morit. Num
usqȝ ad internecionē cũcti delendi sum⁹?
Dixitqȝ dñs ad aarõ. ca. xviii.
Tu ⁊ filij tui ⁊ dom⁹ pris tui tecũ
portabitis iniquitatem sanctuarij: et
tu ⁊ filij tui simul sustinebitis peccata
sacerdotij vri. Sed et fratres tuos de
tribu leui et sceptro patris tui sume te-
cum: prestoqȝ sint et ministrēt tibi. Tu
aũt ⁊ filij tui ministrabitis in taberna-
culo testimonij. Excubabuntqȝ leuite
ad precepta tua · et ad cuncta opera ta-
bernaculi: ita dũtaxat ut ad uasa san-
ctuarij ⁊ altare non accedant ne et illi
moriantur · et vos pereatis simul. Sint
autem tecum et excubent in custodijs
tabernaculi · ⁊ in omnibꝫ cerimonijs
eius. alienigena nõ miscebitur vobis.
Excubate in custodia sanctuarij · et in
ministerio altaris: ne oriat indigna-
tio sup filios israhel. Ego dedi vobis
fratres vestros leuitas de medio filio-
rum israhel: ⁊ tradidi donum dño · ut
seruiant in ministerijs tabernaculi ei⁹.
Tu aũt et filij tui custodite sacerdotiũ
vestrum: ⁊ om̃ia que ad cultũ altaris
pertinent · ⁊ intra velum sunt · p sacer-
dotes amministrabuntur. Si quis ex-
ternus accesserit occidetur. Locutus est
dñs ad aaron. Ecce dedi tibi custodi-
am pmitiaꝝ meaꝝ. Om̃ia que sancti-
ficantur a filijs israhel tibi tradidi ⁊ fi-
lijs tuis · pro officio sacerdotali legiti-
ma sempiterna. Hec ergo accipies de
hijs que sanctificantur ⁊ oblata sunt
domino. Omnis oblatio ⁊ sacrificiũ ·
et quicquid p peccato atqȝ delicto red-
ditur michi · ⁊ cedet in sancta sanctoꝝ:
tuũ erit et filiorũ tuoꝝ. In sanctuario
comedes illud. Mares tantũ edent ex
eo: quia consecratũ est tibi. Primicias
autē quas uouerint ⁊ obtulerint filij
israhel: tibi dedi ⁊ filijs tuis ac filiabꝫ
tuis iure ppetuo. Qui mundus est in
domo tua · vescetur eis. Omnē medul-
lam olei et uini ac frumēti · quicquid
offerunt pmiciarũ domino · tibi dedi.
Uniuersa frugũ initia que gignit hu-
mus ⁊ domino deportantur: cedēnt in
usus tuos. Qui mundus est in domo
tua · vescetur eis. Omne quod ex uoto
reddiderint filij israhel · tuũ erit. Quic-
quid primum erumpit e uulua cuncte
carnis quã offerũt domino · siue ex ho-
minibꝫ siue de pecoribꝫ fuerit · tui iuris
erit: ita dumtaxat ut pro hominis
primogenito preciũ accipias: ⁊ om̃e
animal qđ immundũ est redimi faci-
as: cuius redemptio erit post unũ men-
sem: siclis argenti quinqȝ pondere san-
ctuarij. Siclus viginti obolos habet.
Primogenitũ autem bouis ⁊ ouis et
capre non facies redimi: quia sanctifi-
cata sunt domino. Sanguinē tantũ
eorũ fundes super altare: ⁊ adipes ado-
lebis in suauissimũ odorem domino.
Carnes vero in usum tuũ cedent: sicut
pectusculum consecratũ ⁊ armus dexter
tua erũt. Omnes pmitias sanctuarij
quas offerũt filij israhel domino: tibi
dedi et filijs ac filiabus tuis iure ppe-
tuo. Pactum salis ē sempiternũ corã
domino tibi ac filijs tuis. Dixitqȝ do-
minus ad aaron. In terra eoꝝ nichil
possidebitis: nec habebitis partem inter
eos. Ego pars ⁊ hereditas tua i medio
filioꝝ israhel. Filijs aũt leui dedi om̃es
decimas israhelis in possessionē · pro
ministerio quo seruiunt michi i taber-
naculo federis: ut non accedant ultra

filij israhel ad tabernaculum: nec com-
mittant peccatū mortiferū: solis filijs
levi michi in tabernaculo servientibus
et portantibꝫ peccata populi: legitimū
sempiternū erit in generationibus ve-
stris. Nichil aliud possidebunt decima-
rum oblatione contenti: quas ī usus
eorꝫ et necessaria separavi. Locutusqꝫ
est dominus ad moysen dicens. Preci-
pe levitis atqꝫ denuncia. Cū acceperitis
a filijs isrl' decimas quas dedi vobis:
primitias earum offerte dn̄o: id est de-
cimam partē decime: ut reputetur vo-
bis in oblationē primitivorꝫ, tam de
areis q̄ȝ de torcularibus et universis
quorꝫ accipitis primicias offerte dn̄o.
et date ea aaron sacerdoti. Omnia que
offertis ex decimis: et in donaria do-
mini separabitis: optima ꝛ electa erūt.
Dicesqꝫ ad eos. Si p̄clara et meliora
queqꝫ obtuleritis ex decimis: reputabi-
tur vobis q̄si de area et torculari dede-
ritis p̄mitias: ꝛ comedetis eas ī omni-
bꝫ locis vr̄is: tam vos q̄ȝ familie vr̄e:
q̄a preciū ē p ministerio quo servitis ī
tabernaclo testimonij: et nō peccabitis
super hoc: egregia vobis ꝛ pinguia re-
servātes: ne polluatis oblationes fili-
orum israhel: et moriamini. ca. xix.

Locutusqꝫ est domin⁹ ad moysen
et aaron dicens. Ista ē religio
victime quā constituit dn̄s. Precipe
filijs israhel: ut adducant ad te vaccā
rufam etatis integre in qua nulla sit
macula: nec portaverit iugū: tradetisqꝫ
eam eleazaro sacerdoti. Qui eductam
extra castra immolabit in conspectu
omnium: ꝛ tinguēs digitum in sangui-
ne eius: asperget contra fores taberna-
culi septem vicibꝫ: combureretqꝫ eā cun-
ctis videntibꝫ: tam pelle ꝛ carnibus ei⁹
q̄ȝ sanguine et fimo flamme tradditis.
Lignum quoqꝫ cedrinum et ysopum
coccumqꝫ bis tinctū sacerdos mittet ī
flammam: que vaccam vorat. Et tūc
demū lotis vestibꝫ ꝛ corpore suo: ingre-
dietur in castra: commaculatusqꝫ erit
usqꝫ ad vesperam. Sed ꝛ ille qui com-
busserit eam lavabit vestimenta sua
et corpus: et immundus erit usqꝫ ad
vesperam. Colliget aūt vir mundus
cineres vacce: ꝛ effundet eos extra castra
in loco purissimo: ut sint multitudini
filiorꝫ israhel in custodiam et in aquā
aspersionis: quia pro peccato vacca
combusta est. Cumqꝫ laverit q̄ vacce
portaverat cineres vestimenta sua: im-
mundus erit usqꝫ ad vesperum. Habe-
bunt hoc filij israhel et advene q̄ habi-
tant inter eos sanctū iure ꝑpetuo. Qui
tetigerit cadaver hominis ꝛ ꝓpter hoc se-
ptem diebꝫ fuerit immūdus: asperget̄
ex hac aqua die tercio ꝛ septimo: ꝛ sic
mundabitur. Si die tercio aspersus
non fuerit: septimo nō poterit emun-
dari. Omnis qui tetigerit humane ani-
me morticinum: ꝛ aspersus hac com-
mixtione nō fuerit: polluet tabernacu-
lum domini: ꝛ peribit ex israhel. Quia
aqua expiationis nō est aspersus im-
mundus erit: ꝛ manebit spurcicia ei⁹
super eum. Ista est lex hominis q̄ mori-
tur in tabernaculo. Omnes q̄ ingredi-
untur tentoriū illius: ꝛ universa vasa
que ibi sunt polluta erunt septem die-
bus. Vas quod nō habuerit opculū
nec ligaturam desuper: immundū erit.
Si quis in agro tetigerit cadaver occi-
si hominis: aut p se mortui: sive os illi-
us vel sepulcrū: immund⁹ erit septem
diebus. Tollent de cineribꝫ combustio-
nis atqꝫ peccati: ꝛ mittēt aquas vivas
super eos in vas: in quibus cū homo
mundus tinxerit ysopū: asperget eo

omne tentoriū ꝛ cunctam supellectilē·
et homines huiuscemodi contagione
pollutos: atq; hoc modo mundus lu-
strabit immūdū tercio ꝛ septimo die·
expiatusq; die septimo lauabit et se et
vestimēta sua: ꝛ immundus erit usq;
ad vesperam. Si quis hoc ritu nō fue-
rit expiat⁹·peribit anima illius de me-
dio ecclesie: quia sanctuariū dn̄i pollu-
it: ꝛ nō est aqua lustrationis aspersus.
Erit hoc preceptū legitimū sempiternū.
Ipse quoq; qui aspergit aquas·laua-
bit vestimenta sua. Omnis qui tetige-
rit aquas expiatōis: immūdus erit
usq; ad vesperam. Quicquid tetigerit
immundus·immūdum faciet: ꝛ ani-
ma que horum quippiam tetigerit·im-
munda erit usq; ad vesperam. ca. xx.
Veneruntq; filii israhel et omnis
multitudo in desertum sin mense
primo·ꝛ mansit ppls in cades. Mortu-
aq; ē ibi maria: ꝛ sepulta in eodem lo-
co. Cumq; indigeret aqua popul⁹ con-
venerunt aduersum moysen et aarō:
et versi in seditionē dixerūt. Utinam
perissemus inter fratres nostros corā
domino. Cur eduxistis ecclesiā dn̄i in
solitudinem: ut ꝛ nos ꝛ nr̄a iumenta
moriamur? Quare nos fecistis ascen-
dere de egipto·ꝛ adduxistis ad locum
istū pessimum qui seri nō potest: q̄ nec
ficū gignit·nec vineas nec mala gra-
nata: insup ꝛ aquam nō habet ad bi-
bendū? Ingressusq; moyses ꝛ aaron
dimissa multitudine in tabernaculū
federis·corruerunt proni in terram: cla-
maveruntq; ad dominū atq; dixerunt.
Domine deus audi clamorē populi
huius·ꝛ aperi eis thesaurū tuū fontē
aque vive: ut saciati cesset murmura-
tio eorū. Et apparuit gloria dn̄i super
eos. Locutusq; ē dominus ad moysen
dicens. Tolle virgam et congrega po-
pulum tu ꝛ aarō frater tuus·ꝛ loqui-
mini ad petrā coram eis: ꝛ illa dabit
aquas. Cumq; eduxeris aquā de petra·
bibet omnis multitudo ꝛ iumenta eius.
Tulit igit moyses virgam que erat in
conspectu dn̄i sicut preceperat ei·cōgre-
gata multitudine āte petram: dixitq;
eis. Audite rebelles ꝛ increduli. Num
de petra hac vobis aquā poterimus
eicere? Cumq; elevasset moyses manū
percutiens virga bis silicem·egresse sūt
aque largissime: ita ut popul⁹ biberet
et iumēta. Dixitq; domin⁹ ad moysen
et aaron. Quia nō credidistis michi
ut sanctificaretis me coram filiis isrl̄:
non introducetis hos populos in ter-
ram quā dabo eis. Hec ē aqua contra-
dictionis·ubi iurgati sunt filii israhel
contra dn̄m: ꝛ sanctificat⁹ est ī eis. Mi-
sit interea nūcios moyses de cades ad
regem edom·qui dicerent. Hec mādat
frater tuus israhel. Nosti omnē labo-
rem qui apprehendit nos·quomodo
descenderit patres nr̄i in egiptū·ꝛ habi-
taverim⁹ ibi multo tempore: afflixerit-
q; nos egiptii ꝛ patres nostros: ꝛ quo-
modo clamaverim⁹ ad dn̄m et exau-
dierit nos·miseritq; angelū qui edu-
xerit nos de egipto. Ecce in urbe cades
que ē in extremis finib; tuis positi: ob-
secramus ut nobis transire liceat per
terram tuā. Non ibimus p agros nec
per vineas: nō bibemus aquas de pu-
teis tuis: sed gradiemur via publica·
nec ad dexteram nec ad sinistram decli-
nantes: donec transeamus terminos
tuos. Cui respōdit edom. Non transi-
bis per me. Alioquin armat⁹ occurrā
tibi. Dixeruntq; filii israhel. Per tritā
gradiemur viā: ꝛ si biberim⁹ aquas
tuas nos et pecora nostra·dabimus

quod iustum est. Nulla erit in precio
difficultas: tantũ velociter transeam⁹.
At ille respõdit. Nõ transibitis. Sta-
timq; egressus est obuius cũ infinita
multitudine ⁊ manu forti: nec voluit
acquiescere deprecanti · ut concederet
transitũ p fines suos. Quãobrem di-
uertit ab eo israhel. Cumq; castra mo-
uissent de cades · venerũt in montẽ or·
qui est in finibȝ terre edom: ubi locut⁹
est domin⁹ ad moysen dicẽs. Pergat
inquit aaron ad pplos suos. Nõ enĩ
intrabit terram quã dedi filijs israhel:
eo quod incredulus fuerit ori meo ad
aquas contradictionis. Tolle aaron
et filium ei⁹ cũ eo: ⁊ duces eos in mon-
tem or. Cumq; nudaueris patrem veste
sua · indues ea eleazarum filiũ eius: ⁊
aarõ colligetur · et morietur ibi. Fecit
moyses ut p̃ceperat dñs: ⁊ ascenderũt
in montem or corã omĩ multitudine.
Cumq; aaron spoliasset vestibȝ suis:
induit eis eleazarũ filium eius. Illo
mortuo in montis supercilio: descendit
cũ eleazaro. Omnis aũt multitudo vidẽs
occubuisse aarõ: fleuit sup eo triginta
diebȝ p cũctas familias suas. C. XXI.

Quod cum audisset chanane⁹ rex
arad · qui habitabat ad meridiẽ.
venisse scilicet isrl' per exploratorũ viã:
pugnauit contra illũ: et victor existẽs
duxit ex eo predã. At israhel voto se do-
mino obligans ait. Si tradideris po-
pulũ istum in manu mea: delebo urbes
eius. Exaudiuitq; dñs preces israhel.
et tradidit chananeũ: quẽ ille interfecit
subuersis urbibȝ eius: et vocauit no-
men loci illius horma · id est anathema.
Profecti sunt aũt et de monte or · p vi-
am q̃ ducit ad mare rubrũ: ut circui-
rent terrã edom. Et tedere cepit popu-
lum itineris ac laboris: locutusq; contra
dominum ⁊ moysen ait. Cur eduxisti
nos de egipto: ut moreremur ĩ solitu-
dine? Deest panis: nõ sunt aque: ani-
ma nostra iam nauseat super cibo isto
leuissimo. Quãobrem misit dñs in
pplm ignitos serpentes: ad quorȝ pla-
gas ⁊ mortes plurimorũ venerũt ad
moysen atq; dixerunt. Peccauimus:
quia locuti sumus contra dominũ et
te. Ora ut tollat a nobis serpentes.
Orauit moyses pro populo. Et locu-
tus est domin⁹ ad eũ. Fac serpentem
eneum: ⁊ pone eum pro signo. Qui per-
cussus aspexerit eum viuet. Fecit ergo
moyses serpentem eneũ: et posuit eum
pro signo. Quẽ cũ percussi aspicerent:
sanabãtur. Profectiq; filij israhel: ca-
strametati sunt in oboth. Unde egressi
fixere tentoria ĩ ieabarim ĩ solitudine
que respicit moab · cõtra orientalem
plagam: ⁊ inde mouentes venerũt ad
torrentem zareth. Quẽ relinquentes
castrametati sunt contra arnon · que
est in deserto · et prominet in finibus
amorrei. Siquidem arnon terminus
est moab: diuidẽs moabitas et amor-
reos. Unde dicitur in libro bellorum
dñi. Sicut fecit in mari rubro: sic fac-
et in torrentibus arnon. Scopuli tor-
rentium inclinati sunt ut requiescerẽt
in arnon: et recumberent in finibȝ mo-
abitarũ. Ex eo loco apparuit puteus:
super quo locutus ẽ dñs ad moysen.
Congrega populũ: et dabo ei aquam.
Tũc cecinit israhel carmẽ istud. Ascen-
dat puteus. concinebãt: puteus quẽ fo-
derunt principes: et parauerunt duces
multitudinis · in datore legis ⁊ in ba-
culis suis. De solitudine mathana:
de mathana: in nahaliel. De nahaliel:
in bamoth. Bamoth vallis est ĩ regio-
ne moab · ĩ vertice fasga: et qd respicit

contra desertū. Misit autē isrl' nūcios
ad seon regem amorreoꝝ dicēs. Obse-
cro ut transire michi liceat per terram
tuam. Non declinabimus in agros
et vineas: non bibemus aquas ex pu-
teis. Via regia gradiemur: donec
transeamus terminos tuos. Qui con-
cedere noluit ut transiret israhel per fi-
nes suos: quin potius exercitu congre-
gato egressus est obviā in desertum ⁊
venit in iasa: pugnavitq; contra eum.
A quo percussus est in ore gladij: ⁊ pos-
sessa ē terra eius ab arnon usq; iebo-
et filios ammon: quia forti presidio
tenebantur termini āmonitarū. Tulit
ergo israhel omnes civitates eius: et
habitavit in urbibꝫ amorrei: ī esebon
scilicet ⁊ viculis eius. Urbs esebon fu-
it regis seon amorrei · qui pugnavit
contra regem moab: et tulit omnem
terram que dicionis illius fuerat usq;
arnon. Idcirco dicitur in proverbio.
Venite in esebon: edificetur ⁊ constru-
atur civitas seon. Ignis egressus ē de
esebon · flamma de opido seon: ⁊ devo-
ravit ar moabitaꝝ · ⁊ habitatores ex-
celsorū arnon. Ve tibi moab: peristi
popule chamos. Dedit filios eius in
fugā: ⁊ filias in captivitatē regi amor-
reorum seon. Iugum ipsorū disperijt
ab esebon usq; dibon: lassi pervenerūt
in iophe usq; medaba. Habitavit ita-
q; israhel ī terra amorrei. Misitq; moy-
ses qui explorarēt iazer: cuius ceperūt
viculos · ⁊ possederūt habitatores. Ver-
teruntq; se ⁊ ascenderunt per viam ba-
san: ⁊ occurrit eis og rex basan cum o-
mni pplo suo pugnaturꝰ in edrai. Di-
xitq; dñs ad moysen. Ne timeas eū:
quia in manu tua tradidi illum et o-
mnem pplm ac terram eius: faciesq;
illi sicut fecisti seon regi amorreorum
habitatori esebon. Percusserūt igitur
et hunc cum filijs suis · universumq;
pplm eius usq; ad internicionē: et pos-
sederūt terrā illiꝰ. Profectiq; castrame-
tati sūt ī campestribꝫ moab: ubi trans
iordanem iericho sita est. Ca. XXII.

Videns aūt balac filius sephor o-
mnia q̄ fecerat israhel amorreo:
et q̄ pertimuissent eum moabite · et im-
petum eius ferre nō possent: dixit ad
maiores natu madian. Ita delebit
hic populus omēs qui in nr̄is finibꝫ
commorantur: quomodo solet bos
herbas usq; ad radices carpere. Ipse e-
rat eo tempore rex in moab. Misit er-
go nuncios ad balaam filium beor
ariolum · qui habitabat super flumen
terre filioꝝ ammon: ut vocarent eū et
dicerent. Ecce egressus est populus ex
egipto qui operuit superficiem terre sedēs
contra me. Veni igitur ⁊ maledic po-
pulo huic quia fortior me est: si quo
modo possim percutere et eicere eū de ter-
ra mea. Novi eni q̄ benedictus sit cui
benedixeris: ⁊ maledictus in quē male-
dicta congesseris. Perrexeruntq; senio-
res moab et maiores natu madian:
habentes divinacionis preciū in ma-
nibꝫ. Cumq; venissent ad balaam · et
narrassent ei omnia verba balac: ille
respōdit. Manete hic nocte: ⁊ respon-
debo quicquid michi dixerit dominus.
Manentibꝫ illis apud balaam: venit
deus et ait ad eum. Quid sibi volunt
homines isti apud te? Respondit. Ba-
lac filius sephor rex moabitarū misit
ad me dicens. Ecce populꝰ qui egres-
sus est de egipto operuit superficiem ter-
re: veni ⁊ maledic ei: si quo modo pos-
sim pugnans abigere eum. Dixitq;
deus ad balaam. Noli ire cū eis neq;
maledicas populo · quia benedictus ē.

Qui mane consurgens·dixit ad prin-
cipes. Ite in terrā vrām: quia prohibu-
it me deus venire vobiscū. Reversi prin-
cipes dixerūt ad balac. Noluit balaam
venire nobiscum. Rursum ille multo
plures et nobiliores q̄ ante miserat mi-
sit. Qui cum venissent ad balaam·di-
xerunt. Sic dicit balac fili⁹ sephor. Ne
cuncteris venire ad me. Paratus sum
honorare te: et quicquid volueris dare.
Veni et maledic pplo isti. Respondit
balaam. Si dederit michi balac plenā
domum suā argenti et auri·nō potero
immutare verbum dn̄i dei mei: ut vel
plus vel minus loquar. Obsecro ut
hic maneatis etiam hac nocte: ut scire
queam quid michi rursum respōdeat
dominus. Venit ergo deus ad balaam
nocte: et ait ei. Si vocare te venerint
homines isti·surge et vade cum eis: ita
dumtaxat·ut qd̄ precepero tibi facias.
Surrexit balaam mane: et strata asi-
na profectus est cum eis: et iratus est
deus. Stetitq; angelus domini in via
contra balaam qui sedebat asine: et du-
os pueros habebat secum. Cernens a-
sina angelū stantē in via evaginato
gladio: avertit se de itinere·et ibat per
agrum. Quā cum verberaret balaam
et vellet ad semitam reducere: stetit an-
gelus in angustijs duarū maceriarū
quibz vinee cingebātur. Quē videns
asina iunxit se parieti: et attrivit seden-
tis pedem. At ille iterum verberabat:
et nichilominus angelus ad locum
angustum transiens·ubi nec ad dexte-
ram nec ad sinistram poterat deviari:
obvi⁹ stetit. Cūq; vidisset asina stan-
tem angelum: concidit sub pedibus se-
dentis. Qui iratus vehementius cede-
bat fuste latera eius. Aperuitq; dn̄s
os asine: et locuta est. Quid feci tibi?
Cur percutis me ecce iam tercio? Respon-
dit balaam. Quia commeruisti: et illu-
sisti michi. Utinā haberem gladiū ut
te percuterem. Dixit asina. Nonne ani-
mal tuū sum·cui semp sedere cōsuesti:
usq; i presentem diē? Dic quid simile
unquā fecerim tibi. At ille ait. Nunq̄.
Protinus aperuit dominus oculos
balaam: et vidit angelum stantem in
via evaginato gladio: adoravitq; eū
pronus in terram. Cui angelus. Cur
inquit tercio verberas asinā tuā? Ego
veni ut adversarer tibi: quia perversa
est via tua·michiq; contraria. Et nisi
asina declinasset de via dans locum re-
sistenti: te occidissem·et illa viveret. Di-
xit balaam. Peccavi: nesciēs q̄ tu sta-
res contra me. Et nūc si displicet tibi
ut vadam·revertar. Ait angel⁹. Vade
cum istis: et cave ne aliud quā precepero
tibi loquaris. Ivit igitur cū principi-
bus. Quod cum audisset balac: egres-
sus est in occursum ei⁹ in opido mo-
abitarum quod situm est in extremis
finibz arnon. Dixitq; ad balaam. Mi-
si nuncios ut vocarent te. Cur nō sta-
tim venisti ad me? An quia mercedē
adventui tuo reddere nequeo? Cui ille
respondit. Ecce assum. Nūquid loqui
potero aliud nisi quod deus posuerit
in ore meo? Perrexerunt ergo simul: et
venerunt in urbem que in extremis re-
gni eius finibus erat. Cumq; occidis-
set balac boves et oves: misit ad ba-
laam et principes qui cum eo erant
munera. Mane autem facto·duxit
eum ad excelsa baal: et intuitus est ex-
tremam partem populi. Cap̄. xxiii.

Dixitq; balaā ad balac. Edifica
michi hic septem aras: et para
totidem vitulos: eiusdemq; numeri a-
rietes. Cumq; fecisset iuxta sermonem

balaam: imposuerunt simul vitulum
et arietem super arā. Dixitq; balaā ad
balac. Sta paulisper iuxta olocaustū
tuū donec vadam· si forte occurrat mi-
chi dominus: et quodcumq; imperave-
rit loquar tibi. Cumq; abisset velociter
occurrit illi deus. Locutusq; ad eum ba-
laam· septem inquit aras erexi: et im-
posui vitulum et arietē desuper. Dñs
autem posuit verbū in ore eius· et ait.
Revertere ad balac: ⁊ hec loqueris. Re-
versus invenit stantem balac iuxta o-
locaustum suum ⁊ omnes principes
moabitaꝝ: assumptaq; parabola sua
dixit. De aran adduxit me balac rex
moabitarū: de montibꝫ orientis. Ve-
ni inquit et maledic iacob: ꝓpera et de-
testare israhel. Quomō maledicam:
cui non maledixit deus? Qua ratione
detester: quē dominus nō detestatur?
De summis silicibꝫ videbo eum: ⁊ de
collibus considerabo illum. Populꝰ
solus habitabit: et inter gētes nō repu-
tabitur. Quis dinumerare possit pul-
verē iacob· et nosse numerū stirpis isra-
hel? Moriatur anima mea morte iu-
storum: ⁊ fiant novissima mea horū
similia. Dixitq; balac ad balaā. Quid
est hoc quod agis? Ut malediceres
inimicis meis vocavi te· et tu econtra-
rio benedicis eis? Cui ille respondit.
Num aliud possum loqui: nisi quod
iusserit dñs? Dixit ergo balac. Veni
mecum in alterum locū· unde partem
israhel videas· ⁊ totum videre nō pos-
sis: inde maledicito ei. Cumq; duxisset
eum in locum sublimem sup verticem
montis phasga· edificavit balaam se-
ptem aras: et impositis supra· vitu-
lo atq; ariete: dixit ad balac. Sta hic
iuxta olocaustum tuū: donec ego ob-
vius pergam. Cui cū dñs occurrisset:
posuissetq; verbū ī ore eius ait. Rever-
tere ad balac: ⁊ hec loqueris ei. Rever-
sus invenit eū stantem iuxta olocau-
stum suū: ⁊ principes moabitaꝝ cum
eo. Ad quē balac. Quid inquit locutꝰ
est dominus? At ille assumpta para-
bola sua ait. Sta balac et ausculta: au-
di fili sephor. Non est deus quasi ho-
mo ut mentiatur: nec ut filius homi-
nis ut mutet̄. Dixit ergo et nō faciet:
locutus est et non implebit? Ad bene-
dicendum adductus sum: benedictio-
nem prohibere non valeo. Non ē ydo-
lum in iacob: nec videtur simulacrū
in israhel. Dominus deus eius cū eo
est: ⁊ clangor victorie regis in illo. De-
us eduxit illum de egipto: cuius forti-
tudo similis est rinocerotis. Non est
augurium in iacob: nec divinatio in
israhel. Temporibꝫ suis dicetur iacob
et israheli· quid operatꝰ sit deus. Ecce
populus ut leena consurget: et quasi
leo erigetur. Non accubabit donec de-
voret predam: et occisoꝝ sanguinem
bibat. Dixitq; balac ad balaam. Nec
maledicas ei nec benedicas. Et ille.
Nōne ait dixi tibi: ꝙ quicquid michi
deus imperaret hoc facerem? Et ait ba-
lac ad eum. Veni et ducam te ad ali-
um locum: si forte placeat deo ut inde
maledicas eis. Cumq; duxisset eū super
verticem montis phogor qui respicit
solitudinē: dixit ei balaā. Edifica mi-
chi hic septē aras: ⁊ para totidē vitulos:
eiusdemq; numeri arietes. Fecit balac
ut balaā dixerat: imposuitq; vitulos
et arietes p singlas aras. ca. xxiiii.

Cumq; vidisset balaā quod pla-
ceret domino ut benediceret isra-
heli· nequaq̄ abiit ut ante perrexerat
ut augurium quereret· sed dirigens
contra desertū vultum suū· ⁊ elevans

oculos vidit israhel in tentorijs com-
morantem per tribus suas: et irruente
in se spiritu dei· assumpta parabola a-
it. Dixit balaam filiꝰ beor: dixit homo
cuiꝰ obturatꝰ est oculus: dixit auditor
sermonū dei qui visionē omnipotentis
intuitus est: qui cadit· ⁊ sic aperiuntur
oculi eius. Quam pulcra tabernacula
tua iacob· ⁊ tentoria tua israhel: ut val-
les nemorose· ut horti iuxta fluvios
irrigui: ut tabernacula que fixit dn̄s:
quasi cedri ꝓpter aquas. Fluet aqua
de situla eiꝰ: ⁊ semen illius erit ĩ aquas
multas. Tolletur ꝓpter agag rex eiꝰ: ⁊
auferetur regnū illius. Deus eduxit il-
lum de egipto: cuius fortitudo similis
est rinocerotis. Devorabūt gentes ho-
stes illius: ossaq; eorū confringent: et
perforabunt sagittis. Accubans dormi-
vit ut leo: ⁊ quasi leena quā suscitare
nullus audebit. Qui benedixerit tibi
erit ipse benedictus: qui maledixerit in
maledictione reputabit̃. Iratusq; ba-
lac cōtra balaam: complosis manibꝫ
ait. Ad maledicendum inimicis meis
vocavi te· quibꝫ econtrario tercio bene-
dixisti. Revertere ad locū tuum. Decre-
veram quidē magnifice honorare te:
sed dominus p̄vavit te honore dispo-
sito. Respōdit balaam ad balac. Non-
ne nuncijs tuis quos misisti ad me
dixi· si dederit michi balac plenam do-
mum suam argenti ⁊ auri· nō potero
preterire sermonem dn̄i dei mei· ut vel
boni quid vel mali proferam ex corde
meo: sed quicquid dn̄s dixerit· hoc lo-
quar? Verumtamen pergens ad popu-
lum meum· dabo consiliū: quid ppl̄s tuus
huic ppl̄o faciat extremo tēpore. Sum-
pta igit̃ parabola· rursum ait. Dixit
balaam filius beor: dixit homo cuius
obturatus est oculus: dixit auditor
sermonū dei· qui novit doctrinā altissi-
mi· ⁊ visiones omnipotentis videt: qui
cadens apertos habet oculos. Videbo
eum sed nō modo: intuebor illum: sed
non prope. Orietur stella ex iacob· et
cōsurget virga de israhel: ⁊ percutiet du-
ces moab· vastabitq; omnes filios
seth: ⁊ erit ydumea possessio eius. Here-
ditas seir cedet inimicis suis: israhel
vero fortiter aget. De iacob erit q̄ do-
minetur: ⁊ perdat reliquias civitatis.
Cūq; vidisset amalech: assumens pa-
rabolam ait. Principiū gentiū ama-
lech: cuius extrema perdentur. Vidit q̄ꝫ
cineum: ⁊ assumpta parabola ait. Ro-
bustum quidem ē habitaculū tuū: sed
si in petra posueris nidum tuū· ⁊ fueris
electus de stirpe cin quā diu poteris per-
manere? Assur enim capiet te. Assum-
ptaq; parabola· iterum locutꝰ ē. Heu
quis victurꝰ ē· quādo ista faciet deus?
Venient ĩ trieribꝫ de ytalia· superabūt
assirios· vastabuntq; hebreos: et ad
extremū etiā ipsi peribunt. Surrexitq; ba-
laam ⁊ reversus ē in locū suū: balac q̄ꝫ
via qua venerat rediit. Capitulum XXV.

Morabatur aūt eo tempore isrl̄ in
sethim: ⁊ fornicatus est ppl̄s cū
filiabꝫ moab· que vocaverūt eos ad
sacrificia sua. At illi comederūt: ⁊ ado-
raverunt deos earum. Initiatusq; est
israhel beelfegor. Et iratus dominus
ait ad moysen. Tolle cūctos principes
populi· ⁊ suspende eos contra solem in
patibulis: ut avertatur furor meꝰ ab
isrl̄. Dixitq; moyses ad iudices israhel.
Occidat unusquisq; proximos suos
qui initiati sunt beelfegor. Et ecce unus
de filijs israhel intravit coram fratri-
bus suis ad scortum madianitem· vi-
dente moyse et omni turba filiorum
israhel: qui flebant āte fores tabernaculi.

Quod cū vidisset finees filiꝰ eleazari
filij aaron sacerdotis · surrexit de me=
dio multitudinis: ⁊ arrepto pugione
ingressus est post virum israhelitem in
lupanar: et pfodit ambos simul virū
scilicet et mulierem ī locis genitalibꝫ.
Cessavitqꝫ plaga a filijs isrł: et occisi
sunt viginti quattuor milia hominū. Di=
xitqꝫ dn̄s ad moysen. Finees filiꝰ elea=
zari filij aaron sacerdotis avertit irā
meam a filijs israhel: quia zelo meo
commotus est contra eos: ut non ipē
delerē filios israhel ī zelo meo. Jdcirco
loquere ad eum. Ecce do ei pacem fede=
ris mei: ⁊ erit tam ipi q̄ semini illiꝰ pa=
ctum sacerdotij sempiternū: quia zela=
tus est pro deo suo · ⁊ expiavit scelus fi=
liorum israhel. Erat aūt nomen viri
israhelite q̄ occisus ē cū madianitide
zambri filiꝰ salu: dux de cognatione
et tribu symeonis. Porro mulier ma=
dianitis que pariter interfecta ē voca=
batur cozbi: filia sur pricipis nobilis=
simi madianitarum. Locutusqꝫ est do=
minꝰ ad moysen dicens. Hostes vos
sentiant madianite ⁊ pcutite eos: q̄a
et ipsi hostiliter egerunt contra vos·
et decepere insidijs per ydolum pho=
gor · et cozbi filiam ducis madian so=
rorem suam: que percussa est in die pla=
ge pro sacrilegio phegor. Cap̄. xxvi.

Postq̄ noxiorū sanguis effusus ē:
dixit dn̄s ad moysen ⁊ eleazarū
filium aaron sacerdotem. Numerate
omnē summam filiorū israhel a vigin=
ti annis et supra p domos et cogna=
tiones suas: cunctos qui possunt ad
bella procedere. Locuti sunt itaqꝫ moy=
ses et eleazar sacerdos in campestribꝫ
moab supra iordanem contra iericho
ad eos qui erant a viginti annis et
supra sicut dn̄s imperarat: quorū ē iste
numerus. Ruben: primogenitꝰ israhel.
Huius filius enoch · a quo familia e=
nochitarū: ⁊ phallu · a quo familia phal=
luitarum: et esrom · a quo familia es=
ronitarū: ⁊ charmi · a quo familia char=
mitarum. Hee sunt familie de stirpe
ruben: quarū numerus inventus est
quadraginta tria milia ⁊ septingenti
triginta. Filius phallu eliab: huiꝰ filij
namuhel ⁊ dathan et abiron. Isti sūt
dathan et abiron · principes ppli q̄ sur=
rexerunt contra moysen ⁊ aaron in se=
dicione chore · quādo adversus dn̄m
rebellaverūt: et aperiens terra os suū de=
voravit chore morientibꝫ plurimis:
quando combussit ignis ducentos
quinquaginta viros. Et factū ē gran=
de miraculum: ut chore pereunte filij
illiꝰ nō perirent. Filij symeon p cogna=
tiones suas · namuhel ab hoc familia
namuhelitarū: iamin ab hoc familia
iaminitarum: iachin · ab hoc familia
iachinitarum: zare · ab hoc familia
zareitarum: saul · ab hoc familia sau=
litarum. Hee sunt familie de stirpe sy=
meon: quarū omnis numerus fuit vi=
ginti duū miliū ducentorū. Filij gad
per cognationes suas: sephon · ab hoc
familia sephonitarū: aggi · ab hoc fa=
milia aggitarū: suni · ab hoc familia su=
nitarum: ozni · ab hoc familia ozni=
tarum: her · ab hoc familia heritarum:
arod · a quo familia aroditarum: ari=
hel · ab hoc familia arihelitarum. Iste
sunt familie gad: quarum om̄is nu=
merus fuit q̄draginta milia quīgen=
torum. Filij iuda · her ⁊ onan: qui am=
bo mortui sunt in terra chanaan. Fu=
eruntqꝫ filij iude p cognationes suas:
sela a quo familia selaitarū: phares ·
a quo familia pharesitarum: zare · a
quo familia zareitarū. Porro filij

phares: esrom·a quo familia esromi-
tarum: ⁊ amul·a quo familia amuli-
tarum. Iste sunt familie iude: quarũ
omnis numerus fuit septuaginta sex
milia quingentorum. Filij ysachar ꝑ
cognationes suas: thola·a quo fami-
lia tholaitarũ: phua·a quo familia
phuaitarum: iasub·a quo familia ia-
subitarũ: semran·a quo familia sem-
ranitarũ. Hee sunt cognationes ysa-
char: quarum numerꝰ fuit sexaginta
quatuor milia trecentorꝫ. Filij zabulõ
per cognationes suas: sared·a quo fa-
milia sareditarum: helon·a quo fami-
lia helonitarũ: ialel·a quo familia ia-
lelitarum. Hee sũt cognationes zabu-
lon: quarum numerus fuit sexaginta
milia quingentorum. Filij ioseph per
cognationes suas manasse et ephra-
im. De manasse ortꝰ ẽ machir: a quo
familia machiritarũ. Machir genuit
galaad: a quo familia galaaditarũ.
Galaad habuit filios iezer: a quo fa-
milia iezeritarꝫ: ⁊ elech·a quo familia
elechitarum: ⁊ asrihel·a quo familia
asrihelitarũ: et sechem·a quo familia
sechemitarũ: et semida·a quo familia
semidaitarum: ⁊ epher·a quo familia
epheritarum. Fuit autem epher pater
salphaad: q̃ filios nõ habebat sed tan-
tum filias quarũ ista sunt nomina:
maala·⁊ noa·⁊ egla·et melcha·et ther-
sa. Hee sũt familie manasse: ⁊ nume-
rus earꝫ quinquaginta duo milia se-
ptingentorũ. Filij aũt ephraim per co-
gnationes suas fuerũt hij. Suthala·
a quo familia suthalaitarũ: becher·a
quo familia becheritarũ: thehen·a quo
familia thehenitarum. Porro filius su-
thala fuit heran: a quo familia herani-
tarum. Hee sunt cognationes filiorũ
ephraim: quarũ numerꝰ fuit triginta
duo milia quingentorꝫ. Isti sunt filij
ioseph per familias suas. Filij benia-
min in cognationibꝫ suis: bale·a quo
familia baleitarum: azbel·a quo fami-
lia azbelitarꝫ: achiram·a quo familia
achiramitarum: supham·a quo fami-
lia suphamitarũ: upham·a quo fami-
lia uphamitarꝫ. Filij bale: hered et noe-
man. De hered familia hereditarũ: de
noeman familia noemanitarũ. Hij
sunt filij beniamin ꝑ cognationes su-
as: quorum numerus quadraginta
quinqꝫ milia sexcentorum. Filij dan
ꝑ cognationes suas: suham·a quo fa-
milia suhamitarũ. Hee cognationes
dan per familias suas. Omnes fuere
suhamite: quorũ numerꝰ erat sexagin-
taquatuor milia q̃dringentorũ. Filij
aser per cognationes suas: iemna·a
quo familia iemnaitarꝫ: iessui·a quo
familia iessuitarum: brie a quo fami-
lia brieitarũ. Filij brie haber·a quo
familia haberitarum: et melchihel·a
quo familia melchihelitarũ. Nomen
autem filie aser fuit sara. Hee cogna-
tiones filiorum aser: et numerus eorꝫ
quinq̃ginta tria milia·quadringen-
torũ. Filij neptalim per cognationes
suas: iesihel·a quo familia iesihelita-
rum: guni·a quo familia gunitarũ:
ieser·a quo familia ieseritarum: sel-
lem·a quo familia sellemitarum. Hee
sunt cognatiões filiorum neptalim
per familias suas·quorum numerus
quadraginta quinqꝫ milia·quadrin-
gentorum. Ista est summa filiorꝫ isra-
hel qui recensiti sunt·sexcenta milia·⁊
mille·septingenti triginta. Locutusqꝫ
est dominꝰ ad moysen dicens. Istis di-
uidetur terra iuxta numerum vocabu-
lorum in possessiones suas. Pluribꝫ
maiorem partem dabis· et paucioribꝫ

minorē, singulis sicut nunc recensiti
sunt tradetur possessio: ita dumtaxat·
ut sors terram tribubȝ diuidat ⁊ fami-
lijs. Quicquid sorte contigerit: hoc
uel plures accipiāt uel pauciores. Hic
quoqȝ est numerus filioꝝ leui per fami-
lias suas. Gerson· a quo familia ger-
sonitarū: caath· a quo familia caathi-
tarum: merari· a quo familia merari-
tarū. Hee sunt familie leui. Familia
lobni· familia hebroni· familia moo-
li· familia musi· familia chori. At ve-
ro caath· genuit amram: qui habuit
uxorem iochabeth filiam leui· que na-
ta ē ei in egipto. Hec genuit viro suo
amram filios aarō et moysen: ⁊ ma-
riam sororem eoꝝ. De aaron orti sūt
nadab et abiu et eleazar et ithamar:
quoꝝ nadab et abiu mortui sunt· cum
obtulissent ignem alienū coram dn̄o.
Fueruntqȝ omnes qui numerati sunt
viginti tria milia generis masculini
ab uno mense et supra: qui non sunt
recensiti inter filios israhel: nec eis cū
ceteris data possessio ē. Hic ē numerus
filioꝝ israhel· qui descripti sunt a moy-
se et eleazaro sacerdote ī campestribȝ
moab supra iordanem cōtra iericho:
inter quos nullus fuit eorū qui ante
numerati sunt a moyse ⁊ aaron in de-
serto synai. Predixerat enī dominus
q̄ oēs morerētur ī solitudine. Nul-
lusqȝ remāsit ex eis: nisi chaleb filius ie-
phone· et iosue fili⁹ nun. cap̄ .xxvii.

Accesserūt autē filie salphaad· filij
epher· filij galaad· filij machir·
filij manasse· q̄ fuit fili⁹ ioseph· quaꝝ
sunt nomina· maala· ⁊ noa· et egla·
et melcha· ⁊ thersa: steteruntqȝ corā moy-
se et eleazaro sacerdote ⁊ cunctis prin-
cipibȝ populi ad ostium tabernaculi
federis· atqȝ dixerunt. Pater noster
mortuus est in deserto: nec fuit in sedi-
tione q̄ concitata est contra dn̄m sub
chore: sed in peccato suo mortuus est.
Hic non habuit mares filios. Cur tol-
litur nomen illius de familia sua: q̄a
non habet filium? Date nobis posses-
sionem inter cognatos patris nr̄i. Re-
tulitqȝ moyses causam earū ad iudi-
cium dn̄i. Qui dixit ad eum. Iustam
rem postulant filie salphaad. Da eis
possessionē inter cognatos patris sui:
et ei in hereditatē succedant. Ad filios
autem israhel loqueris hec. Homo cū
mortuus fuerit absqȝ filio· ad filiam
eius transibit hereditas. Si filiam non
habuerit: habebit successores fratres su-
os. Quod si et fratres non fuerint: da-
bitis hereditatem fratribȝ patris eius.
Sin autē nec patruos habuerit: dabitur
hereditas hijs qui ei proximi sūt. Erit
qȝ hoc filijs israhel sanctū lege ꝑpetua:
sicut precepit dominus moysi. Dixit
quoqȝ dominus ad moysen. Ascende
in montem istū abarim: ⁊ contempla-
re inde terram quā daturus sum filijs
israhel. Cumqȝ videris eam· ibis et tu
ad populum tuū sicut iuit frater tuus
aaron: quia offendistis me in deserto
sin ī cōtradictione multitudinis: nec
sanctificare me voluistis coram ea su-
per aquas. Hee sunt aque contradicti-
onis in cades deserti sin. Cui respondit
moyses. Prouideat dominus deus spi-
rituum omnis carnis hominem qui
sit super multitudinē hanc: et possit exi-
re ⁊ intrare ante eos· ⁊ educere eos uel
introducere: ne sit populus dn̄i sicut
oues absqȝ pastore. Dixitqȝ dn̄s ad
eum. Tolle iosue filium nun virum ī
quo est spiritus dei: ⁊ pone manū tuā
sup eum. Qui stabit coram eleazaro
sacerdote et omī multitudine: et dabis

ei precepta cunctis videntibꝫ· ⁊ partem
glorie tue: ut audiat eū omnis syna=
goga filiorū israhel. Pro hoc si quid
agendū erit· eleazar sacerdos cōsulet
dūm. Ad verbū eius egredietur et in=
gredietur· ipē et oīnes filij isrl' cum eo:
et cetera multitudo. Fecit moyses ut
preceperat dūs. Cumq; tulisset iosue·
statuit eum coram eleazaro sacerdote
et omni frequentia ppli: et impositis
capiti eius manibꝫ· cuncta replicauit
que mandauerat dūs. cap̄. xxviii.
Dixit quoq; dūs ad moysen. Pre=
cipe filijs israhel: et dices ad eos.
Oblationē meā ⁊ panes· ⁊ incensum
odoris suauissimi offerte per tempora
sua. Hec sunt sacrificia que offerre de=
betis. Agnos anniculos immacula=
tos duos quotidie ī olocaustū sempi=
ternum: unū offeretis mane· ⁊ alterū
ad vesperum: decimā partē ephi simile·
que conspersa sit oleo purissimo· ⁊ ha=
beat quartā partem hin. Olocaustū
iuge est quod obtulistis in monte sy=
nai in odorem suauissimū incensi dūi.
Et libabitis vini quartā partem hin
per agnos singulos in sanctuario do=
mini: alterumq; agnū similiter offere=
tis ad vesperam iuxta omnē ritū sacri=
ficij matutini ⁊ libamentoꝝ eius obla=
tionem suauissimi odoris dūo. Die
autem sabbati offeretis duos agnos
anniculos immaculatos· ⁊ duas de=
cimas simile oleo cōspersē ī sacrificio:
et liba que rite fundūtur ꝑ singula sab=
bata in olocausto sempiterno. In ka=
lendis aūt id est in mensium exordijs
offeretis olocaustum dūo· vitulos de
armento duos· arietē unum· agnos
anniculos septē immaculatos: ⁊ tres
decimas simile oleo conspersē in sacri=
ficio per singulos vitulos: et duas
decimas simile oleo cōspersē ꝑ singu=
los arietes: ⁊ decimam decime simile
ex oleo ī sacrificio ꝑ agnos singulos.
Olocaustum suauissimi odoris atq;
incensi est dūo. Libamenta autē vini q̄
per singulas fundenda sunt victimas·
ista erunt. Media pars hin ꝑ singl'os
vitulos: tercia per arietem: quarta per
agnū. Hoc erit olocaustum ꝑ omnes
menses: qui sibi anno vertente succe=
dunt. Hircꝰ quoq; offeretur domino
pro peccatis in olocaustū sempiternū
cū libamentis suis. Mense aūt p̄mo·
quartadecima die mensis phase dūi
erit: et quintadecima die solemnitas.
Septem diebꝫ vescenť azimis: quarū
dies prima venerabilis et sancta erit.
Omne opus seruile nō facietis in ea.
Offeretisq; in incensum olocaustum
dūo vitulos de armento duos· arietē
unum agnos anniculos immacula=
tos septem: ⁊ sacrificia singulorum ex
simila que conspersa sit oleo: tres de=
cimas ꝑ singulos vitulos· ⁊ duas de=
cimas ꝑ arietem· et decimā decime per
agnos singulos· id ē ꝑ septē agnos:
et hircum ꝓ peccato unū ut expietur
pro vobis: preter olocaustum matuti=
num qđ semꝑ offeretis. Ita facietis per
singulos dies septem dierū· in fomitē
ignis et in odorem suauissimū dūo: q̄
surget de olocausto ⁊ de libationibus
singulorū. Dies quoq; septimus cele=
berrimus ⁊ sanctus erit vobis. Omne
opus seruile non facietis in eo. Dies
etiam primitiuorum quādo offeretis
nouas fruges domino expletis ebdo=
madibus: venerabilis et sancta erit.
Omne opus s'uile non facietis in ea.
Offeretisq; olocaustum in odorē sua=
uissimum dūo· vitulos de armēto du=
os· arietem unum agnos anniculos

immaculatos septē: atq; in sacrificijs
eoꝝ simile oleo conspersē tres decimas
per singulos vitulos · p arietes duas ·
per agnos decimā decime q̄ simul sunt
agni septem: hircū quoq; qui macta-
tur p expiatōne · ꝑter olocaustū sempi-
ternū ⁊ liba ei⁹. Immaculata offeretis o-
mnia cū libatōnibȝ suis. cap̄. xxix.

Mensis etiam septimi prima dies
venerabilis et sancta erit vobis.
Omne opus servile nō facietis in ea:
quia dies clangoris ē et tubarū. Offe-
retisq; olocaustū ī odorē suavissimū
dn̄o · vitulum de armēto unū ⁊ arietē
unum · ⁊ agnos ānniculos immacula-
tos septem: et in sacrificijs eorū simile
oleo cōspersē tres decimas p singulos
vitulos · duas decimas p arietē unam
decimā per agnū qui simul sunt agni
septem: ⁊ hircum p peccato q̄ offertur
in expiationē ppli preter olocaustum
kalendarū cū sacrificijs suis · ⁊ olocau-
stum sempiternū cū libationibȝ solitis.
Hijsdem cerimonijs offeretis ī odorē
suavissimum incensum dn̄o. Decima
quoq; dies mensis huius septimi erit
vobis sancta atq; venerabilis: ⁊ affli-
getis animas vr̄as. Omne opus ser-
vile non facietis in ea. Offeretisq; olo-
caustum dn̄o in odorem suavissimū ·
vitulū de armēto unū · arietē unum · a-
gnos ānniculos immaculatos septē:
et in sacrificijs eorum simile oleo con-
spersē tres decimas p singlos vitulos ·
duas decimas p arietem · decimā deci-
me per agnos singulos q̄ sunt simul
septem agni · et hircum pro peccato:
absq; hijs que offerri p delicto solent
in expiationē ⁊ in olocaustum sempi-
ternum in sacrificio ⁊ libaminibȝ eorū.
Quītadecima vero die mensis septimi
que vobis sācta erit atq; venerabilis:
omne opus servile nō facietis in ea:
sed celebrabitis solemnitatē domino
septem diebȝ. Offeretisq; olocaustū in
odorem suavissimū dn̄o vitulos de
armēto tredecim arietes duos · agnos
anniculos immaculatos quatuordecim:
et in libamentis eorū · simile oleo
cōspersē · tres decimas p vitulos singu-
los qui sunt simul vituli tredecim · et
duas decimas arieti uno · id ē simul
arietibȝ duobus ⁊ decimam decime a-
gnis singulis q̄ sunt simul agni qua-
tuordecim: ⁊ hircum p peccato absq;
olocausto sempiterno · ⁊ sacrificio ⁊ li-
bamine eius. In die altero offeres vi-
tulos de armento duodecim · arietes
duos · agnos ānniculos immaculatos
quatuordecim: sacrificiaq; ⁊ libamina
singuloꝝ p vitulos ⁊ arietes ⁊ agnos
rite celebrabis: ⁊ hircum pro peccato
absq; olocausto sempiterno sacrificio-
q; eius ⁊ libamine. Die tercio offeres
vitulos undecim · arietes duos · agnos
anniculos immaculatos quatuorde-
cim: sacrificiaq; ⁊ libamina singuloꝝ
per vitulos et arietes ⁊ agnos rite ce-
lebrabis: ⁊ hircum pro peccato absq;
olocausto sempiterno · sacrificioq; et
libamine eius. Die quarto offeres vi-
tulos decem · arietes duos agnos an-
niculos immaculatos q̄tuordecim:
sacrificiaq; et libamina singulorum
per vitulos ⁊ arietes ⁊ agnos rite cele-
brabis: et hircū p peccato absq; olo-
causto sempiterno sacrificioq; eius et
libamine. Die quinto offeres vitulos
novem · arietes duos · agnos annicu-
los immaculatos quatuordecim: sa-
crificiaq; et libamina singuloꝝ per vi-
tulos et arietes et agnos rite celebra-
bis: et hircum pro peccato absq; olo-
causto sempiterno sacrificioq; eius et

libamine. Die sexto offeres vitulos o-
cto· arietes duos · agnos anniculos
immaculatos quatuordecim: sacrificia
qꝫ ⁊ libamina singloꝝ ꝑ vitulos ⁊ ari-
etes et agnos rite celebrabis: et hircū
pro peccato absqꝫ olocausto sempiter-
no sacrificioqꝫ eius ⁊ libamine. Die se-
ptimo offeres vitulos septem ⁊ arietes
duos agnos ānicolos immaculatos
quatuordecim: sacrificiaqꝫ et libamina
singuloꝝ ꝑ vitulos ⁊ arietes et agnos
rite celebrabis: ⁊ hircum pro peccato
absqꝫ olocausto sempiterno sacrificio
qꝫ eius ⁊ libamine. Die octavo qui est
celeberrimus· omne opus servile non
facietis offerentes olocaustum in odo-
rem suavissimū dn̄o vitulū unū arie-
tem unum· agnos anniculos imma-
culatos septē: sacrificiaqꝫ ⁊ libamina
singulorum per vitulos et arietes et
agnos rite celebrabis· ⁊ hircum pro
peccato absqꝫ olocausto sempiterno sa-
crificioqꝫ eius ⁊ libamine. Hec offeretis
domino in solemnitatibꝫ vestris: pre-
ter vota et oblationes spontaneas
in olocausto· in sacrificio in libami-
ne et in hostijs pacificis. cap̄. xxx.

Narravitqꝫ moyses filijs israhel
omnia que ei dominus impera-
rat: ⁊ locutus est ad principes tribuū
filioꝝ israhel. Iste est sermo quē prece-
pit dominus. Si quis viroꝝ votū do-
mino voverit· aut se constrinxerit iu-
ramento: nō faciet irritum verbū suū:
sed om̄e qd̄ promisit implebit. Muli-
er si quippiā voverit et se constrinxerit
iuramento que ē in domo patris sui· ⁊
in etate adhuc puellari: si cognoverit
pater votū qd̄ pollicita ē· ⁊ iuramentū
quo obligavit animā suā ⁊ tacuerit:
voti rea erit. Quicquid pollicita est et
iuravit· opere ꝯplebit. Si autē statim
ut audierit cōtradixerit pater: ⁊ vota
et iuramēta eius irrita erūt: nec obno-
xia tenebit spōsioni eo ꝙ cōtradixerit
pater. Si maritū habuerit et voverit
aliquid ⁊ semel de ore eius verbū egre-
diens · animam eiꝰ obligaverit iura-
mento: quo die audierit vir ⁊ nō con-
tradixerit· voti rea erit: reddetqꝫ qd̄cun-
qꝫ ꝓmiserat. Sin autē audiēs statim
contradixerit ⁊ irritas fecerit pollicita-
tiones eiꝰ· verbaqꝫ quibꝫ obstrinxerat
animam suā: ꝓpicius erit ei dn̄s. Vi-
dua et repudiata quicquid voverint
reddent. Uxor in domo viri cum se vo-
to constrinxerit ⁊ iuramento: si audie-
rit vir ⁊ tacuerit nec cōtradixerit spō-
sioni: reddet qd̄cunqꝫ promiserat. Sin
autem extemplo cōtradixerit: nō tene-
bitur ꝓmissionis rea quia maritus
contradixit: ⁊ dn̄s ei propiciꝰ erit. Si
voverit et iuramento se ꝯstrinxerit ut
per ieiunium vel ceterarū rerum absti-
nentiam affligat animā suam: in ar-
bitrio viri erit ut faciat sive nō faciat.
Quod si audiens vir tacuerit et in al-
terā diē distulerit sententiā: quicquid
voverat atqꝫ promiserat reddet: quia
statim ut audivit tacuit. Sin autem
contradixerit postq̄ rescivit: portabit
ipse iniquitatem eius. Iste sunt leges
quas cōstituit dominus moysi inter
virum et uxorē: inter prēm ⁊ filiā q̄ in
puellari adhuc etate est: vel que ma-
net in parentis domo. cap̄. xxxi.

Locutusqꝫ est dominꝰ ad moysen
dicēs. Ulciscere prius filios isra-
hel de madianitis: ⁊ sic colligeris ad
populum tuum. Statimqꝫ moyses
armate inquit ex vobis viros ad pu-
gnam: qui possint ultionē domini ex-
petere de madianitis. Mille viri de sin-
gulis tribubus eligantur ex israhel:

qui mittant ad bellū. Dederūtq; mille-
nos de singulis tribubꝫ id est duode-
cim milia expeditoꝝ ad pugnā: quos
misit moyses cū phinees filio eleaza-
ri sacerdotis: vasaq; sancta ⁊ tubas ad
clangendū tradidit ei. Cūq; pugnas-
sent cōtra madianitas atq; vicissent:
omnes mares occiderūt ⁊ reges eorū
evi et recem · ⁊ sur · et ur · et rebe quinq;
principes gentis, balaam quoq; filiū
beor interfecerūt gladio: ceperūtq; mu-
lieres eorū et parvulos omniaq; peco-
ra ⁊ cūctam supellectilem. Quicquid
habere potuerant depopulati sunt: tā
urbes q̄ viculos · et castella flamma
consumpsit. Et tulerunt predā et uni-
versa que ceperāt tam ex hominibꝫ q̄
ex iumentis: ⁊ conduxerūt ad moysen ⁊
eleazarū sacerdotem ⁊ ad omnē mul-
titudinem filiorū israhel. Reliqua etiā
utensilia portaverūt ad castra in cam-
pestribꝫ moab: iuxta iordanem contra
iherecho. Egressi sunt aūt moyses et
eleazar sacerdos ⁊ omnes principes
synagoge ī occursum eorum extra ca-
stra. Iratusq; moyses principibꝫ exer-
citus tribunis ⁊ centurionibus q̄ vene-
rant de bello ait. Cur feminas reser-
vastis? Nonne iste sunt que deceperūt
filios israhel ad suggestionē balaam:
et prevaricari fecerūt vos in dn̄o super
peccato phogor unde et percussus est po-
pulus? Ergo cūctos interficite. Quic-
quid est generis masculini etiā in par-
vulis · ⁊ mulieres que noverūt viros ī
coitu iugulate: puellas aūt et omnes
feminas virgines reservate vobis: et
manete extra castra septē diebus. Qui
occiderit hominē · vel occisum tetigerit:
lustrabit die tercio ⁊ septimo. Et de o-
mni preda sive vestimentū fuerit sive
vas et aliquid in utensilia preparatū de

caprarū pellibus ⁊ pilis ⁊ ligno expia-
bitur. Eleazar quoq; sacerdos ad vi-
ros exercitus qui pugnaverāt sic locu-
tus est. Hoc ē preceptū legis: qđ man-
davit dn̄s moysi. Aurū ⁊ argentum ⁊
es et ferrum ⁊ plumbū et stannū et o-
mne quod potest transire p flammas:
igne purgabitur: quicquid aūt ignē
nō potest sustinere: aqua expiationis
sanctificabitur: ⁊ lavabitis vestimēta
vestra die septimo: ⁊ purificati postea
castra intrabitis. Dixit quoq; domi-
nus ad moysen. Tollite summam eo-
rum que capta sunt ab homine usq;
ad pecus tu ⁊ eleazar sacerdos · ⁊ prin-
cipes vulgi: dividesq; ex equo predā
inter eos qui pugnaverunt et egressi
sunt ad bellū et inter omnē reliquam
multitudinē: et separabis partē domi-
no ab hiis qui pugnaverūt ⁊ fuerunt
in bello unam animā de quingentis
tam ex hominibꝫ q̄ ex bubus ⁊ asinis
et ovibꝫ: ⁊ dabis eam eleazaro sacerdo-
ti: quia primitie domini sunt. Ex me-
dia quoq; parte filioꝝ israhel accipies
quinquagesimū caput hominū ⁊ boū
et asinoꝝ ⁊ oviū cunctorūq; animan-
tium: ⁊ dabis ea levitis qui excubant
in custodiis tabernaculi dn̄i. Fecerunt
q; moyses et eleazar sicut preceperat
dominus. Fuit autem preda quā exer-
citus ceperat: oviū sexcēta septuaginta
quinq; milia: boū septuaginta duo
milia: asinorū sexaginta milia ⁊ mil-
le: anime hominū sexus feminei q̄ nō
cognoverāt viros: triginta duo milia.
Dataq; ē media pars hiis qui in pre-
lio fuerāt: oviū trecenta triginta septē
milia quingente: e quibus in partem
domini supputate sunt oves sexcente
septuaginta quinq;: ⁊ de bubus trigin-
ta sex milibꝫ boves septuaginta ⁊ duo:

de asinis triginta milibꝫ quingentis·
asini sexagintaunus. De animabus
hominū sedecim milibꝫ· cesserūt in par-
tem dñi triginta due anime. Tradidit
qꝫ moyses numerū primitiarū dñi elea-
zaro sacerdoti sicuti fuerat ei imperatū
ex media parte filiorū israhel: quā sepa-
rauerat hiis qui in prelio fuerāt. De
media vero parte que contigerat reli-
que multitudini id est de ouibꝫ trecen-
tis trigintaseptem milibꝫ quingentis·
et de bubus trigintasex milibꝫ· ⁊ de a-
sinis triginta milibus quīgentis· ⁊ de
hominibꝫ sedecim milibꝫ· tulit moyses
quinquagesimū caput: ⁊ dedit leuitis
qui excubabant in tabernaculo dñi: si-
cut preceperat dñs. Cumqꝫ accessissent
principes exercitus ad moysen et tribu-
ni centurionesqꝫ· dixerūt. Nos serui tui
recensuimus numerū pugnatorū quos
habuimus sub manu nr̄a: et ne vnus qui-
dem defuit. Ob hanc causā offerimus in
donarijs dñi singuli qd̄ in preda auri
potuimus inuenire· periscelides ⁊ armil-
las anulos ⁊ dextralia ac murenulas:
ut depreceris pro nobis dn̄m. Susce-
peruntqꝫ moyses et eleazar sacerdos
omne aurū in diuersis speciebꝫ pondo
sedecim milia septingentos quinqua-
ginta siclos: a tribunis ⁊ cēturionibꝫ.
Vnusquisqꝫ enim qd̄ in preda rapue-
rat suū erat. Et susceptū intulerunt in
tabernaculū testimonij: in monimentū
filiorū israhel coram dño. XXXII.

Filij aūt ruben ⁊ gad habebant pe-
cora multa: et erat illis ī iumen-
tis infinita substancia. Cumqꝫ vidis-
sent iazer et galaad aptas animali-
bus alendis terras: venerunt ad moy-
sen ⁊ ad eleazarum sacerdotē ⁊ princi-
pes multitudinis: atqꝫ dixerūt. Atha-
roth et dibon et iazer et nemra esebon
et eleale et sabam et nebo et beon terra
quā percussit dñs in conspectu filiorū
israhel· regionis vberrime est ad pastū
animaliū: ⁊ nos serui tui habemus iu-
menta plurima: precamurqꝫ si inueni-
mus gratiā coram te· ut des nobis
famulis tuis eam in possessionē: nec
facias nos transire iordanem. Quibus
respondit moyses. Nunquid fratres
vestri ibunt ad pugnā: ⁊ vos hic sede-
bitis? Cur subuertitis mentes filiorū
israhel· ne transire audeant in locum
quē eis daturus est dñs? Nonne ita
egerunt prēs vestri· quādo misi de ca-
desbarne ad explorandā terrā? Cumqꝫ
venissent usqꝫ ad vallem botri lustra-
ta omni regione subuerterūt cor filio-
rum israhel ut nō intrarēt fines quos
eis dñs dedit, qui iratus iurauit dicēs.
Si videbunt homines qui ascenderūt ex
egipto a viginti ānis et supra terram
quā sub iuramento pollicitus sum a-
braham ysaac ⁊ iacob: et noluerūt se-
qui me preter caleph filiū iephone cene-
zeum et iosue filiū nun. Isti impleue-
runt voluntatem meā. Iratusqꝫ dñs
aduersum isrl̄ circumduxit eum per de-
sertum quadraginta ānis: donec con-
sumeretur vniuersa generatio que fece-
rat malū in cōspectu eius. Et ecce inquit
vos surrexistis pro patribus vr̄is incre-
menta et alumpni hominū peccatorū:
ut augeretis furorē dñi contra israhel.
Quod si nolueritis sequi eum ī solitu-
dine populū derelinquet: et vos causa
eritis necis omniū. At illi prope accedē-
tes dixerunt. Caulas ouium fabrica-
bimus ⁊ stabula iumentorū· paruu-
lis quoqꝫ nr̄is vrbes munitas: nos
autem ipsi armati et accincti pergemus
ad preliū ante filios israhel: donec in-
troducamus eos ad loca sua. Paruuli

nostri et quicquid habere possumus e-
runt in urbibz muratis ꝓpter habita-
torum insidias. Non revertemur ī do-
mos nr̄as usqz dum possideant filij
israhel hereditatē suam: nec quicq̄z que-
rimus trans iordanem: quia iam habe-
mus possessionem nr̄am in orientali
eius plaga. Quibz moyses ait. Si fa-
citis quod promittitis expediti pergi-
te corā dn̄o ad pugnā: ⁊ om̄is vir bel-
lator armatꝰ iordanem transeat: donec
subvertat dominus inimicos suos.
et subiciatur ei om̄is terra: tunc eritis
inculpabiles apud deum ⁊ apud isra-
hel: ⁊ obtinebitis regiones quas vul-
tis corā dn̄o. Sin aūt qđ dicitis nō fe-
ceritis: nulli dubium ē quin peccetis in
dn̄m: ⁊ scitote quoniā peccatū vr̄m appre-
hendet vos. Edificate ergo urbes par-
vulis vestris ⁊ caulas et stabula qui-
bus ac iumentis: et qđ polliciti estis
implete. Dixeruntqz filij gad ⁊ ruben
ad moysen. Servi tui sumꝰ. faciemꝰ
qđ iubet dn̄s noster. Parvulos nr̄os
et mulieres ⁊ pecora ac iumenta relin-
quemus in urbibz galaad: nos autē
famuli tui om̄es expediti ꝑgemus ad
bellum sicut tu dn̄e loqueris. Precepit
ergo moyses eleazaro sacerdoti et io-
sue filio nun ⁊ principibus familiarꝫ
ꝑ tribus israhel: ⁊ dixit ad eos. Si trans-
ierint filij gad et filij ruben vobiscum
iordanem om̄es armati ad bellū corā
domino: et vobis fuerit terra subiecta:
date eis galaad in possessionē. Sin au-
tem noluerint transire vobiscum ī ter-
ram chanaan: inter vos habitandi ac-
cipiant loca. Responderuntqz filij gad
et filij ruben. Sicut locutus est dn̄s ser-
vis suis ita faciemus. Ipi armati per-
gemus corā dn̄o ī terram chanaan: et
possessionē iā suscepisse nos cōfitemur
trans iordanem. Dedit itaqz moyses
filijs gad et ruben et dimidie tribui
manasse filij ioseph regnū seon regis
amorrei ⁊ regnū og regis basan: ⁊ ter-
ram eorū cum urbibus suis per circu-
itum. Igitꝰ extruxerunt filij gad dibon
et astharoth et aroer ⁊ roth et sopham
et iazer iecbaa ⁊ bethnemra ⁊ betharan
urbes munitas: et caulas pecoribus
suis. Filij vero ruben edificaverūt ese-
bon et eleale ⁊ cariathaim ⁊ nabo et ba-
almeon versis nominibz: sabama q̄z:
imponentes vocabula urbibz quas
extruxerāt. Porro filij machir filij ma-
nasse ꝑrexerunt in galaad: ⁊ vastave-
runt eam interfecto amorreo habitato-
re eius. Dedit ergo moyses terrā ga-
laad machir filio manasse: qui habi-
tavit in ea. Iair autem filiꝰ manasse
abijt et occupavit vicos eius: quos
appellavit avothiair id ē villas iair.
Nobe quoqz perrexit et apprehendit
canath cum viculis suis: vocavitqz
eam ex nomine suo nobe. Ca. xxxiii.

Hee sunt mansiones filiorū isra-
hel qui egressi sunt de egipto per
turmas suas ī manu moysi et aarō:
quas descripsit moyses iuxta castrorꝫ
loca que dn̄i iussione mutabant. Pro-
fecti igitur de ramesse mense primo
quintadecima die mensis primi: fece-
runt altera die phase filij israhel ī ma-
nu excelsa videntibz cunctis egiptijs: et
sepelientibz primogenitos quos per-
cusserat dominus: Nam et in dijs eo-
rum exercuerat ultōnem. Castrameta-
ti sunt in socoth: de socoth venerunt
in etham que est in extremis finibus
solitudinis. Inde egressi venerunt con-
tra phiairoth que respicit beelsephon:
et castrametati sunt ante magdalum.
Profectiqz de phiairoth transierūt per

mediū mare ī solitudinē: et ambulan-
tes tribus dieb3 p desertū etham castra-
metati sunt ī mara. Profectiq3 de ma-
ra venerunt in helim ubi erant duode-
cim fontes aquaꝝ ⁊ palme septuagin-
ta: ibiq3 castrametati sunt. Sed ⁊ inde
egressi: fixerūt tētoria sup mare rubrū.
Profectiq3 de mari rubro castrameta-
ti sunt in deserto synai; unde egressi ve-
nerunt in depcha. Profectiq3 de depcha
castrametati sunt in halus. egressiq3 de
halus · raphidim fixere tentoria · ubi
populo defuit aqua ad bibendū. Pro-
fectiq3 de raphidim: castrametati sunt
in deserto synai. Sed et de solitudine
synai egressi · venerūt ad sepulcra cōcu-
piscentie: profectiq3 de sepulcris concu-
piscentie castrametati sunt ī aseroth:
et de aseroth venerūt in rethma. Pro-
fectiq3 de rethma castrametati sunt in
remonphares: unde egressi venerūt ī le-
bna. De lebna castrametati sunt ī res-
sa: egressiq3 de ressa venerunt ī ceelatha.
Unde profecti castrametati sunt in
monte sepher: egressi de monte sepher
venerunt in arada. Inde proficiscētes
castrametati sunt ī maceloth: profecti-
q3 de maceloth: venerunt in taath. De
taath castrametati sūt in thare; unde
egressi fixere tentoria ī methca ⁊ de met-
cha castrametati sunt in esmona: pro-
fectiq3 de esmona venerūt ī moseroth.
Et de moseroth castrametati sunt in
baneiachan: profectiq3 de baneiachan
venerunt in montem gadgad. Unde
profecti castrametati sūt ī iethebatha:
et de iethebatha venerūt in ebrona. E-
gressiq3 de ebrona castrametati sunt
in asiongaber: inde profecti venerunt
in desertum syn. Hec est cades. Egressi-
q3 de cades castrametati sūt ī mōte or:
in extremis finib3 tere edom. Ascenditq3
aaron sacerdos in mōtem or iubente
domino: ⁊ ibi mortuus est anno qua-
dragesimo egressionis filiorū israhel
ex egipto mense quinto pͥma die men-
sis cū esset annorū centumviginti triū.
Audivitq3 chananeus rex arad · q̄ ha-
bitabat ad meridiem ī terrā chanaan
venisse filios isrl'. Et profecti de mon-
te or castrametati sūt in salmona. un-
de egressi venerunt in phinon. Profe-
ctiq3 de phinon castrametati sunt in
oboth: ⁊ de oboth venerūt ī ieabarim q̄ ē
ī finib3 moabitaꝝ. Profectiq3 de ieaba-
rim fixere tentoria in dibongad; unde
egressi castrametati sunt in elmon-de-
blathaim. Egressiq3 de elmon-debla-
thaim venerunt ad montes abarim
contra nabo: profectiq3 de montibus
abarim transierūt ad campestria mo-
ab sup iordanen contra iericho. Ibiq3
castrametati sūt de bethsimon usq3 ad
belsathim in planioribus locis moabi-
tarum: ubi locutus ē dominꝰ ad moy-
sen. Precipe filijs israhel: ⁊ dic ad eos.
Quando transieritis iordanen intran-
tes terram chanaan · disperdite cūctos
habitatores regio illius: cōfringite titu-
los ⁊ statuas comminuite atq3 omia
excelsa vastate: mundantes terram et
habitantes in ea. Ego enim dedi vo-
bis illam in possessionem: quā dividi-
tis vobis sorte. Pluribus dabitis la-
tiorem: ⁊ paucioribus angustiorem.
Singulis ut sors ceciderit: ita tribue-
tur hereditas. Per tribus ⁊ familias
possessio dividetur. Sin autem nolu-
eritis interficere habitatores terre: qui
remanserint · erunt vobis quasi clavi
in oculis et lancee in lateribus et adver-
sabuntur vobis in terram habitatio-
nis vestre: et quicquid illis cogitave-
ram facere vobis faciā. ca. xxxiiii.

Locutusq; ē dominus ad moysen
dicens. Precipe filiis israhel: et
dices ad eos. Cum ingressi fueritis ter-
ram chanaan: ⁊ in possessionē vobis
sorte ceciderit: hiis finibus terminabit.
Pars meridiana incipiet a solitudi-
ne syn que est iuxta edom: et habebit
terminos contra orientē mare salsissi-
mum: qui circuibunt australē plagā
per ascensum scorpionis: ita ut tran-
seant in senna ⁊ pueniant in meridiē
usq; ad cadesbarne, unde egredient con-
finia ad villam nomine adar et ten-
dent usq; asemona. Ibitq; p gyrum ter-
min9 ab asemona usq; ad torrentē e-
gipti: ⁊ magni maris litore finietur.
Plaga autē occidentalis a mari ma-
gno incipiet: ⁊ ipso fine claudet. Por-
ro ad septentrionalē plagam a mari
magno termini incipient puenientes
usq; ad montem altissimū: a quo ve-
nient in emath usq; ad terminos seda-
da: ibuntq; confinia usq; ad zephrona
et villam henan. Hii erunt termini in
parte aquilonis. Inde metabuntur fi-
nes contra orientalem plagā de villa
henan usq; sephama: ⁊ de sephama de-
scendent termini ī reblatha cōtra fontē
dephnim. Inde puenient contra orien-
tem ad mare cenereth ⁊ tendēt usq; ior-
danem: ⁊ ad ultimū salsissimo clauden-
tur mari. Hanc habebitis terram per
fines suos in circuitu. Precepitq; mo-
yses filiis israhel dicens. Hec erit terra
quā possidebitis sorte: ⁊ quā iussit do-
minus dari novem tribubȝ ⁊ dimidie
tribui. Tribus eni filiorū ruben p fami-
lias suas et tribus filiorū gad iuxta
cognationū numerum: media quoq;
tribus manasse id est due semis tribȝ
acceperunt partem suam trans iorda-
nem cōtra iericho ad orientalē plagā.

Et ait dñs ad moysen. Hec sūt nomi-
na virorū qui terram divident vobis.
Eleazar sacerdos ⁊ iosue filius nun:
et singuli principes de tribubȝ singlis
quorū ista sunt vocabula. De tribu
iuda: caleph filius iephone. De tribu
symeon: samuhel filius amiud. De tri-
bu beniamin: helidad filius chaselon.
De tribu filiorū dan: bocci filius iogli.
Filiorū ioseph de tribu manasse: han-
nihel filius ephot. De tribu ephraim:
camuhel filius septhan. De tribu zabu-
lon: helisaphan fili9 pharnath. De tri-
bu ysachar: dux phaltihel filius ozan.
De tribu aser: abiud fili9 salomi. De
tribu neptalim: phedahel filius ami-
ud. Hii sūt quibus preceperat dñs ut
dividerēt filiis israhel terrā chanaan.

Hec quoq; locut9 ē dñs .ca. xxxv.
ad moysen ī campestribȝ moab
supra iordanem contra iericho. Preci-
pe filiis israhel ut dent levitis de posses-
sionibus suis urbes ad habitandū
et suburbana earȝ p circuitū: ut ipsi in
oppidis maneant: ⁊ suburbana sint
pecoribȝ ac iumentis: que a muris ci-
vitatum forinsecus p circuitum mille
passuum spacio tendentur. Contra o-
rientem duo milia erunt cubitī: ⁊ con-
tra meridiem similiter erūt duo milia.
Ad mare quoq; qd respicit occidentē
eadem mensura erit: ⁊ septentrionalis
plaga equali termino finietur. Eruntq;
urbes in medio: ⁊ foris suburbana.
De ipsis autē oppidis q̄ levitis dabitis:
sex erunt in fugitivorū auxilia separa-
ta: ut fugiat ad ea qui fuderit sangui-
nem: et exceptis hiis alia quadragin-
ta duo oppida: id ē simul quadragin-
taocto cum suburbanis suis. Ipseq;
urbes que dabuntur de possessionibȝ
filiorū israhel: ab hiis q̄ plus habent

plures auferentur: et qui minus pauciores.
Singuli iuxta mensuram hereditatis sue
dabunt oppida levitis. Ait dominus ad
moysen. Loquere filiis israhel: et dices
ad eos. Quando transgressi fueritis
iordanem in terram chanaan: decernite que
urbes esse debeant in presidia fugitivorum:
qui nolentes sanguinem fuderint: in
quibus cum fuerit profugus: cognatus
occisi eum occidere non poterit: donec stet
in conspectu multitudinis: et causa illius
iudicetur. De ipsis autem urbibus que
ad fugitivorum subsidia separantur tres
erunt trans iordanem et tres in terra cha-
naan: tam filiis israhel quam advenis atque
peregrinis: ut confugiat ad eas qui
nolens sanguinem fuderit. Si quis ferro
percusserit et mortuus fuerit qui percussus
est: reus erit homicidii: et ipse morietur.
Si lapidem iecerit et ictus occubuerit:
similiter punietur. Si ligno percussus in-
terierit: percussoris sanguine vindicabi-
tur. Propinquus occisi homicidam
interficiet, statim ut apprehenderit eum
percutiet. Si per odium quis hominem
impulerit vel iecerit quippiam in eum per
insidias: aut cum esset inimicus manu
percusserit et ille mortuus fuerit: percussor
homicidii reus erit. Cognatus occisi
statim ut invenerit eum iugulabit. Quod
si fortuitu et absque odio et inimiciciis
quicquam horum fecerit: et hoc audiente po-
pulo fuerit comprobatum: atque inter per-
cussorem et propinquum sanguinis que-
stio ventilata: liberabitur innocens de
ultoris manu: et reducetur per sententiam
in urbem ad quam confugerat: manebitque
ibi donec sacerdos magnus qui oleo
sancto unctus est moriatur. Si interfector
extra fines urbium que exulibus deputa-
te sunt fuerit inventus et percussus ab
eo qui ultor est sanguinis: absque noxa
erit qui eum occiderit. Debuerat enim
profugus usque ad mortem pontificis
in urbe residere. Postquam autem ille obierit:
homicida revertetur in terram suam. Hec
sempiterna erunt et legitima in cunctis
habitationibus vestris. Homicida sub te-
stibus punietur. Ad unius testimonium
nullus condemnabitur. Non accipietis
precium ab eo qui reus est sanguinis: sta-
tim et ipse morietur. Exules et profugi
ante mortem pontificis nullomodo in
urbes suas reverti poterunt: ne pollu-
atis terram habitationis vestre que inson-
tium cruore maculatur: nec aliter expia-
ri potest nisi per eius sanguinem qui
alterius sanguinem fuderit: ita emunda-
bitur vestra possessio me commorante vobi-
scum. Ego enim sum dominus: qui ha-
bito inter filios israhel. Cap. xxxvi.

Accesserunt autem et principes fami-
liarum galaad filii machir filii
manasse de stirpe filiorum ioseph: locu-
ti sunt moysi coram principibus israhel
atque dixerunt. Tibi domino nostro precepit
dominus ut terram sorte divideres filiis
israhel: et ut filiabus salphaad fratris
nostri dares possessionem debitam patri:
quas si alterius tribus homines uxo-
res acceperint sequetur possessio sua et
translata ad aliam tribum de nostra heredita-
te minuetur: atque ita fiet ut cum iubileus
id est quinquagesimus annus remissi-
onis advenerit confundatur sortium
distributio et aliorum possessio ad alios
transeat. Respondit moyses filiis israhel:
et domino precipiente ait. Recte tribus
filiorum ioseph locuta est: et hec lex super
filiabus salphaad a domino promulgata
est. Nubant quibus volunt tantum ut
sue tribus hominibus: ne commisceatur
possessio filiorum israhel de tribu in tribum.
Omnes enim viri ducent uxores de tribu

et cognatione sua. et cuncte femine de
eadem tribu maritos accipient: ut here-
ditas permaneat in familijs nec sibi
misceantur tribus: sed ita maneãt ut
a domino separate sunt. Feceruntq; filie
salphaad ut sibi fuerat imperatũ. ⁊ nu-
pserũt maala ⁊ thersa et egla ⁊ melcha
et noa filijs patrui sui de familia ma-
nasse q̃ fuit filius ioseph: et possessio
q̃ illis fuerat attributa mãsit in tribu
et familia pr̃is earũ. Hec sunt mãdata
atq; iudicia q̃ mãdavit dñs p manũ
moysi ad filios isrl' in campestribus
moab supra iordanem cõtra iheticho.
Explicit liber numeri. Incipit helle
addabarim: qui deuteronomiũ pnotatur.
c. i. Hec sũt verba q̃ locu-
tus ẽ moyses ad o-
mnem israhel trans
iordanem in solitudi-
ne campestri. cõtra
mare rubrum: inter
pharan et thophel et laban et aseroth:
ubi auri est plurimũ. undecim diebz
de oreb: p viã montis seir usq; cades-
barne. Quadragesimo anno undeci-
mo mense prima die mensis locutus
est moyses ad filios israhel omnia que
preceperat illi dñs. ut diceret eis: postq̃
percussit seon regem amorreorũ. qui
habitavit i esebon: et og regem basan
qui mansit in aseroth et in edrai trãs
iordanem in terra moab. Cepitq; moy-
ses explanare legẽ ⁊ dicere. Dominus
deus noster locutus est ad nos i oreb
dicens. Sufficit vobis q in hoc mon
te mansistis. Revertimini et venite ad
montem amorreorũ ⁊ ad cetera que ei
proxima sunt campestria atq; mõta-
na et humiliora loca contra meridiẽ
et iuxta litus maris: terram chananę-
orũ et libani usq; ad flumen magnũ

eufraten. En inquit tradidi vobis. In-
gredimini et possidete eã: sup qua iu-
ravit dñs patribz vr̃is abraham ysa-
ac ⁊ iacob: ut daret illam eis ⁊ semini
eorum post eos. Dixiq; vobis illo in
tempore. Non possum solus sustine-
re vos quia dñs de⁹ noster multipli-
cavit vos: et estis hodie sicut stelle celi
plurimi. Dominus deus patrũ vr̃orũ
addat ad hunc numerũ multa milia:
et benedicat vobis sicut locutus ẽ. Nõ
valeo solus negocia vestra sustinere ⁊
pondus et iurgia. Date ex vobis vi-
ros sapientes et gnaros quorũ cõver-
satio sit probata in tribubz vr̃is: ut po-
nam eos vobis principes. Tunc respon-
distis michi. Bona res est quã vis fa-
cere. Tuliq; de tribubus vr̃is viros sa-
pientes et nobiles et cõstitui eos prin-
cipes tribunos et centuriones ⁊ quin-
quagenarios ac decanos qui docerẽt
vos singula: precepiq; eis dicens. Au-
dite illos: ⁊ quod iustũ ẽ iudicate. Si-
ve civis sit ille sive peregrinus: nulla
erit distantia psonarũ. Ita parvũ au-
dietis ut magnũ: nec accipietis cuiusq̃
psonam: quia dei iudiciũ ẽ. Quod
si difficile vobis visum aliquid fuerit
referte ad me: et ego audiã. Precepiq;
omnia que facere deberetis. Profectiq;
de oreb transivimus p heremũ terribi-
lem ⁊ maximam solitudinẽ quã vidi-
stis per viam montis amorrei: sicut
preceperat dñs de⁹ noster nobis. Cũq;
venissemus in cadesbarne dixi vobis.
Venistis ad montẽ amorrei: quẽ dñs
deus noster daturus ẽ vobis. Vide ter-
ram quã dominus deus tuus dabit
tibi. Ascende et posside eã: sicut locut⁹ ẽ
dñs deus noster patribus tuis. Noli time-
re: nec quicq̃ paveas. Et accessistis
ad me omnes atq; dixistis. Mittamus

viros qui considerent terram: et renuncient per quod iter debeamus ascendere: et ad quas pergere civitates. Cumque michi sermo placuisset: misi ex vobis duodecim viros singulos de tribubus suis. Qui cum perrexissent et ascendissent in montana: venerunt usque ad vallem botri: et considerata terra, sumentes de fructibus eius ut ostenderent ubertatem attulerunt ad nos: atque dixerunt. Bona est terra quam dominus deus noster daturus est nobis. Et noluistis ascendere: sed increduli ad sermonem domini dei nostri murmurastis in tabernaculis vestris: atque dixistis. Odit nos dominus: et idcirco eduxit nos de terra egipti ut traderet nos in manu amorrei atque deleret. Quo ascendemus? Nuncii terruerunt cor nostrum dicentes. Maxima multitudo est: et nobis statura procerior. Urbes magne et ad celum usque munite. Filios enachim vidimus ibi. Et dixi vobis nolite metuere: nec timeatis eos. Dominus deus qui ductor est noster, pro vobis ipse pugnabit: sicut fecit in egipto cunctis videntibus: et in solitudine ipse vidistis. Portavit te dominus deus tuus ut solet homo gestare parvulum filium suum in omni via per quam ambulastis: donec veniretis ad locum istum. Et nec sic quidem credidistis domino deo vestro qui precessit vos in via et metatus est locum in quo tentoria figere deberetis: nocte ostendens vobis iter per ignem: et die per columnam nubis. Cumque audisset dominus vocem sermonum vestrorum: iratus iuravit et ait. Non videbit quispiam de hominibus generationis huius pessime terram bonam quam sub iuramento pollicitus sum patribus vestris: preter caleph filium iephone. Ipse enim videbit eam: et ipsi dabo terram quam calcavit et filiis eius: quia secutus est dominum. Nec miranda indignatio in populum: cum michi quoque iratus dominus propter vos dixerit. Nec tu ingredieris illuc: sed iosue filius nun minister tuus ipse intrabit pro te. Hunc exhortare et robora: et ipse sorte terram dividet israeli. Parvuli vestri de quibus dixistis quod captivi ducerentur et filii qui hodie boni ac mali ignorant distantiam ipsi ingredientur: et ipsis dabo terram et possidebunt eam: vos autem revertimini et abite in solitudinem per viam maris rubri. Et respondistis michi. Peccavimus domino. Ascendemus et pugnabimus: sicut precepit dominus deus noster. Cumque instructi armis pergeretis in montem: ait michi dominus. Dic ad eos. Nolite ascendere neque pugnetis. Non enim sum vobiscum: ne cadatis coram inimicis vestris. Locutus sum et non audistis: sed adversantes imperio domini et tumentes superbia ascendistis in montem. Itaque egressus amorreus qui habitabat in montibus et obviam veniens persecutus est vos sicut solent apes persequi: et cecidit de seir usque horma. Cumque reversi ploraretis coram domino non audivit vos: nec voci vestre voluit acquiescere. Sedistis ergo in cadesbarne multo tempore. C. II.

Profectique inde venimus in solitudinem que ducit ad mare rubrum sicut michi dixerat dominus: et circuivimus montem seir longo tempore. Dixitque dominus ad me. Sufficit vobis circuire montem istum: ite contra aquilonem: et populo precipe dicens. Transibitis per terminos fratrum vestrorum filiorum esau qui habitant in seir: et timebunt vos. Videte ergo diligenter ne moveamini contra eos. Neque enim dabo vobis de terra eorum quantum potest unius pedis calcare vestigium:

quia in possessionē esau dedi montē
seir . Cibos emetis ab eis pecunia · et
comedetis : aquā emptam haurietis
et bibetis . Dn̄s deus tu⁹ benedixit tibi
in omni opere manuum tuaꝝ. Nouit
iter tuum: quomodo transieris solitu-
dinem hanc magnā ꝑ quadraginta
annos · habitans tecū dn̄s deus tuus:
et nichil tibi defuit. Cūq; transissemus
fratres nr̄os filios esau qui habitabāt
in seir per viam campestrem de helath
et de asiongaber: venimus ad iter qd̄
ducit in desertū moab. Dixitq; domi-
nus ad me. Non pugnes cōtra moa-
bitas : nec ineas aduersus eos prelīū.
Non enī dabo tibi quicq̄ de terra eorū:
quia filijs loth tradidi ar in possessio-
nem. Emim primi fuerūt habitatores
eius: ppl̄s magnus ⁊ validus et tam
excelsus ut de enachim stirpe quasi gi-
gantes crederent̄ : et essent similes fili-
orū enachim . Deniq; moabite appel-
lant eos emim. In seir aūt prius ha-
bitauerunt horrim: quibz expulsis atq;
deletis habitauerunt filij esau sicut fe-
cit israhel in terra possessionis sue quā
dedit illi domin⁹. Surgentes ergo ut
transiremus torrentē zareth: venimus
ad eum. Tempus aūt quo ambulaui-
mus de cadesbarne usq; ad transitum
zareth triginta et octo ānorū fuit: do-
nec consumeretur om̄is congregatio
hominū bellatorū de castris sicut iura-
uerat dominus: cuius manus fuit ad-
uersus eos ut interirent de castrorū me-
dio. Postq̄ aūt uniuersi ceciderūt pu-
gnatores: locutus ē dn̄s ad me dicēs.
Tu transibis hodie terminos moab
urbem nomine ar: ⁊ accedes ī vicinia
filiorū āmon. Caue ne pugnes ɔtra
eos: nec mouearis ad preliū. Nō enī
dabo tibi de terra filiorū āmon: quia
filijs loth dedi eā in possessionē. Terra
gigantum reputata est: ⁊ in ip̄a olim
habitauerūt gigantes · quos ammo-
nite vocant zomzomim populus ma-
gnus et multus et procere longitudi-
nis sicut enachim quos deleuit dn̄s a
facie eorum · et fecit illos habitare pro
eis: sicut fecerat filijs esau q̇ habitant
in seir delens horreos · et terram eorū
illis tradens : quā possident usq; in
presens. Eueos quoq; q̇ habitabant ī
aserim usq; gazam capadoces expu-
lerunt eos: qui egressi de capadocia de-
leuerunt eos: ⁊ habitauerunt pro illis.
Surgite et transite torrentem arnon.
Ecce tradidi ī manu tua seon regem
esebon amorreū et terram eius: incipe
possidere: et committe aduersus eum
prelium . Hodie incipiā mittere terro-
rem atq; formidinē tuā in ꝑplos q̇ ha-
bitant sub om̄i celo: ut audito nomi-
ne tuo paueant · ⁊ in morem parturien-
tium contremiscant: ⁊ dolore teneant̄.
Misi ergo nuncios de solitudine cade-
moth ad seon regem esebon verbis pa-
cificis dicens. Transibimus ꝑ terram
tuam: publica gradiemur via. Non
declinabimus neq; ad dexteram neq;
ad sinistram, alimenta precio vende
nobis ut vescamur: aquā pecunia tri-
bue et sic bibemus. Tantū ē ut nobis
concedas transitum : sicut fecerūt filij
esau qui habitant in seir · et moabite
qui habitant in ar · donec veniamus
ad iordanem: et transeam⁹ in terram
quā dominus deus noster daturus
est nobis . Noluitq; seon rex esebon
dare nobis transitum quia indurauē-
rat dominus deus tuus spiritū eius:
et obfirmauerat cor illius ut ista trade-
retur in manus tuas: sicut nūc vides.
Dixitq; domin⁹ ad me. Ecce cepi tibi

tradere seon · et terrã eiꝰ: incipe possidere
eam. Egressusq; est seon obuiã nobis
cũ omni pplo suo ad preliũ in iessa: ⁊
tradidit eum dñs deus noster nobis:
pcussimusq; eum cũ filijs suis et omĩ
populo suo: cũctasq; urbes in tempore
illo cepimus interfectis habitatoribꝫ
earũ viris ac mulieribus et paruulis.
Non reliquimus in eis quicq̃ absq;
iumentis que ĩ partem venere pdantiũ:
et spolijs urbium quas cepimus. ab
aroer q̃ est sup ripam torrentis arnon
oppido · quod in valle situm est usq;
galaad. Nõ fuit vicus et ciuitas que
nostras effugeret manꝰ. Omnes tradi-
dit dñs deꝰ noster nobis: absq; terra
filiorꝫ ãmon ad quã nõ accessimus ⁊
cũctis q̃ adiacent torrenti iebot: ⁊ urbi-
bus mõtanis vniũsisq; locis a qbus
nos prohibuit dñs deꝰ noster. c. iii.
Itaq; conuersi ascendimꝰ per iter basan.
Egressusq; est og rex basan in occur-
sum nobis in populo suo ad bellan-
dum in edrai: dixitq; dñs ad me. Ne
timeas eum: quia in manu tua tradi-
tus est cũ omĩ pplo ac terra sua · facies
q; ei sicut fecisti seon regi amorreorꝫ · q̃
habitauit in esebon. Tradidit ergo do-
minus deꝰ noster ĩ manibus nostris
etiam og regem basan et vniuersum
pplm eius: percussimusq; eos usq; ad
internitionem: vastantes cunctas ciui-
tates illius vno tempore. Non fuit
oppidum qđ nos effugeret. Sexagin-
ta urbes: omnẽ regionẽ argob regni
og in basan. Cuncte urbes erant mu-
nite muris altissimis portisq; et vecti-
bus: absq; oppidis innumeris q̃ non
habebant muros. Et deleuimus eos
sicut feceramꝰ seon regi esebon disper-
dentes omnẽ ciuitatem virosq; ac mu-
lieres et paruulos: iumenta autem et
spolia urbium diripuimus. Tulimꝰ
q; illo in tempore terrã de manu duorꝫ
regum amorreorꝫ qui erant trans ior-
danem a torrente arnon usq; ad mon-
tem hermon quẽ sydonij sarion vocãt
et amorrei sanir: omnes ciuitates que
site sunt in planicie · et vniuersam ter-
ram galaad ⁊ basan usq; ad selcha · ⁊
edrai ciuitates regni og ĩ basan. So-
lus quippe og rex basan restiterat de
stirpe gigantum. Monstratur lectus
eius ferreus qui est ĩ rabath filiorum
ammon: nouẽ cubitos habens longi-
tudinis: ⁊ q̃tuor latitudinis ad men-
suram cubiti virilis manus. Terrãq;
possedimus tempore illo ab aroer q̃
est sup ripã torrentis arnon: usq; ad
mediam partem montis galaad. Et
ciuitates illiꝰ dedi ruben et gad: reliq̃
autem partem galaad et omnẽ basan
regni og tradidi medie tribui manas-
se omnẽ regionem argob. Cuncta basan
vocatur terra gigantũ. Iair filius
manasse possedit omnẽ regionem ar-
gob usq; ad terminos gessuri ⁊ macha-
ti. Uocauitq; ex nomine suo basan
auothiair id est villas iair: usq; ĩ pre-
sentem diem. Machir quoq; dedi ga-
laad: et tribubus ruben et gad dedi de
terra galaad usq; ad torrẽtem arnon
medium torrentis et finium usq; ad
torrentem iebot qui est terminus filio-
rum ãmon: et planiciem solitudinis
atq; iordanem ⁊ terminos cenereth usq;
ad mare deserti qđ est salsissimũ ad
radices montis phasga cõtra orientẽ.
Precepiq; vobis ĩ tempore illo dicẽs.
Dominus deꝰ vester dat vobis terrã
hanc in hereditatem: expediti pcedite
fratres vestros filios israhel omnes
viri robusti absq; vxoribus ⁊ paruu-
lis atq; iumentis. Noui enĩ qđ plura

habeatis pecora et ī urbib3 remanere
debebunt quas tradidi vobis: donec
requiem tribuat dominus fratrib3 ve-
stris sicut vobis tribuit: ⁊ possideant
etiam ipi terram quā daturus est eis
trans iordanem: tunc revertetur unus-
quisq3 in possessionē suā quā dedi vo-
bis. Josue quoq3 ī tempore illo p̄cepi
dicens. Oculi tui viderūt que fecit dn̄s
deus noster duob3 hijs regibus: sic fa-
ciet om̄ibus regnis ad q̄ transiturus
es. Ne timeas eos. Dominus enī deus
vester pugnabit ꝓ vobis. Precatus
q3 sum dn̄m ī tempore illo dicēs. Do-
mine deus tu cepisti ostendere servo tuo
magnitudinē tuā manūq3 fortissimā.
Neq3 enim ē alius deus vel in celo vel
in terra qui possit facere opera tua: et
comparari fortitudini tue. Transibo
igitur ⁊ videbo terram hanc optimā
trans iordanem: et mōtem istū egregiū
et libanū. Iratusq3 est dn̄s michi pro-
pter vos nec exaudivit me. Sed dixit
michi. Sufficit tibi: nequaq̄ ultra lo-
quaris de hac re ad me. Ascende ca-
cumen phasge: et oculos tuos circūfer
ad occidentem ⁊ ad aquilonē austrū
q3 et orientem et aspice. Nec enī transi-
bis iordanem istum. Precipe iosue et
corrobora eum atq3 cōforta: quia ipe
precedet populū istū: ⁊ dividet eis ter-
ram quā visurus es. Mansimusq3 in
valle contra phanum phogor. C. IIII.

Et nunc israhel audi precepta et
iudicia q̄ ego doceo te ut faciēs
ea vivas: ⁊ ingrediens possideas terrā
quā dominus deus patrū vestrorū da-
turus est vobis. Non addetis ad ver-
bum quod vobis loquor: nec aufere-
tis ex eo. Custodite mandata domini
dei vestri que ego p̄cipio vobis. Oculi
vestri viderunt om̄ia que fecit dominus
contra beelphegor: quomodo cōtriverit
omnes cultores eius de medio vestri.
Vos aūt qui adheretis dn̄o deo vr̄o
vivitis universi: usq3 in presentem diē.
Scitis q̄ docuerim vos precepta atq3
iusticias, sicut mandavit michi domi-
nus deus meus: sic facietis ea in terra
quā possessuri estis: ⁊ observabitis et
implebitis opere. Hec est enim vestra
sapientia ⁊ intellectus coram ppl'is: ut
audientes universi precepta hec dicāt.
En ppl's sapiens et intelligens gens
magna. Nec est alia natio tā grādis
que habeat deos appropinquantes
sibi: sicut deus noster adest cūctis ob-
secrationib3 nr̄is. Que est enim alia
gens sic inclita ut habeat cerimonias
iustaq3 iudicia: et univ̄sam legē quā
ego ꝓponam hodie āte oculos vr̄os?
Custodi igitur temetipm et animam
tuam sollicite. Ne obliviscaris verbo-
rum que viderūt oculi tui: ⁊ ne excidāt
de corde tuo cūctis dieb3 vite tue. Do-
cebis ea filios ac nepotes tuos: diem
in quo stetisti coram dn̄o deo tuo in
oreb: quando dn̄s locutus est michi
dicens. Congrega ad me ppl'm ut au-
diāt sermones meos: ⁊ discāt timere
me omni tempore quo vivūt in terra:
doceantq3 filios suos. Et accessistis
ad radices montis qui ardebat usq3
ad celum: eratq3 in eo tenebre ⁊ nubes
et caligo. Locutusq3 ē dominus ad vos
de medio ignis. Vocem verbor3 eius
audistis: et formam penitus non vidi-
stis. Et ostendit vobis pactum suum
quod precepit ut faceretis: ⁊ decem ver-
ba que scripsit in duabus tabulis lapi-
deis. Michiq3 mādavit in illo tēpore
ut docerem vos cerimonias ⁊ iudicia:
que facere deberetis ī tra quā possessuri
estis. Custodite igit̄ sollicite animas

vr̃as. Nō vidistis aliq̄ similitudinē
in die qua locutus est vobis dominꝰ
in oreb de medio ignis: ne forte dece-
pti faciatis vobis sculptam similitu-
dinem aut ymaginē masculi vel femi-
ne: similitudinē omniū iumentorum
que sunt sup terrā vel avium sub celo
volantiū: atq; reptiliū que moventur
in terra: sive pisciū qui sub terra mo-
rantur in aquis: ne forte oculis eleva-
tis ad celum videas solem ⁊ lunam ⁊
omnia astra celi: ⁊ errore deceptus ado-
res ea et colas: que creavit dñs deus
tuus in ministeriū cūctis gentibꝫ que
sub celo sunt. Vos aūt tulit dñs et e-
duxit de fornace ferrea egipti: ut habe-
ret populum hereditariū sicut ē in pre-
senti die. Iratusq; est dñs contra me
propter sermones vestros et iuravit:
ut non transirem iordanem: nec ingre-
derer terram optimā quā daturus est
vobis. Ecce morior in hac humo: nō
transibo iordanem: vos transibitis et
possidebitis terram egregiā. Cave ne-
quando obliviscaris pacti dñi dei tui:
quod pepigit tecum: et facias tibi scul-
ptam similitudinē eorū que fieri dñs
prohibuit. Quia dñs deꝰ tuus ignis
consumens est: deus emulator. Si ge-
nueritis filios ac nepotes. et morati
fueritis ī terra: deceptiq; feceritis vobis
aliquā similitudinē patrantes malū
coram dño deo vestro: ut eum ad ira-
cundiā provocetis: testes invoco ho-
die celum et terram: cito perituros vos
esse de terra: quā transito iordane pos-
sessuri estis. Non habitabitis ī ea lon-
go tempore: sed delebit vos dominus
atq; disperget in omēs gentes: ⁊ rema-
nebitis pauci ī nationibus ad quas
vos ducturus est dñs. Ibiq; servietis
diis q̄ hominū manu fabricati sunt:
ligno et lapidi qui nō vident. nec au-
diunt non comedūt nō odorant. Cū-
q; quesieris ibi dñm deū tuū invenies
eum: si tamen toto corde quesieris: et
tota tribulatione anime tue postq; te
invenerint omīa que pdicta sunt. No-
vissimo aūt tempore reverteris ad do-
minum deū tuū et audies vocem eiꝰ:
quia deus misericors dñs deus tuus
est. Non dimittet te nec omnino dele-
bit: neq; obliviscetur pacti ī quo iura-
vit patribꝫ tuis. Interroga de diebus
antiquis q̄ fuerunt ante te: ex die quo
creavit deus hominem super terram a
summo celi usq; ad summum eius: si
facta est aliquando huiuscemodi res:
aut unquā cognitū ē ut audiret ppls
vocem dei loquētis de medio ignis:
sicut tu audisti ⁊ vixisti: si fecit deus ut
ingrederet̄ ⁊ tolleret sibi gentē de medio
nationū p temptationes signa atq;
portenta p pugnā ⁊ robustam manū
extentūq; brachium ⁊ horribiles visio-
nes: iuxta omnia que fecit pro vobis
dñs deus vr̄ in egipto videntibus
oculis tuis: ut scires quoniā dñs ipse
est deus: ⁊ non ē alius preter unū. De
celo te fecit audire vocem suam ut do-
ceret te: ⁊ in terra ostendit tibi ignē suū
maximum: et audisti verba illius de
medio ignis quia dilexit patres tuos
et elegit semen eoꝝ post eos. Eduxitq;
te pcedens in virtute sua magna ex e-
gipto ut deleret nationes maximas ⁊
fortiores te in introitu tuo: ⁊ introdu-
ceret te daretq; tibi terrā eoꝝ in possessi-
onem: sicut cernis in presenti die. Sci-
to ergo hodie ⁊ cogitato in corde tuo
quod dñs ipse est deus in celo sursum:
et in terra deorsum: ⁊ nō sit alius. Cu-
stodi precepta eius atq; mādata que
ego pcipio tibi ut bene sit tibi ⁊ filiis

tuis post te: et permaneas multo tem-
pore super terram quā dñs deus tuus
daturus est tibi. Tunc separauit moy-
ses tres ciuitates trans iordanem ad o-
rientalem plagam ut confugiat ad
eas qui occiderit nolens proximū suū
nec fuerit sibi inimicus ante unū et al-
terum diē ⁊ ad harum aliquā urbium
possit euadere: bosor in solitudine que
sita est in terra campestri de tribu ruben:
et ramoth in galaad que est in tribu
gad: ⁊ golam in basan que est ī tribu
manasse. Ista est lex quā proposuit
moyses coram filiis israhel: ⁊ hec testi-
monia et cerimonie atq; iudicia que
locutus est ad filios israhel quando
egressi sunt de egipto trans iordanem
in ualle contra phanum phogor ī terra
seon regis amorrei qui habitauit ī ese-
bon quē percussit moyses. Filii quoq;
israhel egressi ex egipto possederunt ter-
ram eius et terrā og regis basan duo-
rum regū amorreorum qui erant trans
iordanem ad solis ortū: ab aroer que
sita ē sup ripam torrentis arnon usq;
ad montē sanir q̄ est ⁊ hermon: omnē
planiciem trans iordanem ad orienta-
lem plagā usq; ad mare solitudinis
⁊ usq; ad radices mōtis phasga. c. v.

Vocauitq; moyses omnē israhelē:
et dixit ad eum. Audi israhel ce-
rimonias atq; iudicia: q̄ ego loquor
in auribz uestris hodie. Discite ea: et
opere complete. Dominus deus noster
pepigit nobiscum fedus in oreb. Non
cum patribz nostris iniit pactū sed no-
biscum: qui in presentiarū sumus et ui-
uimus. Facie ad faciem locutus ē no-
bis in monte de medio ignis. Ego se-
quester ⁊ medius fui inter dñm et uos
in tempore illo: ut annunciarē uobis
uerba eius. Timuistis enim ignem: et
nō ascendistis ī montem. Et ait. Ego
dominus deus tuus: qui eduxi te de
terra egipti de domo seruitutis. Non
habebis deos alienos in cōspectu meo.
Non facies tibi sculptile nec similitu-
dinem omniū que in celo sunt desup
et que in terra deorsum: ⁊ que uersant
in aquis sub terra. Nō adorabis ea:
et non coles. Ego enī sum dñs deus
tuus: deus emulator reddens iniquitatē
patrū sup filios in terciā et quartam
generationem hiis qui oderunt me: ⁊
faciens misericordiā in multa milia
diligentibz me ⁊ custodientibus prece-
pta mea. Non usurpabis nomen do-
mini dei tui frustra: quia nō erit impu-
nitus qui super re uana nomen eius
assumpserit. Obserua diem sabbati ut
sanctifices eum: sicut precepit tibi dñs
deus tuus. Sex diebz operaberis: et fa-
cies omnia opera tua. Septimus dies
sabbati est: id est requies dñi dei tui.
Non facies in eo quicq; operis tu ⁊ fi-
lius tuus ⁊ filia seruus ⁊ ancilla: bos
et asinus et omne iumentū tuū et pe-
regrinus qui est intra portas tuas: ut
requiescat seruus et ancilla tua sicut
⁊ tu. Memento q̄ ⁊ ipse seruieris in egi-
pto: et eduxerit te inde dominus deus
tuus in manu forti ⁊ brachio extento.
Idcirco precepit tibi ut obseruares diē
sabbati. Honora patrem tuū et matrē
sicut precepit tibi dñs deus tuus: ut
longo uiuas tempore: et bene sit tibi
in terra quā dñs deus tuus daturus ē
tibi. Non occides: neq; mechaberis: fur-
tumq; non facies: nec loqueris cōtra
proximū tuū falsum testimoniū. Nō
concupisces uxorem proximi tui: non
domū: non agrum: non seruum: non
ancillam: nō bouem nō asinū: et uni-
uersa q̄ illius sunt. Hec uerba locut⁹

est dominus ad omnē multitudinem
vestrā in monte de medio ignis · ⁊ nu-
bis · et caliginis voce magna nichil
addens amplius: ⁊ scripsit ea ī duabꝫ
tabulis lapideis quas tradidit michi.
Vos aūt postq̄ audistis vocē de me-
dio tenebrarū et montem ardere vidi-
stis.accessistis ad me omēs principes
tribuū et maiores natu: atq; dixistis.
Ecce ostendit nobis dn̄s deus noster
maiestatē ⁊ magnitudinē suā. Vocē
enim eius audiuim⁹ de medio ignis:
et probauimus hodie q̄ loquente deo
cum homine vixerit homo. Cur ergo
moriemur: et deuorabit nos ignis
hic maximus? Si enim audierimus
ultra vocem dn̄i dei nostri moriemur.
Quid est omnis caro ut audiat vocē
dei viuentis qui de medio ignis loqui-
tur sicut nos audiuimus: ⁊ possit vi-
uere? Tu magis accede et audi cuncta
que dixerit dn̄s deus noster tibi: loque-
risq; ad nos: et nos audientes facie-
mus ea. Quod cum audisset dn̄s ait
ad me. Audiui vocē verboꝝ ppli huiꝰ
que locuti sunt tibi. Bene oīa sunt lo-
cuti. Quis det talem eos habere mentē
ut timeāt me et custodiāt uniūsa mā-
data mea ī omni tempore: ut bene sit eis
et filiis eoꝝ ī sempiternū? Vade et dic
eis. Reūtimini ī tentoria vr̄a. Tu vero
hic sta mecum: ⁊ loquar tibi omnia
mandata mea et cerimonias atq; iu-
dicia que docebis eos ut faciant ea in
tra quā dabo illis in possessionem. Cu-
stodite igitur ⁊ facite que p̄cepit domi-
nus deus vobis. Non declinabitis
neq; ad dextrā neq; ad sinistram: sed
per viam quā precepit domin⁹ deus
vester ambulabitis: ut viuatis et be-
ne sit vobis et protelentur dies vestri
in terra possessionis vestre. Cap̄. VI.

HEc sunt p̄cepta et cerimonie atq;
iudicia que mandauit dn̄s de⁹
vester ut docerem vos ⁊ faciatis ea in
terra ad quā transgredimini possiden-
dam: ut timeas dn̄m deum tuū ⁊ custo-
dias omīa mandata ⁊ precepta eius
que ego precipio tibi ⁊ filiis ac nepoti-
bus tuis cunctis diebꝫ vite tue: ut pro-
longentur dies tui. Audi israhel ⁊ ob-
serua ut facias q̄ precepit tibi dn̄s ut
bene sit tibi ⁊ multiplliceris amplius:
sicut pollicitus ē dn̄s deus patrū tuoꝝ
tibi terrā lacte et melle manantē. Au-
di israhel. Dominus deus noster de⁹
unus est. Diliges dn̄m deum tuū ex
toto corde tuo: ⁊ ex tota anima tua: et
ex tota fortitudine tua. Eruntq; verba
hec que ego p̄cipio tibi hodie in corde
tuo: ⁊ narrabis ea filiis tuis ⁊ medita-
beris sedens in domo tua ⁊ ambulās
in itinere dormiens atq; consurgens:
et ligabis ea quasi signum in manu
tua: eruntq; ⁊ mouebūtur inter oculos
tuos: scribesq; ea in limine et hostiis
domus tue. Cumq; introduxerit te do-
minus de⁹ tuus ī terrā ꝓ qua iurauit
patribꝫ tuis abraham ysaac ⁊ iacob ⁊
dederit tibi ciuitates magnas et opti-
mas quas non edificasti·domos ple-
nas cunctarū opū quas nō exstruxisti·
cisternas quas nō effodisti·vineta et
oliueta que non plantasti·⁊ comede-
ris ⁊ saturatus fueris: caue diligenter
ne obliuiscaris dn̄i qui eduxit te de ter-
ra egipti·de domo seruitutis. Dn̄m
deū tuū timebis et ipsi soli seruies: ac
per nomen illius iurabis. Non ibitis
post deos alienos cunctarū gentiū q̄
in circuitu vestro sunt: quoniā deus
emulator dn̄s deus tuus ī medio tui:
nequando irascatur furor dn̄i dei tui
contra te: ⁊ auferat te de superficie terre.

Non temptabis dñm deum tuū: sicut
temptasti ī loco temptationis. Custo-
di precepta dñi dei tui ac testimonia ⁊
cerimonias quas pcepit tibi: ⁊ fac qđ
placitum est et bonū in conspectu dñi
ut bene sit tibi: et ingressus possideas
terram optimam de qua iuravit dñs
patribꝫ tuis ut deleret omēs inimicos
tuos corā te sicut locut⁹ ē. Cū interro-
gaverit te filius tuus cras dicēs quid
sibi volūt testimonia hec. ⁊ cerimonie
atqꝫ iudicia que pcepit dñs de⁹ noster
nobis: dices ei. Servi eram⁹ pharao-
nis in egipto: ⁊ eduxit nos dñs de egi-
pto in manu forti: fecitqꝫ signa atqꝫ
prodigia magna ⁊ pessima in egipto
cōtra pharaonē ⁊ omnē domū illius
in conspectu nostro: et eduxit nos inde
ut introductis daret terrā sup qua iu-
ravit patribus nr̄is. Precepitqꝫ nobis
dñs ut faciamus omīa legitima hec:
et timeamus dñm deū nostrum ut be-
ne sit nobis cunctis diebus vite no-
stre sicut ē hodie. Eritqꝫ nostri miseri
cors: si custodierimus et fecerimus o-
mnia pcepta eius coram domino deo
nostro sicut mandavit nobis. c. vii.

Cum vero introduxerit te dominus
deus tuus in terrā quā possessu-
rus ingredieris. ⁊ deleverit gentes mul-
tas coram te etheum et gergezeum et
amorreum chananeū et phereżeum et
eveum et iebuseum septē gentes multo
maioris numeri q̄ tu es ⁊ robustiores
te. tradideritqꝫ eas dñs deus tuus tibi:
percuties eas usqꝫ ad internitionem.
Non inibis cū eis fedus nec miserebe-
ris earū: neqꝫ sociabis cū eis cōiugia.
Filiam tuā non dabis filio eius: nec
filiam illius accipies filio tuo: quia
seducet filium tuum ne sequatur me ⁊
ut magis serviat diis alienis. Irasceturqꝫ
furor dñi: et delebit te cito. Quin poti-
us hec facietis eis. Aras eoꝝ subverti-
te. ⁊ confringite statuas. lucosqꝫ succi-
dite: ⁊ sculptilia comburite: quia ppls
sanctus es domino deo tuo. Te elegit
dñs deus tuus: ut sis ei populus pecu-
liaris de cunctis pplis qui sunt sup ter-
ram. Nō quia cunctas gentes numero
vincebatis vobis iunctus ē dominus
et elegit vos cū omībꝫ sitis pplis pauci-
ores: sed quia dilexit vos dominus:
⁊ custodivit iuramentum qđ iuravit
patribꝫ vestris. Eduxitqꝫ vos ī manu
forti et redemit de domo servitutis: de
manu pharaonis regis egipti; ⁊ scies
quia dñs deus tuus ipē ē deus fortis
et fidelis. custodiens pactū ⁊ misericordiam
diligentibus se ⁊ hijs qui custodiunt
precepta eius in mille generationes:
et reddens odientibus se statim. ita ut
disperdat eos et ultra nō differat proti-
nus eis restituēs qđ merent̄. Custodi
ergo precepta et cerimonias atqꝫ iudi-
cia: que ego mando tibi hodie ut
facias. Si postq̄ audieris hec iudicia
custodieris ea et feceris. custodiet et do-
minus deus tuus tibi pactum ⁊ miseri-
cordiā quā iuravit patribus tuis et
diliget te ⁊ multiplicabit: benedicetqꝫ
fructui ventris tui. ⁊ fructui terre tue. fru-
mento tuo atqꝫ vindemie. oleo et ar-
mentis gregibus oviū tuarū super ter-
ram: pro qua iuravit patribus tuis
ut daret eā tibi. Benedictus eris inter
omnes pplos. Non erit apud te steri-
lis utriusqꝫ sexus: tam in hominibus
q̄ in gregibus tuis. Auferet dñs a te
omnē languorem: ⁊ infirmitates egi-
pti pessimas quas novisti nō inferet
tibi sed cunctis hostibus tuis. Devo-
rabis omnes pplos quas dominus
deus tuus daturus ē tibi. Nō parcet

eis oculus tuus: nec servies diis eorꝫ: ne
sint in ruinam tui. Si dixeris ī corde
tuo plures sūt gentes iste q̄ ego· quo-
modo potero delere eas: noli metuere
sed recordare· que fecerit dñs de⁹ tuus
pharaoni et cunctis egiptijs plagas
maximas quas viderunt oculi tui et
signa atq; portenta manūq; robustā
et extentū brachiū: ut educeret te domi-
nus deus tuus. Sic faciet cunctis po-
pulis quos metuis. Insup et scrabro-
nes mittet dñs de⁹ tuus in eos: donec
deleat omēs atq; disperdat qui te fuge-
rint et latere potuerint. Non timebis
eos: quia dñs deus tuus in medio tui
est deus magnus ⁊ terribilis. Ipse con-
sumet nationes has in conspectu tuo
paulatim atq; per partes. Nō poteris
eas delere pariter: ne forte multiplicen-
tur contra te bestie terre. Dabitq; eos
dominus deus tuus in cōspectu tuo:
et interficiet illos donec penitus dele-
antur. Tradetq; reges eorꝫ in manus
tuas: ⁊ disperdes nomina eorū sub ce-
lo. Nullus poterit resistere tibi: donec
conteras eos. Sculptilia eorum igne
combures. Nō concupisces argentū
et aurū de quibus facta sunt: neq; as-
sumes ex eis tibi quicq̄ ne offendas·
propterea quia abominatio est dñi
dei tui: nec inferes quippiā ex ydolo in
domū tuā: ne fias anathema sicut et il-
lud ē. Quasi spurciciā detestaberis: ⁊ ve-
lud inquinamentū ac sordes abomina-
tioni habebis: q̄a anathema ē. Ca. viii.

Omne mandatū qd' ego precipio
tibi hodie caue diligenter ut fa-
cias ut possitis vivere ⁊ multiplicemi-
ni: ingressiq; possideatis terram pro
qua iuravit dñs patribz vestris. Et re-
cordaberis cuncti itineris per quod ad-
duxit te dñs deus tuus quadraginta
annis p desertum ut affligeret te atq;
temptaret: et nota fierent que in tuo a-
nimo versabantur: utrum custodires
mandata illius an non. Afflixit te pe-
nuria: et dedit tibi cibum manna quē
ignorabas tu ⁊ patres tui ut ostenderet
tibi q̄ nō in solo pane viu̅at homo:
sed in omni verbo qd' egreditur de ore
domini. Vestimentū tuū quo operie-
baris nequaq̄ vetustate defecit: et pes
tuus non ē subtritus. En quadrage-
simus annus est: ut recogites in corde
tuo: quia sicut erudit filiū suū homo
sic dñs deus tuus erudivit te· ut custo-
dias mandata dñi dei tui ⁊ ambules
in vijs eius: et timeas eū. Dñs enim
deus tuus introducet te in terram bo-
nam· terram rivorū aquarūq; ⁊ fonti-
um: ī cuius campis ⁊ montibz erum-
punt fluviorū abissi: terram frumenti
ordei ac vinearꝫ in qua ficus et mala-
granata et oliveta nascuntur: terram
olei ac mellis ubi absq; ulla penuria
comedes panem tuū et rerum omniū
abundantia perfrueris: cuius lapides
ferrum sunt· et de montibus eius eris
metalla fodiuntur· ut cum comederis
et saciatus fueris benedicas domino
deo tuo pro terra optima quā dedit ti-
bi. Observa ⁊ caue nequando oblivi-
scaris dñi dei tui· ⁊ negligas mādata
eius atq; iudicia ⁊ cerimonias quas
ego p̄cipio tibi hodie: ne postq̄ come-
deris et saciat⁹ fueris· domos pulcras
edificaveris ⁊ habitaveris in eis: ha-
buerisq; armenta ⁊ ouiū greges· argen-
ti ⁊ auri cunctarꝫq; rerū copiam· eleve-
tur cor tuū ⁊ non reminiscaris domi-
ni dei tui· qui eduxit te de terra egipti
de domo servitutis ⁊ ductor tuus fuit ī
solitudine magna atq; terribili ī qua
erat serpens flatu adurens et scorpio

ac dipsas et nulle omnino aque: qui
eduxit riuos de petra durissima et ciba-
uit te manna in solitudine qd nescie-
runt patres tui. Et postqȝ afflixit ac pro-
bauit · ad extremum misertus est tui: ne
diceres in corde tuo fortitudo mea et ro-
bur manus mee hec michi omnia prestite-
runt: sed recorderis dni dei tui · qȝ ipse
uires tibi prebuerit ut impleret pactum
suum super quo iurauit patribȝ tuis sicut
presens indicat dies. Sin autem oblitus
dni dei tui secutus fueris deos alienos
coluerisqȝ illos et adoraueris: ecce nunc
predico tibi qȝ omnino dispereas. Sicut
gentes quas deleuit dominus in introitu
tuo: ita et vos peribitis si inobedientes
fueritis voci domini dei vestri. ca. ix.

Audi israhel. Tu transgredieris ho-
die iordanen ut possideas nati-
ones maximas et fortiores te ciuita-
tes ingentes et ad celum usqȝ muratas:
populum magnum atqȝ sublimem · filios e-
nachim quos ipse vidisti et audisti:
quibus nullus potest ex aduerso resi-
stere. Scies ergo hodie qȝ dns deus
tuus ipse transibit ante te ignis deuo-
rans atqȝ consumens: qui conterat eos
et deleat atqȝ disperdat ante faciem tuam
velociter: sicut locutus est tibi. Ne dicas
in corde tuo cum deleuerit eos dns deus
tuus in conspectu tuo · propter iusticiam
meam introduxit me dns ut terram
hanc possiderem: cum propter impietates
suas iste delete sint nationes. Neqȝ e-
nim propter iusticias tuas et equitatem
cordis tui ingredieris ut possideas ter-
ras earum: sed quia ille egerunt impie.
introeunte te delete sunt: et ut comple-
ret verbum suum dns quod sub iuramen-
to pollicitus est patribus tuis abraham
ysaac et iacob. Scito ergo qȝ non propter
iusticias tuas dns deus tuus dederit
tibi terram hanc optimam in possessionem:
cum durissime ceruicis sis populus. Me-
mento et ne obliuiscaris quomodo ad
iracundiam prouocaueris dnm deum tuum
in solitudine, et ex eo die quo egressus
es ex egipto usqȝ ad locum istum · semper
aduersum dnm contendisti. Nam et in
oreb prouocasti eum: et iratus delere te
voluit quando ascendi in montem ut
acciperem duas tabulas lapideas pa-
cti quod pepigit vobiscum dns. Et per-
seueraui in monte quadraginta diebȝ
ac noctibus: panem non comedens et a-
quam non bibens. Deditqȝ michi do-
minus duas tabulas lapideas scri-
ptas digito dei: et continentes omnia
verba · que vobis locutus est in monte
de medio ignis quando concio populi
congregata est. Cumqȝ transissent qua-
draginta dies et totidem noctes dedit
michi dns duas tabulas lapideas ·
tabulas federis: dixitqȝ michi. Surge
et descende hinc cito: quia populus tuus
quem eduxisti de egipto deseruerunt velo-
citer viam quam demonstrasti eis: fecerunt-
qȝ sibi conflatile. Rursumqȝ ait dns
ad me. Cerno qȝ populus iste dure ceruicis
sit. Dimitte me ut conteram eum: et
deleam nomen eius sub celo: et con-
stituam te super gentem que hac maior
et fortior sit. Cumqȝ de monte ardente
descenderem et duas tabulas federis
utraqȝ tenerem manu · vidissemqȝ pec-
casse vos dno deo vestro et fecisse vobis
vitulum conflatilem ac deseruisse ve-
lociter viam eius quam vobis ostende-
rat: proieci tabulas de manibȝ meis
confregiqȝ eas in conspectu vestro. Et
procidi ante dnm sicut prius quadra-
ginta diebȝ et noctibus panem non co-
medens et aquam non bibens propter
omnia peccata vestra que gessistis contra

dn̄m: ⁊ eū ad iracundiā prouocastis.
Timui enī indignacionē ⁊ iram illꝰ:
qua aduersum vos cōcitatus delere
vos voluit. Et exaudiuit me dn̄s eti-
am hac vice. Aduersum aaron quoq;
vehementer iratus voluit eum conte-
rere: et pro illo similiter deprecatus
sum. Peccatū aūt vr̄m qđ feceratis id
est vitulū accipiens igne combussi: et
in frusta cōminuens omnīnoq; in pul-
uerem redigens proieci in torrentē qui
de mōte descendit. In incendio quoq;
et in temptacione · ⁊ ī sepulcris concu-
piscentie prouocastis dn̄m: et quādo
misit vos de cadesbarne dicens ascen-
dite et possidete terrā quā dedi vobis:
et contempsistis imperiū dn̄i dei vestri
et non credidistis ei: neq; vocem eius
audire voluistis: sed semper fuistis re-
belles a die qua nosse vos cepi. Et ia-
cui coram dn̄o quadraginta diebus
ac noctibꝫ quibus eū suppliciter depre-
cabar ne deleret vos ut fuerat commi-
natus: et orans dixi. Dn̄e deus ne
disperdas pp̄lm tuū ⁊ hereditatem tuā
quā redemisti in magnitudine tua:
quos eduxisti de egipto in manu forti.
Recordare seruoꝝ tuorū abraham ysa-
ac ⁊ iacob. Ne aspicias duriciā popu-
li huius ⁊ impietatem atq; peccatum:
ne forte dicāt habitatores terre de qua
eduxisti nos: nō poterat dn̄s introdu-
cere eos ī terrā quā pollicitꝰ ē eis ⁊ ode-
rat illos · idcirco eduxit ut interficeret
illos ī solitudine: q̄ sūt pp̄ls tuꝰ ⁊ here-
ditas tua quos eduxisti ī fortitudine
tua magna et in brachio tuo extento.
In tempore illo dixit dn̄s ad me. ca. x.
Dola tibi duas tabulas lapideas si-
cut priores fuerunt et ascende ad me
in montem: faciesq; archam ligneam
et scribam in tabulis verba que fuerūt
in hiis quas ante confregisti: ponesq;
eas in archa. Feci igitur archam de li-
gnis sethim. Cumq; dolassem duas
tabulas lapideas instar priorū: ascen-
di in montē habens eas in manibus.
Scripsitq; in tabulis iuxta id qđ pri-
us scripserat verba decem que locutꝰ
ē dn̄s ad vos ī mōte de medio ignis
quādo pp̄ls cōgregatꝰ erat: et dedit eas
michi. Reversusq; de monte descendi:
et posui tabulas in archam quā feceram:
que hucusq; ibi sunt sicut michi p̄ce-
pit dn̄s. Filij aūt israhel castra moue-
runt ex beroth filiorū iacan in mose-
ra ubi aaron mortuus et sepultus ē:
pro quo sacerdotio functus est filius
eiꝰ eleazar. Inde venerūt ī gadgad: de
quo loco pfecti castrametati sūt ī ieteba-
batha in tra aquaꝝ atq; torrentiū. Eo
tpore separauit tribū leui ut portaret
archam federis domini: et staret corā
eo in ministerio ac benediceret ī nomi-
ne illiꝰ usq; in presentē diem. Quāob-
rem nō habuit leui partem neq; posses-
sionem cū fratribꝫ suis: quia ipse dn̄s
possessio eius est: sicut promisit ei dn̄s
deus tuus. Ego aūt steti in monte si-
cut prius q̄draginta diebus ac nocti-
bus: exaudiuitq; me dn̄s etiā hac vi-
ce: et te perdere noluit. Dixitq; michi.
Vade ⁊ precede pp̄lm ut ingrediatur
et possideat terram quā iuraui prībus
eorum: ut traderem eis. Et nūc israhel
quid dn̄s deus tuus petit a te · nisi ut
timeas dn̄m deū tuū et ambules in
viis eius et diligas eū: ac seruias do-
mino deo tuo in toto corde tuo ⁊ in to-
ta anima tua: custodiasq; mandata
dn̄i et cerimonias eius quas ego ho-
die p̄cipio tibi ut bene sit tibi? En dn̄i
dei tui celum ē et celū celi terra ⁊ omnia
que in ea sunt et tamen patribus tuis

conglutinatus ē dn̄s et amauit eos:
elegitq; semen eoꝝ post eos id est vos
de cunctis gentibȝ sicut hodie compro-
batur. Circūcidite igit̄ p̄puciū cordis
vestri ⁊ ceruicem vr̄am non indurecis
amplius: quia dn̄s deus vester ipē est
deus deoꝝ et dn̄s dn̄antium deꝰ ma-
gnus et potens ⁊ terribilis: qui p̄sonā
nō accipit nec munera. Facit iudiciū
pupillo et vidue: amat peregrinum: ⁊
dat ei victum atq; vestitū. Et vos ergo
amate peregrinos: quia ⁊ ipī fuistis
aduene in terra egipti. Dominum de-
um tuū timebis: et ei soli servies. Ipsi
adherebis: iurabisq; ī nomine illius.
Ipse est laus tua et deus tuus: qui fe-
cit tibi hec magnalia et terribilia que
viderūt oculi tui. In septuaginta ani-
mabus descenderunt patres tui in egi-
ptum: et ecce nunc multiplicauit te do-
minus deus tuus sicut astra celi. c. xi.

Ama itaq; dn̄m deū tuū: et obser-
ua precepta eius et cerimonias
iudicia atq; mandata omni tempore.
Cognoscite hodie que ignorant filij
vestri · qui non viderūt disciplinā dn̄i
dei vestri · magnalia eius et robustam
manū extentumq; brachium · signa ⁊
opera que fecit in medio egipti · pharao-
ni regi et vniuerse terre eius · omniq; ex-
ercitui egipciorum et equis ac curribȝ ·
quomodo operuerit eos aque maris
rubri · cum vos p̄sequerent̄ ⁊ deleuerit
eos dn̄s usq; in p̄sentē diem: vobisq;
que fecerit in solitudine · donec venire-
tis ad hūc locū: ⁊ dathan atq; abiron
filijs eliab qui fuit filius ruben · quos
aperto ore suo terra absorbuit cū domi-
bus ⁊ tabernaculis ⁊ vniuersa substan-
tia eoꝝ quā habebat in medio israhel:
oculi vestri viderunt om̄ia opera dn̄i
magna q̄ fecit · ut custodiatis vniūsa
mādata illiꝰ q̄ ego hodie p̄cipio vobis
et possitis introire ⁊ possidere terram
ad quā ingredimini: multoq; in ea
viuatis tempore quā sub iuramento
pollicitus est dn̄s patribȝ vestris et se-
mini eorū lacte et melle manantē. Ter-
ra aūt ad quā ingredieris possidendā ·
non est sicut terra egipti de qua existi
ubi iacto semine ī ortoꝝ morem aque
ducuntur irrigue: sed montuosa est ⁊
campestris · de celo expectans pluuias:
quā dn̄s deus tuus semꝑ inuisit ⁊ ocu-
li illius ī ea sunt a principio ān̄i usq;
ad finē eiꝰ. Si ergo obedieritis māda-
tis meis que ego hodie p̄cipio vobis ·
ut diligatis dn̄m deū vestrū · ⁊ seruiatis
ei in toto corde vr̄o et ī tota anima ve-
stra: dabit pluuiā terre vr̄e tꝑoraneā
et serotinam ut colligatis frumētum
et vinū et oleum fenū ex agris ad pa-
scenda iumenta: ut ⁊ ipī comedatis ac
saturemini. Cauete ne forte decipiatur
cor vr̄m et recedatis a dn̄o · seruiatisq;
dijs alienis ⁊ adoretis eos: iratusq;
dn̄s claudat celum ⁊ pluuie nō descen-
dant · nec terra det germen suū: pereatis
q; velociter de terra optima quā domi-
nus daturus ē vobis. Ponite hec ver-
ba mea in cordibus ⁊ in animis vr̄is:
et suspendite ea ꝓ signo in manibus:
et inter oculos vestros collocate. Do-
cete filios vestros: ut illa meditentur.
Quando sederis in domo tua et am-
bulaueris ī via · ⁊ accubueris atq; sur-
rexeris scribes ea super postes ⁊ ianuas
domus tue: ut multiplicent̄ dies tui
et filioꝝ tuoꝝ in terra · quā iurauit do-
minꝰ patribus tuis: ut daret eis q̄diu
imminet celum terre. Si enī custodie-
ritis mādata que ego precipio vobis ·
et feceritis ea ut diligatis dn̄m deum
vestrum et ambuletis ī om̄ibus vijs

eius adherentes: disperdet dns omni-
potens omnes gentes istas ante faciē
vestram: et possidebitis eas q̄ maiores
et fortiores vobis sunt. Omnis locus
quē calcaverit pes vester: vester erit. A
deserto et libano et flumine magno eu-
frate usq; ad mare occidentale: erunt
termini vri. Nullus stabit cōtra vos.
Terrorem vrm et formidinē dabit dns
deus vester sup omnē terrā quā calca-
turi estis: sicut locut⁹ ē vobis. En pro-
pono in conspectu vro hodie benedicti-
onem ⁊ maledictionē: benedictionem
si obedieritis mandatis dni dei vestri
que ego hodie precipio vobis: maledi-
ctionem si nō obedieritis mādatis dni
dei vestri. sed si recesseritis de via quā
ego nūc ostendo vobis: ⁊ ambulave-
ritis post deos alienos quos ignora-
tis. Cum introduxerit te dns de⁹ tuus
in terram ad quā pergis habitandam:
pones benedictionē sup montem gari-
zim: maledictionē sup mōtem hebal:
qui sunt trans iordanen post viam q̄
pergit ad solis occubitū: i terra chana-
nei qui habitat in campestribz contra
galgalam que ē iuxta vallem tenden-
tem ⁊ intrantem procul. Vos autē trans-
ibitis iordanen ut possideatis terrā quā
dns de⁹ vester datur⁹ ē vobis: et habe-
atis ac possideatis illā. Videte ergo
ut impleatis cerimonias atq; iudicia
q̄ ego hodie ponā in cōspectu vro. .xii.

Hec sunt precepta atq; iudicia que
facere debetis in terra quā dns
deus patrum tuorū daturus ē tibi: ut
possideas eam cūctis diebus quibus
sup humū gradieris. Subvertite oīa
loca in quibus coluerūt gentes quas
possessuri estis deos suos: sup mōtes
excelsos et colles: ⁊ subter omne lignū
frondosum. Dissipate aras eorum et

confringite statuas: lucos igne com-
burite et ydola comminuite: disperdite
nomina eorū de locis illis. Nō facietis
ita dno deo vro: sed ad locū quē elege-
rit dns deus vester de cūctis tribubus
vestris ut ponat nomen suū ibi et ha-
bitet in eo venietis: ⁊ offeretis in loco
illo olocausta ⁊ victimas vras: deci-
mas ⁊ primitias manuū vestrarū: ⁊ vo-
ta atq; donaria primogenita boum ⁊
ovium: ⁊ comedetis ibi i conspectu do-
mini dei vestri: ac letabimini i cunctis
ad que miseritis manū vos ⁊ domus
vre in quibz benedixerit vobis dns de⁹
vester. Non facietis ibi que nos hic
facimus hodie: singuli qd sibi rectum
videtur. Neq; enim usq; in presens tem-
pus venistis ad requiē ⁊ possessionem
quā dns deus vester daturus ē vobis.
Transibitis iordanen ⁊ habitabitis in
terra quā dns de⁹ vester datur⁹ ē vobis:
ut requiescatis a cunctis hostibz p cir-
cuitum: ⁊ absq; ullo timore habitetis
in loco quem elegerit dominus deus
vester: ut sit nomen eius in eo. Illuc
omnia que precipio conferetis: olo-
causta et hostias ac decimas et pri-
micias manuū vrarū: ⁊ quicquid pre-
cipuum est in muneribus que vovistis
dno. Ibi epulabimini corā dno deo
vro vos ⁊ filii et filie vestre: famuli et
famule: atq; levites qui in vestris ur-
bibus commorant. Neq; enim habet
aliam partem ⁊ possessionē inter vos.
Cave ne offeras olocausta tua i omni
loco quē videris: sed in eo quē elegerit
dns in una tribuū tuarū offeres hosti-
as ⁊ facies quecumq; precipio tibi. Sin
autē comedere volueris ⁊ te esus carni-
um delectaverit: occide ⁊ comede iuxta
benedictionē domini dei tui quā dedit
tibi in urbibus tuis: sive inmundum

fuerit hoc est maculatum ⁊ debile·siue
mundū hoc ē integrum ⁊ sine macula
quod offerri licet sicut capreā et ceruū
comedes: absq; esu dumtaxat sangui-
nis quē sup terrā quasi aquā effundes.
Non poteris comedere ī oppidis tuis·
decimā frumenti et vini et olei tui·pri-
mogenita armentoꝝ ⁊ pecoꝝ et omīa
que voueris et sponte offerre volueris
et primitias manuū tuaꝝ: sed coram
dn̄o deo tuo comedes ea in loco quē
elegerit dn̄s deus tuus·tu et filius tu⁹
et filia et seruus et famula atq; leuites
qui manet in vrbibȝ tuis: ⁊ letaberis
et reficieris corā dn̄o deo tuo in cūctis
ad que extenderis manū tuā. Caue ne
derelinquas leuitem ī omni tēpore quo
versaris in terra. Quādo dilatauerit
dn̄s de⁹ tuus terminos tuos sicut lo-
cutus est tibi·et volueris vesci carnibȝ
quas desiderat anima tua: locus aūt
quē elegerit dn̄s deus tu⁹ ut sit nomē
eius ibi si procul fuerit occides de ar-
mentis ⁊ pecoribȝ que habueris sicut
precepit tibi: et comedes in oppidis tu-
is ut tibi placet. Sicut comedit̄ capre-
a et ceruus ita vesceris eis: et mundus
et immūdus in cōmune vescentur. Hoc
solum caue ne sanguinem comedas.
Sanguis enī eoꝝ pro anima est: ⁊ id-
circo non debes animā comedere cum
carnibȝ: sed sup terram fundes quasi
aquā·ut bene sit tibi et filiis tuis post
te: cum feceris qd̄ placet in cōspectu do-
mini. Que aūt sanctificaueris et voue-
ris dn̄o tolles ⁊ venies ad locum quē
elegerit dn̄s: ⁊ offeres oblationes tuas
carnem ⁊ sanguinē sup altare dn̄i dei
tui. Sanguinē hostiaꝝ fundes ī altari:
carnibȝ aūt ipē vesceris. Obserua et au-
di omnia que ego p̄cipio tibi ut bene
sit tibi ⁊ filiis tuis post te ī sempiternū:
cum feceris quod bonū est ⁊ placitum
in conspectu dn̄i dei tui. Quando disper-
diderit dn̄s deus tuus ante faciē tuā
gentes ad quas ingredieris possiden-
das et possederis eas atq; habitaueris
in terra eaꝝ: caue ne imiteris eas post
q̄ te fuerint introeūte subuerse: ⁊ requi-
ras cerimonias eaꝝ dicens. Sicut co-
luerūt gentes iste deos suos·ita ⁊ ego
colā. Nō facies similiter dn̄o deo tuo.
Omnes enī abominationes quas a-
uersatur dn̄s fecerūt diis suis offeren-
tes filios et filias: ⁊ comburentes eas
igni. Qd̄ p̄cipio tibi hoc tantū facito
dn̄o: nec addas quicq̄ nec minuas.
Si surrexerit in medio tui .Ca. xiii.
prophetes·aut q̄ somniū vidis-
se se dicat ⁊ p̄dixerit signū atq; porten-
tum et euenerit qd̄ locutus est·⁊ dixerit
tibi·eamus ⁊ sequamur deos alienos
quos ignoras ⁊ seruiamus eis: non
audies verba ꝓphete illi⁹ aut somnia-
toris·quia temptat vos dn̄s deus ve-
ster: ut palam fiat utrū diligatis eum
an non in toto corde ⁊ in tota anima
vestra. Dominū deū vr̄m sequimini
et ipm̄ timete: ⁊ mandata illius custo-
dite: ⁊ audite vocem eius. Ipsi seruietis:
et ipsi adherebitis. Propheta autē ille
aut fictor somniorū interficietur quia
locutus ē ut vos auerteret a domino
deo vestro qui eduxit vos de terra egi-
pti et redemit vos de domo seruitutis:
ut errare te faceret de via quā tibi p̄ce-
pit dominus deus tuus: ⁊ auferes ma-
lum de medio tui. Si tibi voluerit per-
suadere frater tuus fili⁹ mr̄is tue aut fi-
lius tuus uel filia siue uxor que est in
sinu tuo aut amicus quē diligis ut
animā tuā clam dicens·eamus ⁊ ser-
uiamus diis alienis quos ignoras
tu et patres tui cūctaꝝ ī circuitu gentiū

que iuxta vel procul sūt ab initio usq;
ad finem terre : non acquiescas ei nec
audias neq; parcat ei oculus tuus·ut
miserearis et occultes eum: sed statim
interficies. Sit primū man⁹ tua super
eū: et post te omīs pplš mittat manū.
Lapidibus obrutus necabit̄: quia vo-
luit te abstrahere a dn̄o deo tuo qui
eduxit te de terra egipti de domo servi-
tutis: ut ꝫ omīs isrł audiens time-
at·et nequaq̄ ultra faciat quippiā hu-
ius rei simile. Si audieris in una ur-
bium tuaꝝ quas dn̄s de⁹ tuus dabit
tibi ad habitandū dicentes aliquos·
egressi sunt filii belial de medio tui et
averterūt habitatores urbis tue atq;
dixerunt·eamus et serviamus diis a-
lienis quos ignoratis: quere solicite·
et diligenter rei veritate perspecta si in-
veneris certū esse quod dicitur·et abo-
minationem hāc opere perpetratam·sta-
tim percuties habitatores urbis illius
in ore gladii: ꝫ delebis eam·omniaq;
que in illa sunt usq; ad pecora. Quic-
quid etiā supellectilis fuerit cōgrega-
bis in medio plateaꝝ eius·et cum ipa
civitate succendes: ita ut universa con-
sumas dn̄o deo tuo: et sit tumulus
sempiternus. Nō edificabit̄ āplius: ꝫ
nō adherebit de illo anathemate quic-
q̄ ī manu tua: ut avertat̄ dn̄s ab ira
furoris sui ꝫ misereatur tui: mltipliceτ
q; te sicut iuravit prībus tuis quādo
audieris vocem dn̄i dei tui·custodiēs
omnia precepta eius que ego p̄cipio
tibi hodie: ut facias quod placitum
est in conspectu domini dei tui. ca. xiiii.

Filii estote dn̄i dei vestri. Nō vos
incidetis·nec facietis calvicium
sup mortuo: qm̄ pplš sanctus es dn̄o
deo tuo: et te elegit ut sis ei in pplm pe-
culiarem de cunctis gentibꝫ que sunt
sup terrā. Ne comedatis que immun-
da sunt. Hoc est animal qd̄ comedere
debetis: bovem ꝫ ovem et capram cer-
vum et caprēā·bubalum tragelaphū
pigargum origem camelopardulum.
Omne animal qd̄ in duas partes fin-
dit ungulam ꝫ ruminat comedetis:
de hiis aūt que rumināt et ungulam
non findūt hec comedere nō debetis:
camelum leporem cyrogrillū. Quia
ruminant ꝫ non dividūt ungulam:
īmūda erunt vobis. Sus quoq; qm̄
dividit ungulam et nō ruminat: im-
mūda erit. Carnibꝫ eoꝝ nō vescemini:
et cadavera nō tangetis. Hec comede-
tis ex omnibus q̄ morantur in aquis.
Que habent pennulas et squamas
comedite: que absq; pennulis ꝫ squa-
mis sunt ne comedatis quia immun-
da sunt. Omnes aves mūdas come-
dite. Immūdas ne comedatis·aqui-
lam scilicet et gryphem·ꝫ alietū ixon ꝫ
vulturem ac milvū iuxta genus suū
et omne corvini generis: et strucionē
ac noctuā ꝫ larum atq; accipitrē iuxta
genus suū: herodiū ac cignū et ibin
ac mergulū porphirionē ꝫ nicticoracē
onocrotalū ꝫ caradriū singula in ge-
nere suo: upupam quoq; et vespertili-
onem: et omne qd̄ reptat et pennulas
habet inmundū erit et nō comedetur.
Omne quod mūdū ē comedite. Quic-
quid aūt morticinum ē: ne vescamini
ex eo. Peregrino qui intra portas tuas
est da ut comedat aut vende ei quia tu
pplš sanct⁹ dn̄i dei tui es. Nō coques
hedum in lacte matris sue. Decimam
partem separabis de cunctis fructibus
tuis qui nascunt̄ in terra per ānos sin-
gulos·et comedes in cōspectu dn̄i dei
tui in loco quē elegerit ut in eo nomen
illius invocetur: decimam frumenti

tui ⁊ vini ⁊ olei· et primogenita de armē-
tis et ouibꝫ tuis: ut discas timere do-
minū deū tuū omni tempore. Cū aūt
longior fuerit via· et loc⁹ quē elegerit
dn̄s deus tuus· tibiq; benedixerit· nec
potueris ad eum hec cūcta portare: vē-
des omnia ⁊ in preciū rediges porta-
bisq; manu tua et pficisceris ad locū
quē elegerit dn̄s deus tuus: et emes ex
eadē pecunia quicquid tibi placuerit
siue ex armentis siue ex ouibꝫ. Vinū
quoq; et siceram ⁊ omne quod desiderat
anima tua: ⁊ comedes ibi corā dn̄o deo
tuo: et epulaberis tu et domus tua et
leuita qui intra portas tuas ē. Caue
ne derelinquas eū: quia nō habet ali-
am partem ī possessione tua. Anno
tercio separabis aliā decimā ex omībꝫ
que nascunt̄ tibi eo tempore ⁊ repones
intra ianuas tuas: venietq; leuites q̄
aliam nō habet partē nec possessionē
tecum et peregrinus ac pupillus et vi-
dua qui intra portas tuas sunt ⁊ com-
edent et saturabunt̄: ut benedicat tibi
dominus deus tuus in cunctis operi-
bus manuum tuaꝝ q̄ feceris. xv.

Septimo anno facies remissionē:
que hoc ordine celebrabit̄. Cui
debetur aliquid ab amico uel pximo
ac fratre suo repetere nō poterit: quia
ānus remissionis est dn̄i. A peregrino
et aduena exiges: ciuem et pinquum
repetendi nō habes potestatē. Et om-
nino indigens ⁊ mendicus nō erit inter
vos: ut benedicat tibi dn̄s deus tuus
in terra quā traditurus est tibi ī posses-
sionem; si tamen audieris vocem dn̄i
dei tui· ⁊ custodieris vniūsa que iussit·
et que ego hodie p̄cipio tibi: benedicet
tibi ut pollicitus ē. Feneraberis gentibꝫ
multis: ⁊ ipse a nullo accipies mutuū.
Dominaberis nationibus plurimis:
et tui nemo dominabit̄. Si vnus de
fratribus tuis qui moratur intra por-
tas ciuitatis tue in terra quā dn̄s de⁹
tuus daturus est tibi· ad paupertatem
venerit: non obdurabis cor tuū· nec
contrahes manū sed aperies eam pau-
peri: et dabis mutuū quo eū indigere
perspexeris. Caue ne forte subrepat ti-
bi impia cogitatio et dicas ī corde tuo
appropinquat septim⁹ ānus remissi-
onis: ⁊ auertas oculos a paupere fra-
tre tuo· nolens ei quod postulat mu-
tuum commodare ne clamet contra
te ad dn̄m ⁊ fiat tibi in peccatum: sed
dabis ei. Nec ages quippiam callide
in eius necessitatibus subleuādis: ut
benedicat tibi dominus deus tuus in
omni tempore et in cunctis ad q̄ ma-
num miseris. Non deerunt pauperes
in terra habitationis tue: idcirco ego
precipio tibi· ut aperias manū fratri
tuo egeno et pauperi: qui tecū versatur
in terra. Cū tibi venditus fuerit frater
tuus hebreus aut hebrea· ⁊ sex ānis ser-
uierit tibi: in septimo anno dimittes
eum liberū. Et quē libertate donaueris
nequaq̄ vacuū abire patieris: sed da-
bis viaticū de gregibꝫ· et de area ⁊ tor-
culari tuo quibus dn̄s deus tu⁹ benedi-
xerit tibi. Memento q̄ et ipse seruieris
in terra egipti· et liberauerit te dn̄s de⁹
tuus: et idcirco ego nūc precipio tibi.
Sin aūt dixerit nolo egredi eo q̄ dili-
gat te et domū tuā· et bene sibi apud
te esse sentiat: assumes subulam et per-
forabis aurem eius in ianua domus
tue: ⁊ seruiet tibi usq; in eternū. Ancille
quoq; similiter facies. Non auertes
ab eis oculos tuos· quādo dimiseris
eos liberos· q̄m iuxta mercedē merce-
narij· per sex annos seruiuit tibi: ut be-
nedicat tibi dn̄s de⁹ tu⁹ ī cūctis opibꝫ

que agis. De p̄mogenitis q̄ nascunt̄
in armentis et ovibus tuis quicquid
est sexus masculini sanctificabis dño
deo tuo. Non operaberis in p̄mogeni-
to bovis: et nõ tondebis primogenita
ovium. In conspectu dñi dei tui come-
des ea p annos singulos in loco quẽ
elegerit dñs tu ⁊ domus tua. Sin autẽ
habuerit maculam ⁊ vel claudũ fuerit
vel cecum. aut in aliqua parte deforme
vel debile nõ immolabit̄ dño deo tuo:
sed intra portas urbis tue comedes il-
lud. Tã mũdus q̄ȝ immũdus similit̄
vescent̄ eis q̄si caprea ⁊ cervo. Hoc so-
lũ observabis ut sãguinẽ eorũ nõ com-
edas: sed effundas in terrã quasi aquã.

Observa mensem novarum . c. xvi.
frugum et verni primũ tēporis
ut facias phase dño deo tuo: quoniã
in isto mense eduxit te dñs deus tuus
de egipto nocte. Immolabisq; phase
domino deo tuo de ovibus ⁊ de bubꝫ
in loco quẽ elegerit dñs deꝰ tuꝰ: ut ha-
bitet nomẽ eius ibi. Nõ comedes ĩ eo
panem fermentatũ. Septẽ diebꝫ com-
edes absq; fermẽto afflictionis panẽ:
quĩ in pavore egressus es de egipto: ut
memineris diei egressionis tue de egi-
pto omnibus diebꝫ vite tue. Nõ appa-
rebit fermentatũ in omnibus terminis
tuis septem diebꝫ: ⁊ nõ remanebit de
carnibus eius qđ immolatũ ē vespere.
in die primo mane. Non poteris im-
molare phase in qualibet urbiũ tuarũ
quas dñs deus tuus daturus est tibi:
sed in loco quẽ elegerit dominus deꝰ
tuus ut habitet nomen eius ibi. Im-
molabis phase vespere ad solis occa-
sum quãdo egressus es de egipto: ⁊ co-
ques ⁊ comedes ĩ loco quẽ elegerit dñs
deꝰ tuꝰ: maneq; ꝯsurgẽs vades ĩ taber-
nacula tua. Sex diebꝫ comedes azima:

et in die septima quia collecta est dñi
dei tui nõ facies opus. Septem ebdo-
madas numerabis tibi ab ea die qua
falcem ĩ segetem miseris et celebrabis
diem festũ ebdomadarũ domino deo
tuo. oblationẽ spontaneã manꝰ tue
quã offeres iuxta benedictionẽ dñi dei
tui: ⁊ epulaberis corã dño deo tuo tu ⁊
filius tuus et filia tua ⁊ servus tuus ⁊
ancilla tua et levites qui ē intra portas
tuas. ⁊ advena ac pupillus et vidua
qui morant̄ vobiscũ ĩ loco quẽ elege-
rit dominus deus tuus ut habitet no-
men eius ibi: et recordaberis quoniã
servus fueris ĩ egipto: custodiesq; ac
facies que p̄cepta sunt. Solemnitatẽ
quoq; tabernaculorũ celebrabis per se-
ptem dies quando collegeris de area
et torculari fruges tuas: ⁊ epulaberis
in festivitate tua tu et filiꝰ tuus ⁊ filia
⁊ servus tuus ⁊ ancilla: levites quoq;
et advena. ⁊ pupillꝰ et vidua q̄ intra
portas tuas sunt. Septem diebus do-
mino deo tuo festa celebrabis in loco
quẽ elegerit dominus: benedicetq; tibi
dominus deus tuus ĩ cũctis frugibꝫ
tuis et ĩ omni opere manuũ tuarꝫ: erisq;
in leticia. Tribꝫ vicibꝫ p annũ appare-
bit omne masculinũ tuũ in ꝯspectu dñi
dei tui ĩ loco quẽ elegerit: ĩ solẽnitate a-
zimorꝫ. ⁊ ĩ solẽnitate ebdomadarꝫ: et in
solẽnitate tabernaculorũ. Nõ appare-
bis ante dominũ vacuus: sed offeret
unusquisq; secđm qđ habuerit iuxta be-
nedictionẽ domini dei sui quã dederit
ei. Iudices et magistros ꝯstitues in o-
mnibꝫ portis tuis quas dñs deꝰ tuus
dederit tibi p singulas tribus tuas ut
iudicent populũ iusto iudicio: nec in
alterã partem declinent. Non accipies
personam nec munera: quia munera
excecant oculos sapientũ: et mutant

verba iuſtorū. Iuſte quod iuſtum eſt
perſequeris: ut viuas ⁊ poſſideas terrā
quā dominus deus tuus dederit tibi.
Non plantabis lucum · et omnem ar-
borem iuxta altare domini dei tui: nec
facies tibi atq; conſtitues ſtatuā: que
odit dominus deus tuus.

ca. xvii.

Non immolabis dn̄o deo tuo bo-
uem et ouem ĩ quo eſt macula·
aut quippiā vicij: quia abominatio
eſt dn̄o deo tuo. Cumq; reperti fuerint
apud te intra unā portaꝝ tuarū quas
dn̄s deus tuus dabit tibi vir aut mu-
lier qui faciant malum ĩ conſpectu do-
mini dei tui ⁊ transgrediātur pactum
illius· ut vadant et ſeruiant dijs alie-
nis ⁊ adorent eos ſolē ⁊ lunā ⁊ omnē
militiam celi q̄ non precepi ⁊ hoc tibi
fuerit nūciatū: audienſq; inquiſieris
diligenter· et verū eſſe reperreris· et abo-
minatio facta ē in iſrl̄: educes virū ac
mulierē q̄ rem ſceleratiſſimā ꝑpetrarūt
ad portas ciuitatis tue· et lapidibus
obruentur. In ore duoꝝ aut trium te-
ſtium peribit q̄ interficiet̄. Nemo occi-
datur: uno cōtra ſe dicente teſtimoniū.
Manus teſtiū prima interficiet eum:
et manus reliqui ꝑpli extrema mittet̄:
ut auferas malū de medio tui. Si dif-
ficile ⁊ ambiguum apud te iudicium
eſſe ꝑſpexeris inter ſāguinē ⁊ ſāguinē·
cauſā ⁊ cauſā· leprā ⁊ nō leprā· ⁊ iudi-
cū intra portas tuas videris verba vari-
ari: ſurge et aſcende ad locū quē elege-
rit dn̄s deus tuus: venieſq; ad ſacerdo-
tes leuitici generis ⁊ ad iudicē q̄ fuerit
illo tempore· quereſq; ab eis· q̄ iudica-
būt tibi iudicij veritatē: ⁊ facies quod-
cumq; dixerint· q̄ preſunt loco quē ele-
gerit dn̄s ⁊ docuerīt te iuxta legem ei⁹,
ſequeriſq; ſententiā eoꝝ: nec declinabis
ad dextram neq; ad ſiniſtrā. Qui autē
ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis
imperio qui eo tempore miniſtrat dn̄o
deo tuo et decreto iudicis: morietur ho-
mo ille· ⁊ auferes malū de iſrl̄: cūctuſq;
ꝑpl̄s audiens timebit ut nullus dein-
ceps intumeſcat ſuperbia. Cū ingreſſus
fueris terrā quā dn̄s deus tuus dabit
tibi· ⁊ poſſederis eā habitaueriſq; ĩ illa
et dixeris conſtituā ſuper me regē ſicut
habent oīnes ꝑ circuitū nationes: eū
conſtitues quē dn̄s deus tuus elegerit
de numero fratrū tuoꝝ. Non poteris
alteri⁹ gentis hominē regē facere: qui
non ſit frater tuus. Cumq; fuerit cōſti-
tutus· nō multiplicabit ſibi equos nec
reducet ꝑplm̄ in egiptū equitat⁹ nume-
ro ſubleuatus: preſertim cū dn̄s pre-
cepe-
rit vobis ut nequaq̄ ampli⁹ ꝑ eandē
viā reuertamini. Non habebit vxores
plurimas q̄ illiciāt animū eius: neq;
argēti ⁊ auri immenſa pondera. Poſt-
q̄ aūt ſederit in ſolio regni ſui deſcribet
ſibi deuteronomiū legis huius ĩ volu-
mine· accipiēs exemplar a ſacerdotib;
leuitice tribus ⁊ habebit ſecum: legetq;
illud oīnibus dieb; vite ſue ut diſcat
timere dn̄m deū ſuū· et cuſtodire verba
et cerimonias eius q̄ in lege precepta
ſūt. Nec eleuet̄ cor ei⁹ ĩ ſuperbiā ſuper fr̄es
ſuos: neq; declinet in partē dextrā uel
ſiniſtrā: ut lōgo tempore regnet ipe ⁊
filius eius ſuper iſrahel.

ca. xviii.

Non habebunt ſacerdotes ⁊ leuite
et oīnes qui de eadem tribu ſunt
partem ⁊ hereditatē cū reliquo iſrahel:
quia ſacrificia dn̄i ⁊ oblationes eius
comedent. Et nichil aliud accipiēt de
poſſeſſione fratrū ſuoꝝ. Dn̄s enī ipe ē
hereditas eoꝝ: ſicut locut⁹ ē illis. Hoc
erit iudiciū ſacerdotū a ꝑplo ⁊ ab hijs
q̄ offerūt victimas: ſiue bouē ſiue ouē
immolauerit: dabunt ſacerdoti armū

ac ventriculū: p̄mitias frumenti vini
et olei ⁊ lanaꝝ partē ex ouiū tonsione.
Ip̄m enī elegit dñs deus tu⁹ de cunctis
tribubꝫ tuis: ut stet et ministret nomi-
ni dñi dei tui ipe ⁊ filij ei⁹ ī sempiternū.
Si exierit leuites de una urbiū tuaꝝ ex
oīni isrl' in qua habitat et voluerit ve-
nire desiderās locū quē elegerit domi-
nus: ministrabit ī nomine dñi dei sui
sicut oēs fratres ei⁹ leuite q̄ stabunt
eo tempore corā dño. Partē ciborū
eandē accipiet quā et ceteri: excepto eo
quod ī urbe sua ex paterna ei successio-
ne debet. Quādo ingressus fueris terrā
quā dñs deus tuus dabit tibi caue
ne imitari velis abominationes illa-
rum gentiū: nec inueniaē in te qui lu-
stret filiū suū aut filiā ducēs per ignem
aut q̄ ariolos sciscitetur aut obseruet
sōmnia atq; auguria: ne sit malefic⁹
ne incātator: ne phitones ɔsulat nec
diuinos: et querat a mortuis veritatē.
Omnia enī hec abominaē dñs: ⁊ pro-
pter istiusmodi scelera delebit eos in
introitu tuo. Perfect⁹ eris ⁊ absq; ma-
cula: cū dño deo tuo. Gentes iste qua-
rum possidebis terrā augures et diui-
nos audiūt: tu aūt a dño deo tuo ali-
ter institut⁹ es. Prophetā de gente tua
et de fratribus tuis sicut me suscitabit
tibi dñs de⁹ tuus: ip̄m audies ut peti-
sti a dño deo tuo ī oreb quādo contio
congregata ē atq; dixisti. Ultra non
audiā vocem dñi dei mei: et ignē hūc
maximū amplius nō videbo ne mori-
ar. Et ait dñs michi. Bene oīa sūt
locuti. Prophetam suscitabo eis de me-
dio fratrū suoꝝ similē tui: et ponā ver-
ba mea ī ore eius: loqueturq; ad eos
oīa que p̄cepero illi. Qui aūt verba
eius q̄ loquetur ī nomine meo audi-
re noluerit: ego vltor existā. Propheta
aūt qui arrogantia deprauatus vo-
luerit loqui in nomine meo q̄ ego nō
p̄cepi illi ut diceret: aut ex nomine ali-
enorū deoꝝ: interficieē. Quod si tacita
cogitatione respōderis: quomodo pos-
sum intelligere verbū qd' dñs non est
locutus: hoc habebis signū. Quod in
nomine dñi ꝓpheta ille p̄dixerit et nō
euenerit: hoc dñs nō ē locutus: sed per
tumorem animi sui propheta confin-
xit: ⁊ idcirco non timebis eū. ca. xix.
Cum disperdiderit dñs deus tuus
gentes quaꝝ tibi traditurus est
terrā: ⁊ possederis eā habitaueris q; ī ur-
bibus ei⁹ ⁊ in edibꝫ: tres ciuitates sepa-
rabis tibi ī medio terre quā dñs deus
tuus dabit tibi ī possessionē sternens
diligenter viā: et in tres equaliter par-
tes totā terre tue prouinciā diuides: ut
habeat e vicino q̄ propter homicidiū
profugus est quo possit euadere. Hec
erit lex homicide fugientis: cuius vita
seruāda ē. Qui percusserit proximū suū
nesciens: ⁊ q̄ heri ⁊ nudiustercī⁹ nullū
contra eū odiū habuisse cōprobaē sed
abisse cum eo simpliciter in siluā ad li-
gna cedenda: ⁊ ī succisione lignoꝝ secu-
ris fugerit manu ferrumq; lapsum de
manubrio amicū ei⁹ percusserit et occi-
derit: hic ad unā supradictaꝝ urbium
confugiet ⁊ viuet: ne forsitan proxim⁹
eius cuius effusus ē sanguis dolore
stimulatus p̄sequatur et apphendat
eum si longior via fuerit: ⁊ percuciat a-
nimam ei⁹ q̄ nō est reus mortis: quia
nullū ɔtra eum q̄ occisus ē odiū p̄us
habuisse monstratur. Idcirco p̄cipio
tibi ut tres ciuitates equalis intra se
spacij diuides. Cum aūt dilatauerit
dñs de⁹ tuus terminos tuos sicut iura-
uit pr̄ibꝫ tuis et dederit tibi cunctā ter-
ram quā eis pollicitus est: si tamen

custodieris mādata ei⁹ ⁊ feceris que ho=
die p̄cipio tibi ut diligas dn̄m deū tu=
um ⁊ ābules ī viis ei⁹ omī tēpore: ad=
des tibi tres alias civitates ⁊ supradi=
ctarū triū urbium numerū duplicabis:
ut nō effundat̄ sanguis innoxius in
medio tre quā dn̄s de⁹ tuus dabit tibi
possidendā· ne sis sāguinis reus. Si
quis aūt odio habēs proximū· insidi=
atus fuerit vite ei⁹ surgensq; pcusserit
illū et mortu⁹ fuerit fugeritq; ad unā
de supradictis urbibȝ: mittēt seniores
civitatis illi⁹ ⁊ arripiēt eū de loco effu=
gii tradentq; ī manu proximi cui⁹ san=
guis effusus ē: ⁊ moriet̄. Nō miserebe=
ris ei⁹: ⁊ auferes noxiū sāguinē de isrl:
ut bene sit tibi. Nō assumes ⁊ transfe=
res terminos proximi tui quos fixerūt
priores ī possessione tua: quā dn̄s deus
tuus dabit tibi in tra quā acceperis pos=
sidendam. Nō stabit testis unus cōtra
aliquē quicquid illud peccati ⁊ facino=
ris fuerit: sed ī ore duorū aut triū testiū
stabit omē verbū. Si steterit testis mē=
dax cōtra hominē accusans eū p̄varica=
tionis: stabūt ābo quorū causa ē āte
dn̄m ī cōspectu sacerdotū ⁊ iudicū q̄ fue=
rint ī diebȝ illis. Cūq; diligentissime
pscrutātes invenerint fallū testē dixisse
cōtra frēm suū mendaciū: reddent ei si=
cut fratri suo facere cogitavit· et aufe=
res malū de medio tui: ut audientes
ceteri timorem habeāt ⁊ nequaq̄ talia
audeant facere. Non misereberis ei⁹:
sed animam pro anima· oculū pro
oculo· dentem pro dente· manū pro
manu: pedem pro pede exiges. c. xx.
Si exieris ad bellū cōtra hostes tuos
⁊ videris equitat⁹ ⁊ currus· ⁊ ma=
iorē q̄ tu habeas adversarii exercitus
multitudinē: nō timebis eos: q̄a dn̄s de=
us tuus tecū ē q̄ eduxit te de terra egipti.

Appropinquāte aūt iā prelio stabit
sacerdos āte aciē: ⁊ sic loquet̄ ad ppl̄m.
Audi isrl̄. Vos hodie cōtra inimicos
vr̄os pugnā cōmittitis: non pertime=
scat cor vr̄m. Nolite metuere nolite re=
dere nec formidetis eos: q̄a dn̄s deus
vester ī medio vr̄i ē: ⁊ pro vobis cōtra
adūsarios dimicabit ut eruat vos de
periculo. Duces q̄z p singulas turmas
audiēte exercitu proclamabūt. Quis
est homo q̄ edificavit domū novā: et
nō dedicavit eā? Vadat ⁊ revertatur
in domū suā: ne forte moriat̄ in bello
et ali⁹ dedicet illā. Quis ē homo q̄ plan=
tavit vineā: et necdū fecit eā esse com=
munē de qua vesci omībȝ liceat? Va=
dat et revertat̄ ī domū suā: ne forte mo=
riat̄ in bello et ali⁹ homo ei⁹ fungatur
officio. Quis ē homo q̄ despōdit uxo=
rem ⁊ nō accepit eā? Vadat ⁊ revertat̄
in domū suā: ne forte moriat̄ in bello
et alius homo accipiat eā. Hiis dictis
addēt reliq̄: ⁊ loquent̄ ad ppl̄m. Quis
est homo formidolosus ⁊ corde pavido?
Vadat ⁊ revertat̄ in domū suā: ne pa=
vere faciat corda fratrū suorū: sicut ipse
timore perterit⁹ ē. Cūq; siluerit duces
exercitus et finē loquēdi fecerint: unus=
quisq; suos ad bellū cuneos p̄parabit.
Si quādo accesseris ad expugnandā
civitatē: offeres ei primū pacē. Si recepe=
rit ⁊ aperuerit tibi portas: cūctus ppls
qui ī ea ē salvabit̄· et serviet tibi sub tri=
buto. Sin aūt fedus inire noluerit et
ceperint cōtra te bellū oppugnabis eā.
Cumq; tradiderit dn̄s de⁹ tuus illā in
manu tua: percuties omē qd̄ ī ea gene=
ris masculini ē in ore gladii absq; mu=
lieribȝ ⁊ infantibȝ iumētis ⁊ ceteris q̄
in civitate sūt. Omnē predā exercitui
divides: ⁊ comedes de spoliis hostiū
tuorū q̄ dn̄s de⁹ tuus dederit tibi. Sic

faties cūctis ciuitatibꝫ q̄ a te ꝓcul val-
de sunt: et nō sūt de hijs urbibꝫ quas
ī possessionē accepturꝰ es. De hijs aūt
ciuitatibꝫ q̄ dabunt̄ tibi nullū omīno
ꝑmittes viuere sed interficies ī ore gla-
dij: etheum videlicet ⁊ amorreū ⁊ chana-
neum pherezeū ⁊ eueum ⁊ iebuseū sicut
p̄cepit tibi dn̄s deꝰ tuus: ne forte doce-
ant vos facere cūctas abominationes
quas ipi operati sūt dijs suis: et pecce-
tis in dn̄m deū vr̄m. Quādo obsederis
ciuitatē multo tēpore ⁊ munitionibus
circumdederis ut expugnes eā: nō succi-
des arbores de qbꝫ vesci potest: nec se-
curibꝫ ꝑ circuitū debes vastare regionē
qm̄ lignū est ⁊ nō hō: nec potest bel-
lantiū ꝯtra te augere numerū. Si qua
aūt ligna nō sūt pomifera sed agresti-
a et in ceteros apta usus: succide et ex-
strue machinas donec capias ciuita-
tem que contra te dimicat. Ca. xxi.

Quādo inuētū fuerit in terra quā
dn̄s deꝰ tuꝰ daturꝰ ē tibi hominis
cadauer occisi ⁊ ignoratur cedis reꝰ: e-
gredient̄ maiores natu et iudices tui
⁊ metientr̄ a loco cadaueris singlaꝝ ꝑ
circuitū spacia ciuitatū: ⁊ quā vicinio-
rem ceteris esse ꝑspexerint: seniores ciui-
tatis illiꝰ tollēt vitulā de armēto que
nō traxit iugū: nec terrā scidit uomere:
et ducent eā ad vallē asprā atq; saxo-
sam q̄ nūq̄ arata ē: nec sementē rece-
pit: ⁊ cedent in ea ceruices vitule. Acce-
dentq; sacerdotes filij leui quos elegerit
dn̄s deꝰ tuꝰ ut ministrēt ei ⁊ benedicāt
in nomine eiꝰ: ⁊ ad verbū eoꝝ omē ne-
gotiū pendet ⁊ quicquid mundū uel im-
mundū ē iudicet: ⁊ venient maiores na-
tu ciuitatis illiꝰ ad interfectū lauabūt
q; manꝰ suas sup vitulam q̄ in valle
percussa ē: ⁊ dicent. Manus nr̄e nō effu-
derūt sāguinē hūc: nec oculi viderunt.
Propicius esto ppl'o tuo isrl' quē rede-
misti dn̄e: ⁊ nō reputes sāguinē inno-
centē in medio ppl'i tui isrl'. Et auferet̄
ab eis reatus sāguinis: tu aūt alienꝰ
eris ab innocentis cruore q̄ fusus ē cū
feceris qd̄ p̄cepit dn̄s. Si egressus fue-
ris ad pugnā ꝯtra īimicos tuos et
tradiderit eos dn̄s deꝰ tuꝰ ī manu tua
captiuosq; duxeris: ⁊ videris ī numero
captiuoꝝ mulierē pulcrā ⁊ adamaue-
ris eā voluerisq; habere uxorem: intro-
duces eā ī domū tuā. Que radet cesariē
et circumcidet vngues: ⁊ deponet vestē
in qua capta ē: sedensq; ī domo tua fle-
bit prēm ⁊ matrē suā uno mense: ⁊ po-
stea intrabis ad eā: dormiesq; cū illa:
et erit uxor tua. Si aūt postea nō sede-
rit aīo tuo: dimittes eā liberā: nec vēde-
re poteris pecunia nec opprimere ꝑ potē-
tiam: qa humiliasti eā. Si habuerit ho-
mo uxores duas unā dilectā et alterā
odiosā genuerintq; ex eis liberos et fue-
rit filiꝰ odiose p̄mogenitꝰ volueritq;
substantiā inter filios suos diuidere:
nō poterit filiū dilecte facere p̄mogeni-
tum et p̄ferre filio odiose: sed filiū odi-
ose agnoscet p̄mogenitū dabitq; ei de
hijs q̄ habuerit cūcta duplicia. Iste ē
eni principiū liberoꝝ eiꝰ: et huic debent̄
p̄mogenita. Si genuerit homo filiū
cōtumacē ⁊ proteruū q̄ nō audiat pa-
tris ac m̄ris imperiū: ⁊ cohercitꝰ obedi-
re cōtempserit: apprehendēt eū ⁊ ducēt
eū ad seniores ciuitatis illiꝰ ⁊ ad por-
tam iudicij: dicentq; ad eos. Filiꝰ no-
ster iste proteruus et ꝯtumax ē: monita
nr̄a audire cōtempnit: comessationibꝫ
vacat ⁊ luxurie atq; cōuiuijs: lapidi-
bus eū obruet ppl's ciuitatis ⁊ morietr̄:
ut auferatis malū de medio vr̄i: ⁊ v-
niuersus isrl' audiēs pertimescat. Quādo
peccauerit homo qd̄ morte plectendū

est: et adiudicatus morti appensus fu-
erit in patibulo: nō pmanebit cadauer
ei⁹ ī ligno. sed ī eadē die sepelietur: q̄a ma-
ledict⁹ a deo ē q̄ pendet ī ligno: ⁊ nequa-
q̄ꝫ ꝯtaminabis terrā tuā quā dn̄s de⁹
tuus dederit tibi ī possessionē. ca. xxii.
Non videbis bouē ⁊ ouem fratris
tui errantē ⁊ preteribis: sed redu-
ces fratri tuo. etiam si nō ē ppinquus
frater tu⁹ nec nosti eū. Duces ī domū
tuam: ⁊ erūt apud te q̄diu querat ea
frater tuus ⁊ recipiat. Similiter facies
de asino ⁊ de vestimēto. ⁊ de omni re
fratris tui q̄ perierit: si inueneris eā ne
negligas q̄si alienā. Si videris asinū
fratris tui. aut bouē cecidisse ī via: nō
despicies sed subleuabis cū eo. Nō in-
duetur mulier veste virili: nec vir vtet̄
veste feminea. Abominabilis enim a-
pud deū est q̄ facit hoc. Si ambulās
per viā. ī arbore vel ī terra nidū auis
inueneris ⁊ matrem pullis vel ouis de-
super incubantē: nō tenebis eā cū filijs
sed abire patieris captos tenēs filios:
ut bene sit tibi ⁊ lōgo viuas tempore.
Cum edificaueris domū nouā facies
murū tecti p circuitum ne effundat̄ san-
guis ī domo tua: ⁊ sis re⁹ labente alio.
et in p̄ceps ruente. Nō seres vineā tuā
altero semine: ne ⁊ sementis quā seuisti
et que nascunt̄ ex vinea pariter sancti-
ficent̄. Non arabis ī boue simul ⁊ asi-
no. Non indueris vestimēto qd̄ ex la-
na linoq; ꝯtextū ē. Funiculos in fim-
brijs facies per q̄tuor angulos pallij
tui quo operiris. Si duxerit vir uxorē
et postea odio habuerit eā quesieritq;
occasiones q̄bꝫ dimittat eā obiciens
ei nomen pessimū. ⁊ dixerit uxorē hanc
accepi ⁊ ingressus ad eam nō inueni
virginē: tollent eā pater ⁊ mater eius
et ferent secū signa virginitatis ei⁹ ad
seniores urbis q̄ in porta sunt: et dicet
pater. Filiā meā dedi huic uxorē: quā
quia odit imponit ei nomē pessimū
ut dicat nō inueni filiā tuā virginē:
et ecce hec sūt signa virginitatis filie
mee. Expandent vestimentū corā senio-
ribꝫ ciuitatis: apprehendentq; senes vr-
bis illius virū et verberabūt illū. con-
demnantes insup centū siclis argenti
quos dabit p̄ri puelle. quia diffama-
uit nomen pessimū sup virginē isrl':
habebitq; eā uxorē ⁊ nō poterit dimit-
tere omni tēpore vite sue. Quod si
verū est qd̄ obicit ⁊ non est ī puella in-
uenta virginitas: eicient eā extra fores
dom⁹ p̄ris sui ⁊ lapidibꝫ obruent viri
ciuitatis eius et morietur quoniā fecit
nephas in israhel ut fornicaret̄ ī domo
patris sui: ⁊ auferes malū de medio
tui. Si dormierit vir cū uxore alterius
uterq; morientur id ē adulter et adul-
tera: ⁊ auferes malū de isrl'. Si puellā
virginē desponderit vir ⁊ inuenerit eā
aliquis in ciuitate et cōcubuerit cum il-
la: educes vtrūq; ad portā ciuitatis il-
lius ⁊ lapidibꝫ obruentur: puella q̄a
nō clamauit cum esset in ciuitate: vir
quia humiliauit uxorē proximi sui:
⁊ auferes malū de medio tui. Sin autē
in agro reppererit vir puellā q̄ desponsa-
ta est ⁊ apprehendēs ꝯcubuerit cum ea
ip̄e morietur solus; puella nichil pa-
tietur nec ē rea mortis: quia sicut latro
cōsurgit contra fratrē suum ⁊ occidit
animā eius ita ⁊ puella p̄pessa ē. So-
la erat ī agro: clamauit et null⁹ affu-
it q̄ liberaret eā. Si inuenerit vir puel-
lam virginē que non habet sponsum
et apprehendēs concubuerit cū illa et
res ad iudiciū venerit: dabit qui dor-
miuit cum ea patri puelle centūquin-
quaginta siclos argenti: ⁊ habebit eā

uxorē q̄a humiliauit illā. Nō poterit
dimittere eam cunctis diebus vite sue.
Non accipiet homo uxo- ca. xxiii.
rem patris sui: nec reuelabit operi-
C 23 mentum ei⁹. Non intrabit eunuchus at-
tritis uel amputatis testiculis ⁊ absci-
so veretro ecclesiā dn̄i. Nō ingredietur
manser hoc ē de scorto natus in eccle-
siam dn̄i usq; ad decimā generationē.
Ammonites ⁊ moabites etiā post de-
cimam generationē nō intrabunt ec-
clesiam dn̄i in eternū: quia noluerūt
vobis occurrere cū pane ⁊ aqua ī via
quando egressi estis de egipto: et quia
conduxerūt ɔtra te balaam filiū beor
de mesopotamia sirie ut malediceret
tibi: ⁊ noluit dn̄s deus tuus audire
balaam: vertitq; maledictionē eius in
benedictionē tuā eo q̄ diligeret te. Nō
facies cū eis pacē: nec queras eis bona
cunctis diebꝫ vite tue in sempiternum.
Nō abominaberis ydumeū q̄a frater
tuus est: nec egiptiū q̄a aduena fuisti
in terra ei⁹. Qui nati fuerint ex eis tcia
generatione intrabunt in ecclesiā dn̄i.
Quādo egressus fueris adūsus hostes
tuos in pugnā: custodies te ab omni
re mala. Si fuerit inter vos homo q̄
in nocturno sit pollut⁹ sompnio egre-
dietur extra castra: ⁊ nō reuertetur priusq̄
ad vesperā lauetur aqua: ⁊ post solis
occasum regredietur ī castra. Habebis
locum extra castra ad quē egrediaris
ad requisita nature: gerens paxillū in
baltheo. Cumq; sederis fodies per circu-
itum: ⁊ egesta humo operies quo rele-
uatus es. Dn̄s enī deus tuus ambu-
lat in medio castrorū ut eruat te ⁊ tra-
dat tibi inimicos tuos: ut sint castra
tua sancta et nichil ī eis appareat fedi-
tatis: ne derelinquat te. Nō trades seruū
dn̄o suo q̄ ad te ɔfugerit. Habitabit
tecum in loco qui ei placuerit: ⁊ ī una
urbiū tuarū requiescet: nec cōtristes eū.
Nō erit meretrix de filiabꝫ isrl̄: nec scor-
tator de filijs isrl̄. Nō offeres mercedē
prostibuli: nec preciū canis in domū
dn̄i dei tui quicquid illud ē q̄d uoueris
q̄a abominatio ē utrūq; apud dn̄m
deū tuū. Non fenerabis fratri tuo ad
usurā pecuniā nec fruges nec quālibet
aliā rem: sed alieno. Fratri autem tuo
absq; usura id quo indiget cōmoda-
bis: ut benedicat tibi dn̄s de⁹ tuus in
omī opere tuo in terra ad quā ingredi-
eris possidendā. Cū votū voueris dn̄o
deo tuo nō tardabis reddere q̄a requi-
ret illud dn̄s de⁹ tuus: ⁊ si moratus
fueris reputabit tibi ī peccatū. Si no-
lueris polliceri: absq; peccato eris. Qd
aūt semel egressum ē de labijs tuis ob-
seruabis ⁊ facies sicut promisisti dn̄o
deo tuo: ⁊ ꝓpria uoluntate et ore tuo
locutus es. Ingressus uineā proximi
tui comede uuas quātū tibi placuerit:
foras aūt ne efferas tecū. Si intraueris
segetē amici tui frāges spicas ⁊ manu
ɔteres: falce aūt nō metes. ca. xxiiii.
Si acceperit homo uxorē ⁊ habu-
erit eam ⁊ non inuenerit gratiā
ante oculos eius ꝓpter aliquā fedita-
tem: scribet libellum repudij et dabit
in manu illius: ⁊ dimittet eā de domo
sua. Cumq; egressa alterū maritū dux-
erit et ille quoq; oderit eam dederitq; ei
libellum repudij ⁊ dimiserit de domo
sua uel certe mortuus fuerit: non pote-
rit prior maritus recipere eam ī uxorē
quia polluta ē ⁊ abominabilis facta
est coram domino: ne peccare facias
terrā tuam quā dn̄s deus tuus tradi-
derit tibi possidendā. Cum acceperit
homo nup uxorē nō procedet ad bellū
nec ei quippiā necessitatis iniungetur

publice: sed vacabit absq3 culpa do-
mui sue: ut uno anno letetur cū uxore
sua. Nō accipies loco pignoris inferi-
orem et superiorē molam: q̄a animā
suam apposuit tibi. Si deprehensus
fuerit hō̄mo sollicitans fratrem suū de
filijs isrl̄: ⁊ vendito eo acceperit preciū
interficietᷣ: et auferes malū de medio
tui. Observa diligenter ne incurras
plagam lepre: sed facies quecūq3 docu-
erit te sacerdotes levitici generis iuxta
id qd̄ precepi eis: ⁊ imple sollicite. Me-
mentote que fecerit dn̄s de⁹ vester ma-
rie in via cum egrederemini de egipto.
Cum repetes a proximo tuo rem aliq̄3
quā debet tibi: non ingredieris domū
eius ut pignus auferas: sed stabis fo-
ris et ille tibi proferet qd̄ habuerit. Si
aūt pauper ē: non pnoctabit apud te
pignus sed statim reddes ei āte solis
occasum: ut dormiens ī vestimēto suo
benedicat tibi: ⁊ habeas iusticiā corā
dn̄o deo tuo. Nō negabis mercedem
indigentis et pauperis fratris tui: sive
advene q̄ tecū moratᷣ in terra et intra
portas tuas est: sed eadem die reddes
ei preciū laboris sui ante solis occasū:
quia pauper ē ⁊ ex eo sustentat animā
suā: ne clamet ɔtra te ad dn̄m ⁊ repu-
tetur tibi ī peccatū. Nō occidentᷣ patres
pro filijs nec filij ꝑ prībus: sed unus-
quisq3 pro peccato suo morietur. Nō
puertes iudiciū advene ⁊ pupilli: nec
auferes pignoris loco vidue vestimē-
tum. Memento q̄ servieris in egipto:
et eruerit te dn̄s de⁹ tuus inde. Idcirco
precipio tibi ut facias hāc rē. Quādo
messueris segetem ī agro tuo: et oblit⁹
manipulū reliqueris: nō reverteris ut
tollas eū: sed advenā ⁊ pupillum et
viduam auferre patieris: ut benedicat
tibi dn̄s deus tu⁹ in omī opere manuū
tuarū. Si fruges collegeris olivarū:
quicquid remanserit in arboribꝫ nō
reverteris ut colligas: sed relinques
advene pupillo ac vidue. Si vindemi-
averis vineam tuam: non colliges
remanētes racemos: sed cedent ī usus
advene pupilli ac vidue. Memento
q̄ et tu servieris ī egipto: ⁊ idcirco pre-
cipio tibi ut facias hāc rem. Ca. xxv.
Si fuerit causa inter aliquos ⁊ in-
terpellaverit iudices: quē iustū
esse ꝑspexerint illi iusticie palmam da-
bunt: quē impiū condemnabūt impi-
etatis. Sin aūt eum q̄ peccavit dignū
viderint plagis: prosternēt et coram
se facient verberari. Pro mensura pec-
cati erit et plagaꝝ modus: ita dum-
taxat ut quadragenariū numerū nō
excedant: ne fede laceratus ante oculos
tuos abeat frater tuus. Non ligabis
os bovis terentis in area fruges tuas.
Quādo habitaverint fratres simul et
unus ex eis absq3 liberis mortuus fue-
rit: uxor defuncti non nubet alteri sed
accipiet eam frater eius et suscitabit se-
men fratris sui: et primogenitū ex ea fi-
lium nomine illius appellabit ut nō
deleatur nomen ex isrl̄. Sin aūt nolue-
rit accipere uxorē fratris sui q̄ ei lege de-
betᷣ: perget mulier ad portā civitatis
et interpellabit maiores natu: dicet
q3. Non vult frater viri mei suscitare
semen fratris sui in israhel: nec me in
coniugiū sumere. Statimq3 accersiri
eum facient: ⁊ interrogabūt. Si respon-
derit nolo eam uxorem accipere: acce-
det mulier ad eū coram senioribus: ⁊
tollet calciamentū de pede ei⁹ spuetq3
in faciē illi⁹ et dicet. Sic fiet homini
qui non edificat domū fratris sui. Et
vocabitᷣ nomen illius ī israhel dom⁹
discalciati. Si habuerint inter se iurgiū

viri duo et unus contra alterū rixari
ceperit: volensq; uxor alterius eruere
virū suū de manu forcioris · miseritq;
manum et apphenderit verenda eius:
abscides manū illius · nec flecteris sup
eam ulla misericordia. Non habebis
in sacculo diversa pondera maius ⁊
minus: nec erit in domo tua modius
maior ⁊ minor. Pondus habebis iu-
stum et verū: ⁊ modius equalis ⁊ verus
erit tibi: ut multo vivas tempore super
terrā quā dūs deus tuus dederit tibi.
Abominatur enim dūs eum qui facit
hec: ⁊ aversatur omnē iniusticiā. Me-
mento que fecerit tibi amalech in via
quādo egrediebaris ex egipto: quomō
occurrerit tibi ⁊ extremos agminis tui
qui lassi residebant ceciderit · quādo tu
eras fame et labore confectus: ⁊ non
timuerit deū. Cum ergo dominus de-
us tuus dederit tibi requiē · et subiecerit
cūctas p circuitū naciones in tra quā
tibi pollicitus ē: delebis nomē eius sub ce-
lo. Cave ne obliviscaris. cap. xxvi.

Cumq; intraveris terrā quā domi-
nus deus tuus tibi daturus est
possidendā et obtinueris eam · atq; ha-
bitaveris ī illa: tolles de cūctis frugibz
tuis primitias et pones in cartallo
pergesq; ad locum quē dūs deus tuus
elegerit ut ibi invocetur nomen eius:
accedesq; ad sacerdotē qui fuerit ī die-
bus illis et dices ad eū. Profiteor ho-
die corā domino deo tuo: q ingressus
sum ī terrā pro qua iuravit patribus
nostris ut daret eam nobis. Suscipi-
ensq; sacerdos cartallū de manu eius
ponet ante altare domini dei tui: ⁊ lo-
queris in conspectu dūi dei tui. Sirus
persequebatur prem meū: q descendebat
in egiptum et ibi peregrinatus est in
paucissimo numero: crevitq; ī gentem
magnā ac robustam ⁊ infinite multi-
tudinis. Affixeruntq; nos egiptii et
persecuti sunt imponentes onera gra-
vissima: ⁊ clamavimus ad dūm deū
patrū nostrorū qui exaudivit nos et
respexit humilitatem nostrā ⁊ laborem
atq; angustiā: et eduxit nos de egipto
in manu forti et brachio extento · in in-
genti pavore · in signis atq; portentis:
et introduxit ad locū istū: et tradidit
nobis terrā lacte et melle manantem.
Et idcirco nūc offero primitias frugū
terre: quā dominus dedit michi. Et di-
mittes eas ī conspectu dūi dei tui: et a-
dorato dūo deo tuo epulaberis ī omni-
bus bonis que dominus deus tuus
dederit tibi et domui tue: tu et levites
et advena qui tecū est. Quādo comple-
veris decimā cūctarū frugū tuarū · anno
decimarū tercio: dabis levite ⁊ advene
⁊ pupillo ⁊ vidue ut comedant intra
portas tuas ⁊ saturentur: loquerisq; in
conspectu dūi dei tui. Attuli quod san-
ctificatū est de domo mea et dedi illud
levite et advene ⁊ pupillo ac vidue si-
cut iussisti michi. Nō preterivi mādata
tua: nec sum oblitus imperii. Nō com-
edi ex eis in luctu meo: nec separavi ea
in qualibet immūdicia: nec expendi ex
hiis quicq; in re funebri. Obedivi voci
domini dei mei: ⁊ feci omnia sicut precepi-
sti michi. Respice de sanctuario tuo et
de excelso celorū habitaculo: ⁊ benedic
populo tuo isrl · ⁊ terre quā dedisti nobis
sicut iurasti patribz nostris: terre lacte
et melle mananti. Hodie dominus
deus tuus precepit tibi ut facias māda-
ta hec atq; iudicia: ut custodias ⁊ im-
pleas ex toto corde tuo ⁊ ex tota aīa tu-
a. Dominū elegisti hodie ut sit tibi de-
us ⁊ ambules in viis eius: et custodi-
as cerimonias illius et mādata atq;

iudicia:et obedias eius imperio. Et
dñs elegit te hodie ut sis ei populus
peculiaris sicut locutus est tibi ⁊ custo-
dias omnia precepta eius:⁊ faciet te
excelsiorē cūctis gentibꝫ quas creauit
in laudem et nomen et gloriam suā:
ut sis populus sanctus domini dei
tui sicut locutus est. Cap̄. xxvii.
Precepit autē moyses et seniores
populo israhel dicentes. Custo-
dite omne mandatum quod precipio
vobis hodie. Cūqꝫ transieritis iorda-
nem in terrā quā dñs deus tuus dabit
tibi · eriges ingentes lapides et calce
leuigabis eos ut possis in eis scribere
omīa verba legis huiꝰ iordane trans-
misso:ut introeas terrā quā dñs deus
tuus dabit tibi: terram lacte et melle
manantem sicut iurauit patribꝫ tuis.
Quādo ergo transieritis iordanem eri-
ge lapides quos ego hodie p̄cipio
vobis in monte hebal: et leuigabis
eos calce·⁊ edificabis ibi altare domi-
no deo tuo de lapidibꝫ quos ferrum
non tetigit·et de saxis informibus et
impolitis:et offeres sup eo olocausta
domino deo tuo ⁊ immolabis hostias
pacificas: comedesqꝫ ibi ⁊ epulaberis
corā domino deo tuo. Et scribes sup
lapides omīa verba legis huius pla-
ne et lucide. Dixeruntqꝫ moyses et sa-
cerdotes leuitici generis ad omnē isra-
helem. Attende et audi israhel. Hodie
factus es populus domini dei tui. Au-
dies vocem eius: et facies mandata
atqꝫ iusticias quas ego precipio tibi.
Precepitqꝫ moyses populo in die illo
dicens. Hij stabunt ad benedicendum
dño super montem garizim iordane
trāsmisso: symeon leui iudas ysachar
ioseph et beniamin. Et ex regione isti
stabunt ad maledicendum in monte
hebal: ruben gad et aser zabulon dan
et neptalim. Et pronūciabunt leuite:
dicentqꝫ ad omnes viros israhel excel-
sa voce. Maledictꝰ homo q̄ facit scul-
ptile ⁊ conflatile abominationē dñi:
opus manuū artificū: ponetqꝫ illud
in abscondito. Et respondebit omnis
populus:⁊ dicet amen. Maledictus
qui non honorat patrē suum et matrē.
Et dicet omīs populus amen. Male-
dictus qui trāsfert terminos proximi
sui. Et dicet omīs populꝰ amen. Ma-
ledictus qui errare facit cecum i itinere.
Et dicit omnis pp̄lus amen. Maledi-
ctus qui peruertit iudiciū aduene pupil-
li et vidue. Et dicet omnis populus a-
men. Maledictus qui dormit cū uxore
patris sui:et reuelat operimentū lectu-
li eiꝰ. Et dicet omīs pp̄lus amen. Ma-
ledictus qui dormit cū omī iumento.
Et dicet omīs populus amen. Male-
dictus qui dormit cū sorore sua filia
patris sui uel mr̄is sue. Et dicet omīs
pp̄lus amen. Maledictus q̄ dormit cū
socru sua. Et dicet oīs pp̄s amē. Ma-
ledictus qui clam percusserit proximū
suum. Et dicet omnis populus amē.
Maledictus q̄ accipit munera·ut per-
cutiat animā sanguinis innocentis.
Et dicet omnis populus amen. Ma-
ledictus qui non permanet in sermo-
nibꝫ legis huius:nec eos opere perficit.
Et dicet omīs pp̄s amen. Ca. xxviii.
Si autem audieris vocem domi-
ni dei tui ut facias atqꝫ custodi-
as omīa mādata eius que ego pre-
cipio tibi hodie: faciet te dominus deus
tuus excelsiorem cūctis gentibus que
versant in terra. Venientqꝫ sup te vni-
uerse benedictiones iste et apphendent
te:si tamen p̄cepta eius audieris. Be-
nedictus tu in ciuitate:⁊ benedictus in

agro. Benedictus fructus ventris tui ⁊
fruct⁹ terre tue: fructusq; iumētoꝝ tuoꝝ
greges armentorū tuoꝝ et caule ouiū
tuaꝝ. Benedicta horrea tua: ⁊ benedicte
reliquie tue. Benedict⁹ eris ingrediēs
et egrediens. Dabit domin⁹ inimicos
tuos q̄ cōsurgūt aduersum te corruētes
in cōspectu tuo. Per viam unā venient
contra te: ⁊ ꝑ septem fugiēt a facie tua.
Emittet dn̄s benedictionē sup cellaria
tua et super om̄ia opera manuū tuaꝝ:
benedicetq; tibi in terra quā acceperis.
Suscitabit te dn̄s sibi in ꝑplm sanctū
sicut iurauit tibi: si custodieris mādata
domini dei tui ⁊ ambulaueris ī viis
eius. Videbuntq; om̄es terraꝝ populi
q̄ nomen dn̄i inuocatum sit super te:
et timebunt te. Abundare te faciet do-
minus om̄ibus bonis: fructu uteri tui
et fructu iumētorū tuoꝝ fructu terre tue
quā iurauit dominus patribȝ tuis ut
daret tibi. Aperiet dn̄s thesaurū suum
optimū celum: ut tribuat pluuiā terre
tue in tempore suo. Benedicetq; cūctis
operibȝ manuū tuaꝝ: ⁊ feneraberis gen-
tibus multis: ⁊ ipse a nullo fenus acci-
pies. Constituet te dn̄s deus tuus in
caput ⁊ non in caudam: ⁊ eris semper
supra et nō subter: si tamen audieris
mandata domini dei tui que ego pre-
cipio tibi hodie ⁊ custodieris ⁊ feceris:
ac nō declinaueris ab eis nec ad dextrā
nec ad sinistram: nec secutus fueris de-
os alienos neq; colueris eos. Quod
si audire nolueris vocem dn̄i dei tui
ut custodias ⁊ facias om̄ia mādata
eius ⁊ ceremonias quas ego precipio
tibi hodie: venient sup te omnes male-
dictiones iste ⁊ apprehendent te. Male-
dictus eris in ciuitate: maledictus in
agro. Maledictū horreū tuum: et ma-
ledicte reliquie tue. Maledict⁹ fructus
ventris tui et fructus terre tue: armēta
boum tuoꝝ ⁊ greges ouiū tuaꝝ. Ma-
ledictus eris ingrediēs: ⁊ maledictus
egrediens. Mittet dn̄s super te famem
et esuriē et increpationē in om̄ia ope-
ra tua que tu facies: donec conterat te
et perdat velociter propter adinuenti-
ones tuas pessimas in quibȝ reliqui-
sti me. Adiungat tibi dn̄s pestilentiā:
donec consumat te de terra ad quā in-
grederis possidendā. Percutiat te dn̄s
egestate ⁊ febri et frigore ardore et estu
⁊ aere corrupto ac rubigine: ⁊ ꝑsequa-
tur donec pereas. Sit celum qd̄ supra
te est eneum: ⁊ terra quā calcas ferrea.
Det dn̄s ymbrem terre tue puluerem:
et de celo descendat super te cinis donec
conteraris. Tradat te dn̄s corruentem
ante hostes tuos, per unam viam
egrediaris ꝯtra eos ⁊ ꝑ septē fugias:
et dispergaris ꝑ omnia regna terre. Sit
q; cadauer tuum ī escam cūctis volati-
libȝ celi ⁊ bestiis terre: ⁊ nō sit q̄ abigat.
Percutiat te dominus ulcere egipti. et
partem corporis ꝑ quā stercora dige-
runt: scabie quoq; ⁊ prurigine: ita ut
curari nequeas. Percutiat te domin⁹
amentia et cecitate ac furore mentis:
et palpes in meridie sicut palpare so-
let cecus in tenebris: ⁊ nō dirigas vi-
as tuas. Omniq; tempore calumniā
sustineas: ⁊ opprimaris violētia nec
habeas qui liberet te. Vxorem accipi-
as et alius dormiat cū ea. Domū edi-
fices: ⁊ nō habites in ea. Plātes vine-
am: ⁊ non vindemies eam. Bos tuus
immoletur coram te: ⁊ nō comedas
ex eo. Asinus tuus rapiatur in cōspe-
ctu tuo: ⁊ nō reddatur tibi. Oues tue
dentur inimicis tuis: ⁊ non sit qui te
adiuuet. Filii tui ⁊ filie tue tradantur
alteri populo videntibus oculis tuis

et deficientibꝫ ad conspectū eorū tota
die:⁊ nō sit fortitudo ī manu tua. Fru-
ctus terre tue et omēs labores tuos com-
edat ꝑplus quē ignoras:⁊ sis semper
calumniā sustinēs·et oppressus cūctis
diebus:⁊ stupens ad terrorē eorū que
videbunt oculi tui. Percutiat te dn̄s
ulcere pessimo in genibꝫ et in suris:sa-
nariq; nō possis a planta pedis usq;
ad verticē tuū. Ducet te dominus et
regem tuū quē cōstitueris sup te ī gentē
quā ignoras tu ⁊ patres tui:⁊ servies
ibi diis alienis ligno et lapidi:et eris
perditus in proverbiū ac fabulā omi-
bus ꝑpulis ad quos te introduxerit
dominus. Sementem multam iacies
in terrā et modicū cōgregabis: quia
locuste devorabūt omīa. Vineā plan-
tabis et fodies ⁊ vinū non bibes nec
colliges ex ea quippiam:qm̄ vastabit
vermibꝫ. Olivas habebis in omībus
terminis tuis ⁊ nō ungeris oleo:quia
defluent ⁊ peribunt. Filios genera-
bis et filias ⁊ non frueris eis:quoniā
ducent in captivitatē. Omēs arbores
tuas ⁊ fruges terre tue rubigo ɔsumet.
Advena q̄ tecū versat ī terra ascendet
sup te eritq; sublimior:tu aūt descendes
et eris inferior. Ipe fenerabit tibi:et tu
non fenerabis ei. Ipe erit in caput:et
tu eris in caudam. Et venient sup te o-
mnes maledictiones iste·et ꝑsequētes
apphendent te donec intereas:quia nō
audisti vocē domini dei tui:nec servasti
mādata eius ⁊ cerimonias quas pre-
cepit tibi. Et erūt in te signa atq; pro-
digia ⁊ in semine tuo usq; in sempiter-
nū:eo ꝙ nō servieris domino deo tuo
in gaudio cordisq; leticia ꝑpter rerum
omniū abundāciā. Servies inimico
tuo quē immittet tibi dn̄s in fame et
siti et nuditate ⁊ omī penuria:⁊ ponet
iugū ferreū super cervicem tuā donec te
conterat. Adducet dn̄s sup te gentem
de longinquo ⁊ de extremis terre fini-
bus in similitudinē aquile volantis
cum impetu cuius linguā intelligere
non possis:gentem procacissimā que
non deferat seni nec misereat parvuli:
et devoret fructum iumentoꝝ tuoꝝ ac
fruges terre tue·donec intereas:⁊ non
relinquat tibi triticum vinū et oleum
armenta boum et greges oviū donec
te disperdat ⁊ conterat in cūctis urbibꝫ
tuis:⁊ destruantur muri tui firmi atq;
sublimes·ī quibꝫ habebas fiduciam
in omni terra tua. Obsideberis intra
portas tuas in omī terra tua quā da-
bit tibi dn̄s deus tuus:⁊ comedes fru-
ctum uteri tui et carnes filioꝝ tuorū ⁊
filiarū tuarū quas dederit tibi domin⁹
deus tuus·ī angustia et vastitate qua
opprimet te hostis tuus. Homo deli-
cat⁹ in te ⁊ luxuriosus valde invidebit
fratri suo et uxori q̄ cubat in sinu suo
ne det eis de carnibus filiorū suorū
quas comedet:eo ꝙ nichil aliud habe-
at in obsidione ⁊ penuria qua vasta-
verint te inimici tui intra omēs portas
tuas. Tenera mlier et delicata q̄ supra
terram ingredi non valebat nec pedis
vestigiū figere ꝑpter mollitiem et tene-
ritudinem nimiā: invidebit viro suo
qui cubat in sinu eius super filiis ⁊ filie
carnibꝫ ⁊ illuvie secundinaꝝ q̄ egredi-
untur de medio feminū eius:et super
liberis qui eadem hora nati sūt. Com-
edent eni eos clam propter rerū omi-
um penuriam: in obsidione et vasti-
tate qua opprimet te inimicus tuus
intra portas tuas. Nisi custodieris ⁊
feceris omnia verba legis huius que
scripta sunt in hoc volumine·⁊ timu-
eris nomen eius gloriosū et terribile

hoc est dominū deum tuū: augebit do-
minus plagas tuas · ⁊ plagas semi-
nis tui plagas magnas ⁊ perseuerātes
infirmitates pessimas ⁊ perpetuas: ⁊ con-
uertet in te omnes afflictiones egipti
quas timuisti ⁊ adherebūt tibi. Insu-
per et uniūsos languores et plagas
que nō sunt scripte ī volumine legis
huius inducet dominus sup te: donec
te conterat. Et remanebitis pauci nu-
mero q̄ prius eratis sicut astra celi pre
multitudine: quoniā non audisti vo-
cem domini dei tui. Et sicut āte letatus
est dominus sup vos · bene vobis faci-
ens vosq; multiplicans: sic letabit̄ dis-
perdens vos atq; subuertens: ut aufe-
ramini de terra ad quam ingredieris
possidendā. Disperget te dominus in
omnes ppłos a summitate terre usq;
ad terminos eius: ⁊ servies ibi dijs a-
lienis quos et tu ignoras ⁊ patres tui
lignis et lapidibȝ. In gentibȝ quoq;
illis nō quiesces: neq; erit requies ve-
stigio pedis tui. Dabit eni͂ tibi dn̄s ibi
cor pauidum et deficientes oculos · et
animā consumptā merore: ⁊ erit vita
tua quasi pendens āte te. Timebis no-
cte et die: et non credes vite tue. Mane
dices quis michi det vesperū: ⁊ vespere
quis michi det mane · propter cordis tui
formidinē qua terreberis et propter ea q̄
tuis videbis oculis. Reducet te dn̄s
classibȝ in egiptū per viā de qua dixit
tibi ut eam āplius nō videres. Ibi ven-
deris inimicis tuis in servos et ancil-
las: et non erit qui emat. ca. xxix.

Hec sunt verba federis qd̄ precepit
dominus moysi ut feriret cum
filijs israhel in terra moab: p̄ter illud
fedus quod cū eis pepigit in oreb. Vo-
cauitq; moyses omnē israhel: ⁊ dixit
ad eos. Vos vidistis universa q̄ fecit
dominus coram vobis in terra egipti
pharaoni et om̄ibȝ servis eius universe
q; terre illius: temptationes magnas
quas viderunt oculi tui: signa illa por-
tentaq; ingentia: ⁊ nō dedit vobis do-
minus cor intelligens et oculos viden-
tes: et aures que possint audire usq;
in presentē diem. Adduxit vos qua-
draginta ānis per desertum: non sunt
attrita vestimenta vr̄a: nec calciamēta
pedum vestrorū vetustate consumpta
sunt. Panē non comedistis vinum ⁊
siceram nō bibistis: ut sciretis quia ipse
est dominus deus vester. Et venistis
ad hunc locum: egressusq; est seon rex
esebon et og rex basan occurrentes no-
bis ad pugnā · ⁊ percussimus eos et tu-
limus terrā eorū: ac tradidimus possi-
dendam ruben et gad ⁊ dimidie tribui
manasse. Custodite ergo verba pacti
huius et implete ea: ut intelligatis u-
niversa que facitis. Vos statis hodie
cuncti coram domino deo vr̄o · prin-
cipes vestri ⁊ tribus ac maiores natu
atq; doctores om̄is populus israhel
liberi et uxores vestre et advene q̄ tecū
morantur in castris exceptis lignorū
cesoribȝ · ⁊ hijs q̄ comportant aquas:
ut transeas in federe dn̄i dei tui · et in
iureiurando quod hodie dominus
deus tuus percutit tecum: ut suscitet te si-
bi in populū et ipse sit dominus deus
tuus sicut locutus est tibi · ⁊ sicut iura-
uit patribȝ tuis abrahā ysaac ⁊ iacob.
Nec vobis solis ego hoc fedus ferio
et hec iuramenta confirmo: sed cūctis
presentibȝ et absentibus. Vos enim
nostis quomodo habitaverimus in
terra egipti · ⁊ quomodo trāsierimus
per mediū nationū: quas trāseuntes
vidistis abominationes et sordes id
est ydola eorū lignū et lapidē argentū

et aurū que colebāt. Ne forte sit inter
vos vir aut mulier familia aut trib9
cuius cor aversum ē hodie a domino
deo nr̄o ut vadat et serviat diis illarū
gentiū: ⁊ sit inter vos radix germinās
fel et amaritudinem. Cumq; audierit
verba iuramenti huius benedicat sibi
in corde suo dicens pax erit michi · et
ambulabo ī pravitate cordis mei: et
assumat ebria sitientē et dominus nō
ignoscat ei: sed tunc q̃ maxime furor
eius fumet et zelus contra hominem
illum · et sedeant sup eum omnia male-
dicta q̄ scripta sunt ī hoc volumine: et
deleat dominus nomen ei9 sub celo et
consumat eū in perdicione ex omnibus
tribubus israhel: iuxta malediciones q̄
in libro legis huius ac federis cōtinen-
tur. Dicetq; sequens generatio et filii
qui nascentur deinceps · ⁊ peregrini qui
de longe venerūt videntes plagas terre
illi9 et infirmitates quibus eā afflixerit
dominus sulphure et solis ardore com-
burens ita ut ultra non seratur nec vi-
rens quippiā germinet ī exemplū sub-
versionis zodome ⁊ gomorre adame
et seboim quas subvertit dn̄s in ira
et in furore suo: ⁊ dicent omnes gentes.
Quare sic fecit dn̄s terre huic? Que ē
hec ira furoris eius immensa? Et re-
spondebūt. Quia dereliquerunt pactum
dn̄i qd̄ pepigit cū patribus eorū quādo
eduxit eos de terra egipti et servierunt
diis alienis · ⁊ adoraverūt eos quos
nesciebant ⁊ quibus nō fuerunt attri-
buti: idcirco iratus est furor dn̄i cōtra
terram istā ut induceret sup eā omnia
maledicta que ī hoc volumine scripta
sunt: et eiecit eos de terra sua in ira et
in furore ⁊ in indignatione maxima ·
proiecitq; in terrā alienam sicut hodie
comprobatur. Abscondita a dn̄o deo
nostro que manifesta sunt nobis ⁊ fi-
liis nostris usq; ī sempiternum: ut fa-
ciamus universa legis huius. Ca. xxx.
Cum ergo venerint sup te omnes
sermones isti benedictio sive ma-
ledictio quā proposui ī conspectu tuo · et
ductus penitudine cordis tui ī univer-
sis gentibus in quas disperserit te dn̄s
deus tuus ⁊ reversus fueris ad eum · et
obedieris eius imperiis sicut ego hodie
p̄cipio tibi cum filiis tuis ī toto corde
tuo ⁊ in tota anima tua: reducet te do-
minus deus tuus de captivitate tua
ac miserebitur tui: ⁊ rursum cōgregabit
te de cunctis populis in quos te ante dis-
persit. Si ad cardines celi fueris dissi-
patus inde te retrahet dominus deus
tuus: ⁊ assumet atq; introducet in ter-
ram quā possiderunt patres tui ⁊ obti-
nebis eam: ⁊ benedicens tibi · maioris
numeri te esse faciet q̃ fuerunt patres
tui. Circumcidet dominus deus tu9 cor
tuū et cor seminis tui: ut diligas do-
minū deum tuū ex toto corde tuo ⁊ in
tota aīa tua: ut possis vivere. Omnes
autē malediciones has cōvertet sup
inimicos tuos: ⁊ eos qui oderunt te ⁊
persequūtur. Tu aūt reverteris ⁊ audi-
es vocē domini dei tui faciesq; universa
mandata que ego p̄cipio tibi hodie: ⁊
abundare te faciet dn̄s deus tuus in
cunctis operibus manuū tuarum in sobo-
le uteri tui ⁊ in fructu iumentorum tuorum:
in ubertate terre tue et in rerū omniū
largitate. Revertetur enim dn̄s ut gau-
deat sup te in omnibus bonis sicut ga-
visus ē in patribus tuis: si tamen au-
dieris vocem dn̄i dei tui ⁊ custodieris
precepta eius ⁊ cerimonias que ī hac
lege conscripta sunt: ⁊ revertaris ad
dn̄m deum tuū in toto corde tuo et in
tota anima tua. Mandatū hoc quod

ego precipio tibi hodie nō supra te est
neq; procul positum nec in celo situm
ut possis dicere quis nostrū valet ad
celum ascendere ut deferat illud ad nos
ut audiam⁹ atq; opere compleamus:
neq; trās mare positū ut causeris et di-
cas quis e nobis poterit mare trāsfre-
tare ⁊ illud ad nos usq; deferre ut pos-
simus audire et facere qd̄ preceptum
est? sed iuxta te est sermo valde in ore
tuo ⁊ ī corde tuo ut facias illū. Consi-
dera q hodie proposuerit in cōspectu tuo
vitam et bonū et econtrario mortem
et malū: ut diligas dn̄m deum tuum
et ambules in viis eius et custodias
mandata illius ⁊ cerimonias atq; iu-
dicia ⁊ vivas: atq; multiplicet te bene-
dicatq; tibi in terra ad quā ingredieris
possidendā. Si aūt aversum fuerit cor
tuū et audire nolueris atq; errore dece-
ptus adoraveris deos alienos ⁊ servi-
eris eis: predico tibi hodie q pereas:
⁊ parvo tēpore moreris ī terra ad quā
iordane trāsmisso ingredieris possiden-
dā. Testes invoco hodie celū et terrā q
proposuerim vobis vitam ⁊ bonum:
benedictionē ⁊ maledictionē. Elige er-
go vitam ut et tu vivas et semen tuū: ⁊
diligas dn̄m deū tuum atq; obedias
voci eius: ⁊ illi adhereas. Ipse est enim
vita tua et longitudo dierū tuorū: ut
habites in terra pro qua iuravit domi-
nus patribus tuis abraham ysaac et
iacob ut daret eam illis. cap. xxxi.

Abiit quoq; moyses ⁊ locutus est
omnia verba hec ad universum
israhel: et dixit ad eos. Centū viginti
annoꝝ sum hodie, non possum ultra
egredi et ingredi: presertim cū et dn̄s
dixerit michi non transibis iordanem
istū. Dominus ergo de⁹ tuus trāsibit
ante te. Ipse delebit omēs gentes has
in conspectu tuo: ⁊ possidebis eas. Et
iosue iste transibit ante te: sicut locut⁹
est dominus. Facietq; dominus eis si-
cut fecit seon et og regibꝫ amorreorū
et terre eoꝝ: delebitq; eos. Cum ergo et
hos tradiderit vobis similiter: facietis
eis sicut p̄cepi vobis. Viriliter agite: ⁊
confortamini. Nolite timere: ne paue-
atis ad conspectum eoꝝ quia domin⁹
deus tuus ipē est ductor tuus: et non
dimittet nec derelinquet te. Vocavitq;
moyses iosue: et dixit ei coram omni
israhel. Confortare: et esto robustus.
Tu enim introduces populum istum
in terram quā daturum se patribus
eorum iuravit dn̄s: et tu eam divides
sorte. Et dominus qui ductor est vester
ipē erit tecum, nō dimittet nec dereli-
quet te. Noli timere nec paveas. Scri-
psit itaq; moyses legem hanc ⁊ tradi-
dit eam sacerdotibꝫ filiis levi qui por-
tabant archam federis dn̄i: et cunctis
senioribꝫ israhel. Precepitq; eis dicēs.
Post septem ānos remissionis in so-
lemnitate tabernaculorū convenientibꝫ
cunctis ex israhel ut appareant in con-
spectu domini dei tui in loco quē elege-
rit dn̄s. leges verba legis huius corā
omni israhel: audientibꝫ eis ⁊ in unū
omni p̄plo congregato tam viris q̄
mulieribus parvulis et advenis qui
sunt intra portas tuas: ut audientes
discant et timeant dn̄m deum vr̄m: ⁊
custodiant impleantq; omnes sermo-
nes legis hui⁹. Filii quoq; eoꝝ q̄ nūc
ignorant: ut audire possint ⁊ timeant
dn̄m deū suū cunctis diebꝫ q̄bꝫ versan-
tur ī terra: ad quā vos iordane trāsmis-
so pgitis obtinendā. Et ait dn̄s ad
moysen. Ecce prope sunt dies mortis
tue. Voca iosue: ⁊ state in tabernaclo
testimonii ut p̄cipiā ei. Abierunt ergo

moyses et iosue et steterūt in taberna-
culo testimonij: apparuitq; dominus
ibi in columna nubis q̄ stetit in intro-
itu tabernaculi, dixitq; dn̄s ad moysen.
Ecce tu dormies cum patribꝫ tuis: et po-
pulus iste cōsurgens fornicabit̄ post
deos alienos in terra ad quā ingredi-
etur et habitabit in ea; ibi derelinquet
me ⁊ irritum faciet fedus quod pepigi
cum eo. Et irascetur furor meus cōtra
eum in die illo: ⁊ derelinquā eum ⁊ ab-
scondam faciē meam ab eo: ⁊ erit in de-
uorationē. Inuenient eū omīa mala
et afflictiones: ita ut dicat in illa die.
Vere quia nō est deus mecū inuenerūt
me hec mala. Ego autē abscondam
et celabo faciem meā in die illo ꝓpter
omnia mala que fecit: quia secutus ē
deos alienos. Nunc itaq; scribite vo-
bis canticū istud ⁊ docete filios isrl̄ ut
memoriter teneant et ore decantēt: ⁊ sit
michi carmē istud ꝓ testimonio inter
filios israhel. Introducam enī eum in
terrā pro qua iuraui patribꝫ ei⁹ lacte
et melle manantē. Cumq; comederint
et saturati crassiq; fuerint auertentur
ad deos alienos et seruient eis: detra-
hentq; michi ⁊ irritum facient pactum
meū. Postq̄ inuenerint eū mala multa
et afflictiones: respōdebit ei canticum
istud pro testimonio: qđ nulla delebit
obliuio ex ore seminis tui. Scio enim
cogitationes eius que facturus sit ho-
die anteq̄ introducam eū in terrā quā
ei pollicit⁹ sum. Scripsit ergo moy-
ses canticum: ⁊ docuit filios isrl̄. Pre-
cepitq; domin⁹ iosue filio nun: et ait.
Confortare: ⁊ esto robustus. Tu enim
introduces filios israhel in terrā quā
pollicit⁹ sum: ⁊ ego ero tecum. Postq̄
ergo scripsit moyses verba legis hui⁹
in volumine atq; compleuit: precepit
leuitis qui portabāt archam federis
dn̄i dicens. Tollite librum istū et poni-
te eum in latere arche federis domini
dei vestri: ut sit ibi contra te in testimo-
nium. Ego enim scio cōtentionē tuā:
et ceruicem tuā durissimā. Adhuc vi-
uente me ⁊ ingrediēte vobiscū semꝑ cō-
tenciose egistis contra dn̄m: quanto
magis cum mortuus fuero? Congre-
gate ad me omēs maiores natu per
tribus vestras atq; doctores: ⁊ loquar
audientibꝫ eis sermones istos: et inuo-
cabo cōtra eos celum et terram. Noui
enī q̄ post mortē meā inique agetis:
et declinabitis cito de via quā precepi
vobis: ⁊ occurrent vobis mala ī extre-
mo tempore quādo feceritis malū in
conspectu dn̄i ut irritetis eum ꝑ opera
manuū vrāꝝ. Locut⁹ est ergo moyses
audiēte vniūso cetu isrl̄ v̄ba carminis
hui⁹: ⁊ ad finē usq; cōpleuit. c. xxxii.
Audite celi q̄ loquor: audiat terra
verba oris mei. Concrescat in
pluuia doctrina mea: fluat ut ros elo-
quiū meū. Quasi ymber super herbam
et quasi stille sup̄ gramina: quia no-
men dn̄i inuocabo. Date magnificen-
tiam deo nostro: dei ꝑfecta sūt opera:
et omnes vie eius iudicia. Deus fide-
lis et absq; ulla iniquitate: iustus ⁊ re-
ctus. Peccauerūt ei: non filij ei⁹ in sor-
dibꝫ. Generatio praua atq; ꝑuersa:
hecine reddis dn̄o ꝑplo stulte ⁊ insipi-
ens? Nūquid nō ipe ē pater tuus qui
possedit te: ⁊ fecit et creauit te? Memen-
to dierū antiquorū: cogita generatio-
nes singulas. Interroga patrē tuum
et annunciabit tibi: maiores tuos ⁊ di-
cent tibi. Quādo diuidebat altissimus
gentes: quādo separabat filios adam:
Constituit terminos ꝑplorū iuxta nu-
merū filioꝝ israhel. Pars aūt domini

populus eius: iacob funiculus heredi-
tatis eius. Inuenit eū in terra deserta:
in loco horroris et uaste solitudinis.
Circūduxit eū et docuit: ꝛ custodiuit
quasi pupillā oculi sui. Sicut aqui-
la prouocans ad uolandum pullos
suos: ꝛ super eos uolitans. Expandit
alas suas ꝛ assumpsit eum: atq; por-
tauit ī humeris suis. Dn̄s solus dux
eius fuit: et nō erat cum eo deus alie-
nus. Cōstituit eū super excelsam terrā:
ut comederet fructus agroꝝ. Ut sugge-
ret mel de petra: oleumq; de saxo du-
rissimo. Butirū de armento et lac de
ouibus: cū adipe agnorū et arietum
filiorū basan. Et hircos cū medulla
tritici: ꝛ sanguinē uue biberent mera-
cissimū. Incrassatus est dilectus et re-
calcitrauit: incrassatus impinguatus
dilatatus. Dereliquit deū factorem su-
um: et recessit a deo salutari suo. Pro-
uocauerūt eū in dijs alienis: ꝛ in abo-
minationibꝫ ad iracundiā cōcitaue-
runt. Immolauerūt demonijs et non
deo: dijs quos ignorabāt. Noui re-
centesq; uenerūt: quos nō coluerūt pa-
tres eorū. Deū q̄ te genuit dereliquisti:
et oblitus es dn̄i creatoris tui. Uidit
dn̄s et ad iracundiā cōcitatus ē: quia
prouocauerūt eū filij sui ꝛ filie. Et ait,
abscondam faciē meā ab eis: ꝛ cōside-
rabo nouissima eoꝝ. Generatio enim
peruersa ē: ꝛ infideles filij. Ipi me pro-
uocauerūt in eo qui non erat deus: et
irritauerunt ī uanitatibꝫ suis. Et ego
prouocabo eos ī eo q̄ nō est populus:
et in gente stulta irritabo illos. Ignis
succensus est in furore meo: ꝛ ardebit
usq; ad inferni nouissima. Deuora-
bitq; terrā cū germine suo: et montiū
fundamēta cōburet. Congregabo sup
eos mala: ꝛ sagittas meas complebo
in eis. Cōsumentur fame: ꝛ deuorabūt
eos aues morsu amarissimo. Dentes
bestiarū immittā in eos: cū furore tra-
hentiū sup terram atq; serpentiū. Fo-
ris uastabit eos gladius ꝛ intus pa-
uor: iuuenem simul ac uirginē lactentē
cum homine sene. Et dixi, ubi nam
sunt? cessare faciā ex hominibꝫ me-
moriā eoꝝ. Sed ꝓpter iram inimicoꝝ
distuli: ne forte superbirent hostes eoꝝ.
Et dicerent manus nr̄a excelsa: et nō
dn̄s fecit hec omnia. Gens absq; consi-
lio est et sine prudentia. utinā sape-
rent et intelligerēt: ac nouissima pro-
uiderent. Quomodo ꝑsequebat̄ unus
mille: ꝛ duo fugarent decē milia? Nō-
ne ideo quia deus suus uendidit eos:
et dn̄s conclusit illos? Nō enī ē deus
noster ut deus eoꝝ: ꝛ inimici nr̄i sunt
iudices. De uinea zodomoꝝ uinea eo-
rum: ꝛ de suburbanis gomorre. Uua
eoꝝ uua fellis: ꝛ botrus amarissimus.
Fel draconū uinū eoꝝ: ꝛ uenenū aspi-
dum insanabile. Nōne hec condita
sunt apud me: ꝛ signata in thesauris
meis? Mea ē ulcio ꝛ ego retribuā eis
in tempore: ut labatur pes eoꝝ. Iuxta
est dies ꝑditionis: ꝛ adesse festinant
tempora. Iudicabit dn̄s ꝑplm suū: et
in seruis suis miserebit̄. Uidebit q̄ in-
firmata sit manus: ꝛ clausi quoq; de-
fecerunt: residuiq; consumpti sunt. Et
dicent ubi sunt dij eoꝝ: in quibus ha-
bebant fiduciā. De quorū uictimis
comedebāt adipes: ꝛ bibebāt uinū liba-
minū. Surgant ꝛ opitulent̄ uobis: ꝛ
in necessitate uos protegāt. Uidete q̄
ego sim solus: ꝛ nō sit alius deus ꝑter
me. Ego occidam ꝛ ego uiuere faciā:
percuciam ꝛ ego sanabo: ꝛ non ē qui
de manu mea possit eruere. Leuabo ad
celum manū meam: et dicā uiuo ego

in eternū. Si acuero ut fulgur gladiū
meū: ⁊ arripuerit iudiciū manus mea.
Reddam ultionē hostibȝ meis: et hijs
qui oderunt me retribuā. Inebriabo
sagittas meas sanguine: ⁊ gladius
meus devorabit carnes. De cruore oc-
cisoꝝ: ⁊ de captiuitate nudati inimico-
rum capitis. Laudate gentes populū
eius: quia sanguinē servorū suorū ul-
ciscetur. Et vindictā retribuet i hostes
eoꝝ: ⁊ ppitius erit terre populi sui. Ve-
nit ergo moyses ⁊ locutus est omnia
verba cantici huius in auribus pplī:
ipse et iosue filius nun. Compleuitq;
om̄es sermones istos · loquens ad u-
niuersum israhel: ⁊ dixit ad eos. Poni-
te corda vestra i omnia verba mea · que
ego testificor vobis hodie: ut mande-
tis ea filijs vr̄is custodire ⁊ facere ⁊ im-
plere vniūsa q̄ scripta sūt i volumine
legis huius: quia nō incassum prece-
pta sunt vobis: sed ut singuli in eis
viuerent: que facientes lōgo tempore
pseueretis i terra ad quā iordane trās-
missō ingrediemini possidendā. Locu-
tusq; est dominus ad moysen in eadē
die dicens. Ascende in montem istum
abarim id ē transitū · in montē nebo
qui est in terra moab cōtra iericho: et
vide terram chanaan quā ego tradam
filijs israhel obtinendā: et morere in
monte. Quē conscendens iungeris po-
pulis tuis · sicut mortuus est aaron
frater tuus in monte hor et appositus
populis suis: q̄a puaricati estis con-
tra me in medio filiorum israhel ad a-
quas contradictionis in cades deser-
ti syn: ⁊ nō sanctificastis me inter filios
israhel. E contra videbis eam: ⁊ nō in-
grederis i eā: quā ego dabo filijs isrl.
Hec est benedictio. cap. xxxiii.
qua benedixit moyses homo dei
filios israhel ante mortem suā. Et ait.
Dominus de syna venit: ⁊ de seir or-
tus est nobis. Apparuit de mōte pha-
ran: et cū eo sanctorū milia. In dextera
ei⁹ ignea lex: dilexit populos. Om̄es
sancti i manu illius sunt: ⁊ qui appro-
pinquant pedibȝ eius · accipient de do-
ctrina illius. Legem p̄cepit nobis mo-
yses: hereditatem multitudinis iacob.
Erit apud rectissimū rex: congregatis
principibȝ populi cum tribubȝ israhel.
Viuat ruben ⁊ nō moriatur: ⁊ sit par-
uus in numero. Hec ē iude benedictio.
Audi domine vocē iude: ⁊ ad popu-
lum suū introduc eum. Manus eius
pugnabunt pro eo: ⁊ adiutor illius
contra aduersarios eius erit. Leui q̄ȝ
ait. Perfectio tua ⁊ doctrina tua a vi-
ro sancto tuo quē probasti i temptati-
one: ⁊ iudicasti ad aquas contradicti-
onis. Qui dixit patri suo et matri sue
nescio vos: et fratribȝ suis ignoro il-
los: ⁊ nescierūt filios suos. Hij custo-
dierunt eloquiū tuum · ⁊ pactum tuū
seruauerunt: iudicia tua o iacob: et le-
gem tuam o israhel. Ponent thimia-
ma in furore tuo: et olocaustū super
altare tuum. Benedic domine fortitu-
dini eius: et opera manuū illius susci-
pe. Percute dorsa inimicorū ei⁹: ⁊ qui
oderūt eum nō consurgant. Et benia-
min ait. Amantissimus dn̄i: habita-
bit confidenter in eo: quasi in thalamo
tota die morabit: ⁊ inter humeros il-
lius requiescet. Ioseph quoq; ait. De
benedictione domini terra eius: de po-
mis celi et rore atq; abisso subiacente:
De pomis fructuum solis ac lune: de
vertice antiquorū montiū: de pomis
collium eternorū: ⁊ de frugibus terre
et de plenitudine eius. Benedictio illi-
us qui apparuit in rubo veniat super

caput ioseph: et super verticem naza-
rei inter fratres suos. Quasi primo-
geniti thauri pulcritudo eius: cornua
rinocerotis cornua illius. In ipsis ven-
tilabit gentes usq; ad terminos terre.
Hee sunt multitudines ephraim: et
hec milia manasse. Et zabulon ait.
Letare zabulon in exitu tuo: et ysachar
in tabernaculis tuis. Populos voca-
bunt ad montem: ibi immolabunt
victimas iusticie. Qui inundacionem
maris quasi lac sugent: et thesauros
absconditos arenarum. Et gad ait.
Benedictus in latitudine gad. Quasi
leo requievit: cepitq; brachium et verti-
cem. Et vidit principatum suum quod
in parte sua doctor esset repositus: qui
fuit cum principibus populi et fecit
iusticias domini: et iudicium suum
cum israhel. Dan quoq; ait. Dan ca-
tulus leonis: fluet largiter de basan.
Et neptali dixit. Neptalim abundan-
tia perfruetur: et plenus erit benedicti-
onibus domini. Mare et meridiem
possidebit. Aser quoq; ait. Benedi-
ctus in filiis aser: sit placens fratri-
bus suis: et intinguat in oleo pedem
suum. Ferrum et es calciamentum e-
ius. Sicut dies iuventutis tue. ita et
senectus tua. Non est alius ut deus
rectissimi est. Ascensor celi auxiliator
tuus. Magnificentia eius discurrunt
nubes, habitaculum ei⁹ sursum et subter
brachia sempiterna. Eiciet a facie tua
inimicum: dicetq; conterere. Habitabit
israhel confidenter et solus. Ocul⁹ iacob in
terra frumenti et vini: celiq; caligabunt
rore. Beatus tu israhel. Quis similis
tui popule qui salvaris in domino.
Scutum auxilii tui: et gladius glorie
tue. Negabunt te inimici tui: et tu eo-
rum colla calcabis. cap. xxxiiii

Ascendit ergo moyses de campe-
stribus moab super montem ne-
bo in verticem phasga contra iheri-
cho: ostenditq; ei dominus omnem
terram galaad usq; dan. et universum
neptalim terramq; ephraim et manasse
et omnem terram usq; ad mare novis-
simum. et australem partem et latitu-
dinem campi iherico civitatis palma-
rum usq; segor. Dixitq; dominus ad
eum. Hec est terra pro qua iuravi a-
braham ysaac et iacob dicens. Semi-
ni tuo dabo eam. Vidisti eam ocu-
lis tuis: et non transibis ad illam. Mor-
tuusq; est ibi moyses servus domini
in terra moab iubente domino: et sepe-
livit eum in valle terre moab contra
phogor: et non cognovit homo se-
pulcrum eius usq; in presentem diem.
Moyses centum et viginti annorum erat
quando mortu⁹ est. Non caligavit oculus
ei⁹: nec dentes illi⁹ moti sunt. Fleverunt-
q; eum filii israhel in campestribus
moab triginta diebus: et completi sunt
dies planct⁹ lugentium moysen. Io-
sue vero filius nun repletus est spiritu
sapientie: quia moyses posuit super
eum manus suas. Et obedierunt ei
filii israhel: feceruntq; sicut precepit
dominus moysi. Et non surrexit pro-
pheta ultra in israhel sicut moyses quem
nosset dominus facie ad faciem in
omnibus signis atq; portentis que
per eum misit ut faceret in terra egipti
pharaoni et omnibus servis eius u-
niverseq; terre illi⁹: et cunctam manum
robustam magnaq; mirabilia que
fecit moyses coram universo israhel.

Explicit deuteronomium.

Incipit plogus bti iero. psbri in librū iosue.

Tandem finito pentatheuco
moysi velud grandi fenore
liberati ad ihesum filium
naue manū mittim⁹ quē
hebrei iosue benun id ē iosue filiū nun
vocāt: et ad iudicū librū quē sopthim
appellāt: ad ruth q3 et hester qs ijsdē
nominibus efferunt. Monemusq3 le-
ctorem ut siluā hebraicorū nominū
et distinctiones per mēbra diuisas di-
ligens scriptura cōseruet: ne et noster
labor et illius studiū pereat. Et ut in
pmis qd sepe testat⁹ sum sciat me nō
in reprehensionē veterū noua cudere
sicut amici mei criminantur: sed p virili
portione offerre lingue mee hominibus
qs tamē nr̄a delectāt: ut p grecorum exa-
plois q et sumptu et labore maximo in-
digēt: editionē nr̄am habeāt. Et sicubi
i antiquorum voluminum lectione du-
bitarint: hec illis cōferētes inueniant
qd requirunt: Maxime cū apud latinos
tot sint exemplaria quot codices: et v-
nusquisq3 p arbitrio suo vel addiderit
vel subtraxerit qd ei visū est: et vtiq3 nō
possit verū esse qd dissonat. Unde cesset
arcuato vulnere cōtra nos insurgere
scorpius: et sanctū op⁹ venenata carpe-
re lingua desistat: vel suscipiēs si placet
vel contēnēs si displicet: memineritq3
illorum versuū. Os tuū abundauit ma-
licia: et lingua tua concinnabat dolos. Se-
dēs aduersus fratrem tuū loquebaris: et
aduersus filiū matris tue ponebas scan-
dalū: hec fecisti et tacui. Existimasti in-
ique qd ero tui similis: arguā te et statuā
illa contra faciē tuā. Que enim audientis
vel legētis vtilitas ē nos laborādo su-
dare: et alios detrahendo laborare:
dolere iudeos qd calumniandi eis et
irridendi christianos sit ablata occa-
sio: et ecclesie homines id despicere
ymmo lacerare unde aduersarij torque-
antur: Quod si vetus eis tantū inter-
pretatio placet: q et michi nō displicet
et nichil extra recipiendū putāt: cur ea q
sub asteriscis et obelis vel addita sunt
vel amputata legūt et negligūt: Quare
danielē iuxta theodotionis trāslationē
ecclesie susceperūt: Cur origenē mirāt
et eusebiū pāphili: cūctas editiones si-
militer disserētes: Aut q fuit stulticia:
postq3 vera dixerit pferre q falsa sunt:
Unde aūt in nouo testamēto pbare
poterūt assumpta testimonia: q i libris
veteribus nō habentur: Hec dicim⁹: ne
omnino calūniantibus tacere videamur.
Ceterū post sancte paule dormitionē
cui⁹ vita virtutis exemplū est: et hos
libros quos eustochio virgini christi
negare nō potui: decreuim⁹ dū spirit⁹
hos regit artus pphetarum explanatio-
ni incūbere: et omissum iam diu opus
quodam postliminio repetere: preser-
tim cū et ammirabilis sanctusq3 vir
pammachius hoc idē litteris flagitet:
et nos ad patriā festinātes: mortiferos
syrenarum cāt⁹ surda debeam⁹ aure trāsire.

Explicit prologus. Incipit lib iosue. C.i.

Et factum ē post mor-
tem moysi serui dnī:
ut loqueret dns ad
iosue filiū num mi-
nistrum moysi: et di-
ceret ei. Moyses ser-
uus meus mortuus est. Surge et trāsi
iordanē istū tu et omnis pplūs tecum: in
terrā quā ego dabo filijs isrl. Omnē
locū quē calcauerit vestigiū pedis vri
vobis tradā: sicut locut⁹ sum moysi.
A deserto et libano vsq3 ad fluuium
magnū eufraten: omnis terra etheorū

usqȝ ad mare magnū contra solis oc-
casum erit terminus vester. Nullus poterit
vobis resistere cunctis diebus vite tue.
Sicut fui cum moyse ero et tecū: nō di-
mittā nec derelinquam te. Confortare
et esto robustus. Tu enim sorte divides
pplo huic terram: pro qua iuravi pa-
tribȝ tuis ut traderē eam illis. Confor-
tare igitur et esto robustus valde: ut
custodias et facias omnem legem quā
pcepit tibi moyses servus meus. Ne
declines ab ea ad dextram vel ad sini-
strā: ut intelligas cūcta que agis. Nō
recedat volumen legis huius de ore
tuo: sed meditaberis in eo diebus ac
noctibȝ: ut custodias et facias omnia
que scripta sunt in eo. Tunc diriges
viā tuā: et intelliges eā. Ecce precipio
tibi: cōfortare et esto robustus. Noli
metuere et noli timere: quoniā tecum
est dñs de⁹ tuus in omnibȝ ad quecūqȝ
perrexeris. Precepitqȝ iosue principibȝ
ppli dicēs. Trāsite per mediū castrorū:
et imperate pplo et dicite. Preparate
vobis cibaria: quoniā post diē terciū
transibitis iordanem: et intrabitis ad
possidendam terrā quā dñs de⁹ noster
datur⁹ est nobis. Rubenitis quoqȝ et
gadditis et dimidie tribui manasse a-
it. Mementote sermonis quē pcepit vo-
bis moyses famulus dñi dicēs. Dñs
deus vester dedit vobis requiē et om-
nem terrā. Uxores vre et filij ac iumen-
ta manebūt in terra: quā tradidit vo-
bis moyses trās iordanem. Vos autē
trāsite armati ante fratres vros omēs
fortes manu et pugnate pro eis donec
det requiem dñs fratribȝ vestris sicut
et vobis dedit: et possideāt ipi qȝ terrā
quam dñs deus vester datur⁹ est eis:
et sic revertemini ī terram possessionis
vre et habitabitis ī ea quā vobis dedit

moyses famulus dñi trans iordanem
contra solis ortum. Responderuntqȝ
ad iosue: atqȝ dixerunt. Omnia q̄ pre-
cepisti nobis faciem⁹: et quocunqȝ mi-
seris ibim⁹. Sicut obedivim⁹ in cun-
ctis moysi ita obediem⁹ et tibi: tantū
sit dñs deus tecum sicut fuit cū moyse.
Qui cōtradixerit ori tuo et nō obedie-
rit cūctis s̄monibȝ q̄s pceperis ei: mori-
atur. Tu tantū cōfortare: et viriliter age. C. II.
Misit igitur iosue filius nun de se-
thim duos viros exploratores
abscondite: et dixit eis. Ite et cōsidera-
te terrā: urbemqȝ iericho. Qui pergen-
tes ingressi sunt domum mulieris me-
retricis nomine raab: et quieverunt
apud eam. Nunciatumqȝ est regi ihe-
richo et dictum. Ecce viri ingressi sunt
huc p noctem de filijs israhel: ut explo-
rarent terrā. Misitqȝ rex ihericho ad
raab meretricem dicens. Educ viros
qui venerunt ad te: et ingressi sunt do-
mum tuā. Exploratores quippe sūt:
et omnē terram considerare venerunt.
Tollensqȝ mulier viros abscondit: et
ait. Fateor venerunt ad me: sed nescie-
bam unde essent. Cumqȝ porta claude-
retur in tenebris: et illi pariter exierūt:
nescio quo abierunt. Persequimini
cito: et comphendetis eos. Ipsa autem
fecit ascendere viros in solariū dom⁹
sue: operuitqȝ eos stipula lini q̄ ibi erat.
Hij aūt qui missi fuerant secuti sunt
eos p viam que ducit ad vadum ior-
danis: illisqȝ egressis statī porta clau-
sa est. Nec dū obdormierāt q̄ latebāt:
et ecce mulier ascendit ad eos: et ait.
Novi q dñs tradiderit vobis terram.
Etenī irruit in nos terror vester: et elan-
guerunt omēs habitatores terre. Au-
divim⁹ q siccaverit dñs aquas ma-
ris rubri ad vestrū introitum quādo

egressi estis ex egipto: ⁊ q̄ feceritis duo-
bus amorreorū regibus q̄ erāt trans
iordanen seon et og quos interfecistis.
Et hec audiētes ꝑtimuimꝰ ⁊ elanguit
cor nostrū: nec remāsit ī nobis spiritꝰ
ad introitū vestrum. Dñs enim deus
vester ipse ē deus in celo sursum: et in
terra deorsum. Nūc ergo iurate michi
per dñm ut quomodo ego misericor-
diā feci vobiscū: ita et vos faciatis cū
domo patris mei: detisq; michi verū
signū ut salvetis patrem meum ⁊ ma-
trē: fratres ac sorores meas: et omnia
que illoꝝ sunt: et eruatis animas no-
stras a morte. Qui respōderunt ei. A-
nima nr̄a sit pro vobis in mortem si
tamen non prodideris nos. Cumq;
tradiderit nobis dñs terrā: faciemus
in te misericordiā et veritatē. Dimisit
ergo eos ꝑ funē de fenestra. Domus
enī eius herebat muro. Dixitq; ad eos.
Ad montana conscendite ne forte oc-
currāt vobis revertentes: ibiq; latita-
te tribꝫ diebus donec redeāt: ⁊ sic ibitis
ꝑ viam vrām. Qui dixerunt ad eam.
Innoxii erimꝰ a iuramento hoc quo
adiurasti nos si ingrediētibus nobis
terram signū fuerit funiculus iste coc-
cineus et ligaveris eum in fenestra per
quā dimisisti nos: et patrē tuū ac ma-
trem fratresq; ⁊ omnem cognationem
tuā congregaveris in domum tuam.
Qui hostiū domꝰ tue egressus fuerit:
reus sibi erit. Sanguis ipsius erit in
caput eiꝰ: ⁊ nos erimus alieni. Cun-
ctorū aūt sanguis qui tecū in domo
fuerint redundabit ī caput nostrum:
si eos aliquis tetigerit. Quod si nos
prodere volueris et sermonem istum
proferre in mediū: erimꝰ mūdi ab hoc
iuramēto quo adiurasti nos. Et illa
respondit. Sicut locuti estis ita fiat.

Dimittensq; eos ut ꝑgerent: appēdit
funiculū coccineū in fenestra. Illi vero
ambulantes ꝑvenerūt ad montana:
et manserunt ibi tres dies donec rever-
terētur qui fuerāt ꝑsecuti. Querentes e-
nim ꝑ omnem viam nō repererūt eos.
Quibꝫ urbē ingressis: reversi sūt ⁊ descen-
derūt exploratores de mōte: ⁊ trāsmis-
so iordane venerūt ad iosue filiū nun:
narraveruntq; ei omnia q̄ acciderāt sibi:
atq; dixerūt. Tradidit dñs omnem ter-
rā hāc in manꝰ nr̄as: ⁊ timore ꝓstra-
ti sunt cuncti habitatores eiꝰ. Ca. iii.
Igitur iosue de nocte cōsurgens movit
castra: egredientesq; de sethim venerūt
ad iordanen ipse ⁊ omnes filii israhel:
et morati sunt ibi per tres dies. Quibꝫ
evolutis transierunt precones per ca-
strorum medium: ⁊ clamare ceperunt.
Quando videritis archam federis do-
mini dei vestri ⁊ sacerdotes stirpis le-
vitice portantes eā: vos quoq; cōsur-
gite ⁊ sequimini precedētes: sitq; inter
vos et archam spaciū cubitoꝝ duum
miliū: ut ꝓcul videre possitis ⁊ nosse
per quā viā ingrediamini: quia prius
nō ambulastis per eam: et cavete ne
appropinquetis ad archam. Dixitq;
iosue ad ppłm. Sanctificamini: cras
enim faciet dñs inter vos mirabilia.
Et ait ad sacerdotes. Tollite archam
federis: et ꝑcedite ppłm. Qui iussa com-
plentes tulerūt: et ambulaverūt ante
eos. Dixitq; dñs ad iosue. Hodie in-
cipiam exaltare te corā omni israhel:
ut sciant q̄ sicut cū moyse fui: ita ⁊ te-
cum sim. Tu autem ꝑcipe sacerdotibꝫ
qui portāt archam federis: et dic eis.
Cum ingressi fueritis partē aque ior-
danis: state in ea. Dixitq; iosue ad fi-
lios israhel: Accedite huc: et audite
verbum domini dei vestri. Et rursum

in hoc inquit scietis quod dominus deus viventis in medio vestri est: et disperdet in conspectu vestro chananeum et etheum eveum et pherezeum gergeseum quoque et iebuseum et amorreum. Ecce archa federis domini omnis terre antecedet vos per iordanem. Parate duodecim viros de duodecim tribubus israhel: singulos per singulas tribus. Et cum posuerint vestigia pedum suorum sacerdotes qui portant archam federis domini dei universe terre in aquis iordanis: aque que inferiores sunt decurrent atque deficient: que autem desuper veniunt in una mole consistent. Igitur egressus est populus de tabernaculis suis ut transiret iordanem: et sacerdotes qui portabant archam federis pergebant ante eum. Ingressisque eis iordanem et pedibus eorum in parte aque tinctis: iordanis autem ripas alvei sui tempore messis impleverat: steterunt aque descendentes in loco uno: et ad instar montis intumescentes apparebant procul ab urbe que vocatur adom usque ad locum sarthan: que autem inferiores erant in mare solitudinis quod nunc vocatur mortuum descenderunt usquequo omnino deficerent. Populus autem incedebat contra iordanem et sacerdotes qui portabant archam federis domini stabant super siccam humum in medio iordanis accincti: omnisque populus per arentem alveum transibat. Ca. iiii.

Quibus transgressis: dixit dominus ad iosue. Elige duodecim viros singulos per singulas tribus: et precipe eis ut tollant de medio iordanis alveo ubi steterunt pedes sacerdotum duodecim durissimos lapides quos ponetis in loco castrorum ubi fixeritis hac nocte tentoria. Vocavitque iosue duodecim viros quos elegerat de filiis israhel singulos de singulis tribubus: et ait ad eos. Ite ante archam domini dei vestri ad iordanis medium: et portate inde singuli singulos lapides in humeris vestris iuxta numerum filiorum israhel: ut sit signum inter vos. Et quando interrogaverint vos filii vestri cras dicentes quid sibi volunt isti lapides: respondebitis eis. Defecerunt aque iordanis ante archam federis domini cum transiret eum: idcirco positi sunt lapides isti in monimentum filiorum israhel usque in eternum. Fecerunt ergo filii israhel sicut precepit eis iosue portantes de medio iordanis alveo duodecim lapides ut dominus ei imperarat iuxta numerum filiorum israhel usque in locum in quo castrametati sunt: ibique posuerunt eos. Alios quoque duodecim lapides posuit iosue in medio iordanis alveo ubi steterunt sacerdotes qui portabant archam federis domini: et sunt ibi usque in presentem diem. Sacerdotes autem qui portabant archam stabant in iordanis medio donec omnia complerentur que iosue ut loqueretur ad populum preceperat dominus: et quod dixerat ei moyses. Festinavitque populus et transiit. Cumque transissent omnes transivit et archa domini: sacerdotes quoque pergebant ante populum. Filii quoque ruben et gad et dimidia tribus manasse precedebant fratres suos filios israhel sicut eis preceperat moyses: et quadraginta pugnatorum milia per turmas et cuneos incedebant per plana atque campestria urbis iericho. In illo die magnificavit dominus iosue coram omni israhel: ut timerent eum sicut timuerant moysen dum adhuc viveret. Dixitque ad eum. Precipe sacerdotibus qui portant archam federis: ut ascendant de iordane. Qui precepit eis dicens. Ascendite de iordane. Cumque

ascendissent portātes archam federis
domini et siccā humum calcare cepis-
sent · reuerse sunt aque ī alueum suū:
et fluebāt sicut ante cōsueuerant. Po-
pulus aūt ascendit de iordane decimo
die mensis primi: et castrametati sūt
in galgalis cōtra orientalē plagam
urbis iericho. Duodecim quoqz lapi-
des quos de iordanis alueo sumpse
rant posuit iosue ī galgalis: et dixit
ad filios isrl'. Quādo interrogauerint
filij vestri cras patres suos et dixerint
eis quid sibi volūt lapides isti: doce-
bitis eos atqz dicetis. Per arentem al-
ueum trāsiuit isrl' iordanem istū siccan-
te dn̄o deo nr̄o aquas eius in conspe-
ctu nr̄o donec trāsiremus sicut fecerat
prius ī mari rubro qd̄ siccauit donec
trāsirem⁹: ut discāt om̄es terraꝝ pp̄li
fortissimam manum dn̄i: ut et vos ti-
meatis dn̄m deū vr̄m om̄i tpe. cap. v.
Postq̄ ergo audierūt om̄es reges
amorreoꝝ qui habitabāt trans
iordanem ad occidentalem plagam et
cūcti reges chanaan qui ꝓpinqua pos-
sidebāt magni maris loca · qđ siccasset
dn̄s fluenta iordanis corā filijs isrl'
donec transirēt: dissolutū est cor eorū
et nō remansit ī eis spiritus: timentiū
introitū filioꝝ israhel. Eo tempore ait
dn̄s ad iosue. Fac tibi cultros lapide-
os: et circūcide secundo filios israhel.
Fecit quoqz qd̄ iusserat dominus: et
circūcidit filios isrl' in colle ꝓputiorū.
Hec autē causa ē secūde circūcisionis.
Omnis pp̄ls qui egressus ē de egipto
generis masculini uniuersi bellatores
viri mortui sunt in deserto ꝑ longissi-
mos vie circuit⁹ qui omnes circūcisi
erāt. pp̄ls autē qui natus est in deserto
per quadraginta annos itineris la-
tissime solitudinis incircumcisus fuit
donec cōsumerentur qui nō audierūt
vocem dn̄i: et quibz ante iurauerat ut
ostenderet eis terram lacte et melle ma-
nantem. Horꝝ filij in locū successerunt
patrū: et circūcisi sūt a iosue q̄a sicut
nati fuerāt in ꝓputio erant: nec eos in
via aliquis circūciderat. Postq̄ autē
omnes circūcisi sūt: manserūt in eodē
castroꝝ loco donec sanarentur. Dixitqz
dn̄s ad iosue. Hodie abstuli obpro-
brium egipti a vobis. Vocatumqz ē
nomē loci illi⁹ galgala usqz ī presen-
tem diem. Manserūtqz filij isrl' in gal-
galis: et fecerūt phase quartadecima
die mensis ad vesperū in campestribz
iericho: et comederūt de frugibus terre
die altero azimos panes et polentam
eiusdē āni. Defecitqz māna postq̄ com-
ederunt de frugibus terre: nec usi sunt
ultra cibo illo filij israhel: sed comede-
runt de frugibz presentis āni terre cha-
naan. Cum autem esset iosue in agro
urbis iericho leuauit oculos: et vidit
virū stantē cōtra se euaginatū tenentē
gladium: perrexitqz ad eum et ait. No-
ster es an aduersarioꝝ? Qui respōdit.
Nequaq̄: sed sum princeps exercitus
dn̄i: et nūc venio. Cecidit iosue pronus
in terrā: et adorās ait. Quid dn̄s me⁹
loquitur ad seruū suū? Solue inquit
calciamentum tuum de pedibus tuis.
Locus eni in quo stas sanct⁹ est. Fecit
qz iosue: ut sibi fuerat imperatū. ca. vi.
Iericho autem clausa erat atqz munita
timore filiorum israhel: et nullus au-
debat urbem ingredi uel egredi. Dixit
qz dominus ad iosue. Ecce dedi in ma-
nus tuas iericho et regē eius: om̄esqz
fortes viros. Circuite urbē cuncti bella-
tores semel per diem. Sic facietis sex
diebus. Septimo autē die sacerdotes
tollent septem bucinas quaꝝ usus est

in iubileo:et p̄cedent archam federis.
Septiesq̄ circuibitis ciuitatē: et sacer=
dotes clangēt bucinis. Cūq̄ insonu=
erit vox tube longior atq̄ concisior ⁊
in auribꝫ vestris increpuerit·cō clama=
bit om̄is popul⁹ vociferatione maxi=
ma:et muri funditꝰ corruēt ciuitatis:
ingredienturq̄ singuli per locū contra
quē steterint. Vocauit ergo iosue fili⁹
nun sacerdotes: ⁊ dixit ad eos. Tollite
archam federis: Et septem alij sacerdo=
tes tollant septem iubileoꝝ bucinas:
et incedāt ante archam domini. Ad
p̄plm quoq̄ ait. Ite:et circuite ciuitatē
armati precedentes archam domini.
Cumq̄ iosue verba finisset et septem
sacerdotes septem bucinis clangerent
ante archam federis dn̄i: om̄isq̄ p̄pls
precederet armat⁹ exercitus:reliquum
vulgus archam sequebat̄ ac bucinis
omnia cōcrepabant. Preceperat aūt
iosue p̄plo dicens. Non clamabitis:
nec audiet̄ vox vestra neq̄ vll⁹ sermo
ex ore vestro egredietur:donec veniat
dies in quo dicam vobis. Clamate
et vociferamini. Circuiuit ergo archa
dn̄i ciuitatē semel per diem:et reuersa
ē in castra mansit ibi. Igit̄ iosue de no=
cte consurgente tulerunt sacerdotes ar=
cham dn̄i: ⁊ septē ex eis septē bucinas
quarū in iubileo vsus est:p̄cedebātq̄
archā domini ambulātes atq̄ clan=
gentes: ⁊ armatus popul⁹ ibat ante
eos: vulgus aūt reliquū sequebatur
archā:et bucinis p̄sonabat. Circuie=
rūtq̄ ciuitatem scd̄o die semel:et reuer=
si sunt in castra. Sic fecerūt sex diebꝫ.
Die aūt septimo diluculo cōsurgētes:
circuierunt vrbem sicut dispositū erat
septies. Cumq̄ septimo circuitu clan=
gerēt bucinis sacerdotes:dixit iosue ad
omnem isrl̄. Vociferamini. Tradidit
enim vobis dn̄s ciuitatē. Sitq̄ ciuitas
hec anathema ⁊ omnia que in ea sūt
dn̄o. Sola raab meretrix viuat: cum
vniuersis qui cū ea in domo sūt. Ab=
scondit enī nuntios quos direximus.
Vos aūt cauete ne de hijs que p̄cepta
sūt vobis quippiā cōtingatis et sitis
p̄uaricationis rei: ⁊ om̄ia castra isrl̄
sub p̄cc̄o sint atq̄ turbent̄. Quicquid
aūt auri aut argenti fuerit et vasorū
eneorū ac ferri dn̄o consecretur: reposi=
tum in thesauris eius. Igit̄ omni po=
pulo vociferante ⁊ clangentibꝫ tubis
postq̄ ī aures multitudinis vox soni=
tusq̄ increpuit muri ilico corruerunt:
⁊ ascendit vnusquisq̄ p̄ locū qui ↄtra
se erat. Ceperūtq̄ ciuitatē: ⁊ interfecerunt
omnia que erant in ea a viro vsq̄ ad
mulierem: ab infante vsq̄ ad senem.
Boues quoq̄ et oues et asinos ī ore
gladij percusserunt. Duobꝫ aūt viris
qui exploratores missi fuerāt dixit io=
sue. Ingredimini domū mulieris me=
retricis et p̄ducite eā ⁊ om̄ia que illi⁹
sūt:sicut illi iuramento firmastis. In=
gressiq̄ iuuenes eduxerūt: raab ⁊ pa=
rentes ei⁹: fr̄es quoq̄ ⁊ cūctam supelle=
ctilē ac cognationē illi⁹: et extra castra
isrl̄ manere fecerūt. Vrbē aūt et om̄ia
q̄ inuenta sūt in ea succenderūt absq̄
auro et argento ⁊ vasis eneis ac ferro:
que in erariū dn̄i consecrarunt. Raab
vero meretricem et domum patris ei⁹
et omnia que habebat fecit iosue viue=
re:et habitauerūt in medio isrl̄ vsq̄ ī
p̄sentem diē:eo q̄ abscondit nūcios
quos miserat ut explorarent iericho.
In tempore illo imprecatus est iosue
dicens. Maledictus vir corā domino:
qui suscitauerit et edificauerit ciuitatē
iericho. In primogenito suo funda=
menta illius iaciat: et in nouissimo

liberorum ponat portas eius. Fuit
ergo dominus cum iosue: et nomen
eius vulgatū est in omni terra. ca. vii.
Filij autem isrl' preuaricati sunt
mādatum: et usurpauerunt de
anathemate. Nā achan filius charmi
filij zabdi filij zare de tribu iuda tulit
aliquid de anathemate. Iratusq; est
dn̄s contra filios israhel. Cūq; mitteret
iosue de iericho viros cōtra hay que
est iuxta bethauen ad orientalem pla-
gam oppidi bethel: dixit eis. Ascendi-
te: et explorate terrā. Qui precepta com-
plentes explorauerūt hay. Et reuersi
dixerūt ei. Non ascendat omnis pp̄ls:
sed duo uel tria milia viroꝝ pergant
et deleant ciuitatē. Quare omnis pp̄ls
frustra vexabitur contra hostes paucis-
simos? Ascenderunt ergo tria milia
pugnatorum. Qui statim terga ver-
tentes percussi sunt a viris urbis hay:
et corruerūt ex eis triginta et sex hoīes.
Persecutiq; sunt eos aduersarij de por-
ta usq; ad sabarim: et ceciderunt per
prona fugiētes. Pertimuitq; cor ppl'i:
et ad instar aque liquefactū est. Iosue
vero scidit vestimēta sua: et pronus cec-
dit in terrā coram archa domini usq;
ad vesperā: tam ipse q̄ omnes senes
isrl'. Miseruntq; puluerē super capita
sua, et dixit iosue. Heu dn̄e deus: Quid
voluisti traducere pp̄lm istū iordanem
fluuiū: ut traderes nos in manus a-
morrei et perderes? Utinā ut cepim⁹
mansissemus trans iordanem. Mi dn̄e
deus quid dicā: videns israhelem ho-
stibus suis terga vertentē? Audient
chananei et omnes habitatores terre:
et pariter conglobati circumdabunt
nos: atq; delebūt nomen nostrum de
terra. Et quid facies magno nomini
tuo? Dixitq; dn̄s ad iosue. Surge:
cur iaces pronus in terra? Peccauit isrl'
et preuaricat⁹ est pactū meum: tuleruntq;
de anathemate et furati sūt atq; men-
titi: et absconderūt inter vasa sua. Nec
poterit israhel stare ante hostes suos:
eosq; fugiet: quia pollutus est anathe-
mate. Non ero ultra vobiscum: donec
conteratis eum qui hui⁹ sceleris reus
est. Surge sanctifica pp̄lm: et dic eis.
Sanctificamini i crastinū. Hec enim
dicit dn̄s deus israhel. Anathema in
medio tui est israhel. Non poteris sta-
re corā hostibꝫ tuis: donec deleatur
ex te qui contaminat⁹ est hoc scelere. Ac-
cedetisq; mane singuli per tribꝫ vras:
et quācumq; tribū sors inuenerit. acce-
det p cognationes suas et cognatio
per domos domusq; per viros: et qui-
cumq; ille in hoc facinore fuerit depre-
hensus. comburetur igni cū omni sub-
stātia sua: qm̄ preuaricat⁹ est pactum
domini: et fecit nephas i isrl'. Surgēs
itaq; iosue mane. Applicauit isrl' per
tribus suas: et inuenta est tribꝫ iudā.
Que cum iuxta familias suas esset ob-
lata: inuenta est familia zare. Illam
quoq; per domos offerens reperit za-
bdi: cui⁹ domū in singulos diuidēs
viros inuenit achan filiū charmi filij
zabdi filij zare de tribu iuda. Et ait io-
sue ad achan. Fili mi da gloriā dn̄o
deo israhel et cōfitere: atq; indica michi
quid feceris, ne abscondas. Respondit
q; achan iosue: et dixit ei. Uere ego pec-
caui domino deo israhel: et sic et sic feci.
Uidi enī inter spolia palliū coccineū
valde bonū et ducētos siclos argenti
regulamq; aureā quiquaginta siclo-
rum: et concupiscēs abstuli et abscon-
di in terra contra medium tabernaculi
mei: argentumq; fossa humo operui.
Misit ergo iosue ministros; q̄ currētes

ad tabernaculū illius repererūt cuncta
abscōdita in eodē loco: et argentum
simul. Auferentesq; de tētorio tulerūt
ea ad iosue et ad omēs filios isrł:
proiecerūtq; ante dominū. Tollens
itaq; iosue achan filium zare· argen-
tumq; ⁊ palliū ⁊ auream regulam · fi-
lios quoq; et filias eius· boues et asi-
nos et oues ipmq; tabernaculū ⁊ cun-
ctam supellectilem ⁊ omnis israhel cū
eo: duxerunt eos ad vallem achor: vbi
dixit iosue. Quia turbasti nos: extur-
bet te dominus ī die hac. Lapidauit
q; eum omnis isrł: ⁊ cuncta que illius
erant igne cōsumpta sūt. Congrega-
uerūtq; sup eum aceruū magnū la-
pidum: qui permanet usq; in presen-
tem diem. Et auersus ē furor domini
ab eis. Vocatumq; est nomen loci il-
li⁹ vallis achor vsq; hodie. cap̄. viii.

Dixit autē dominus ad iosue. Ne
timeas · neq; formides. Tolle te-
cum omnem mltitudinē pugnatoꝝ:
et consurgens ascende in oppidū hay.
Ecce tradidi in manu tuam regem
eius et populū: urbemq; et terrā. Fa-
ciesq; urbi hay ⁊ regi eius: sicut fecisti ie-
richo et regi illi⁹. Predā vero ⁊ omīa
animantia diripietis vobis. Pone
insidias urbi post eā. Surrexitq; io-
sue et omīs exercitus bellatoꝝ cum eo:
ut ascenderēt in hay. Et electa triginta
milia viroꝝ fortiū misit nocte: prece-
pitq; eis dicēs. Ponite insidias post
ciuitatem. Nec longius recedatis: et
eritis omnes parati. Ego autē et reli-
qua multitudo que mecum est accen-
demus ex aduerso cōtra urbem. Cūq;
exierint cōtra nos sicut ante fecimus
fugiemus: et terga vertem⁹ donec per-
sequentes ab urbe ꝓtrahant̄ longius.
Putabūt enī nos fugere sicut prius.
Nobis ergo fugientibus et illis perse-
quentib; consurgetis de insidiis et va-
stabitis ciuitatē: tradetq; eā domin⁹
deus vester in manus vestras. Cumq;
ceperitis succendite eam, et sic omnia
facietis ut iussi. Dimisitq; eos et perre-
xerunt ad locum insidiaꝝ: sederuntq;
inter bethel et hay ad occidentalē pla-
gam urbis hay. Iosue autem nocte
illa in medio mansit ppli. Surgensq;
diluculo recensuit socios: et ascendit
cum senioribus in fronte exercit⁹: val-
latus auxilio pugnatoꝝ. Cūq; venis-
sent et ascendissent ex aduerso ciuitatis
steterūt ad septentrionalem urbis pla-
gam: inter quā et eos vallis erat me-
dia. Quinq; autem milia viros elege-
rat et posuerat in insidiis inter betha-
uen et hay ex occidentali parte eiusdē
ciuitatis: omīs vero reliquus exercit⁹
ad aquilonem aciem dirigebat: ita ut
nouissimi multitudinis occidētalem
plagam urbis attingerēt. Abijt ergo
iosue nocte illa: ⁊ stetit ī vallis medio.
Quod cum vidisset rex hay festinauit
mane: et egressus est cū omni exercitu
ciuitatis direxitq; aciem cōtra desertū:
ignorans ꝙ post tergum laterent in-
sidie. Iosue vero et omnis israhel ces-
serunt loco: simulātes metū et fugien-
tes per solitudinis viam. At illi voci-
ferātes pariter ⁊ se mutuo cohortātes:
ꝑsecuti sūt eos. Cumq; recessissent a ci-
uitate: et ne unus quidē in urbe hay
et bethel remansisset qui nō persequere-
tur israhel sicut eruperāt aperta op-
pida relinquentes: dixit dominus ad
iosue. Leua clipeum qui in manu tua
est contra urbem hay: quoniam tibi
tradā eam. Cumq; eleuasset clipeum
ex aduerso ciuitatis insidie q̄ latebāt
surrexerunt confestim: et pergentes ad

ciuitatem ceperūt: et succenderunt eam.
Viri autem ciuitatis qui psequebant
iosue respicientes et videntes fumum
urbis ad celū usq; cōscendere: nō potue-
rūt ultra huc illucq; diffugere: pserti
cum hii qui simulaverant fugam et
tendebant ad solitudinē: contra perse-
quētes fortissime restitissent. Videnq;
iosue et omnis israhel q capta esset
ciuitas et fumus urbis ascenderet: re-
uersus percussit viros hay. Siquidē
et illi qui ceperāt et succenderāt ciuita-
tem egressi ex urbe ꝯtra suos medios
hostiū ferire ceperūt. Cum ergo ex utra-
q; parte adversarii cederent ita ut nul-
lus de tanta multitudine saluaretur:
regem quoq; urbis hay apprehenderet
viuentē: et obtulerunt iosue. Igitur o-
mnibus interfectis qui israhelem ad de-
serta tendētes fuerant psecuti et in eodē
loco gladio corruentibus: reuersi filii
israhel percusserunt ciuitatē. Erant aūt
qui in eodē die conciderāt a viro usq;
ad mulierem: duodecim milia homi-
num omnes urbis hay. Iosue vero
non contraxit manū quā in sublime
porrexerat tenens clipeum: donec inter-
ficerent omnes habitatores hay. Iu-
menta aūt et predam ciuitatis diuise-
runt sibi filii israhel: sicut pceperat do-
minus iosue. Qui succendit urbē: et
fecit eam tumulū sempiternū. Regem
quoq; eius suspēdit in patibulo usq;
ad vesperam et solis occasum; prece-
pitq; iosue et deposuerunt cadaver ei9
de cruce: proiecerūtq; in ipso introitu
ciuitatis congesto super eum magno
aceruo lapidum qui pmanet usq; in
presentē diem. Tunc edificavit iosue
altare dn̄o deo isrl̄ in monte hebal:
sicut preceperat moyses famulus dn̄i
filiis israhel et scriptū est in volumine
legis moysi: altare de lapidib; impo-
litis quos ferrū non tetigit: et obtulit
sup eo olocaustum dn̄o: immolauit
q; pacificas victimas. Et scripsit iosue
sup lapides deutronomiū legis moy-
si: qd̄ ille digesserat corā filiis israhel.
Omnis autē ppl̄s et om̄es maiores
natu ducesq; ac iudices stabant ex u-
traq; parte arche in conspectu sacerdo-
tum qui portabāt archā federis dn̄i: ut
aduena ita et indigena. Media pars
eorū iuxta montem garizim et media
iuxta montem hebal: sicut preceperat
moyses famulus dn̄i. Et primū qui-
dem benedixit ppl̄o israhel: post hec le-
git om̄ia verba benedictionis et male-
dictionis et cūcta que scripta fuerant
in legis volumine. Nichil ex hiis que
moyses iusserat reliquit intactū: sed
uniuersa replicauit corā om̄i multitu-
dine isrl̄ mulierib; ac paruulis et ad-
uenis q̄ inter eos morabātur. ca. ix.
Quibus auditis: cūcti reges trās
iordanem qui versabātur ī mon-
tanis et campestrib; et maritimis ac
litore magni maris hii quoq; qui ha-
bitabāt iuxta libanū etheus et amor-
reus chananeus pherezeus et eueus et
iebuseus congregati sunt pariter: ut
pugnarent contra iosue et isrl̄ uno a-
nimo eademq; sentencia. At hii qui
habitabāt in gabaon audientes cun-
cta que fecerat iosue iericho et hay: et
callide cogitantes tulerūt sibi cibaria.
saccos veteres asinis imponētes et u-
tres vinarios scissos atq; cōsutos cal-
ciamentaq; perantiqua que ad indici-
um vetustatis pittaciis cōsuta erāt: in-
duti veteribus vestimētis; panes quoq;
quos portabant ob viaticū duri erāt
et in frusta comminuti. Perrexerūtq; ad
iosue qui tunc morabatur in castris

galgale et dixerūt ei atq; simul omni
israheli. De terra longinqua venim⁹:
pacē vobiscum facere cupiētes. Respon-
deruntq; viri isrl' ad eos: atq; dixerūt.
Ne forte in terra que nobis sorte debet
habitetis: et non possim⁹ fedus inire
vobiscū. At illi ad iosue: servi inqui-
unt tui sumus. Quibz iosue ait. Qui
nam estis vos: aut unde venistis? Re-
sponderūt de terra longinqua valde
venerūt servi tui: in nomine dñi dei tui.
Audivim⁹ enī famā potentie ei⁹: cun-
cta que fecit in egipto et duobz regibz
amorreorū qui fuerunt trās iordanem
seon regi esebon et og regi basan qui
erāt i astaroth: dixerūtq; nobis senio-
res et omnes habitatores terre nostre.
Tollite i manibus cibaria ob longis-
simam viam: et occurrite eis et dicite.
Servi vestri sum⁹: fedus inite nobiscū.
En panes quādo egressi sumus de do-
mibus nrīs ut venirem⁹ ad vos cali-
dos sumpsim⁹: nunc sicci facti sunt:
et vetustate nimia comminuti. Utres
vini novos implevim⁹: nūc rupti sūt
et soluti. Vestes et calciamenta quibz
induimur et que habem⁹ in pedibus
ob longitudinē lōgioris vie trita sūt:
et pene consumpta. Susceperūt igitur
de cibariis eoꝝ: et os dñi non interro-
gaverunt. Fecitq; iosue cū eis pacem:
et inito federe pollicit⁹ est ut non occi-
derentur. Principes quoq; multitudi-
nis iuraverūt eis. Post dies aūt tres
initi federis audierūt q in vicino ha-
bitarent: et inter eos futuri essent. Mo-
veruntq; castra filii isrl': et venerunt in
civitates eoꝝ die tercia: quarū hec vo-
cabula sunt: gabaon et caphira et be-
roth et cariathiarim. Et non percusse-
runt eos: eo q iurassent eis principes
multitudinis in noīe domini dei isrl'.

Murmuravit itaq; oīne vulgus cōtra
principes israhel. Qui respōderūt eis.
Iuravim⁹ eis in noīe domini dei isrl':
et idcirco nō possumus eos cōtingere.
Sed hoc faciem⁹ eis. Reservent quidē
ut vivant ne cōtra nos ira dñi concite-
tur si peieraverim⁹: sed sic vivāt: ut in
usus universe multitudinis ligna ce-
dant aquasq; comportent. Quibus
hec loquētibus vocavit gabaonitas
iosue: et dixit eis. Cur nos decipere frau-
de voluistis: ut diceretis procul valde
habitamus a vobis cū in medio nrī
sitis? Itaq; sub maledictione eritis: et
nō deficiet de stirpe vestra ligna cedēs
aquasq; comportās in domū dei mei.
Qui respōderunt. Nūciatum est nobis
servis tuis que pmisisset dñs deus tu-
us moysi servo suo: ut traderet vobis
omnem terrā: et disperderet cūctos ha-
bitatores ei⁹. Timuim⁹ igit valde et
providimus animabus nrīs vestro
terrore cōpulsi: et hoc cōsiliū inivim⁹.
Nunc autem in manu tua sum⁹: qd
tibi bonum et rectum videtur fac no-
bis. Fecit ergo iosue ut dixerat: et libe-
ravit eos de manibus filiorū isrl': ut
nō occiderentur. Decrevitq; in illo die
eos esse i ministerio cuncti populi et al-
taris domini cedentes ligna et aquas
comportantes: usq; in presens temp⁹
in loco quem dominus elegisset. ca. x.

Que cū audisset adonisedech rex
iherusalē q scilicet cepisset iosue
hay et subvertisset eā: sicut enim fecerat
iericho et regi eius sic fecit hay et regi
illius: et q trāsfugissent gabaonite ad
israhel et essent federati eoꝝ: timuit val-
de. Urbs enī magna erat gabaon et
una civitatū regaliū: et maior oppido
hay: omnesq; bellatores eius fortissimi.
Misit ergo adonisedech rex iherusalē

ad oham regē hebron et ad pharan
regem ierimoth : ad iaphie quoq; re-
gem lachis et ad dabir regē eglon di-
cens . Ad me ascendite et ferte p̄sidiū
ut expugnemus gabaon: quare trans-
fugerit ad iosue ⁊ ad filios isrl' . Con-
gregati igit' ascenderūt quinq; reges
amorreoꝝ: rex ierusalē rex hebron rex
ierimoth rex lachis rex eglon simul
cū exercitibus suis: ⁊ castra metati sūt
circa gabaon oppugnantes eam. Ha-
bitatores aūt gabaon urbis obsesse
miserūt ad iosue qui tūc morabatur
in castris apud galgalā : et dixerūt ei.
Ne retrahas manus tuas ab auxilio
servoꝝ tuorum. Ascende cito et libera
nos: ferq; p̄sidiū . Conuenerūt enī ad-
versum nos om̄es reges amorreoꝝ:
q̄ habitāt in mōtanis. Ascenditq; io-
sue de galgalis et omnis exercit⁹ bel-
latorū cum eo viri fortissimi. Dixitq;
dn̄s ad iosue. Ne timeas eos. In ma-
nus enim tuas tradidi illos . Null⁹
enim ex eis tibi resistere poterit. Irruit
itaq; iosue sup eos repente : tota no-
cte ascendens de galgalis: Et contur-
bavit eos dn̄s a facie israhel: contriuit
q; plaga magna in gabaon · ac perse-
cut⁹ est eos per viam ascensus betho-
ron: et percussit usq; azecha et maceda.
Cumq; fugerent filios israhel et essent
in descensu bethoron : dn̄s misit sup
eos lapides magnos de celo usq; ad
azecha. Et mortui sunt multo plures
lapidibus grādinis: q̄ quos gladio
percusserāt filij israhel . Tunc locut⁹ est
iosue dn̄o in die qua tradidit amorre-
um in conspectu filioꝝ israhel: dixitq;
corā eis . Sol contra gabaon ne mo-
uearis: et luna contra vallem aialon.
Steteruntq; sol et luna: donec ulcisceret̄
se gens de inimicis suis. Nōne scriptū
est hoc in libro iustorū ? Stetit itaq;
sol in medio celi : et non festinauit oc-
cumbere spacio unius diei . Non fuit
ante et postea tam longa dies obedi-
ente dn̄o voci hoīs: et pugnāte pro is-
rahel . Reversusq; est iosue cū om̄i isrl'
in castra galgale. Fugerāt enī quinq;
reges: et se absconderāt in spelunca ur-
bis macedā. Nunciatūq; est iosue q
inventi essent quinq; reges: latētes in
spelunca urbis maceda. Qui precepit
socijs et ait. Voluite saxa ingētia ad
os spelunce · et ponite viros industri-
os qui clausos custodiant. Vos aūt
nolite stare: sed p̄sequimini hostes: ⁊
extremos quosq; fugientiū cedite. Ne
dimittatis eos urbiū suarum intrare
presidia : quos tradidit dn̄s deus in
manus vestras. Cesis ergo adūsarijs
plaga magna ⁊ usq; ad internecionē
pene consumptis: hij qui israhel effu-
gere potuerunt ingressi sunt civitates
munitas. Reversusq; est om̄is exercit⁹
ad iosue in maceda ubi tunc erant ca-
stra: sani ⁊ integro numero. Nullusq;
cōtra filios isrl' mutire ausus est. Pre-
cepitq; iosue dicens . Aperite os spe-
lunce: et p̄ducite ad me quinq; reges
qui in ea latitāt. Fecerūtq; ministri ut
sibi fuerat imperatū: et adduxerūt ad
eum quinq; reges de spelunca: regem
iherusalem regem hebron regem ieri-
moth regē lachis regem eglon . Cūq;
educti essent ad eū vocauit omnes vi-
ros israhel: et ait ad principes exercit⁹
qui secum erāt. Ite et ponite pedes sup
colla regū istoꝝ. Qui cū perrexissent et
subiectorū colla pedibus calcārēt: rur-
sum ait ad eos. Nolite timere nec pa-
ueatis : confortamini et estote robusti.
Sic enim faciet dn̄s cūctis hostibus
vestris : adversum quos dimicabitis.

Percussitq; iosue ⁊ interfecit eos: atq;
suspendit sup quinq; stipites: fuerunt
q; suspensi usq; ad vesperū. Cumq; oc-
cumberet sol p̄cepit sociis ut depone-
rent eos de patibulis; qui depositos
proiecerūt in speluncā in qua latuerāt:
et posuerūt super os eius saxa ingen-
tia que pmanent usq; in presens. Eo-
dem die macedā quoq; cepit iosue et
percussit in ore gladii: regēq; illius in-
terfecit: ⁊ omnes habitatores ei⁹. Nō
dimisit in ea saltem paruas reliquias.
Fecitq; regi maceda: sicut fecerat regi
iericho. Transiuit cū omni isrl' de ma-
ceda in lebna et pugnabat ɔtra eam:
quā tradidit dn̄s cum rege suo i ma-
nus israhel. Percusseruntq; urbē in ore
gladii: et omnes habitatores ei⁹. Nō
dimiserunt in ea ullas reliquias. Fe-
ceruntq; regi lebna: sicut fecerant regi
iericho. De lebna transiuit in lachis
cū omni israhel: et exercitu per girum
disposito oppugnabat eā: tradiditq;
dn̄s lachis in manus filiorū isrl' et ce-
pit eā die altero: atq; pcussit in ore gla-
dii omnēq; animā que fuerat in ea si-
cut fecerat lebnā. Eo tēpore ascendit
iram rex gazer ut auxiliaret lachis:
quē percussit iosue cū omni pplo eius
usq; ad internecionē. Transiuitq; de
lachis i eglon: et circūdedit atq; expu-
gnauit eā in eadē die: pcussitq; in ore
gladii omnes animas que erāt in ea
iuxta om̄ia que fecerat lachis. Ascen-
dit quoq; cū om̄i isrl' de eglon i ebron
et pugnauit ɔtra eā: cepitq; et pcussit
in ore gladii, regē quoq; eius ⁊ om̄ia
oppida regionis illius uniuersasq; a-
nimas que in ea fuerant commorate.
Nō reliquit i ea ullas reliquias. Si-
cut fecerat eglon sic fecit et ebron: cun-
cta que in ea reperit consumēs gladio.
Inde reuersus in dabir cepit eā atq;
vastauit: regē quoq; eius atq; om̄ia
per circuitū oppida pcussit in ore gla-
dii. Nō dimisit in ea ullas reliquias.
Sicut fecerat ebron ⁊ lebna ⁊ regibus
earū: sic fecit dabir et regi illi⁹. Percus-
sit itaq; iosue omnem terrā montanā
et meridianā atq; campestrem: et ase-
doth cū regibus suis. Nō dimisit in
ea ullas reliquias: sed om̄e qđ spira-
re poterat interfecit sicut preceperat ei
domin⁹ deus israhel; a cades barne
usq; ad gazam. Omnē terram gosen
usq; gabaon uniuersosq; reges et re-
giones eorū uno impetu cepit atq; va-
stauit. Dominus eni deus isrl' pugna-
uit p eo. Reuersusq; est cū om̄i israhel
ad locum castrorū in galgala. Ca. xi.

Que cū audisset iabin rex asor mi-
sit ad iobab regem madon et ad
regem semeron atq; ad regē achsaph:
ad reges qq; aquilonis qui habitabāt
in montanis et in planicie ɔtra meri-
diem cenoroth: in campestrib; quoq;
et regionibus dor iuxta mare: chana-
neum quoq; ab oriente et occidente ⁊
amorreū atq; etheum ac pherezeum ⁊
iebuseū in mōtanis: eueū quoq; qui
habitabat ad radices hermon in terra
masphe. Egressiq; sūt om̄es cū turmi⁹
suis: pplś multus nimis sicut harena
que est in litore maris: equi quoq; et
currus immense multitudinis. Conue-
neruntq; omnes reges isti in unū ad a-
quas merom: ut pugnarent cōtra isrl'.
Dixitq; dn̄s ad iosue. Ne timeas eos.
Cras enim hac eadē hora ego tradā
omnes istos vulnerādos in cōspectu
israhel. Equos eorū subneruabis: et
curr⁹ igne combures. Venitq; iosue ⁊
om̄is exercit⁹ eius cū eo aduersus illos
ad aquas merom subito: ⁊ irruerunt

sup eos: tradiditq; illos dñs in ma-
nus israhel. Qui percusserunt eos et per-
secuti sūt usq; ad sydonem magnā ⁊ a-
quas masserephot: campumq; masphe
qui est ad orientalem illius partē. Ita-
q; percussit omēs: ut nullas dimitteret
ex eis reliquias. Fecitq; sicut p̄ceperat
ei dñs. Equos eoꝝ subnervavit: cur-
rusq; combussit igni. Reversusq; sta-
tim cepit asor: et regē eius percussit gla-
dio. Asor enim antiquitꝰ inter omnia
regna hec principatū tenebat. Percus-
sitq; omnes animas que ibidē mora-
bātur. Nō dimisit in ea ullas reliqui-
as sed usq; ad internecionē universa
vastavit: ipsamq; urbē peremit incen-
dio: et omēs per circuitū civitates. Re-
ges quoq; earū cepit percussit atq; dele-
vit: sicut p̄ceperat ei moyses famulus
dñi. Absq; urbibꝫ que erāt in collibus
⁊ in tumulis site ceteras succendit isrl':
unā tantū asor munitissimā flāma
cōsumpsit. Omnēq; predā istaꝝ urbi-
um ac iumenta diviserūt sibi filij isra-
hel: cūctis hominibus interfectis. Si-
cut p̄ceperat dñs moysi servo suo. ita
p̄cepit moyses iosue: et ille universa
complevit. Nō preterijt de universis
mandatis: nec unū quidē verbū qđ
iusserat dñs moysi. Cepit itaq; iosue
omnem terrā montanā et meridianā
terrāq; gosen et planiciē et occidenta-
lem plagam mōtemq; israhel et cam-
pestria eius et partē montis que ascen-
dit seir usq; baalgath per planiciē li-
bani subter montem hermon: omnes
reges eoꝝ cepit percussit et occidit. Mul-
to tempore pugnavit iosue contra reges
istos. Non fuit civitas que se nō tra-
deret filijs isrl' preter eveum qui habi-
tabat in gabaon. Omēs enim bellan-
do cepit. Domini enī sententie fuerat:

ut indurarent̄ corda eoꝝ ⁊ pugnarēt
contra isrl' et caderēt ⁊ non mererentur
ullā clementiā: ac perirēt sicut p̄ceperat
dñs moysi. In tēpore illo venit iosue
et interfecit enachim de mōtanis ebron
et dabir et anab et de omī monte iu-
da et israhel: urbesq; eoꝝ delevit. Nō
reliquit ullū de stirpe enachim in terra
filioꝝ isrl': absq; civitatibꝫ gaza ⁊ geth
et azoto in quibus solꝰ relicti sūt. Ce-
pit ergo iosue omnem terrā sicut locutꝰ
est dñs ad moysen: et tradidit eam in
possessionē filijs isrl' secūdum partes
⁊ tribus suas: quievitq; terra a prelijs.
¶ Hij sunt reges quos percusserunt filij Capl'm xij
isrl' et possederūt terrā eorū trans iorda-
nem ad solis ortum. a torrente arnon
usq; ad montem hermō: et omnem ori-
entalem plagā que respicit solitudinē.
Seon rex amorreoꝝ qui habitavit in
esebon dominatꝰ est ab aroer que sita
est sup ripā torrentis arnon: et medie
partis i valle. dimidieq; galaad usq;
ad torrentem iabor: qui est terminus
filioꝝ ammon: ⁊ a solitudine usq; ad
mare cenereth contra orientē. et usq; ad
mare deserti qđ est mare salsissimum:
ad orientalem plagā per viā que du-
cit bethsimoth et ab australi parte q̄
subiacet asedoth phasga terminus
og regis basan de reliquijs raphaim
qui habitavit in astaroth ⁊ in edrai:
et dominatꝰ est i mōte hermon ⁊ in sa-
lacha atq; i universa basan usq; ad ter-
minos gessuri et machati et dimidie
partis galaad terminos seon regis ese-
bon. Moyses famulꝰ dñi ⁊ filij isrl' per-
cusserūt eos: tradiditq; terrā eoꝝ moy-
ses in possessionem rubenitis et gad-
ditis ⁊ dimidie tribui manasse.
Hij sunt reges terre quos percussit
iosue ⁊ filij israhel trans iordanem

ad occidentalem plagā abaalgad in
campo libani usq; ad montē libani:
cuius pars ascendit in seir. Tradidit
q; eam iosue in possessionē tribubus
isrl' singulis partes suas · tam ī mon-
tanis q̄ in planis atq; cāpestrib;. In
asseroth et in solitudine ac in meridie.
etheus fuit ⁊ amorreus chananeus et
pherezeus eueus et iebuse⁹. Rex iericho
unus. Rex hay que est ex latere bethel
unus. Rex ierusalē un⁹. Rex ebron u-
nus. Rex ierimoth un⁹. Rex lachis u-
nus. Rex eglon un⁹. Rex gazer unus.
Rex dabir un⁹. Rex gader un⁹. Rex her-
ma unus. Rex hereth un⁹. Rex lebna
unus. Rex odollam un⁹. Rex maceda
unus. Rex bethel un⁹. Rex taphua un⁹.
Rex ofer unus. Rex affec unus. Rex sa-
ron un⁹. Rex madan unus. Rex asor
unus. Rex semeron un⁹. Rex acsaph
unus. Rex thenach un⁹. Rex mageddo
un⁹. Rex cedes un⁹. Rex iachanan car-
meli un⁹. Rex dor et puincie dor unus.
Rex gentiū galgal un⁹. Rex thersa un⁹.
Omnes reges triginta un⁹. Ca. XIII.
Iosue uero senex prouectēq; etatis erat:
et dixit dñs ad eū. Senuisti et longe-
uus es terraq; latissima derelicta est q̄
necdum sorte diuisa est: ⁊ oīs uide-
licet galilea philistijm ⁊ uniūsa gessu-
ri · a fluuio turbido qui irrigat egiptū.
usq; ad terminos accaron ↄtra aqui-
lonem: terra chanaan que in quinq; re-
gulos philistijm diuidit · gazeos et
azotios ascalonitas getheos ⁊ accaro-
nitas. Ad meridiem uero sunt euei:
oīs terra chanaan ⁊ maara sidoni-
orum usq; afeca · ⁊ terminos amorrei
eiusq; cōfinia: libani quoq; regio con-
tra orientem abaalgad sub monte
hermon donec ingrediaris emath · o-
mnium qui habitabant in monte a

libano usq; ad aquas masserephot uni-
uersiq; sidonij. Ego sum qui delebo eos
a facie filior; isrl'. Ueniat ergo in parte
hereditatis isrl' sicut p̄cepi tibi. Et nūc
diuide terrā in possessionē nouē tribu-
bus ⁊ dimidie tribui manasse: cū qua
ruben ⁊ gad possederūt terrā quā tradi-
dit eis moyses famul⁹ domini · trans
fluenta iordanis ad orientalē plagā.
ab aroer que sita est in ripa torrentis
arnon · ⁊ in uallis medio: uniuersaq;
cāpestria medaba usq; dibon · et cun-
ctas ciuitates seon regis amorrei · qui
regnauit in esebon usq; ad terminos
filior; ammon: ⁊ galaad ac terminum
gessuri et machati et omnē montem
hermon et uniuersam basan usq; sa-
lecha · oīne regnū og in basan qui re-
gnauit ī astaroth ⁊ edrai ipse fuit de re-
liquijs raphaim: percussitq; eos moyses
atq; deleuit. Noluerūtq; disperdere fi-
lij isrl' gessuri et machati: et habitaue-
runt in medio isrl' usq; in p̄sentem diē.
Tribui aūt leui nō dedit possessionem.
sed sacrificia et uictime dñi dei israhel
ipa est eius hereditas · sicut locut⁹ est
illi. Dedit ergo moyses possessionem
tribui filior; ruben iuxta cognationes
suas. Fuitq; terminus eor; ab aroer
que sita est in ripa torrentis arnon · et
in ualle eiusdem torrentis media · uni-
uersam planiciem que ducit medaba
et esebon · cūctosq; uiculos ear; qui sūt
in campestribus: dibon quoq; et aba-
mothbaal et oppidū baalmaon ⁊ gel-
sa et cedimoth et mephet · et cariath-
aim et sabama ⁊ sarathsar · in mōte
cōuallis bethfogor et asedoth · phasga
et bethaiesimoth oēs urbes campe-
stres · uniuersaq; regna seon regis a-
morrei · qui regnauit ī esebon · quē per-
cussit moyses cū principib; madian:

cui et recem et sur et ur et rebee duces
seon habitatores terre: ⁊ balaam filiū
beor ariolū occiderūt filij isrl̄ gladio
cū ceteris interfectis: factusq; est terminꝰ
filioꝝ ruben iordanis fluuius. hec est
possessio rubenitaꝝ per cognationes
suas urbiū ⁊ viculoꝝ. Deditq; moyses
tribui gad et filijs eius per cognatio-
nes suas possessionē: cuiꝰ hec diuisio
est. Terminꝰ gazer et omnes ciuitates
galaad et dimidiā partem terre filioꝝ
ammon: usq; ad aroer que est contra
rabba: et ab esebon usq; ad ramoth-
masphe ⁊ bathanim ⁊ amanaim usq;
ad terminos dabir. In valle quoq;
betharan et bethnemra et socoth et
saphon reliquā partē regni seon regis
esebon. Huiꝰ quoq; finis iordanis ē
usq; ad extremā partē maris chenereth
trās iordanem ad orientalem plagā.
Hec est possessio filioꝝ gad p familias
suas et ciuitates ⁊ ville earum. Dedit
q; dimidie tribui manasse filijsq; eius
iuxta cognationes suas possessionē:
cuiꝰ hoc principiū est. Amanaim: v-
niuersam basan et cūcta regna og re-
gis basan: omnesq; vicos iahir qui sūt
in basan sexaginta oppida: ⁊ dimidi-
am partē galaad et astaroth ⁊ edray
urbes regni og ī basan: filijs machir
filij manasse dimidie parti filiorum
machir iuxta cognatōnes suas. Hāc
possessionē diuisit moyses in campe-
stribus moab trans iordanen cōtra
iericho ad orientalē plagam. Tribui
aūt leui nō dedit possessionem: quo-
niam dominus deus israhel ipse est
possessio eiꝰ: ut locutus ē illi. ca. xiiii.

Hoc est quod possederūt filij isrl̄
in terra chanaan: quā dederūt
eis eleazar sacerdos et iosue filiꝰ nun
et principes familiaꝝ per tribus isrl̄:
sorte omnia diuidentes sicut p̄ceperat
dn̄s in manu moysi: nouem tribubꝫ
⁊ dimidie tribui. Duabus enī tribubꝫ
et dimidie dederat moyses trans ior-
danen possessionem absq; leuitis: qui
nichil terre acceperūt inter fratres suos:
sed in eoꝝ successerant locū filij ioseph:
in duas diuisi tribus manasse ⁊ effra-
im. Nec acceperūt leuite aliam in terra
partē nisi urbes ad habitandū: et sub
urbana eaꝝ ad alenda iumēta et peco-
ra sua. Sicut p̄ceperat dn̄s moysi: ita
fecerunt filij israhel et diuiserūt terram.
Accesserūt itaq; filij iuda ad iosue in
galgala: locutusq; ē ad eū caleph filiꝰ
iephone cenezeus. Nosti quid locutus
sit dn̄s ad moysen hominē dei de me
et te in cadesbarne. Quadraginta an-
norum eram quādo misit me moyses
famulus dn̄i de cadesbarne ut consi-
derarē terrā: nunciauiq; ei qđ michi ve-
rum videbatur. Fratres aūt mei qui
ascenderāt mecū dissoluerūt cor p̄pli: ⁊
nichilominus ego secutus sum dn̄m
deum meum. Iurauitq; moyses in
die illo dicens. Terra quā calcauit pes
tuus erit possessio tua et filioꝝ tuorū
ineternū: quia secutꝰ es dn̄m deum tuū.
Concessit ergo dn̄s vitam michi sicut
pollicitꝰ est usq; in p̄sentem diē. Qua-
draginta et quinq; anni sunt ex quo
locutus ē dn̄s verbum istud ad moy-
sen: quando ambulabat israhel per so-
litudinem. Hodie octogintaquinq; an-
norū sum sic valens ut eo valebā tp̄e
quādo ad explorādū missus sū. Illius
in me tēporis fortitudo usq; hodie per-
seuerat: tam ad bellandū q̄ ad gradi-
endum. Da ergo michi mōtem istum
quē pollicitus ē dominus te quoq; au-
diente: ī quo enachim sūt et urbes ma-
gne atq; munite: si forte sit dominus

meũ et potuero delere eos · sicut pro=
misit michi. Benedixitq; ei iosue ⁊ tra=
didit ei ebron ī possessionē: atq; ex eo
fuit ebron caleph filio iephone cene=
zeo usq; in p̄sentem diem: quia secut⁹
est dominum deum israhel. Nomen
ebron antea vocabatur cariatharbe.
Adam maxim⁹ ibi inter enachim sit⁹
est; et terra cessauit a prelijs. ca. xv.
Igitur sors filiorū iude per cognaciones
suas ista fuit; a termino edom usq; ad
desertū syn contra meridiem · ⁊ usq; ad
extremā partē australis plage. Iniciū
eius a summitate maris salsissimi · et
a lingua eius que respicit meridiē: e=
greditur; contra ascensum scorpionis
et ptransit in syna · ascenditq; in cades=
barne · et puenit in esrom · ascendens
ad daram · et circuiens cariacaa atq;
inde pertransiens in asemona · et per=
ueniens ad torrentē egipti: eruntq; ter=
mini eius mare magnū. Hic erit finis
meridiane plage. Ab oriēte vero erit
iniciū mare salsissimum usq; ad extre=
ma iordanis · et ea que respiciunt ad
aquilonē a lingua maris usq; ad e=
undem iordanē fluuium: ascenditq;
terminus in bethagla · et transit ab a=
quilone in betharaba · ascendens ad
lapidem boem filij ruben · et tendens
usq; ad terminos debera · de valle achor
contra aquilonē respiciens galgala ·
q̄ est ex aduso ascensionis adommim
ab australi parte torrentis · transitq;
aquas que vocātur fons solis · ⁊ erūt
exitus ei⁹ ad fontē rogel: ascenditq; p
conuallem filij ennon ex latere iebusei
ad meridiē · hec est iherusalē: et inde se
erigens ad verticē mōtis qui est contra
ieennon ad occidentē · in summitate
uallis raphaim contra aquilonē: per=
trāsitq; a vertice mōtis usq; ad fontē

aque nepthoa · et puenit usq; ad vicos
montis ephron: inclinaturq; in bala
que est cariathiarim · id est urbs silua=
rum: et circuit de bala cōtra occidentē
usq; ad mōtem seir: transitq; iuxta la=
tus montis iarim ad aquilonem in
cheslon ⁊ descendit in bethsames · tran=
sitq; in thamna ⁊ puenit contra aqui=
lonē partis accaron ex latere: inclina=
turq; sechrona et trāsit montem baala ·
puenitq; in iebneel · et magni maris
cōtra occidentē fine concludit. Hij sūt
termini filiorū iuda per circuitū in co=
gnationibus suis. Caleph vero filio
iephone dedit partē in medio filiorū
iuda sicut p̄ceperat ei dn̄s · cariatharbe
patris enach ipa est ebron; deleuitq;
ex ea caleph tres filios enach · sesai et
hayman ⁊ tholmai de stirpe enach: atq;
inde cōscendēs venit ad habitatores da=
bir q̄ pri⁹ vocabat̄ cariathsepher · id est
ciuitas litterarū. Dixitq; caleph. Qui
pcusserit cariathsepher · ⁊ ceperit eā dabo
ei axam filiā meā uxorem. Cepitq; eā
othoniel filius cenez frater caleph iu=
nior: deditq; ei axam filiā suā uxorem.
Quā cū pgerēt simul suasit ei vir eius
ut peteret a patre suo agrū; suspirauit
q; ut sedebat ī asino. Cui caleph quid
habes inquit? At illa respondit. Da
michi benedictionē. Terrā australem
et arentē dedisti michi · iunge ⁊ irriguā.
Dedit itaq; ei caleph irriguū superius
et inferius. Hec est possessio tribus fili=
orum iuda per cognaciones suas: erāt=
q; ciuitates ab extremis partibus filiorū
iuda · iuxta terminos edom a meridie ·
cabseel et eder ⁊ iagur et cina ⁊ dimo=
na ⁊ adada et cedes ⁊ asor et iethnan zif
⁊ telē et baloth asor noua ⁊ carioth hes=
rom hec ē asor · amā · sane ⁊ molada et
aser gadda et assemoth et bethfeleth et

aſerſual et berſabee ⁊ baziothia ⁊ ala-
la et hum eſem et heltholad et ſegul et
zarma et ſicelech ⁊ medemena ⁊ ſenſen-
na lebaoth et ſelim et ahen-remon: o-
mnes ciuitates viginti nouem et ville
earum. In campeſtribus vero eſtaol et
ſar a et aſena et azoue et engannim
et thaphua ⁊ enaym ⁊ ierimoth ⁊ adu-
lam ſocho et azecha et ſarim et adi-
thaym et gedera et giderothaym: urbes
quatuordecim et ville eaꝝ. Sanan ⁊
adaſa ⁊ magdalgad delean et maſe-
pha ⁊ iedel lachis ⁊ baſchat et eglon
rebbon et leemas ⁊ cethis et gideroth
et bethdagon et neama et maceda: ci-
uitates ſedecim et ville eaꝝ. Labana ⁊
ether et aſan iepta et eſna et neſibrece-
yla ⁊ achzib ⁊ mareſa: ciuitates nouē
et ville earū. Accaron cū vicis et villu-
lis ſuis. Ab accaron uſqꝫ ad mare. o-
mnia que vergūt ad azotum et vicu-
los eius. Azotus cū vicis et villulis
ſuis gaſa cū vicis et villulis ſuis uſqꝫ
ad torrentem egipti. et mare magnū
terminus eius. Et ī monte ſamir ⁊ iec-
ther et ſocho et edenna cariathſen-
na hec eſt dabir: anab et hiſthemo et
anym goſen ⁊ olon et gylo: ciuitates
undecim et ville eaꝝ. Arab ⁊ roma et
eſaan ⁊ ianum ⁊ bethafua ⁊ afeca ach-
matha et chariatharbe hec eſt ebron
et ſior: ciuitates nouem ⁊ ville earum.
Maon ⁊ chermel ⁊ ziph et loche ieſra-
hel et iucadam et zanoe accaym ga-
baa et thamna: ciuitates decē et ville
eaꝝ. Elul ⁊ bethſur et ihedor mareth ⁊
bethanoth et heltheren: ciuitates ſex ⁊
ville earū. Cariathbaal hec eſt chari-
athiarim urbs ſiluaꝝ ⁊ arebba: ciuita-
tes due et ville eaꝝ. In deſerto betha-
raba meddyn et ſacha et neblan: ciui-
tates ſalis et engaddi ciuitates ſex et
ville eaꝝ. Fiūt ſimul centū quindecim.
Iebuſeum aūt habitatorem iheruſalē
nō potuerūt filij iuda delere: habitauit
qꝫ iebuſeus cum filijs iuda in iheruſa-
lem uſqꝫ in preſentem diem. ca. xvi.

Cecidit quoqꝫ ſors filioꝝ ioſeph
ab iordane ꝯtra iericho. et aquas
eius ab oriente ſolitudo que aſcendit
de iericho ad montē bethel. et egredit̄
de bethel luzam: trāſitqꝫ terminū archi-
atharoth. et deſcendit ad occidentem
iuxta terminū iefleti. uſqꝫ ad terminos
bethoron inferioris ⁊ gazer: finiuntqꝫ
regiones eius mari magno. poſſede-
runtqꝫ filij ioſeph manaſſes et ephra-
im. Et factus eſt terminus filioꝝ effra-
im ꝑ cognatōnes ſuas: et poſſeſſio eo-
rum ꝯtra orientē atharoth addar uſqꝫ
bethoron ſuperiorē: egrediunturqꝫ con-
finia ī mare. Machmethath vero aqui-
lonē reſpicit et circuit terminos cōtra
orientem in thanathſelo: et ptranſit a
torrente ianoe. deſcenditqꝫ de ianoe ī
atharoth et noaratha. ⁊ puenit in ie-
richo: egreditūqꝫ ad iordanen de taphua
ptrāſitqꝫ cōtra mare in valle harundi-
neti: ſuntqꝫ egreſſus eius in mare ſal-
ſiſſimū. Hec eſt poſſeſſio tribꝫ filiorum
ephraim per familias ſuas: urbeſqꝫ que
ſeperate ſunt filijs ephraim in medio
poſſeſſionis filioꝝ manaſſe ⁊ ville eaꝝ.
Et nō interfecerūt filij ephraim chanane-
um qui habitabat in gazer: habita-
uitqꝫ chananeus in medio ephraim
uſqꝫ in diē hāc tributarius. cap. xvii.

Cecidit autē ſors tribui manaſſe.
Ipſe enim eſt primogenitus io-
ſeph. machir primogenito manaſſe
patri galaad q̄ fuit vir pugnator: ha-
buitqꝫ poſſeſſionem galaad ⁊ baſan ⁊
reliquis filioꝝ manaſſe iuxta famili-
as ſuas. filijs abyezer et filijs helech

et filijs hesrihel et filijs sechē: et filijs
epher et filijs semida. Isti sūt filij ma-
nasse. filij ioseph mares p cognatio-
nes suas. Salphaat uero filio epher
filij galaad filij machir filij manasse
nō erant filij sed sole filie: quarū ista
sunt nomina. mahala et noha et egla
et melcha et thersa. Veneruntq; in cōspe-
ctu eleazari sacerdotis et iosue filij nun
et principū dicentes: dñs pcepit p ma-
num moysi ut daret nobis possessio-
in medio fratrū nostroꝝ. Deditq; eis iuxta
imperium dñi possessionem in medio
fratrū patris eaꝝ. et ceciderūt funiculi
manasse decem absq; terra galaad et
basan trans iordanem. Filie eni ma-
nasse possederunt hereditatē in medio
filioꝝ eius. Terra aūt galaad cecidit
in sortem filiorū manasse qui reliqui
erant. Fuitq; terminus manasse ab a-
ser machi-nata que respicit sychem. et
egredit ad dexterā iuxta habitatores
fontis thaphue. Etenī in sorte manas-
se ceciderat terra thaphue. que est iuxta
terminos manasse filioꝝ ephraim. De-
scenditq; terminus uallis harundine-
ti in meridiē torrentis ciuitatū ephra-
im. que ī medio sunt urbiū manasse.
Terminus manasse ab aquilone tor-
rentis et exit9 eius pergit ad mare: ita
ut possessio ephraim sit ab austro. et
ab aquilone manasse. et utrāq; clau-
dat mare: et cōiungantur sibi ī tribu
aser ab aquilone et in tribu ysachar
ab oriente. Fuitq; hereditas manasse
in ysachar et in aser. bethsā et uiculi e-
ius: et ieblaan cū uiculis suis: et habi-
tatores dor cū oppidis suis. habita-
tores quoq; endor cū uiculis suis: si-
militerq; habitatores thenach cum ui-
culis suis: et habitatores mageddo
cum uiculis suis. et tercia pars urbis
nopheth. Nec potuerūt filij manasse
has ciuitates subuertere. sed cepit cha-
naneus habitare in terra sua. Postq̄
aūt cōualuerūt filij isrl' subiecerūt cha-
naneos et fecerūt sibi tributarios. nec
interfecerunt eos. Locutiq; sunt filij io-
seph ad iosue et dixerūt. Quare dedisti
michi terrā in possessionē sortis et funi-
culi unius: cū sim tāte multitudinis.
et benedixerit michi dñs? Ad quos io-
sue ait. Si pplꝰ multus es ascende in
siluam et succide tibi spacia ī terra phe-
rezei et raphaim: q̄a angusta est tibi
possessio mōtis ephraim. Cui respon-
derūt filij ioseph. Non poterimus ad
mōtana conscendere. cū ferreis curribꝫ
utantur chananei qui habitāt in terra
campestri: in qua siti sūt bethsā cū ui-
culis suis et iezrahel mediā possidens
uallem. Dixitq; iosue ad domum io-
seph ephraim et manasse. Populꝰ
multus es et magne fortitudinis. nō
habebis sortem unam sed transibis ad
montē. et succides tibi atq; purgabis
ad habitandum spacia: et poteris
ultra procedere cum subuerteris cha-
naneum quem dicis ferreos habere
currus et esse fortissimum. Cap̄. xviii.

Congregatiq; sūt omnes filij isrl'
in sylo. ibiq; fixerūt tabernaculū
testimonij: et fuit eis terra subiecta. Re-
manserant aūt filioꝝ isrl' septem tribꝫ
q̄ nec dū acceperāt possessiones suas.
Ad quos iosue ait. Usq; quo marcetis
ignauia: et non intratis ad possidēdā
terram. quā dñs deus patrū uestrorum
dedit uobis? Eligite de singulis tribu-
bus ternos uiros. ut mittā eos et per-
gant atq; circueant terrā. et describāt
eam iuxta numerū uniuscuiusq; mul-
titudinis: referantq; ad me qđ descri-
pserint. Diuidite uobis terrā in septē

partes: iudas sit in terminis suis ab
australi plaga. et domus ioseph ab
aquilone: mediā inter hos terram in
septē partes describite: et huc venietis
ad me. ut corā dño deo vestro mittā
vobis hic sortē: quia nō est inter vos
pars levitarū. sed sacerdotiū dñi est e-
orum hereditas. Gad aūt et ruben et
dimidia tribus manasse iam accepe-
runt possessiones suas. trans iorda-
nem ad orientalem plagā. quas dedit
eis moyses famulus dñi. Cumq; sur-
rexissent viri ut pergerent ad describen-
dam terrā. pcepit eis iosue dicens. Cir-
cuite terrā et describite eam. ac reverti-
mini ad me ut hic corā dño deo vrō
in sylo mittā vobis sortem. Itaq; per-
rexerūt et lustrātes eam in septem par-
tes diviserūt. scribentes ī volumine. re-
versiq; sūt ad iosue ī castra sylo. Qui
misit sortes corā dño in sylo: divisit
q; terrā filijs israhel in septem partes.
Et ascendit sors prima filiorū venia-
min p familias suas. ut possiderent
terrā inter filios iuda et filios ioseph.
Fuitq; terminus eoꝝ cōtra aquilonē.
a iordane pergens iuxta latus iericho
septentrionalis plage. et inde contra
occidentē ad mōtana conscendens. et
perveniens ad solitudinem bethaven.
atq; ptransiens iuxta lusam ad meri-
diem ipsa ē bethel: descenditq; in atha-
roth addar in mōtem qui est ad meri-
diem bethoron inferioris. ⁊ inclinatur
circuiens ꝯtra mare a meridie mon-
tis qui respicit bethoron ꝯtra affricū.
Suntq; exitus eius in cariathbaal. q̄ ⁊
vocatur ⁊ cariathiarim urbē filiorū
iuda. Hec est plaga cōtra mare et oc-
cidentem. A meridie aūt ex parte cari-
athiarim egreditur terminus contra
mare. et pvenit usq; ad fontē aquarū

nepthoa. Descenditq; in partem mon-
tis qui respicit vallem filioꝝ ennon. ⁊
est cōtra septentrionalem plagā in ex-
trema parte vallis raphaim: descen-
ditq; in iehennon id est vallis ennon.
iuxta latus iebusei ad austrū. et perve-
nit ad fontem rogel trāsiens ad aqui-
lonem. et egrediens ad ensemes id est
fontē solis: ⁊ petrāsit ad usq; tumulos
q̄ sunt ex regione ascensus adommim:
descenditq; ad habenboen id est lapi-
dem boen filij ruben. ⁊ ptransit ex la-
tere aquilonis ad campestria: descen-
ditq; in planiciem et ptergreditur con-
tra aquilonē bethagla: suntq; exitus
eius ꝯtra linguā maris salsissimi ab
aquilone in fine iordanis. ad austra-
lem plagam qui est terminus illi⁹ ab
oriēte. Hec ē possessio filioꝝ beniamin
per terminos suos in circuitu et fami-
lias suas. Fueruntq; civitates eius. ie-
richo et bethagla et vallis casis betha-
raba et samaraim ⁊ bethel et avim et
affara ⁊ offera villa hemona ⁊ offni
et gabee: civitates duodecim et ville
earum. Gabaon et rama et beroth et
mesphe caphara ⁊ āmosa et recem ia-
rephel et tharela et sela heleph et ie-
bus que est iherusalem. gabaath et
cariath: civitates quatuordecim ⁊ vil-
le earum. Fiunt omnes civitates vi-
ginti sex. Hec est possessio filiorum ben
iamin iuxta familias suas. ca. xix.

Et egressa ē sors scđa filiorū syme-
on p cognationes suas: fuitq;
hereditas eoꝝ ī medio possessionis fili-
orū iuda. bersabee ⁊ sabee et molada et
asersua bala ⁊ asem ⁊ heltolad bethu-
la arma et siceleche bethmarchaboth et
asersua ⁊ bethlabaoth ⁊ sarohen: civi-
tates tredecim ⁊ ville eaꝝ. Ayn ⁊ rem-
mon ⁊ athar ⁊ asan: civitates q̄tuor

et ville earu. Omnes viculi p circuitum
urbiū istarum usq3 ad balaath ber-a-
meth ɔtra australem plagā. Fueruntq3
omnes civitates decem et septē. Hec est
hereditas filiorum symeon iuxta cognatio-
nes suas in possessione et funiculo
filiorum iuda: quia maior erat: et idcirco
filii symeon possederūt in medio heredi-
tatis eorum. Ceciditq3 sors tercia filiorum za-
bulon p cognationes suas: et factus ē
termin⁹ possessionis eorū zabulon
usq3 sarith. Ascenditq3 de mari et me-
dala et pervenit in debbaseth usq3 ad
torrentem qui est contra iecnam et re-
vertitur de sarith cōtra orientem in finē
ceseleth thabor: et egreditur ad daberet:
ascenditq3 contra iaphie: et inde pertrans-
it usq3 ad orientalē plagā gethefer et
thacasin: et egredit in remmon am-
thar et noa: et circuit ad aquilonem
et nathon. Suntq3 egressus ei⁹ vallis
iepthahel et catheth et naalol et semron et
iedala et bethleem: civitates duodecim
et ville earu. Hec est hereditas tribu filio-
rum zabulon per cognationes suas:
urbes et viculi earu. Ysachar egressa ē
sors quarta per cognationes suas:
fuitq3 eius hereditas iezrahel et casa-
loth et sunem et affraim et seon et na-
araoth et rabboth et cesion et abes et
rameth et engannim et enadda et beth-
feses: et pervenit terminus eius usq3 tha-
bor et seesima et bethsemes: eruntq3 exi-
tus eius iordanis civitates sedecim et
ville earū. Hec est possessio filiorum
ysachar per cognationes suas: urbes
et viculi earū. Ceciditq3 sors quinta tri-
bui filiorum aser per cognationes suas:
fuitq3 terminus eorum alchat et oali et be-
then et axaph et elmelech et amaad et
messal: et pervenit usq3 ad carmelū ma-
ris et sihor et labanath: ac revertit ɔtra

orientem bethdagon: et pertrāsit usq3
zabulon et vallem iepthael cōtra aqui-
lonem in bethemeth et neiel: egreditur-
q3 ad levam cabul et acran et roob et
amon et chana usq3 ad sydonem ma-
gnam: revertiturq3 in orma usq3 ad
civitatem munitissimā tyrum et usq3
osam: eruntq3 exitus eius in mare de fu-
niculo acziba et amma et afeg et roob:
civitates viginti due et ville earū. Hec
est possessio filiorū aser per cognatio-
nes suas: urbesq3 et viculi earu. Filiorum
neptalim sexta pars cecidit p familias
suas: et cepit terminus de heleb et helon in
saananim et adami que est neceb et
iebnahel usq3 lecum: et egressus eorum us-
q3 ad iordanem: revertiturq3 terminus
contra occidentē in azanoth thabor:
atq3 inde egreditur in ucuca et pertrans-
it in zabulon ɔtra meridiē et in aser con-
tra occidentem: et in iuda ad iordanem
contra ortum solis. civitates munitis-
sime: asseddim ser et ammad et recchath
et cenereth et edema et arama asor et ce-
des et edrai nasor et ieron et magdihel
horem et bethanath et bethsemes: civi-
tates decē et novem et ville earū. Hec
est possessio tribus filiorū neptalim p
cognationes suas: urbes et viculi earu.
Tribui filiorū dan per familias suas
egressa est sors septima: et fuit termin⁹
possessionis ei⁹ saraa et hestaol et hir-
semes: id est civitas solis: selebin et a-
hialon et iethela helon et themna et ach-
ron helthecen iebton et baalad iud et
bane et barach et iethremon atq3 iher-
con et arechon: cū fimino q respicit iop-
pen et ipso fine cōcluditur. Ascenderūtq3
filii dan et pugnaverūt ɔtra lesen: ce-
peruntq3 eam: et percusserūt eam in ore
gladii: et possederūt et habitaverūt in
ea: vocātes nomen eius lesem dan: ex

nomine dan patris sui. Hec est posses-
sio tribus filiorũ dan per cognationes
suas: urbes et viculi earũ. Cumq; com-
plessent sorte terram dividere singulis
per tribus suas: dederũt filii isrl' posses-
sionem iosue filio nun in medio sui iu-
xta preceptũ dñi: urbem quã postula-
uit thamnathsaraa in mõte ephraim.
Et edificauit ciuitatẽ: habitauitq; in
ea. Hec sunt possessiones quas sorte
diuiserũt eleazar sacerdos et iosue fili-
us nun et principes familiarũ ac tribu-
um filiorum israhel in sylo: coram
domino ad hostium tabernaculi te-
stimonii: partitiq; sunt terrã. Ca. xx.

Et locut⁹ est dñs ad iosue dicens.
Loquere filiis isrl' et dic eis. Se-
parate urbes fugitiuorũ: de quibus
locut⁹ sum ad vos per manũ moysi:
ut confugiat ad eas quicũq; animã
percusserit nesciens: et possit euadere irã
proximi: qui ultor est sanguinis: cũ
ad unam harũ cõfugerit ciuitatum;
stabitq; ante portã ciuitatis: et loque-
tur senioribus urbis illius: ea que se
comprobent innocentem: sicq; suscipi-
ent eum: et dabũt ei locũ ad habitan-
dum. Cumq; ultor sãguinis eũ fuerit
persecut⁹: nõ tradent in manus eius:
quia ignorãs percussit proximum eius:
nec ante biduũ triduumve eius probatur
inimicus. Et habitabit in ciuitate illa
donec stet ãte iudiciũ causam reddens
facti sui: et moriatur sacerdos magnus
qui fuerit in illo tempore. Tũc reuerte-
tur homicida et ingredietur ciuitatẽ
et domũ suam de qua fugerat. Decre-
ueruntq; cedes in galilea montis nepta-
lim: et sychem in mõte ephraim: et ca-
riatharbe ipa est ebron in mõte iude:
et trans iordanem contra orientalem
plagam iericho statuerunt bosor que
sita est in campestri solitudine de tribu
ruben: et ramoth galaad de tribu gad:
et gaulon in basan de tribu manasse.
Hee ciuitates cõstitute sunt cũctis filiis
israhel et aduenis qui habitabãt inter
eos: ut fugeret ad eas qui animã nesciens
percussisset: et nõ moreretur in manu
proximi: effusum sãguinem vindica-
re cupientis: donec staret ante populũ
expositurus causam suam. Ca. xxi.

Accesseruntq; principes familiarũ
leui ad eleazar sacerdotem et io-
sue filiũ nun: et ad duces cognationũ
per singulas tribus filiorũ isrl': locutiq;
sunt ad eos in sylo terre chanaan atq;
dixerũt. Dominus precepit per manũ
moysi ut darentur nobis urbes ad ha-
bitandum et suburbana earũ ad alen-
da iumenta. Dederũtq; filii isrl' de pos-
sessionibus suis iuxta imperiũ dñi: ci-
uitates et suburbana earũ. Egressaq; est
sors in familiam caath filiorũ aaron
sacerdotis de tribu iuda et symeon et
beniamin ciuitates tredecim: et reliquis
filiorũ caath id est leuitis qui superfue-
rant: de tribubus ephraim et dan et
dimidie tribus manasse ciuitates decẽ.
Porro filiis gerson egressa est sors ut
acciperent de tribubus ysachar et aser
et neptalim: dimidiaq; tribu manasse
in basan: ciuitates numero tredecim.
Et filiis merari per cognationes suas
de tribubus ruben et gad et zabulon ur-
bes duodecim. Dederũtq; filii israhel
leuitis ciuitates et suburbana earum:
sicut precepit dñs per manũ moysi: sin-
gulis sorte tribuẽtes. De tribubus filio-
rum iuda et symeon dedit iosue ciuita-
tes quarũ ista sũt nomina: filiis aarõ
per familias caath leuitici generis: pri-
ma enim sors illis egressa est: cariatharbe
patris enach que vocatur ebron in mõte

iuda: et suburbana eius per circuitū. Agros vero et villas ei⁹ dederat caleph filio iephone ad possidendū. Dedit er- go filijs aaron sacerdotis hebron con- fugij civitatem ac suburbana eius. et lebnam cum suburbanis suis. et iether et isthimon et helon et dabir et ain et iethan et bethsemes cum suburbanis suis civitates novem. de tribubz ut di- ctum est duabus. De tribu aūt filioꝝ beniamin gabaon et gabee et anatoth et almon. cū suburbanis suis civita- tes quatuor; omnes simul civitates fi- liorum aaron sacerdotis tredecim cū suburbanis suis. Reliquis vero per fa- milias filioꝝ caath levitici generis hec est data possessio. De tribu ephraim urbes confugij sichem cū suburbanis suis in mōte ephraim. et gazer et ceb- saim et bethoron cū suburbanis suis civitates quatuor. De tribu quoq; dan helthece et gebbethon et haialon et geth- remmon cū suburbanis suis civitates quatuor. Porro de dimidia tribu ma- nasse tanach et gethremmon cū subur- banis suis civitates due. Omnes civi- tates decē et suburbana eaꝝ date sūt filijs caath inferioris gradus. Filijs quoq; gerson levitici generis dedit de dimidia tribu manasse confugij civi- tates. gaulon in basan et bosram cū suburbanis suis civitates duas. Por- ro de tribu ysachar cesion et dabreth et iaramoth et enganmim cū suburba- nis suis civitates quatuor. De tribu aūt aser masan et abdon et elcath et roob cum suburbanis suis civitates quatuor. De tribu quoq; neptalim ci- vitates confugij cedes in galilea et a- mothdor et carthan cū suburbanis suis civitates tres. Omnes urbes fa- miliaꝝ gerson tredecī cū suburbanis suis. Filijs aūt merari levitis inferio- ris gradus per familias suas. data est de tribu zabulon iecnal et cartha et damna et naalol civitates quatuor cū suburbanis suis. De tribu gad civi- tates cōfugij ramoth ī galaad. et ma- naim et esebon et iazer civitates qua- tuor cū suburbanis suis. De tribu ru- ben ultra iordanem contra iericho civi- tates refugij. bosor ī solitudine. misor et iazer et iethson et masphā civitates quatuor cū suburbanis suis. Omnes urbes filioꝝ merari per familias et co- gnationes suas duodecim. Itaq; civi- tates universe levitaꝝ ī medio possessio- nis filioꝝ isrl̄. fuerūt quadraginta octo cū suburbanis suis singule per familias suas distribute. Deditq; dñs de⁹ israhe- li omnem terrā quam traditurū se patri- bus eorum iuraverat: et possederunt illam atq; habitaverūt in ea. Dataq; est ab eo pax in omnes per circuitum nationes. nullusq; eis hostiū resistere ausus est: sed cūcti in eoꝝ ditionem re- dacti sunt. Ne unū quidem verbū qd̄ illis prestiturū se esse ꝑmiserat irritū fu- it: sed rebz cōpleta sūt omnia. Ca. XXII.

Eodem tēpore vocavit iosue ruhe- nitas et gadditas. et dimidiam tribū manasse: dixitq; ad eos. Fecistis omnia que precepit vobis moyses fa- mulus dñi. michi quoq; in omnibz obedi- stis: nec reliquistis fratres vestros lon- go tempore usq; ī presentē diem. custo- dientes imperium dñi dei vestri. Quia igitur dedit dñs deus vester fratribus vestris quietem et pacem sicut pollicitus est: revertimini et ite in tabernacula vr̃a et in terram possessionis quā tradidit vobis moyses famulus domini trās iordanem: ita dumtaxat ut custodia- tis attente et opere cōpleatis mādatū

et legem quam ꝑcepit vobis moyses
servus dñi: ut diligatis dñm deum
vestrum ⁊ ãbuletis in omnibus viis
ei⁹ et observetis mãdata illius: adhe-
reatisq; ei ac serviatis in omni corde
et in omni anima vestra. Benedixitq;
eis iosue ⁊ dimisit eos. Qui reũsi sunt
in tabernacula sua. Dimidie autẽ tri-
bui manasse possessionem moyses de-
derat i basan: et idcirco medie que su-
perfuit dedit iosue sortẽ inter ceteros
fratres suos trans iordanem ad occi-
dentalẽ ei⁹ plagã. Cumq; dimitteret
eos i tabernacula sua ⁊ benedixisset eis.
dixit ad eos. In multa substãtia atq;
diviciis revertimini ad sedes vr̃as. cũ
argẽto ⁊ auro ere ac ferro ⁊ veste mul-
tiplici. Dividite predã hostium cũ fra-
tribus vestris. Reversiq; sũt et abierũt
filij ruben et filij gad. et dimidia trib;
manasse a filijs israhel de sylo que si-
ta est i chanaan: ut intrarent galaad
terram possessionis sue. quã obtinue-
rant iuxta imperiũ dñi in manu moy-
si. Cumq; venissent ad tumulos iorda-
nis in terra chanaan: edificaverunt
iuxta iordanem altare infinite magni-
tudinis. Quod cũ audissent filij isrl' ⁊
ad eos certi nũcij detulissent edificasse
filios ruben et gad et dimidie tribus
manasse altare in terra chanaan sup
iordanis tumulos contra filios isrl':
convenerũt omnes in sylo ut ascende-
rent et dimicarẽt ↄtra eos. Et interim
miserũt ad illos in terrã galaad phi-
nees filium eleazari sacerdotem et decẽ
principes cũ eo singulos de singulis
tribub;. Qui venerũt ad filios ruben
et gad et dimidie tribus manasse in
terram galaad: dixerũtq; ad eos. Hec
mandat omĩs ꝑls dñi. Que est ista
transgressio? Cur reliquistis dñm deũ
israhel edificantes altare sacrilegũ et
a cultu illius recedentes? An parum
vobis est ꝙ peccastis in beelphegor: ⁊
usq; in presentem diem macula huius
sceleris in nobis ꝑmanet. multiq; de
ꝑplo corruerũt? Et vos hodie reliqui-
stis dñm: ⁊ cras i universum isrl' ira ei⁹
deseviet. Qd si putatis immũdam esse
terram possessionis vestre: trãsite ad ter-
ram in qua tabernaculũ dñi est: et ha-
bitate inter nos: tantum ut a dño ⁊ a
nostro cõsorcio nõ recedatis edificato
altari ꝑter altare dñi dei nostri. Non-
ne achan filius zare preterijt manda-
tum dñi: et sup omnẽ ꝑplm israhel ira
eius incubuit? Et ille erat un⁹ hõio:
atq; utinã solus perisset in scelere suo.
Responderũtq; filij ruben et gad et di-
midie trib⁹ manasse principib; lega-
tionis isrl'. Fortissim⁹ deus dominus
ipse novit et israhel simul intelliget. si
ꝑvaricationis animo hoc altare cõ-
struximus non custodiat nos sed pu-
niat nos in ꝑsenti. Et si ea mente feci-
mus ut olocausta ⁊ sacrificium et pa-
cificas victimas sup eo imponerem⁹.
ipse querat et iudicet: et nõ ea magis
cogitatione atq; tractatu ut diceremus
cras dicent filij vestri filijs nr̃is. Quid
vobis et dño deo israhel? Terminum
posuit dñs inter nos et vos o filij ru-
ben et filij gad iordanem fluviũ: et id-
circo partem nõ habetis in domino.
et per hanc occasionẽ avertent filij ve-
stri filios nr̃os a timore dñi. Putavi-
mus itaq; melius et diximus. Extru-
amus nobis altare nõ in olocausta
neq; ad victimas offerendas. sed in
testimoniũ inter nos et vos et sobolẽ
nostram vestrãq; progeniem ut servi-
amus dño: et iuris nostri sit offerre
et olocausta et victimas et pacificas

hostias: et nequaꝗ̃ dicant cras filij
vestri filijs nostris. nõ est vobis pars
in dño. Quod si voluerint dicere: re-
spondebũt eis. Ecce altare dñi qđ fece-
runt patres nostri. non in olocausta
neqꝫ in sacrificium sed in testimoniũ
nostrũ ac vestrũ. Absit a nobis hoc
scelus ut recedamus a dño et eius ve-
stigia relinquam⁹. extructo altari ad
olocausta ⁊ sacrificia ⁊ victimas offe-
rendas: ꝑter altare dñi dei nostri qđ
extructum est ante tabernaculum eius.
Quibus auditis phinees sacerdos et
principes legationis isrł qui erant cũ
eo placati sunt: et verba filioꝝ ruben
et gad ⁊ dimidie tribꝫ manasse liben-
tissime susceperũt. Dixitqꝫ phinees fili⁹
eleazari sacerdos ad eos. Nũc scimus
quod nobiscũ sit dñs. quoniã alieni
estis a preuaricatione hac: et liberastis
filios israhel de manu dñi. Reuersusqꝫ
est cũ principibus a filijs ruben ⁊ gad
de terra galaad finium chanaan ad
filios israhel: et retulit eis. Placuitqꝫ
sermo cunctis audientibꝫ. Et laudaue-
runt deũ filij isrł: et nequaꝗ̃ ultra dixe-
runt ut ascenderent cõtra eos atqꝫ pu-
gnarent. et delerẽt terram possessionis
eorũ. Uocaueruntqꝫ filij ruben et filij
gad altare qđ extruxerant testimoniũ
nr̃m. qđ domin⁹ ipse sit de⁹. ca. xxiii.

Euoluto aũt multo tempore post-
ꝗ̃ pacẽ dederat dñs israheli. sub-
iectis in gyro nationibus vniuersis:
et iosue iam longeuo et persenilis eta-
tis: vocauit iosue omnẽ israhelẽ. ma-
ioresqꝫ natu ⁊ principes ac duces ⁊ ma-
gistros: dixitqꝫ ad eos. Ego senui et
progressioris etatis sum: vosqꝫ cerni-
tis omnia que fecerit dñs de⁹ vester cun-
ctis per circuitũ nationibꝫ. quomodo
pro vobis ipse pugnauerit. Et nunc
q̃a vobis sorte diuisit omnem terrã. ab
orientali parte iordanis usqꝫ ad mare
magnũ. multeqꝫ adhuc supersunt na-
tiones: dñs deus vester disperdet eas
et auferet a facie vestra. et possidebitis
terram sicut vobis pollicitus est. Tan-
tum confortamini et estote solliciti ut
custodiatis cuncta que scripta sunt in
volumine legis moysi: et nõ declinetis
ab eis nec ad dexteram neqꝫ ad sinistrã:
ne postꝗ̃ intraueritis ad gentes que
inter vos future sunt. iuretis in nomi-
ne deorũ earũ et seruiatis eis et adore-
tis illos sed adhereatis dño deo vr̃o.
qđ fecistis usqꝫ in diem hanc. Et tunc
auferet dñs de⁹ in cõspectu vestro gen-
tes magnas ⁊ robustissimas: ⁊ null⁹
vobis resistere poterit. Unus e vobis
persequetur hostiũ mille viros: quia
dominus deus vester pro vobis ipse
pugnabit sicut pollicitus est. Hoc tan-
tum diligentissime ꝑcauete ut diliga-
tis dñm deũ vestrũ. Quod si volueritis
gentiũ harum que inter vos habitãt
erroribꝫ adherere. et cũ eis miscere con-
nubia atqꝫ amicicias copulare: iam
nunc scitote ꝙ dñs deus vester nõ eas
deleat ante faciem vestram. sed sint vo-
bis in foueam ac laqueum et offendi-
culum ex latere vestro. et sudes in ocu-
lis vr̃is: donec vos auferat atqꝫ disper-
dat de terra hac optima quã tradidit
vobis. En ego hodie ingrediar viam
vniuerse terre. ⁊ toto animo cognosce-
tis ꝙ de omnibꝫ verbis que se domin⁹
prestiturũ vobis esse pollicitus ẽ. vnũ
nõ preterierit incassũ. Sicut ergo im-
pleuit opere quod ꝓmisit et prospera
cuncta venerunt: sic adducet sup vos
quicquid maloꝝ cõminatus ẽ. donec
vos auferat atqꝫ disperdat de terra hac
optima quam tradidit vobis: eo ꝙ

preterieritis pactum domini dei vestri
quod pepigit vobiscum · et servieritis
diis alienis et adoraveritis eos. Cito
atq; velociter consurget in vos furor
domini: ⁊ auferemini de hac terra opti-
ma quā tradidit vobis. cap̄. xxiiii.
Congregavitq; iosue om̄es trib;
israhel ī sychem · et vocavit ma-
iores natu ac principes et iudices et
magistros · steterūtq; in conspectu dn̄i:
et ad p̄plm sic locutus est. Hec dicit do-
minus deus isrl̄. Transfluviū habita-
verunt patres vestri ab initio · thare pa-
ter abrahā et nachor: servierūtq; diis
alienis. Tuli ergo patrem vestrū abra-
ham de mesopotamie finibus · et ad-
duxi eū in terrā chanaan. Multiplica-
viq; semen eiꝰ et dedi ei ysaac · illiq; rur-
sum dedi iacob et esau. Ex q̄b; esau de-
di montem seir ad possidendū: iacob
vero et filii eius descenderūt in egiptū.
Misiq; moysen et aaron · et p̄cussi egi-
ptum multis signis atq; portentis: e-
duxiq; vos et patres v̄ros de egipto
et venistis ad mare: p̄secutiq; sunt egi-
ptii patres vestros cū curribus et equita-
tu usq; ad mare rubrū. Clamaverunt
aūt ad dn̄m filii isrl̄: qui posuit tene-
bras inter vos et egiptios · ⁊ adduxit
super eos mare et operuit eos. Vide-
runt oculi vestri cuncta que in egipto
fecerim · et habitastis ī solitudine mul-
to tempore: et introduxi vos in terrā
amorrei qui habitabat trans iorda-
nen. Cunq; pugnarēt ɔtra vos · tradi-
di eos in manus v̄ras: et possedistis
terram eoꝝ atq; interfecistis eos. Sur-
rexit aūt balach filiꝰ sephor rex moab ·
et pugnavit ɔtra israhelem. Misitq;
et vocavit balaam filiū beor ut male-
diceret vobis: et ego nolui audire eū ·
sed econtrario per illū benedixi vobis:

et liberavi vos de manu eius. Transi-
stisq; iordanen et venistis ad iericho:
pugnaverūtq; contra vos viri civita-
tis eius · amorreus et pherezeus et cha-
naneus et etheus ⁊ gergeseus ⁊ eveus
et iebuseus: et tradidi illos in manꝰ
vestras · misiq; ante vos scrabrones
et eieci eos de locis suis · duos reges
amorreoꝝ · nō in gladio et ī arcu tuo:
dediq; vobis terram in qua non labo-
rastis · et urbes quas non edificastis ·
ut habitaretis in eis: vineas et olive-
ta que nō plātastis. Nunc ergo time-
te dn̄m et servite ei p̄fecto corde atq; ve-
rissimo: et auferte deos quib; servierūt
patres vestri in mesopotamia et in e-
gipto: ac servite dn̄o. Sin autē malū
vobis videtur ut dn̄o serviatis · optio
vobis datur. Eligite hodie quod pla-
cet · cui servire potissimum debeatis: u-
trum diis quibus servierunt patres ve-
stri in mesopotamia · an diis amorre-
orum in quorū terra habitatis. Ego
aūt et domus mea serviemus domino.
Respōditq; p̄pls et ait. Absit a nobis
ut relinquamꝰ dn̄m: et serviamꝰ diis
alienis. Dominus deꝰ noster ip̄e edu-
xit nos ⁊ p̄res nostros de terra egipti ·
et de domo servitutis: fecitq; videntib;
nobis signa ingētia: et custodivit nos
in omni via per quam ambulavimꝰ ·
et in cūctis p̄plis per quos transivimꝰ:
et eiecit universas gentes · amorreum
habitatorem terre quā nos intravimꝰ.
Serviemus igit̄ dn̄o: quia ipse est deꝰ
noster. Dixitq; iosue ad p̄plm. Nō po-
teritis servire dn̄o: deus enim sāctus ⁊
fortis emulator est · nec ignoscet sceleri-
bus vestris atq; peccatis. Si dimiseri-
tis dn̄m et servieritis diis alienis: con-
vertet se et affliget vos atq; subvertet ·
postq̄ vobis prestiterit bona. Dixitq;

ppls ad iosue nequaq̄ ita ut loqueris
erit: sed dn̄o serviem⁹. Et iosue ad po-
pulum testes inquit vos estis: q̄a ipsi
elegeritis vobis dominū ut serviatis
ei. Responderūtq; testes. Nūc ergo ait
auferte deos alienos de medio vestri:
et inclinate corda vestra ad dn̄m deū
israhel. Dixitq; ppls ad iosue. Domi-
no deo nr̄o serviemus: ⁊ obedientes e-
rimus p̄ceptis eius. Percussit ergo io-
sue in die illo fedus: et proposuit pplo
precepta atq; iudicia in sychem. Scri-
psit quoq; om̄ia verba hec in volumi-
ne legis dn̄i: et tulit lapidem pergran-
dem · posuitq; eum subter quercū que
erat in sanctuario domini: et dixit ad
omnem populum. En lapis iste erit
vobis in testimonium · q̄ audieritis
omnia verba domini que locutus est
vobis: ne forte postea negare velitis
et mentiri domino deo vestro. Dimi-
sitq; populum singulos in possessio-
nem suam. Et post hec mortuus est io-
sue filius nun servus dn̄i · centū decem
annorū: sepelierūtq; eum in finibus
possessionis sue in thamnathsare: que
sita est in monte ephraim · a septentri-
onali parte mōtis gaas. Servivitq;
israhel dn̄o cūctis diebus iosue et seni-
orum · qui longo vixerāt tempore post
iosue: et qui noverant omnia opera
dn̄i que fecerat in isrl̄. Ossa quoq; io-
seph que tulerant filij isrl̄ de egipto · se-
pelierūt in sychem i parte agri quē eme-
rat iacob a filijs emmor p̄ris sychem
centum novellis ovibꝫ: et fuit in pos-
sessione filiorum ioseph. Eleazar
quoq; filius aaron mortuus est: et
sepelierūt eum in gabaath phinees
filij eius: que data ē ei i mōte ephraim.

Explicit iosue. Incipit liber sophtim
quē nos iudicū appellam⁹. Capl̄m i

Post mortem iosue con-
suluerunt filij isrl̄ dn̄m
dicentes. Quis ascendet
ante nos cōtra chana-
neum · et erit dux belli?
Dixitq; dn̄s. Iudas ascendet.
Ecce tradidi terrā in manu ei⁹.
Et ait iudas symeoni fratri suo.
Ascende mecū in sorte mea · et pugna
cōtra chananeū: ut et ego pergam tecū
in sorte tua. Et abijt cū eo symeon. As-
cenditq; iudas · et tradidit dn̄s chana-
neum ac pherezeum in manus eorū:
et percusserunt in bezech decem milia vi-
rorum. Inveneruntq; adonibezech et
in bezech: et pugnaverūt cōtra eum: ac
percusserūt chananeū et pherezeū. Fu-
git aūt adonibezech: quē psecuti com-
prehenderūt · cesis summitatibꝫ manu-
um eius ac pedum. Dixitq; adonibe-
zech. Septuaginta reges amputatis
manuū ac pedum summitatibꝫ colli-
gebant sub mensa mea ciborū reliqui-
as: sicut feci ita reddidit michi deus. Ad-
duxeruntq; eū in ierusalem: ⁊ ibi mor-
tuus est. Oppugnantes ergo filij iuda
ierusalē ceperūt eam · et percusserunt in
ore gladij: tradētes cūctam incendio
civitatem. Et postea descendentes pu-
gnaverunt cōtra chananeū qui habita-
bat in mōtanis · et ad meridiē in cam-
pestribus. Pergensq; iudas cōtra cha-
naneū qui habitabat in hebron · cui⁹
nomē fuit antiquitus cariatharbe · per-
cussit sysai et hayman et tholmai: atq;
inde profectus abijt ad habitatores
dabir · cui⁹ nomen vetus erat cariath-
sepher id est civitas litterarū. Dixitq;
caleph. Qui percusserit cariathsepher et
vastaverit eā: dabo ei axam filiā meā
uxorem. Cumq; cepisset eam othoniel
filius cenez frater caleph minor: dedit

ei axam filiā suā coniugem. Quā per-
gentem in itinere monuit vir suus ut
peteret a patre suo agrū. Que cū suspi-
rasset sedens in asino dixit ei caleph.
Quid habes? At illa respondit. Da
michi benedictionē: quia terrā arentē
dedisti michi. da et irriguā aquis. De-
dit ergo ei caleph irriguū superius et
irriguū inferius. Filij aūt cinei cogna-
ti moysi ascenderūt de civitate palma-
rum cū filijs iuda. in desertū sortis eius
quod est ad meridiē arath: et habita-
uerunt cū eo. Abijt aūt iudas cū syme-
one fratre suo: et percusserūt simul cha-
naneum qui habitabat in sephat. et
interfecerunt eū. Vocatūq; est nomen
urbis horma id est anathema. Cepit
q; iudas gazam cum finibus suis: et
aschalonē atq; accaron cum terminis
suis. Fuitq; dñs cum iuda et mōtana
possedit. Nec potuit delere habitato-
res vallis: quia falcatis curribus a-
bundabāt. Dederūtq; caleph hebron
sicut dixerat moyses: qui deleuit ex ea
tres filios enach. Iebuseum aūt ha-
bitatorem iherusalem non deleuerūt fi-
lij beniamin: habitauitq; iebuseus cū
filijs beniamin in iherusalē usq; in pre-
sentem diem. Domus quoq; ioseph
ascendit in bethel: fuitq; dñs cum eis.
nam cum obsiderēt urbem que prius
luza vocabatur. viderūt hominē egre-
dientem de civitate: dixerūtq; ad eum.
Ostende nobis introitū civitatis: et fa-
ciemus tecū misericordiā. Qui cum o-
stendisset eis percusserunt urbem in ore
gladij: hominē autē illū et omnem co-
gnationē eius dimiserūt. Qui dimissus
abijt in terrā ethim: et edificauit ibi ci-
uitatem. Vocauitq; eā luzam: que ita
appellatur usq; in presentem diē. Ma-
nasses quoq; non deleuit bethsan et
thanach cū viculis suis et habitatores
dor. et ieblaam et maieddo cū viculis
suis: cepitq; chananeus habitare cum
eis. Postq̄ autem confortatus est isrl'
fecit eos tributarios: et delere noluit.
Ephraim etiā non interfecit chanane-
um qui habitabat in gazer: sed habi-
tauit cū eo. Zabulon nō deleuit habi-
tatores cethron et naalon: sed habita-
uit chananeus in medio eius. factusq;
est ei tributarius. Aser quoq; nō dele-
uit habitatores accho et sydonis alab
et achazib et amma et aphech et roob:
habitauitq; in medio chananei habi-
tatoris illius terre: nec interfecit eum.
Neptalim quoq; nō deleuit habitato-
res bethsemes et bethanach: et habitauit
inter chananeū habitatorē terre: fuerūt
q; ei bethsemite et bethanite tributarij.
Artauitq; amorreus filios dan ī mōte.
nec dedit eis locum ut ad planiora de-
scenderēt: habitauitq; ī mōte hares qđ
interpretat' testario ī haialon et salabim.
Et aggrauata est manus domus io-
seph: factusq; est ei tributarius. Fuit
autē terminus amorrei ab ascensu scor-
pionis petra et superiora loca. C. II.

Ascenditq; angelus dñi de galga-
la ad locum flentiū et ait. Eduxi
vos de egipto. et introduxi in terram
pro qua iuraui patribus vestris: et pol-
licitus sum ut nō facerem irritū pactū
meum vobiscum in sempiternum: ita
dumtaxat ut non feriretis fedus cum
habitatoribus terre huius. et aras eorum
subuerteretis: et noluistis audire vocē
meam. Cur hoc fecistis? Quamobrē
nolui delere eos a facie vestra: ut habe-
atis hostes. et dij eorum sint vobis in ru-
inam. Cumq; loqueretur angelus dñi
hec verba ad omnes filios israhel: e-
leuauerunt vocem suam et fleuerunt.

Et vocatū est nomē loci illius flentiū
siue lacrimarū: immolaueruntq; ibi ho-
stias dn̄o. Dimisit ergo iosue p̄pl̄m: ⁊
abierūt filij israhel unusquisq; in pos-
sessionem suā ut obtinerent eam: serui-
eruntq; dn̄o cunctis dieb; eius ⁊ senio-
rum qui longo post eum vixerūt tp̄e: et
nouerant om̄ia op̄ra dn̄i que fecerat
cū israhel. Mortuus est aūt iosue fili⁹
nun famul⁹ dn̄i centum et decē anno-
rum: et sepelierunt eū in finib; possessi-
onis sue in thamnathsare in monte
ephraim a septētrionali plaga mon-
tis gaas. Omnisq; illa generatō con-
gregata est ad patres suos: et surrexe-
runt alij qui nō nouerūt dn̄m: ⁊ op̄a
que fecerat cū israhel. Feceruntq; filij isrl'
malū in conspectu dn̄i et seruierūt ba-
alim: ac dimiserūt dn̄m deum patrū
suoꝝ qui eduxerat eos de terra egipti:
et secuti sūt deos alienos deos quoq;
populorū qui habitabāt in circuitu e-
orum ⁊ adorauerūt eos: ⁊ ad iracun-
diam cōcitauerunt dn̄m dimittentes
eum et seruiētes baal et astaroth. Ira-
tusq; dn̄s contra israhel tradidit eos
in manus diripientiū: qui ceperūt eos
et uendiderūt hostibus qui habitabāt
per gyrū: nec potuerūt resistere aduer-
sarijs suis: sed quocūq; pergere volu-
issent man⁹ dn̄i super eos erat sicut lo-
cutus est et iurauit eis: et vehementer
afflicti sunt. Suscitauitq; dn̄s iudices
qui liberarent eos de vastantiū mani-
bus: sed nec eos audire voluerunt for-
nicantes cū dijs alienis et adorātes
eos. Cito deseruerūt viā per quam in-
gressi fuerant patres eoꝝ: ⁊ audientes
mandata domini om̄ia fecere contra-
ria. Cūq; dn̄s iudices suscitaret in di-
ebus eoꝝ flectebatur misericordia: ⁊ au-
diebat afflictorū gemitus ⁊ liberabat
eos de cede vastantiū. Postq̄ autem
mortu⁹ esset iudex reuertebant̄ ⁊ multo
faciebāt maiora quā fecerant patres
eoꝝ: sequētes deos alienos ⁊ seruientes
eis et adorantes illos. Nō dimiserūt
adinuentiones suas: et viam durissi-
mam per quā ambulare consueuerāt.
Iratusq; est furor dn̄i in israhel et ait.
Quia irritū fecit gens ista pactū meū
quod pepigeram cū patribus eorū et
vocem meā audire contempsit: et ego
non delebo gētes quas dimisit iosue
et mortuus est: ut in ipsis experiar isrl'
utrum custodiant viā dn̄i: ⁊ ambulēt
in ea sicut custodierūt patres eorū an
non. Dimisit ergo dominus omnes
has nationes: et cito subuertere nolu-
it nec tradidit in manib; iosue. c. iii.
Hee sunt gentes quas dn̄s dereli-
quit ut erudiret in eis israhelem
et om̄es qui nō nouerāt bella chana-
neorum: ⁊ postea discerent filij eorum
certare cū hostibus et habere consuetu-
dinem preliandi: quinq; satrapas phi-
listinorum omnēq; chananeū ⁊ sydo-
niū atq; eueum qui habitabat ī mon-
te libano de monte baalhermon usq;
ad introitū emath. Dimisitq; eos ut
in ipsis experiretur israhelē: utrū audi-
rent mandata dn̄i que p̄ceperat patri-
bus eoꝝ per manū moysi an nō. Ita-
q; filij israhel habitauerunt in medio
chananei ⁊ ethei et amorrei et pherezei
et euei et iebusei: et duxerunt uxores fi-
lias eoꝝ ipsiq; filias suas filijs eorum
tradiderūt: et seruierunt dijs eoꝝ. Fece-
runtq; malū in conspectu dn̄i: et obliti
sunt dei sui seruientes baalim et astha-
roth. Iratusq; dn̄s cōtra isrl' tradidit
eos in man⁹ chusan rasathaim regis
mesopotamie: seruieruntq; ei octo ānis.
Et clamauerunt ad dominum: qui

suscitauit eis saluatorem et liberauit
eos·othoniel videlicet filium cenez fra-
trem caleph minorem:fuitq; in eo spi-
ritus dñi et iudicauit isrl'. Egressusq;
est ad pugnã:et tradidit dominus in
manus eius chusan-rasathaim regẽ
sirie·et oppressit eum. Quieuitq; terra
quadraginta annis: et mortuus est
othoniel filius cenez. Addiderũt aũt
filij israhel facere malũ in cõspectu do-
mini, qui confortauit aduersum eos
eglon regem moab·q̃a fecerunt malũ
in cõspectu eius. Et copulauit ei filios
ammon et amelech:abijtq; et pcussit
israhel·atq; possedit urbem palmarũ.
Seruierũtq; filij isrl' eglon regi moab
decẽ et octo annis:et postea clamaue-
runt ad dominũ. Qui suscitauit eis
saluatorem vocabulo aoth inditum
filium gera filij iemini:qui utraq; ma-
nu pro dextra utebatur. Miserũtq; fi-
lij israhel per illũ munera eglon regi
moab. Qui fecit sibi gladiũ ancipitẽ
habẽtem ĩ medio capulũ lõgitudinis
palme manus:et accinctus est eo sub-
ter sagum ĩ dextro femore. Obtulitq;
munera eglon regi moab. Erat autẽ
eglon crassus nimis. Cũq; obtulisset
ei munera psecutus est socios qui cũ
eo venerant: et reuersus de galgalis
ubi erãt ydola dixit ad regẽ. Verbum
secretũ habeo ad te o rex. Et ille impe-
rauit silenciũ. Egressisq; omĩibus qui
circa eũ erant ingressus est aoth ad eũ.
Sedebat aũt in estiuo cenaculo solus.
Dixitq;. Verbũ dei habeo ad te. Qui sta-
tim surrexit de throno. Extẽditq; aoth
sinistrã manũ et tulit sicã de dextro fe-
more suo:infixitq; in ventrem ei⁹ tam
valide ut capulus sequeretur ferrum
in vulnere:ac pinguissimo adipe strin-
geretur. Nec eduxit gladiũ sed ita ut
percusserat reliquit in corpore:statiq;
per secreta nature alui stercora proru-
pãt. Aoth aũt clausis diligentissime
hostijs cenaculi et obfirmatis:p posti-
cum egressus ẽ. Seruiq; regis ingressi
viderunt clausas fores cenaculi:atq;
dixerũt. Forsitã purgat aluum in esti-
uo cubiculo. Expectantesq; diu donec
erubescerent et videntes q nullus ape-
riret·tulerũt clauẽ:et aperientes inuene-
runt dñm suũ in terra iacentẽ mortuũ.
Aoth aũt dũ illi turbarentur effugit:
et ptransijt locũ ydolorũ unde reuersus
fuerat. Venitq; in seyrath et statim in-
sonuit buccina in monte ephraim: de-
scenderuntq; cũ eo filij isrl' ipo in fronte
gradiẽte. Qui dixit ad eos. Sequimini
me. Tradidit enĩ dñs inimicos nr̃os
moabitas in man⁹ nr̃as. Descenderũt
q; post eũ et occupauerũt vada iordanis
que transmittũt in moab ⁊ non dimi-
serunt transire quẽq;: sed percusserunt
moabitas in tempore illo circiter decẽ
milia omnes robustos ⁊ fortes viros.
Nullus eorũ euadere potuit. Humilia-
tusq; ẽ moab ĩ die illo sub manu isrl':
et quieuit terra octoginta ãnis a p̃lijs.
Post hunc fuit samgar fili⁹ anath:q̃
pcussit de philistijm sexcẽtos viros vo-
mere. Et ipe quoq; defẽdit isrl'. c. IIII.

Addiderũtq; filij isrl' facere malũ
in cõspectu dñi post mortẽ aoth:
⁊ tradidit illos dñs in manus iabin
regis chanaã qui regnauit in asor ha-
buitq; ducem exercit⁹ sui nomine sisa-
ram. Ipse aũt habitabat in aroseth
gentiũ. Clamaueruntq; filij isrl' ad do-
minũ. Nongentos enĩ habebat falca-
tos currus:et per viginti annos vehe-
menter oppresserat eos. Erat aũt deb-
bora pphetes uxor lapidoth que iudi-
cabat pplm in illo tempore:⁊ sedebat

sub palma que nomine illi⁹ vocaba-
tur·inter rama et bethel i mōte ephra-
im: ascēdebātq; ad eam filii israhel
in omē iudiciū. Que misit et vocauit
barach filiū abinoem de cedes nepta-
lim: dixitq; ad eum. Precepit tibi dñs
deus isrl. Vade descende: et duc exerci-
tum in mōtem thabor: tollesq; tecum
decem milia pugnatoꝝ de filiis nepta-
lim ⁊ de filiis zabulon. Ego autē ad-
ducam ad te in loco torrentis cyson si-
saram principē exercit⁹ iabin et currus
eius atq; omnē multitudinē: et tradā
eos in manu tua. Dixitq; ad eam ba-
rach. Si venis mecū vadā: si nolueris
venire mecum nō pergam. Que dixit
ad eum. Ibo quidē tecū: sed i hac vice
victoria non reputabitur tibi: quia in
manu mulieris tradetur sisara. Sur-
rexit itaq; debbora et perrexit cum ba-
rach in cedes. Qui accitis zabulon et
neptalim ascendit cū decē milibus pu-
gnatorū: habens debborā in comita-
tu suo. Aber aūt cine⁹ recesserat quon-
dam a ceteris cineis fratribus suis fi-
liis obab cognati moysi et tetēderat ta-
bernacula usq; ad vallē que vocatur
sennim: ⁊ erat iuxta cedes. Nūciatum
q; est sisare q ascendisset barach fili⁹
abinoem i montē thabor. Et congre-
gauit nongentos falcatos currus: et
omnem exercitū de aroseth gentiū ad
torrentem cyson. Dixitq; debbora ad
barach. Surge: hec est enim dies in
qua tradidit dñs sisarā in manus tu-
as. En ipe ductor est tuus. Descendit
itaq; barach de mōte thabor: et decē
milia pugnatoꝝ cum eo. Perterruitq;
dñs sisaram et omnes curr⁹ eius uni-
uersamq; multitudinē in ore gladii
ad conspectū barach: intantū ut sisara
de curru desiliens pedibus fugeret: et
barach psequeretur fugiētes currus et
exercitū usq; ad aroseth gentium: et o-
mnis hostiū multitudo usq; ad inter-
nitionem caderet. Sisara aūt fugiens
peruenit ad tentoriū iahel uxoris aber
cynei. Erat aūt pax inter iabin regem
asor et domū aber cynei. Egressa igit
iahel in occursum sisare dixit ad eum.
Intra ad me dñe mi: ne timeas. Qui ītra
ingressus tabernaculū eius et opertus
ab ea pallio: dixit ad eā. Da michi ob-
secro paululū aque: quia sitio valde.
Que aperuit utrem lactis et dedit ei bi-
bere: et operuit illū. Dixitq; sisara ad
eam. Sta ante hostiū tabernaculi: et cū
venerit aliquis interrogās te ⁊ dicēs
nunquid hic est aliquis: respondebis.
Nullus est. Tulit itaq; iahel uxor aber
clauum tabernaculi assumens pariter
et malleū: et ingressa abscondite et cū
silentio posuit sup timpus capitis ei⁹
clauum pcussumq; malleo defixit in
cerebrū usq; ad terrā: qui soporē morti
socians defecit et mortuus est. Et ecce
barach sequens sisarā veniebat: egres-
saq; iahel in occursū eius dixit ei. Ve-
ni: et ostendam tibi virum quem que-
ris. Qui cū intrasset ad eā·vidit sisa-
ram iacentem mortuū: et clauum infi-
xum i timpore eius. Humiliauit ergo
de⁹ in die illo iabin regem chanaan
corā filiis israhel: qui crescebāt quoti-
die et forti manu opprimebāt iabin re-
gem chanaan donec delerent eū. ca. v.
Cecineruntq; debbora et barach fi-
lius abinoem in die illo dicētes.
Qui sponte obtulistis de israhel ani-
mas vestras ad periculum: benedicite
dño. Audite reges: auribus percipite
principes. Ego sum qui dño canam:
psallam dño deo israhel. Domine cū
exires de seir ⁊ transires per regiones

edom · terra mota est: celiq; ac nubes
distillaverūt aquis. Montes fluxerūt
a facie dñi: et synai a facie dñi dei isrl.
In diebus samgar filij anath in die-
bus iahel quieverunt semite: et qui in-
grediebātur p eas ambulaverunt per
calles devios. Cessaverūt fortes in isrl:
et quieverunt donec surgeret debbora-
surgeret mater in israhel. Nova bella
elegit dñs: et portas hostium ipse sub-
vertit. Clipeus et hasta si apparuerīt
in quadraginta milibus israhel. Cor
meū diligit principes isrl. Qui ppria
voluntate obtulistis vos discrimini
benedicite dño: qui ascenditis sup ni-
tentes asinas · ⁊ sedetis in iudicio
et ambulatis in via loquimini. Ubi
collisi sunt currꝰ et hostiū suffocatus
est exercitus: ibi narrentur iusticie dñi:
clementie fortis isrl. Tūc descendit pplus
domini ad portas: et obtinuit princi-
patū. Surge surge debbora surge: lo-
quere canticum. Surge barach: et ap-
prehende captivos tuos fili abinoem.
Salvate sūt reliquie pplī. Dominus
in fortibus dimicavit: ex ephraim de-
levit eos in amalech: et post eū ex ben-
iamin in pplos tuos o amalech. De
machir principes descenderunt: et de
zabulon qui exercitum ducerēt ad bel-
landum. Duces ysachar fuere cū deb-
bora: barach vestigia sunt secuti: qui
quasi in preceps ac baratrū se discrimi-
ni dedit. Diviso contra se ruben: ma-
gnanimorū reperta cōtentio est. Qua-
re habitas inter duos terminos: ut au-
dias sibilos gregū? Diviso contra se
ruben: magnanimoꝝ reperta cōtentio
est. Galaad trās iordanen quiescebat:
et dan vacabat navibus. Aser habi-
tabat i litore maris: et in portibꝫ mo-
rabatur. Zabulon vero et neptalim
obtulerunt animas suas morti in re-
gione merome. Venerunt reges ⁊ pu-
gnaverunt: pugnaverūt reges chana-
an i thanac iuxta aquas mageddon:
et tamē nichil tulere predātes. De celo
dimicatū est contra eos: stelle manen-
tes in ordine et cursu suo adversus si-
saram pugnaverunt. Torrens cison
traxit cadavera eoꝝ: torrens cadumim
torrens cison. Conculca anima mea
robustos. Ungule equorū ceciderunt:
fugientibus impetu · et per preceps ru-
entibus fortissimis hostiū. Maledicite
terre meroz dixit angelus dñi: maledi-
cite habitatoribꝫ eius: quia non vene-
runt ad auxiliū dñi ⁊ adiutoriū fortis-
simorū eius. Benedicta inter mulieres
iahel uxor aber cinei: ⁊ benedicatur in ta-
bernaculo suo. Aquā petēti lac dedit: et in
phiala principū obtulit butirum. Si-
nistram manū misit ad clavum: et de-
xtram ad fabrorū malleos, percussitq;
sisarā querens in capite vulneri locū:
et timpus valide perforās. Inter pedes
eius ruit: defecit et mortuus est: volve-
batur ante pedes eius: et iacebat exa-
nimis ⁊ miserabilis. Per fenestram re-
spiciens ululabat mater eius: et de ce-
naculo loquebatur. Cur moratur re-
gredi currus eiꝰ? quare tardaverūt pe-
des quadrigarū illius? Una sapienti-
or ceteris uxoribꝫ eius hec socrui verba
respondit. Forsitan nunc dividit spo-
lia et pulcerrima feminarū eligitur ei.
Vestes diversoꝝ coloꝝ sisare tradun-
tur i predā: ⁊ supellex varia ad ornan-
da colla cōgeritur. Sic pereant omēs
inimici tui dñe: q autē diligūt te sicut
sol i ortu suo splendet ita rutilent. Quie-
vitq; terra p quadraginta ānos. ca. vi

Fecerūt aūt filij israhel malum in
conspectu dñi: qui tradidit illos

in manu madian septem ānis:et op-
pressi sunt valde ab eis. Feceruntqꝫ sibi
antra et speluncas in mōtibus:⁊ mu-
nitissima ad repugnandū loca. Cūqꝫ
seuisset israhel ascendebat madian et
amalech et ceteri orientaliū nationū:
et apud eos figentes tētoria·sicut erāt
in herbis cūcta vastabant usqꝫ ad in-
troitū gaze·nichilqꝫ omnino ad vitā
pertinens relinquebāt in isrl̄:nō oves
non boves non asinos. Ipsi enim et
universi greges eoꝝ veniebant cū taber-
naculis suis:et instar locustarū uni-
versa complebāt·innumera multitu-
do hominū ⁊ cameloꝝ·quicquid teti-
gerant devastantes. Humiliatusqꝫ est
isrl̄ valde in cōspectu madian. Et cla-
mavit ad dñm postulans auxilium
cōtra madianitas. Qui misit ad eos
virum ꝓphetam:⁊ locutꝰ est. Hec dicit
dñs deus isrl̄. Ego feci vos conscende-
re de egipto ⁊ eduxi vos de domo servi-
tutis:et liberavi de manu egiptioꝝ et
omniū inimicorū qui affligebāt vos.
Ieciqꝫ eos ad introitū vestrū:et tradi-
di vobis terrā eorū:et dixi. Ego dñs
deus vester. Ne timeatis deos amor-
reorum in quorū terra habitatis. Et
noluistis audire vocem meā. Venit
autē angelus dñi et sedit sub quercu
qui erat in efra:et pertinebat ad ioas
patrem familie ezdri. Cumqꝫ gedeon
filius eius excuteret atqꝫ purgaret fru-
menta ī torculari ut fugeret madian:
apparuit ei angelꝰ dñi et ait. Dominꝰ
tecū virorꝫ fortissime. Dixitqꝫ ei gedeon.
Obsecro dñe mi si dñs nobiscum est:
cur ergo apphenderūt nos hec omnia?
Ubi sunt mirabilia eius que narra-
verunt patres nostri:atqꝫ dixerunt de
egipto eduxit nos dñs? Nūc autem
dereliquit nos dominꝰ:et tradidit in
manu madian. Respexitqꝫ ad eum do-
minus·et ait. Vade ī hac fortitudine
tua:⁊ liberabis isrl̄ de manu madian.
Scito qꝫ miserim te. Qui respondens
ait. Obsecro dñe mi in quo liberabo
israhel? Ecce familia mea infima est
in manasse:et ego minimꝰ in domo
patris mei. Dixitqꝫ ei dñs. Ego ero te-
cum:et percuties madian quasi unum
virum. Et ille. si inveni inquit gratiā
coram te da michi signū qꝫ tu sis qui
loqueris ad me:nec recedas hinc do-
nec revertar ad te portās sacrificium
et offerens tibi. Qui respondit. Ego
prestolabor adventū tuū. Ingressus ē
itaqꝫ gedeon et coxit hedum et de fari-
ne modio azimos panes:carnesqꝫ
ponens in canistro et ius carniū mit-
tens in ollā·tulit omnia sub quercu:et
obtulit ei. Cui dixit angelꝰ dñi. Tolle
carnes et azimos panes et pone sup
petram illā:et ius desup funde. Cūqꝫ
fecisset ita·extendit angelus dñi sum-
mitatem virge quā tenebat in manu
et tetigit carnes et azimos panes:a-
scenditqꝫ ignis de petra et carnes azi-
mosqꝫ panes cōsumpsit, angelus aūt
dñi evanuit ex oculis eiꝰ. Vidensqꝫ ge-
deon qꝫ esset angelus dñi ait. Heu mi
dñe deus:quia vidi angelū dñi facie
ad faciem. Dixitqꝫ ei dñs. Pax tecum.
Ne timeas:nō morieris. Edificavit
ergo ibi gedeon altare domino:voca-
vitqꝫ illud dñi pax usqꝫ in presentem
diem. Cumqꝫ adhuc esset in efra que ē
familie ezdri:nocte illa dixit dñs ad
eum. Tolle thaurū patris tui et alterū
thaurum ānorum septem·destruesqꝫ
aram baal que est patris tui·et nemꝰ
qđ circa aram est succide:⁊ edificabis
meū: ⁊ cessate ab hac stulticia. Habeo
filiā virginē · ⁊ hic homo habet cōcubi-
nā: educā eas ad vos ut humilietis e-
as ⁊ vr̄am libidinē cōpleatis: tātū ob-
secro ne scel⁹ hoc cōtra naturā operemi-
ni i virū. Nolebāt acq̄escere s̄monibꝫ
illi⁹. Qd̄ cernēs homo adduxit ad eos
cōcubinā suā: ⁊ eis tradidit illudendā.
Qua cū tota nocte abusi essēt: dimise-
rūt eā mane. At mulier recedētibꝫ tene-
bris venit ad ostium dom⁹ ubi mane-
bat dn̄s suus: ⁊ ibi corruit. Mane fa-
cto surrexit homo et aperuit ostiū ut ce-
ptā expleret viā: ⁊ ecce cōcubina ei⁹ iace-
bat āte ostiū sparsis i limine manibꝫ.
Cui ille putās eā quiescere loquebat̄.
Surge ut ābulem⁹. Qua nichil respō-
dēte intelligēs q̄ erat mortua · tulit eā
et imposuit asino: reversusq; ē i domū su-
am. Quā cū esset ingressus arripuit
gladiū: ⁊ cadaver uxoris cū ossibꝫ suis
in duodeci partes ac frusta cōcidēs misit
in omēs t̄minos isrl'. Qd̄ cū vidissent
singli cōclamabāt. Nūq̄ res talis fa-
cta ē in israhel ex eo die quo ascēderūt
patres nostri de egipto usq; i presens
tempus. Ferte sententiam: et in commu-
ne decernite quid facto op⁹ sit. Ca. xx.

Egressi itaq; sūt omnes filij isrl' ⁊
pariter cōgregati q̄si vir un⁹ de
dan usq; bersabee ⁊ terra galaad ad do-
minū i masphat: omēs q̄z āguli pploꝝ
et cūcte tribꝫ isrl' in ecclesiā ppli dei cōve-
nerūt q̄dringēta milia peditū pugna-
toꝝ. Nec latuit filios beniamin: q̄ ascē-
dissēt filij isrl' in maspha. Interrogatus
q; levita marit⁹ mulieris interfecte · quo-
modo tātū scel⁹ pperatū esset respōdit.
Veni i gabaa beniamin cū uxore mea:
illucq; divti. Et ecce homines civitatis
illi⁹ circūdederūt nocte domū i qua ma-
nebā volētes me occidere: ⁊ uxorē meā
incredibili furore libidinis vexātes, de-
niq; mortua ē. Quā arreptā in frusta
concidi: misiq; partes i omēs t̄minos
possessionis vr̄e: q̄a nūq̄ tātū nefas et
tā grāde piaculū factū ē in isrl'. Adestis
omēs filij isrl': decernite q̄d facere debe-
atis. Stansq; omīs pplus et q̄si uni⁹ ho-
minis s̄mone respōdit. Nō recedem⁹
in tabernacula nr̄a: nec suā quisquā in-
trabit domū: sed hoc cōtra gabaa in cō-
mune faciem⁹. Decē viri eligāt̄ e centū
ex omībꝫ tribubꝫ isrl' et cētū de mille et
mille de decē milibus ut cōportēt exer-
citui cibaria: ⁊ possim⁹ pugnare cōtra
gabaa beniamin: ⁊ reddere ei p scelere
qd̄ meret̄. Convenitq; univ̄sus isrl' ad
civitatē q̄si homo un⁹ eadē mēte uno
q; cōsilio: ⁊ miserūt nūcios ad omnem
tribū beniamin q̄ dicerēt. Cur tātū ne-
fas i vobis repertū ē? Tradite homines
de gabaa q̄ hoc flagiciū pperarūt ut
moriant̄: et auferat̄ malū de isrl'. Qui

noluerūt fratrū suoꝝ filioꝝ isrl' audire
mādatū: sed ex cūctis urbibus q̄ sortis
sue erāt cōuenerūt i gabaa ut illis fer-
rēt auxiliū: ⁊ ɔtra uniūsū pplm israhel
dimicarēt. Inuentiq; sūt uigintiquinq;
milia de beniamin educentiū gladiū
preter habitatores gabaa q̄ septingenti
erant uiri fortissimi ita sinistra ut de-
xtra pliantes: et sic fundis lapides ad
certū iacientes ut capillū q̄z posset percute-
re: ⁊ nequaq̄z i alterā partē ictus lapi-
dis deferret. Virorū q̄z isrl' absq; filijs
beniamin inuenta sūt quadrigēta mi-
lia educentiū gladios ⁊ paratorū ad
pugnā: qui surgētes uenerūt in domū
dei hoc ē in silo: cōsulueruntq; dñm atq;
dixerūt. Quis erit in exercitu nr̄o prin-
ceps certaminis ɔtra filios bēiamin?
Quibꝫ respondit dñs. Iudas sit dux
uester. Statimq; filij isrl' surgētes ma-
ne castrametati sūt iuxta gabaa: et in-
de pcedētes ad pugnā ɔtra bēiamin-
urbē oppugnare ceperūt. Egressiq; filij
beniamin de gabaa: occiderūt de filijs
isrl' die illo uigintiduo milia uirorum.
Rursū filij isrl' ⁊ fortitudine ⁊ numero
cōfidētes in eodē loco in quo pri⁹ cer-
tauerāt aciē direxerūt: ita tamē ut pri⁹
ascenderēt et flerēt corā dño usq; ad no-
ctem: cōsulerētq; eū ⁊ dicerēt. Debeo ul-
tra pcedere ad dimicandū ɔtra filios
beniamin frēs meos an non? Quibꝫ
ille respōdit. Ascendite ad eos: ⁊ inite
certamē. Cūq; filij isrl' altera die cōtra
filios beniamin ad pliū pcessissent: e-
ruperūt filij bēiamin de portis gabaa:
et occurrētes eis tāta i illos cede bacha-
ti sūt· ut decē ⁊ octo milia uiroꝝ educē-
tium gladiū psterrerent. Quāobrem
oēs filij isrl' uenerūt in domū dei: et
sedētes flebāt corā dño. Ieiunauerūt-
q; die autem illo usq; ad uesperam:
et obtulerunt ei olocausta atq; pacifi-
cas uictimas: et super statu suo inter-
rogauerūt. Eo tempore ibi erat archa fe-
deris dñi: et phinees fili⁹ eleazari filij
aaron prepositus dom⁹. Cōsuluerunt
igit' dñm atq; dixerūt. Exire ultra debe-
mus ad pugnā ɔtra filios beniamin
fratres nros an quiescere? Quibꝫ ait
dñs. Ascendite. Cras eni tradā eos in
man⁹ vras. Posueruntq; filij isrl' insidi-
as p circuitū urbis gabaa: ⁊ tercia uice
sicut semel ⁊ bis ɔtra bēiamin exercitū
produxerūt. Sed ⁊ filij beniamin au-
dacter eruperūt de ciuitate: et fugientes
aduersarios lōgius psecuti sunt: ita ut
uulnerarēt ex eis sicut primo die et secū-
do: ⁊ cederēt p duas semitas uertentes
terga quaꝝ una ferebat' in bethel et al-
tera in gabaa: atq; psternerent triginta
circiter uiros. Putauerūt eni solito eos
more cedere. Qui fugā arte simulātes
inierūt cōsiliū ut abstraherēt eos de ci-
uitate: et qsi fugientes ad supradictas
semitas pducerēt. Omēs itaq; filij isrl'
surgentes de sedibꝫ suis tetenderūt aci-
em in loco q̄ uocat' baalthamar. Insi-
die q̄z que circa urbē erāt paulatim se
aperire ceperūt et ab occidētali urbis
parte pcedere. Sed et alia decē milia
uiroꝝ de uniūso isrl' habitatores urbis
ad certamina puocabāt. Ingrauatū-
q; ē belluz cōtra filios beniamin: ⁊ non
intellexerūt qr ex omni parte illis instaret
interit⁹. Percussitq; eos dñs i cōspectu
filioꝝ isrl': ⁊ interfecerūt ex illis in illo die
uigintiquinq; milia ⁊ centū uiros oēs
bellatores et educentes gladium. Filij
aūt beniamin cum se inferiores esse ui-
dissent ceperūt fugere. Quod cernētes filij
isrl' dederunt eis ad fugiendū locū: ut
ad pparatas insidias deuenirēt quas
iuxta urbem posuerāt. Qui cum repēte

de latibulis surrexissent et beniamin
terga cedentibus darent: ingressi sunt civitatem
et percusserunt eam in ore gladii. Signum
autem dederant filii israel his quos in insi-
diis collocaverant: ut postquam urbem cepis-
sent igne accenderent: ut ascendente in
altum fumo captam urbem demonstrarent.
Quod cum cernerent filii israel in ipso certa-
mine positi · putaverunt enim filii benia-
min eos fugere et instantius perseque-
bantur · cesis de exercitu eorum triginta vi-
ris: et viderent quasi columnam fumi de
civitate conscendere: beniamin quoque re-
spiciens retro cum captam cernerent civita-
tem et flammas in sublime ferri: qui pri-
us simulaverant fugam · versa facie forti-
us resistebant. Quod cum vidissent filii
beniamin in fugam versi sunt: et ad viam
deserti ire ceperunt: illuc quoque eos ad-
versariis persequentibus. Sed et hii qui
urbem succenderant occurrerunt eis: atque
ita factum est ut ex utraque parte ab hosti-
bus cederentur: nec erat ulla requies mo-
rientium. Ceciderunt atque prostrati sunt ad
orientalem plagam urbis gabaa. Fue-
runt autem qui in eodem loco interfecti sunt
decem et octo milia virorum: omnes robu-
stissimi pugnatores. Quod cum vidis-
sent qui remanserant de beniamin fuge-
runt in solitudinem: et pergebant ad petram
cuius vocabulum est remmon. In illa quoque
fuga palantes et in diversa tendentes
occiderunt quinque milia viros. Et cum
ultra tenderent persecuti sunt eos: et inter-
fecerunt etiam alia duo milia. Et sic fa-
ctum est ut omnes qui ceciderant de ben-
iamin in diversis locis essent vigintiquinque
milia pugnatores ad bella promptis-
simi. Remanserunt itaque de omni numero
beniamin qui evadere potuerunt et fu-
gere in solitudinem sexcenti viri: sederuntque
in petra remmon mensibus quatuor.

Regressi autem filii israel omnes reliquias ci-
vitatis a viris usque ad iumenta gladio
percusserunt: cunctasque urbes et vicos benia-
min vorax flamma consumpsit. C. XXI.
Iuraverunt quoque filii israel in maspha: et
dixerunt. Nullus nostrum dabit filiis
beniamin de filiabus suis uxorem. Ve-
neruntque omnes ad domum dei in sylo: et
in conspectu eius sedentes usque ad vespe-
ram levaverunt vocem: et magno ulu-
latu ceperunt flere dicentes. Quare domine
deus israel factum est hoc malum in popu-
lo tuo: ut hodie una tribus auferretur
ex nobis? Altera autem die diluculo con-
surgentes extruxerunt altare: obtulerunt-
que ibi olocausta et pacificas victimas:
et dixerunt. Quis non ascendit in exerci-
tum domini de universis tribubus israhel?
Grandi enim iuramento se constrinxerant
cum essent in maspha · interfici eos qui
defuissent. Ductique penitentia filii isra-
hel super fratre suo beniamin ceperunt di-
cere. Ablata est tribus una de israel. Un-
de uxores accipient? Omnes enim in com-
mune iuravimus non daturos nos
hiis filias nostras. Idcirco dixerunt.
Quis est de universis tribubus israhel·
qui non ascendit ad dominum in mas-
pha? Et ecce inventi sunt habitatores
iabis galaad in illo exercitu non fuis-
se. Eo quoque tempore cum essent in sylo
nullus ex eis ibi repertus est. Miserunt
itaque decemmilia viros robustissimos:
et preceperunt eis. Ite et percutite habita-
tores iabis galaad in ore gladii · tam
uxores quam parvulos eorum. Et hoc erit
quod observare debebitis. Omne ge-
neris masculini et mulieres que cogno-
verunt viros interficite: virgines reserva-
te. Inventeque sunt de iabis galaad qua-
dringente virgines que nescierunt viri
thorum: et adduxerunt eas ad castra

in sylo in terrā chanaan. Miseruntq3
nūcios ad filios beniamin qui erāt in
petra remmon: et preperūt eis ut eas sus-
ciperēt ī pace. Veneruntq3 filij beniamin
in illo tempore: et date sūt eis uxores de
filiab3 iabes galaad: alias aūt non
repperrūt quas simili modo traderent.
Vniuersusq3 isrl' valde doluit. et egit
penitentiā sup interfectione vni' trib3
ex isrl: dixeruntq3 maiores natu. Quid
faciemus reliquis qui nō acceperunt
uxores? Omnes in beniamin femine
conciderunt: et magna nobis cura in-
gentiq3 studio prouidendum est: ne
una trib3 deleatur ex isrl. Filias enim
nostras eis dare nō possum' constricti
iuramento et maledictione qua dixi-
mus, maledict' qui dederit de filiab3
suis uxorem beniamin. Ceperuntq3 con-
siliū: atq3 dixerūt. Ecce solēnitas dn̄i
est in sylo anniūsaria. que sita est ad
septentrionē urbis bethel: ad orienta-
lem plagā vie que de bethel tendit ad
sychimā ⁊ ad meridiem oppidi lebona.
Preceperūtq3 filijs beniamin atq3 di-
xerūt. Ite: et latitate in vineis. Cumq3
videritis filias sylo ad ducendos cho-
ros ex more procedere: exite repente de vi-
neis et rapite ex eis singuli uxores sin-
gulas: et pergite in terram beniamin.
Cūq3 venerint patres eaꝝ ac fratres ⁊
aduersū vos queri ceperint atq3 iurga-
ri: dicem' eis. Misereminī eoꝝ. Nō eñ
rapuerūt eas iure bellantiū atq3 victorū:
sed rogantib3 ut acciperēt nō dedistis:
et a vrā parte peccatū ē. Feceruntq3 filij be-
niamin ut sibi fuerat imperatū: ⁊ iuxta
numerū suū rapuerūt sibi de hijs que
ducebāt choros uxores singulas: abi-
eruntq3 in possessionē suā edificantes
urbes et habitātes in eis. Filij quoq3
israhel reuersi sunt p tribus et familias
in tabernacula sua. In diebus illis nō
erat rex in israhel: sed vnusquisq3 quod si-
bi rectum videbatur hoc faciebat. Ex-
plicit liber iudicū. Incipit lib' ruth. C. I.

In diebus vnius iudicis quādo iudi-
ces preerant facta est fames in terra. A-
bijt que homo de bethleem iuda. ut
peregrinaretur in regione moabitide:
cū uxore sua ac duob3 liberis. Ipse vo-
cabat' elimelech ⁊ uxor eius noemi. et
duo filij alter maalon ⁊ alter chelion.
effrati de bethleem iuda. Ingressiq3 re-
gionem moabitidem morabātur ibi.
Et mortu' est elimelech maritus noe-
mi: remansitq3 ipa cū filijs. Qui accepe-
runt uxores moabitidas: quaꝝ una
vocabat' orpha: altera q3 ruth. Man-
seruntq3 ibi decem annis: et ambo mor-
tui sunt maalon videlicet ⁊ chelion: re-
mansitq3 mulier orbata duob3 liberis
ac marito. Et surrexit ut in patriā per-
geret cum vtraq3 nuru sua de regione
moabitide. Audierat eñ q dn̄s respexisset
pplm suum ⁊ dedisset eis escas. E-
gressa est itaq3 de loco peregrinationis
sue cū vtraq3 nuru: et iam in via reuer-
tendi posita in terrā iuda: dixit ad eas.
Ite in domū matris vestre. Faciat vo-
biscū dn̄s misericordiā: sicut fecistis cū
mortuis ⁊ mecū. Det vobis inuenire
requiē in domib3 virorū quos sortitu-
re estis. Et osculata est eas. Que eleua-
ta voce flere ceperūt ⁊ dicere. Tecū perge-
mus ad ppl'm tuum. Quib3 illa respō-
dit. Reuertimini filie mee. Cur venitis
mecū? Num vltra habeo filios in ute-
ro meo: ut viros ex me sperare possitis?
Reuertimini filie mi ⁊ abite. Iam eñ
senectute confecta sum: nec apta vincu-
lo coniugali. Etiā si possem hac nocte
concipere ⁊ parere filios: si eos expectare
velitis donec crescāt ⁊ ānos pubertatis

impleret: ante eritis vetule q̄ nubatis.
Nolite queso filie mi: quia vestra an-
gustia magis me premit: ⁊ egressa est
manus dn̄i cōtra me. Elevata igitur
voce rursū flere ceperūt. Orpha osculata
est socrū ac reu̇sa: ruth adhesit socrui
sue. Cui dixit noemi. En reuersa est co-
gnata tua ad p̄pl'm suū et ad deos su-
os: vade cū ea. Que respōdit. Ne ad-
uerseris michi: ut relinquā te et abeam.
Quocūq; perrexeris pergā: et ubi mo-
rata fueris ⁊ ego pariter morabor. Po-
pulus tu⁹ p̄pl's meus: ⁊ deus tuus de⁹
meus. Que te terra susceperit morientē
in ea moriar: ibiq; locū accipiā sepul-
ture. Hec michi faciat deus et hec ad-
dat: si non sola mors me ⁊ te separaue-
rit. Videns ergo noemi q̄ obstinato
ruth animo decreuisset secū pergere- ad-
uersari noluit: nec ad suos ultra redi-
tum persuadere. Profecteq; sunt simul:
et venerunt in bethleem. Quib3 urbem
ingressis velox apud cūctos fama per-
crebuit. dicebātq; mulieres. Hec est illa
noemi. Quib3 ait. Ne vocetis me noe-
mi id est pulcrā: sed vocate me mara
id est amarā: q̄a amaritudine valde
repleuit me omnipotens. Egressa sū
plena: et vacuā reduxit me dn̄s. Cur
ergo vocatis me noemi quam domi-
nus humiliauit: et afflixit omnipo-
tens? Venit ergo noemi cum ruth mo-
abitide nuru sua de terra peregrinati-
onis sue: ac reuersa est in bethleē quā-
do primum ordea metebantur. c. ii.
Erat aūt viro elimelech consangui-
neus- homo potens et magnarū
opū nomine booz. Dixitq; ruth moa-
bitis ad socrū suā. Si iubes vadā i a-
grū et colligā spicas q̄ fugerint man⁹
metentiū: ubicūq; clementis in me pa-
trisfamilias repperero gratiā. Cui illa
respondit. Vade filia mi. Abiit itaq;
et colligebat spicas post terga meten-
tiū. Accidit aūt ut ager ille haberet do-
minū nomine booz: q̄ erat de cogna-
tione elimelech. Et ecce ipse veniebat de
bethleem: dixitq; messoribus. Domin⁹
vobiscum. Qui responderūt ei. Bene-
dicat tibi dn̄s. Dixitq; booz iuueni q̄
messoribus preerat. Cui⁹ est hec puel-
la? Cui respondit. Hec est moabitis
q̄ venit cū noemi de regione moabiti-
de: ⁊ rogauit ut spicas colligeret rema-
nentes- sequēs messorū vestigia. Et de
mane usq; nūc stat in agro: et nec ad
momentū quidem domum reuersa est.
Et ait booz ad ruth. Audi filia. Ne
vadas in alterū agrū ad colligendū
nec recedas ab hoc loco: sed iungere
puellis meis: ⁊ ubi messuerint sequere.
Mandaui eni pueris meis ut nemo
molestus sit tibi: sed etiam si sitieris
vade ad sarcinulas ⁊ bibe aquas de
quib3 ⁊ pueri mei bibūt. Que cadens
in faciem suā et adorās sup terram: di-
xit ad eū. Unde hoc michi ut inueni-
rem gratiā ante oculos tuos: et nosse
me dignareris peregrinā mulierem?
Cui ille respondit. Nunciata sunt mi-
chi omnia que feceris socrui tue post
mortem viri tui: et q̄ reliqueris paren-
tes tuos ⁊ terrā in qua nata es: ⁊ vene-
ris ad p̄plm quē antea nesciebas. Red-
dat tibi dn̄s pro opere tuo: et plenam
mercedē recipias a dn̄o deo isrl' ad quē
venisti: ⁊ sub cui⁹ cōfugisti alas. Que
ait. Inueni gratiā apud oculos tuos
dn̄e mi: qui cōsolatus es me et locut⁹
es ad cor ancille tue: que nō sum simi-
lis uni⁹ puellarū tuarū. Dixitq; ad eā
booz. Quando hora vescendi fuerit ve-
nito huc ⁊ comede panem: ⁊ intinge buc-
cellam tuam in aceto. Sedit itaq; ad

messorū latus et congessit polentam
sibi: comeditq; et saturata est: et tulit
reliquias. Atq; inde surrexit: ut spicas
ex more colligeret. Precepit aūt booz
pueris suis dicens. Etiam si vobiscū
metere voluerit ne prohibeatis eā: et de
vr̄is quoq; manipulis proicite de in-
dustria et remanere permittite ut absq;
rubore colligat: et colligentem nemo
corripiat. Collegit ergo in agro usq;
ad vesperam: et que collegerat virga
cedens et excutiens invenit ordei quasi
ephi mēsurā id est tres modios. quos
portans reversa est in civitatē et osten-
dit socrui sue. Insup protulit et dedit
ei de reliquijs cibi sui quo saturata fu-
erat. Dixitq; ei socrus sua. Ubi hodie
collegisti? Et ubi fecisti opus? Sit be-
nedictus qui misertus est tui. Indica-
vitq; ei apud quem esset operata: et
nomen dixit viri q booz vocaretur.
Cui respondit noemi. Benedictus sit
a dn̄o: quoniā eandem gratiam quā
prebuerat vivis servavit et mortuis.
Rursumq; ait. Propinquus noster ē
homo. Et ruth: hoc quoq; inquit pre-
cepit michi: ut tamdiu messoribz eius
iungerer donec om̄es segetes meteren-
tur. Cui dixit socrus. Melius est filia
mi ut cum puellis eius exeas ad meten-
dum: ne in alieno agro quispiam re-
sistat tibi. Iūcta est itaq; puellis booz:
et tādiu cū eis messuit donec ordea et
triticum in horreis conderentur. III.

Postq; aūt reversa est ad socrum
suam: audivit ab ea. Filia mi
queram tibi requiem: et providebo ut
bene sit tibi. Booz iste cuius puellis in
agro iuncta es propinquus noster est:
et hac nocte aream ordei ventilat. La-
vare igitur et ungere: et induere cul-
cioribus vestimētis: et descende in areā.
Non te videat homo: donec esum po-
tumq; finierit. Quando aūt ierit ad
dormiendū: nota locū in quo dormi-
at. Veniesq; et discoperies palliū quo
operitur a parte pedum: et proicies te
et ibi iacebis. Ipse aūt dicet tibi quid
agere debeas. Que respōdit. Quicqd
preceperis faciam. Descenditq; in are-
am: et fecit omnia que sibi imperave-
rat socrus. Cūq; comedisset booz et
bibisset. et factus esset hilarior. issetq;
ad dormiendū iuxta acervū manipu-
lorum venit abscondite: et discoper-
to a pedibz eius pallio se proiecit. Et
ecce nocte iam media expavit homo
et conturbatus est. viditq; mulierē ia-
centem ad pedes suos et ait illi. Que
es? Illaq; respondit. Ego sum ruth
ancilla tua. Expande palliū tuū sup
famulam tuā: quia propinquus es. Et
ille. benedicta inquit es a dn̄o filia: et
priorem misericordiam posteriori sup-
rasti: quia non es secuta iuvenes pau-
peres sive divites. Noli ergo metuere:
sed quicquid dixeris michi faciā tibi.
Scit enī om̄is populus qui habitat in-
tra portas urbis mee mulierem te esse
virtutis. Nec abnuo me propinquū:
sed ē alius me propinquior. Quiesce
hac nocte: et facto mane. si te voluerit
propinquitatis iure retinere bene res
acta est: sin autem ille noluerit. ego te
absq; ulla dubitatione suscipiam. vi-
vit dominus. Dormi usq; mane. Dor-
mivit itaq; ad pedes eius usq; ad no-
ctis abscessum. Surrexit itaq; ātequā
homines se cognoscerent mutuo: et di-
xit booz. Cave ne quis noverit q huc
veneris. Et rursum: expande inquit
palliū tuū quo operiris: et tene utraq;
manu. Qua extendēte et tenente: mēsus
est sex modios ordei et posuit super eā.

Que portans ingressa est civitatē: et
venit ad socrū suā. Que dixit ei. Quid
egisti filia? Narravitq; ei omnia q̄ sibi
fecisset homo. Et ait. Ecce sex modios
ordei dedit michi ⁊ ait, nolo vacuā te
reverti ad socrū tuam. Dixitq; noemi.
Expecta filia donec videam⁹ quē res ex-
itū habeat. Neq; eni cessabit homo:
nisi cōpleverit qd locutus est. ca. iiii.
Ascendit ergo booz ad portam: et
sedit ibi. Cūq; vidisset ꝓpinquū
preterire de quo prius sermo habitus
est: dixit ad eū. Declina paulisper ⁊ se-
de hic: vocās eū nomine suo. Qui di-
vertit et sedit. Tollēs aūt booz decem
viros de senioribz civitatis dixit ad e-
os. Sedete hic. Quibus residētibz lo-
cut⁹ est ad ꝓpinquū. Partē agri fris
nri elimelech vendit noemi q̄ reūsa est
de regione moabitide: qd audire te vo-
lui et tibi dicere corā cūctis sedētibus
et maioribz natu de ꝑplo meo. Si vis
possidere iure ꝓpinquitatis eme ⁊ pos-
side; si aūt displicet tibi: hoc ipm indi-
ca michi ut sciā qd facere debeā. Null⁹
eni est ꝓpinqu⁹ excepto te q̄ prior es: et
me qui scd's sū. At ille respōdit. Ego
agrū emā. Cui dixit booz. Quādo eme-
ris agrū de manu mulieris: ruth q̄q; mo-
abitidē q̄ uxor defuncti fuit debes acci-
pere: ut suscites nomē ꝓpinqui tui in he-
reditate sua. Qui respōdit. Cedo iure
propinquitatis. Neq; eni posteritatē
familie mee delere debeo. Tu meo utere
privilegio: quo me libēter carere ꝓfite-
or. Hic aūt erat mos antiquit⁹ in isra-
hel inter ꝓpinqs: ut si quādo alter al-
teri suo iure cedebat: ut esset firma con-
cessio solvebat homo calciamentum
suum: et dabat proximo suo. Hoc
erat testimonium cessionis in isrl. Di-
xit ergo propinquo suo booz. Tolle
calciamentū. Qd statim solvit de pede
suo. At ille maioribz natu et univ̄so
ꝑplo testes vos inquit estis hodie q
possederim omnia q̄ fuerūt elimelech et
chelion et maalon tradente noemi: et
ruth moabitidē uxorē maalon in cō-
iugiū sumpserim ut suscitē nomē de-
functi in hereditate sua: ne vocabulū
ei⁹ de familia sua ac fratribus et ꝑplo
deleatur. Vos inquā hui⁹ rei testes e-
stis. Respondit omnis ꝑpls qui erat in
porta: et maiores natu. Nos testes su-
mus. Faciat dn̄s hāc mulierē q̄ ingre-
dit domū tuā sicut rachel ⁊ lyam que
edificaverūt domū isrl: ut sit exemplū
virtutis in effrata et habeat celebre no-
men in bethleem. Fiatq; dom⁹ tua si-
cut domus phares quē thamar pepe-
rit iude: de semine qd tibi dederit dn̄s
ex hac puella. Tulit itaq; booz ruth ⁊
accepit uxorem: ingressusq; est ad eā:
dedit illi dn̄s ut conciperet et pareret fili-
um. Dixerūtq; mulieres ad noemi. Be-
nedict⁹ dn̄s qui nō ē passus ut deficē-
ret successor familie tue: et vocaretū no-
men ei⁹ in isrl: ⁊ habeas q̄ cōsoletur a-
nimā tuā ⁊ enutriet senectutē. De nuru
eni tua nat⁹ ē q̄ te diliget: ⁊ multo tibi
melior est: quā si septem haberes fili-
os. Susceptumq; noemi puerum po-
suit in sinu suo: et nutricis ac gerule
fungebatur officio. Vicine aūt mulie-
res congratulantes ei et dicentes nat⁹
est filius noemi: vocaverunt nomen
eius obed. Hic est pater ysai patris da-
vid. Hee sunt generationes phares.
Phares genuit esrom: Esrom genuit
aram: aram genuit aminadab. A-
minadab genuit naasson: naasson ge-
nuit salmon. Salmon genuit booz:
booz genuit obed. Obed genuit ysai:
ysai genuit david regē.

Incipit prologus in libros regum.

Viginti et duas litteras esse
apud hebreos: syrorū q̄z
lingua et chaldeorū testa-
tur: que hebree magna ex
parte confinis est. Nam et ipsi vigin-
tiduo elementa habēt: eodem sono sed
diuersis caracteribȝ. Samaritani etiā
pentatheucum moysi totidem litteris
scriptitant: figuris tantum et apicibȝ
discrepantes. Certumq; ē esdram scri-
bam legisq; doctorē post captā ihero-
solimā et instaurationem templi sub
zorobabel alias litteras repperisse q̄bus
nūc utimur: cū ad illud usq; tēpus iidem
samaritanorū et hebreorū caracteres
fuerint. In libro quoq; numero₂ hec
eadē supputatio sub leuitarū ac sacerdo-
tum censu mistice ostenditur: et nomen
dn̄i tetragrāmaton in q̄busdā grecis
voluminibȝ usq; hodie antiq̄s expssū
litteris inuenim⁹. Sed et psalmi tricesi-
musseptim⁹ et centesimusdecim⁹ et centesi-
musundecim⁹ et cētesimusdecimusocta-
uus et cētesimusq̄dragesimusq̄rtus
q̄q̄ diuerso scribant̄ metro: tamē eiusdē
numeri texunt̄ alphabeto. Et iheremie
lamētatiōes et oratio ei⁹: salomonis
quoq; ī fine prouerbia ab eo loco ī quo
ait. Mulierē fortē quis inueniet: eisdem
alphabetis uel incisionibȝ supputantur.
Porro quinq; littere duplices apud he-
breos sunt: caph mem nun phe sade.
Aliter enī scribūt̄ p has principia me-
dietatesq; v̄bo₂: aliter fines. Unde et
quinq; a plerisq; libri duplices estimant̄:
samuel malachym dabreiamin e-
sdras ihieremias cū cynoth id ē lamē-
tationibȝ suis. Quomodo igit̄ uiginti-
duo elemēta sūt p q̄ scribim⁹ hebraice
om̄e qd̄ loq̄mur: et eo₂ initiis vox hu-
mana comprehenditur: ita uigintiduo
uolumina supputantur: quibȝ quasi
litteris et exordiis in dei doctrina tene-
ra adhuc et lactens uiri iusti eruditur
infantia. Primus apud eos liber vo-
catur bresith: quem nos genesim dici-
mus. Secundus ellesmoth: q̄ exodus
appellatur. Tercius vaiecra: id est le-
uiticus. Quartus vagedaber: quē nu-
merum vocamus. Quint⁹ elleadda-
barim: qui deuteronomiū p̄notatur.
Hii sunt quinq; libri moysi: quos pro-
prie thorath id est legem appellant.
Secundū prophetarū ordinē faciūt: et
incipiūt a ihu filio naue: q̄ apud illos
iosue bennun dicit̄. Deinde subtexūt so-
ptym id ē iudicū librū: et ī eūdē cōpin-
gūt ruth: q̄a ī diebȝ iudicū facta eius
narrat̄ historia. Terci⁹ sequitur samu-
el: quē nos regno₂ p̄mū et scd̄m dici-
mus. Quart⁹ malachim id ē regū: q̄
tercio et q̄rto regno₂ volumīe cōtinetur.
Meliusq; ē multo malachim id est re-
gū: q̄ malachoth id ē regno₂ dicē. Nō
enī multa₂ gētiū describit regna: sed uni-
us israelitici p̄pli q̄ tribubȝ duodecī cōtine-
tur. Quint⁹ ē ysaias. Sext⁹ ihieremias.
Septim⁹ ezechiel. Octau⁹ liber duode-
cim p̄phetarū: q̄ apud illos vocat̄ thare-
asra. Terci⁹ ordo agiographa possidet. Et
p̄m⁹ liber īcipit ab iob. Scd̄s a dauid:
quē quinq; incisionibȝ et uno psalmo-
rū volumīe cōprehendūt. Terci⁹ ē salomō
tres libros habens: prouerbia q̄ illi para-
bolas id ē masloth appellāt: et q̄rt⁹ ecclesia-
sten id ē coeleth: quart⁹ ē canticū canticoꝝ
quē titulo syrasyrim p̄notāt. Sext⁹ ē
daniel. Septim⁹ dabreiamin id ē verba
dierū: qd̄ significātius cronicon totius
diuine historie possum⁹ appellare: q̄
liber apud nos paralipomenon p̄m⁹
et scd̄s inscribitur. Octau⁹ esdras: q̄ et
ipse silit̄ apud grecos et latinos ī duos

libros divisus est. Nonus hester. Atque ita fiunt pariter veteris legis libri vigintiduo: id est moysi quinque et prophetarum octo: agiographorum novem. Quamquam nonnulli ruth et cinoth inter agiographa scriptitent: et hos libros in suo putent numero supputandos: ac per hoc esse prisce legis libros vigintiquatuor quos sub numero vigintiquatuor seniorum apocalipsis iohannis inducit adorantes agnum et coronas suas prostratis vultibus offerentes: stantibus coram quatuor animalibus oculatis ante et retro id est in preteritum et in futurum respicientibus et indefessa voce clamantibus: sanctus sanctus sanctus dominus deus omnipotens qui erat et qui est et qui venturus est. Hic prologus scripturarum quasi galeatum principium omnibus libris quos de hebreo vertimus in latinum convenire potest: ut scire valeamus quicquid extra hos est inter apocripha esse ponendum. Igitur sapientia que vulgo salomonis inscribitur et iesu filii sirach liber et iudith et thobias et pastor non sunt in canone. Machabeorum primum librum hebraicum reperi. Secundus grecus est: quod et ipsa phrasis probari potest. Que cum ita se habeant: obsecro te lector ne laborem meum reprehensionem estimes antiquorum. In templo dei offert unusquisque quod potest. Alii aurum et argentum et lapides preciosos: alii byssum et purpuram et coccum offerunt et iacinctum. Nobiscum bene agitur: si obtulerimus pelles et caprarum pilos. Et tamen apostolus contemptibiliora nostra magis necessaria iudicat. Unde et tota illa tabernaculi pulcritudo et per singulas species ecclesie presentis futureque distinctio pellibus tegitur et ciliciis: ardoremque solis et iniuriam ymbrium ea que viliora sunt prohibent. Lege ergo primum samuel et malachim meum. Meum inquam meum. Quicquid enim crebrius vertendo et emendando sollicitius et didicimus et tenemus nostrum est. Et cum intellexeris quod antea nesciebas: vel interpretem me estimato si gratus es: vel parafrasten si ingratus: quamquam michi omnino conscius non sim mutasse me quippiam de hebraica veritate. Certe si incredulus es: lege grecos codices et latinos et confer cum hiis opusculis que nuper emendavimus: et ubicumque discrepare inter se videris: interroga quemlibet hebreorum cui magis accomodare debeas fidem: et si nostra firmaverit: puto quod eum non estimes coniectorem: ut in eodem loco mecum similiter divinarit. Sed et vos famulas christi rogo que domini discumbentis preciosissima fidei mirra ungitis caput: que nequaquam salvatorem queritis in sepulcro: quibus iam ad patrem cristus ascendit: ut contra latrantes canes qui adversum me rabido ore deseviunt et circueunt civitatem: atque in eo se doctos arbitrantur si aliis detrahant: orationum vestrarum clipeos opponatis. Ego sciens humilitatem meam: illius semper sententie recordabor. Dixi custodiam vias meas: ut non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam: cum consisteret peccator adversum me. Obmutui et humiliatus sum: et silui a bonis.

Explicit prologus. Incipit liber regum primus. C. I.

Fuit vir unus de ramathaim sophim de monte ephraim: et nomen eius helchana filius iheroboam filii heliu filii thau filii suph effrateus: et habuit duas uxores: nomen uni anna: et nomen secunde fenenna. Fueruntque fenenne filii: anne autem non erant

liberi. Et ascendebat vir ille de civita-
te sua statutis diebus: ut adoraret et
sacrificaret domino exercituum in sy-
lo. Erant autem ibi duo filij heli. ofni
et finees: sacerdotes domini. Venit er-
go dies et immolavit helchana: dedit-
q; fenenne uxori sue et cunctis filijs e-
ius et filiabus partes: Anne autem
dedit partem unam tristis: quia an-
nam diligebat. Dominus autem cõ-
cluserat vulvam ei⁹: Affligebat quo-
q; eam emula eius: et vehementer an-
gebat: intantū ut exprobraret q dñs
cõclusisset vulvā eius. Sicq; faciebat
p singlos ānos cum redeūte tpe ascēde-
rent ad tēplū dñi: et sic pvocabat eā.
Porro illa flebat: et nõ capiebat cibū.
Dixit ergo ei helchana vir suus. An-
na cur fles. et quare non comedis: et
quãobrem affligitur cor tuū? Nunqd
non ego melior tibi sum quā decem fi-
lij? Surrexit autem anna: postq̃ com-
ederat et biberat in sylo. Et hely sacer-
dote sedente super sellam ante postes
templi domini. cum esset anna ama-
ro animo. oravit ad dominū flens
largiter: et votū vovit dicens. Dñe ex-
ercituū si respiciēs videris afflictionem
famule tue. et recordat⁹ mei fueris nec
oblitus ancille tue. dederisq; serve tue
sexū virilē: dabo eū dño omnib3 dieb3
vite eius: et novacla nõ ascendet super
caput eius. Factū est autē cū illa mul-
tiplicaret pces corā dño: ut hely obser-
varet os eius. Porro anna loquebat̃
in corde suo. tantūq; labia eius move-
bant̃: et vox penitus nõ audiebatur.
Estimavit ergo eam hely temulentā:
dixitq; ei. Usquequo ebria eris? Di-
gere paulisper vinū quo mades. Respõ-
dēs āna: nequaq̃ inqt dñe mi. Nam
mulier infelix nimis ego sum: vinūq; et

dñe qd inebriare potest non bibi: sed
effudi animā meā i cõspectu dñi. Ne
reputes ancillā tuā q̃si unā de filiab3
belial: quia ex multitudine doloris et
meroris mei locuta sū usq; in presens.
Tunc hely ait ei. Vade in pace: et deus
israhel det tibi petitionem quam quã
rogasti eū. At illa dixit. Utinā inveni-
at ancilla tua gratiam in oculis tu-
is. Et abijt mulier i viam suā et com-
edit: vultusq; eius non sūt amplius
in diversa mutati. Et surrexerunt ma-
ne. et adoraverunt coram domino:
reversiq; sunt et venerunt in domum
suam ramatha. Cognovit autem hel-
chana annā uxorem suā: et recordat⁹
est ei⁹ dñs. Et factū ē post circulū dieꝝ
cõcepit anna et pperit filiū. vocavitq;
nomē eius samuhel: eo q a domino
postulasset eum. Ascendit autem vir
eius helchana et omnis domus ei⁹.
ut immolaret domino hostiam sole-
mnem. et votū suū: et anna nõ ascen-
dit. Dixit eni viro suo. Non vadam
donec ablactetur infans: et ducā eū ut
appareat ante cõspectū dñi: et maneat
ibi iugiter. Et ait ei helchana vir suus.
Fac quod bonū tibi videtur: et mane
donec ablactes eū: precorq; ut impleat
dñs verbū suū. Mansit ergo mulier
et lactavit filiū suū: donec amoveret
eū a lacte. Et adduxit eū secū postq̃ ab-
lactaverat in vitulis trib3 et trib3 mo-
dijs farine et āphora vini: et adduxit
eū ad domū dñi in sylo. Puer autem
erat adhuc infantul⁹. Et immolave-
runt vitulū. et obtulerūt puerū hely. Et
ait anna. Obsecro mi dñe. vivit aīa
tua dñe. Ego sum illa mulier que ste-
ti corā te hic orās dñm p puero isto.
Oravit: et dedit michi dñs petitionem
meā quā postulavi eū. Idcirco et ego

comodaui eū dño: cūctis diebꝫ quibꝫ
fuerit accomodatꝰ dño. Et adorauerūt
ibi dñm. Et adorauit anna ⁊ ait. c. ii.
Exultauit cor meū in dño: et exal-
tatū est cornu meū in deo meo.
Dilatatū ē os meū sup inimicos me-
os: quia letata sū in salutari tuo. Nō
est sanctus ut ē dominus: neqꝫ enim
est alius extra te: et non est fortis sicut
deus noster. Nolite multiplicare lo-
qui sublimia: gloriantes. Recedant ve-
tera de ore vestro: quia deus scientiarū
dominus est: et ipsi ꝑparantur cogi-
tationes. Arcus fortium superatus ē:
et infirmi accincti sunt robore. Reple-
ti prius pro panibus se locauerunt:
et famelici saturati sūt. Donec sterilis
peperit plurimos: et que multos ha-
bebat filios infirmata est. Dñs mor-
tificat ⁊ viuificat: deducit ad inferos ⁊
reducit. Dñs pauperem facit et ditat:
humiliat ⁊ subleuat. Suscitat de pul-
uere egenū: et de stercore eleuat paupe-
rem: ut sedeat cū principibus: ⁊ soliū
glorie teneat. Domini enim sunt car-
dines terre: et posuit super eos orbem.
suoꝝ Pedes sanctorum seruabit: et impij
in tenebris conticescent: quia non in
fortitudine sua roborabitur vir. Do-
minum formidabunt aduersarij eiꝰ:
et super ipsos in celis tonabit. Domi-
nus iudicabit fines terre: et dabit im-
perium regi suo: et sublimabit cornu
xpisti sui. Et abijt helchana ī ramatha-
in domū suā. Puer aūt erat minister
in cōspectu dñi: ante faciem hely sacer-
dotis. Porro filij hely: filij belial: nesci-
entes dñm: neqꝫ officiū sacerdotū ad
ppłm: sed quicūqꝫ immolasset victimā:
veniebat puer sacerdotis dū coquerētur
carnes: et habebat fuscinulā tridentē
in manu sua: ⁊ mittebat eā in lebetem
uel in caldariā: aut in ollam siue in
cacabū: et omē qd leuabat fuscinula:
tollebat sacerdos sibi. Sic faciebant
uniuerso israheli: venientium in sylo.
Etiam antequā adolerent adipem venie-
bat puer sacerdotis: et dicebat immo-
lanti. Da michi carnem: ut coquam
sacerdoti. Non enim accipiam a te
carnem coctam: sed crudam. Dicebat-
qꝫ illi immolans. Incendatur primū
iuxta morem hodie adeps: ⁊ tolle tibi
quantūcumqꝫ desiderat aīa tua. Qui
respondens aiebat ei. Nequaquā. Nūc
enim dabis: alioquin tollam vi. Erat
ergo peccatum puerorꝫ grande nimis
coram dño: quia detrahebāt hoīes
sacrificio dñi. Samuel autē ministra-
bat ante faciē dñi puer accinctꝰ ephot
lineo. Et tunicā paruā faciebat ei ma-
ter sua: quam afferebat statutis diebꝫ
ascendens cū viro suo: ut immolaret
hostiā solemnem ⁊ votū suū. Et bene-
dixit hely helchane ⁊ uxori eius: dixit-
qꝫ ei. Reddat tibi dñs semen de muliere
hac: pro fenore qd cōmodasti dño. Et
abierūt ī locū suū. Visitauit ergo dñs
annā et cōcepit: ⁊ peperit tres filios et
duas filias. Et magnificatus ē puer
samuel apud dñm. Hely autem erat
senex valde: et audiuit omīa que faci-
ebant filij sui uniuerso israheli: ⁊ quo-
modo dormiebant cum mulieribus
que obseruabant ad ostium taberna-
culi: et dixit eis. Quare facitis res hu-
iuscemodi quas ego audio res pessi-
mas ab omni populo? Nolite filij
mei. Non enim est bona fama quā
ego audio: ut transgredi faciatis po-
pulū dñi. Si peccauerit vir ī virū: pla-
cari ei potest deus: si autem in dominū
peccauerit vir: quis orabit pro eo? Et
nō audierunt vocem patris sui: quia

voluit dñs occidere eos. Puer autem
samuel p̄ficiebat atqz crescebat: et pla-
cebat tam deo q̄z hominibus. Venit
aūt vir dei ad hely: et ait ad eū. Hec
dicit dñs. Nunqd nō aperte revelat⁹
sum domui patris tui cū esset ī egipto
in domo pharaonis: ⁊ elegi eum ex o-
mnibz tribubz isrl' michi ī sacerdotem:
ut ascenderet ad altare meū ⁊ adoleret
michi incensum ⁊ portaret ephot corā
me: et dedi domui pr̄is tui omnia de
sacrificijs filiorum israhel. Quare cal-
ce abiecistis victimam meam et mu-
nera mea que precepi ut offerrentur
in templo: ⁊ magis honorasti filios
tuos q̄z me: ut comederetis primitias
omnis sacrificij israhel populi mei?
Propterea ait dñs de⁹ isrl'. Loquens
locut⁹ sū: ut dom⁹ tua ⁊ dom⁹ pr̄is tui
ministraret ī cōspectu meo: usqz ī sempi-
ternū. Nūc aūt dicit dñs. Absit hoc
a me. Sed quicunqz honorificaverit
me glorificabo eum: qui autem con-
temnunt me erunt ignobiles. Ecce di-
es veniunt: et precidam brachium
tuum et brachium domus patris tui:
ut non sit senex in domo tua. Et vide-
bis emulum tuū in tēplo in universis
prosperis isrl': et nō erit senex in domo
tua omnibz diebz. Verūtamē nō aufe-
ram penit⁹ viz ex te ab altari meo: sed
ut deficiāt oculi tui ⁊ tabescat aīa tua:
et pars magna dom⁹ tue morief cū
ad virilem etatē venerit. Hoc aūt erit
tibi signū qd̄ venturū ē duobz filijs tuis
ophni et finees. In die uno morientr
ambo. Et suscitabo michi sacerdotem
fidelē qui iuxta cor meū ⁊ animā meā
faciet: et edificabo ei domū fidelē: ⁊ am-
bulabit corā xpisto meo cunctis diebz.
Futurū ē aūt ut quicūqz remanserit in
domo tua veniat ut oretur pro eo: et
offerat nummum argenteum ⁊ tortam
panis: dicatqz. Dimitte me obsecro
ad unā partem sacerdotalem: ut com-
edam buccellam panis. cap̄. III.

Puer autem samuel ministrabat
dño corā hely: et sermo dñi erat
p̄ciosus. In diebz illis non erat visio
manifesta. Factū ē ergo in die quadā
hely iacebat in loco suo: et ocli eius
caligaverāt: nec poterat videre lucernā
dei anteq̄z extingueretur. Samuel autē
dormiebat ī templo domini ubi erat
archa dei. Et vocavit dominus sa-
muel. Qui respōdens ait. Ecce ego. Et
cucurrit ad hely: ⁊ dixit. Ecce ego. Vo-
casti enim me. Qui dixit. Non voca-
vi te fili. Revertere et dormi. Et abijt
et dormivit. Et adiecit dominus rur-
sum vocare samuel. Consurgensqz
samuel abijt ad hely: et dixit. Ecce e-
go: quia vocasti me. Qui respondit.
Non vocavi te fili mi. Revertere ⁊ dor-
mi. Porro samuel nec dum sciebat
dominū: neqz revelatus fuerat ei ser-
mo domini. Et adiecit dominus: ⁊
vocavit adhuc samuel tercio. Qui cō-
surgēs abijt ad hely: et ait. Ecce ego:
quia vocasti me. Intellexit ergo hely
quia dominus vocaret puerum: et
ait ad samuel. Vade et dormi: et si
deinceps vocaverit te dices. Loquere
domine: qa audit servus tuus. Abijt
ergo samuel: et dormivit in loco suo.
Et venit dñs et stetit: et vocavit sicut
vocaverat scd̄o. Samuel samuel. Et
ait samuel. Loquere dñe: quia audit
servus tuus. Et dixit dñs ad samuel.
Ecce ego facio vbū in isrl': qd̄ quicūqz
audierit tinniēt ambe aures eius. In
die illa suscitabo adversū hely om̄ia
q̄ locut⁹ sū sup domū eius. Incipiā ⁊
cōplebo. Predixi eni ei q̄ iudicaturus

esset domū ei⁹ ī eternū ꝓpter iniquita-
tem: eo q̄ nouerat indigne agere filios
suos: et non corripuerit eos. Idcirco
iuraui domui hely: q̄ nō expietᷣ iniqui-
tas dom⁹ eius victimis et muneribꝫ.
usq; in eternū. Dormiuit autē samuel
usq; mane: aperuitq; ostia domus
dnī. Et samuel timebat indicare visi-
onē hely. Vocauit ergo hely samuelē.
et dixit. Samuel fili mi. Qui rn̄dens
ait. Presto sum. Et interrogauit eum.
Quis est sermo quem locutus est do-
minus ad te? Oro te ne celaueris me.
Hec faciat tibi deus et hec addat: si
absconderis a me sermonem ex omni-
bus verbis que dicta sunt tibi. Indi-
cauit itaq; ei samuel uniuersos sermo-
nes: et non abscondit ab eo. Et ille re-
spondit. Dn̄s est. Quod bonū est in
oclis suis faciat. Creuit autē samuel
et dn̄s erat cū eo: ⁊ nō cecidit ex oībꝫ
verbis eius in terrā. Et cognouit uni-
uersus israhel a dan usq; bersabee: q̄
fidelis samuel ꝓpheta esset dnī. Et ad-
didit dn̄s ut appareret ī sylo: quoniā
reuelatus fuerat domin⁹ samueli ī sylo
iuxta verbum domini; et euenit sermo
samuelis uniuerso israheli. Ca. iiii.

Et factum est in diebus illis: con-
uenerūt philistijm in pugnam.
Egressus est nāq; israhel obuiam phi-
listijm in prelium: et castrametatus
est iuxta lapidem adiutorij. Porro
philistijm venerunt in affec: et instru-
xerunt aciem contra israhel. Inito au-
tem certamine terga vertit israhel phi-
listeis: et cesa sunt in illo certamine
passim per agros q̄si quatuor milia
virorꝫ. Et reuersus est ꝓplus ad castra.
Dixerūtq; maiores natu de isrl̄. Qua-
re ꝑcussit nos dn̄s hodie coram phi-
listijm? Afferamus ad nos de sylo
archā federis dnī: et ueniat in mediū
nr̄i: ut saluet nos de manu inimicorꝫ
nr̄orꝫ. Misit ergo ꝓplus in sylo: et tule-
runt inde archā federis dnī exercituū
sedentis sup cherubin. Erātq; duo filij
hely cū archa federis dnī ofny ⁊ finees.
Cūq; venisset archa federis dnī ī castra.
uociferatus est oīs israhel clamore
grandi: et personuit terra. Et audie-
runt philistijm uocem clamoris: dixe-
runtq;. Que nam hec est uox clamo-
ris magni in castris hebreorum? Et
cognouerunt q̄ archa domini uenis-
set in castra. Timueruntq; philistijm
dicentes. Venit deus in castra. Et in-
gemuerunt dicentes. Ve nobis. Nō
enim fuit tanta exultatio heri et nudi-
ustercius. Ve nobis. Quis nos ser-
uabit de manu deorum sublimium
istorum? Hij sunt dij: qui ꝑcusserunt
egiptum omni plaga in deserto. Con-
fortamini et estote viri philistijm: ne
seruiatis hebreis sicut ⁊ illi seruierunt
nobis. Cōfortamini ⁊ bellate. Pugna-
uerūt ergo philistijm et cesus est isrl̄: ⁊
fugit unusquisq; in tabernaculū suū.
Et facta est plaga magna nimis: ⁊ ce-
ciderūt de isrl̄ triginta milia peditū: ⁊
archa dei capta ē. Duo quoq; filij hely
mortui sūt ofny et finees. Currēs autē
vir de beniamin ex acie uenit in sylo
in die illa: scissa ueste: ⁊ ꝯspsus puluere
caput. Cūq; ille uenisset: hely sedebat
sup sellā ꝯtra viā exspectās. Erat autē
cor ei⁹ pauēs pro archa dnī. Vir autē
ille postq̄ ingressus est nūciauit urbi:
et ululauit oīs ciuitas. Et audiuit
hely sonitū clamoris: dixitq;. Quis ē
hic sonitus tumultus hui⁹? At ille fe-
stinauit et uenit: ⁊ nūciauit hely. Hely
autē erat nonaginta et octo annorū:
et oculi eius caligauerāt: et videre non

poterat. Et dixit ad hely. Ego sū qui
veni de plio: et ego qui de acie fugi ho
die. Cui ille ait. Quid actū est fili mi?
Rñdens autē ille qui nūciabat: fugit
inquit isrł coram philistijm: et ruina
magna facta ē in pplo. Insuper ⁊ duo
filij tui mortui sūt ophny et finees: et
archa dei capta est. Cūq; ille noiasset
archā dei cecidit de sella retrorsū iuxta
hostiū: ⁊ fractis cervicibz mortuus est.
Senex enī erat vir ⁊ grandevus: et ipe
iudicavit israhel quadraginta ānis.
Nurus autē ei⁹ uxor finees pregnās e-
rat: vicinaq; partui. Et audito nun-
cio q capta esset archa dei. et mortu⁹
esset socer suus et vir su⁹: incurvavit
se et peperit. Irruerant enim in eam
dolores subiti. In ipō autem momen-
to mortis eius dixerunt ei qui stabāt
circa eam. Ne timeas: quia filium pe-
peristi. Que non respondit eis: neq;
animadvertit. Et vocavit puez ycha-
bod. dicens: Translata est gloria do-
mini de israhel: quia capta est archa
dei. Et pro socero suo et pro viro su-
o ait. Translata est gloria ab israhel:
eo q capta esset archa dei. ca. v.
Philistijm autem tulerunt archā
dei: et asportaverūt eā a lapide
adiutoriū in azotū. Tuleruntq; philisti-
im archā dei: et intulerūt eā in templo
dagon: et statuerunt eā iuxta dagon.
Cūq; surrexissent diluculo azotij altera
die: ecce dagon iacebat pnus in terra
ante archā dñi. Et tulerūt dagon: et
restituerūt eū ī loco suo. Rursūq; ma-
ne die altera cōsurgentes: invenerunt
dagon iacentem sup faciē suā in terra
corā archa dñi. Caput autē dagon
et due palme manuū ei⁹ abscise erant
sup limen; porro dagon solus truncus
remāserat in loco suo. Propter hanc
causā nō calcāt sacerdotes dagon et
omnes qui ingrediūtur templū ei⁹ sup
limē dagon in azoto: usq; i hodiernū
diē. Aggravata ē autē man⁹ dñi sup
azotios: et demolitus est eos. Et pcussit
in secretiori parte natiū azotū et fines
ei⁹. Et ebullierūt ville et agri in medio
regionis illius: et nati sunt mures: et
facta est cōfusio mortis magna in civi-
tate. Videntes autē viri azotij huius-
cemodi plagā dixerūt. Non maneat
archa dei israhel apud nos: quoniā
dura est manus eius super nos ⁊ sup
dagon deum nostrum. Et mittentes
congregaverūt omnes satrapas phi-
listinorum ad se: et dixerunt. Quid fa-
ciemus de archa dei israhel? Respon-
deruntq; gethei. Circumducatr archa dei
isrł. Et circūduxerūt archā dei israhel.
Illis autē circūducentibz eam: fiebat
man⁹ dñi ꝑ singlas civitates inter-
fectionis magne nimis: ⁊ pcutiebat
viros uniuscuiusq; urbis a parvo us-
q; ad maiorem: et computrescebant
prominentes extales eorum. Inierūt-
q; gethei consilium: et fecerunt sibi se-
des pelliceas. Miserunt ergo archam
domini in accharon. Cumq; venisset
archa domini dei in accharon: excla-
maverunt accharonite dicentes. Ad-
duxerūt ad nos archā dei isrł: ut inter-
ficiat nos ⁊ pplm nrm. Miserūt itaq;
et cōgregaverūt omnes satrapas phili-
stinoꝝ. Qui dixerūt. Dimittite archā
dei isrł et revertat in locū suū: ut non
interficiat nos cū pplo nrō. Fiebat enī
pavor mortis in singlis urbibz: ⁊ gra-
vissima manus dei. Viri quoq; q
mortui nō fuerāt pcutiebant in secreti-
ore parte natiū: et ascendebat ululat⁹
uniuscuiusq; civitatis ī celū. ca. vi.
Fuit ergo archa dñi in regione

philistinoꝝ septē mensibꝫ. Et post hec
vocaverūt philistijm sacerdotes et di-
vinos dicētes. Quid facienꝰ de archa
dei? Indicate nobis: quomodo remit-
tamus eam ī locum suū. Qui dixerūt.
Si remittitis archam dei israhel noli-
te dimittere eam vacuam: sed quod
debetis ei reddite pro peccato: et tunc
curabimini: et scietis quare non rece-
dat manus eius a vobis. Qui dixerūt.
Quid est quod pro delicto reddere de-
beamus ei? Rūderuntq; illi. Iuxta
numerū ꝓvinciaꝝ philistinoꝝ quinq;
anos aureos facietis: et quinq; mures
aureos: quia plaga una fuit omībꝫ
vobis et satrapis vr̄is. Facietisq; sili-
tudines anoꝝ vr̄oꝝ ⁊ silitudines mu-
riū q̄ demoliti sūt terrā: et dabitis deo
isrl̄ gl'am: si forte relevet manū suam
a vobis: et a dijs vr̄is ⁊ a terra vestra.
Quare gravatis corda vestra sicut ag-
gravavit egiptus et pharao cor suū?
Nonne postq̄ percussus est tunc di-
misit eos et abierunt? Nunc ergo ar-
ripite et facite plaustrum novū unū:
et duas vaccas fetas quibus non est
impositū iugum iungite in plaustro:
et recludite vitulos earum domi. Tol-
letisq; archam domini et ponetis in
plaustro: et vasa aurea q̄ exsoluistis
ei ꝓ delicto ponetis in capsellā ad latꝰ
eius: ⁊ dimittite eā ut vadat: et aspici-
etis. Et si quidē ꝑ viā finiū suoꝝ ascen-
derit contra bethsamis ipē fecit nobis
hoc malū grande: sin autē minime:
scienꝰ quia nequaq̄ manꝰ eiꝰ tetigit
nos: sed casu accidit. Fecerūt ergo illi
hoc modo: et tollentes duas vaccas
q̄ lactabāt vitulos iūxerūt ad plaustꝝ:
vitulosq; eaꝝ cōcluserūt domi. Et posue-
rūt archā dei sup plaustꝝ: ⁊ capsellā q̄
habebat mures aureos ⁊ silitudinem
anoꝝ. Ibāt aūt indirectū vacce ꝑ viā
q̄ ducit bethsamis: ⁊ itinere uno gra-
diebant̄ pgētes ⁊ mugiētes: ⁊ nō decli-
nabāt neq; ad dexterā neq; ad sinistrā.
Sed ⁊ satrape philistiīoꝝ sequebant̄ us-
q; ad terminos bethsamis. Porro beth-
samite metebāt triticū ī valle. Et elevā-
tes oculos suos viderūt archā: ⁊ gavisi
sūt cū vidissēt. Et plaustrū venit ī agrū
iosue bethsamite: ⁊ stetit ibi. Erat autē
ibi lapis magnꝰ. Et conciderūt ligna
plaustri: vaccasq; imposuerūt sup ea
olocaustū dn̄o. Levite autem deposue-
runt archā dei: et capsellā q̄ erat iuxta
eā in qua erāt vasa aurea: ⁊ posuerūt
sup lapidē grandem. Viri autē bethsa-
mite obtulerūt olocausta: ⁊ immola-
verūt victimas ī die illa domino. Et
quinq; satrape philistinoꝝ viderūt: et
reversi sūt in accharon in die illa. Hij
sūt autē ani aurei quos reddiderunt
philistijm ꝓ delicto dn̄o. Azotꝰ unū:
gaza unū: ascalon unū: geth unum:
accharon unū: ⁊ mures aureos scd̄m
numeꝝ urbiū philistijm quinq; ꝓvin-
ciaꝝ: ab urbe murata usq; ad villā q̄
erat absq; muro: et usq; ad abel ma-
gnū: sup quē posuerūt archā dn̄i que
erat usq; ī illa die ī agro iosue bethsa-
mitis. Percussit aūt dn̄s de viris beth-
samitibꝫ eo qd̄ vidissēt archā dn̄i: ⁊ ꝑ-
cussit de ꝑplo septuagita viros ⁊ quin-
q̄gīta milia plebis. Luxitq; ꝑplus eo
q dn̄s ꝑcussisset plebē plaga magna.
Et dixerūt viri bethsamite. Quis poterit
stare ī cōspectu dn̄i dei sācti huiꝰ? Et ad
quē ascendet a nobis? Miserūtq; nūci-
os ad habitatores cariathiarim dicē-
tes. Reduxerūt philistijm archā dn̄i:
descendite et reducite eā ad vos. c. vii.

Venerūt ergo viri cariathiarim et
reduxerūt archā dn̄i: ⁊ intulerūt

eam in domū aminadab in gabaa.
Eleazarū autē filiū ei⁹ sāctificauerūt:
ut custodiret archam dñi. Et factū est:
ex qua die mansit archa dñi ī cariath-
iarim: multiplicati sunt dies. Erat
quippe iā ann⁹ vicesim⁹. Et requieuit
omnis dom⁹ isrl' post dñm. Ait autē
samuel ad vniūsam domū isrl' dicēs.
Si ī toto corde vr̄o reūtimini ad dñm
auferte deos alienos de medio vestrū
baalim et astaroth: et p̄parate corda
vr̄a dño · et seruite ei soli: et eruet vos
de manu philistijm. Abstulerūt ergo
filij isrl' baalim ⁊ astaroth · ⁊ seruierūt
dño soli. Dixit aūt samuel. Congre-
gate vniūsū isrl' in masphat: ut orem
pro vobis dñm. Et cōuenerūt in mas-
phat. Hauserūtq; aquā et effuderunt
in conspectu dñi et ieiunauerūt in die
illa et dixerūt. Tibi peccauim⁹ dñe. Iu-
dicauitq; samuel filios isrl' ī masphat.
Et audierunt philistijm q̄ cōgregati
essēt filij isrl' in masphat · et ascenderūt
satrape philistinoꝝ ad isrl'. Quod cū
audissēt filij isrl' · timuerūt a facie phi-
listinoꝝ. Dixerūtq; ad samuelem. Ne
cesses ꝓ nobis clamare ad dñm deū
nr̄m: ut saluet nos de manu philisti-
noꝝ. Tulit autē samuel agnū lactentē
vnū · ⁊ obtulit illū olocaustū integrū
dño. Et clamauit samuel ad dñm ꝓ
isrl': et exaudiuit eū domin⁹. Factū est
autem cū samuel offerret olocaustum
philistij̄ inire bellū cōtra isrl'. Into-
nuit autē dñs fragore magno in die
illa sup philistijm ⁊ exterruit eos: ⁊ cesi
sunt a filijs isrl'. Egressiq; viri isrl' de
masphat persecuti sunt philisteos · et
ꝑcusserūt eos vsq; ad locū q̄ erat subt
bethchar. Tulit autē samuel lapidem
vnū ⁊ posuit eū inter masphat · ⁊ inter
sen · et vocauit nomē loci illius: lapis
adiutorij. Dixitq;. Hucusq; auxiliat⁹
est nobis dñs. Et humiliati sunt phi-
listijm · nec apposuerunt vltra ut veni-
rent in terminos isrl'. Facta ē itaq; ma-
nus dñi super philisteos cūctis dieb;
samuelis · et reddite sunt vrbes quas
tulerāt philistijm ab isrl' isrli · ab accha-
ron vsq; geth · et terminos suos. Libera-
uitq; isrl' de manu philistinoꝝ: eratq;
pax inter isrl' ⁊ amorreū. Iudicabat q̄;
samuel isrl' cūctis dieb; vite sue · ⁊ ibat
ꝑ singulos ānos circuiēs bethel ⁊ gal-
gala ⁊ masphat: ⁊ iudicabat israhelē
mei malicia aduersū te: reuelabo aurē
tuā et dimittā te ut vadas in pace: ⁊ sit
dn̄s tecū sicut fuit cū patre meo. Et si

vixero·facies michi misericordiā domini·
si vero mortuus fuero: nō auferes mi-
sericordiā tuam a domo mea usq; in
sempiternū: aut si nō fecero·quando
eradicaverit dn̄s inimicos david unū-
quemq; de terra: auferat ionathan de
domo sua: et requirat dn̄s de manu
inimicoꝝ david. Pepigit ergo iona-
thas fed⁹ cū domo david. Et addidit
ionathas deierare david: eo ꝙ dilige-
ret illū. Sicut enim animā suam ita
diligebat eū. Dixitq; ad eū ionathas.
Cras kalēde sunt: et requireris. Requi-
retur enī sessio tua usq; perendie. Descen-
des ergo festinus et venies in locū ubi
celādus es·in die quando operari licet:
et sedebis iuxta lapidem·cui nomē est
ezel. Et ego tres sagittas mittā iuxta
eū: ⁊ iaciā quasi exercens me ad signū.
Mittā q; et puerum: dicēs ei. Vade ⁊
affer michi sagittas. Si dixero puero·
ecce sagitte intra te sūt tolle eas: tu ve-
ni ad me quia pax tibi est ⁊ nichil est
mali: vivit dn̄s. Si autem sic locutus
fuero puero·ecce sagitte ultra te sūt: va-
de in pace quia dimisit te domin⁹. De
verbo autē quod locuti sumus ego ⁊
tu: sit dn̄s inter me et te usq; in sempi-
ternū. Absconditus est ergo david in
agro·⁊ venerūt kalende: et sedit rex ad
comedēdū panē. Cūq; sedisset rex sup
cathedrā suā scd̄m consuetudinē·que
erat iuxta parietē: surrexit ionathas·⁊
sedit abner ex latere saul·vacuusq; ap-
paruit locus david·et nō est locutus
saul quicq̄; in die illa. Cogitabat enī
ꝙ forte evenisset ei·ut nō esset mūdus
nec purificat⁹. Cūq; illuxisset dies se-
cunda post kalēdas: rursus apparuit
vacuus locus david. Dixitq; saul ad
ionathan filiū suū. Cur nō venit fili⁹
ysai nec heri nec hodie ad vescendum?

Rn̄ditq; ionathas sauli. Rogavit me
obnixe ut iret ī bethleem: et ait. Dimit-
te me: qm̄ sacrificiū sollēne est ī civitate
mea·unus de fratribȝ meis accersivit
me. Nūc ergo si inveni graciā in ocu-
lis tuis: vadā cito et videbo fratres meos.
Ob hāc causam·nō venit ad mēsam
regis. Iratus autem saul adversum
ionathan: dixit ei. Fili mulieris virū
ultro rapientis: nūquid ignoro quia
diligis filiū ysai in ꝯfusionem tuā·et
in confusionem ignominiose matris
tue? Omnibȝ enim diebȝ quibȝ filius
ysai vixerit sup terrā: nō stabilieris tu
neq; regnū tuū. Itaq; iā nūc mitte·et
adduc eū ad me: quia filius mortis ē.
Rn̄dens autē ionathas sauli patri suo
ait. Quare morietur? Quid fecit? Et ar-
ripuit saul lanceam ut percuteret eū. Et
intellexit ionathas: ꝙ diffinitū esset a
p̄re suo·ut interficeret david. Surrexit
ergo ionathas a mēsa in ira furoris:
⁊ nō comedit in die kalendaꝝ secunda
panē. Cōtristatus est enī super david:
eo ꝙ cōfudisset eum pater suus. Cūq;
illuxisset mane venit ionathas ī agrū
iuxta placitū david: et puer parvulus
cū eo. Et ait ad pueꝝ suū. Vade ⁊ affer
michi sagittas: quas ego iacio. Cūq;
puer cucurrisset: iecit aliā sagittā trās
pueꝝ. Venit itaq; puer ad locū iaculi:
quod miserat ionathas. Et clamavit
ionathas post tergū pueri·et ait. Ecce
ibi est sagitta: porro ultra te. Clama-
vitq; iteꝝ ionathas post tergum pue-
ri dicens. Festina velociter: ne steteris.
Collegit autē puer ionathe sagittas·
⁊ attulit ad dn̄m suū: ⁊ quid ageretur
penitus ignorabat. Tantūmodo enī
ionathas et david rem noverāt. De-
dit ergo ionathas arma sua puero: ⁊
dixit ei. Vade et defer in civitatē. Cūq;

abisset puer surrexit david de loco qui
vergebat ad austrū: et cadens pronus
ī terrā adoravit tercio. Et osculātes se
alterutrū fleverunt pariter: david autē
ampli⁹. Dixit ergo ionathas ad david.
Vade in pace. Quecūq; iuravimus
ambo in nomine domini dicentes:
domin⁹ sit inter me et te: et inter semen
tuum et semen meum usq; in sempiter-
num. Et surrexit david et abiit: sed et
ionathas ingressus ē civitatē. c. xxi.

Venit autē david in nobe ad achi-
melech sacerdotē. Et obstupuit
achimelech eo quod venisset david: et
dixit ei. Quare tu solus: et nullus est
tecum? Et ait david ad achimelech sa-
cerdotem. Rex pcepit michi sermonem:
et dixit. Nemo sciat rem propter quā
missus es a me: et cuiusmodi precepta
tibi dederī. Nā et pueris meis cōdixi ī
illū et illū locū. Nūc ergo si qd habes
ad manū vel quīq; panes da michi:
aut quicqd inveneris. Et rñdens sacer-
dos ad david: ait illi. Nō habeo lai-
cos panes ad manū: sed tantū panē
sanctū. Si mūdi sunt pueri maxime
a mulieribz māducēt. Et rñdit david
sacerdoti: et dixit ei. Et quidē si de mlie-
ribz agitur: cōtinuim⁹ nos ab heri et
nudiustercius qñ egrediebamur: et fuerūt
vasa puerorū sancta. Porro via hec
polluta est: sed et ipa hodie sanctifica-
bitur in vasis. Dedit ergo ei sacerdos
sanctificatū panem. Neq; enī erat ibi
panis nisi tantū panes ppositionis:
qui sublati fuerāt a facie dñi: ut pone-
rentur panes calidi. Erat autē ibi vir
quidā de servis saul in die illa intus
in tabernaculo domini: et nomen eius
doech ydumeus: potentissim⁹ pastor
saul. Hic pascebat mulas saul. Dixit
autē david ad achimelech. Si habes
hic ad manū hastam aut gladiū: da
michi: quia gladiū meū et arma mea
non tuli mecum. Sermo enim regis
urgebat. Et dixit sacerdos. Ecce hic
gladi⁹ goliath philistei quē pcussisti
in valle therebinti: est involut⁹ pallio
post ephot. Si istum vis tollere: tolle.
Neq; enī hic est alius absq; eo. Et ait
david. Nō est huic alter similis. Da
michi eū. Surrexit itaq; david et fugit
ī die illa a facie saul: et venit ad achis
regem geth. Dixerūtq; servi achis: cum
vidissent david. Nūquid non iste est
david rex terre? Nōne huic cātabant
per choros dicētes: pcussit saul mille:
et david decem milia? Posuit autem
david sermones istos in corde suo: et
extimuit valde a facie achis regis geth.
Et mutavit os suū corā achis: et col-
labebatur inter manus eorū: et impinge-
bat in hostia porte: defluebātq; salive
eius in barbā. Et ait achis ad servos
suos. Vidistis hominem insanum:
quare adduxistis eū ad me? An desūt
nobis furiosi: quia introduxistis istum
ut fureret me presente? Dimittite illum
hinc: ne ingrediatur domū meā. c. xxii.

Abiit ergo david inde: et fugit in
speluncā odollam. Quod cum
audissent fratres ei⁹ et omīs dom⁹ pris
eius: descēderūt ad eū illuc. Et convene-
runt ad eū omēs qui erāt in angustia
cōstituti: et oppssi ere alieno et amaro
aīo: et factus est eorū princeps. Fueruntq;
cū eo qsi quadringēti viri. Et pfectus
est david inde in masphat: q est moab:
Et dixit ad regē moab. Maneat oro
pr meus et mater mea vobiscū: donec
sciam qd faciat michi de⁹. Et reliquit
eos ante faciem regis moab. Manse-
runtq; apud eū: cunctis diebz quibus
david fuit ī psidio. Dixitq; gad pphā

ad dauid. Noli manere ī p̄sidio. Pro-
ficiscere et uade ī terrā iuda. Et p̄fectus
est dauid: et uenit in saltum areth. Et
audiuit saul q̄ apparuisset dauid: et
uiri qui erant cum eo. Saul autem cū
maneret in gabaa et esset ī nemore qđ
ē in rama · hastā manu tenens · cūctiq;
serui eius circūstarēt eū: ait ad seruos
suos qui assistebāt ei. Audite me nūc
filij iemini. Numquid omnibȝ uobis
dabit filiꝰ ysai agros et uineas et uni-
uersos uos faciet tribunos et cēturio-
nes: quī cōiurastis omēs aduersum
me · ⁊ nō est qui michi renunciet maxi-
me cū et filius meus fedus inierit cū
filio ysai? Nō est qui uicē meā doleat
ex uobis · nec qui annunciet michi: eo
q̄ suscitauerit filius meus seruū meū
aduersum me insidiātem michi usq;
hodie. Rn̄dens autē doech ydumeus
qui assistebat · et erat p̄mus inter seruos
saul: uidi inquit filium ysai in nobe ·
apud achimelech filiū achitob sacer-
dotem. Qui consuluit p̄ eo dn̄m: et ci-
baria dedit ei. Sed et gladiū goliath
philistei dedit illi. Misit ergo rex ad ac-
cersiendum achimelech sacerdotē filiū
achitob: et omnem domū patris eius
sacerdotū qui erāt in nobe. Qui uniū-
si uenerūt ad regē. Et ait saul ad achi-
melech. Audi fili achitob. Qui rn̄dit.
Presto sum domine. Dixitq; ad eum
saul. Quare coniurastis adūsum me
tu et filiꝰ ysai · ⁊ dedisti ei panes et gla-
dium · ⁊ consuluisti p̄ eo dominū: ut
ɔsurgeret aduersū me insidiator usq;
hodie p̄manēs? Rn̄dēsq; achimelech
regi ait. Et quis ī omnibȝ seruis tuis
sicut dauid fidelis ⁊ gener regis ⁊ p̄gēs
ad imperiū tuū: et gl'osus ī domo tua?
Num hodie cepi consulere p̄ eo dn̄m?
Absit hoc a me. Ne suspicet rex adūsū

seruū suū rem huiuscemodi: in uniūsa
domo patris mei. Nō enī sciuit seruꝰ tuus
quicq; super hoc negocio: uel modicū
uel grāde. Dixitq; rex. Morte morieris
achimelech: tu ⁊ omīs domꝰ patris tui. Et
ait rex emissarijs q̄ circūstabāt eū. Cō-
uertimini: ⁊ interficite sacerdotes dn̄i.
Nā manus eorū cū dauid est: scientes
q̄ fugisset ⁊ non indicauerunt michi.
Noluerūt autem serui regis extendere
manus suas ī sacerdotes dn̄i. Et ait
rex ad doech. Conuertere tu: et irrue in
sacerdotes domini. Cōuersusq; doech
ydumeꝰ irruit ī sacerdotes: ⁊ trucidauit
in die illa octogītaquinq; uiros uesti-
tos ephot lineo. Nobe autē ciuitatem
sacerdotū p̄cussit in ore gladij: uiros
⁊ mulieres ⁊ paruulos ⁊ lactātes · bouē-
q; ⁊ asinū et ouem in ore gladij. Eua-
dens autem unus · filiꝰ achimelech filij
achitob cuiꝰ nomē erat abyatar · fugit
ad dauid: ⁊ annūciauit ei q̄ occidisset
saul sacerdotes dn̄i. Et ait dauid ad
abyatar. Sciebā ergo in die illa: quod
cū ibi esset doech ydumeꝰ · p̄cul dubio
annunciaret sauli. Ego sū reus omniū
aīarū patris tui. Mane mecū: ne timeas.
Si qs q̄sierit aīam meā q̄ret et aīam
tuam · mecūq; seruaberis. cap. xxiii.

Et annūciauerūt dauid dicentes.
Ecce philistijm oppugnāt ceilā:
⁊ diripiūt areas. Cōsuluit ergo dauid
dominū dicēs. Num uadā et p̄cutiā
philisteos istos? Et ait dominus ad
dauid. Uade et p̄cuties philisteos: et
saluabis ceilam. Et dixerunt uiri qui
erant cū dauid ad eū. Ecce nos hic in
iudea consistentes timemus: quanto-
magis si ierimus ī ceilam aduersum
agmina philistinorū? Rursum ergo
dauid consuluit dn̄m. Qui respōdens
ait ei. Surge et uade in ceila. Ego enī

tradã philisteos in manu tua. Abijt
ergo dauid ⁊ viri ei⁹ in ceila: et pugna-
uit aduersum philisteos. Et abegit iu-
menta eorũ ⁊ percussit eos plaga ma-
gna: et saluauit dauid habitatores
ceile. Porro eo tempore quo fugiebat
abiatar filius achimelech ad dauid
in ceilam: ephot secũ habẽs descenderat.
Nũciatũ est autẽ saul: quod venisset
dauid ĩ ceilam. Et ait saul. Tradidit
eũ dñs in manus meas · conclususq;
est introgressus urbem: in qua porte
et sere sũt. Et ꝓcepit saul omĩ ꝓplo: ut
ad pugnam descenderet in ceilam · et
obsideret dauid et viros eius. Quod
cũ ĩtellexisset dauid quia ꝓpararet ei saul
clã malũ: dixit ad abiatar sacerdotẽ.
Applica ephot. Et ait dauid. Domine
deus isrl̃ audiuit famã seruus tuus ꝙ
disponat saul venire ad ceilã: ut euer-
tat urbem ꝓpter me. Si tradẽt me viri
ceile in manus eius: et si descẽdet saul
sicut audiuit seruus tuus: dñe de⁹ isrl̃
indica seruo tuo. Et ait dñs. Descẽdet.
Dixitq; rursum dauid. Si tradẽt me
viri ceile · et viros qui sũt mecũ in ma-
nus saul? Et dixit domin⁹. Tradent.
Surrexit ergo dauid et viri eius quasi
sexcenti: et egressi de ceila huc atq; illuc
vagabant̃ incerti. Nũciatũq; est saul
quod fugisset dauid de ceila et saluat⁹
esset: quamobrem dissimulauit exire.
Morabatur autẽ dauid in deserto in
locis firmissimis: mansitq; in monte
solitudinis ziph in mõte opaco. Que-
rebat eũ tamen saul cũctis diebꝫ: ⁊ nõ
tradidit eũ dñs in man⁹ ei⁹. Et vidit
dauid ꝙ egressus esset saul: ut quereret
aĩam ei⁹. Porro dauid erat in deserto
ziph ĩ silua. Et surrexit yonathas fili⁹
saul et abijt ad dauid in siluam: et cõ-
fortauit manus eius in deo · dixitq; ei.

Ne timeas. Neq; enim inueniet te ma-
nus saul patris mei. Et tu regnabis
sup isrl̃: ⁊ ego ero tibi secũs. Sed ⁊ saul
pr̃ meus scit hoc. Percussit ergo uterq;
fedus corã dño. Mansitq; dauid in
silua: yonathas autem reuersus est in
domũ suam. Ascenderũt autẽ ziphei
ad saul in gabaa dicentes. Nõne ecce
dauid latitat apud nos ĩ locis tutissi-
mis silue ĩ colle achille · q̃ est ad dextrã
deserti? Nũc ergo sicut desiderauit aĩa
tua ut descenderes descende: nr̃m autẽ
erit ut tradamus eũ in manus regis.
Dixitq; saul. Bñdicti vos a domino:
quia doluistis vicem meã. Abite ergo
oro et diligentius ꝓparate · ⁊ curiosius
agite: et cõsiderate locũ ubi sit pes eius:
uel quis viderit eũ ibi ubi dixistis. Re-
cogitat enim de me: ꝙ callide insidier
ei. Cõsiderate et videte õnia latibula
eius in quibꝫ abscõditur: ⁊ reuertimini
ad me ad rem certã · ut vadã vobiscũ.
Quod si etiã in terram se obstruxerit:
perscrutabor eũ in cũctis milibꝫ iuda.
At illi surgentes abierũt in ziph ante
saul. Dauid autẽ et viri eius erant in
deserto maon in cãpestribꝫ · ad dexterã
iesimuth. Iuit ergo saul et socij ei⁹ ad
querendũ eũ. Et nũciatum est dauid;
statimq; descendit ad petrã et versabat̃
in deserto maon. Quod cum audisset
saul: ꝑsecut⁹ est dauid ĩ deserto maon.
Et ibat saul ⁊ viri eius ad lat⁹ mõtis
ex parte una: dauid autẽ et viri ei⁹ erãt
in latere mõtis ex parte altera. Porro
dauid desperabat se posse euadere a facie
saul. Itaq; saul et viri eius in modũ
corone cingebant dauid ⁊ viros eius:
ut caperent eos. Et nuncius venit ad
saul dicens. Festina et veni: quoniã
infuderunt se philistijm super terram.
Reuersus est ergo saul desistens ꝑsequi

dauid: et pregit in occursū philistinoꝝ.
Propter hoc vocauerunt locū illum
petram diuidentem. cap. .xxiiii.

Ascendit ergo dauid inde: ⁊ habi-
tauit ī locis tutissimis engaddi.
Cūq; reuersus esset saul postq̄ persecut⁹
est philisteos: nūciauerunt ei dicentes.
Ecce dauid in deserto ē engaddi. Assu-
mens ergo saul tria milia electoꝝ viro-
rum ex omī isrl̄ · pergit ad inuestigan-
dum dauid ⁊ viros eius: etiam sup̄
abruptissimas petras q̄ solis ibicibꝰ
peruie sunt. Et venit ad caulas ouiū
q̄ se offerebāt vianti · eratq; ibi speluca:
quā ingressus ē saul ut purgaret ven-
trem. Porro dauid ⁊ viri ei⁹ ī interiore
parte spelunce latebāt. Et dixerūt servi
dauid ad eū. Ecce dies de qua locut⁹ ē
dn̄s ad te: ego tradā tibi inimicū tuū
ut facias ei sicut placuerit ī oculis tuis.
Surrexit ergo dauid: et p̄cidit oram
clamidis saul silēter. Post hec percussit
cor suū dauid: eo q̄ abscidisset oram
clamidis saul. Dixitq; ad viros suos.
Propici⁹ sit michi dn̄s ne faciā hanc
rem dn̄o meo xp̄o domini ut mittam
manū meā in eū: quia xp̄s domini est.
Uiuit dn̄s: quia nisi dn̄s percusserit
eū · aut dies eius venerit ut moriatur ·
aut descendēs in preliū perierit: propicius
michi sit dn̄s ut nō mittam manum
meam ī xp̄m dn̄i. Et confregit dauid
viros suos sermonibus istis: et non
p̄misit eos ut cōsurgerēt in saul. Por-
ro saul exurgens de spelunca: pgebat
cepto itinere. Surrexit autē dauid post
eū: et egressus de speluca clamauit post
tergū saul dicēs. Dn̄e mi rex. Et respexit
saul post se: et inclinās se dauid p̄n⁹
in terram adorauit. Dixitq; ad saul.
Quare audis verba hoīm loquentiū:
dauid q̄rit malū adūsū te? Ecce hodie
viderūt oculi tui · q̄ tradiderit te dn̄s in
manu mea in spelunca: et cogitaui ut
occiderem te: sed pepcit tibi oculus me⁹.
Dixi enī. Nō extendā manū meam in
dominū meū: quia xp̄s dn̄i est. Quin
poci⁹ pater mi vide et cognosce oram
clamidis tue in manu mea: quoniā
cū preciderē sūmitatē clamidis tue · no-
lui extendere manū meā ī te. Animad-
uerte et vide: qm̄ non est ī manu mea
malū neq; iniquitas: neq; peccaui ī te.
Tu autē insidiaris aīe mee: ut auferas
eam. Iudicet dominus inter me et te:
et ulciscatur me dn̄s ex te: man⁹ autē
mea nō sit in te sicut dicitur in p̄ubio
āntiquo. Ab impijs egredietur impietas.
Manus ergo mea nō sit in te. Quem
p̄sequeris rex isrl̄ quē p̄sequeris? Canē
mortuū persequeris: et pulicem unum.
Sit dn̄s iudex et iudicet inter me et te:
et videat et iudicet causam meam: et
eruat me de manu tua. Cum autem
cōplesset dauid loquens sermones hu-
iuscemodi ad saul: dixit saul. Nūquid
vox hec tua ē fili mi dauid? et leuauit
saul vocem suam · et fleuit: dixitq; ad
dauid. Iustior tu es quam ego. Tu
enim tribuisti michi bona: ego autem
reddidi tibi mala. Et tu indicasti mi-
chi hodie que feceris michi bona: quō
tradiderit me dn̄s in manu tua: et nō
occideris me. Quis enī cū inuenerit in-
imicū suū dimittet eum ī via bona?
Sed dn̄s reddat tibi vicissitudinē hanc:
pro eo qd̄ hodie operat⁹ es ī me. Et nūc
quia scio q̄ certissime regnatur⁹ sis et
habitur⁹ in manu tua regnū isrl̄ · iura
michi in dn̄o ne deleas semē meū post
me: neq; auferas nomē meū de domo
p̄ris mei. Et iurauit dauid sauli. Ab-
ijt ergo saul in domum suā: et dauid
⁊ viri eius ascenderūt ad tutiora loca.

Mortuus est autē samuel: Ca. xxv.
et cōgregatus est uniuersus isrl
et planxerūt eū nimis: et sepelierūt eū i
domo sua in ramatha. Cōsurgensq;
dauid: descendit in desertum pharan.
Erat autē vir quispiam ī solitudine
maon: et possessio eius in carmelo: et
homo ille magnus nimis; erantq; ei
oues tria milia et mille capre. Et acci-
dit ut tonderetur grex eius in carmelo.
Nomen autē viri illius erat nabal: et
nomē uxoris eius abigail. Eratq; mu-
lier illa prudētissima et speciosa. Por-
ro vir eius durus et pessimus: et malicio-
sus. Erat autē de genere caleph. Cum
ergo audisset dauid in deserto q ton-
deret nabal gregē suū: misit decē iuue-
nes et dixit eis. Ascendite in carmelū:
et venietis ad nabal et salutabitis eū
ex noīe meo pacifice: et sic dicetis. Sit
fratribz meis et tibi pax: et domui tue
pax: et omībz quecūq; habes sit pax.
Audiui q tonderent pastores tui gre-
ges tuos qui erant nobiscū in deserto.
Nūqʒ eis molesti fuimus: nec aliqñdo
defuit eis quicqʒ de grege ōni tpe quo
fuerunt nobiscū in carmelo. Interroga
pueros tuos: et indicabūt tibi. Nunc
ergo inueniāt pueri tui graciā ī oclis
tuis. In die eni bona venimus ad te.
Qdcūq; inuenerit manus tua da seruis
tuis: et filio tuo dauid. Cūq; uenissent
pueri dauid: locuti sūt ad nabal ōnia
verba hec ex nomine dauid: et siluerūt.
Rñdēs autē nabal pueris dauid ait.
Quis est dauid et quis est filius ysai?
Hodie increuerūt serui: q fugiūt dños
suos. Tollā ergo panes meos et aqs
meas et carnes pecor q occidi tonsori-
bus meis: et dabo viris quos nescio
unde sunt? Regressi sunt autem pueri
dauid per viā suā: et reuersi venerunt:

et annūciauerunt ei omnia verba que
dixerat nabal. Tunc ait dauid pueris
suis. Accingatur unusquisq; gladio
suo. Et accincti sunt singuli gladiis
suis. Accinctusq; est et dauid ense suo:
et secuti sunt dauid qsi quadringenti
viri. Porro ducēti remāserūt ad sarci-
nas. Abigail autē uxori nabal nūcia-
uit unus de pueris suis dicens. Ecce
dauid misit nūcios de deserto ut bene-
dicerent dño nro: et auersatus est eos.
Homines isti boni satis fuerūt nobis
et non molesti: nec quicqʒ aliquando
periit omni tpe quo fuimus conuersati
cum eis ī deserto: pro muro erant nobis
tam in nocte qʒ in die omnibz diebus
quibus pauimus apud eos greges.
Quāobrem cōsidera et recogita quid
facias: quoniā completa est malicia
aduersum virū tuū et aduersum domū
tuā: et ipe filius est belial: ita ut nemo
possit ei loqui. Festinauit igit abigail:
et tulit ducentos panes: et duos utres
vini et quinq; arietes coctos et quinq;
sata polente: et centum ligaturas uve
passe: et ducentas massas caricarū: et
posuit super asinos: dixitq; pueris suis.
Precedite me: et ecce ego post tergum
sequar vos. Viro autē suo nabal nō
indicauit. Cū ergo ascēdisset asinū et
descenderet ad radicem mōtis: dauid
et viri eius descendebāt in occursū eius.
Quibus et illa occurrit. Et ait dauid.
Vere frustra seruaui omnia que huius
erant in deserto: et nō periit quicq; de
cunctis q ad eū ptinebant: et reddidit
michi malū pro bono. Hec faciat dñs
inimicis dauid et hec addat: si reliqro
de omnibz que ad eum pertinent usq;
mane mingētem ad parietē. Cū autē
vidisset abigail dauid festinauit et de-
scendit de asino: et pcidit corā dauid

sup faciem suā ⁊ adorauit super terrā:
et cecidit ad pedes eius· et dixit. In me
sit domine mi hec iniquitas. Loquat̄
obsecro ancilla tua in auribꝫ tuis: et
audi v̄ba famule tue. Ne ponat oro
dn̄s meus rex cor suū sup virū istum
iniquū nabal· q̄r s̄cdm nomē suum
stult⁹ ē: et ē stulticia cū eo. Ego autem
ancilla tua nō vidi pueros tuos dn̄e
mi· quos misisti. Nunc ergo dn̄e mi
viuit dominus et viuit anima tua q̄
prohibuit te ne venires in sanguinē:
⁊ saluauit manū tuā tibi. Et nūc fiāt
sicut nabal inimici tui: ⁊ qui querunt
dn̄o meo· malū. Quapropter suscipe
benedictionē hāc quā attulit ancilla
tua tibi domino meo: ⁊ da pueris qui
secunt̄ te dn̄m meū. Aufer iniquitatē
famule tue. Faciens enim faciet dn̄s
tibi dn̄o meo domū fidelē: quia p̄lia
dn̄i dn̄e mi tu p̄liaris. Malicia ergo
nō inueniatur in te: omībꝫ diebꝫ vite
tue. Si eni surrexerit aliquādo homo
p̄sequens te vel q̄rens animā tuā: erit
anima domini mei custodita quasi ī
fasciculo viuentiū apud dn̄m deū tuū.
Porro inimicorum tuorum anima
rotabitur· q̄si ī impetu ⁊ circulo funde.
Cū ergo fecerit tibi dn̄s domino meo
omnia hec que locut⁹ est bona de te· ⁊
constituerit te ducē sup isrl̄: nō erit tibi
hoc in singultū et in scrupulū cordis
domino meo q᷑ effuderis sanguinem
innoxiū: aut ip̄e te vltus fueris. Et cū
benefecerit dn̄s dn̄o meo· recordaberis
ancille tue: et tu bn̄facies ei. Et ait da-
uid ad abigail. Benedictus dominus
de⁹ isrl̄ qui misit te hodie in occursum
meum: et benedictū eloquium tuū: et
benedicta tu que p̄hibuisti me hodie
ne irem ad sanguinem ⁊ vlciscerer me
manu mea. Alioquin viuit domin⁹
deus israhel· qui prohibuit me ne ma-
lum facerem tibi: nisi cito venisses in
occursū michi· non remansisset nabal
vsq; ad lucem matutinam mingens
ad parietem. Suscepit ergo dauid de
manu ei⁹· oīa que attulerat ei: dixitq;
ei. Vade pacifice in domum tuā. Ecce
audiui vocem tuā: et honoraui faciē
tuā. Venit autē abigail ad nabal: Et
ecce erat ei cōuiuiū in domo ei⁹ quasi
cōuiuiū regis: et cor nabal iocūdum.
Erat enim ebrius nimis; ⁊ non indi-
cauit ei verbum pusillum aut grande·
vsq; mane. Diluculo autē cū digessis-
set vinū nabal: indicauit ei uxor sua
verba hec. Et emortuū est cor ei⁹ intrin-
secus: ⁊ factus est quasi lapis. Cumq;
ptransissent decē dies: pcussit domin⁹
nabal et mortuus est. Qd̄ cū audisset
dauid mortuum esse nabal· ait. Bene-
dictus dn̄s qui iudicauit causam op-
probrij mei de manu nabal: et seruū
suum custodiuit a malo: ⁊ maliciam
nabal reddidit domin⁹ in caput eius.
Misit ergo dauid et locut⁹ est ad abi-
gail: ut sumeret eā sibi in uxorem. Et
venerūt pueri dauid ad abigail in car-
melum: ⁊ locuti sunt ad eam dicentes.
Dauid misit nos ad te: ut accipiat
te sibi ī uxorē. Que cōsurgēs adorauit
prona in terrā: ⁊ ait. Ecce famula tua
sit in ancillā: ut lauet pedes seruorum
dn̄i mei. Et festinauit ⁊ surrexit abiga-
il et ascēdit sup asinū: ⁊ quinq; puelle
ierunt cum ea pedissequę ei⁹. Et secuta
ē nūcios dauid: ⁊ facta ē illi uxor. Sed
et achinoem accepit dauid de iesrahel:
et fuit utraq; uxor ei⁹. Saul autē dedit
michol filiā suā uxorem dauid· falthi
filio lais: q̄ erat de gallim. ca. xxvi.

Et venerūt ziphei ad saul ī gabaa·
dicentes. Ecce dauid abscōditus

est in colle achille: q̄ est exaduerso soli-
tudinis. Et surrexit saul et descēdit in
desertū ziph. et cū eo tria milia virorū de
electis isrl: ut quereret dauid in deserto
ziph. Et castrametatꝰ ē saul ī gabaa
achille: que erat exadūso solitudinis
ī via. Dauid autē habitabat in desto.
Videns autē q̄ venisset saul post se in
desertū: misit exploratores ⁊ didicit q̄
illuc venisset certissime. Et surrexit da-
uid clā: et venit ad locū ubi erat saul.
Cūq; vidisset locū in quo dormiebat
saul et abner filiꝰ ner principē milicie
eius. et saulem dormientē in tentorio
et reliquū vulgus p circuitū eius: ait
dauid ad achimelech etheum ⁊ abisai
filiū sarvie fratrem ioab dicens. Quis
descēdet mecū ad saul ī castra? Dixitq;
abisai. Ego descendā tecū. Venerunt
ergo dauid et abisai ad p̄plm nocte: ⁊
inuenerūt saul iacentem et dormientem
in tentorio. et hastā fixam in terra ad
caput eiꝰ: abner autē ⁊ p̄plm dormiētes
ī circuitu eiꝰ. Dixitq; abisai ad dauid.
Conclusit deꝰ inimicū tuum hodie in
manus tuas. Nūc ergo pfodiā eum
lancea in terra semel: et scdo opus nō
erit. Et dixit dauid ad abisai. Ne in-
terficias eū. Quis enī extendet manū
suam in xp̄m dn̄i: et innocēs erit? Et
dixit dauid. Viuit dn̄s: quia nisi dn̄s
percusserit eū aut dies eius venerit ut
moriatꝰ. aut in p̄liū descēdens perierit:
propicius michi sit dn̄s ne extendam
manū meā ī xp̄m dn̄i. Nūc igitꝰ tolle
hastam q̄ est ad caput eius et ciphum
aque: et abeamus. Tulit igitur dauid
hastā ⁊ ciphū aque qui erat ad caput
eius: et abierūt. Et nō erat quisq; qui
videret et intelligeret et euigilaret: sed
oēs dormiebāt: quia sopor domini
irruerat sup eos. Cūq; trāsisset dauid
exaduerso. et stetisset in vertice montis
delonge et esset grāde interuallū inter
eos: clamauit dauid ad populum et
ad abner filiū ner dicēs. Nonne rn̄de-
bis abner? Et rn̄dēs abner ait. Quis
es tu qui clamas: ⁊ inquietas regem?
Et ait dauid ad abner. Nūquid non
vir tu es? et quis alius similis tui in
isrl? Quare ergo non custodisti dn̄m
tuū regem? Ingressus est enī unus de
turba: ut interficeret regē dn̄m tuū. Nō
est bonū hoc quod fecisti. Viuit dn̄s
quoniam filij mortis estis vos: qui
non custodistis dn̄m vestrū xp̄m dn̄i.
Nunc ergo vide ubi sit hasta regis: ⁊
ubi sit ciphus aque qui erat ad caput
eius. Cognouit autem saul vocem da-
uid: et dixit. Nūquid vox hec tua fili
mi dauid? Et ait dauid. Vox mea
dn̄e mi rex. Et ait. Quāobcausā dn̄s
meꝰ psequitꝰ seruū suū? Quid feci: aut
quod est malū in manu mea? Nunc
ergo audi oro dn̄e mi rex vba serui tui.
Si dn̄s incitat te aduūsum me: odoretꝰ
sacrificiū. Si autē filij hominū: male-
dicti sunt in conspectu dn̄i qui eiecerūt
me hodie ut nō habitem in hereditate
dn̄i. dicētes: vade serui dijs alienis. Et
nūc nō effundatur sanguis meus in
terra corā dn̄o: quia egressus ē rex isrl
ut quereret pulicem unū sicut psequitꝰ
perdix ī montibꝫ. Et ait saul. Peccaui.
Reuertere fili mi dauid. Nequaq̄ enim
ultra tibi malefaciā. eo q̄ p̄ciosa fuerit
aīa mea in oculis tuis hodie. Apparet
enim quod stulte egerim: et ignoraue-
rim multa nimis. Et rn̄dens dauid
ait. Ecce hasta regis: trāseat unus de
pueris regis et tollat eam. Dominus
autē retribuet unicuiq; scdm iusticiā
suā et fidē. Tradidit enī te dn̄s hodie
in manū meā: et nolui extēdere manū

meā i xp̄m dn̄i. Et sicut magnificata
est anima tua hodie in oculis meis: sic
magnificetur anima mea in oculis
domini: et liberet me de om̄i angustia.
Ait ergo saul ad dauid. Benedictus
tu fili mi dauid. Et quidem faciens fa-
cies: et potens poteris. cap̄ xxvii.
Abijt autem dauid in viā suam:
et saul reuersus est in locū suum.
Et ait dauid in corde suo. Aliquādo
incidā una die in manꝰ saul. Nōne
melius ē ut fugiam. et saluer in terra
philistinorū: ut desperet saul. cessetq;
me q̄rere in cunctis finibꝰ isrl̄? Fugiā
ergo manus eius. Et surrexit dauid:
et abijt ipe et sexcēti viri cū eo ad achis
filiū maoch regem geth. Et habitauit
dauid cū achis in geth: ipe et viri eiꝰ: et
domꝰ eiꝰ et due uxores eiꝰ. achinoem
iesrahelitis. et abigail uxor nabal car-
meli. Et nūciatum est saul q̄ fugisset
dauid in geth: et non addidit ultra
q̄rere eū. Dixit autem dauid ad achis.
Si inueni graciā in oculis tuis: detur
michi locus in una urbium regionis
huius ut habitē ibi. Cur enim manet
seruus tuꝰ ī ciuitate regis tecū? Dedit
itaq; ei achis ī die illa siceleth. Propt-
quam causam facta est siceleth regum
iuda: usq; in diem hanc. Fuit autem
numerꝰ dierū quibꝫ habitauit dauid
in regione philistinorū q̄tuor mensiū.
Et ascēdit dauid et viri eiꝰ: et agebāt p̄-
das de gesuri. et de gezri. et de amalechitis.
Hij eni pagi habitabant in terra anti-
quitus. eūtibꝫ sur usq; ad terrā egipti.
Et percutiebat dauid om̄em terrā illorū
nec relinquebat viuentem virū et mulierē:
tollensq; oues et boues et asinos et ca-
melos et vestes reuertebat: et veniebat
ad achis. Dicebat autem ei achis. In
quē irruistis hodie? Rn̄debat dauid.

Contra meridiē iude et cōtra meridiē
hieramel: et cōtra meridiem ceni. Virū
et mulierem nō viuificabat dauid: nec
adducebat in geth dicens: ne forte lo-
quantur aduersū nos. Hec fecit dauid:
et hoc erat decretū illi omnibus diebꝫ
quibꝫ habitauit ī regione philistinorū.
Credidit ergo achis dauid dicēs. Mul-
ta mala operatꝰ ē contra p̄plm suū isrl̄.
Erit igitur michi seruus sempiternus.
Factū est autē in diebꝫ. ca. xxviii.
illis: congregauerūt philistijm
agmina sua ut p̄pararent̄ ad bellum
cōtra israhel. Dixitq; achis ad dauid.
Sciens nūc scito: q̄m mecū egredieris
in castris. tu et viri tui. Dixitq; dauid
ad achis. Nūc scies q̄ facturꝰ ē seruus
tuus. Et ait achis ad dauid. Et ego
custodē capitis mei ponam te cūctis
diebus. Samuel autem mortuus est
planxitq; eū omnis isrl̄: et sepelierunt
eū ī ramatha urbe sua. Et saul abstu-
lit magos et ariolos de terra: et inter-
fecit eos q̄ phitones habebāt in ventre.
Cōgregatiq; sūt philistijm: et venerūt
et castrametati sunt in sunā. Cōgrega-
uit autē et saul vniūsum isrl̄: et venit
in gelboe. Et vidit saul castra philisti-
im et timuit: et expauit cor eius nimis.
Cōsuluitq; dn̄m: et nō rn̄dit ei neq; p
somnia neq; p sacerdotes neq; p p̄phe-
tas. Dixitq; saul seruis suis. Querite
michi mulierem habentem phitonem:
et vadam ad eā et sciscitabor p illā. Et
dixerūt serui eiꝰ ad eū. Est mulier phito-
nem habens in endor. Mutauit ergo
habitū suū. vestitusq; ē aliis vestimen-
tis: et abijt ipe et duo viri cum eo: vene-
runtq; ad mulierē nocte. et ait illi. Di-
uina michi in phitone: et suscita mi-
chi quem dixero tibi. Et ait mulier ad
eū. Ecce tu nosti quanta fecerit saul: et

quomō erasit magos et ariolos de
terra. Quare ergo insidiaris aīe mee
ut occidar? Et iurauit ei saul in dn̄o
dicens. Viuit dn̄s: quia non eueniet
tibi quicq̄ mali ꝓpter hāc rem. Dixitq̄
ei mulier. Quē suscitabo tibi? Qui ait.
Samuelē suscita michi. Cū autem ui-
disset mulier samuelē·exclamauit uo-
ce magna: ⁊ dixit ad saul. Quare im-
posuisti michi? Tu es eni saul. Dixit-
q̄ ei rex. Noli timere. Quid uidisti? Et
ait mulier ad saul. Deos uidi ascen-
dentes de terra. Dixitq̄ ei. Qualis est
forma eiꝰ? Que ait. Vir senex ascēdit:
et ipē amictus est pallio. Et intellexit
saul quod samuel esset: et inclinauit
se sup faciem suā in terra: ⁊ adorauit.
Dixit autem samuel ad saul. Quare
inq̄etasti me ut suscitarer? Et ait saul.
Coartor nimis. Siquidē philistijm
pugnāt adūsum me·⁊ deus recessit a
me: et exaudire me noluit neq̄ in ma-
nu ꝓphetaꝝ neq̄ per somnia. Vocaui
ergo te: ut ostendēs michi qd̄ faciā. Et
ait samuel. Quid interrogas me cū dn̄s
recesserit a te·⁊ trāsierit ad emulū tuū?
Faciet eni tibi dn̄s·sicut locutꝰ ē ī ma-
nu mea: ⁊ scindet regnū tuū de manu
tua: ⁊ dabit illud proximo tuo dauid:
quia nō obedisti uoci dn̄i·neq̄ fecisti
irā furoris eiꝰ in amalech. Jdcirco qd̄
pateris fecit tibi dn̄s hodie: ⁊ dabit dn̄s
etiā isrl' tecū ī manu philistijm. Cras
autem tu et filij tui mecum eritis: sed ⁊
castra isrl' tradet dn̄s in manū philis-
tijm. Statimq̄ saul cecidit porrectꝰ ī
terrā. Extimuerat eni ūba samuelis et
robur nō erat in eo: q̄a nō comederat
panem tota die illa. Ingressa est itaq̄
mulier illa ad saul·cōturbatꝰ eni erat
ualde: dixitq̄ ad eum. Ecce obediuit
āncilla tua uoci tue·et posui aīam meā
ī manu mea: ⁊ audiui sermones tuos
quos locutus es ad me. Nunc igitur
audi et tu uocē ancille tue: et ponam
coram te buccellā panis ut comedens
conualescas: et possis iter agere. Qui
renuit et ait. Nō comedam. Coegerūt
autem eū serui sui et mulier: et tandem
audita uoce eorum surrexit de terra: ⁊
sedit sup lectū. Mulier autē illa habebat
uitulū pascualē in domo: ⁊ festinauit
et occidit eum. Tollensq̄ farinam mi-
scuit eam ⁊ coxit azima: ⁊ posuit ante
saul et ante seruos eius. Qui cū come-
dissent surrexerunt: et ambulauerunt
per totam noctem illam. cap. xxix.

Congregata sunt ergo agmina
philistijm uniuersa agmina in
aphec. Sed et isrl' castrametatus ē sup
fontem qui erat in iesrahel. Et satrape
quidem philistijm incedebāt ī centuriis
et milibus: dauid autē et uiri eiꝰ erāt
in nouissimo agmine cū achis. Dixe-
runtq̄ principes philistijm ad achis.
Quid sibi uolunt hebrei isti? Et ait
achis ad principes philistijm. Nūqd
ignoratis dauid q̄ fuit seruꝰ saul regis
isrl' ⁊ ē apud me multis diebꝰ uel ānis?
Et non inueni in eo quicq̄ ex die qua
transfugit ad me: usq̄ ad diem hanc.
Irati sunt autem adūsus eū principes
philistijm: ⁊ dixerūt ei. Reuertatur uir
et sedeat ī loco suo ī quo cōstituisti eū:
et nō descendat nobiscū in p̄liū: ne fiat
nobis adūsarius cū p̄liari ceperimus.
Quō enim aliter poterit placare dn̄m
suū: nisi ī capitibꝰ nr̄is? Nōne iste est
dauid cui cantabāt in choris dicētes.
Percussit saul in milibꝰ suis: et dauid ī
decē milibꝰ suis? Vocauit ergo achis
dauid: ⁊ ait ei. Viuit dn̄s quia rectus
es et bonus in cōspectu meo: et exitus
tuꝰ et introitus tuꝰ mecū est in castris.

Et nō inueni in te quicq̄ mali· ex die
qua venisti ad me usq; in diem hanc:
sed satrapis nō places. Reuertere ergo ⁊
vade in pace: et nō offendas oculos
satraparū philistijm. Dixitq; dauid
ad achis. Quid enī feci: et quid inue-
nisti in me seruo tuo a die qua fui ī cō-
spectu tuo usq; in diem hanc·ut non
veniā et pugnem cōtra inimicos dn̄i
mei regis? Respondens autē achis·locutꝰ
est ad dauid. Scio quia bonus es tu
in oculis meis sicut angelus dei: sed
principes philistinoꝝ dixerunt. Non
ascendet nobiscū in plium. Igitur cō-
surge mane tu et serui dn̄i tui q̄ venerūt
tecū: et cū denocte surrexeritis et ceperit
dilucescere pergite. Surrexit itaq; deno-
cte dauid ipse et viri eiꝰ: ut ꝓficiscerent
mane ⁊ reuerterent ad terrā philistijm.
Philistijm autē ascenderunt ī iesrahel.
Cumq; venissent dauid .ca. xxx.
et viri eius in sicelech die tercia:
amalechite impetum fecerunt ex parte
australi in sicelech: et ꝑcusserāt sicelech
et incenderunt eam igni. Et captiuas
duxerūt mulieres ex ea a minimo usq;
ad magnū: et nō interfecerūt quemq̄:
sed secū duxerūt et pgebant itinere suo.
Cū ergo venisset dauid et viri eius ad
ciuitatē et inuenissent eam succensam
igni ⁊ uxores suas et filios suos ⁊ fili-
as ductas esse captiuas: leuauerunt
dauid et ꝑplus qui erat cum eo voces
suas: et planxerūt donec deficerent in
eis lacrime. Siquidem et due uxores
dauid captiue ducte fuerant: achinoē
iesrahelites· et abigail uxor nabal car-
meli. Et contristatus est dauid valde.
Volebat enī eū ꝑplus lapidare: quia
amara erat anima uniuscuiusq; viri
sup filijs suis et filiab3. Confortatus
est autem dauid ī dn̄o deo suo: et ait
ad abiathar sacerdotē filiū achimelech.
Applica ad me ephot. Et applicauit
abiathar ephot ad dauid: et cōsuluit
dauid dn̄m dicēs. Persequar latruncu-
los hos et comprehendā eos an non?
Dixitq; ei dominꝰ. Persequere: absq;
dubio enī cōphendes eos: et excuties
p̄dam. Abijt ergo dauid· ipē ⁊ sexcēti
viri qui erant cū eo et venerūt usq; ad
torrentē besor: et lassi quidā substiterūt.
Persecutus est autē dauid: ipē et qua-
dringēti viri cum eo; substiterāt enim
ducenti: qui lassi transire nō poterant
torrentem besor. Et inuenerunt virum
egiptiū in agro: et adduxerūt eum ad
dauid. Dederūtq; ei panē ut comederet
et biberet aquā: sed et fragmen masse
caricaꝝ et duas ligaturas uuepasse.
Qui cum comedisset reuersus est spūs
eiꝰ: et refocillatꝰ est. Nō enī comederat
panē neq; biberat aquā: trib3 diebus
et trib3 noctibus. Dixit itaq; ei dauid.
Cuius es tu uel unde. et quo pergis?
Qui ait. Puer egipciꝰ ego sum: seruus
viri amalechite. Dereliquit autem me
dn̄s meus: quia egrotare cepi nudius-
tercius. Siquidem nos erupimus ad
australē plagā cerethi· et contra iudā
et ad meridiē caleph: ⁊ sicelech succēdi-
mus igni. Dixitq; ei dauid. Potes me
ducere ad istū cuneum? Qui ait. Iura
michi per deū·quod non occidas me·
et non tradas me in manus dn̄i mei:
⁊ ego ducā te ad cuneū istum. Et iura-
uit ei dauid. Qui cum duxisset eū: ecce
illi discūbebant super faciem uniuerse
terre· comedentes et bibentes et q̄si festū
celebrantes diē ·p cūcta p̄da ⁊ spolijs
q̄ ceperāt de terra philistijm: ⁊ de terra
iuda. Et ꝑcussit eos dauid a vespa us-
q; ad vespam alterꝰ diei: et nō euasit
ex eis quisq̄ nisi tantū quadringenti

uiri adolescētes q̄ ascenderāt camelos
et fugerant. Eruit ergo dauid omnia
q̄ tulerant amalechite: ⁊ duas uxores
suas eruit. Nec defuit quisq̄ a paruo
usq; ad magnū tam de filiis quam de
filiab; ⁊ de spoliis: ⁊ quecūq; rapuerāt
omnia reduxit dauid: ⁊ tulit uniūsos
greges ⁊ armēta ⁊ minauit ante faciē
suam. Dixerūtq;. Hec est preda dauid.
Uenit autē dauid ad ducētos uiros
qui lassi substiterāt nec sequi poterant
dauid: ⁊ residere eos iusserat ī torrente
besor. Qui egressi sunt obuiā dauid: et
p̄plo q̄ erat cū eo. Accedēs autē dauid
ad populū: salutauit eos pacifice. Re-
spondensq; oīs uir pessimus ⁊ iniquus
de uiris q̄ erant cū dauid dixit. Quia
non uenerūt nobiscū nō dabimus eis
quicq̄ de p̄da quā eruimus: sed suffici-
at unicuiq; uxor sua ⁊ filii: quos cum
acceperint: recedāt. Dixit autē dauid.
Nō sic facietis fratres mei de hiis que
tradidit nobis dn̄s et custodiuit nos:
et dedit latrunculos qui eruperant ad-
uersum uos in manꝰ nostras: nec au-
diet uos quisq̄ sup̄ sermone hoc. Equa
enī pars erit descendentis ad prelium
et remanētis ad sarcinas: et similiter
diuident. Et factū est hoc ex die illa et
deinceps constitutū et p̄finitū et quasi
lex in isrl̄: usq; in diē hanc. Venit ergo
dauid in siceleth: et misit dona de p̄da
senioribus iuda proximis suis dicēs.
Accipite benedictionē de p̄da hostium
dn̄i: Hiis qui erant in bethel· et qui in
ramoth ad meridiem: ⁊ qui in gether·
et qui in aroer ⁊ qui in sephamot· et q̄
in esthama ⁊ qui in rachal ⁊ q̄ ī urbib;
ierameli· et qui in urbib; ceni· et q̄ in
rama· et q̄ ī lacu asan· et qui ī athach·
et q̄ ī ebron: ⁊ reliq̄s q̄ erāt ī hiis locis
ī q̄b; cōmoratꝰ fuerat dauid et uiri eiꝰ.

Philistiim autē pugna- CA. XXXI.
bant aduersū isrl̄. Et fugerūt ui-
ri isrl̄ ante faciē philistiim: ⁊ ceciderunt
interfecti ī mōte gelboe. Irrueruntq; phili-
stiim ī saul ⁊ ī filios eius: et p̄cusserūt
ionathan· ⁊ aminadab· et melchisue
filios saul: totūq; pōdus p̄lii uersū ē ī
saul. Et cōsecuti sūt eū uiri sagittarii:
⁊ uulneratꝰ ē uehementer a sagittariis.
Dixitq; saul ad armigerū suū. Euagi-
na gladiū tuū et interfice me: ne forte
ueniant incircūcisi isti ⁊ interficiāt me
illudētes michi. Et noluit armiger eiꝰ;
fuerat enī nimio terrore p̄territus. Ar-
ripuit itaq; saul gladiū suū: et irruit
sup̄ eū. Quod cū uidisset armiger eius
uidelicet q̄ mortuus esset saul: irruit
etiā ip̄e sup̄ gladiū suū ⁊ mortuus est
cum eo. Mortuus est ergo saul et tres
filii eius et armiger illius: et uniuersi
uiri eius in die illa pariter. Videntes
autē filii isrl̄ qui erant trans uallem ⁊
trans iordanem quod fugissent uiri
isrlite· et q̄ mortuꝰ esset saul ⁊ tres filii
eius: reliquerūt ciuitates suas et fuge-
runt. Ueneruntq; philistiim: ⁊ habita-
uerunt ibi. Facta autē die altera uene-
runt philistiim ut expoliarēt interfectos:
⁊ inuenerūt saul ⁊ tres filios eiꝰ iacētes
in monte gelboe. Et preciderūt caput
saul et expoliauerūt eū armis: et mise-
runt in terrā philistinorū p̄ circuitum:
ut annūciaret in templo ydolorū et in
p̄plis. Et posuerūt arma eius in tēplo
astaroth: corpus uero eiꝰ suspenderūt
in muro bethsan. Quod cū uidissent
habitatores iabes galaad quecumq;
fecerāt philistiim saul: surrexerūt oēs
uiri fortissimi ⁊ ābulauerūt tota nocte
et tulerunt cadauera saul et cadauera
filiorū eiꝰ de muro bethsan. Ueneruntq;
uiri iabes galaad: et combusserunt ea

igni et tulerunt ossa eoꝝ et sepelierunt
in nemore iabes: ⁊ ieiunauerūt septem
diebus. Explicit liber regū primus.
Incipit liber regum scđs. Cap. primū.
Factum ē autē postq̄
mortuus est saul ut
dauid reuerteretur a
cede amalech: et ma-
neret in siceleth duos
dies. In die autem
tercio apparuit homo veniēs de castris
saul veste cōscissa: ⁊ puluere cōspersus
caput. Et ut venit ad dauid cecidit sup
faciem suam: ⁊ adorauit. Dixitq; ad
eū dauid. Unde venis? Qui ait ad eū.
De castris israhel fugi. Et dixit ad eū
dauid. Quod est verbū quod factum
ē? Indica michi. Qui ait. Fugit pp̄ls
ex plio: ⁊ multi corruētes e pplo mortui
sunt: sed et saul et ionathas filius ei⁹
interierūt. Dixitq; dauid ad adolescentē
qui nūciabat ei. Unde scis quia mor-
tuus est saul ⁊ ionathas filius eius?
Ait adolescens qui nūciabat ei. Casu
veni i mōtem gelboe: et saul incūbebat
sup hastam suā; porro currus et equites
appropinquabāt ei; et cōuersus post
tergū suū: vidensq; me vocauit. Cui cū
respōdissem adsum: dixit michi. Quis
nā es tu? Et aio ad eū. Amalechites
ego sum. Et locut⁹ est michi. Sta sup
me: et interfice me qm̄ tenēt me āgustie:
et adhuc tota aīa mea i me ē. Stansq;
sup eū: occidi illū. Sciebam enī quod
viuere nō poterat post ruinā. Et tuli
diadema quod erat in capite eius: et
armillā de brachio illi⁹: et attuli ad te
dominū meū huc. Apprehendens autē
dauid vestimenta sua scidit: omnesq;
viri q̄ erāt cū eo: ⁊ planxerūt et fleuerūt
et ieiunauerūt usq; ad vesperam super
saul et sup ionathan filiū eius et sup
ppl'm dn̄i: ⁊ sup domū isrl': eo q corru-
issēt gladio. Dixitq; dauid ad iuuenē
q̄ nūciauerat ei. Unde es tu? Qui rn̄dit.
Filius hominis aduene amalechite
ego sū. Et ait ad eū dauid. Quare nō
timuisti mittē manū tuā: ut occideres
xp̄m dn̄i? Uocansq; dauid unū de pu-
eris suis ait. Accedens irrue in eum.
Qui percussit illū: ⁊ mortu⁹ est. Et ait
ad eū dauid. Sanguis tu⁹ sup caput
tuū. Os enī tuū locutum est aduersum
te dicēs; ego interfeci xp̄m dn̄i. Planxit
autē dauid planctū huiuscemodi sup
saul et sup ionathan filiū eius: et pce-
pit ut docerent filios iuda planctum
sicut scriptū est in libro iustoꝝ. Et ait.
Cōsidera isrl' p hijs q̄ mortui sūt: sup
excelsa tua vulnerati. Incliti isrl' super
montes tuos interfecti sūt. Quomodo
ceciderunt fortes? Nolite ānūciare in
geth: neq; ānūcietis in cōpitis ascalo-
nis: ne forte letētur filie philistijm: ne
exultēt filie incircūcisoꝝ. Mōtes gelboe
nec ros nec pluuia veniāt super vos.
Neq; sint agri primiciaꝝ: q̄a ibi abiect⁹
est clipeus fortium: clipeus saul quasi
nō esset unctus oleo a sanguine inter-
fectorum ab adipe fortium. Sagitta
ionathe nūq̄ rediit retrorsum: et gla-
dius saul nō ē reuersus inanis. Saul
et ionathas amabiles et decori valde
i vita sua: i morte q̄z nō sūt diuisi. Aq-
lis velociores: leonibꝫ fortiores. Filie
israhel sup saul flete qui vestiebat vos
coccino in delicijs: qui prebebat orna-
menta aurea cultui vestro. Quomodo
ceciderunt fortes in prelio? Ionathas
in excelsis tuis occisus ē. Doleo super
te frater mi ionatha decore nimis: et
amabilis sup amorē mulierū. Sicut
mater unicū amat filiū suum: ita ego
te diligebam. Quomodo ceciderunt

robusti: et perierūt arma bellica. Ca. II.
Igitur post hec consuluit dauid dn̄m
dicens. Num ascendā in unā de ciuita-
tibus iuda? Et ait dn̄s ad eū. Ascēde.
Dixitq; dauid. Quo ascēdā? Et rn̄dit
ei. In hebron. Ascendit ergo dauid et
due uxores ei9 achinoem iesrahelites
et abigail uxor nabal carmeli; sed et
viros qui erant cū eo duxit dauid sin-
gulos cū domo sua: et manserunt in
opidis hebron. Veneruntq; viri iuda
et unxerūt ibi dauid: ut regnaret super
domū iuda. Et nūciatū est dauid: q
viri iabes galaad sepelissēt saul. Misit
ergo dauid nūcios ad viros iabes ga-
laad: dixitq; ad eos. Benedicti vos a
dn̄o q̄ fecistis misericordiam hanc cū dn̄o
vr̄o saul: ⁊ sepelistis eū. Et nūc retribu-
et quidem vobis dn̄s misericordiā et
veritatem: et ego reddā gratiā eo q fe-
cistis verbū istud. Confortent manus
vestre: ⁊ estote filij fortitudinis, licet eni
mortuus sit dn̄s vester saul: tamē me
unxit domus iuda in regē sibi. Abner
autē filius ner princeps exercitus saul
tulit hisboseth filiū saul et circūduxit
eū per castra: regemq; constituit super
galaad et super iessuri et sup iesrahel
et super ephraim et super beniamin ⁊
super isrl' uniuersum. Quadraginta
annorū erat hisboseth filius saul cum
regnare cepisset sup isrl': et duob; ānis
regnauit. Sola autem domus iuda
sequebat̄ dauid. Et fuit numer9 dierū
quos cōmorat9 est dauid imperans in
hebron sup domū iuda: septem ānorū
et sex mensiū. Egressusq; est abner fili9
ner et pueri hisboseth filij saul de castris
in gabaon; porro ioab filius saruie
et pueri dauid egressi sūt et occurrerūt
eis iuxta piscinā gabaon. Et cū i unū
cōuenissent: e regione sederūt hij i una
parte piscine: ⁊ illi ex altera. Dixitq; ab-
ner ad ioab. Surgant pueri: ⁊ ludāt
corā nobis. Et rn̄dit ioab. Surgant.
Surrexerūt ergo et transierūt numero
duodeci de beniamin ex parte hisboseth
filij saul: et duodecim de pueris dauid.
Apprehensoq; unusquisq; capite cōpa-
ris sui defixit gladiū in latus cōtrarij:
et ceciderūt simul. Vocatūq; est nomē
loci illius ager robustorū in gabaon.
Et ortū est bellū durū satis in die illa:
fugatusq; est abner et viri isrl' a pueris
dauid. Erant autē ibi tres filij saruie:
ioab et abisai ⁊ asahel. Porro asahel
cursor velocissimus fuit: quasi unus
ex capreis que morant̄ i siluis. Perse-
quebatur autem asahel abner: et non
declinauit: ad dexterā siue ad sinistrā
omittēs persequi abner. Respexit itaq;
abner post tergum suū ⁊ ait. Tu ne es
asahel? Qui rn̄dit. Ego sum. Dixitq;
ei abner. Vade ad dexteram siue ad
sinistrā et apprehende unū de adolescen-
tibus: ⁊ tolle tibi spolia eius. Noluit
autē asahel omittere: quin urgeret eū.
Rursumq; locutus ē abner ad asahel.
Recede et noli me sequi: ne forte compel-
lar confodere te in terrā: et leuare non
potero faciē meā ad ioab fratrem tuū.
Qui audire cōtempsit: et noluit decli-
nare. Percussit ergo eum abner auersa
hasta in inguine et transfodit: et mor-
tuus est in eodem loco. Omnesq; qui
transibant p locū illū in quo ceciderat
asahel ⁊ mortu9 erat subsistebāt. Per-
sequentib; autē ioab et abisai fugien-
tem abner: sol occubuit. Et venerunt
usq; ad collē aque duct9: q̄ ē ex aduerso
vallis ⁊ itineris deserti i gabaon. Con-
gregatiq; sūt filij beniamin ad abner:
et conglobati in unū cuneū steterūt i
summitate tumuli uni9. Et exclamauit

abner ad ioab: et ait. Nū usq; ad in-
ternicionem tuus mucro deseuiet? An
ignoras ꝙ periculosa sit desperacio?
usquequo non dicis ꝑplo ut omittat
persequi frēs suos? Et ait ioab. Uiuit
dn̄s: si locut⁹ fuisses mane: recessisset
ꝑplus persequēs fratrē suū. Insonuit
ergo ioab bucina ⁊ stetit omnis exerci-
tus: nec ꝑsecuti sunt ultra isrl̄: neq; in-
iere certamen. Abner autē et viri eius
abierūt per cāpestria moab tota nocte
illa ⁊ transierūt iordanē: et lustrata
ōni bethoron venerūt ad castra. Porro
ioab reuersus omisso abner cōgrega-
uit omnē ꝑplm: et defuerunt de pueris
dauid· decē ⁊ nouē viri excepto asahele.
Serui autē dauid ꝑcusserūt de beniamin
et de viris q̄ erāt cū abner· trecentossexa-
ginta: qui et mortui sunt. Tuleruntq;
asahel: ⁊ sepelierūt eū in sepulcro pr̄is
sui in bethleem. Et ambulauerūt tota
nocte ioab et viri qui erant cum eo: et
in ip̄o crepusculo ꝑuenerūt in hebron.

Facta ē ergo lōga ↄcertacio. Ca. III.
inter domū dauid et inter domū
saul: dauid proficiēs et sem̄ꝑ seipso
robustior: domus autē saul decrescēs
cotidie. Natiq; sūt filij dauid ī hebron.
Fuitq; primogenit⁹ ei⁹ amon de achi-
noem iesrahelite: ⁊ post eū cheleab de abi-
gail uxore nabal carmeli. Porro terci⁹
absolon: fili⁹ maacha filie tholomai
regis gessur. Quartus autē adonias
filius aggith: et quint⁹ saphacias fili⁹
abithal. Sextus quoq; iethraam: de
egla uxore dauid. Hij nati sūt dauid
in hebron. Cum ergo esset preliū inter
domū saul et domū dauid: abner fili⁹
ner regebat domū saul. Fuerat autem
sauli concubina nomine respha· filia
aiha: ingressusq; est ad eā abner. Di-
xitq; isboseth ad abner. Quare ingress⁹

es ad concubinam patris mei? Qui
iratus nimis propter verba isboseth:
ait. Numqd̄ caput canis ego sum ad-
uersum iudā hodie, q̄ feceri misericordiam
super domū saul patris tui· et sup̄ frēs
et proximos eius: ⁊ non tradidi te in
manu dauid· et tu requisisti in me ꝙ
argueres ꝑ muliere hodie? Hec faciat
deus abner· et hec addat ei: nisi quō
iurauit dn̄s dauid sic faciā cum eo ut
trāsferatr̄ regnū de domo saul: et eleuet̄
tronus dauid super isrl̄ ⁊ super iudā
a dan usq; bersabee. Et nō potuit r̄ndere
ei quicq̄: q̄a metuebat illū. Misit ergo
abner nuncios ad dauid in hebron
pro se dicētes. Cui⁹ ē terra? Et ut loque-
rentur. Fac mecū amicicias ⁊ erit ma-
nus mea tecū: et reducā ad te vniūsū
isrl̄. Qui ait· optime. Ego faciā tecum
amicicias: sed vnā rem pto a te dicēs.
Nō videbis faciē meā· anteq; adduxe-
ris michi michol filiā saul: et sic venies
⁊ videbis me. Misit autē dauid nūcios
ad hisboseth filiū saul dicens. Redde
uxorem meā michol: quam despondi
michi centū ꝑpucijs philistijm. Misit
ergo hisboseth: ⁊ tulit eam a viro suo
faltihel filio lais. Sequebaturq; eam
vir suus plorās usq; bahurim: ⁊ dixit
ad eū abner. Vade et reuertere. Qui re-
uersus ē. Sermonem q̄q; intulit abner
ad seniores isrl̄ dicēs. Tā heri q̄z nudi-
usterciꝰ q̄rebatis dauid ut regnaret
sup̄ vos. Nūc ergo facite: q̄m dominꝰ
locut⁹ est ad dauid dicens. In manu
serui mei dauid saluabo ꝑplm meum
israhel: de manu philistijm et ōnium
inimicoꝝ eius. Locutus ē autē abner
etiam ad beniamin. Et abijt ut loq̄ret̄
ad dauid ī hebron ōnia q̄ placuerāt
isrl̄i et vniuerso beniamin: venitq; ad
dauid in hebron cū viginti viris. Et

Ipse michi feci [illegible]

fecit david abner et viris eius qui venerāt
cū eo cōviviū. Et dixit abner ad david.
Surgam ut cōgregē ad te dn̄m meū
regem omnē isrl' et ineam tecū fedus: et
impes omnibꝫ sicut desiderat anima
tua. Cum ergo deduxisset david abner
et ille isset in pace: statim pueri david
et ioab venerūt cesis latronibꝫ cū preda
magna nimis. Abner autem nō erat
cū david ī hebron: q̄a iam dimiserat
eū et profectus fuerat in pace: et ioab et
omnis exercitus qui erāt cū eo: postea
venerant. Nūciatum est itaqꝫ ioab a
narrātibꝫ. Venit abner filius ner ad
regem: et dimisit eū et abijt in pace. Et
ingressus ē ioab ad regē et ait. Quid
fecisti? Ecce venit abner ad te. Quare
dimisisti eū et abijt et recessit? Ignoras
abner filiū ner qm̄ ad hoc venit ad te
ut deciperet te: et sciret exitū tuū et intro-
itum tuū: et nosset oīa q̄ agis? Egres-
sus itaqꝫ ioab a david misit nūcios
post abner: et reduxit eū a cisterna sira
ignorante david. Cūqꝫ redisset abner
in hebron seorsum abduxit eum ioab
ad mediū porte ut loqueret̄ ei in dolo:
et percussit illū ibi in inguine et mortu9
ē: in ulcionem sanguinis asahel fr̄is
eius. Quod cū audisset david rem iā
gestam ait. Mundus ego sū et regnū
meū apud dn̄m usqꝫ in sempiternum a
sanguine abner filij ner: et veniat sup
caput ioab et sup omnē domū patris
eius: nec deficiat de domo ioab fluxū
seminis sustinens et leprosus et tenēs
fusum: et cadens gladio et indigens
pane. Igitur ioab et abisai frater eius
interfecerūt abner: eo q̄ occidisset asahel
fratrem eorꝫ in gabaon in p̄lio. Dixit
autē david ad ioab: et ad omnē p̄lm
q̄ erat cū eo. Scindite vestimenta vr̄a
et accingimini saccis: et plāgite ante
exequias abner. Porro rex david seque-
batur feretrū. Cūqꝫ sepelissent abner in
hebron levavit rex david vocē suā: et
flevit super tumulū abner. Flevit autē
et oīs p̄ls. Plangensqꝫ rex et lugens
abner ait. Nequaq̄ ut mori solent
ignavi: mortuus es abner. Manus
tue ligate nō sunt: et pedes tui nō sunt
compedibꝫ aggravati: sed sicut solent
cadere corā filijs iniq̄tatis sic corruisti.
Congeminansqꝫ omnis p̄ls: flevit sup
eū. Cūqꝫ venisset univ̄sa multitudo cibū
capere cū david clara adhuc die: iura-
vit david dicens. Hec faciat michi de9
et hec addat: si ante occasū solis gusta-
vero panē vel aliud quicq̄. Omnisqꝫ
p̄lus audivit: et placuerūt eis cūcta q̄
fecit rex ī cōspectu oīs p̄li. Et cognovit
omē vulgus et univ̄sus isrl' ī die illa:
qm̄ nō actū fuisset a rege ut occideretur
abner filius ner. Dixit q̄q̄ rex ad servos
suos. Num ignoratis qm̄ prīceps et
maximus cecidit hodie ī israhel? Ego
autem adhuc delicatus et unctus rex.
Porro viri isti filij sarvie duri michi
sunt. Retribuat dominus facienti ma-
lum iuxta maliciam suam. ca. iiii.

Audivit autē hisboseth fili9 saul
q̄ cecidisset abner in hebron et
dissolute sunt manus eius: omnisqꝫ
israhel perturbatus est. Duo autem viri
prīcipes latronū erāt filio saul: nomē
uni banaa et nomen alteri rechab filij
remmon berothite de filijs beniamin.
Siquidē et beroth reputata est in ben-
iamin. Et fugerūt berothite ī gethaim:
fueruntqꝫ ibi advene usqꝫ ad tempus
illud. Erat autē ionathe filio saul fili9
debilis pedibꝫ. Quinquennis enī fuit
quādo venit nūcius de saul et ionatha
ex israhel. Tollens itaqꝫ eū nutrix sua
fugit. Cūqꝫ festinaret ut fugeret cecidit:

⁊ claudus effcūs ē: habuitq; vocablm
miphiboseth. Venientes igiť filij rem=
mon berothite rechab ⁊ banaa ingressi
sunt feruente die domū hisboseth. Qui
dormiebat super stratū suū meridie: et
ostiaria domus purgās triticū obdor=
miuit. Ingressi sunt autē domū laten=
ter assumētes spicas tritici: ⁊ pcusserūt
eum ī inguine rechab et banaa frater
ei⁹: et fugerūt. Cū autē ingressi fuissent
domū ille dormiebat super lectū suum
in cōclaui: et percucientes interfecerunt
eū. Sublatoq; capite eius abierūt per
viā deserti tota nocte: ⁊ attulerūt caput
hisboseth ad dauid ī hebron. Dixerūt=
q; ad regem. Ecce caput hisboseth filij
saul inimici tui q̄ q̄rebat animā tuā:
et dedit dn̄s dn̄o nostro regi vlcionē
hodie: de saul et de semine eius. Rn̄dens
autē dauid rechab et banaa fratri ei⁹
filijs remmon berothite: dixit ad eos.
Viuit dn̄s q̄ eruit animā meā de omi
angustia: quī eū q̄ ānūciauerat michi
⁊ dixerat mortuus est saul q̄ putabat
se prospera nūciare tenui ⁊ occidi eū ī
siceleth: cui oportebat me mercedē dare
pro nuncio. Quanto magis nunc cū
hoīes impij interfecerūt viꝝ innoxiū in
domo sua sup lectū suū nō querā san=
guinē ei⁹ de manu vr̄a: et auferā vos
de tra? Precepit itaq; dauid pueris suis:
⁊ interfecerūt eos: p̄cisasq; man⁹ ⁊ pedes
eoꝝ suspenderūt eos sup piscinā ī hebrō.
Caput autē hisboseth tulerūt: ⁊ sepelie=
runt in sepulcro abner ī hebron. ca. v.

Et venerūt vniuse tribꝫ israhel ad
dauid in hebron dicentes. Ecce
nos os tuū ⁊ caro tua sumus. Sed ⁊
heri ⁊ nudiustercius cum esset saul rex
sup nos: tu eras educēs et reducēs isrl̄.
Dixit autē dn̄s ad te. Tu pasces pp̄lm
meum israhel: ⁊ tu eris dux sup israhel.
Venerūt quoq; ⁊ seniores isrl̄ ad regē:
et percussit cum eis rex dauid fedus in
hebron coram dn̄o: vnxerūtq; dauid
ī regē sup isrl̄. Filius triginta annoꝝ
erat dauid cū regnare cepisset: et qua=
draginta ānis regnauit. In hebron
regnauit sup iudam septem annis: ⁊
sex mensibus: in ihrlm autē regnauit
triginta tribus annis sup om̄ē isrl̄ et
iudam. Et abijt rex ⁊ om̄es viri q̄ erāt
cū eo in ihrlm ad iebuseū habitatorē
terre. Dictumq; est dauid ab eis. Nō
ingredieris huc nisi abstuleris cecos ⁊
claudos dicētes. Nō ingrediet̄ dauid
huc. Cepit autem dauid arcem syon:
hec ē ciuitas dauid. Proposuerat eni
dauid in die illa p̄miū qui percussisset
iebuseū et tetigisset domatū fistulas: ⁊
abstulisset cecos et claudos odientes
animā dauid. Idcirco dicit̄ ī pu̇bio.
Cecus et claudus nō intrabūt ī teplū.
Habitauit autē dauid in arce syon ⁊
vocauit eā ciuitatē dauid: ⁊ edificauit
p girū a mello et intrinsec⁹. Et egredi=
ebatur proficiens atq; succrescens: et
dn̄s deus exercituū erat cū eo. Misit q;
hiram rex tiri nuncios ad dauid et li=
gna cedrina: ⁊ artifices lignorū: artifi=
cesq; lapidum ad parietes: ⁊ edificaue=
runt domū dauid. Et cognouit dauid
qm̄ cōfirmasset eū dn̄s regem sup isrl̄:
et qm̄ exaltasset regnū eius super pp̄lm
suū israhel. Accepit ergo dauid adhuc
cōcubinas et vxores de ihrlm: postq̄
venerat de hebron. Natiq; sūt dauid
et alij filij et filie: et hec nōīa eorū qui
nati sūt ei ī ihrlm. Samua et sobab:
et nathan: et salomon: et ibaar: et he=
lisua: et nepheg: et raphia: ⁊ helisama:
⁊ helida: et heliseleth. Audierūt ergo phi=
listijm q̄ vnxissent dauid in regē super
isrl̄: et ascēderūt vniuersi ut q̄rerēt dauid.

Quod cū audisset dauid: descendit in
presidiū. Philistijm autem uenientes
diffusi sunt in ualle raphaim. Et cō=
suluit dauid dūm dicens. Si ascendā
ad philistijm· et si dabis eos ī manu
mea? Et dixit dn̄s ad dauid. Ascende:
q̄a tradens dabo philistijm in manu
tua. Venit ergo dauid ad baalphara=
sim: et percussit eos ibi et dixit. Diuisit
dn̄s inimicos meos corā me: sicut di=
uiduntur aque. Propterea uocatū ē no=
men loci illi⁹ baalpharasim. Et reliq=
runt ibi sculptilia sua: q̄ tulit dauid et
uiri ei⁹. Et addiderunt adhuc philisti=
im ut ascenderent: et diffusi sūt ī ualle
raphaim. Cōsuluit autē dauid dūm.
Si ascendā cōtra philisteos: ⁊ trades
eos in manus meas? Qui rn̄dit. Nō
ascendas cōtra eos sed gira post tergū
eorū: ⁊ uenies ad eos ex adūso pirorū.
Et cū audieris sonitū clamoris gra=
dientis ī cacumīe piroꝝ tūc inibis pliū:
q̄a tūc egrediet̄ dn̄s āte faciē tuā: ut p=
cutiat castra philistijm. Fecit itaq; da=
uid sicut p̄ceperat ei dn̄s: ⁊ pcussit phili=
stijm de gabaa usq; dū uenias gezer.

Congregauit autē rursum .ca. vi.
dauid oēs electos ex isrl' trigin=
ta milia. Surrexitq; dauid et abijt et
uniūsus ꝑplus qui erat cū eo de uiris
iuda ut adducerent archam dei. sup
quā inuocatū est nomē dn̄i exercituū
sedētis ī cherubin sup eā. Et imposue=
runt archam dei super plaustrū nouū.
Tuleruntq; eam de domo aminadab:
qui erat in gabaa. Oza autē et haio
filij aminadab minabant plaustrū
nouū. Cūq; tulissent eam de domo ami=
nadab qui erat in gabaa· custodiens
archam dei· haio p̄cedebat archā dei;
dauid autē et oēs isrl' ludebāt corā
domino: in oībz lignis fabrefactis
et citharis· ⁊ liris· ⁊ timpanis· ⁊ sistris·
et cimbalis. Postq; autē uenerunt ad
aream nachor: extendit oza manū ad
archā dei et tenuit eā: qm̄ calcitrabāt
boues ⁊ declinauerūt eā. Iratusq; est
indignatione dn̄s ɔtra ozā: ⁊ pcussit
eū super temeritate; q̄ mortuus est ibi·
iuxta archam dei. Cōtristatus ē autē
dauid eo q pcussisset dn̄s ozam: et
uocatū est nomen loci illius pcussio
oza usq; ī diē hāc. Et extimuit dauid
dūm ī die illa dicēs. Quō ingredietur
ad me archa dn̄i? Et noluit diuertere
ad se archam dn̄i in ciuitatem dauid:
sed diuertit eam in domū obededom
gethei. Et habitauit archa dn̄i ī domo
obededom gethei tribus mensibus: ⁊
benedixit dn̄s obededom· et omnē do=
mum eius. Nūciatūq; est regi dauid:
q bn̄dixisset dn̄s obededom et omnia
eius ꝑpter archam dei. Dixitq; dauid.
Ibo: et reducā archam cū benedictione
in domū meam. Abijt ergo dauid: et
adduxit archā dei de domo obededom
in ciuitatem dauid cū gaudio. et erāt
cū dauid septē chori: et uictima uituli.
Cūq; trāscendissent q̄ portabāt archā
dn̄i sex passus immolabāt bouem et
ouem et arietē: et dauid percutiebat in
organis: et saltabat totis uiribz ante
dominū. Porro dauid erat accinctus
ephot lineo: ⁊ dauid et oēs domus
israhel ducebant archam testamenti
dn̄i ī iubilo ⁊ ī clangore bucine. Cūq;
intrasset archa dn̄i in ciuitatē dauid:
michol filia saul ꝓspiciēs per fenestrā
uidit regē dauid subsilientē atq; saltientē
corā dn̄o: ⁊ despexit eū ī corde suo. Et in=
troduxerūt archā dn̄i: ⁊ imposuerūt eā
ī loco suo ī medio tabernaculi qd̄ teten=
derat ei dauid: et obtulit dauid olo=
causta coram dn̄o et pacifica. Cumq;

cōplesset offerēs olocausta et pacifica:
benedixit pplo ī noīe dn̄i exercituū. Et
partitus est mltitudini univ̄se israhel
tam viro q̄z mlieri singulis colliridā
panis unā: ⁊ assaturā bubale carnis
unā: et similā frixā oleo. Et abijt oīs
pplus: unusquisqz ī domū suā. Reūsusqz
est david: ut benediceret domui sue: ⁊
egressa michol filia saul in occursum
david·ait. Quā gloſus fuit hodie rex
israhel discooperiens se ante ancillas
seruoz suoz: et nudatus ē q̄si si nudet
unus de scurris. Dixitqz david ad mi-
chol. Vivit dn̄s: q̄a ludā ante dn̄m q̄
elegit me poci⁹ q̄z prēm tuū ⁊ q̄z omnē
domū ei⁹: et p̄cepit michi ut essem dux
sup pplm dn̄i israel. Et ludā ⁊ vilior fiā
plus q̄z fc̄us sū: ⁊ ero humilis ī oculis
meis: et cū ancillis de quib; locuta es
glosior apparebo. Igit michol filie saul
nō ē natus fili⁹: usqz ī diē mortis sue.

Factum est autē cū sedisset .ca.vii.
rex in domo sua: et dn̄s dedisset
ei requiē undiqz ab univ̄sis inimicis
suis: dixit ad nathan pph̄am. Vides
ne q̄ ego habitem in domo cedrina: ⁊
archa dei posita sit in medio pelliū?
Dixitqz nathan ad regē. Omne quod
est in corde tuo vade fac: q̄a dn̄s tecū
est. Factū est autē in illa nocte: et ecce
sermo dn̄i ad nathan dicens. Vade
⁊ loquere ad seruū meum david. Hec
dicit domin⁹. Nūquid tu edificabis
michi domū ad habitandū? neqz enī
habitaui ī domo ex die illa qua eduxi
isrl̄ de terra egipti usqz ī diem hāc: sed
ambulabā ī tabernaculo ⁊ ī tentorio
per cūcta loca q̄ trāsiui cū omib; filijs
isrl̄. Nūquid loquēs locutus sum ad
unā de tribub; isrl̄·cui p̄cepi ut pasceret
pplm meū isrl̄·dicens. Quare nō edifi-
castis michi domū cedrinam? Et nūc
hec dices seruo meo david. Hec dicit
dn̄s exercituum. Ego tuli te de pascuis
sequentem greges ut esses dux sup po-
pulum meū isrl̄: et fui tecū ī omnibus
ubicūqz ambulasti: ⁊ interfeci univ̄sos
inimicos tuos a facie tua: feciqz tibi
nomen grande iuxta nomē magnoz
qui sunt ī terra. Et ponam locū pplo
meo isrl̄ et plantabo eū et habitabit cū
eo·et nō turbabit̄ āpli⁹: nec addēt filij
iniquitatis ut affligāt eū sicut prius·
ex die qua cōstitui iudices sup pplm
meū isrl̄. Et requiem dabo tibi ab oīb;
inimicis tuis: predicitqz tibi dn̄s: q̄
faciat tibi dn̄s domū. Cūqz completi
fuerint dies tui et dormieris cū prīb;
tuis: suscitabo semē tuū post te·quod
egrediet̄ de utero tuo: et firmabo regnū
eius. Ipse edificabit domū nomini
meo: et stabiliā thronū regni ei⁹ usqz
in sempiternū. Ego ero ei in patrem: et
ipē erit michi in filium. Qui si inique
aliquid gesserit: arguā eū in virga vi-
rorum: et in plagis filiorū hominum.
Misericordiā autē meā nō auferā ab
eo: sicut abstuli a saul·quē amoui a
facie mea. Et fidelis erit domus tua:
⁊ regnū tuū usqz in eternū ante faciem
meā: et thronus tu⁹ erit firmus iugiter.
Scd̄m omnia v̄ba hec·et iuxta univ̄sā
visionem istā: sic locutus est nathan
ad david. Ingressus ē autē rex david
et sedit coram dn̄o: ⁊ dixit. Quis ego
sum dn̄e deus ⁊ que domus mea: q̄a
adduxisti me huc usqz? Sed et hoc pa-
rum visum ē ī cōspectu tuo dn̄e deus:
nisi loquereris eciā de domo serui tui
ī lōginquū. Ista est enī lex ad adā dn̄e
deus. Quid ergo addere poterit adhuc
david ut loquatur ad te? Tu enim scis
seruū tuū dn̄e deus. Propter verbum
tuū et secundum cor tuū fecisti omnia

magnalia hec:ita ut notū faceres ser-
uo tuo. Idcirco magnificatus es dñe
deus:quia nō est similis tui:neq; ē de⁹
extra te ī omībꝫ q̄ audiuimus aurībꝫ
nr̄is. Que est autē ut pp̄ls tu⁹ isrl̄ gens
in terra ꝓpter quā iuit de⁹ ut redimeret
eā sibi in pp̄lm et poneret sibi nomen:
faceretq; eis magnalia et horribilia sup
terrā·a facie pp̄li tui quē redemisti tibi
ex egipto·gentē ⁊ deū ei⁹? Firmasti eni
tibi pp̄lm tuū isrl̄ in pp̄lm sempiternū:
et tu dñe deus fact⁹ es eis in deū. Nunc
ergo dñe deus verbum quod locutus
es sup seruū tuū ⁊ sup domū ei⁹ suscita
ī sempiternū:et fac sicut locutus es ut
magnificet̄ nomen tuū usq; in sempi-
ternum:atq; dicat̄. Dñs de⁹ exercituū
deus super isrl̄:et domus serui tui da-
uid erit stabilita coram dñō:quia tu
dñe exercituū deus isrl̄ reuelasti aurem
serui tui dicens·domū edificabo tibi;
propterea inuenit seruus tuus cor suū
ut oraret te oracione hac. Nūc ergo
dñe deus tu es deus:et verba tua erūt
vera. Locut⁹ es eni ad seruū tuū bona
hec. Incipe ergo et benedic domū serui
tui ut sit ī sempitnū corā te·q̄a tu dñe
de⁹ locutus es:bn̄dictōne tua bn̄dicet̄
domus serui tui ī sempiternū. ca. viii.

Factū est autem post hec percussit
dauid philistijm ⁊ humiliauit
eos:et tulit dauid frenū tributi de ma-
nu philistijm:et pcussit moab et men-
sus ē eos funiculo coequās terre. Men-
sus est autē duos funiculos:unū ad
occidēdum·et unū ad viuificandum.
Fact⁹q; ē moab dauid seruiens sub tri-
buto. Et pcussit dauid adadezer filiū
roob regē soba:quando profectus est
ut dominaret̄ sup flumen eufraten. Et
captis dauid ex pte ei⁹ mille septingēti⁹
equitibus·et viginti milibus peditū:
subneruauit omēs iugales currium.
Dereliquit autē ex eis centū curr⁹. Ve-
nit quoq; siria damasci·ꝑsidiū ferret
adadezer regi soba; et pcussit dauid
de siria viginti duo milia viroꝝ:et po-
suit dauid presidiū in siria damasci:
factaq; est siria dauid seruiens sub tri-
buto. Seruauitq; dñs dauid ī omībꝫ
ad quecūq; profectus ē. Et tulit dauid
arma aurea q̄ habebāt serui adadezer:
et detulit ea in ihrlm. Et de beth e·et de
beroth ciuitatibus adadezer tulit rex
dauid es multum nimis:de quo fecit
salomon omīa vasa erea in tēplo·et
mare eneū et columnas et altare. Au-
diuit autē thou rex emath q pcussisset
dauid omē robur adadezer: Et misit
thou ioram filiū suū ad regē dauid ut
salutaret eū cōgratulans:et gracias
ageret eo q expugnasset adadezer ⁊ per-
cussisset eum. Hostis quippe erat thou
adadezer. Et in manu eius erāt vasa
aurea et vasa argentea et vasa erea:q̄
et ipsa sanctificauit rex dauid dñō cū
argento ⁊ auro que sanctificauerat de
uniuersis gentibus quas subegerat de
siria ⁊ moab ⁊ filijs ammon et phili-
stijm et amalech:⁊ de manubijs adade-
zer filij roob regis soba. Fecit quoq; si-
bi dauid nomen cum reuerteret̄ capta
siria ī valle salinaꝝ cesis decem et octo
milibus·et in gebelem ad viginti tria
milia:et posuit ī ydumea custodes:sta-
tuitq; presidium. Et facta ē uniuersa
ydumea seruiēs dauid:⁊ seruauit dñs
dauid ī omībꝫ ad quecūq; ꝑfectus est.
Et regnauit dauid super omnem isrl̄;
faciebat quoq; dauid iudiciū et iusti-
ciam omī pp̄lo suo. Ioab autē filius
saruie erat sup exercitū;porro iosaphat
filius achilud erat a comentarijs:et
sadoch fili⁹ achitob ⁊ achimelech fili⁹

abiathar erant sacerdotes: et saraias
scriba: banaias autem filius ioiade
super cherethi et phelethi. Filij autē dauid
sacerdotes erāt. Et dixit dauid. Putas-
ne ē aliquis q̄ remāserit de domo saul·
ut faciā cū eo misericordiā ꝑpter ionathan?
Erat autem de domo saul .c. ix.
servus noīe siba. Quē cū vocas-
set rex ad se: dixit ei. Tu ne es siba? Et
ille respondit. Ego sum servus tu⁹. Et
ait rex. Nūquid superest aliquis de do-
mo saul· ut faciā cū eo misericordiam
dei? Dixitq; siba regi. Superest filius
ionathe debilis pedibus. Ubi inquit
est? Et siba ad regē. Ecce ait in domo
ē machir filij amihel in lodabar. Cū
autem venisset miphiboseth fili⁹ iona-
the filij saul ad dauid: corruit in faciē
suā ⁊ adorauit. Dixitq; dauid. Miphi-
boseth. Qui rūdit. Assum servus tuus.
Et ait ei dauid. Ne timeas· q̄a faciens
faciā ī te misericordiam propter ionathan
prēm tuū: et restituā tibi omēs agros
saul patris tui: et tu comedes panem
in mensa mea semp. Qui adorans eū
dixit. Quis ego sum servus tuus: q̄m
respexisti sup canem mortuū similem
mei? Vocauit itaq; rex sibā puer̄ saul:
et dixit ei. Omnia quecūq; fuerūt saul ⁊
univ̄sam domū eius dedi filio dn̄i tui.
Operare igit̄ ei terrā tu et filij tui et servi
tui: ⁊ inferes filio dn̄i tui cibos ut ala-
tur. Miphiboseth autē filius dn̄i tui·
comedet semp panem sup mensā meā.
Erāt autē sibe quindecī filij: et viginti
servi. Dixitq; siba ad regē. Sicut iussisti
dn̄e mi rex servo tuo: sic faciet serv⁹ tu⁹.
Et miphiboseth comedet sup mēsam
meam: quasi unus de filijs regis. Ha-
bebat autē miphiboseth filiū parvulū
noīe micha. Omnis vero cognatio do-
mus sibe· serviebat miphiboseth. Porro
miphiboseth habitabat in ierusalem·
quia de mensa regis iugiter vesceba-
tur: et erat claudus utroq; pede. .ca. x.
Factū ē autē post hec· ut moreret̄
rex filior̄ ammon: et regnauit
anon fili⁹ eius pro eo. Dixitq; dauid.
Faciā misericordiam cū anon filio naas:
sicut fecit pater ei⁹ mecū misericordiā.
Misit ergo dauid consolans eum per
servos suos sup patris interitu. Cum
autē venissent servi dauid ī terrā filior̄
āmon: dixerūt principes filior̄ āmon
ad anon dn̄m suū. Putas q̄ propt̄
honorem prīs tui miserit dauid ad te
cōsolatores: ⁊ nō ideo ut ꝑ investiga-
ret et exploraret civitatē· et everteret eā·
misit dauid servos suos ad te? Tulit
itaq; anon servos dauid· rasitq; dimi-
diam ptem barbe eor̄: et p̄scidit vestes
eor̄ medias usq; ad nates: et dimisit
eos. Quod cum nūciatū esset dauid:
misit in occursum eor̄. Erant enī viri
cōfusi turpiter valde. Et mandauit eis
dauid. Manete in iericho donec cre-
scat barba vestra: et tunc revertimini.
Videntes autē filij ammon· q̄ iniuriā
fecissent dauid: miserūt et cōduxerunt
mercede sirū roob· ⁊ sirū soba viginti
milia peditū: et a rege maacha mille
viros: et ab histob decē milia virorū.
Quod cū audisset dauid: misit ioab
et omnē exercitū bellator̄. Egressi sunt
ergo filij āmon: et direxerūt aciē ante
ipm introitū porte. Sirus autē soba ⁊
roob et histob et maacha· seorsū erāt ī
campo. Videns ergo ioab q̄ p̄paratū
esset adv̄sum se prelium· et exadv̄so et
post tergū: elegit sibi ex omnibus electis
isrl' et instruxit aciē cōtra sirū: reliquā
autē partē p̄pli tradidit abisai frī suo.
Qui direxit aciē adversū filios āmon.
Et ait ioab. Si p̄valuerint adv̄sum

me siri: eris michi ī adiutoriū; si autē
filii āmon preualuerint aduersum te:
auxiliabor tibi. Esto vir fortis: et pu-
gnemus ꝓ ppl'o nr̄o et ciuitate dei nr̄i.
Dn̄s autē faciet quod bonū est ī con-
spectu suo. Iniit itaq; ioab et pp'ls qui
erat cū eo certamen cōtra siros; q̄ stati
fugerūt a facie eius. Filii autē āmon
videntes quod fugissent siri: fugerunt
et ipsi a facie abisai: et ingressi sunt ci-
uitatem. Reūsusq; est ioab a filiis am-
mon: et venit ih'rlm. Vidētes igitur
siri ammon quoniā siri expauit et
qm̄ corruissent corā isrl': cōgregati sūt
pariter. Misitq; adadezer et eduxit si-
ros qui erant trās fluuiū: et adduxit
eoꝝ exercitum. Sobach autē magister
milicie adadezer erat princeps eorum.
Quod cū nūciatū esset dauid cōtraxit
omnē israhelē et trāsiuit iordanē: venit-
q; ī helā. Et direxerūt aciē siri exaduūso
dauid: et pugnauerūt cōtra eū. Fuge-
runtq; siri a facie isrl': et occidit dauid
de siris septingētos currus et quadra-
ginta milia equitū: et sobach principē
milicie ꝑcussit: qui statim mortuus ē.
Videntes autē vniūsi reges qui erant
ī p̄sidio adadezer se victos ab israhel:
expauerūt et fugerūt quinquaginta et
octo milia corā isrl'. Et fecerūt pacē cū
israhel: et seruierūt eis; timuerūtq; siri
auxilium prebere filiis ammon. c. xi.

Factū est autē vertente āno: eo tp̄e
quo solent reges ad bella ꝓcedē
misit dauid ioab: et seruos suos cū eo:
et vniūsū isrl': et vastauerūt filios āmō
et obsederūt rabbat. Dauid autem re-
mansit in ih'rlm. Dum hec agerentur
accidit quadā die ut surgēt dauid de
stratu suo post meridiē: et deambula-
ret ī solario dom⁹ regie. Viditq; muli-
erem se lauantē exaduerso sup solariū
suum. Erat autem mulier pulcra val-
de. Misit ergo rex: et requisiuit que esset
mlier. Nūciatūq; ē ei: q ipa esset beth-
sabee filia heliā uxor urie ethei. Missis
itaq; dauid nūciis: tulit eā. Que cū in-
gressa esset ad illū: dormiuit cū ea. Sta-
timq; sctificata ē ab immūdicia sua: et
reuersa est domum suā concepto fetu.
Mittēsq; nūciauit dauid: et ait. Cōcepi.
Misit autem dauid ad ioab dicens.
Mitte ad me uriam etheum. Misitq;
ioab uriam ad dauid. Et venit urias
ad dauid. Quesiuitq; dauid q̄ recte
ageret ioab et ppl'us: et quomō admini-
straret̄ bellū. Et dixit dauid ad uriam.
Vade in domū tuā: et laua pedes tu-
os. Et egressus ē urias de domo regis:
secutusq; ē eū cibus regius. Dormiuit
autē urias ante portā domus regie cū
aliis seruis dn̄i sui: et nō descendit ad
domum suam. Nunciatumq; est da-
uid a dicentibus. Nō iuit urias ī do-
mum suam. Et ait dauid ad uriam.
Nūquid nō de uia lōginqua venisti?
Quare non descendisti in domū tuā?
Et ait urias ad dauid. Archa dei et isrl'
et iuda habitant ī papilionibȝ: et dn̄s
meus ioab et serui dn̄i mei sup faciem
terre manent: et ego ingrediar domū
meam ut comedam et bibam et dormi-
am cum uxore mea? Per salutem tuā
et per salutem anime tue: non faciam
rem hanc. Ait ergo dauid ad uriam.
mane hic eciā hodie: et cras dimittā
te. Mansit urias in ih'rlm in die illa
et altera: et vocauit eū dauid ut come-
deret corā se et biberet: et inebriauit eū.
Qui egressus vespere: dormiuit in stra-
tu suo cū seruis dn̄i sui: et in domum
suam non descendit. Factum est ergo
mane: et scripsit dauid epl'am ad ioab:
misitq; per manū urie scribens ī epl'a.

Ponite uriā ex adūso belli ubi fortissi-
mum est preliū: et derelinquite eū: ut
percussus intereat. Igitur cū ioab obsideret
urbem · posuit uriā in loco ubi sciebat
uiros esse fortissimos: egressiq; uiri de
ciuitate bellabant adūsum ioab · et ceci-
derunt de pplo seruorū dauid: et mortuus
est etiā urias etheus. Misit itaq; ioab
et nūciauit dauid omnia uerba plij:
precepitq; nūcio dicens. Cum cōpleueris
uniuersos sermones belli ad regē · si eū
uideris indignari et dixerit · quare ac-
cessistis ad murū ut preliaremini: an
ignorabatis qȝ multa desup ex muro
tela mittant̄: quis percussit abimelech
filium iherobaal? Nonne mulier misit
super eum fragmen mole · de muro · et
interfecit eū i thebes: quare iuxta murū
accessistis · dices. Etiā seruus tuus urias
etheus occubuit. Abijt ergo nuncius:
et uenit et narrauit dauid oīa q̄ ei prece-
perat ioab; et dixit nuncius ad dauid.
Preualuerūt adūsū nos uiri: et egressi
sūt ad nos i agrum. Nos autē facto
impetu psecuti eos sumus usq; ad portā
ciuitatis; et direxerūt iacula sagittarij
ad suos tuos ex muro desup: mortui-
q; sūt de seruis regis. Quin etiā seruus
tuus urias etheus mortuus ē. Et dixit da-
uid ad nunciū. Hec dices ioab. Nō te
frangat ista res. Uarius eni euētus ē
belli: et nūc hūc et nūc illū cōsumit gla-
dius. Cōforta bellatores tuos adūsus
urbē · ut destruas eam: et exhortare eos.
Audiuit autē uxor urie qȝ mortuus esset
urias uir suus: et planxit eū. Trāsactoq;
luctu misit dauid et introduxit eā · in
domū suā: et facta est ei uxor: peperitq;
ei filium. Et displicuit uerbum hoc qȝ
fecerat dauid coram domino. c. xii.
Misit ergo dñs nathan ad dauid.
Qui cū uenisset ad eum: dixit ei.
Responde michi iudicium. Duo uiri
erant in ciuitate una: unus diues: et
alter pauper. Diues habebat oues et
boues plurimos ualde: paup autem
nichil habebat omnino preter ouem
unā paruulā quā emerat et nutrierat:
et que creuerat apud eū · cū filijs eius:
simul de pane illius comedens et de
calice eius bibens · et in sinu illius dor-
miens: eratq; illi sicut filia. Cū autem
peregrinus quidam uenisset ad diuitē:
parcens ille sumere de ouibȝ et de bobȝ
suis ut exhiberet cōuiuiū peregrino illi
q̄ uenerat ad se: tulit ouē uiri pauperis:
et preparauit cibos homini qui uenerat
ad se. Iratus autē indignatione da-
uid adūsus hominē illū nimis: dixit
ad nathan. Uiuit dñs: quoniā filius
mortis est uir qui fecit hoc. Ouē reddet
in quadruplū: eo quod fecerit ūbum
istud · et non pepercerit. Dixit autē na-
than ad dauid. Tu es ille uir: q̄ fecisti
hanc rem. Hec dicit dñs deus isrl. Ego
unxi te in regē super isrl · et ego erui te · de
manu saul · et dedi tibi domū dñi tui
et uxores dñi tui i sinu tuo: dediq; tibi
domū isrl et iuda: et si parua sunt ista ·
adiciā tibi multo maiora. Quare ergo
cōtempsisti uerbū dñi: ut faceres malū
i cōspectu meo? Uriam etheū percussisti
gladio: et uxorem illius accepisti in
uxorē tibi: et interfecisti eū gladio filiorū
ammon. Quāobrem non recedet a te
gladius de domo tua usq; in sempiter-
num: eo qȝ despexeris me: et tuleris uxorē
urie ethei ut esset uxor tua. Itaq; hec
dicit dominus. Ecce ego suscitabo sup
te malū · de domo tua: et tollā uxores
tuas in oculis tuis et dabo proximo
tuo: et dormiet cū uxoribȝ tuis in ocu-
lis solis huius. Tu enim fecisti abscōdi-
te: ego autē faciā uerbū istud in cōspectu

omnis isrl': et in cōspectu solis huius.
Et dixit david ad nathan. Peccavi do-
mino. Dixitq; nathan ad david. Do-
minus quoq; trāstulit pccm̄ tuū. Nō
morieris. Verūtamē qm̄ blasphemare
fecisti inimicos nomē dñi ꝓpter verbū
hoc: filius qui natus ē tibi morte mo-
rietur. Et reūsus est nathan in domū
suā. Percussitq; dñs parvulū quē pe-
perit uxor urie david: et desperatus est.
Depcatusq; ē david dñm ꝑ parvulo:
et ieiunavit david ieiunio: ⁊ ingressus
seorsum iacuit sup terram. Venerunt
autē seniores domus ei⁹: cogentes eū
ut surgeret de terra. Qui noluit: neq; co-
medit cū eis cibum. Accidit autem die
septima ut moreret̄ infās: timuerūtq;
servi david nūciare ei q̄ mortuus esset
parvulus. Dixerūt eni. Ecce cū puulus
adhuc viveret loquebam̄ ad eū et nō
audiebat vocem nr̄am: quāto magis
si dixerimus mortuus est puer se affli-
get? Cum ergo david audisset servos
suos mussitātes: intellexit q̄ mortuus
esset infātulus. Dixitq; ad servos suos.
Nūquid mortuus est puer? Qui rñde-
runt ei. Mortuus ē. Surrexit ergo da-
vid de terra: et lotus unctusq; est. Cūq;
mutasset vestem ingressus ē domum
dñi ⁊ adoravit: ⁊ venit in domū suā.
petivitq; ut ponerent ei panē: et come-
dit. Dixerūt autē ei servi sui. Quis est
sermo quē fecisti? propter infantē cū ad-
huc viveret ieiunasti ⁊ flebas: mortuo
autē puero surrexisti: ⁊ comedisti panē.
Qui ait. Propter infantē dū adhuc
viveret ieiunavi et flevi. Dicebam eni.
Quis eni scit si forte donet eū michi do-
minus: et vivat infans? Nunc autē
q̄a mortuus ē quare ieiunē? Nūquid
potero revocare eū amplius? Ego va-
dam magis ad eū: ille vero nō revertetur
ad me. Et cōsolatus ē david bethsabee
uxorē suā ingressusq; ad eā dormivit
cū ea. Que genuit filiū: et vocavit no-
men ei⁹ salomon: ⁊ dñs dilexit eū. Mi-
sitq; eū i manu nathā ꝓphe: ⁊ vocavit
nomen eius amabilis dño: eo quod
diligeret eum dñs. Igitur pugnabat
ioab cōtra rabbath filioꝝ ammon: ⁊
expugnabat urbem regiam. Misitq;
ioab nūcios ad david dicens. Dimi-
cavi adversum rabba: et capienda est
urbs aquarum. Nūc igitur cōgrega
reliquā partē populi et obside civita-
tem et cape eam: ne cum a me vastata
fuerit urbs nomini meo ascribat̄ vi-
ctoria. Cōgregavit itaq; david omnē
ꝑplm: ⁊ profectus est adūsum rabbath.
Cumq; dimicasset: cepit eam. Et tulit
diadema melchon de capite eius pon-
do auri talentū: habens gemmas ꝑcio-
sissimas: ⁊ impositū est sup caput da-
vid. Sed ⁊ predā civitatis asportavit
multam valde: ꝑplm q̄; eius adducēs
serravit: et circumegit sup eos ferrata
carpēta. Divisitq; cultris: et trāsduxit
in typo laterū. Sic fecit universis civi-
tatibus filiorum ammon. Et reūsus
ē david ⁊ oīs exercitus i ihrlm. c. XIII.
Factū ē autē post hec ut absalon
filij david sororē speciosissimā
vocabulo thamar adamaret āmon
fili⁹ david: ⁊ deperiret i eā valde: ita ut
propter amorē ei⁹ egrotaret: quia cū
esset virgo difficile ei videbat̄: ut quip-
piam inhoneste ageret cū ea. Erat au-
tem āmon amicus nomine ionadab
fili⁹ semmaa fratris david: vir prudēs
valde. Qui dixit ad eū. Quare sic atte-
nuaris macie fili regis ꝑ singulos di-
es? Cur non indicas michi? Dixitq;
ei amnon. Thamar sororem fratris
mei absalō amo. Cui rñdit ionadab.

Cuba sup lectū tuū et languorē simu-
la: cūq; venerit pater tuus ut visitet te:
dic ei. Veniat oro thamar soror mea
ut det michi cibū· et faciat pulmētum:
ut comedam de manu eius. Accubuit
itaq; ammon: et quasi egrotare cepit.
Cūq; venisset rex ad visitandū eū: ait
ammon ad regē. Veniat obsecro tha-
mar soror mea ut faciat ī oculis meis
duas sorbiciunculas: et cibū paratū
capiā de manu ei⁹. Misit ergo david
ad thamar domū dicens. Veni in do-
mum ammon fratris tui: ⁊ fac ei pul-
mentum. Venitq; thamar in domū
ammon fratris sui: ille autem iacebat.
Que tollens farinā cōmiscuit ⁊ lique-
faciens in oculis eius· coxit sorbiciun-
culas: tollensq; qd̄ coxerat effudit· ⁊ po-
suit corā eo: ⁊ noluit comedere. Dixit-
q; āmon. Eicite uniūsos a me. Cūq;
eiecisset omēs: dixit āmon ad thamar.
Infer cibū in cōclave: ut vescar de ma-
nu tua. Tulit ergo thamar sorbiciūcu-
las quas fecerat: et intulit ad āmon
fratrem suū in cōclavi. Cūq; obtulisset
ei cibū: apphendit eā et ait. Veni cuba
mecū soror mea. Que respōdit ei. No-
li frat mi noli opprimere me: neq; eni
hoc phas ē ī isrl. Noli facere stulticiā
hanc. Ego eni ferre non potero oppro-
brium meū: ⁊ tu eris quasi unus de in-
sipientibus in isrl: quin potius loq̄re
ad regē· ⁊ nō negabit me tibi. Noluit
autē ammon acquiescere p̄cibus eius:
sed p̄valens viribus· oppressit eā: ⁊ cu-
bavit cum ea. Et exosam eam habuit
odio magno nimis: ita ut mai⁹ esset
odiū quo oderat eā: amore quo ante
dilexerat. Dixitq; ei āmon. Surge et
vade. Que rn̄dit. Maius ē hoc malū
quod nūc agis adūsum me q̄; quod
ante fecisti: expellens me. Et noluit

audire eam: sed vocato puero qui mi-
nistrabat ei· dixit. Eice hāc a me foras:
et claude hostiū post eā. Que induta
erat talari tunica: huiuscemodi enim
filie regis virgines vestibus utebātur.
Eiecit itaq; eā minister illius foras:
clausitq; fores post eā. Que aspergens
cinerē capiti suo· scissa talari tunica:
impositisq; manibus sup caput suū:
ibat ingrediens ⁊ clamās. Dixit autē
ei absalon frater suus. Nunquid am-
mon frater tuus concubuit tecū? Sed
nūc soror tace: frat tu⁹ ē. Neq; affligas
cor tuū p hac re. Mansit itaq; thamar
cōtabescens· in domo absalon fratris
sui. Cū autem audisset rex david vba
hec cōtristatus ē valde: et noluit con-
tristare spiritū āmon filij sui quoniā
diligebat eū: quia primogenitus erat
ei. Porro nō ē locut⁹ absalon ad am-
mon nec malū nec bonū. Oderat eni
absalon ammon: eo q violasset tha-
mar sororem suā. Factū est autē post
tempus biennij· ut tonderentur oves
absalon ī baalasor: q est iuxta effraim:
Et vocavit absalō omēs filios regis:
venitq; ad regē: et ait ad eū. Ecce ton-
dentur oves servi tui: veniat oro rex cū
servis suis ad servū suum. Dixitq; rex
ad absalō. Noli fili mi: noli rogare
ut veniamus omēs: et gravemus te.
Cū autē cogeret eū ⁊ noluisset ire: bene-
dixit ei. Et ait absalon ad david. Si
nō vis venire: veniat obsecro nobiscū
saltē āmon frater me⁹. Dixitq; ad eū
rex. Non est necesse ut vadat tecū. Co-
egit itaq; absalon eū: et dimisit cū eo
āmon: et uniūsos filios regis. Fece-
ratq; absalon cōviviū: q̄si cōvivium
regis. Preceperat autē absalon pueris
suis dicens. Observate cū temulentus
fuerit ammon vino: et dixero vobis·

percutite eū et interficite: nolite timere.
Ego enī sum qui precipio vobis. Ro-
boramini: et estote viri fortes. Fecerūt
ergo pueri absalō adūsum ammon:
sicut preceperat eis absalon. Surgentes-
q; omēs filij regis: ascenderūt singuli
mulas suas ⁊ fugerunt. Cūq; adhuc
pergerent in itinere: fama peruenit ad
dauid dicēs. Percussit absalon omēs
filios regis: ⁊ nō remansit ex eis saltē
un⁹. Surrexit itaq; rex dauid · et scidit
vestimenta sua ⁊ cecidit super terram:
et omnes servi illius qui assistebāt ei
sciderūt vestimenta sua. Respōdens autē
ionadab fili⁹ semmaa fratris dauid
dixit. Ne estimet dñs meus rex q om-
nes pueri regis occisi sint. Ammon
solus mortuus ē: qm̄ in odio absalō
erat posit⁹ ex die qua oppssit thamar
sororē eius. Nunc ergo ne ponat dñs
me⁹ rex sup cor suū verbū istud dicēs.
omēs filij regis occisi sūt: qm̄ āmon
solus mortu⁹ ē. Fugit autē absalon.
Et eleuauit puer speculator oclōs suos
et aspexit: et ecce pp̄ls multus veniebat
per iter deuiū ex latere montis. Dixit
autē ionadab ad regē. Ecce filij regis
assunt: iuxta verbū servi tui · sic factum
est. Cūq; cessasset loqui: apparuerunt
et filij regis: Et intrantes leuauerunt
vocē suā: ⁊ fleuerūt. Sed et rex et omēs
servi ei⁹ fleuerūt ploratu magno nimis.
Porro absalon fugiens abijt ad tho-
lomai filiū āmiur regē gessur. Luxit
ergo dauid filiū suū āmon cūctis die-
bus. Absalō autē cū fugisset ⁊ venisset
in gessur fuit ibi tribus ānis: cessauit-
q; rex dauid psequi absalō: eo q cōso-
latus esset sup āmon interitu. ca. xiiii.

Intelligens autē ioab fili⁹ saruie q
cor regis versū esset ad absalō: misit
thecuā ⁊ tulit inde mulierē sapientem:
dixitq; ad eam. Lugere te simula · et in-
duere veste lugubri: ⁊ ne ungaris oleo:
ut sis q̄si mulier iā plurimo tpe lugēs
mortuū. Et ingredieris ad regem: ⁊ lo-
queris ad eū sermones huiuscemodi.
Posuit autē ioab vba ī ore ei⁹. Itaq;
cū ingressa fuisset mulier thecuites ad
regē: cecidit corā eo sup terrā: et adora-
uit ⁊ dixit. Serua me rex. Et ait ad eā
rex. Quid cause habes? Que respōdit.
Heu mulier vidua ego sū. Mortuus ē
enī vir me⁹: et ācille tue erāt duo filij:
q̄ rixati sunt adūsū se ī agro nullusq;
erat q̄ eos prohibere posset: ⁊ percussit
alter alterū ⁊ interfecit eū. Et ecce cōsur-
gens vniuersa cognatio · aduersum
ancillā tuā · dicit. Trade eū qui pcussit
fratrem suū ut occidamus eū pro aīa
fratris sui quē interfecit · et deleamus
heredem: et quesierūt extinguere scintillā
meā que relicta est: ut nō supsit viro
meo nomen et reliquie super terrā. Et
ait rex ad mulierē. Vade ī domū tuā:
et ego iubebo p te. Dixitq; mulier the-
cuites ad regē. In me dñe mi rex sit in-
iquitas et in domo pris mei: rex autē
et thronus ei⁹ sit innocens. Et ait rex.
Qui cōtradixerit tibi adduc eū ad me:
et ultra non addet ut tangat te. Que
ait. Recordetur rex dñi dei sui ut non
multiplicentur proximi sanguinis ad
vlciscendū: et nequaq̄ interficiēt filiū
meū. Qui ait. Uiuit dñs: quia non
cadet de capillis filij tui sup terrā. Di-
xit ergo mulier. Loquatur ācilla tua
ad dñm meū regem verbū. Et ait. Lo-
quere. Dixitq; mulier. Quare cogitasti
huiuscemodi rem cōtra ppl̄m dei: et locu-
tus est rex verbū istud ut peccet · et non
reducat eiectū suū? Omēs morimur:
et quasi aque dilabimur in terrā que
non reuertentur. Nec vult deus perire

animā: ſed retractat cogitans ne peni-
tus pereat qui abiectus eſt. Nūc igitur
veni ut loquar ad dn̄m meū regē ver-
bum hoc: preſente pp̄lo. Et dixit an-
cilla tua. Loquar ad regē: ſi quo mo-
do faciat rex verbū ancille ſue. Et au-
divit rex ut liberaret ancillā ſuā de ma-
nu omniū qui volebant de hereditate
dn̄i delere me: ⁊ filiū meū ſimul. Dicat
ergo ancilla tua: ut fiat verbū dn̄i mei
regis ſicut ſacrificiū. Sicut eni angel⁹
dn̄i ſic ē dn̄s me⁹ rex: ut nec benedictio-
ne nec maledictione moveat. Unde ⁊
dn̄s deus tuus eſt tecū. Et r̄ndens rex
dixit ad mulierē. Ne abſcondas a me
verbum: quod te interrogo. Dixitq; ei
mulier. Loquere domine mi rex. Et ait
rex. Numquid manus ioab tecum eſt
in omnibus iſtis? Rn̄dit mulier et ait.
Per ſalutē anime tue dn̄e mi rex: nec
ad ſiniſtrā nec ad dexterā eſt ex omni-
bus hijs que locutus ē dn̄s meus rex.
Servus enim tuus ioab ipe precepit
michi: et ipſe poſuit in os ancille tue
omnia verba hec: ut verterē figurā ſer-
monis huius. Servus eni tuus ioab
precepit iſtud. Tu autē domine mi rex
ſapiēs es ſicut habet ſapientiā angel⁹
dei: ut intelligas omnia ſup terrā. Et
ait rex ad ioab. Ecce placatus feci ver-
bum tuū. Vade ergo et revoca puerū
abſalon. Cadenſq; ioab ſup faciē ſuā
in terrā adoravit: ⁊ benedixit regi. Et
dixit ioab. Hodie intellexit ſervus tuus
quia inveni graciā ī oculis tuis domi-
ne mi rex. Feciſti eni ſermonē domine
mi rex ſervi tui. Surrexit ergo ioab et
abijt in geſſur: et adduxit abſalon in
ihrlm. Dixit autē rex. Revertatur ī do-
mum ſuā: et faciē meā non videat. Re-
verſus eſt itaq; abſalon in domū ſuā:
et faciem regis non vidit; porro ſicut
abſalon vir nō erat pulcher in omni
iſrl: et decorus nimis. A veſtigio pedis
uſq; ad verticē: non erat ī eo ulla ma-
cula. Et quādo tōdebat capillū ſemel
autē in anno tondebatur qr̄ grava-
bat eū ceſaries: ponderabat capillos
capitis ſui ducētis ſiclis pōdere publi-
co. Nati ſunt autē abſalon filij tres: ⁊
filia una noīe thamar elegātis forme.
Manſitq; abſalon in ihrlm duobus
annis: et faciem regis non vidit. Mi-
ſit itaq; ad ioab: ut mitteret eū ad re-
gem. Qui noluit venire ad eum. Cūq;
ſecūdo miſiſſet et ille noluiſſet venire
ad eū: dixit ſervis ſuis. Scitis agrum
ioab iuxta agrū meū: habentē meſſem
ordei? Ite igit: ⁊ ſuccēdite eū igni. Suc-
cenderūt ergo ſervi abſalō ſegetē igni.
Et venientes ſervi ioab ſciſſis veſtibus
ſuis dixerunt. Succenderūt ſervi abſa-
lon partē agri igni. Surrexitq; ioab
et venit ad abſalon in domū eius: et
dixit. Quare ſuccēderūt ſervi tui ſegetē
meā igni? Et r̄ndit abſalon ad ioab.
Miſi ad te obſecrās ut venires ad me
et mitterē te ad regē: et diceres ei. Quarē
veni de geſſur? Melius michi erat ibi
eſſe. Obſecro ergo ut videā faciē regis.
Quod ſi memor ē iniquitatis mee inter-
ficiat me. Ingreſſus itaq; ioab ad re-
gem: nūciavit ei omnia. Vocatuſq;
eſt abſalon et intravit ad regem: et
adoravit ſuper faciem terre coram eo.
Oſculatuſq; eſt rex abſalon. ca. xv.
Igitur poſt hec fecit ſibi abſalō currus
et equites: et quinquaginta viros q̄ pre-
cederent eū. Et mane cōſurgens abſa-
lon ſtabat iuxta introitū porte in via:
et omnē virū qui habebat negocium
ut veniret ad regis iudicium vocabat
abſalon ad ſe: et dicebat. De qua civi-
tate es tu? Qui r̄ndens aiebat. Ex una

tribu isrl' ego sum servus tuus. Rñde-
batq; ei absalon. Videntur michi ser-
mones tui boni et iusti: sed nō est qui
te audiat cōstitutus a rege. Dicebatq;
absalon. Quis me cōstituat iudicem
sup terrā · ut ad me veniant omnes q̄
habent negociū et iuste iudicem? Sed
cū accederet ad eū homo ut salutaret illū ·
extendebat manū suā: et apphendens
osculabatur eū. Faciebatq; hoc omni
israhel · venienti ad iudiciū ut audiret
a rege · ⁊ sollicitabat corda virorū isrl'.
Post quadraginta autē ānos dixit
absalon ad regem david. Vadam et
reddā vota mea que vovi dño in he-
bron. Vovēs enī vovit serv⁹ tuus cū
esset ī gessur sirie dicēs. Si reduxit me
domin⁹ ī ihrlm: sacrificabo dño. Di-
xitq; ei rex david. Vade ī pace. Et sur-
rexit: ⁊ abiit in hebron. Misit autē ab-
salon exploratores ī universas tribus
isrl' dicēs. Stati ut audieritis clango-
rem bucine dicite. Regnabit absalon
in hebron. Porro cum absalon ierūt
ducēti viri de ihrlm vocati: eūtes sim-
plici corde: et causam penit⁹ ignoran-
tes. Accersivit qz absalon achitofel gi-
lonitem cōsiliariū david: de civitate
sua gilo. Cūq; immolaret victimas
facta est cōiuracio valida: ppl'usq; con-
currens augebatur cū absalon. Venit
igitur nūcius ad david dicens. Toto
corde universus isrl' sequitur absalon.
Et ait david servis suis: qui erant cū
eo ī ihrlm. Surgite. Fugiamus, neq;
enī erit nobis effugiū a facie absalon.
Festinate egredi: ne forte veniens occu-
pet nos et impellat sup nos ruinā: et
pcutiat civitatem in ore gladii. Dixe-
runtq; servi regis ad eū. Omnia q̄cūq;
p̄ceperit dñs noster rex libenter exeque-
mur servi tui. Egressus est ergo rex et
universa domus eius pedibus suis.
Et reliquit rex decē mulieres cōcubinas:
ad custodiendā domū. Egressusq; rex
et omnis isrl' pedibz suis stetit procul
a domo: et univ̄si servi ei⁹ āmbulabāt
iuxta eū: et legiones cerethi et phelethi ·
⁊ omēs gethei pugnatores validi sex-
centi viri q̄ secuti eū fuerant de geth pedi-
tes precedebant regē. Dixit autē rex ad
ethai getheū. Cur venis nobiscū? Re-
vertere ⁊ habita cū rege: q̄a peregrinus
es · ⁊ egressus es de loco tuo, heri venisti:
⁊ hodie cōpelleris nobiscū egredi? Ego
autē vadam quo iturus sum. Revertere ·
et reduc tecum frēs tuos: et dñs faciat
tecū misēdiam et veritatē: q̄a ostēdisti
graciā ⁊ fidē. Et rñdit ethai regi dicēs.
Vivit dñs et vivit dñs meus rex: qm̄
in quocūq; loco fueris dñe mi rex sive
ī morte sive ī vita · ibi erit servus tuus.
Et ait david ethai. Veni et transi. Et
transivit ethai getheus et rex et omnes
viri qui cū eo erāt: et reliqua multitudo.
Omnesq; flebant voce magna: et uni-
versus ppl's transibat. Rex qz trāsgre-
diebatur torrentem cedron: ⁊ cunctus
ppl's incedebat contra viā olive que
respicit ad desertū. Venit autē ⁊ sadoch
sacerdos et univ̄si levite cū eo portātes
archā federis dei: et deposuerūt archā
federis dei. Et ascendit abiathar: do-
nec expletus esset omīs ppl's q̄ egressus
fuerat de civitate. Et dixit rex ad sadoch.
Reporta archā dei in urbem. Si inve-
nero graciā in oculis dñi reducet me
et ostendet michi eam · et tabernaculū
suū: si autē dixerit michi non places ·
presto sum: faciat quod bonū est corā
se. Et dixit rex ad sadoch sacerdotem.
O videns revertere ī civitatem in pace: et
achimaas filius tu⁹ et ionathan fili⁹
abiathar duo filii vestri sint vobiscū.

ac̄ ōnlzā

Ecce ego abscondar in campestribȝ de-
serti: donec veniat sermo a vobis indi-
cans michi. Reportauerūt ergo sadoch
et abiathar archā dei in iherusalē: et
manserunt ibi. Porro dauid ascende-
bat cliuum olivarȝ scandens et flens
⁊ nudis pedibus incedens; ⁊ operto ca-
pite. Sed ⁊ oīs pplš q̄ erat cū eo: opto
capite ascendebat plorans. Nūciatū
est autē dauid: q̄ achitofel esset in con-
iuracione cū absalon. Dixitq; dauid.
Infatua queso dñe consiliū achitofel.
Cūq; ascēderet dauid sūmitatē mōtis
in quo adoraturus erat dñm: ecce oc-
currit ei chusi arachites scissa veste ⁊ ter-
ra pleno capite. Et dixit ei dauid. Si
venis mecū eris michi oneri: si autē i ci-
uitatem reuertaris et dixeris absalon.
seruus tuus sum rex patere me viuere.
sicut fui seruus patris tui. sic ero seruꝰ
tuus: dissipabis cōsiliū achitofel. Ha-
bes autē tecū sadoch et abiathar sacer-
dotes: et omē verbū quodcūq; audie-
ris i domo regis. indicabis sadoch
et abiathar sacerdotibȝ. Sūt aūt cū eis
duo filij eorȝ achimaas filius sadoch
et ionathan filiꝰ abiathar: et mittetis
p eos ad me omē verbū qđ audieritis.
Veniente ergo chusai amico dauid i ci-
uitatem: absalon quoq; ingressus ē
iherusalem. et achitofel cū eo. ca. xvi.

Cumq; dauid transisset paululū
montis verticem. apparuit siba
puer miphiboseth i occursum eius cū
duobȝ asinis: q̄ onerati erant ducētis
panibȝ. et centū alligaturis vuepasse.
et centū massis palatarū: et duobus
vtribȝ vini. Et dixit rex sibe. Quid sibi
volunt hec? Rñditq; siba. Dñe mi rex
Asini domesticis regis ut sedeant: et
panes et palate ad vescendum pueris
tuis; vinū autē. ut bibat si q̄s defecerit
in deserto. Et ait rex. Ubi est filius dñi
tui? Rñditq; siba regi. Remāsit in ihe-
rusalem dicēs. Hodie restituet michi
domꝰ isrl' regnū patris mei. Et ait rex
sibe. Tua sint oīa que fuerūt miphibo-
seth. Dixitq; siba. Oro ut inueniā gra-
ciam coram te domine mi rex. Venit
ergo rex dauid usq; bahurim. Et ecce
egrediebatur inde vir. de cognacione
domꝰ saul nomine semei filius gera:
procedebatq; egrediēs: ⁊ maledicebat
mittebatq; lapides. cōtra dauid. ⁊ con-
tra uniūsos seruos regis dauid. Omīs
autē pplš et uniūsi bellatores. a dextro
⁊ a sinistro latere regis incedebāt. Ita
autē loquebatur semei cū malediceret
regi. Egredere. egredere vir sanguinū:
⁊ vir belial. Reddidit tibi dñs uniūsū
sanguinē domus saul. qm̄ inuasisti
regnū pro eo: et dedit dñs regnum in
manu absalon filij tui: et ecce premūt
te mala tua quoniā vir sanguinū es.
Dixit autem abisai filius saruie regi.
Quare maledicit canis hic moriturꝰ
dño meo regi? Vadā et amputabo
caput eius. Et ait rex. Quid michi et
vobis est filij saruie? Dimitte eum ut
maledicat. Dominꝰ eñi precepit ei ut
malediceret dauid. Et q̄s est q̄ audeat
dicere. q̄re sic fecerit? Et ait rex abisai
⁊ uniuersis seruis suis. Ecce filiꝰ meꝰ q̄
egressus ē de vtero meo. querit animā
meā: quātomagis hic filius gemini?
maledicit michi. Dimittite eū ut ma-
ledicat iuxta preceptū dñi: si forte respi-
ciat dñs afflictionem meā: et reddat
michi dñs bonū p maledictione hac
die hodierna. Ambulabat itaq; dauid
⁊ socij eius per viam cū eo: semei autē
per iugū montis ex latere cōtra illum.
gradiebatur maledicens: et mittens
lapides aduersum eū. terrāq; spargēs.

Venit itaq; rex david ⁊ uniūsus pp̄ls
cū eo lassus: et refocillati sunt ibi. Ab-
salon autē et omīs pp̄ls eius ingressi
sunt ihr̄lm: sed ⁊ achitofel cū eo. Cum
autē venisset chusai arachites amicus
david ad absalon: locutus est ad eū.
Salve rex: salve rex. Ad quē absalon.
Hec est inquit grā tua ad amicū tuū?
Quare nō ivisti cū amico tuo? Rūdit-
q; chusai ad absalō. Nequaq̄: quia
illius ero quē elegit dn̄s et omnis hic
pp̄lus ⁊ uniūsus isrl̄: et cū eo manebo.
Sed ut et hoc inferā: cui ego servitur⁹
sum? Nonne filio regis? Sicut parui
patri tuo: ita parebo et tibi. Dixit autē
absalon ad achitofel. Inite cōsilium:
quid agere debeam⁹. Et ait achitofel
ad absalon. Ingredere ad cōcubinas
pr̄is tui· quas dimisit ad custodiēdā
domū: ut cū audierit omīs isrl̄· quod
fedaveris patrē tuū: roborētur tecum
manus eorū. Tetenderūt ergo absalō
tabernaculū in solario: ingressusq; est
ad cōcubinas pr̄is sui· corā universo
isrl̄. Consiliū autē achitofel· quod da-
bat ī diebȝ illis: quasi siquis cōsuleret
deum. Sic erat omē cōsiliū achitofel:
et cū esset cū david· et cū esset cū absalō.

Dixit ergo achitofel ad . ca. xvii.
absalon. Eligā michi duodeci
milia virorū ⁊ consurgens persequar
david hac nocte: ⁊ irruēs sup eū quippe
qui lassus est et solutis manibus. per-
cutiam eū. Cūq; fugerit omīs pp̄lus q̄
cū eo ē· percutiā regē desolatū: et reducā
uniūsum pp̄lm· quō un⁹ homo reverti
solet. Unū eīn virū tu queris: et omīs
pp̄lus erit in pace. Placuitq; sermo ei⁹
absalon: et cūctis maioribȝ natu isrl̄.
Ait autem absalon. Vocate chusai
arachitē: et audiamus quid etiā ipse
dicat. Cūq; venisset chusai ad absalō:
ait absalō ad eū. Huiuscemodi sermo-
nem locutus est achitofel. Facere debe-
mus an non? Quod das cōsiliū? Et
dixit chusai ad absalō. Nō ē bonum
hoc cōsiliū quod dedit achitofel hac
vice. Et rursū intulit chusai. Tu nosti
patrem tuū et viros qui cū eo sunt esse
fortissimos ⁊ amaro animo: veluti si
ursa raptis catulis ī saltu seviat. Sed
et pater tuus vir bellator ē: nec mora-
bitur cū pp̄lo. Forsitan nūc latitat in
foveis aut in uno quo voluerit loco:
et cū ceciderit un⁹ quilibet in principio:
audiet quicūq; audierit· ⁊ dicet. Facta
est plaga in pp̄lo· q̄ sequebat̄ absalon.
Et fortissim⁹ q̄sq; cui⁹ cor ē q̄si leonis:
pavore solvetur. Scit enī omīs pp̄ls
israhel fortē esse patrē tuū: ⁊ robustos
omēs qui cū eo sunt. Sed hoc michi
videt̄ rectū esse cōsiliū. Cōgregetur ad
te uniūsus pp̄ls isrl̄ a dan usq; bersabee·
quasi arena maris innumerabilis et
tu eris in medio eorū: et irruemus sup
eū in quocūq; loco inventus fuerit· et
operiemus eū sicut cadere solet ros sup
terrā: ⁊ nō relinquem⁹ de viris qui cū
eo sunt· nec unū quidē. Quod si urbē
aliquā fuit ingressus: circūdabit omīs
isrl̄· civitati illi funes· et trahem⁹ eam
ī torrentē: ut nō reperiat̄ nec calculus
quidē ex ea. Dixitq; absalon et omēs
viri isrl̄. Meli⁹ ē cōsiliū chusai arachi-
te consilio achitofel. Dn̄i autem nutu
dissipatū est consiliū achitofel utile: ut
induceret dn̄s sup absalon malū. Et
ait chusai sadoch ⁊ abiathar sacerdo-
tibus. Hoc et hoc modo cōsiliū dedit
achitofel absalon et senioribus isrl̄: ⁊
ego tale et tale dedi cōsiliū. Nūc ergo
mittite cito: et nūciate david dicentes.
Ne moreris nocte hac in campestribȝ
deserti· sed absq; dilacione trāsgredere:

ne forte absorbeatur rex: et omnis ppl's
q̄ cū eo ē. Jonathas autē et achimaas
stabāt iuxta fontē rogel. Abijt ancilla
et nūciauit eis: et illi pfecti sūt· ut refer=
rent ad regē david nūciū. Nō enī po=
terant videri: aut introire ciuitatē. Vi=
dit autē eos quidā puer: et indicauit
absalō. Illi vero cōcito gradu ingressi
sunt domū cuiusdam viri in bahuri·
qui habebat puteū in vestibulo suo:
et descenderūt in eū. Tulit autē mulier
et expādit velamē sup os putei· quasi
siccās ptisanas: et sic latuit res. Cūq;
venissent servi absalon· in domū ad
mulierē dixerūt. Ubi ē achimaas et io=
nathan? Et rūdit eis mulier. Trāsierūt
festināter gustata paululū aq̄. At hij
q̄ q̄rebāt: cū nō reperissent: reūsi sunt i
ihrlm. Cūq; abissent ascenderūt illi de
puteo: et pergentes nūciauerūt regi da=
uid ⁊ dixerūt. Surgite ⁊ trāsite cito flu=
uium: qm̄ huiuscemodi dedit cōsiliū·
cōtra vos achitofel. Surrexit ergo da=
uid et oīs ppl's q̄ cū eo erat: et trāsierūt
iordanem donec dilucesceret anteq̄ de=
nudaretur verbū: et nec unus quidem
residuus fuit qui non transiret fluuiū.
Porro achitofel· videns q̄ non fuisset
factū cōsiliū suū: strauit asinū suū: sur=
rexit et abijt i domū suā et in ciuita=
tem suā: et disposita domo sua suspen=
dio interijt et sepultus est in sepulcro
patris sui. David autē venit i castra:
et absalō trāsijt iordanem: ipē et oēs
viri israhel cū eo. Amasam vero cōsti=
tuit absalon pro ioab super exercitum.
Amasa autē erat fili⁹ viri q̄ vocabat̄
iethra de ihesreli: qui ingressus est ad
abigail filiā naas sororē sarvie que
fuit mater ioab. Et castrametatus est
isrl' cū absalon in terra galaad. Cūq;
venisset david i castra sobi fili⁹ naas
de rabbath filiorū ammon· ⁊ machir
fili⁹ ammihel de lodabar· ⁊ berzellai
galaadites de rogelim· obtulerunt ei
stratoria et tapecia et vasa fictilia: fru=
mentum ⁊ ordeū et farinā ⁊ polentam
⁊ fabā ⁊ lentē ⁊ frixum cicer ⁊ mel ⁊ bu=
tirum· oues et pingues vitulos: dede=
runtq; david ⁊ populo qui cū eo erat
ad vescendū. Suspicati enī sunt ppl'm
fame et siti fatigari i deserto. cap̄. xviii.
Igitur cōsiderato david ppl'o suo· cōsti=
tuit sup eos tribunos et centuriones:
et dedit ppl'i terciam partē sub manu
ioab· et terciā partē sub manu abisai
filij sarvie fratris ioab: et terciā partē
sub manu ethai q̄ erat de geth. Dixitq;
rex ad ppl'm. Egrediar et ego vobiscū.
Et rūdit ppl's. Nō exibis. Siue enī fu=
gerimus nō magnopere ad eos de
nobis pertinebit: siue media pars ce=
ciderit e nobis nō satis curabūt: quia
tu unus solus pro decē milibus cōpu=
taris. Melius est igit̄ ut sis nobis in
urbe psidio. Ad quos rex ait. Quod
vobis videt̄ rectū hoc faciā. Stetit er=
go rex iuxta portam. Egrediebaturq;
ppl's p turmas suas: centeni ⁊ milleni.
Et precepit rex ioab et abisai et ethai
dicens. Seruate michi puer absalon.
Et oīs ppl's audiebat precipientē regē
cunctis pricipibꝫ pro absalon. Itaq;
egressus est ppl's· i campū cōtra israhel,
et factū est preliū in saltu ephraim: Et
cesus ē ibi ppl's isrl' ab exercitu david:
factaq; est plaga magna in die illa vi=
ginti miliū. Fuit autē ibi preliū disper=
sum· sup faciē oīs terre: et multo plures
erāt quos saltus cōsumpserat de ppl'o
quam hij quos vorauerat gladi⁹ in
die illo. Accidit autē ut occurreret ab=
salon servis david: sedens mulo. Cū=
q; ingressus fuisset mul⁹ subter cōdensā

quercū et magnā adhesit caput eius
quercui: ⁊ illo suspēso inter celū ⁊ terrā.
mulus cui insederat pertrāsiuit. Vidit
autē hoc quispiā: ⁊ nūciauit ioab di-
cens. Vidi absalon pendēre de quercu.
Et ait ioab viro q̄ nunciauerat ei. Si
vidisti quare nō cōfodisti eū cū terra:
⁊ ego dedissem tibi decē argenti siclos
et unū baltheū? Qui dixit ad ioab. Si
appenderes in manibꝫ meis mille ar-
genteos: nequaq̄ mitterē manū meā
in filiū regis. Audiētibꝫ enī nobis p̄ce-
pit rex tibi ⁊ abisai ⁊ ethai dicēs. Custo-
dite michi puerum absalon. Sed et si
fecissem cōtra animā meam audacter:
nequaq̄ hoc regē latere potuisset: et tu
stares ex adūso. Et ait ioab. Nō sicut
tu vis: sed aggrediar eū corā te. Tu-
lit ergo ioab tres lāceas in manu sua:
et infixit eas in corde absalon. Cumq̄
adhuc palpitaret herēs ī quercu: cucur-
rerunt decē iuuenes armigeri ioab: et
percutiētes interfecerūt eū. Cecinit autē
ioab bucina et retinuit p̄pl'm ne perse-
queretur fugientē isrl': volēs parcere mltī-
tudini. Et tulerūt absalon et piecerūt
eū in saltu in foueā grandē: et cōporta-
uerunt sup eū aceruū lapidū magnū
nimis. Omīs autē isrl' fugit ī taberna-
cula sua. Porro absalon erexerat sibi
cū adhuc viueret titulū: qui est ī valle
regis. Dixerat enī. Nō habeo filiū: et
hoc erit monimentū noīs mei. Voca-
uitq̄ titulū noīe suo: et appellat̄ manꝰ
absalon usq̄ ad hāc diē. Achimaas
autē filiꝰ sadoch ait. Currā et nūciabo
regi: quia iudiciū fecerit ei deus de ma-
nu inimicoꝝ eius. Ad quē ioab dixit.
Nō eris nūcius ī hac die: sed nūciabis
in alia. Hodie nolo te nūciare. Filius
enī regis est mortuꝰ. Et ait ioab chusi.
Vade: ⁊ nūcia regi q̄ vidisti. Adorauit
chusi ioab: et cucurrit. Rursus autem
achimaas filiꝰ sadoch dixit ad ioab.
Quid impedit si etiam ego currā post
chusi? Dixitq̄ ei ioab. Quid vis cur-
rere fili mi? Veni huc, non eris boni
nuncij baiulus. Qui rn̄dit. Quid enī
si cucurrero? Et ait ei. Curre. Currēs er-
go achimaas per viā compēdij trāsi-
uit chusi. Dauid autem sedebat inter
duas portas. Speculator vero q̄ erat
in fastigio porte super murū eleuans
oculos vidit hoīem currentē solū: et ex-
clamans indicauit regi. Dixitq̄ rex.
Si solus est: bonꝰ ē nūcius ī ore eius.
Properāte autē illo et accedente ꝓpiꝰ.
vidit speculator hominē alterū curren-
tem: et vociferās ī culmine ait. Appa-
ret michi alter homo: currens solus.
Dixitq̄ rex. Et iste bonus ē nuncius.
Speculator autē cōtemplor ait. Cur-
sum prioris quasi cursum achimaas
filij sadoch. Et ait rex. Vir bonus est:
et nuncium portans bonū venit. Cla-
mans autē achimaas dixit ad regē.
Salue rex. Et adorans regem coram
eo pronus in terrā ait. Bn̄dictus dn̄s
deus tuus: qui cōclusit homines qui
leuauerūt manꝰ suas ɔtra dn̄m meū
regē. Et ait rex. Est ne pax puero absa-
lon? Dixitq̄ achimaas, vidi tumltū
magnū cū mitteret ioab seruus tuus
o rex me seruū tuum: nescio aliud. Ad
quē rex: transi ait ⁊ sta hic. Cumq̄ ille
trāsisset ⁊ staret: apparuit chusi. Et ve-
niens ait. Bonū apporto nunciū dn̄e
mi rex. Iudicauit enī pro te dominus
hodie: de manu omniū qui surrexerūt
cōtra te. Dixit autem rex ad chusi. Est
ne pax puero absalon? Cui respōdens
chusi: fiant inquit sicut puer inimici
dn̄i mei regis: et vniūsi qui cōsurgūt
aduersus eū in malū. Contristatus itaq̄

rex ascēdit cenaculū porte ⁊ fleuit: et sic
loquebat᷑ uadēs. Fili mi absalō: absalō
fili mi. Quis michi tribuat ut ego mo-
riar pro te? Absalō fili mi: fili mi absalō.
Nunciatum est autē ioab .ca. xix.
quod rex fleret ⁊ lugeret filiū suū:
et versa est victoria in luctū in die illa
omni pplo. Audiuit eni᷑ pplus in die
illa dici: dolet rex sup filio suo. Et de-
clinauit ppls in die illa ingredi ciuita-
tem: quō declinare solet pplus versus
et fugiens de prelio. Porro rex operuit
caput suū: et clamabat voce magna.
Fili mi absalon: absalon fili mi. In-
gressus ergo ioab ad regē in domum
dixit. Cōfudisti hodie vultus omniū
seruorū tuorum qui saluā fecerūt animā
tuā ⁊ animā filiorum tuorum ⁊ filiarum tuarum:
et animā uxorū tuarū et animā cōcu-
binarum tuarū. Diligis odientes te:
et odio habes diligentes te. Et osten-
disti hodie quia nō curas de ducibus
tuis et de seruis tuis: et vere cognoui
modo quia si absalō viueret et omnes
nos occubuissemus: tūc placeret tibi.
Nūc igit᷑ surge et procede: et alloquēs
satisfac seruis tuis. Iuro eni᷑ tibi p do-
minum: quod si nō exieris nec vnus
quidē remansurus sit tecū nocte hac:
et peius erit hoc tibi qȝ omnia mala
que venerūt sup te ab adolescētia tua
usqz i presēs. Surrexit ergo rex: et sedit
in porta. Et omni pplo nūciatū est: qȝ
rex sederet in porta. Venitqz vniuersa
multitudo corā rege: isrl' autē fugit in
tabernacula sua. Omnis quoqz ppls
certabat in cunctis tribubȝ isrl' dicens.
Rex liberauit nos de manu inimicorum
nostrorum: ipse saluauit nos de manu
philistinorum: et nūc fugit de terra propter
absalō. Absalon autē quē vnximus
sup nos: mortu9 ē i bello. Vsquequo
siletis: et nō reducitis regē? Et cōsiliū
toci9 isrl' venit ad regē. Rex vero dauid
misit ad sadoch ⁊ abiathar sacerdotes
dicens. Loquimini ad maiores natu
iuda dicentes. Cur venitis nouissimi
ad reducendū regē in domū suā? Ser-
mo autē omnis isrl' peruenerat ad re-
gem in domo eius: qa dixerat rex. Hec
dicitis ad pplm. Fratres mei vos: os
meū et caro mea vos. Quare nouissi-
mi reducitis regem? Et amase dicite.
Nōne os meū es et caro mea? Hec fa-
ciat michi deus ⁊ hec addat: si nō ma-
gister milicie fueris corā me omni tpe
pro ioab. Et inclinauit cor omnium
virorum iuda quasi viri vni9. Miseruntqz
ad regē dicentes. Reuertere tu: ⁊ omēs
serui tui. Et reusus ē rex. Et venit usqz
iordanem. Et omnis iuda venit usqz
in galgala ut occurreret regi: ⁊ trāsdu-
ceret eū iordanē. Festinauit autē semei
filius gera filij iemini de bahurim: et
descēdit cū viris iuda in occursū regis
dauid cū mille viris de beniamin: et
siba puer de domo saul et quindecim
filij eius ac viginti serui erāt cū eo. Et
irrumpentes iordanem ante regē trāsie-
runt vada: ut trāsducerēt domū regis:
et facerent iuxta iussionē eius. Semei
autē filius gera prostratus corā rege
cū iam trāsisset iordanem: dixit ad eū.
Ne reputes michi dn̄e mi iniquitatē:
neqz memineris iniuriarū serui tui in
die qua egressus es domine mi rex de
ihrlm: neqz ponas rex in corde tuo.
Agnosco eni᷑ seruus tu9 peccatū meū:
et idcirco hodie primus veni de omni
domo ioseph: descendiqz in occursum
dn̄i mei regis. Respondēs vero abisai
filius saruie dixit. Numquid pro hijs
verbis nō occidet᷑ semei qui maledixit
xp̄o dn̄i? Et ait dauid. Quid michi ⁊

vobis filii sarvie? Cur efficimini mi-
chi hodie in sathan? Ergo ne hodie
interficietur vir in isrl'? An ignoro ho-
die me factum regē sup isrl'? Et ait rex
semei. Nō morieris. Iuravitq3 ei. Mi-
phiboseth q3 fili⁹ saul·descēdit ī occur-
sum regis illotis pedibus et intonsa
barba: vestesq3 suas nō laverat a die
qua egressus fuerat rex: usq3 ad diem
reversionis ei⁹ ī pace. Cūq3 occurrisset
regi: dixit ei rex. Quare nō venisti me-
cum miphiboseth? Et rñdens ait, dñe
mi rex: serv⁹ me⁹ cōtempsit me. Dixiq3
ei ego famul⁹ tu⁹ ut sterneret michi asi-
num: et ascendens abirē cū rege. Clau-
dus eni sum serv⁹ tu⁹. Insuper et accu-
savit me servū tuū: ad te dñm meum
regē. Tu autē dñe mi rex sicut angelus
dei es: fac quod placitū est tibi. Neq3
eni fuit domus patris mei·nisi morti
obnoxia dñō meo regi: tu autē posu-
isti me servū tuū·inter cōvivas mense
tue. Quid ergo habeo iuste q̄rele: aut
quid possū ultra vociferari ad regem?
Ait ergo ei rex. Quid ultra loqueris?
Fixū est quod locutus sum. Tu et siba
dividite possessiones. Rñditq3 miphi-
boseth regi. Etiā cūcta accipiat: postq̄
reversus ē dñs me⁹ rex pacifice in domū
suā. Berzellai q3 galaadites senex val-
de descendēs de rogelim traduxit regē
iordanē: parat⁹ etiā ultra fluviū p̄se-
qui eū. Erat autē berzellai galaadites
senex valde id est octogenarius: et ipse
p̄buit alimenta regi·cū moraretur in
castris. Fuit quippe vir dives nimis.
Dixit itaq3 rex ad berzellai. Veni me-
cum: ut requiescas securus ī ihrl'm. Et
ait berzellai ad regē. Quot sunt dies
annoꝝ vite mee: ut ascendā cū rege in
ihrl'm? Octogenari⁹ sum hodie. Nū-
quid vigēt sensus mei·ad discernendū
suave aut amarū: aut delectare potest
servū tuū cibus aut potus vel audire
possum ultra vocē cantorū atq3 cāta-
tricum? Quare serv⁹ tu⁹ sit oneri dñō
meo regi? Paululū p̄cedā famul⁹ tu⁹
ab iordane tecum. Non indigeo hac
vicissitudine·sed obsecro ut revertar serv⁹
tu⁹·et moriar ī civitate mea: et sepeliar
iuxta sepulcrū pr̄is mei·et matris mee.
Est autē serv⁹ tu⁹ chamaam ipse vadat
tecū dñe mi rex: et fac ei quodqd tibi
bonū videtur. Dixit itaq3 ei rex. Mecū
trāseat chamaam: et ego faciā ei quic-
quid tibi placuerit: et omne qd̄ petieris
a me impetrabis. Cūq3 transisset uni-
versus p̄plus et rex iordanem restitit: et
osculatus est rex berzellai et benedixit
ei: et ille reversus ē ī locū suū. Trāsivit
ergo rex in galgalam: et chamaam cū
eo. Omnis autē p̄plus iuda trāsduxe-
rat regē: et media tantū pars affuerat
de p̄plo isrl'. Itaq3 omēs viri isrl'·cōcur-
rentes ad regem: dixerunt ei. Quare te
furati sūt fr̄es nr̄i viri iuda·et trāsduxe-
runt regē et domū ei⁹ iordanem·omnesq3
viros david cum eo? Et rñdit omnis
vir iuda·ad viros israhel. Quia mi-
chi p̄pior ē rex. Cur irasceris sup hac
re? Numquid comedim⁹ aliquid ex re-
ge: aut munera nobis data sunt? Et
rñdit vir isrl' ad viros iuda: et ait. De-
cem partibus maior ego sū apud regē:
magisq3 ad me p̄tinet david q3 ad te.
Cur fecisti michi iniuriā: et nō michi
nūciatū ē priori ut reducerē regē meū?
Duri⁹ autē rñderūt viri iuda·viris isrl'.

Accidit q3 ut ibi esset vir Ca. XX.
belial·nomine seba fili⁹ bochri·
vir iemine⁹: et cecinit bucina et ait. Nō
ē nobis pars ī david: neq3 hereditas
ī filio ysai. Revertere in tabernacula tua
isrl'. Et separatus est omnis isrl' a david:

ſecutuſq; ē ſeba filiū bochri; viri autē iu-
da adheſerunt regi ſuo a iordane uſq;
ihrlm. Cūq; veniſſet rex ī domū ſuā ī
ihrlm tulit decē mlieres cōcubinas q̄s
dereliquerat ad cuſtodiendā domū: et
tradidit eas in cuſtodiā alimenta eis
prebens. Et nō ē ingreſſus ad eas: ſed
erant clauſe uſq; ad diē mortis ſue in
viduitate viventes. Dixit autem rex a-
maſe. Convoca michi omnes viros
iuda in diem terciū: et tu adeſto p̄ſens.
Abijt ergo amaſa ut cōvocaret iudā:
et moratus eſt extra placitū quod ei
cōſtituerat rex. Ait autē david ad ab-
iſai. Nunc magis afflicturus eſt nos
ſeba fili⁹ bochri quam abſalon. Tolle
ergo ſervos dn̄i tui et perſequere eū: ne
forte inveniat civitates munitas et ef-
fugiat nos. Egreſſi ſunt ergo cū eo vi-
ri ioab: cerethi quoq; ⁊ felethi et oēs
robuſti exierūt de ihrlm ad perſequen-
dum ſeba filiū bochri. Cūq; illi eſſent
iuxta lapidē grandē q̄ eſt in gabaon:
amaſa veniēs occurrit eis. Porro io-
ab veſtitus erat tunica ſtricta ad men-
ſuram habitus ſui: et deſup accinctus
gladio dependēte uſq; ad ilia ī vagina:
q̄ fabrefact⁹ levi motu egredi poterat ⁊
percutere. Dixit itaq; ioab ad amaſā.
Salve mi frater. Et tenuit manu dex-
tra mentū amaſe quaſi oſculās eum.
Porro amaſa nō obſervavit gladiū
quē habebat ioab. Qui percuſſit eū in
latere: et effudit inteſtina ei⁹ in terram
et mortuus eſt: nec ſecūdum vulnus
appoſuit. Ioab autē et abiſai frat̄ ei⁹
pſecuti ſunt ſeba filiū bochri. Interea
quidā viri cū ſteriſſent iuxta cadaver
amaſe de ſocijs ioab dixerunt. Ecce q̄
eſſe voluit p ioab comes david. Ama-
ſa autē cōſperſus ſanguine iacebat in
media via. Vidit hoc quidam vir qꝫ
ſubſiſteret omnis pp̄ls ad videndū eū:
et amovit amaſā de via in agrū: op-
ruitq; eū veſtimēto ne ſubſiſterēt trāſe-
untes pter eū. Amoto ergo illo de via
tranſibat omnis vir ſequēs ioab: ad
perſequendū ſeba filiū bochri. Porro
ille tranſierat p oēs tribus iſrl' uſq;
in abelam et in bethmacha: omneſq;
viri electi cōgregati fuerant ad eū. Ve-
nerunt itaq; et oppugnabant eum in
abela et in bethmacha: et circūdederūt
municionib; civitatē: ⁊ obſeſſa ē urbs.
Omnis autē turba que erat cū ioab
moliebatur deſtruere muros. Et excla-
mavit mulier ſapiens de civitate. Au-
dite audite: dicite ioab; appropinqua
huc ⁊ loquar tecum. Qui cū acceſſiſſet
ad eam: ait illi. Tu es ioab? Et ille re-
ſpondit. Ego. Ad quem ſic locuta eſt.
Audi ſmones ancille tue. Qui rn̄dit.
Audio. Rurſumq; illa. Sermo inquit
dicebat̄ in veteri pverbio. Qui interro-
gant interrogent in abela: et ſic pficie-
bant. Nōne ego ſum q̄ rn̄deo veritatē
in iſrl: et tu queris ſubvertere civitatē:
⁊ evertere matrē ī iſrl? Quare precipitas
hereditatē dn̄i? Rn̄denſq; ioab ait. Ab-
ſit abſit hoc a me: nō p̄cipito neq; de-
molior. Nō ſe ſic habet res. Sed homo
de monte effraim ſeba filius bochri co-
gnomine: levavit manū ſuam cōtra
regem david. Tradite illū ſolū: et rece-
demus a civitate. Et ait mulier ad io-
ab. Ecce caput eius mittetur ad te per
murū. Ingreſſa ē ergo ad omnē pplm:
et locuta eſt eis ſapienter. Qui abſciſū
caput ſebe filij bochri ꝓiecerūt ad ioab.
Et ille cecinit tuba: ⁊ receſſerūt ab urbe
uniuſquiſq; in tabernacula ſua. Ioab
autē reverſus eſt ihrlm ad regē. Fuit er-
go ioab ſup omnē exercitū iſrl: banai-
as autē filius ioiade ſup ceretheos et

felethi eos:aduram vero super tributa:
porro iosaphat fili⁹ ahilud·a commen-
tarijs. Siba autē scriba:sadoch vero
et abiathar sacerdotes:hira autē iha-
rites erat sacerdos david. Ca. xxi.
Facta est q̄z fames in diebꝫ david
tribꝫ annis iugiter. Et cōsuluit
david oraculū dn̄i:dixitqꝫ dominus.
Propter saul et domū sanguinū:q̄a
occidit gabaonitas. Vocatis ergo ga-
baonitis rex:dixit ad eos. Porro ga-
baonite non sunt de filijs isrl̄:sed reli-
quie amorreoꝝ. Filij quippe isrl̄ iura-
verant eis:et voluit saul percutere eos
zelo quasi pro filijs isrl̄ et iuda. Dixit
ergo david ad gabaonitas. Quid fa-
ciam vobis:et qd̄ erit vr̄m piaculū ut
benedicatis hereditati dn̄i? Dixeruntqꝫ
ei gabaonite. Nō ē nobis sup argen-
to ⁊ auro questio:sed ꝯtra saul ⁊ cōtra
domū ei⁹:neqꝫ volumus ut interficia-
tur homo de israhel. Ad quos rex ait.
Quid ergo vultis ut faciam vobis?
Qui dixerūt regi. Virū q̄ attrivit nos
et oppressit inique ita delere debemus:
ut nec un⁹ quidē residuus sit de stirpe
eius in cūctis finibus isrl̄. Dentur no-
bis septē viri de filijs ei⁹:ut crucifiga-
mus eos dn̄o in gabaa saul quondā
electi dn̄i. Et ait rex. Ego dabo. Peper-
citqꝫ rex miphiboseth filio ionathe fi-
lij saul·ꝓpter iusiurandū quod fuerat
inter david et ionathan filiū saul. Tu-
lit itaqꝫ rex duos filios respha filie a-
hia quos peperit saul·armoni et mi-
phiboseth et quinqꝫ filios michol filie
saul quos genuerat hadrieli filio ber-
zellai qui fuit de molathi:⁊ dedit eos
in manus gabaonitaꝝ:qui crucifixe-
runt eos in monte corā dn̄o. Et ceci de-
runt hij septem simul occisi in diebus
messis prime:incipiēte messione ordei.

Tollens autē respha filia ahia ciliciū
substravit sibi supra petram ab initio
messis·donec stillaret aqua super eos
de celo:et nō dimisit aves lacerare eos
per diē:neqꝫ bestias ꝑ noctē. Et nūcia-
ta sunt david que fecerat respha filia
ahia cōcubina saul. Et abijt david et
tulit ossa saul·et ossa ionathe filij eius
a viris iabes galaad qui furati fuerāt
ea de platea bethsan·in qua suspende-
rant eos philisthijm cum interfecissent
saul ī gelboe:et asportavit inde ossa
saul·⁊ ossa ionathe filij ei⁹:et colligen-
tes ossa eoꝝ q̄ affixi fuerant·sepelierūt
ea cū ossibꝫ saul·⁊ ionathe filij eius. ī
terra beniamin in latere sepulcri eis pa-
tris saul. Feceruntqꝫ omnia q̄ p̄ceperat
rex:et repropiciatus est dn̄s terre post
hec. Factū est autē rursum preliū phi-
listinorum adversum isrl̄:⁊ descendit
david et servi eius cū eo:et pugnabāt
cōtra philisthijm. Deficiēte autē david·
iesbi·de·nob·q̄ fuit de genere arafa cui⁹
ferrū haste trecētas uncias appendebat·
et accinctus erat ense novo·nisus ē per-
cutere david:presidioqꝫ ei fuit abisai
filius sarvie:et percussum philisteum
interfecit. Tunc iuraverunt viri david
dicentes. Iam nō egredieris nobiscū ī
bellū:ne extinguas lucernam isrl̄. Se-
cundum quoqꝫ fuit bellū in gob:ꝯtra
philisteos. Tunc percussit sobochai de
usathi·zaph de stirpe arafa·de gene-
re gigantum. Terciū quoqꝫ fuit bellū ī
gob cōtra philisteos:in quo percussit
adeodatus filius saltus polimitari⁹
bethleemites goliath gethetum:cuius
hastile haste erat q̄si liciatoriū texentiū.
Quartū bellū fuit in geth:in quo vir
fuit excelsus qui senos in manibꝫ pedi-
busqꝫ habebat digitos id est viginti
et quatuor:et erat de origine arafa:⁊

blasphemavit isrl'. Percussit autem eum
ionathas fili⁹ sammaa fratris david.
Hii quatuor nati sunt de arafa i geth:
et ceciderūt i manu david ⁊ servoꝝ ei⁹.
Locutus est autē david .c.xxii.
dn̄o verba carminis huius: in
die q̄ liberavit eū dominus de manu
omniū inimicorū suorū: et de manu
saul. Et ait. Dn̄s petra mea et robur
meū: et salvator meus. Deus dn̄s for-
tis meus: sperabo in eū. Scutū meū et
cornu salutis mee: elevator me⁹ ⁊ refu-
gium meū, salvator meus: de iniqui-
tate liberabis me. Laudabilē invoca-
bo dn̄m: et ab inimicis meis salvus
ero. Quia circūdederūt me contritiones
mortis: torrentes belial terruerunt me.
Funes inferi circūdederūt me: prevene-
runt me laquei mortis. In tribulatio-
ne mea invocabo dn̄m: ⁊ ad deū meū
clamabo. Et exaudiet de templo sanc-
to suo vocē meā: ⁊ clamor me⁹ veniet
ad aures eius. Cōmota ē ⁊ cōtremuit
terra: fundamēta mōtiū cōcussa sunt
et cōquassata: quō irat⁹ est eis. Ascen-
dit fumus de narib⁊ eius: et ignis de
ore ei⁹ voravit: carbones succensi sūt
ab eo. Et inclinavit celos et descendit:
et caligo sub pedib⁊ eius. Et ascendit
sup cherubin et volavit: et lapsus est
sup pennas venti. Et posuit tenebras
i circuitu suo latibulū: cribrās aquas
de nubib⁊ celoꝝ. Pre fulgore i cōspectu
ei⁹ nubes succensi sūt carbones ignis.
Tonabit de celo dn̄s: ⁊ excelsus dabit
vocē suā. Misit sagittas suas et dissi-
pavit eos: fulgura et consumpsit eos.
Et apparuerunt effusiones maris: et
revelata sunt fundamenta orbis ab
increpatiōne domini: ab inspiratiōne
spiritus furoris eius. Misit de celo et
assumpsit me: et traxit me de aquis
multis. Liberavit me ab inimico meo
potentissimo: et ab hiis q̄ oderant me:
quoniā robustiores me erant. Prevenit
me in die afflictionis mee: ⁊ factus est
dn̄s firmamētum meū. Et eduxit me
i latitudinē: liberavit me q̄a cōplacui
ei. Retribuet michi dn̄s scd̄m iusticiā
meā: ⁊ scd̄m mūdiciam manuū mea-
rum reddet michi. Quia custodivi vi-
as domini: et nō egi impie a deo meo.
Omnia eni iudicia ei⁹ i cōspectu meo:
et pcepta eius nō amovi a me. Et ero
perfectus cū eo: et custodiā me ab ini-
quitate mea. Et restituet michi domi-
nus scd̄m iusticiā meā: et scd̄m mūdi-
ciam manuū meaꝝ in cōspectu oculoꝝ
suorum. Cū sancto sanctus eris: et cū ro-
busto perfectus. Cū electo electus eris: et
cū perverso pverteris. Et ppl'm paupe-
rem salvū facies: oculisq; tuis excelsos
humiliabis. Quia tu lucerna mea do-
mine: et tu dn̄e illuminabis tenebras
meas. In te eni curra accinctus: in deo
meo transiliā muꝝ. Deus immacula-
ta via ei⁹: eloquiū dn̄i igne examina-
tum: scutū ē omniū sperātiū i se. Quis
est deus preter dn̄m: et quis de⁹ fortis
preter deum nr̄m? Deus q̄ accinxit me
fortitudine: ⁊ cōplanavit perfectā viā
meā. Coequans pedes meos cervis: et
super excelsa mea statuens me. Docens
manus meas ad preliū: et cōponens
quasi arcū ereū brachia mea. Dedisti
michi clipeū salutis tue: ⁊ mansuetudo
mea multiplicavit me. Dilatabis gres-
sus meos subtus me: et nōn deficient
tali mei. Persequar inimicos meos
et cōteram: et nō cōvertar donec cōsu-
mam eos. Cōsumā eos et confringā
ut nō cōsurgant: cadent sub pedibus
meis. Accinxisti me fortitudine ad pli-
um: incurvasti resistentes michi sub

me. Inimicos meos dedisti michi dor-
sum: odiētes me: et disperdā eos. Cla-
mabunt ⁊ nō erit q̇ saluet: ad dn̄m: ⁊
nō exaudiet eos. Delebo eos ut pul-
uerem terre: quasi lutum platearꝫ com-
minuam eos atq; confringā. Salua-
bis me a contradictionibus ppl̄i mei:
custodies me in caput gentiū. Popu-
lus quē ignoro seruiet michi: filij alie-
ni resistēt michi: auditu auris obediēt
michi. Filij alieni defluxerūt: ⁊ contra-
hentur in angustijs suis. Viuit dn̄s
et benedictus deꝰ meꝰ: et exaltabit̄ deꝰ
fortis salutis mee. Deus qui das vin-
dictas michi: ⁊ deicis populos sub me.
Qui educis me ab inimicis meis: et a
resistētibꝫ michi eleuas me: a viro ini-
quo liberabis me, ꝓpterea cōfitebor tibi
dn̄e in gentibꝫ: et nomini tuo cātabo.
Magnificās salutes regis sui: et fa-
ciens misericordiam cristo suo dauid
et semini eiꝰ in sempiternū. ca. xxiii.
Hec autē sunt verba nouissima,
dixit dauid filius ysai. Dixit vir
cui cōstitutū ē de xp̄o dei iacob: egregiꝰ
psaltes isrl̄. Spiritus dn̄i locutꝰ ē per
me: et sermo eiꝰ per linguā meā. Dixit.
Deus israhel michi locutꝰ ē: fortis isrl̄.
Dominator hoīm iustus: dn̄ator ī
timore dei. Sicut lux aurore oriēte so-
le mane absq; nubibꝫ rutilat: et sicut
pluuijs germinat herba de terra. Nec
tanta ē domꝰ mea apud deū: ut pactū
eternū iniret mecū·firmū in omnibus
atq; munitū. Cuncta eni salus mea ⁊
omnis voluntas: nec est quicq̄ ex ea
quod non germinet. Preuaricatores
autē quasi spine euellentur vniūsi: que
nō tollunt̄ manibꝫ. Et si quis tange-
re voluerit eas·armabit̄ ferro ⁊ ligno
lanceato: igneq; succense cōburentur
usq; ad nichilum. Hec noīa fortium
dauid. Dauid sedens in cathedra: sa-
pientissimus princeps inter tres. Ipse
ē quasi tenerrimꝰ ligni vermiculus: q̄
octingētos interfecit impetu uno. Post
hunc eleazar filius patrui eius·ahoi
inter tres fortes q̇ erāt cū dauid: quādo
exprobrauerūt philistijm ⁊ cōgregati
sunt illuc in preliū. Cūq; ascendissent
filij isrl̄·ipse stetit et percussit philisteos:
donec deficeret manus eiꝰ·et obrigesce-
ret cū gladio. Fecitq; dn̄s salutem ma-
gnam in die illa: et ꝑplus qui fugerat
reuersus est ad cesorꝫ spolia detrahēda.
Et post hunc samma filius agge de
arari. Et cōgregati sunt philistijm in
statione. Erat quippe ibi ager lente ple-
nus. Cūq; fugisset ꝑplus a facie phili-
stijm stetit ille in medio agri et tuitus
est eū. Percussitq; philisteos: et fecit do-
minus salutē magnā. Necnō ⁊ ante
descenderant tres qui erant principes
inter triginta: ⁊ venerāt tp̄e messis ad
dauid ī speluncā odollā. Castra autē
philistinorꝫ erāt posita ī valle gigan-
tum: et dauid erat in presidio; porro
statio philistinorꝫ tūc erat in bethleem.
Desiderauit ergo dauid ⁊ ait. O si q̇s
michi daret potū aque de cisterna: q̄
est in bethleem·iuxta portā. Irruperūt
ergo tres fortes castra philistinorū: ⁊
hauserūt aquā de cisterna bethleem·q̄
erat iuxta portā: et attulerūt ad dauid.
At ille noluit bibere: sed libauit illam
dn̄o dicens. Propicius sit michi dn̄s:
ne faciā hoc. Nū sanguinē hominū
istorū q̇ profecti sunt·et animarū peri-
culum bibā? Noluit ergo bibere. Hec
fecerūt tres robustissimi. Abisai quo-
q; frater ioab filiꝰ saruie·prīceps erat
de tribꝫ. Ipse ē qui leuauit hastā suā·
contra trecentos quos interfecit: noīa-
tus ī tribꝫ: ⁊ inter tres nobilior: eratq;

eoꝝ princeps: ſed uſq; ad tres primos
nō peruenerat. Et banaias filiꝰ ioiade
viri fortiſſimi· magnoꝝ operū de cap=
ſeel. Ipſe percuſſit duos leones moab:
et ipſe deſcendit et pcuſſit leonē ī media
ciſterna in diebus niuis. Ipſe q; inter=
fecit viꝝ egiptiū: viꝝ dignū ſpectaculo:
habentē ī manu haſtā. Itaq; cū deſcen=
diſſet ad eū in virga· extorſit haſtā
de manu egiptij: et interfecit eū haſta
ſua. Hec fecit banaias filiꝰ ioiade. Et
ipſe noīatus inter tres robuſtos· qui
erant inter triginta nobiliores: verun=
tamen uſq; ad tres nō puenerat. Fecit=
q; eū ſibi dauid auricularium a ſecreto.
Aſahel frater ioab: inter trigīta. Elea=
nan filius patrui eiꝰ· de bethleem. Sem=
ma de arari. Elicha de arodi. Heles
de phelti. Hira filius acces de thecua.
Abieſer de anathor. Mobonnai de
uſathi. Selmon ahoites. Macharai
netophatites. Eleph filius baana:
et ipſe netophatites. Itai filius ribai:
de gebeeth filiorum beniamin. Banai
pharatonites. Helr ai de torrente gaas.
Abialbon arbathites. Azmaueth de
beromi. Eliaba de ſalboni. Filij iaſen.
ionathan ſemma de orodi. Haiam
filius ſarar arothites. Eliſeleth filius
ſaalbai filij maachati. Heliam filius
achitofel gylonites. Esrai de carmelo.
Farai de arbi. Igaal filius nathan· de
ſoba. Bonni de gaddi. Selech de am=
moni. Naarai berothites armiger io=
ab filij ſaruie. Hira ithrites. Gareb ⁊
ipſe ithrites. Urias ethꝫus. Omnes
trigintaſeptem. .cap̄. .. xxiiii..

Et addidit furor dn̄i iraſci cōtra
iſrahel: cōmouitq; dauid in eis
dicentē ad ioab. Vade numera iſrl̄ et
iudam. Dixitq; rex ad ioab pricipem
exercitꝰ ſui. Perambula omēs tribus
iſrl̄· a dan uſq; ad berſabee· ⁊ numera=
te ppl̄m: ut ſciam numerū eiꝰ. Dixitq;
ioab regi. Adaugeat dn̄s deus tuus
ad ppl̄m tuū quātus nunc eſt: iterūq;
centuplicet ī cōſpectu dn̄i mei regis. Sed
quid ſibi dominus meꝰ rex vult in re
huiuſcemodi? Obtinuit autē ſermo re=
gis verba ioab: et principū exercitus.
Egreſſuſq; ē ioab et principes militū
a facie regis: ut numerarent ppl̄m iſrl̄.
Cūq; pertranſiſſent iordanem· venerūt
in aroer ad dexterā urbis q̄ eſt in valle
gad: et per iazer tranſierūt in galaad·
et in terrā inferiorē hodſi: et venerūt in
dan ſiluestria. Circumeūteſq; iuxta ſy=
donem tranſierūt prope menia tyri et
omnē terrā euei et chananei: venerunt=
q; ad meridiē iuda ī berſabee: et luſtra=
ta uniuerſa terra· affuerunt poſt nouē
menſes et viginti dies ī ihrl̄m. Dedit
ergo ioab numerū deſcriptionis ppl̄i
regi. Et inuenta ſunt de iſrl̄· octingēta
milia virorū fortiū q̄ educerēt gladiū:
et de iuda quingēta milia pugnatoꝝ.
Percuſſit autem cor dauid eum· poſtq̄
numeratus ē ppl̄s. Et dixit dauid ad
dn̄m. Peccaui valde in hoc facto: ſed
precor dn̄e ut transferas iniquitatē ſer=
ui tui quia ſtulte egi nimis. Surrexit
itaq; dauid mane: ⁊ ſermo dn̄i factus
eſt ad gad prophetē ⁊ videntē dauid
dicens. Vade et loq̄re ad dauid. Hec
dicit dn̄s. Triū tibi datur optio: elige
unū quod volueris ex hijs: ut faciā ti=
bi. Cūq; veniſſet gad ad dauid: nūcia=
uit ei dicens. Aut ſeptē annis veniet
tibi fames ī terra tua: aut tribꝫ mēſibꝫ
fugies aduerſarios tuos et illi te perſe=
quentur: aut certe tribꝫ diebꝫ erit peſti=
lentia in terra tua. Nūc ergo delibera:
et vide quē rn̄deam ei qui me miſit ſer=
monem. Dixit autem dauid ad gad.

Coartor nimis: sed meli⁹ ē ut incidā
in manus dñi: multe eñi misericordie
eius sunt: quam in manus hominū.
Immisitq; dñs pestilentiā ī isrl᷑ de mane
ne usq; ad tempus cōstitutū: ⁊ mortui
sūt ex ꝑplo a dan usq; bersabee septua-
ginta milia virorum. Cūq; extēdisset
manū suā angelus dei sup ihrlm ut
disperderet eā: misertus est dñs super
afflictionē: et ait angelo percutienti po-
pulum. Sufficit nūc: cōtine manum
tuā. Erat autē āgelus dñi iuxta areā
areuna iebusei. Dixitq; david ad do-
minum: cū vidisset angelum cedētem
ꝑplm. Ego sum qui peccavi et ego ini-
que egi: isti q̄ oves sunt quid fecerūt?
Vertatē obsecro man⁹ tua cōtra me: ⁊
cōtra domū pris mei. Venit autē gad
propheta ad david ī die illa: ⁊ dixit ei.
Ascende et cōstitue altare dño: in area
areuna iebusei. Et ascendit david
iuxta smonē gad: quē ꝑceperat ei dñs.
Cōspiciensq; areuna animadūtit regē
et servos ei⁹ trāsire ad se: et egressus ado-
ravit regem prono vultu ī terrā et ait.
Quid causē ē ut veniat dñs me⁹ rex
ad servū suū? Cui david ait. Ut emā a
te areā: ⁊ edificē altarē dño: ⁊ cesset interfe-
ctio q̄ grassatē ī ꝑplo. Et ait areuna ad
david. Accipiat ⁊ offerat dñs me⁹ rex:
sicut placet ei. Habes boves ī olocau-
stum: ⁊ plaustrū ⁊ iuga boū in usum
lignoꝝ. Oia dedit areuna regi. Dixit-
q; areuna ad regē. Dñs de⁹ tu⁹ suscipi-
at votū tuū. Cui rñdēs rex ait. Nequa-
q̄ ut vis: sed emā ꝑcio a te: ⁊ nō offerā
dño deo meo olocausta ḡtuita. Emit
ergo david areā et boves argēti siclis
quinquagīta: et edificavit ibi david
altare domino: ⁊ obtulit olocausta ⁊
pacifica. Et repropiciatus est domin⁹
terre: et cohibita est plaga ab israhel.

Incipit lib᷑ regū ter⁹: C. I

Et rex david senuerat:
habebatq; etatis plu-
rimos dies. Cumq;
operiretur vestibus nō
calefiebat. Dixerunt
ergo ei servi sui. Que-
ramus dño nostro regi adolescētulā
virginem: ⁊ stet corā rege: ⁊ foveat eū
dormiatq; ī sinu suo: et calefaciat do-
minum nrm regem. Quesierūt igitur
adolescentulā speciosam in omnibus
finibus isrl᷑: et invenerūt abisac suna-
mitem: et adduxerunt eā ad regē. Erat
autē puella pulcra nimis: dormiebat-
q; cum rege: ⁊ ministrabat ei; rex vero
nō cognovit eā. Adonias autē filius
agith elevabatē dicens. Ego regnabo.
Fecitq; sibi currus et eq̄tes: et quinqua-
ginta viros qui curerēt ante eū. Nec
corripuit eum pater suus aliquando
dicens. Quare hoc fecisti? Erat autē et
ipse pulc̄er valde: secūdus natu post
absalon. Et sermo eius cū ioab filio
sarvie: ⁊ cum abiathar sacerdote: qui
adiuvabāt partes adonie. Sadoch
vero sacerdos: ⁊ banaias fili⁹ ioiade
et nathan propheta et semei et cerethi
⁊ felethi: ⁊ omne robur exercit⁹ david
nō erat cū adonia. Immolatis ergo
adonias arietibꝫ ⁊ vitulis et univ̄sis
pinguibus iuxta lapidē zoeleth q̄ erat
vicinus fonti rogel: vocavit univ̄sos
fratres suos filios regis: et omnes vi-
ros iuda servos regis: nathan autem
prophetam et banaiam et robustos
quosq; et salomonē fratrē suū nō vo-
cavit. Dixit itaq; nathan ad bethsabee
matrem salomonis. Num audisti q̄
regnaverit adonias fili⁹ agith ⁊ dñs
noster david hoc ignorat? Nūc ergo
veni accipe consilium a me: et salva

animã tuã filijq; tui salomonis. Va-
de et ingredere ad regẽ david: et dic ei.
Nõne tu domine mi rex iurasti michi
ancille tue dicẽs: q salomon fili9 tu9
regnabit post me. et ipe sedebit i solio
meo? Quare ergo regnat adonias?
Et adhuc ibi te loquẽte cũ rege ego ve-
niam post te: et cõplebo sermones tu-
os. Ingressa ẽ itaq; bethsabee ad regẽ
in cubiculo. Rex autẽ senuerat nimis:
⁊ abisac sunamitis ministrabat ei. In-
clinavit se bethsabee: et adoravit regẽ.
Ad quã rex. qd tibi inquit vis? Que
rñdens ait. Dñe mi tu iurasti p dñm
deũ tuũ ancille tue: salomon filius tu9
regnabit post me et ipse sedebit i solio
meo: ⁊ ecce nũc adonias regnat. te do-
mine mi rex ignorante. Mactavit bo-
ves et pinguia queq; et arietes pluri-
mos: et vocavit omnes filios regis.
abiathar qz sacerdotẽ. ⁊ ioab principẽ
milicie: salomonẽ autẽ servũ tuũ non
vocavit. Verũtamen dñe mi rex in te
oculi respiciunt tocius isrl: ut indices
eis quis sedere debeat in solio tuo dñe
mi rex post te. Eritq; cũ dormierit dñs
meus rex cũ patrib3 suis: erimus ego ⁊
filius meus salomon peccatores. Ad-
huc illa loquẽte cũ rege: nathan pphā
venit. Et nũciaverũt regi dicẽtes. Ad-
est nathan propheta. Cũq; introisset in
cõspectu regis et adorasset eũ pnus in
terram: dixit nathan. Dñe mi rex tu di-
xisti. adonias regnet post me. et ipse
sedeat super thronum meum? Quia
descendit hodie. et immolavit boves
et pinguia et arietes plurimos: et vo-
cavit universos filios regis et principes.
Abiathar qz sacerdotẽ: illisq; vescenti-
bus et bibentib3 corã eo. et dicentibus
vivat rex adonias. me servũ tuum. ⁊
sadoch sacerdotẽ ⁊ banaiã filiũ ioiade

et famulũ tuũ salomonẽ nõ vocavit.
Numquid a dño meo rege exivit hoc
verbũ: et michi nõ indicasti servo tuo.
quis sessurus esset super thronum dñi
mei regis post eũ? Et rñdit rex david
dicens. Vocate ad me bethsabee. Que
cũ fuisset ingressa corã rege. et stetisset
ante eũ: iuravit rex et ait. Vivit dñs
q eruit animã de omni angustia: quia
sicut iuravi tibi p dñm deũ isrl dicens
salomon filius tu9 regnabit post me.
et ipe sedebit sup soliũ meũ pro me: sic
faciã hodie. Summissoq; bethsabee in
terram vultu: adoravit regem dicens.
Vivat dominus me9 rex david in
eternũ. Dixitq; rex david. Vocate mi-
chi sadoch sacerdotẽ ⁊ nathan pphetam:
et banaiã filiũ ioiade. Qui cũ ingressi
fuissent corã rege: dixit ad eos. Tollite
vobiscũ servos dñi vestri: et imponite
salomonẽ filiũ meũ sup mulã meã. ⁊
ducite eũ in gion: et ungat eũ ibi sa-
doch sacerdos et nathan ppha i regẽ
super isrl. Et canetis bucina: atq; dice-
tis. Vivat rex salomon. Et ascendetis
post eũ et venietis in ihrlm: et sedebit
super soliũ meũ: et ipse regnabit p me:
illiq; pcipiã: ut sit dux sup isrl et sup
iudã. Et rñdit banaias filius ioiade
regi dicens. Amen. Sic loquat dñs
deus dñi mei regis. Quõ fuit dñs cũ
dño meo rege. sic sit cũ salomone: et
sublimius faciat soliũ ei9. a solio dñi
mei regis david. Descẽdit ergo sadoch
sacerdos ⁊ nathã ppha et banaias fili9
ioiade. ⁊ cerethi et phelethi ⁊ imposuerũt
salomonẽ sup mulã regis david: et
adduxerũt eũ i gion. Sumpsitq; sadoch
sacerdos cornu olei de tabernaculo: ⁊
unxit salomonẽ: et cecinerũt bucina:
et dixit ois pplus. Vivat rex salomon.
Et ascendit universa multitudo post eũ

et populus canentiū tibijs et letantiū
gaudio magno: et insonuit terra a
clamore eor̄. Audiuit autē adonias:
⁊ om̄es q̄ inuitati fuerant ab eo. Iāq;
conuiuiū finitū erat. Sed et ioab audita
voce tube. ait. Quid sibi vult clamor
ciuitatis tumultuantis? Adhuc illo
loquente: ionathan filius abiathar
sacerdotis venit. Cui dixit adonias.
Ingredere q̄a vir fortis es: ⁊ bona nūci-
ans. Rn̄ditq; ionathan adonie. Ne-
quaq̄. Dn̄s enī noster rex dauid regē
constituit salomonē: misitq; cū eo sa-
doch sacerdotē et nathan ꝓphetam. et
banaiā filiū ioiade. et cerethi et felethi:
et imposuerūt eū sup mulā regis. Vn-
xeruntq; eū sadoch sacerdos et nathā
propheta regē in gion: et ascenderunt
inde letātes: ⁊ insonuit ciuitas. Hec ē
vox quam audistis. Sed ⁊ salomon
sedet sup soliū regni: ⁊ ingressi serui re-
gis benedixerunt dn̄o nr̄o regi dauid
dicētes. Amplificet de⁹ nomē salomo-
nis sup nomē tuū: et magnificet thro-
num eius sup thronū tuū. Et adora-
uit rex ī lectulo suo: insup et hec locut⁹
est. Benedictus dn̄s deus isrl̄: q̄ dedit
hodie sedentē in solio meo videntibus
oculis meis. Territi sunt ergo ⁊ surrexe-
runt om̄es q̄ inuitati fuerant ab ado-
nia: ⁊ iuit vnusquisq; in viam suam.
Adonias autē timens salomonē sur-
rexit ⁊ abijt in tabernaculū dn̄i: tenuit-
q; cornu altaris. Et nūciauerūt salo-
moni dicentes. Ecce adonias timens
regē salomonē tenet cornu altaris di-
cens. Iuret michi rex salomon hodie:
quod nō interficiat seruū suū gladio.
Dixitq; salomon. Si fuerit vir bonus
nō cadet ne vnus quidē capillus eius
in terrā: sin autē malū inuentū fuerit i
eo. morietur. Misit ergo rex salomon.

et eduxit eū ab altari: ⁊ ingressus ado-
rauit regē salomonē. Dixitq; ei salo-
mon. Vade in domū tuam. Ca. II.

Appropinquauerūt autē dies dauid
ut moreret̄: p̄cepitq; salomoni
filio suo dicēs. Ecce ego ingredior viā
vniūse terre. Cōfortare et esto vir fortis:
et obserua ut custodias mandata dn̄i
dei tui. ut ambules in vijs ei⁹. ⁊ custo-
dias ceremonias eius ⁊ p̄cepta eius ⁊
iudicia ⁊ testimonia. sicut scriptū ē in
lege moysi. ut intelligas vniuersa que
facis. ⁊ quocūq; te verteris: ut cōfirmet
dn̄s s̄mones suos: quos locut⁹ ē do-
minus de me dicens. Si custodierint
filij tui vias meas. ⁊ ambulauerint co-
ram me in veritate. in omni corde suo.
⁊ in omni anima sua: nō auferet̄ tibi
vir de solio isrl̄. Tu q̄; nosti que fecerit
michi ioab fili⁹ saruie. q̄ fecerit duobꝫ
principibꝫ exercit⁹ isrl̄. abner filio ner
et amase filio iether. quos occidit et
effudit sanguinē belli ī pace: ⁊ posuit
cruorē prelij ī baltheo suo q̄ erat circa
lumbos eius: ⁊ in calciamēto suo q̄d
erat in pedibꝫ eius. Facies ergo iuxta
sapiētiam tuā: ⁊ nō deduces caniciem
eius pacifice ad inferos. Sed et filijs
berzellai galaaditis reddes gratiam:
eruntq; comedētes in mēsa tua. Occur-
rerunt enī michi: quādo fugiebā a fa-
cie absalon fratris tui. Habes quoq;
apud te semei filiū gera filij iemini de
bauri: q̄ maledixit michi maledictio-
ne pessima quādo ibā ad castra. Sed
quia descendit michi in occursum cū
transirem iordanē et iuraui ei p dn̄m
dicēs nō te interficiā gladio: tu noli pa-
ti eū esse in noxiū. Vir autē sapiēs es
ut scias que facies ei: deducesq; canos
eius cū sanguine ad inferna. Dormi-
uit igit̄ dauid cū patribꝫ suis: ⁊ sepult⁹

est in civitate david. Dies autē quib3
regnavit david super isrl': q̄draginta
anni sunt. In hebron regnavit septē
ānis: ī ihrl'm trigītatribus. Salomō
autē sedit super thronū david patris
sui: et firmatū ē regnū eius nimis. Et
ingressus est adonias filius agith ad
bethsabee matrē salomonis. Que di-
xit ei. Pacificus ne ē ingressus tu⁹? Qui
rūdit. Pacificus. Addiditq3. Sermo
michi ē ad te. Cui ait. Loq̄re. Et ille.
Tu inq̄t nosti q̄a meū erat regnū: ⁊ me
proposuerat oīs isrl' sibi ī regē: sed trā-
latum ē regnū et factū ē fratris mei. A
dño eni cōstitutū est ei. Nūc ergo peti-
tionem unā precor a te: ne cōfundas
faciē meā. Que dixit ad eū. Loq̄re. Et
ille ait. Precor ut dicas salomoni re-
gi: neq3 eni negare tibi quicq̄ potest:
ut det michi abisac sunamitē uxorem.
Et ait bethsabee. Bene ego loquar p
te regi. Venit ergo bethsabee ad regem
salomonē: ut loqueret ei pro adonia.
Et surrexit rex ī occursum ei⁹ adoravit-
q3 eam: et sedit sup thronū suū. Posi-
tusq3 est thronus matri regis: q̄ sedit
ad dexterā eius: dixitq3 ei. Petitionem
unā parvulā ego dep̄cor a te: ne cōfun-
das faciē meā. Et dixit ei rex. Pete ma-
ter mea. Neq3 eni fas ē: ut avertā faciē
tuā. Que ait. Detur abisac sunamitis
adonie fratri tuo uxor. Rūditq3 rex sa-
lomon: et dixit matri sue. Quare po-
stulas abisac sunamitē adonie? Po-
stula ei et regnū. Ipse est eni frater me⁹
maior me: et habet abiathar sacerdo-
tem: ⁊ ioab filiū sarvie. Iuravit itaq3
rex salomon p dñm dicēs. Hec faciat
michi deus ⁊ hec addat: quia contra
animā suā locutus ē adonias verbū
hoc. Et nunc vivit dñs qui firmavit
me et collocavit me super soliū david

patris mei: ⁊ qui fecit michi domum
sicut locutus ē: q̄a hodie occidet ado-
nias. Misitq3 rex salomon p manū
banaie filij ioiade: qui interfecit eū et
mortuus est. Abiathar q3 sacerdoti di-
xit rex. Vade in anathot ad agrū tuū.
Et quidē vir mortis es: sed hodie te
nō interficiā: quia portasti archā dñi
dei corā david patre meo: et sustinuisti
laborē in omnib3 in quib3 laboravit
pater me⁹. Eiecit ergo salomon abia-
thar ut nō esset sacerdos dñi: ut imple-
retur sermo dñi quē locutus est super
domū heli in silo. Venit autē nūcius
ad salomonē q᷑ ioab declinasset post
adoniam: et post salomonē nō decli-
nasset. Fugit ergo ioab ī tabernaculū
dñi: ⁊ apphēdit cornu altaris. Nūcia-
tumq3 est regi salomoni q᷑ fugisset io-
ab in tabernaculū dñi: et esset iuxta al-
tare. Misitq3 salomon banaiā filiū
ioiade dicēs. Vade interfice eū. Et venit
banaias ad tabernaculū dñi: et dixit
ei. Hec dicit rex. Egredere. Qui ait. Nō
egrediar sed hic moriar. Renūciavit
banaias regi sermonē dicēs. Hec locu-
tus ē ioab: et hec locutus ē michi. Di-
xitq3 ei rex. Fac sicut locut⁹ ē: et interfice
eū et sepeli: et amovebis sanguinē in-
nocentem q̄ effusus est a ioab: a me ⁊
a domo pris mei: et reddet dñs san-
guinem eius sup caput ei⁹: quia inter-
fecit duos viros iustos melioresq3 se:
⁊ occidit eos gladio patre meo david
ignorante: abner filiū ner principem
milicie isrl': et amasā filiū gether prin-
cipem exercit⁹ iuda. Et revertetur sanguis
illoꝝ in caput ioab ⁊ ī caput seminis
eius in sempiternū: david autē et semi-
ni eius et domui ⁊ throno illi⁹ sit pax
usq3 ī eternū a dño. Ascendit itaq3 ba-
naias filius ioiade et aggressus eum

interfecit: sepultusq; est in domo sua i
deserto. Et cõstituit rex banaiam filiū
ioiade p eo super exercitū: et sadoch sa-
cerdotem posuit pro abiathar. Misit
q; rex et vocauit semei: dixitq; ei. Edifi-
ca tibi domum in ihrlm. et habita ibi:
et non egredieris inde huc atq; illuc.
Quacumq; autē die egressus fueris et
transieris torrentē cedron: scito te interfi-
ciendū. Sanguis tu9 erit super caput
tuū. Dixitq; semei regi. Bon9 sermo. Si-
cut locut9 ē dñs me9 rex: sic faciet seru9
tuus. Habitauit itaq; semei in ihrlm
diebz multis. Factū est autē post ānos
tres: ut fugerēt serui semei ad achis fili-
um maacha regē geth. Nūciatūq; est
semei q serui eius issent in geth. Et sur-
rexit semei et strauit asinū suum: iuitq;
ad achis in geth ad requirēdū seruos
suos: et adduxit eos de geth. Nuncia-
tum ē autē regi salomoni quod isset
semei in geth de ihrlm: et redisset. Et
mittens vocauit eū: dixitq; illi. Nōne
testificatus sum tibi p dñm et predixi
tibi: quacūq; die egressus fueris huc et
illuc. scito te esse moriturū. Et rūdisti
michi. Bon9 sermo quē audiui. Quare
ergo nō custodisti iusiurandū dñi: et
preceptū quod preceperā tibi? Dixitq;
rex ad semei. Tu nosti omne malū cui9
tibi conscium est cor tuū: qd fecisti dauid
patri meo. Reddidit dñs maliciā tuā
i caput tuū: et rex salomon benedict9:
et thronus dauid erit stabilis coram
domino usq; in sempiternum. Jussit
itaq; rex banaie filio ioiade: q aggres-
sus percussit eum et mortuus est. ca. iii.

Confirmatū ē igit regnū i manu
salomonis: et affinitate cōiun-
ctus est pharaoni regi egipti. Accepit
namq; filiā eius: et adduxit in ciuita-
tem dauid: donec compleret edificans
domū suā et domū dñi et murū ihrlm
p circuitū. Attamen pplus immolabat
in excelsis. Nō eni edificatū erat teplū
nomini dñi: usq; in diē illū. Dilexit
autē salomon dñm ambulās in pre-
ceptis dauid patris sui: excepto q in
excelsis immolabat: et accendebat thi-
miama. Abijt itaq; i gabaon: ut im-
molaret ibi. Illud quippe erat excelsū
maximū. Mille hostias in olocaustū
obtulit salomon super altare illud in
gabaon. Apparuit autē dñs salomo-
ni p somniū nocte dicēs. Postula qd
vis: ut dem tibi. Et ait salomon. Tu
fecisti cum seruo tuo dauid patre meo
misericordiam magnā: sicut ambulauit i
cōspectu tuo i veritate et iusticia et recto
corde tecū. Custodisti ei misericordiam tuā
grandem: et dedisti ei filiū sedentē sup
thronū sicut est hodie. Et nūc dñe de9
tu regnare fecisti seruū tuū: p dauid pa-
tre meo. Ego autē sum puer paruulus
et ignorans egressum et introitū meū:
et seruus tuus in medio est ppli quem
elegisti: ppli infiniti qui numerari et
supputari non potest pre multitudine.
Dabis ergo seruo tuo cor docile ut po-
pulum tuū iudicare possit: et discerne-
re inter bonū et malū. Quis eni pote-
rit iudicare pplm istū: pplm tuū hunc
multū? Placuit ergo sermo corā dño:
q salomon postulasset huiuscemodi
rem. Et dixit dñs salomoni. Quia po-
stulasti verbū hoc et nō petisti tibi di-
es multos nec diuitias aut aīas ini-
micorū tuorū: sed postulasti tibi sapi-
entiam ad discernendū iudiciū: ecce fe-
ci tibi scdm sermones tuos. Et dedi ti-
bi cor sapiens et intelligens: intantū
ut null9 ante te similis tui fuerit: nec
post te surrecturus sit. Sed et hec que
nō postulasti dedi tibi diuitias scilicet

⁊ gloriã: ut nemo fuerit similis tui in
regibꝫ· cũctis retro diebꝫ. Si autẽ am-
bulaueris in viis meis· et custodieris
precepta mea· et mandata mea· sicut
ambulauit pater tuus: longos faciã
dies tuos. Igitur euigilauit salomon:
et intellexit quod esset somniũ. Cũqꝫ
venisset ihrlm· stetit corã archa federis
dñi: et obtulit olocausta· et fecit victi-
mas pacificas: et grande cõuiuiũ· vni-
uersis famulis suis. Tũc venerũt due
mulieres meretrices ad regẽ: steterũtqꝫ
corã eo. Quarũ vna ait. Obsecro mi
dñe: ego et mulier hec habitabamus
in domo vna: et peperi apud eã in cu-
biculo. Tercia autẽ die postqꝫ ego pepe-
ri: peperit ⁊ hec, ⁊ eramꝰ simul: nullusqꝫ
alius nobiscũ i domo· exceptis nobis
duabꝫ. Mortuus ẽ autẽ filiꝰ mulieris
huiꝰ nocte. Dormiẽs quippe oppressit
eũ. Et cõsurgens in tempeste noctis si-
lentio· tulit filiũ meũ de latere meo an-
cille tue dormiẽtis· ⁊ collocauit i sinu
suo: suum autẽ filiũ qui erat mortuus·
posuit in sinu meo. Cũqꝫ surrexissem
mane ut darẽ lac filio meo: apparuit
mortuꝰ. Quẽ diligẽtius intuẽs clara
luce: deprehẽdi nõ esse meũ quẽ genu-
eram. Respondítqꝫ altera mulier. Nõ
est ita ut dicis: sed filiꝰ tuꝰ mortuus ẽ:
meus autẽ viuit. Econtrario illa dice-
bat. Mentiris. Filiꝰ quippe meꝰ viuit:
et filius tuꝰ mortuus est. Atqꝫ in hũc
modũ cõtendebãt corã rege. Tunc rex
ait. Afferte michi gladiũ. Cumqꝫ attu-
lissent gladiũ coram rege: diuidite in-
quit infantẽ viuũ in duas partes: et
date dimidiã partem vni· et dimidiã
partẽ alteri. Dixit autẽ mulier cuiꝰ filiꝰ
erat viuꝰ ad regẽ: cõmota sunt quippe
viscera eiꝰ super filio suo. Obsecro dñe
date illi infantẽ viuũ: et nolite interficere
eũ. Econtrario illa dicebat. Nec michi
nec tibi sit: sed diuidatur. Rñdit rex· ⁊
ait. Date huic infantẽ viuũ: ⁊ nõ occi-
datur. Hec est autẽ mater eius. Audi-
uit itaqꝫ omnis isrl' iudiciũ quod iu-
dicasset rex: et timuerũt regẽ vidẽtes sa-
pientiã dei esse i eo ad faciẽdũ iudiciũ.

Erat autem rex salomon .ca. iiii.
regnans sup omnem isrl: et hii
principes quos habebat. Azarias fi-
lius sadoch sacerdotis; helioreph et
ahia filii sisa scribe. Iosaphat filius
ahilud a comentariis. Banaias filiꝰ
ioiade sup exercitum. Sadoch autẽ ⁊
abiathar sacerdotes; azarias filius
nathan sup eos qui assistebant regi.
Zabud filius nathan sacerdos: ami-
cus regis: et ahisar ꝓpositus domus:
et adoniram filius abda sup tributa.
Habebat autẽ salomon duodecĩ pre-
fectos sup omnẽ isrl: q̃ prebebãt anno-
nam regi et domui eiꝰ. Per singulos
enĩ menses i anno singuli necessaria
ministrabãt. Et hec nomina eorum.
Benhur in monte effraim. Bendecar
in macces· et i salebim· et i bethsames·
et in helon et in bethanan. Benesed i
araboth. Ipsius erat socho: et oĩs
terra epher. Benabinadab· cuiꝰ oĩs
nephat dor thaphet filiã salomonis
habebat uxorẽ. Bana filius ahilud
regebat thanach· et magedo ⁊ vniũsã
bethsan· que est iuxta sarthana subter
iesrahel: a bethsan usqꝫ abelmeula re-
gione iecmaan. Bengaber i ramoth
galaad· habebat auothiair filii ma-
nasse i galaad. Ipse preerat in omni
regione argob· que est in basan: sexa-
ginta ciuitatibꝫ magnis atqꝫ mura-
ris q̃ habebãt seras eneas. Abinadab
filius addo ꝑerat in manaim. Achi-
maas in neptalim. Sed ⁊ ipse habebat

basemath filiā salomonis ī cōiugio.
Baana filius husi in aser et ī baloth.
Iosaphat filius pharue in ysachar.
Semei filius hela ī beniamin. Gaber
fili9 uri ī terra galaad et in terra seon
regis amorrei et og regis basan: sup
omnia que erant ī illa terra. Juda et
isrl' innumerabiles sicut arena maris
in multitudine: comedentes et bibentes
atq; letātes. Salomon autē erat ī di-
cione sua habēs omnia regna secū a
flumine terre philistijm usq; ad termi-
num egipti: offerētium sibi munera et
seruientiū ei cūctis diebz uite ei9. Erat
autē cibus salomonis p dies singlos
triginta chori simile et sexaginta chori
farine: decem boues pingues et uigiti
boues pascuales et centū arietes: exce-
pta uenatōne ceruor capreau atq; bu-
balor et auiū altiliū. Ipse eni obtinebat
omnē regionē q erat trans flumē qsi
a thapsa usq; ad gazam et cunctos re-
ges illau regionū: et habebat pacē ex
omni parte in circuitu. Habitabatq;
iuda et israhel absq; timore ullo unus-
quisq; sub uite sua et sub ficu sua a dan
usq; bersabee: cūctis diebz salomonis.
Et habebat salomon quadraginta
milia psepia equor curriliū et duodeci
milia equestriū: nutriebātq; eos supra-
dicti regis pfecti; sed et necessaria mēse
regis salomonis cū ingēti cura prebe-
bant in tpe suo. Ordeū quoq; et pale-
as equor et iumentor deferebant ī lo-
cum ubi erat rex: iuxta cōstitutum sibi.
Dedit q; deus sapientiā salomoni et
prudentiā multā nimis et latitudinē
cordis qsi arenā q est ī litore maris: et
precedebat sapiētia salomonis sapiētiā
omniū orientaliū et egiptior: et erat sa-
pientior cūctis hominibz. Sapientior
ethan ezraite et heman et chalchal et
dorda filijs maol: et erat noīatus in
uniuersis gētibz p circuitū. Locutus ē
q; salomon tria milia parabolas: et
fuerunt carmina eius quinq; milia. Et
disputauit sup lignis a cedro que est
in libano usq; ad ysopū q egredit de
pariete: et disseruit de iumētis et uolu-
cribus et reptilibus et piscibz. Et uenie-
bant de cūctis pplis ad audiēdā sapi-
entiam salomonis: et ab uniūsis re-
gibus terre qui audiebāt sapiētiā ei9.
Misit q; hiram rex tyri seruos .C. V.
suos ad salomonē. Audiuit
eni q ipm unxissent regē sup isrl' p pa-
tre ei9: quia amicus fuerat hiram da-
uid omni tpe. Misit autē salomon
ad hiram dicens. Tu scis uolūtatem
dauid patris mei: et quia nō poterat
edificare domum nomini dñi dei sui
propter bella imminētia per circuitū:
donec daret dñs eos sub uestigio pe-
dum eius. Nūc autē requiē dedit de9
meus michi p circuitū: et nō ē sathan
neq; occursus mal9; quāobrem cogi-
to edificare templum nomini dñi dei
mei sicut locutus est dauid patri meo
dicens. Filius tu9 quē dabo p te sup
soliū tuū: ipse edificabit domū nomi-
ni meo. Precipe igit ut pcidāt michi
serui tui cedros de libano: et serui mei
sint cū seruis tuis; mercedē autē seruor
tuor dabo tibi quācūq; petieris. Scis
eni quō nō est ī pplo meo uir: q noue-
rit ligna cedere sicut sydonij. Cū ergo
audisset hiram uerba salomonis le-
tatus ē ualde: et ait. Benedict9 dñs de9
hodie: q dedit dauid filiū sapientissi-
mum super pplm hūc plurimū. Et mi-
sit hiram ad salomonē dicens. Audi-
ui quecūq; mādasti michi. Ego faciā
omnē uolūtatē tuā: ī lignis cedrinis
et abiegnis. Serui mei deponēt ea de

libano ad mare· et ego cōponā ea ī ra
tibus ī mari· usq; ad locū quē signifi-
caueris michi· ⁊ applicabo ea ibi: et tu
tolles ea. Prebebisq; necessaria michi:
ut detur cibus domui mee. Itaq; hi-
ram dabat salomoni ligna cedrina·
et ligna abiegna: iuxta omnē volun-
tatem eius. Salomon autē prebebat
hiram viginti milia choros tritici in
cibum domui eius: et viginti choros
purissimi olei. Hec tribuebat salomō
hiram per singulos annos. Dedit q;
dn̄s sapientiā salomoni sicut locut⁹
ē ei: et erat pax inter hirā et salomonē:
et percusserūt ambo fedus. Elegitq; rex
salomō operarios de omni isrl': ⁊ erat
indictio triginta milia virorū. Mitte-
batq; eos ī libanū· decē milia per menses
singulos vicissim: ita ut duobꝫ men-
sibus essent ī domibꝫ suis. Et adoni-
ram erat super huiuscemodi indictio-
nem. Fueruntq; itaq; salomoni septua-
ginta milia eorū qui onera portabāt:
⁊ octoginta milia latomorū in mōte.
absq; prepositis q̄ preerant singulis operi-
bus numero triū miliū et trecentorū prci-
pientiū populo et hiis q̄ faciebant opus.
Precepitq; rex ut tollerēt lapides gran-
baaſa filius ahia de domo yſachar : ⁊
percuſſit eum ĩ gebbethon que eſt urbs
philiſtinorꝫ . Siquidẽ nadab ⁊ omnis
iſrl' obſidebant gebbethon . Interfecit
ergo illũ baaſa ĩ ãno tercio aſa regis
iude : ⁊ regnauit ꝓ eo . Cũq; regnaſſet :
ꝑcuſſit omnem domũ ierobaam . Non
dimiſit nec unã quidem animam de
ſemine eius donec deleret eum : iuxta
verbum dñi qd' locutus fuerat in ma-
nu ſerui ſui ahie ſilonitis · ꝓpter pecca-
ta ierobaam que peccauerat ⁊ quibꝫ
peccare fecerat iſrahel : ⁊ ꝓpter delictum
quo irritauerat dñm deum iſrl' . Reli-
qua autẽ ſermonũ nadab et omnia
que operatus eſt : nonne hec ſcripta ſũt
ĩ libro verborꝫ dierum regum iſrahel ?
Fuitq; bellũ inter aſa et baaſa regem
iſrahel : cunctis diebꝫ eorꝫ . Anno tercio
aſa regis iuda regnauit baaſa filius
ahia ſuper omnẽ iſrl' in therſa viginti-
quatuor ãnis : ⁊ fecit malũ corã dño :
ambulauitq; ĩ vijs ierobaã · ⁊ in pecca-
tis eius quibꝫ peccare fecit iſrl' . ca . xvi .

Factus ẽ autẽ ſermo dñi ad iehu
filiũ anani contra baaſa dicens .
Pro eo quod exaltaui te de puluere ·
et poſui te ducem ſup ꝓplm meum iſrl' ·
tu autem ambulaſti in via ierobaã · ⁊

peccare fecisti p̄pl'm meũ isrl' ut me irri-
tares in peccatis eoꝝ: ecce ego demetã
posteriora baasa · ⁊ posteriora domus
eius: et faciam domũ tuã sicut domũ
iheroboam filij nabath. Qui mortuus
fuerit de baasa ĩ civitate comedent eũ
canes: ⁊ qui mortuus fuerit ex eo in re-
gione: comedẽt eum volucres celi. Re-
liqua autẽ sermonũ baasa · ⁊ quecũq;
fecit et p̄lia eius: nonne hec scripta sũt
in libro verboꝝ dierũ regũ israhel? Dor-
mivit ergo baasa cum patrib; suis se-
pultusq; est in thersa: et regnavit hela
filius eius p̄ eo. Cum autem ĩ manu
iehu filij anani p̄phete verbũ dñi factũ
esset contra baasa · et contra domum
eius · et contra om̄e malum qḋ fecerat
corã dño ad irritandũ eũ in opibus
manuũ suaꝝ · ut fieret sicut domus ihe-
roboam: ob hanc causam occidit eũ ·
hoc est iehu filiũ anani p̄phetã. Anno
vicesimosexto asa regis iude regnavit
hela filius baasa sup̄ isrl' in thersa duo-
bus annis; et rebellavit contra eum
servus suus zambri dux medie partis
equitũ. Erat autẽ hela in thersa bibens
et temulentus: in domo arsa prefecti
thersa. Irruens ergo zambri percussit ⁊
occidit eum anno vicesimoseptimo
asa regis iude: et regnavit p̄ eo. Cũq;
regnasset et sedisset sup̄ soliũ eius per-
cussit omnẽ domũ baasa et non dere-
liquit ex eo mingentem ad parietem:
et p̄pinquos et amicos ei⁹. Delevitq;
zambri omnẽ domũ baasa iuxta ver-
bum dñi quod locut⁹ fuerat · ad baa-
sa ĩ manu iehu p̄phe, p̄pter universa pec-
cata baasa · et peccata hela filij eius:
qui peccaverũt · ⁊ peccare fecerũt isrl' · pro-
vocantes dñm deũ isrl' in vanitatib;
suis. Reliqua autem sermonum hela ·
et omnia que fecit: nonne hec scripta

sunt in libro verborũ dierũ regũ isrl'?
Anno vicesimoseptimo · asa regis iu-
de regnavit zambri septem diebus in
thersa. Porro exercitus obsidebat geb-
bethon urbem philistĩnoꝝ. Cũq; au-
disset rebellasse zambri et occidisse re-
gem: fecit sibi regem om̄is isrl' ambri
qui erat princeps militie sup̄ israhel
in die illa ĩ castris. Ascẽdit ergo am-
bri ⁊ om̄is israhel cũ eo de gebbethon:
et obsidebant thersa. Videns autem
zambri q̄ expugnanda esset civitas
ingressus ẽ palatiũ et succendit se cum
domo regia: ⁊ mortuus est in peccatis
suis que peccaverat faciens malum
coram dño: et ambulans ĩ via ihero-
boam · et in peccato eius quo fecit pec-
care israhel. Reliqua autem sermonũ
zambri ⁊ insidiaꝝ eius ⁊ tyrannidis:
nonne hec scripta sunt ĩ libro verboꝝ
dierũ regũ isrl'? Tunc divisus est p̄pl's
israhel in duas partes. Media pars
p̄pli sequebatur thebni filiũ gineth ut
cõstitueret eum regem: et media pars
amri. Prevaluit autem p̄pl's qui erat
cum amri p̄plo qui sequebatur thebni
filiũ gineth: mortuusq; est thebni et re-
gnavit amri. Anno tricesimoprimo
asa regis iude regnavit amri sup̄ isrl'
duodecim annis. In thersa regnavit
sex ãnis: emitq; montem samarie a so-
mer duobus talentis argenti et edifi-
cavit eum: et vocavit nomẽ civitatis
quam extruxerat nomine somer: ~~id est~~
~~montẽ~~ dñi montis samariã. Fecit
autẽ amri malũ in cõspectu domini:
et operatus ẽ nequiter super omnes qui
fuerunt ante eum. Ambulavitq; in o-
mni via iheroboam filij nabath et in
peccatis eius · quib; peccare fecerat isra-
hel: ut irritaret dñm deũ israhel in vani-
tatib; suis. Reliqua autẽ sermonum

amri·et p̄lia eius que gessit: nōne hec
scripta sunt in libro verbor̄ dier̄ regū
israhel? Dormiuitq3 amri cū patrib3
suis: ⁊ sepult⁹ est ī samaria: regnauit
q3 achab filius eius ꝓ eo. Achab vero
filius amri regnauit sup israhel·ānō
tricesimooctauo asa regis iude. Et re-
gnauit achab filius amri sup isrl̄ in
samaria·viginti et duob3 annis. Et
fecit achab filius amri malū ī conspe-
ctu dn̄i: sup omnes qui fuerūt ante eū.
Nec suffecit ei ut ambularet ī peccatis
iheroboam filij nabath: insup duxit
vxorem iezabel filiam methbaal regis
sidonior̄. Et abijt et seruiuit baal·et
adorauit eū: et posuit aram baal in
templo baal·quod edificauerat in sa-
maria: et plantauit lucū. Et addidit
achab in ope suo irritans dn̄m deum
israhel: sup om̄es reges isrl̄ qui fuerūt
ante eum. In diebus eius: edificauit
ahiel de bethel iherichō. In abiram pri-
mitiuo suo fundauit eam: ⁊ in segub
nouissimo suo posuit portas eius: iu-
xta verbum domini quod locutus fue-
rat in manu iosue filij nun. ca. xvii.
Et dixit helias thesbites de habita-
torib3 galaad ad achab. Viuit
dn̄s deus isrl̄ in cuius conspectu sto:
si erit annis hijs ros et pluuia nisi iu-
xta oris mei verba. Et factum ē verbū
dn̄i ad eū dicens. Recede hinc et vade
contra orientem: et abscondere in tor-
rente carith qui est contra iordanē et
ibi de torrente bibes: coruisq3 precepi
ut pascant te ibi. Abijt ergo: et fecit iu-
xta verbum domini. Cumq3 abisset:
sedit in torrēte carith qui ē contra ior-
danem. Corui q3 deferebant ei panem
et carnes mane: similiter panem ⁊ car-
nes vesperi: ⁊ bibebat de torrente. Post
dies autē aliquātos siccat⁹ ē torrens:
nō enim pluerat sup terram. Factus
est ergo sermo dn̄i ad eū dicens. Sur-
ge et vade in sareptā sidonior̄: et ma-
nebis ibi. Precepi enim ibi mulieri vi-
due ut pascat te. Surrexit: et abijt in
sareptā sidoniorum. Cumq3 venisset
ad portā ciuitatis apparuit ei mulier vi-
dua colligens ligna: ⁊ vocauit eam:
dixitq3 ei. Da michi paululum aque
in vase ut bibam. Cumq3 illa pgeret
ut afferret: clamauit post tergum eius
dicēs. Affer michi obsecro et buccellā
panis in manu tua. Que respondit.
Viuit dn̄s deus tuus: quia nō habeo
panem nisi quantū pugillus capere
potest farine ī ydria: ⁊ paululū olei in
lechito. En colligo duo ligna: ut in-
grediar et faciam illud michi et filio
meo: ut comedam⁹ ⁊ moriamur. Ad
quam helias ait. Noli timere: sed va-
de ⁊ fac sicut dixisti. Verūtamē michi
primum fac de ipā farinula subcineri-
cium panem paruulū: et affer ad me;
tibi autē ⁊ filio tuo facies postea. Hec
autē dicit dn̄s deus isrl̄. Ydria farine
non deficiet: nec lechitus olei minuet:
usq3 in diem in qua dn̄s daturus est
pluuiam sup faciem terre. Que abijt:
⁊ fecit iuxta verbum helie. Et comedit
ipē et illa ⁊ domus eius: et ex illa die
ydria farine nō defecit ⁊ lechitus olei
non est imminutus·iuxta verbū dn̄i
quod locutus fuerat in manu helie.
Factum est autem post verba hec·egro-
tauit filius mulieris matrisfamilie:
et erat languor fortissimus ita ut nō
remaneret in eo alitus. Dixit ergo ad
heliam. Quid michi et tibi vir dei? In-
gressus es ad me ut rememorarentur
iniquitates mee: ⁊ interficeres filium
meū. Et ait ad eam helias. Da michi
filium tuum. Tulitq3 eum de sinu eius

et portauit in cenaculū ubi ipē mane-
bat: et posuit super lectulū suum: et cla-
mauit ad dūm et dixit. Domine deus
meus · etiam ne viduā apud quam
ego utcunqz sustentor afflixisti: ut inter-
ficeres filium eius? Et expandit se atqz
mensus ē sup puerum tribus vicibz: ⁊
clamauit ad dūm ⁊ ait. Domine de⁹
meus: reuertatur obsecro anima pue-
ri huius in viscera eius. Et exaudiuit
dūs vocem helie: et reuersa est anima
pueri intra eū: et reuixit. Tulitqz helias
puerum et deposuit eum de cenaculo
in inferiorem domum: ⁊ tradidit ma-
tri sue: et ait illi. En viuit filius tuus.
Dixitqz mulier ad heliam. Nunc in
isto cognoui quoniā vir dei es tu: et
verbū dūi ī ore tuo verū est. ca. xviii.
Post dies multos · factum est ver-
bum dūi ad heliam · in āno ter-
cio dicens. Vade et ostende te achab:
ut dem pluuiam super faciē terre. Iuit
ergo helias ut ostenderet se achab. Erat
autem fames vehemens in samaria.
Vocauitqz achab abdiam dispensa-
torem domus sue. Abdias autē time-
bat dūm deum valde. Nam cū inter-
ficeret iezabel ꝓphās dūi tulit ille cen-
tum ꝓphās et abscōdit eos quinqua-
genos ⁊ quīquagenos in speluncis: ⁊
pauit eos pane ⁊ aqua. Dixit ergo ach-
ab ad abdiam. Vade in terram ad
vniuersos fontes aquaꝝ et in cunctas
valles: si forte possimus inuenire her-
bam ⁊ saluare equos ⁊ mulos: et nō
penitus iumēta intereant. Diuiserunt-
qz sibi regiones: ut circuirēt eas. Ach-
ab ibat ꝑ viam vnam: et abdias per
viam alterā seorsū. Cūqz esset abdias
in via: helias occurrit ei. Qui cum co-
gnouisset eum: cecidit sup faciem suā
et ait. Num tu es dñe mi helias? Cui
ille respondit. Ego. Et dixit. Vade ⁊
dic dño tuo. Adest helias. Et ille: qd
peccaui inquit quoniā tradis me ser-
uum tuum · in manu achab ut inter-
ficiat me? Viuit dūs deus tuus: quia
non est gens aut regnū · in quo non
miserit dūs meus te requirens. Et re-
spondentibz cunctis nō est hic: adiu-
rauit regna singula ⁊ gētes · eo qd mi-
nime reperireris. Et nunc dicis michi:
vade ⁊ dic dño tuo adest helias? Cū-
qz recessero a te spirit⁹ dūi asportabit
te in locum quē ego ignoro: ⁊ ingres-
sus nunciabo achab: et nō inueniens
te interficiet me. Seruus autem tuus
timet dūm ab infantia sua. Numquid
nō indicatū est tibi dño meo quid fe-
cerim cum interficeret iezabel ꝓphetas
dūi: qꝫ abscōderim de ꝓphetis dūi cen-
tum viros quinquagenos ⁊ quinqua-
genos in speluncis et pauerim eos pa-
ne et aqua? Et nunc tu dicis vade et
dic domino tuo adest helias: ut inter-
ficiat me? Et dixit helias. Viuit dūs
exercituū ante cuius vultū sto: quia
hodie apparebo ei. Abijt ergo abdias
in occursū achab: indicauitqz ei. Ve-
nitqz achab in occursum helie: et cum
vidisset eum ait. Tu ne es ille: qui con-
turbas isrl? Et ille ait. Non ego tur-
baui israhel sed tu ⁊ dom⁹ patris tui: q
dereliquistis mādata dūi ⁊ secuti estis
baalim. Verūtamen nūc mitte ⁊ con-
grega ad me vniūsum israhel ī mon-
te carmeli: et ꝓphās baal quadringentos
quinquaginta · ꝓphasqz lucorū qua-
dringentos: qui comedunt de mensa
iezabel. Misit achab ad omnes filios
israhel: et cōgregauit ꝓphetas ī mon-
te carmeli. Accedēs autē helias ad o-
mnem ꝓplm isrl ait. Usquequo clau-
dicatis ī duas partes? Si dominus

est deus sequimini eum: si autē baal:
sequimini illū. Et nō respōdit ei pplus
verbum. Et ait rursus helias ad pplm.
Ego remansi ꝓpheta dn̄i solus: ꝓphe
autē baal quadringenti et quinqua-
ginta · ꝓpheteq; lucoꝝ quadringenti
viri sunt. Dentur nobis duo boues:
et illi eligāt sibi bouē unū ⁊ in frusta
cedentes ponāt sup ligna: ignem autē
non supponant. Et ego faciam bouē
alterum et imponam sup ligna: ignēq;
autē nō supponā. Invocate nomina
deoꝝ vestroꝝ: ⁊ ego invocabo nomen
dn̄i mei: et deus q̄ exaudierit p ignem
ipse sit deus. Respondens om̄is pplus
ait. Optima ꝓposicō quā locut9 ē heli-
as. Dixit ergo helias ꝓphetis baal. Eli-
gite vobis bouē unum ⁊ facite primi
quia vos plures estis: ⁊ invocate no-
mina deoꝝ vroꝝ: ignēq; nō supponatis.
Qui cū tulissent bouē quē dederat eis
fecerunt: et invocabant nomen baal
demane usq; ad meridiē dicentes. Ba-
al exaudi nos. Et non erat vox: neq;
qui responderet. Transiliebātq; altare
quod fecerāt. Cūq; esset iam meridies:
illudebat illis helias dicens. Clamate
voce maiore. Deus eni est: et forsitan
loquitur · aut in diversorio est · aut in
itinere: aut certe dormit: ut excitetur. Cla-
mabāt ergo voce magna: ⁊ incidebāt
se iuxta ritū suum cultris et lanceolis ·
donec perfunderentur sanguine. Postq̄
autem trāsijt meridies · ⁊ illis prophe-
tantibus · venerat tempus quo sacrifi-
cium offerri solet: nec audiebatur vox
neq; aliquis respondebat nec attende-
bat orātes: dixit helias om̄i pplo. Ve-
nite ad me. Et accedente ad se populo
curauit altare dn̄i quod destructum
fuerat: et tulit duodecim lapides iuxta
numeꝝ tribuū filiorum iacob ad quē
factus est sermo dn̄i dicēs · isrl' erit no-
men tuū: ⁊ edificauit de lapidibꝫ alta-
re in nomine dn̄i. Fecitq; aqueductū
quasi p duas aratiunculas ĩ circuitu
altaris: et composuit ligna · diuisitq;
per membra bouem et posuit super li-
gna: ⁊ ait. Implete quatuor ydrias a-
qua: et fundite sup olocaustū et super
ligna. Rursumq; dixit. Etiā secundo
hoc facite. Qui cum fecissent scd'o · ait.
Etiam tercio idipm facite. Feceruntq;
tercio: ⁊ currebant aque circum altare:
et fossa aqueductus repleta est. Cūq;
iam temp9 esset ut offerretur olocaustū:
accedens helias propheta ait. Dn̄e deus
abraham et ysaac et israhel · ostende
hodie quia tu es deus israhel ⁊ ego ser-
vus tuus: et iuxta preceptū tuum feci
omnia verba hec. Exaudi me dn̄e ex-
audi me: ut discat populus iste · quia
tu es dn̄s deus: et tu convertisti cor eoꝝ
iterū. Cecidit autē ignis dn̄i ⁊ vorauit
olocaustum et ligna ⁊ lapides: pulue-
rem quoq; et aquā que erat in aque-
ductu lambens. Quod cum vidisset o-
mnis populus: cecidit in faciem suā
et ait. Dominus ipse est deus: dn̄s ipse
est deus. Dixitq; helias ad eos. Appre-
hendite ꝓphas baal: ⁊ ne unus quidem
effugiat ex eis. Quos cū apprehendissent:
duxit eos helias ad torrentem cyson:
et interfecit eos ibi. Et ait helias ad
achab. Ascende comede et bibe: quia
sonus multe pluuie ē. Ascendit achab:
ut comederet et biberet: helias autem
ascendit in verticē carmeli ⁊ pronus in
terram posuit faciem suā inter genua
sua: et dixit ad puerum suū. Ascende:
⁊ prospice contra mare. Qui cum ascen-
disset et contemplatus esset ait. Non
est quicq̄. Et rursum ait illi. Revertere
septem vicibus. In septima autē vice

ecce nubecula parua quasi vestigiū homi-
nis ascendebat de mari. Qui ait. Ascen-
de: et dic achab. Iunge currū tuum et
descende: ne occupet te pluuia. Cūq; se
verteret huc atq; illuc: ecce celi contene-
brati sūt. et nubes et ventus: et facta ē
pluuia grādis. Ascendēs itaq; achab
abijt ī iesrahel: et man⁹ dñi facta ē sup
heliā: accinctisq; lumbis currebat ante
achab donec veniret ī iesrahel. c. xix.
Nunciauit autem achab ihezabel
omnia que fecerat helias: et quo-
modo occidisset vniuersos pphetas
baal gladio. Misitq; ihezabel nunciū
ad heliam dicens. Hec michi faciant
dij. et hec addant: nisi hac hora cras
posuero animam tuā sicut animam
vnius ex illis. Timuit ergo helias et
surgens abijt quocūq; eum ferebat
voluntas: venitq; in bersabee iuda: et
dimisit ibi puerum suum: et perrexit in
desertū viam vnius diei. Cumq; venis-
set et sederet subter vnam iuniperum:
petiuit anime sue ut moreretur. Et ait.
Sufficit michi dñe: tolle animā meā.
Neq; enim melior sum quam patres
mei. Proiecitq; se: et obdormiuit ī vm-
bra iuniperi. Et ecce angel⁹ dñi tetigit
eum: et dixit illi. Surge comede. Respe-
xit: et ecce ad caput suū subcinericius
panis et vas aque. Comedit ergo et bi-
bit: et rursum obdormiuit. Reuersusq;
est angelus domini scdo et tetigit eū:
dixitq; illi. Surge comede. Grandis
enim tibi restat via. Qui cū surrexisset
comedit et bibit: et ambulauit in for-
titudine cibi illi⁹ quadraginta dieb;
et quadraginta noctib; usq; ad mon-
tem dei oreb. Cūq; venisset illuc: man-
sit in spelunca. Et ecce sermo domini
ad eum: dixitq; illi. Quid hic agis he-
lia? At ille respōdit. Zelo zelatus sū
pro dño deo exercituū: quia dereliq̄ue-
runt pactum dñi filij israhel. Altaria
tua destruxerūt. et pphās tuas occiderūt
gladio: et derelictus sum ego solus: et
querūt animā meā. ut auferant eam.
Et ait ei. Egredere: et sta in mōte corā
dño. Et ecce dominus transijt: et spiri-
tus grādis et fortis. subuertēs mōtes:
et conterens petras ante dñm. Nō in
spiritu dñs. Et post spiritū cōmotio.
Nō in commotione dñs. Et post cō-
motionē ignis. Nō in igne dñs. Et
post ignē sibilus aure tenuis. Quod
cum audisset helias operuit vultū suū
pallio: et egressus stetit ī ostio spelun-
ce: et ecce vox ad eum dicēs. Quid hic
agis helia? Et ille respondit. Zelo ze-
latus sum pro dño deo exercituū: quia
dereliquerunt pactum tuū filij israhel.
Altaria tua destruxerunt et pphetas
tuos occiderunt gladio: et derelictus
sum ego solus: et querunt animam
meam ut auferāt eam. Et ait dñs ad
eum. Vade et reuertere ī viam tuam.
per desertū in damascū. Cumq; perue-
neris illuc. unges asahel regem sup syri-
am: et iehu filiū namsi unges regem
sup israhel: heliseum autē filiū saphat
qui est de abelmeula unges pphām
pro te. Et erit quicūq; fugerit gladiū
asahel occidet eum iehu: et quicumq;
fugerit gladiū iehu interficiet eum he-
liseus. Et derelinquā michi in israhel
septem milia virorū quorū genua nō
sunt incuruata ante baal: et omne os
quod nō adorauerit eum osculans
manum. Profectus ergo inde helias
repperit heliseum filium saphat arantē
in duodecim iugis boum: et ipse ī duo-
decim iugis boum arantib; vn⁹ erat.
Cumq; venisset helias ad eū: misit pal-
lium suū sup eum. Qui statim relictis

bobus cucurrit post heliā. Et ait. Oscu-
ler oro te patrem meū et matrē meā:
et sic sequar te. Dixitq; ei. Vade et re-
vertere. Quod enim meū erat feci tibi.
Reversus autē ab eo tulit par boum
et mactavit illud: et in aratro boum
coxit carnes: et dedit populo et come-
derūt. Consurgensq; abijt et secutus
est heliam: et ministrabat ei. ca. xx.
Porro benadab rex sirie cōgrega-
vit omnem exercitum suū. et tri-
gintaduos reges secum. et equos et
currus: et ascendens pugnabat cōtra
samariā: et obsidebat eam. Mittens
q; nuncios ad achab regem israhel
in civitatē ait. Hec dicit benadab. Ar-
gentum tuū et aurum tuū meum ē: et
uxores tue et filij tui optimi mei sunt.
Responditq; rex isrl'. Iuxta verbū tuū
dñe mi rex: tuus sū ego et oīa mea.
Revertentesq; nuncij dixerunt. Hec dicit
benadab q̄ misit nos ad te. Argentum
tuū et aurum tuum et uxores tuas et
filios tuos dabis michi. Cras igitur
hac eadem hora mittam servos meos
ad te: et scrutabūtur domū tuā et domū
servorū tuorum: et oīe qd' eis placue-
rit ponent in manibz suis et auferent.
Vocavit autē rex israhel oīes senio-
res terre. et ait. Animadvertite et vide-
te: qm̄ insidietur nobis. Misit enī ad
me pro uxoribus meis et filijs et pro
argento et auro: et non abnui. Dixe-
runtq; oīes maiores natu et univer-
sus pplus ad eum. Non audias: neq;
acquiescas illi. Responditq; nuncijs
benadab. Dicite dño meo regi. Oīa
propter que misisti ad me servū tuū
in inicio faciā: hanc autem rem facere
nō possum. Reversiq; nūcij: retulerūt
ei. Qui remisit et ait. Hec faciāt michi
dij et hec addant: si sufficerit pulvis
samarie pugillis omnis populi qui
sequitur me. Et respōdens rex isrl' ait.
Dicite ei. Ne glorietur accinctus. eque
ut discinctus. Factum est autem cum
audisset benadab verbū istud bibebat
ipse et reges in umbraculis: et ait servis
suis. Circumdate civitatem. Et circum-
dederunt eam. Et ecce propheta unus
accedens ad achab regem israhel ait
ei. Hec dicit dñs. Certe vidisti omnē
multitudinem hanc nimiā. Ecce ego
tradam eam in manum tuam hodie:
ut scias quia ego sū dñs. Et ait ach-
ab. Per quem? Dixitq; ei. Hec dicit do-
minus. Per pedissequos principum
provinciarū. Et ait. Quis incipiet pre-
liari? Et ille dixit. Tu. Recensuit ergo
pueros principum provinciarum: et
repperit numerū ducētorū trigintaduorū.
Et recensuit post eos populū oīes fili-
os israhel septem milia: et egressi sunt
meridie. Benadab autē bibebat temu-
lentus in umbraculo suo: et reges tri-
gintaduo cū eo qui ad auxilium eius
venerāt. Egressi sunt autē pueri prin-
cipum provinciarū i prima frōte. Mi-
sit itaq; benadab: qui nunciaverunt
ei dicētes. Viri egressi sūt de samaria.
At ille ait. Sive p pace veniūt appre-
hendite eos vivos: sive ut prelientur
vivos eos capite. Egressi sūt ergo pue-
ri principum pvinciarū: ac reliquus
exercitus sequebatur. Et percussit unusquis-
q; virum qui contra se veniebat: fuge-
runtq; siri: et persecutus est eos israhel.
Fugit quoq; benadab rex sirie i equo
cū equitibus suis. Necnon egressus
rex israhel percussit equos et currus: et
percussit siriā plaga magna nimis.
Accedens autem propheta ad regem
israhel dixit ei. Vade et confortare: et
scito et vide quid facias. Sequēti enī

anno: rex sirie ascendet cōtra te. Servi
vero regis sirie dixerūt ei. Dii mōtium
sunt dii eorum: ideo superaverunt nos.
Sed melius est ut pugnemus contra
eos in campestribus: et obtinebimus
eos. Tu ergo verbū hoc fac. Amove
reges singulos ab exercitu tuo: ⁊ pone
principes ꝓ eis: ⁊ instaura numerum
militum qui ceciderūt de tuis et equos
sc̄dm equos pristinos: ⁊ currus sc̄dm
currus quos ante habuisti: et pugna-
bimus contra eos in campestribus: ⁊
videbis quod obtinebimus eos. Cre-
didit consilio eorū: et fecit ita. Igitur
postq̄ annus transierat recensuit bena-
dab siros et ascendit ī affec: ut pugna-
ret contra israhel. Porro filii israhel
recensiti sūt et acceptis cibariis profe-
cti ex adverso: castraq; metati sūt con-
tra eos q̄si duo parvi greges caprarū:
siri autē repleverūt terram. Et accedens
unus vir dei dixit ad regē israhel. Hec
dicit dn̄s. Quia dixerūt siri deus mon-
tium est dn̄s: et nō est deus vallium:
dabo omnē multitudinē hāc grandē
in manu tua: et scietis quia ego sum
dn̄s. Dirigebantq; sex [illegible] diebus ex
adūso hii atq; illi acies: septima aūt
die commissum est bellū. Percusserūt
q; filii israhel de siris centū milia pedi-
tum in die una. Fugerunt autem siri
qui remanserunt in affec in civitatem:
et cecidit murus super vigintiseptem
milia hominū qui remāserant. Por-
ro benadab fugiēs ingressus ē civitatē
in cubiculum quod erat intra cubicu-
lum; dixerūtq; ei servi sui. Ecce audivimus
qd̄ reges domus israhel clemētes sint.
Ponamus itaq; saccos ī lumbis nr̄is
et funiculos in capitibus nostris: et
egrediamur ad regē israhel: forsitan
salvabit animas nr̄as. Accinxerunt
saccis lumbos suos et posuerūt funi-
culos in capitibz suis: veneruntq; ad
regē israhel et dixerūt ei. Servus tuus
benadab dicit. Vivat oro te anima
mea. Et ille ait. Si ad huc vivit: fra-
ter meus est. Quod acceperūt viri pro
omine: et festinantes rapuerūt verbū
ex ore eius: atq; dixerūt. Frater tuus
benadab. Et dixit eis. Ite ⁊ adducite
eum ad me. Egressus est ergo ad eum
benadab: et levavit eum in currū suū.
Qui dixit ei. Civitates quas tulit pa-
ter meus a patre tuo reddā: ⁊ plateas
fac tibi in damasco sicut fecit pater me-
us in samaria: et ego federatus recedā
a te. Pepigit ergo fedus: et dimisit eū.
Tunc vir quidam de filiis prophetarū
dixit ad socium suum ī sermone dn̄i.
Percute me. At ille noluit percutere.
Cui ait. Quia noluisti audire vocem
dn̄i: ecce recedes a me: et percutiet te leo.
Cumq; paululum recessisset ab eo: in-
venit eum leo atq; percussit. Sed et al-
terum inveniens virū: dixit ad eum.
Percute me. Qui percussit eū: et vulne-
ravit. Abiit ergo propheta et occurrit
regi in via: ⁊ mutavit aspersione pul-
veris os: et oculos suos. Cumq; rex
transisset: clamavit ad regem et ait.
Servus tuus egressus est ad prelian-
dum cominus: cūq; fugisset vir unus.
adduxit eū quidā ad me: ⁊ ait. Custo-
di virū istū. Qui si lapsus fuerit erit
anima tua ꝓ anima eius: aut talentū
argenti appendes. Dum autē ego tur-
batus huc illucq; me verterem: subito
non comparuit. Et ait rex israhel ad
eum. Hoc est iudiciū tuū: quod ipse
decrevisti. At ille statī abstersit pulverē
de facie sua: ⁊ cognovit eū rex isrl̄ qd̄
esset de prophetis. Qui ait ad eū. Hec
dicit dominus. Quia dimisisti virū

dignum morte de manu tua: erit ani-
ma tua pro anima eius: et populus
tuus ꝓ pplo eius. Reuersus est igit̃ rex
isrl̃ ĩ domũ suã: audire contemnens: et
furibũdus uenit ĩ samariã. ca. xxi.
Post verba autem hec tempore il-
lo vinea erat naboth iesrahelite
qui erat in iesrahel: iuxta palacium
achab regis samarie. Locut⁹ est ergo
achab ad naboth dicens. Da michi
vineam tuã ut faciã michi ortũ olerũ:
quia vicina est et prope domũ meam.
Daboq; tibi pro ea vineã meliorem:
aut si commodius tibi putas argẽti
precium quantũ digna est. Cui rñdit
naboth. Propicius michi sit dñs: ne
dem hereditatem patrum meorum tibi.
Venit ergo achab in domum suam:
indignans et frendens sup verbo qđ
locut⁹ fuerat ad eũ naboth iesrahelites
dicens: non dabo tibi hereditatẽ patrũ
meorum. Et proiciens se in lectulum
suum auertit faciẽ suã ad parietem: et
nõ comedit panẽ. Ingressa est autẽ ad
eum iezabel uxor sua: dixitq; ei. Quid
est hoc unde anima tua contristata
est: et quare nõ comedis panem? Qui
respõdit ei. Locutus sũ naboth iesra-
helite et dixi ei. Da michi vineã tuam
accepta pecunia: aut si tibi placet da-
bo tibi vineam meliorem pro ea. Et
ille ait. Non dabo tibi vineã meam.
Dixit ergo ad eum iezabel uxor eius.
Grandis auctoritatis es: et bene regis
regnũ israhel. Surge et comede panẽ:
et equo animo esto. Ego dabo tibi vi-
neam naboth iesrahelite. Scripsit ita-
q; litteras ex nomine achab: et signa-
vit eas anulo ei⁹: et misit ad maiores
natu: et optimates q̃ erãt in civitate
eius. et habitabãt cũ naboth. Litterarũ
autẽ ista erat sentencia. Predicate

ieiunium et sedere facite naboth inter
primos populi: et submittite duos
viros filios belial cõtra eũ: et falsum
testimonium dicãt. benedixit naboth
deum et regẽ: et educite eum et lapidate:
sicq; moriatur. Fecerũt ergo cives ei⁹
maiores natu et optimates qui habi-
tabant cum eo in urbe sicut preceperat
eis iezabel: et sicut scriptũ erat ĩ litteris
quas miserat ad eos. Predicauerũt
ieiunium: et sedere fecerũt naboth inter
primos populi: et adductis duobus
viris filiis diaboli fecerunt eos sedere
contra eum. At illi scilicet ut viri dia-
bolici: dixerunt contra eũ testimoniũ
coram multitudine. Benedixit naboth
deũ et regem. Quãobrem eduxerũt eũ
extra civitatem: et lapidibus interfecerũt.
Miseruntq; ad iezabel dicentes. Lapi-
datus est naboth: et mortuus ẽ. Factũ
est autem cũ audisset iezabel lapidatũ
naboth et mortuũ: locuta ẽ ad achab.
Surge posside vineam naboth iesra-
helite: q̃ noluit tibi acquiescere et dare
eam accepta pecunia. Nõ enim vivit
naboth: sed mortuus est. Quod cum
audisset achab mortuum videlicet na-
both: surrexit et descendebat in vineã
naboth iesrahelite ut possideret eam.
Factus est igitur sermo dñi ad heliã
thesbiten dicens. Surge: descende in
occursum achab regis israhel: qui est
in samaria. Ecce ad vineam naboth
descendit ut possideat eã. Et loqueris
ad eũ dicens. Hec dicit dominus deus.
Occidisti: insup et possedisti. Et post
hec addes. Hec dicit dñs. In loco hoc
in quo linxerunt canes sanguinem
naboth: lambent quoq; sanguinem
tuum. Et ait achab ad heliam. Num
invenisti me inimicũ tibi? Qui dixit.
Inveni: eo q̃ venundat⁹ sis ut faceres

malum in conspectu dñi. Hec dicit do-
minus. Ecce ego inducā sup te malū:
et demetā posteriora tua: et interficiā
de achab mingentem ad parietem: et
clausum et ultimū in israhel. Et dabo
domum tuam sicut domū iheroboā
filij nabath: et sicut domū baasa filij
ahia: quia egisti ut me ad iracundiā
prouocares. et peccare fecisti isrl. Sed
et de iezabel locutus ē dominus dicēs.
Canes comedent iezabel: ī agro iesra-
hel. Si mortuus fuerit achab in ciui-
tate comedēt eū canes: si autē mortu9
fuerit in agro: comedent eū volucres
celi. Igit̃ non fuit alter talis sicut ach-
ab: q̄ venundatus est ut faceret malū
in conspectu dñi. Concitauit eni eum
iezabel uxor sua: et abominabilis effe-
ctus est: intantum ut sequeretur ydola
que fecerāt amorrei: quos cōsumpsit
dominus a facie filioꝝ israhel. Itaqꝫ
cum audisset achab sermones istos
scidit vestimenta sua: et operuit cilicio
carnem suam: ieiunauitqꝫ ꝛ dormiuit
in sacco: et ambulauit demisso capite.
autē Et factus est sermo domini ad heliam
thesbiten dicens. Nonne vidisti humi-
liatum achab coram me? quia igitur
humiliatus est mei causa: nō inducā
malū in diebꝫ eius: sed ī diebꝫ filij sui
inferam malū domui eius. c. xxii.
Transierunt igit̃ tres anni absqꝫ
bello inter siriam et israhel. In
anno autem tercio descendit iosaphat
rex iuda ad regem israhel. Dixitqꝫ rex
israhel ad seruos suos. Ignoratis q
nostra sit ramoth galaad: et negligi-
mus tollere eam de manu regis sirie?
Et ait ad iosaphat. Veniesne mecum
ad preliandum in ramoth galaad?
Dixitqꝫ iosaphat ad regem isrl. Sicut
ego sum: ita et tu. Populus meus et
populus tuus unum sunt: et equites
mei equites tui. Dixitqꝫ iosaphat ad
regem israhel. Quere oro te hodie ser-
monem domini. Congregauit ergo
rex israhel prophetas: quadringētos
circiter viros: et ait ad eos. Ire de-
beo ī ramoth galaad ad bellandum
an quiescere? Qui rñderunt. Ascende:
et dabit eam dominus ī manu regis.
Dixit autē iosaphat. Non est hic pro-
pheta dñi quispiam: ut interrogemus
per eū? Et ait rex israhel ad iosaphat.
Remansit vir unus per quē possumus
interrogare dominū: sed ego odi eū:
quia nō prophetat michi bonum sed
malum: micheas filius iemla. Cui io-
saphat ait. Ne loquaris ita rex. Vo-
cauit ergo rex isrl' eunuchū quendam:
et dixit ei. Festina adducere micheam
filium iemla. Rex autē isrl' et iosaphat
rex iuda sedebāt: unusquisqꝫ in solio
suo vestiti cultu regio ī area iuxta osti-
um porte samarie: et uniūsi prophete
prophetabant in conspectu eoꝝ. Fecit
quoqꝫ sibi sedechias filius chanana
cornua ferrea et ait. Hec dicit domin9.
His ventilabis siriam: donec deleas
eam. Omnesqꝫ prophete similiter pro-
phetabant dicētes. Ascende ī ramoth
galaad et vade prospere: et tradet do-
minus ī manu regis. Nuncius ve-
ro q̄ ierat ut vocaret micheam: locut9
est ad eū dicens. Ecce s̄mones prophe-
tarum ore uno regi bona predicant.
Sit ergo sermo tuus similis eorum:
et loquere bona. Cui micheas ait. Vi-
uit dominus: quia quodcūqꝫ dixerit
michi dominus hoc loquar. Venit
itaqꝫ ad regem: et ait illi rex. Michea:
ire debemus in ramoth galaad ad
preliandū an cessare? Cui ille rñdit.
Ascende et vade prospere: et tradet

dñs ī manu regis. Dixit autē rex ad
eū. Iterū atq; iterum adiuro te: ut nō
loquaris michi nisi qđ verū est in no-
mine dñi. Et ille ait. Vidi cunctū isrl'
dispersum in mōtibȝ: quasi oves non
habentes pastorē. Et ait dñs. Non ha-
bent isti dñm: revertatur unusquisq; in
domū suā in pace. Dixit ergo rex isrl'
ad iosaphat. Nunquid non dixi tibi
quia nō ꝓphat michi bonū: sed semꝑ
malū? Ille vero addens ait. Propterea
hoc audi sermonem dñi. Vidi dñm se-
dentē sup soliū suū: et omnem exercitū
celi assistentem ei a dextris et a sinistris.
Et ait dñs. Quis decipiet achab regē
israhel ut ascendat: et cadat in ramoth
galaad? Et dixit unus verba huiusce-
modi: et alius aliter. Egressus est autē
spiritus: et stetit corā dño: et ait. Ego
decipiam illū. Cui locutus est dñs. In
quo? Et ille ait. Egrediar: et ero spiritus
mendax in ore oīm ꝓphaꝝ eius. Et di-
xit dñs. Decipies et ꝑvalebis: egredere
et fac ita. Nunc igitur ecce dedit dñs
spiritū mendacij in ore oīm ꝓphetarū
tuoꝝ qui hic sunt: et dñs locutus est
cōtra te malū. Accessit autē sedechias
filius chanana: et percussit micheā in
maxillā et dixit. Me ne ergo dimisit
spiritus dñi: et locutus est tibi? Et ait
micheas. Visurus es ī die illa: quan-
do ingredieris cubiculū intra cubicu-
lum ut abscondaris. Et ait rex israhel.
Tollite micheam et maneat apud am-
mon principē civitatis et apud ioas
filium amalech: et dicite eis. Hec dicit
rex. Mittite virū istum in carcerem: et
sustentate eum pane tribulacōnis et a-
qua angustie: donec revertar in pace.
Dixitq; micheas. Si reversus fueris
in pace: nō est locutus in me dñs. Et
ait. Audite ꝑpli omnes. Ascendit itaq;
rex isrl' et iosaphat rex iuda ī ramoth
galaad. Dixit itaq; rex israhel ad io-
saphat. Sume arma et ingredere pre-
lium: et induere vestibȝ tuis. Porro
rex isrl' mutavit habitū suū: et ingres-
sus est bellū. Rex autem sirie ꝑceperat
principibȝ curruum triginta duobus
dicens. Nō pugnabitis cōtra minorē
et maiorē quēpiā: nisi contra regem
israhel solū. Cum ergo vidissent prin-
cipes curruū iosaphat: suspicati sunt
qđ ipse esset rex israhel: et impetu facto
pugnabant contra eū. Et exclamavit
iosaphat. Intellexeruntq; principes cur-
ruum qđ non esset rex israhel: et cessa-
verunt ab eo. Unus autem quidam
tetendit arcum in incertum sagittam
dirigens: et casu percussit regē israhel
inter pulmonem et stomachū. At ille
dixit aurige suo. Verte manū tuam
et eice me de exercitu: quia graviter vul-
neratus sū. Commissū est ergo preliū
in die illa. Et rex israhel stabat ī curru
suo contra siros: et mortuus ē vespere.
Fluebat autē sanguis plage ī sinum
currus: et preco insonuit in universo
exercitu antequā sol occumberet dicens.
Unusquisq; revertatur in civitatem et
in terram suā. Mortuus est autē rex:
et platus est in samariā. Sepelieruntq;
regem in samaria: et laverūt currū eius
in piscina samarie et linxerunt canes
sanguinē eius: et habenas laverunt
iuxta verbum dñi quod locutus fuerat.
Reliqua autē sermonum achab et uni-
versa que fecit: et domus eburnea quā
edificavit: cunctarūq; urbium quas
extruxit: nonne hec scripta sunt ī libro
verboꝝ dierū regū israhel? Dormivit
ergo achab cū patribus suis: et regnavit
ochozias filius eius pro eo. Iosaphat
vero filius asa regnare ceperat super

iudam: āno quarto achab regis isra-
hel. Trigintaquinq; annoꝝ erat cum
regnare cepisset: ⁊ viginti quinq; ānis
regnauit in ierusalem. Nomen ma-
tris eius azuba: filia salai. Et ambu-
lauit in omni via asa patris sui: ⁊ nō
declinauit ex ea. Fecitq; quod rectum
est in conspectu domini: veruntamen
excelsa non abstulit. Adhuc enim po-
pulus sacrificabat et adolebat incensū
in excelsis. Pacemq; habuit iosaphat
cum rege israhel. Reliqua aūt verboꝝ
iosaphat · et opera eius que gessit et
prelia nonne hec scripta sunt in libro
verborum dierum regum iuda? Sed
et reliquias effeminatorū qui remāse-
rant in diebꝫ asa patris eius abstu-
lit de terra. Nec erat tūc rex constitutus
in edom. Rex vero iosaphat fecerat clas-
ses in mari · que nauigarent ī ophir
propter aurum: et ire non poterant:
quia confracte sunt in asyongaber.
Tunc ait ochozias filius achab ad io-
saphat. Vadāt serui mei cum seruis
tuis in nauibus. Et noluit iosaphat.
Dormiuitq; iosaphat cum patribus
suis: et sepultus est cum eis in ciuitate
dauid patris sui: regnauitq; ioram fi-
lius eius ꝓ eo. Ochozias autem fi-
lius achab regnare ceperat super isra-
hel in samaria anno septimodecimo
iosaphat regis iuda: regnauitq; sup
israhel duobus annis. Et fecit malū
in conspectu domini: et ambulauit
in via patris sui · et matris sue: et in
via ieroboam filij nabath qui pec-
care fecit israhel. Seruiuit quoq; ba-
al et adorauit eum: et irritauit domi-
num deum israhel iuxta omnia que
fecerat pater eius.

Explicit regū tercius. Incipit reg' q̄rt9

Preuaricat9 est autē
moab in isrl': postq̄
mortuus est achab. C. I.
Cediditq; ochozias
ꝑ cancellos cenacli
sui · quod habebat
in samaria et egrotauit: misitq; nun-
cios dicens ad eos. Ite cōsulite beelze-
bub deū accharon: utrū viuere queam
de infirmitate mea hac. Angelus autē
dūi locut9 ē ad heliā thesbiten dicens.
Surge et descende in occursū nūcioꝝ
regis samarie: et dices ad eos. Num-
quid nō ē deus in israhel · ut eatis ad
consulendū beelzebub deū accharon?
Quāobrem hec dicit dūs. De lectulo
sup quē ascendisti nō descendes: sed
morte morieris. Et abijt helias; reuer-
siq; sunt nuncij ad ochoziā. Qui di-
xit eis. Quare reuersi estis? At illi re-
sponderūt ei. Vir occurrit nobis: et di-
xit ad nos. Ite reuertimini ad regem
qui misit vos: et dicetis ei. Hec dicit
dominus. Numquid quia non erat
deus in israhel mittis ut consulatur
beelzebub de9 accharō? Idcirco de lectu-
lo sup quē ascendisti nō descendes: sed
morte morieris. Qui dixit eis. Cuius
figure et habitus est vir ille q̄ occurrit
vobis: et locutus est verba hec? At illi
dixerūt. Vir pilosus: et zona pellicea
accinctus renibꝫ. Qui ait. Helias thes-
bites ē. Misitq; ad eum quinquage-
nariū principē: ⁊ quinquaginta qui
erant sub eo. Qui ascendit ad eū: sedē-
tiq; in vertice mōtis ait. Homo dei:
rex precepit ut descendas. Respōdens
q; helias · dixit quinquagenario. Si
homo dei sum: descendat ignis de celo
et deuoret te et quinquaginta tuos.
Descendit ergo ignis de celo · et deuo-
rauit eū: et quinquaginta qui erant

cū eo. Rursumq; misit ad eū principē
quinquagenariū alterum: et quīqua-
ginta cū eo. Qui locut⁹ est illi. Homo
dei: hec dicit rex. Festina - descende.
Respondens helias ait. Si homo dei
ego sum: descendat ignis de celo et de-
uoret te et quīquaginta tuos. Descen-
dit ergo ignis de celo: et deuorauit illū
et quinquaginta eius. Iterum misit
principē quinquagenariū tercium: et
quīquaginta qui erant cū eo. Qui cū
venisset curuauit genua cōtra heliam:
et precatus est eum et ait. Homo dei:
noli despicere animā meā et animas
seruorum tuorū qui mecum sunt. Ecce
descendit ignis de celo et deuorauit du-
os principes quīquagenarios primos:
et quinquagenos qui cum eis erant.
Sed nunc obsecro ut miserearis ani-
me mee. Locut⁹ est autē angelus dñi
ad heliam dicens. Descende cum eo.
Ne timeas. Surrexit igit̄ et descendit
cum eo ad regem: et locutus est ei. Hec
dicit dñs. Quia misisti nuncios ad
cōsulendū beelzebub deum accaron
quasi nō esset deus in isrl' a quo posses
interrogare sermonem: ideo de lectulo
sup quē ascendisti non descendes: sed
ergo morte morieris. Mortuus est autem
iuxta sermonē dñi quē locut⁹ ē helias:
et regnauit ioram frater eius pro eo:
anno sc̄do ioram filij iosaphat regis
iude. Non enī habebat filiū. Reliqua
autem verborum ochozie que operat⁹
est - nonne hec scripta sunt in libro
sermonum dierum regū israhel? C. II.

Factum est autem cū leuare vellet
dñs heliam per turbinē in celū:
ibant helias et heliseus de galgalis.
Dixitq; helias ad heliseum. Sede hic:
quia dñs misit me usq; in bethel. Cui
ait heliseus. Uiuit dominus - et viuit
anima tua: quia nō derelinquam te.
Cumq; descendissent bethel: egressi sunt
filij prophetarū qui erant in bethel ad heli-
seum: et dixerunt ei. Nunquid nosti:
quia hodie dñs tollet dñm tuū a te?
Qui r̄ndit. Et ego noui. Silete. Dixit
autem helias ad heliseum. Sede hic:
quia dñs misit me in ihericho. Et ille
ait. Uiuit dñs - et viuit anima tua:
quia nō derelinquā te. Cūq; venissent
ihericho: accesserunt filij prophetarū qui
erant in ihericho ad heliseū: et dixerūt
ei. Nunquid nosti: quia dñs hodie
tollet dñm tuum a te? Et ait. Et ego
noui. Silete. Dixit autem ei helias.
Sede hic: quia dñs misit me usq; ad
iordanem. Qui ait. Uiuit dominus -
et viuit anima tua: quia non derelin-
quam te. Ierunt igitur ambo pariter:
et quinquaginta viri de filijs prophetarū
secuti sunt eos. Qui et steterūt econtra
longe. Illi autem ambo stabant sup
iordanem. Tulitq; helias palliū suum
et inuoluit illud: et percussit aquas q̄
diuise sunt i utranq; partē: et transie-
runt ambo per siccū. Cūq; transissent:
helias dixit ad heliseum. Postula qd̄
vis: ut faciam tibi anteq̄ tollar a te.
Dixitq; heliseus. Obsecro ut fiat i me
duplex spiritus tuus. Qui respondit.
Rem difficilem postulasti. Et tamen
si videris me quādo tollar a te erit qd̄
petisti: si autem non videris - non erit.
Cumq; pergerent et incedentes sermoci-
narentur: ecce currus igneus et equi i-
gnei diuiserunt utrunq;. Et ascendit
helias p turbinem in celum: heliseus
autē videbat et clamabat. Pater mi
pater mi: currus israhel et auriga eius.
Et nō vidit eū amplius. Apprehendit
q; vestimenta sua: et scidit illa i duas
partes. Et leuauit palliū helie quod

ceciderat ei. Reuersusq; stetit sup ripā
iordanis: et pallio helie qd̄ ceciderat
ei percussit aquas: et non sunt diuise.
Et dixit. Ubi est deus helie etiā nūc?
Percussitq; aquas: et diuise sunt huc
atq; illuc: et transijt heliseus. Videntes
autem filij pphetar̄ qui erāt ī iericho
decontra dixerunt. Requieuit spiritus
helie super heliseum. Et venientes in
occursum eius adorauerūt eū proni
in terram: dixerūtq; illi. Ecce cū seruis
tuis sunt quinquaginta viri fortes· q
possunt ire· et querere dominū tuum:
ne forte tulerit eum spiritus domini et
proiecerit eum in unum mōtium aut
in unā valliū. Qui ait. Nolite mittere.
Coegeruntq; eum: donec acquiesceret
et diceret. Mittite. Et miserūt quinqua-
ginta viros. Qui cum quesissent trib;
diebus: nō inuenerunt. Et reuersi sūt
ad eum. At ille habitabat in iericho;
et dixit eis. Nunquid nō dixi vobis:
nolite mittere? Dixerunt quoq; viri ci-
uitatis ad heliseum. Ecce habitacio ci-
uitatis huius optima est sicut tuipse
dn̄e prospicis: sed aque pessime sunt:
et terra sterilis. At ille ait. Afferte mi-
chi vas nouum: et mittite in illud sal.
Quod cū attulissent: egressus ad fon-
tem aquarū misit in illum sal: et ait.
Hec dicit dominus. Sanaui aquas
has: et nō erit ultra in eis mors neq;
sterilitas. Sanate sūt ergo aque usq;
addiem hanc: iuxta verbū helisei qd̄
locutus est. Ascendit autem inde heli-
seus in bethel. Cumq; ascenderet p viā
pueri parui egressi sunt de ciuitate: et
illudebant ei dicētes. Ascende calue:
ascende calue. Qui cū respexisset vidit
eos: ꝛ maledixit eis ī nomine domini.
Egressiq; sunt duo ursi de saltu: et la-
cerauerunt ex eis quadragintaduos
pueros. Abijt aūt inde ī montē carme-
li: et inde reuersus ē in samariā. ca. iii.
Ioram vero filius achab regnauit sup
israhel ī samaria: āno decimooctauo
iosaphat regis iude. Regnauitq; duo-
decim annis: et fecit malum coram
dn̄o: sed non sicut pater suus ꝛ mater.
Tulit enim statuas baal quas fecerat
pater eius; veruntamen in peccatis ihe-
roboam filij nabath qui peccare fecit
israhel adhesit: nec recessit ab eis. Por-
ro mesa rex moab nutriebat pecora
multa: et soluebat regi israhel centum
milia agnorum· et centū milia arietū
cum velleribȝ suis. Cumq; mortuus
fuisset achab: preuaricatus est fedus
qd̄ habebat cum rege israhel. Egressus
est igit̄ rex ioram in die illa de sama-
ria: ꝛ recensuit uniuersum israhel: mi-
sitq; ad iosaphat regem iuda dicens.
Rex moab recessit a me: veni mecū con-
tra eū ad preliū. Qui rn̄dit. Ascendā. moab
Qui meus est tuus est; populus me9
populus tuus: ꝛ equi mei equi tui. Di-
xitq;. Per quam viam ascendemus?
At ille respōdit. Per desertū ydumee.
Perrexerunt igit̄ rex israhel et rex iuda
et rex edom· et circuierūt p viam septē
dierū: nec erat aqua exercitui et iumē-
tis que sequebantur eos. Dixitq; rex
israhel. Heu heu heu: Congregauit nos
dn̄s tres reges: ut traderet in manu
moab. Et ait iosaphat. Est ne hic
propheta dn̄i: ut deprecemur dn̄m p
eum? Et respondit unus de seruis re-
gis israhel. Est hic heliseus filius sa-
phat: qui fundebat aquam sup ma-
nus helie. Et ait iosaphat. Est apud
eum sermo dn̄i. Descenditq; ad eum
rex israhel et iosaphat rex iuda: et rex
edom. Dixit autem heliseus ad regem
israhel. Quid michi et tibi est? Vade

ad pphetas pris tui et matris tue. Et
ait illi rex israhel. Quare congregavit
dñs tres reges hos ut traderet eos in
manus moab? Dixitq; ad eum heli-
seus. Vivit dñs exercituum in cuius
conspectu sto: q si nō vultū iosaphat
regis iude erubescerem: nō attendissem
quidem te. nec respexissem. Nunc autē
adducite michi psaltem. Cūq; caneret
psaltes: facta est super eum man⁹ dñi.
Et ait. Hec dicit dñs. Facite alueum
torrentis huius fossas et fossas. Hec
enim dicit dñs. Non videbitis ventū
neq; pluviā: et alueus iste replebitur
aquis: et bibetis vos et familie vestre
et iumēta vestra. Parumq; est hoc in
conspectu domini: insup tradet etiam
moab ī manus vestras. Et percutietis
omnem civitatem munitam ⁊ omnem
urbem electam: et universum lignum
fructiferum succidetis cunctosq; fontes
aquar obturabitis: et omnē agrum
egregium operietis lapidibus. Factū
est igitur mane quando sacrificium
offerri solet: et ecce aque veniebant per
viam edom. Et repleta est terra aquis.
Universi autē moabite audientes qđ
descendissent tres reges ut pugnarent
adversus eos convocaverunt omnes
qui accincti erant balteo desuper: et
steterunt in terminis. primoq; mane
surgentes. et orto iam sole ex adverso
aquarum: viderunt moabite econtra
aquas rubras quasi sanguinē: dixe-
runtq;. Sanguis gladii ē. Pugnaue-
runt reges cōtra se: et cesi sunt mutuo.
Nunc perge ad predam moab. Per-
rexeruntq; in castra israhel. Porro con-
surgens israhel percussit moab: at illi
fugerunt coram eis. Venerunt igitur
qui vicerant. et percusserunt moab. et
civitates destruxerūt: et omnem agrum

optimum mittentes singuli lapides
repleverunt: et universos fontes aquar
obturaverūt: et omīa ligna fructifera
succiderunt: ita ut muri tantū fictiles
remanerēt. Et circumdata est civitas a
fundibulariis: ⁊ magna ex parte per-
cussa. Quod cum vidisset rex moab
prevaluisse scilicet hostes tulit secum
septingentos viros educētes gladiū
ut irrumperent ad regem edom: et nō
potuerūt. Arripiensq; filium suū pri-
mogenitum qui regnaturus erat pro
eo obtulit olocaustum sup murum:
et facta est indignatio magna in isra-
hel. Statimq; recesserunt ab eo. et
reversi sunt in terram suam. ca. iiii.
Mulier autē quedam de uxoribus
prophetar clamabat ad heliseū
dicēs. Servus tuus vir meus mortu⁹
est: et tu nosti quia servus tuus fuit ti-
mens deum. Et ecce creditor venit: ut
tollat duos filios meos ad serviendū
sibi. Cui dixit heliseus. Quid vis ut
faciam tibi? Dic michi. Quid habes
in domo tua? At illa respondit. Nō
habeo ancilla tua quicq̄ ī domo mea:
nisi parum olei quo ungar. Cui ait.
Vade. pete mutuo ab omībȝ vicinis
tuis vasa vacua nō pauca: et ingrede-
re et claude ostium tuū cum intrinsec⁹
fueris tu et filii tui. ⁊ mitte inde in oīa
vasa hec: et cum plena fuerint tolles.
Ivit itaq; mulier: et clausit ostiū sup
se et super filios suos. Illi offerebant
vasa: et illa infundebat. Cumq; plena
fuissent vasa: dixit ad filiū suū. Affer
michi adhuc vas. Et ille respondit.
Non habeo. Stetitq; oleū. Venit aūt
illa et indicavit homini dei. Et ille.
Vade inquit vende oleum et redde
creditori tuo: tu autem ⁊ filii tui vivite
de reliquo. Facta est autem quedam

dies: et transibat heliseus per sunam
ciuitatem. Erat autem ibi mulier ma-
gna: que tenuit eū ut comederet panē.
Cumq; frequenter inde transiret: diuer-
tebat ad eam ut comederet panē. Que
dixit ad virū suū. Animaduerto q
vir dei sanctus est iste: q̄ transit p nos
frequenter. Faciamus ergo ei cenaculū
paruum: et ponamus ei in eo lectulū
et mensam et sellam ⁊ candelabrum:
ut cū venerit ad nos maneat ibi. Fa-
cta ē ergo dies quedā: ⁊ veniens diuer-
tit in cenaculū: ⁊ requieuit ibi. Dixitq;
ad giezi puerum suum. Voca suna-
miten istam. Qui cum vocasset eam·
et illa stetisset coram eo: dixit ad puerū
suū. Loquere ad eam. Ecce sedule in o-
mnibȝ ministrasti nobis: quid vis ut
faciā tibi? Numquid habes negociū:
et vis ut loquar regi siue principi mi-
licie? Que respōdit. In medio populi
mei habito. Et ait. Quid ergo vult ut
faciam ei? Dixitq; giezi. Ne queras.
Filium enī nō habet: et vir eius senex ē.
Precepit itaq; ut vocaret eā. Que cū
vocata fuisset et stetisset ad hostium:
dixit ad eam. In tempore isto in hac
eadem hora si vita comes fuerit: habe-
bis in vtero filium. At illa. Noli que-
so domine mi vir dei: noli mentiri an-
cille tue. Et concepit mulier: et peperit
filiū in tempore ⁊ in hora eadem qua
dixerat heliseus. Creuit autem puer: et
cum esset quedam dies ⁊ egressus isset
ad patrem suū ad messores: ait patri
suo. Caput meum doleo. At ille dixit
puero. Tolle: et duc eum ad matrē suā.
Qui cū tulisset et duxisset eum ad ma-
trem suam: posuit eum illa super ge-
nua sua usq; ad meridiem: et mortu-
us est. Ascendit autem et collocauit
eum super lectū hominis dei: ⁊ clausit
ostiū. Et egressa vocauit virū suū. Et
ait. Mitte mecū obsecro vnū de pueris
et asinā: ut excurram usq; ad hominē
dei ⁊ reuertar. Qui ait illi. Quamob-
causam vadis ad eum? Hodie non
sūt kalende neq; sabbatū. Que respon-
dit. Vadam. Strauitq; asinam: et
precepit puero. Mina et propera: ne mi-
chi moram facias in eundo: et hoc
age quod p̄cipio tibi. Profecta ē igit̄:
et venit ad virū dei in monte carmeli.
Cumq; vidisset eam vir dei econtra:
ait ad giezi puerū suū. Ecce sunami-
tis illa. Vade ergo ī occursum eius:
et dic ei. Recte ne agitur circa te ⁊ circa
virum tuum: et circa filiū tuum? Que
respōdit. Recte. Cūq; venisset ad virū
dei in montem apprehendit pedes eius:
et accessit giezi ut amoueret eam. Et
ait homo dei. Dimitte illam. Anima
enim eius in amaritudine est: et dn̄s
celauit a me · et non indicauit michi.
Que dixit illi. Numquid petiui filiū a
domino meo? Numquid nō dixi tibi:
ne illudas me? Et ille ait ad giezi. Ac-
cinge lumbos tuos: et tolle baculum
meū in manu tua et vade. Si occurre-
rit tibi homo non salutes eum: et si
salutauerit te quispiam nō respōdeas
illi. Et pones baculum meū sup faciē
pueri. Porro mater pueri ait. Viuit
dominus et viuit anima tua: non di-
mittam te. Surrexit ergo: et secutus ē
eam. Giezi autē precesserat ante eos:
et posuerat baculum super faciē pueri:
et non erat vox neq; sensus. Reuersus
q; est in occursum eius: et nunciauit
ei dicēs. Non surrexit puer. Ingressus
est ergo heliseus domum: et ecce puer
mortuus iacebat in lectulo eius. Ingres-
susq; clausit ostiū super se ⁊ sup puerū:
et orauit ad dominū. Et ascendit · et

incubuit super puerū: posuitq; os suū
sup os ei⁹ et oculos suos sup oculos
eius· et manus suas super man⁹ eius,
et incuruauit se sup eū: et calefacta est
caro pueri. At ille reuersus· deambula-
bat ī domo semel huc atq; illuc: ⁊ ascen-
dit ⁊ incubuit super eum. Et oscitauit
puer septies: aperuitq; oculos. Et ille
vocauit giezi: et dixit ei. Voca suna-
miten hanc. Que vocata ingressa est
ad eū. Qui ait. Tolle filiū tuū. Venit
illa et corruit ad pedes eius: et adora-
uit super terram. Tulitq; filium suum·
et egressa est: et heliseus reuersus est in
galgala. Erat autem fames in terra:
et filij ꝓphetaꝝ habitabant coram eo:
dixitq; uni de pueris suis. Pone ollā
grandem: et coque pulmentum filijs
prophetaꝝ. Et egressus ē unus ī agrū:
ut colligeret herbas agrestes. Inuenit-
q; quasi vitem siluestrem: ⁊ collegit ex
ea coloquintidas agri et impleuit pal-
lium suū: ⁊ reuersus cōscidit in ollam
pulmenti. Nesciebat enim quid esset.
Infuderunt igr̄ socijs ut comederent.
Cūq; gustassent de coctione: exclama-
uerunt dicentes. Mors in olla vir dei.
Et nō potuerūt comedere. At ille: affer-
te inquit farinā. Cūq; tulissent: misit
in ollam ⁊ ait. Infunde turbe ut come-
dant. Et nō fuit ampli⁹ quicq̄ ama-
ritudinis ī olla. Vir aūt quidā venit
de balsalisa deferens viro dei panes
ꝑmitiaꝝ· et viginti panes ordeaceos:
⁊ frumētum nouū ī pera sua. At ille di-
xit. Da ꝑplo ut comedat. Rn̄ditq; ei mi-
nister ei⁹. Quantū ē hoc ut apponam
coram centum viris? Rursum ille: da
ait populo ut comedat. Hec enim di-
cit dominus. Comedent: et supererit.
Posuit itaq; coram eis. Qui comede-
runt: ⁊ supfuit iuxta verbū dn̄i. ca. v.

Naaman princeps militie regis
sirie erat vir magn⁹ aput domi-
num suum: et honoratus. Per illum
enī dedit dominus salutem sirie. Erat
autem vir fortis ⁊ diues: sed leprosus.
Porro de siria egressi fuerāt latrunculi:
et captiuam duxerant de terra israhel
puellā paruulā: que erat ī obsequio
uxoris naaman. Que ait ad dn̄am
suam. Utinā fuisset dominus meus
ad ꝓphetam qui est in samaria: profe-
cto curasset eū a lepra quā habet. In-
gressus est itaq; naaman ad dn̄m su-
um: et nunciauit ei dicens. Sic et sic
locuta est puella de terra israhel. Dixit-
q; ei rex sirie. Uade: et mittā litteras
ad regem israhel. Qui cum profectus
esset et tulisset secum decem talenta ar-
genti et sex milia aureos· et decē muta-
toria vestimētorū: detulit litteras ad
regem israhel in hec verba. Cum acce-
peris epistolam hanc: scito ꝙ miserim
ad te naaman seruū meū ut cures eū
a lepra sua. Cumq; legisset rex israhel
litteras: scidit vestimenta et ait. Num-
quid deus ego sum ut occidere possim
et viuificare: quia iste misit ad me ut
curem hominē a lepra sua? Animad-
uertite et videte: ꝙ occasiones querat
aduersum me. Quod cum audisset
heliseus vir dei· scidisse videlicet regē
israhel vestimenta sua: misit ad eum
dicens. Quare scidisti vestimēta tua?
Ueniat ad me: et sciat esse ꝓphetā in
israhel. Uenit ergo naaman cū equis
et curribus: et stetit ad ostium domus
helisei. Misitq; ad eum heliseus nun-
cium dicens. Uade et lauare septies
in iordane: et recipiet sanitatem caro
tua atq; mūdaberis. Irat⁹ naaman·
recedebat dicens. Putabam ꝙ egrede-
retur ad me· et stans inuocaret nomē

dn̄i dei sui: et tangeret manu sua locū
lepre: et curaret me. Nunquid nō me-
liores sunt abana et pharfar fluuij da-
masci omnibus aquis israhel. ut lauer ī
eis et munder? Cum ergo vertisset se
et abiret indignans: accesserūt ad eū
servi sui et locuti sūt ei. Pater: et si rem
grandē dixisset tibi propheta. certe facere
debueras. Quātomagis quia nunc
dixit tibi lauare et mūdaberis? Descen-
dit et lauit septies in iordane iuxta ser-
monem viri dei: et restituta ē caro eius
sicut caro pueri paruuli: et mundatus
est. Reuersusq; ad virum dei cū uniuerso
comitatu suo: venit et stetit coram eo
et ait. Vere scio quod non sit alius deus
in universa terra: nisi tantū in israhel.
Obsecro itaq; ut accipias benedictio-
nem a servo tuo. At ille respondit. Vi-
uit dominus ante quē sto: quia non
accipiā. Cūq; vim faceret: penit⁹ nō ac-
quieuit. Dixitq; naaman. Ut vis.
Sed obsecro cōcede michi servo tuo: ut
tollā onus duorū burdonū de terra. Nō
enī faciet ultra servus tuus olocaustū
aut victimā dijs alienis: nisi domino.
Hoc aūt solum est de quo depreceris
dn̄m pro servo tuo: quādo ingredietur
dn̄s meus templū remmō ut adoret.
et illo innitente super manū meam. si
adorauero in templo remmon. ado-
rante eo in eodē loco: ut ignoscat mi-
chi dominus servo tuo pro hac re. Qui
dixit ei. Vade in pace. Abijt ergo ab
eo: electo tempore terre. Dixitq; giezi
puer viri dei. Pepercit dn̄s meus naa-
man siro isti: ut nō acciperet ab eo q̄
attulit. Viuit dominus quia curram
post eum: et accipiam ab eo aliquid.
Et secutus est giezi post tergum naa-
man. Quem cum vidisset ille currentē
ad se: desiliit de curru ī occursum eius

et ait. Recte ne sunt omnia? Et ille ait.
Recte. Dn̄s meus misit me ad te dicēs.
Modo venerūt ad me duo adolescen-
tes de monte ephraim: ex filijs prophetarū.
Da eis talentum argenti: et vestes mu-
tatorias duplices. Dixitq; naaman.
Melius ē ut accipias duo talenta. Et
coegit eum: ligauitq; duo talenta ar-
genti in duobus saccis. et duplicia ve-
stimenta et imposuit duobus pueris
suis: qui et portauerunt corā eo. Cūq;
venisset iam vespere: tulit de manu eorū.
et reposuit in domo: dimisitq; viros
et abierunt: ipse autem ingressus stetit
corā dn̄o suo. Et dixit heliseus. Unde
venis giezi? Qui respondit. Non iuit
servus tuus quoquā. At ille ait. Nōne
cor meum in presenti erat: quando re-
uersus est homo de curru suo in occur-
sum tui? Nunc igitur accepisti argentū
et accepisti vestes. ut emas oliueta. et
vineas et oues et boues et servos et an-
cillas. Sed et lepra naaman adherebit
tibi et semini tuo usq; ī sempiternū. Et
egressus ē quasi nix ab eo leprosus. c. vi.
Dixerunt aūt filij prophetarū ad heli-
seum. Ecce locus in quo habita-
mus corā te. angustus est nobis. Ea-
mus usq; ad iordanem et tollant sin-
guli de silua materias singlas: ut edi-
ficemus nobis ibi locū ad habitandū.
Qui dixit. Ite. Et ait un⁹ ex illis. Ve-
ni ergo et tu cum servis tuis. Respōdit.
Ego veniam. Et abijt cum eis. Cumq;
venissent ad iordanem: cedebāt ligna.
Accidit autē: ut cū unus materiā suc-
cidisset. caderet ferrum securis ī aquā.
Exclamauitq; ille et ait. Heu heu heu
dn̄e mi: et hoc ipsum mutuo acceperam.
Dixit aūt homo dei. Ubi cecidit? At
ille mōstrauit ei locū. Precidit ergo
lignū: et misit illuc. Natauitq; ferrum.

Et ait. Tolle. Qui extendit manum: et
tulit illud. Rex autem sirie pugnabat
contra israhel: consiliūq; iniit cū servis
suis dicēs. In loco illo et illo ponamꝰ
insidias. Misit itaq; vir dei ad regē
israhel dicēs. Cave ne transeas ī locū
illū: quia ibi siri ī insidijs sūt. Misit
itaq; rex israhel ad locū quē dixerat ei
vir dei et ꝑoccupavit eū: et observavit
se ibi nō semel neq; bis. Conturbatūq;
est cor regis sirie pro hac re: et convo-
catis servis suis ait. Quare non indi-
catis michi quis ꝓditor mei sit apud
regem israhel? Dixitq; unus servorū
eius. Nequaq̄ dñe mi rex: sed heliseus
propheta qui est ī israhel indicat regi
israhel omīa verba quecumq; locutus
fueris in conclavi tuo. Dixitq; eis. Ite
et videte ubi sit: ut mittam et capiā eū.
Annunciaverūtq; ei dicētes. Ecce in do-
thaim. Misit ergo illuc equos et cur-
rus: et robur exercitus. Qui cū venissent
nocte: circumdederūt civitatē. Consur-
gens autem diluculo minister viri dei
egressus est: viditq; exercitum ī circuitu
civitatis et equos et currus. Nuncia-
vitq; ei dicēs. Heu heu heu domine mi
quid facienꝰ? At ille respōdit. Noli
timere. Plures enī nobiscū sunt: q̄ cū
illis. Cumq; orasset heliseus ait. Dñe:
aperi oculos huius ut videat. Et ape-
ruit dñs oculos pueri: et vidit: et ecce
mons plenus equorū et curruū igneo-
rum in circuitu helisei. Hostes vero de-
scenderunt ad eum. Porro heliseus o-
ravit ad dominū dicēs. Percute obse-
cro gentem hanc cecitate. Percussitq;
eos dñs ne viderent: iuxta verbum he-
lisei. Dixit aūt ad eos heliseus. Non
est hec via: neq; ista est civitas. Sequi-
mini me: et ostendam vobis virū quē
queritis. Duxit ergo eos ī samariam.
Cūq; ingressi fuissent ī samariā: dixit
heliseus. Domine: aperi oculos istorū
ut videant. Aperuitq; dñs oculos eorū:
et viderūt se esse in medio samarie. Di-
xitq; rex israhel ad heliseū: cū vidisset
eos. Numquid percutiā eos pater mi?
Et ille ait. Non percuties. Neq; enim
cepisti eos gladio et arcu tuo: ut percu-
tias. Sed pone panē et aquā coram
eis: ut comedant et bibant: et vadant
ad dominū suum. Appositaq; est eis
ciborum magna ꝑparatio. Et comede-
runt et biberūt: et dimisit eos: abierūt
q; ad dñm suum. Et ultra nō venerūt
latrones sirie in terram israhel. Factū
est autē post hec congregavit benadab
rex sirie universum exercitum suum: et
ascendit et obsidebat samariā. Facta
q; est fames magna in samaria: et tā
diu obsessa ē donec venundaret caput
asini octogita argēteis: et quarta pars
cabi stercoris columbarū quinq; argen-
teis. Cūq; rex israhel transiret ꝑ murū:
mulier quedā exclamavit ad eū dicēs.
Salva me dñe mi rex. Qui ait. Nō te
salvet dominus. Unde te possū salva-
re? De area: aut de torculari? Dixitq;
ad eā rex. Quid tibi vis? Que respon-
dit. Mulier ista dixit michi. Da filiū
tuū ut comedamus eū hodie: et filium
meū comedemus cras. Coximus ergo
filium meū: et comedimus. Dixiq; ei
die altera. Da filiū tuū: ut comedamꝰ
eum. Que abscondit filiū suū. Quod
cum audisset rex scidit vestimēta sua:
et transiebat ꝑ murū. Viditq; omīs
ꝑpls cilicium quo vestitus erat ad car-
nem intrinsecus. Et ait rex. Hec michi
faciat deus: et hec addat: si steterit ca-
put helisei filij saphat sup ipm hodie.
Heliseus aūt sedebat in domo sua: et
senes sedebant cum eo. Premisit itaq;

virum; et anteq̃ veniret nuncius: ille
dixit ad senes. Numquid scitis q mi-
serit filius homicide hic ut p̄scidatur
caput meum? Videte ergo: cū venerit
nuncius · claudite ostiū: et nō sinatis
eū introire. Ecce enī sonitus pedū dn̄i
eius post eū est. Adhuc illo loquente
eis: apparuit nuncius qui veniebat ad
eū. Et ait. Ecce tantū malū a dn̄o est.
Quid amplius expectabo a dn̄o? c. vii.
Dixit aūt heliseus. Audite verbū
domini. Hec dicit dn̄s. In tem-
pore hoc cras · modius simile uno stā-
tere erit: et duo modii ordei statere uno
in porta samarie. Respondens unus
de ducibz sup cuius manū rex incum-
bebat homini dei ait. Si dominus
fecerit etiam catharactas in celo: num-
quid poterit esse qd̄ loqueris? Qui ait.
Videbis oculis tuis: et inde nō come-
des. Quatuor ergo viri erant leprosi
iuxta introitum porte: qui dixerūt ad
invicem. Quid hic esse volumus donec
moriamur? Sive ingredi voluerimus
civitatem fame moriemur: sive man-
serimus hic moriendū nobis ē. Venite
ergo et transfugiamus ad castra sirie.
Si pepercerint nobis vivemus: si aūt
occidere voluerint: nichilominus mo-
riemur. Surrexerunt ergo vesperi: ut
venirent ad castra sirie. Cūq; venissent
ad principium castroꝝ sirie: nullum
ibidem repererūt. Siquidē dominus
sonitum audiri fecerat in castris sirie ·
curruū et equorū: et exercitus plurimi.
Dixeruntq; ad invicem. Ecce mercede
cōduxit adversum nos rex israhel re-
ges ethеoꝝ et egipcioꝝ: et venerūt sup
nos. Surrexerunt ergo et fugerūt in te-
nebris: et dereliquerūt tentoria sua et e-
quos et asinos in castris: fugeruntq;
animas tantū suas salvare cupiētes.

Igitur cū venissent leprosi illi ad prin-
cipiū castrorū ingressi sunt unū taber-
naculū: et comederūt et biberūt. Tulerūt
q; inde argentū et aurum et vestes: et
abierunt et absconderunt. Et rursum
reversi sunt ad aliud tabernaculū: et
inde similiter auferentes absconderūt.
Dixeruntq; ad invicem. Non recte fa-
cimus. Hec enim dies boni nuncii est.
Si tacuerimus et noluerimus nūciare
usq; mane: sceleris arguemur. Venite
eamus: et nunciemus in aula regis.
Cumq; venissent ad portam civitatis:
narraverūt eis dicentes. Ivimus ad
castra sirie et nullū ibidem repperimus
hominē: nisi equos et asinos alliga-
tos: et fixa tentoria. Ierunt ergo porta-
rii: et nunciaverunt in palacio regis
intrinsecus. Qui surrexit nocte: et ait
ad servos suos. Dico vobis quid fe-
cerint nobis siri. Sciunt quia fame
laboramus: et idcirco egressi sunt de
castris: et latitant ī agris dicētes. Cū
egressi fuerint de civitate capiemus eos
vivos: et tunc civitatē ingredi poteri-
mus. Respondit autem unus servoꝝ
eius. Tollamus quinq; equos qui re-
manserunt in urbe: quia ipi tantum
sunt in universa multitudine israhel.
alii enim consumpti sunt: et mittentes
explorare poterimus. Adduxerūt ergo
duos equos: misitq; rex in castra siro-
rum dicens. Ite et videte. Qui abierūt
post eos usq; ad iordanem. Ecce aūt o-
mnis via plena erat vestibz et vasis: q̄
proiecerant siri cum turbarent. Rever-
siq; nūcii indicaverūt regi. Et egressus
ppls diripuit castra sirie: factusq; est
modius simile statere uno · et duo mo-
dii ordei statere uno: iuxta verbū dn̄i.
Porro rex ducem illum in cuius manu
incumbebat cōstituit ad portam: quem

conculcauit turba in introitu porte et
mortuꝰ est: iuxta qđ locutꝰ fuerat vir
dei quādo descenderat rex ad eum. Fa-
ctumqꝫ ē sc̄dm sermonē viri dei · quem
dixerat regi quādo ait · duo modij or-
dei statere uno erūt · et modius simile
statere uno hoc eodem tempore eras
in porta samarie: quādo respōderat
dux ille viro dei et dixerat · etiā si dn̄s
fecerit catharactas in celo numquid po-
terit fieri qđ loqueris: ⁊ dixit ei videbis
oculis tuis · et inde nō comedes. Eue-
nit ergo ei sicut p̄dictū erat: ⁊ cōculca-
uit eū ppl's ī porta: ⁊ mortuꝰ ē. ca. viii.

Heliseus autē locutus est ad mulie-
rem: cuius viuere fecerat filium
dicens. Surge. vade tu ⁊ domꝰ tua: ⁊
pegrinare ubicūqꝫ repereris. Vocabit
enī dn̄s famem: et veniet super terram
septem ānis. Que surrexit et fecit iuxta
verbū hominis dei: ⁊ vadens cū domo
sua: pegrinata est in terra philistijm
diebꝫ multis. Cumqꝫ finiti essent anni
septem: reuersa est mulier de terra phili-
stijm. Et ingressa est: ut interpellaret
regem p domo sua · et pro agris suis.
Rex autē loquebat̄ cū giezi puero viri
dei dicens. Narra michi oīa magna-
lia q̄ fecit heliseus. Cūqꝫ ille narraret
regi quomō mortuū suscitasset: appa-
ruit mulier cuius viuificauerat filium
clamās ad regē pro domo sua ⁊ pro
agris suis. Dixitqꝫ giezi. Dn̄e mi rex
hec ē mulier: ⁊ hic ē filius eiꝰ quē susci-
tauit heliseus. Et interrogauit rex mu-
lierem. Que narrauit ei. Deditqꝫ ei rex
eunuchum unum dicens. Restitue ei
omīa que sua sunt: et uniuersos red-
ditus agrorū a die qua reliquit terrā
usqꝫ ad p̄sens. Venit quoqꝫ heliseus
damascum: et benadab rex sirie egro-
tabat. Nūciaueruntqꝫ ei dicētes. Venit
vir dei huc. Et ait rex ad azahel. Tolle
tecū munera et vade ī occursum viri
dei: et consule dn̄m p eum dicens. Si
euadere potero de infirmitate mea hac?
Iuit igit̄ azahel in occursū eiꝰ habens
secum munera · et omīa bona damasci
onera quadraginta camelorū. Cumqꝫ
stetisset coram eo ait. Filius tuus be-
nadab rex sirie misit me ad te dicens.
Si sanari potero de infirmitate mea
hac? Dixitqꝫ ei heliseus. Vade dic ei.
Sanaberis. Porro ostendit michi
dominus: quia morte morietur. Ste-
titqꝫ cum eo: et cōturbatus est usqꝫ ad
suffusionem vultus. Fleuitqꝫ vir dei.
Cui azahel ait. Quare dominus meus
flet? At ille dixit. Quia scio q̄ facturꝰ
sis filijs israhel mala. Ciuitates eorū
munitas igne succendes: et iuuenes
eorum interficies gladio: ⁊ paruulos
eoꝝ elides · et pregnantes diuides. Di-
xitqꝫ azahel. Quid enī sū seruus tuus
canis: ut faciam rem istam magnā?
Et ait heliseus. Ostendit michi domi-
nus te regem sirie fore. Qui cū recessis-
set ab heliseo: venit ad dominū suum.
Qui ait ei. Quid tibi dixit heliseus?
At ille respondit. Dixit michi: recipies
sanitatē. Cūqꝫ venisset dies altera · tu-
lit stragulū ⁊ infudit aquā: et expādit
super faciē eius. Quo mortuo: regna-
uit azahel pro eo. Anno quīto iorā
filij achab regis israhel regnauit iorā ⁊ iosaphat regis iude.
filius iosaphat rex iuda. Trigintadu-
orū ānoꝝ erat cum regnare cepisset: ⁊
octo annis regnauit in ierusalē. Am-
bulauitqꝫ in vijs regum israhel: sicut
ambulauerat domus achab. Filia enī
achab erat uxor eius. Et fecit qđ malū
est in con[illegible] domino. Noluit autē
dominus disperdere iudam ꝓpter da-
uid seruū suum: sicut ꝓmiserat ei ut

daret illi lucernā· et filijs eius cunctis
diebus. In diebus eius recessit edom
ne esset sub iuda: et cōstituit sibi regē.
Venitq; iorā seira: et omnis exercitus
cū eo. Et surrexit nocte: percussitq; ydu-
meos qui eum circumdederant· et prin-
cipes curruū. Populus aūt fugit in
tabernacula sua. Recessit ergo edom ne
esset sub iuda: usq; ad diē hanc. Tunc
recessit et lobna ī tēpore illo. Reliqua
aūt sermonū iorā et uniūsa que fecit:
nōne hec scripta sunt in libro verbor
dierū regū iuda? Et dormiuit ioram
cum patribus suis: sepultusq; ē cum
eis ī ciuitate dauid: et regnauit aa-
zias fili⁹ eius pro eo. Anno duodeci-
mo iorā filij achab regis isrl': regna-
uit azias filius ioram regis iude.
Viginti duor annorū erat ahazias
cū regnare cepisset: et uno āno regna-
uit in ihrlm. Nomen matris eius a-
talia filia amri regis isrl': et ambula-
uit in vijs domus achab: et fecit qđ
malū est corā dño sicut dom⁹ achab.
Gener enī domus achab fuit. Abijt
q; cum ioram filio achab ad prelian-
dū contra azahel regē sirie in ramoth
galaad: et vulnerauerunt siri ioram.
Qui reuersus ē· ut curaretur ī iezrahel:
quia vulnerauerūt eū siri in ramoth
p̄liantē cōtra azahel regem sirie. Por-
ro azias filius ioram rex iuda de-
scendit inuisere ioram filium achab
in iezrahel: quia egrotabat ibi. ca. ix.
Heliseus autē propheta vocauit
unū de filijs prophetarū: et ait
illi. Accinge lumbos tuos: et tolle len-
ticulā olei hanc in manu tua: et vade
in ramoth galaad. Cumq; veneris il-
luc: videbis iehu filium iosaphat filij
namsi. Et ingressus suscitabis eum
de medio fratrum suor et introduces
in interi⁹ cubiculū: tenensq; lenticulā
olei fundes super caput eius: et dices.
Hec dicit dñs. Unxi te regem sup isra
hel. Aperiesq; ostiū et fugies: et non
ibi subsistes. Abijt ergo adolescens pu
er p̄phete in ramoth galaad: et ingres-
sus est illuc. Ecce autē principes exerci-
tus sedebant. Et ait. Verbum michi
ad te o prīceps. Dixitq; iehu. Ad quē
ex omībz nobis? At ille dixit. Ad te
o princeps. Et surrexit: et ingressus ē
cubiculum. At ille fudit oleum super
caput eius. Et ait. Hec dicit dominus
deus israhel. Unxi te regem sup p̄p̄lm
domini israhel: et percuties domū achab
dñi tui. ut ulciscar sanguinē seruorū
meor p̄phetar· et sanguinem omniū
seruor dñi de manu iezabel: perdam
q; omnem domū achab. Et interfici-
am de domo achab mingentem ad
parietem: et clausum et nouissimum
in israhel. Et dabo domū achab sicut
domū iheroboā filij nabath: et sicut
domū baasa filij ahia. Iezabel q;
comedent canes in agro iezrahel: nec
erit qui sepeliat eam. Aperuitq; ostium
et fugit. Iehu autem ingressus est ad
seruos dñi sui. Qui dixerūt ei. Recte ne
sunt omia? Quid venit insanus iste
ad te? Qui ait eis. Nostis hominem:
et quid locutus sit. At illi respōderūt.
falsum est: sed magis narra nobis.
Qui ait eis. Hec et hec locutus ē michi.
Et ait. Hec dicit dominus. Unxi te
regem sup israhel. Festinauerūt itaq;:
et unusquisq; tollens pallium suum
posuerunt sub pedibus eius in simili-
tudinem tribunalis: et cecinerūt tuba
atq; dixerunt. Regnabit iehu. Coniu-
rauit ergo iehu filius iosaphat filij
namsi contra ioram. Porro ioram
obsederat ramoth galaad· ipse et oīs

israhel cõtra azahel regẽ sirie: et reuer-
sus fuerat ut curaretur ĩ iesrahel ꝓpter
uulnera: quia ꝑcusserant eum siri pre-
liantẽ cõtra azahel regẽ sirie. Dixitq;
iehu. Si placet vobis nemo egredia-
tur profugus de ciuitate: ne vadat et
nũciet in iesrahel. Et ascendit: et pro-
fectus est ĩ iesrahel. Iorã enĩ egrotabat
ibi: et ochozias rex iuda descenderat
ad visitandũ iorã. Igitur speculator
qui stabat sup turrim iesrahel: vidit
globũ iehu venientis. Et ait. Video
ego globũ. Dixitq; ioram. Tolle cur-
rum: et mitte ĩ occursum eorũ: et dicat
vadens. Recte ne sũt omnia? Abijt ergo
qui ascenderat currum in occursũ eius.
Et ait. Hec dicit rex. Pacata sunt o-
mnia? Dixitq; iehu. Quid tibi ⁊ paci?
Transi et sequere me. Nũciavit q; spe-
culator dicẽs. Venit nũcius ad eos: ⁊
non reuertitur. Misit etiam currum
equorum scdm: venitq; ad eos: et ait.
Hec dicit rex. Nũquid pax est? Et ait
iehu. Quid tibi et paci? Trãsi et seque-
re me. Nũciavit autẽ speculator dicẽs.
Venit usq; ad eos: et non reuertitur.
Est autẽ incessus quasi incessus iehu
filij namsi. Preceps enĩ graditur. Et
ait ioram. Iungite currũ. Iunxerũtq;
currũ eius. Et egressus est iorã rex isrl'
et ochozias rex iuda: singuli ĩ curribꝫ
suis. Egressiq; sunt ĩ occursum iehu:
et inuenerũt eum in agro naboth ies-
rahelite. Cumq; vidisset ioram iehu:
dixit. Pax est iehu? At ille respondit.
Que pax? Adhuc fornicationes ieza-
bel matris tue: et veneficia eius multa
vigent. Cõuertit aũt ioram manum
suã: et fugiens ait ad ochoziam. In-
sidie ochozia. Porro iehu tetendit arcũ
manu: et ꝑcussit iorã inter scapulas:
et egressa est sagitta ꝑ cor eius: statimq;

corruit in curru suo. Dixitq; iehu ad
badacer ducem. Tolle proice eum in
agro naboth iesrahelite. Memini enĩ
quando ego et tu sedentes in curru se-
quebamur achab patrem huius: q
dominus onus hoc leuauerit sup eũ
dicẽs. Si nõ ꝑ sãguine naboth: ⁊ pro
sãguine filiorũ eius quem vidi heri ait
dñs: reddã tibi in agro isto dicit dñs.
Nũc ergo tolle et proice eum in agro:
iuxta verbũ dñi. Ochozias autem rex
iuda videns hoc fugit per viam domꝰ
orti: persecutusq; est eũ iehu: ⁊ ait. Etiã
hunc percutite in curru suo. Et percusse-
runt eũ ĩ ascensu gaber: qui ẽ iuxta ieb-
laã. Qui fugit ĩ mageddo: et mortuꝰ
est ibi. Et imposuerunt eum serui eius
super currum suum et tulerunt in ihe-
rusalem: sepelieruntq; in sepulcro cum
patribꝫ suis in ciuitate david. Anno
undecimo ioram filij achab regis isra-
hel regnavit ochozias super iudam:
venitq; iehu in iesrahel. Porro iezabel
introitu eius audito depinxit oculos su-
os stibio: ⁊ ornavit caput suũ: et respe-
xit per fenestrã ingredientẽ iehu ꝑ por-
tam: et ait. Nunquid pax potest esse
zamri: q interfecit dñm suũ? Leuavit
q; iehu faciem suam ad fenestrã et ait.
Que est ista? Et inclinauerũt se ad eũ
duo uel tres eunuchi: ⁊ dixerũt. Hec est
illa iezabel. At ille dixit eis. Precipita-
te eam deorsum. Et ꝑcipitauerũt eam.
Aspersusq; ẽ sanguine paries: ⁊ equo-
rum ungule cõculcauerũt eam. Cũq;
introgressus esset ut comederet biberet
q; ait. Ite et videte maledictam illam
et sepelite eam: quia filia regis ẽ. Cũq;
issent ut sepelirent eam: non inuenerũt
nisi caluariã et pedes ⁊ summas ma-
nus. Reuersiq; nunciauerũt ei. Et ait
iehu. Sermo dñi est: quem locutus est

per servum suum heliam thesbiten di-
cens. In agro iesrahel comedent ca-
nes carnes iezabel. Et erunt carnes
iezabel sicut stercus super faciem terre
in agro iesrahel: ita ut pretereuntes
dicant. Hecine est illa iezabel? cap. x.

Erant autem achab septuaginta
filii in samaria. Scripsit ergo
iehu litteras: et misit ī samariam ad
optimates civitatis ⁊ ad maiores na-
tu et ad nutricios achab dicens. Sta-
tim ut acceperitis litteras has qui ha-
betis filios dn̄i vr̄i et currus et equos
et civitates firmas ⁊ arma: eligite me-
liorē et eū qui vobis placuerit de filiis
domini vestri: et eū ponite super soliū
patris sui: et pugnate pro domo dn̄i
vestri. Timuerunt illi vehementer: ⁊ di-
xerunt. Ecce duo reges nō potuerunt
stare coram eo: ⁊ quomō nos valebi-
mus resistere? Miserunt ergo ꝑpositꝰ
domus et prefectꝰ civitatis et maiores
natu et nutricii ad iehu dicentes. Ser-
vi tui sumꝰ: q̄cunq; iusseris faciemus:
nec cōstituemus nobis regē. Quecūq;
tibi placent fac. Rescripsit autem eis
litteras scd̄o dicens. Si mei estis et o-
bedītis michi: tollite capita filiorum
dn̄i vestri: et venite ad me hac eadem
hora cras ī iesrahel. Porro filii regis
septuaginta viri apud optimates ci-
vitatis nutriebantur. Cūq; venissent
littere ad eos: tulerunt filios regis et
occiderūt septuaginta viros: et posue-
runt capita eorū ī cophinis et miserūt
ad eum ī iesrahel. Venit aūt nuncius
ad eū: et indicavit ei dicens. Attulerūt
capita filiorum regis. Qui respondit.
Ponite ea ad duos acervos iuxta in-
troitum porte usq; mane. Cumq; dilu-
xisset egressus ē: et stās dixit ad omnē
populū. Iusti estis. Si ego cōiuravi
contra dn̄m meū et interfeci eum: quis
ꝑcussit omēs hos? Videte ergo nūc
quoniā non cecidit de sermonibꝫ dn̄i
in terram quos locutus est dominus
sup domū achab: et dn̄s fecit qđ locu-
tus est in manu servi sui helie. Percus-
sit igiť iehu omēs qui reliqui erāt de
domo achab in iesrahel: et univ̄sos
optimates eius ⁊ notos ⁊ sacerdotes:
donec non remanerent ex eo reliquie.
Et surrexit: et venit in samariā. Cūq;
venisset ad cameram pastorū in via:
invenit fratres ochozie regis iuda: di-
xitq; ad eos. Qui nam estis vos? Qui
responderūt. Fratres ochozie sumus:
et descendimus ad salutandos filios
regis et filios regine. Qui ait. Cōpre-
hendite eos vivos. Quos cū compre-
hendissent vivos: iugulaverunt eos
in cisterna iuxta camerā quadraginta-
duos viros: et nō reliquit ex eis quen-
q̄. Cūq; abisset inde invenit ionadab
filium rechab in occursum sibi: ⁊ bene-
dixit ei. Et ait iehu ad eū. Numquid ē
cor tuum rectum cum corde meo sicut
cor meū cū corde tuo? Et ait ionadab.
Est. Si est inquit: da manū tuā. Qui
dedit ei manū suā. At ille levavit eū
ad se in currum: dixitq; ad eum. Veni
mecum: et vide zelum meum pro dn̄o.
Et impositū in curru suo duxit in sa-
mariā. Et percussit omēs qui reliqui
fuerant de achab in samaria usq; ad
unum: iuxta verbū dn̄i quod locutus
est ꝑ heliam. Congregavit ergo iehu
omnem ꝑplm: et dixit ad eos. Achab
coluit baal parum: ego aūt colam eū
amplius. Nunc igitur omnes ꝓphe-
tas baal et universos servos eius et
cunctos sacerdotes ipsius vocate ad
me. Nullus sit qui non veniat. Sa-
crificium enim grande est michi baal.

Quicũq; defuerit non vivet. Porro
iehu faciebat hoc insidiose: ut disper-
deret cultores baal. Et dixit. Sancti-
ficate diem sollemnẽ baal. Vocavitq;
et misit in universos terminos isrl': et
venerunt cuncti servi baal. Non fuit
residuus ne unus quidẽ: qui non ve-
niret. Et ingressi sunt templum baal.
Et repleta est domus baal: a summo
usq; ad summũ. Dixitq; hijs qui pre-
erant sup vestes. Proferte vestimenta
universis servis baal. Et protulerunt
eis vestes. Ingressusq; iehu et ionadab
fili⁹ rechab tẽplum baal: ait cultoribz
baal. Perquirite et videte: ne quis for-
te vobiscũ sit de servis dñi: sed ut sint
servi baal soli. Ingressi sunt igitur ut
facerent victimas et olocausta: iehu
autẽ pparaverat sibi foris octoginta
viros: et dixerat eis. Quicũq; fugerit
de hominibus hijs quos ego addu-
xero i manus vras: anima eius erit
pro aĩa illi⁹. Factum est autem cum
completum esset olocaustũ: precepit
iehu militibus et ducibus suis. Ingre-
dimini et percutite eos. Nullus evadat.
Percusseruntq; eos in ore gladij et pro-
iecerunt milites et duces. Et ierunt in
civitatem templi baal: et protulerunt
statuã de phano baal: et cõbusserunt
et cõminuerunt eam. Destruxerunt q;
edem baal: et fecerũt pro ea latrinas
usq; in diem hanc. Delevit itaq; iehu
baal de isrl': verũtamen a pccĩs ihero-
boã filij nabath qui peccare fecit isra-
hel nõ recessit: nec dereliquit vitulos
aureos qui erant in bethel et in dan.
Dixit autẽ dominus ad iehu. Quia
studiose egisti qđ rectũ erat et placebat
in oculis meis: et oĩa que erant in
corde meo fecisti contra domũ achab:
filij tui usq; ad quartã generationẽ
sedebunt sup thronũ isrl'. Porro iehu
non custodivit ut ambularet in lege
dñi dei isrl' in toto corde suo. Non eñ
recessit a peccatis ierobovam: qui pecca-
re fecerat isrl'. In dieb; illis cepit dñs
tedere super israhel. Percussitq; eos
azahel in universis finibus israhel: a
iordane contra orientalem plagam.
omnẽ terram galaad et gad et ruben
et manasse ab aroer que est sup torrẽ-
tem arnon et galaad et basan. Reliq̃
aũt verbo4 iehu et univ'sa que fecit et
fortitudo eius: nonne hec scripta sũt
in libro verborũ dierũ regum israhel?
Et dormivit iehu cũ patrib; suis: sepe-
lieruntq; eum in samaria: et regnavit
ioa haz filius ei⁹ pro eo. Dies autem
quos regnavit iehu super israhel vi-
ginti et octo ãni sũt i samaria. ca. xi.
Atalia vero mater ochozie videns
mortuũ filiũ suũ: surrexit et in-
terfecit oĩe semen regiũ. Tollens autẽ
iosaba filia regis iorã soror ochozie
ioas filiũ ochozie: furata est eũ de me-
dio filio4 regis qui interficiebãtur: et
nutricẽ ei⁹ de triclinio: et abscondit eũ
a facie atalie ut nõ interficeretur: eratq;
cũ ea sex ãnis clam i domo dñi. Por-
ro atalia regnavit super terrã septem
ãnis. Anno aũt septimo misit ioiada
et assumẽs centuriones et milites intro-
duxit ad se in templũ dñi: pepigitq; cũ
eis fedus. Et adiurãs eos in domo
dñi ostendit eis filiũ regis: et precepit
illis dicens. Iste ẽ sermo quẽ facere de-
betis. Tercia pars vrm introeat sabba-
to: et observet excubias domus regis.
Tercia autẽ pars sit ad portã sur: et ter-
cia pars sit ad portam que est post
habitaculum scutario4: et custodietis
excubias domus messa. Due vero par-
tes e vobis oĩnes egredientes sabbato

custodiant excubias domus domini
circa regem: et vallabitis eum habentes
arma in manibus vestris. Si quis autem
ingressus fuerit septum templi: interfi-
ciatur. Eritisque cum rege introeunte et e-
grediente. Et fecerunt centuriones iuxta
omnia que preceperat eis ioiada sacerdos.
Et assumentes singuli viros suos qui
ingrediebantur sabbatum cum hiis qui
egrediebantur e sabbato: venerunt ad
ioiadam sacerdotem. Qui dedit eis ha-
stas et arma regis david: que erant in
domo domini. Et steterunt singuli habentes
arma in manu sua a parte templi dextra
usque ad partem sinistram altaris et edis
circum regem. Produxitque filium regis: et
posuit super eum diadema et testimonium.
Feceruntque eum regem et unxerunt: et plau-
dentes manu dixerunt. Vivat rex. Au-
divit autem athalia vocem populi currentis:
et ingressa ad turbas in templum domini.
vidit regem stantem super tribunal iuxta
morem: et cantores et turbas prope eum.
omnemque populum terre letantem et canentem
tubis: et scidit vestimenta sua clamavit-
que. Coniuratio coniuratio. Precepit
autem ioiada centurionibus qui erant super
exercitum: et ait eis. Educite eam extra
septa templi: et quicumque eam secutus
fuerit: feriatur gladio. Dixerat enim sa-
cerdos: non occidatur in templo domini.
Imposueruntque ei manus et impegerunt
eam per viam introitus equorum iuxta
palacium: et interfecta est ibi. Pepigit
ergo ioiada fedus inter dominum et regem
et inter populum ut esset populus domini:
et inter regem et populum. Ingressusque
est omnis populus terre templum baal.
et destruxerunt aras eius: et ymagines
contriverunt valide; mathan quoque sa-
cerdotem baal occiderunt coram altari.
Et posuit sacerdos custodias in domo
domini: tulitque centuriones et cherethi et phe-
lethi legiones et omnem populum terre:
deduxeruntque regem de domo domini. Et
venerunt per viam porte scutariorum
in palacium: et sedit super thronum regum.
Letatusque est omnis populus terre: et ci-
vitas conquievit. Athalia autem occisa est
gladio in domo regis; septemque annorum
erat ioas cum regnare cepisset. ca. xii.

Anno septimo iehu regnavit ioas.
Quadraginta annis regnavit
in ierusalem: nomen matris eius sebia
de bersabee. Fecitque ioas rectum coram
domino cunctis diebus quibus docuit
eum ioiada sacerdos: verumtamen ex-
celsa non abstulit. Adhuc enim populus
immolabat et adolebat in excelsis in-
censum. Dixitque ioas ad sacerdotes.
Omnem pecuniam sanctorum que illata fue-
rit in templum domini a pretereuntibus
que offertur pro precio anime et quam spon-
te et arbitrio cordis sui inferunt in tem-
plum domini: accipiant illam sacerdo-
tes iuxta ordinem suum: et instaurent
sartatecta domus si quid necessarium
viderint instauratione. Igitur usque
ad vicesimumtercium annum regis
ioas: non instauraverunt sacerdotes
sartatecta templi. Vocavitque rex ioas
ioiadam pontificem et sacerdotes: di-
cens eis. Quare sartatecta non instau-
ratis templi? Nolite ergo amplius acci-
pere pecuniam iuxta ordinem vestrum:
sed ad instaurationem templi reddite
eam. Prohibitique sunt sacerdotes ultra ac-
cipere pecuniam a populo: et instaurare sarta-
tecta domus. Et tulit ioiada pontifex ga-
zophilacium unum: aperuitque foramen de-
super: et posuit illud iuxta altare ad dex-
teram ingredientium domum domini:
mittebantque in eo sacerdotes qui custo-
diebant ostia omnem pecuniam que

deferebāt ad templū dñi. Cūq; viderēt
nimiā pecuniā esse in gazophilacio·
ascendebat scriba regis et pontifex·ef=
fundebātq; et numerabāt pecuniam
que inueniebāt in domo dñi: et dabāt
eam iuxta numerū atq; mensuram in
manu eorum q̄ preerant cementarijs
domus dñi. Qui impendebāt eam in
fabris lignoꝝ et in cementarijs hijs q̄
operabant̄ in domo dñi· et sartatecta
faciebāt: et in hijs q̄ cedebant saxa· et
ut emerent ligna et lapides qui excide=
bantur: ita ut impleretur instauratio
domus dñi in uniuersis q̄ indigebāt
expensa ad muniendā domū. Verun=
tamen nō fiebāt ex eadē pecunia ydrie
templi dñi et fuscinule et thuribula et
tube et omne vas aureū et argenteū: de
pecunia que inferebatur in templum
domini. Hijs enim qui faciebāt opus
dabat̄: ut instauraretur templum dñi.
Et non fiebat ratio hijs hominibus
qui accipiebāt pecuniā ut distribuerēt
eam artificibꝫ: sed in fide tractabāt eā.
Pecuniam vero pro delicto et pecuniā
pro peccatis· nō inferebant in templū
domini: quia sacerdotum erat. Tunc
ascendit asahel rex sirie et pugnabat
contra geth: cepitq; eā. Et direxit faciē
suā ut ascenderet in ihrlm. Quāobrē
tulit ioas rex iuda omnia sanctificata
que cōsecrauerat iosaphat et ioram et
ochozias patres eius reges iuda· et que
ipse obtulerat· et uniuersum argentū
qd̄ inueniri potuit in thesauris tēpli
domini· et in palacio regis: misitq;
asaheli regi sirie: et recessit ab ierusalē.
Reliqua aūt sermonū ioas et uniuersa
que fecit: nōne hec scripta sunt i libro
verborū dierū regū iuda? Surrexerūt
aūt serui eius et coniurauerūt inter se:
percusseruntq; ioas in domo mello in
descensu sela· iozachar namq; filius
semath et iozabath filius somer serui eius
percusserūt eū: et mortuus ē. Et sepelierūt
eū cū prībꝫ suis i ciuitate dauid: regna=
uitq; amasias filius eius p eo. ca. xiii.

Anno vicesimotercio ioas filij ocho=
zie regis iude· regnauit ioachaz
filius iehu sup israhel in samaria decem
et septem annis: et fecit malū coram
dño. Secutusq; est peccata iheroboā
filij nabath qui peccare fecit israhel: et
nō declinauit ab eis. Iratusq; ē furor
domini contra israhel: et tradidit eos
in manu asahel regis sirie et i manu
benadab filij asahel cunctis diebꝫ. De=
precatus est aūt ioachaz faciem dñi:
et audiuit eum dominus. Vidit enim
angustiā israhel: quia attriuerat eos
rex sirie. Et dedit dominus saluatorē
israheli: et liberatus ē de manu regis
sirie: habitaueruntq; filij israhel i taber=
naculis suis· sicut heri et nudiustercius.
Veruntamen nō recesserūt a peccatis
domus iheroboā qui peccare fecit isra=
hel: sed i ipis ambulauerūt. Siquidē
et lucus permansit in samaria: et non
sunt derelicti ioachaz de populo nisi
quinquaginta equites: et decem currus
et decem milia peditū. Interfecerat enim
eos rex sirie: et redegerat quasi puluerē
in tritura aree. Reliqua aūt sermonū
ioachaz et uniuersa que fecit et fortitu=
do eius: nōne hec scripta sunt in libro
sermonū dierꝫ regū israhel? Dormiuit
q; ioachaz cum patribus suis: et sepe=
lierunt eū i samaria: regnauitq; ioas
filius eius pro eo. Anno tricesimosepti=
mo ioas regis iuda regnauit ioas fi=
lius ioachaz sup israhel in samaria
sedecī ānis: et fecit qd̄ malū ē in conspe=
ctu domini. Non declinauit ab omnibꝫ
peccatis iheroboam filij nabath qui

peccare fecit isrl': sed ī ipis ambulauit.
Reliqua autē sermonū ioas ⁊ uniuer-
sa que fecit: et fortitudo ei⁹ quomodo
pugnauerit contra amasiā regē iuda:
nōne hec scripta sunt ī libro sermonū
dierū regū isrl'? Et dormiuit ioas cum
prībȝ suis: ītheroboā aūt sedit super so-
lium eius. Porro ioas sepultus ē in
samaria cū regibȝ isrl'. Heliseus autē
egrotabat infirmitate qua et mortu⁹
est. Descenditq; ad eum ioas rex isrl'.
et flebat coram eo: dicebatq; pater mi-
pater mi: currus isrl' ⁊ auriga eius. Et
ait illi heliseus. Affer arcū et sagittas.
Cūq; attulisset ad eū arcū ⁊ sagittas:
dixit ad regem isrl'. Pone manū tuā
super arcū. Et cū posuisset ille manū
suam: supposuit heliseus man⁹ suas
manibus regis: et ait. Aperi fenestrā
orientalē. Cūq; aperuisset: dixit heli-
seus, iace sagittam. Et iecit. Et ait heli-
seus. Sagitta salutis dn̄i: et sagitta
salutis contra siriā. Percutiesq; siriā
in aphec: donec ꝯsumas eam. Et ait.
Tolle sagittas. Qui cū tulisset: rursū
dixit ei. Percute iaculo terrā. Et cum
pcussisset tribȝ vicibus ⁊ stetisset: irat⁹
est vir dei cōtra eū: et ait. Si pcussisses
quinquies aut sexies siue septies: pcus-
sisses siriā usq; ad cōsummationem.
Nūc aūt tribus vicibus pcuties eam.
Mortuus est ergo helise⁹: et sepelierūt
eū. Latrūculi aūt de moab venerunt
in terrā in ipō anno. Quidā aūt sepe-
lientes hominē viderūt latrūculos: et
proiecerunt cadauer in sepulcro helisei.
Quod cū tetigisset ossa helisei reuixit
homo: et stetit sup pedes suos. Igitur
asahel rex sirie afflixit isrl': cūctis diebȝ
ioachaz. Et misertus est dn̄s eorum:
et reuersus est ad eos ꝑpter pactū suū
qd̄ habebat cum abraham et ysaac

et iacob: et noluit disperdere eos neq;
proicere penitus usq; in presens temp⁹.
Mortuus ē autē asahel rex sirie: et re-
gnauit benadab filius ei⁹ pro eo. Por-
ro ioas filius ioachaz tulit urbes de
manu benadab filii asahel quas tu-
lerat de manu ioachaz prīs sui: iure
prelii. Tribus vicibus percussit eū io-
as: et reddidit ciuitates isrl'. ca. xiiii.
In anno scd̄o ioas filii ioachaz
regis israhel: regnauit amasias
filius ioas regis iuda, viginti quinq;
annorū erat cū regnare cepisset: viginti
aūt ⁊ nouem annis regnauit ī ihrl'm.
Nomen matris eius ioaden de iheru-
salem. Et fecit rectum corā dn̄o: verun-
tamen non ut dauid pater ei⁹. Iuxta
omnia que fecit ioas pater suus fecit:
nisi hoc tantū qd̄ excelsa non abstulit.
Adhuc enī pp̄ls adolebat et immola-
bat incensum in excelsis. Cūq; obti-
nuisset regnū pcussit seruos suos qui
interfecerāt regem patrē suum: filios
autē eorū q̄ occiderāt nō occidit: iuxta
quod scriptū est in libro legis moysi
sicut p̄cepit dn̄s dicēs. Non morientur
patres ꝓ filiis neq; filii pro patribȝ: sed
unusquisq; in peccato suo morietur.
Ipse pcussit edom ī valle salinarum
decem milia: et apphendit petrā ī plio:
vocauitq; nomen eius iezechel usq; in
presentem diem. Tunc misit amasias
nuncios ad ioas filium ioachaz filii
iehu regis israhel dicens. Veni et vi-
deamus nos. Remisitq; ioas rex isra-
hel ad amasiā regē iuda dicens. Car-
duus libani misit ad cedrum que est
in libano dicens. Da filiam tuā filio
meo vxorem. Transieruntq; bestie salt⁹
que sunt in libano: et conculcauerunt
carduum. Percutiens inualuisti sup
edom: et sublevauit te cor tuū. Cōtent⁹

esto gloria: et sede in domo tua. Qua-
re provocas malū: ut cadas tu et iuda
tecū? Et nō acquievit amasias. Ascen-
ditq; ioas rex israhel: et viderūt se ipse
et amasias rex iuda in bethsames op-
pido iude. Percussus est iuda coram
isrl: et fugerūt unusquisq; in taberna-
cula sua. Amasiā vero regē iuda filiū
ioas filij ochozie cepit ioas rex isrl in
bethsames: et adduxit eū in iherusalē.
Et interrupit murū iherusalē a porta
effraim usq; ad portam anguli · qua-
dringentis cubitis. Tulitq; omē aurū
et argentū et universa vasa q̄ inventa
sūt i domo dn̄i et in thesauris regis et
obsides: et reversus est in samariā. Re-
liqua aūt verbor ioas q̄ fecit et fortitu-
do eius qua pugnavit cōtra amasiā
regem iuda · nōne hec scripta sunt in
libro sermonum dierū regum israhel?
Dormivitq; ioas cum patribus suis
et sepultus est in samaria cum regibus
israhel: et regnavit iheroboam filius
eius pro eo. Vixit autem amasias fi-
lius ioas rex iuda · postq̄ mortuus
est ioas filius ioachaz regis israhel ·
vigintiquinq; annis. Reliqua autem
sermonum amasie · nonne hec scripta
sunt in libro sermonū dierum regum
iuda? Factaq; est contra eū cōiuratio
in iherusalē: at ille fugit i lachis. Mi-
seruntq; post eū i lachis et interfecerūt
eum ibi: et asportaverunt in equis: se-
pultusq; est iherusalem cū prībus suis
in civitate david. Tulit aūt univsus
populus iude azariā annos natum
sedecim: et constituerunt eum regē pro
patre eius amasia. Ipse edificavit ahi-
lam: et restituit eā iude postq̄ dormi-
vit rex cum patribus suis. Anno quin-
todecimo amasie filij ioas regis iuda
regnavit iheroboā filius ioas regis
isrl in samaria quadraginta et uno
anno: et fecit quod malum est coram
dn̄o. Non recessit ab om̄ibus peccatis
iheroboā filij nabath: qui peccare fecit
israhel. Ipse restituit terminos israhel
ab introitu emath usq; ad mare soli-
tudinis: iuxta sermonem domini dei
israhel quē locutus est per servū suum
ionam filiū amathi pphetā · qui erat
de geth: que est in opher. Vidit enim
dn̄s afflictionē israhel amarā nimis:
et q; cōsumpti essent usq; ad clausos
carceris et extremos: et nō esset q̄ auxi-
liaretur israhel. Nec locutus est dn̄s
ut deleret nomē israhel de sub celo: sed
salvavit eos in manu iheroboam
filij ioas. Reliqua aūt sermonū ihero-
boam et universa que fecit: et fortitudo
eius qua pliatus est · et quomō restitu-
it damascum et emath iude in israhel ·
nonne hec scripta sunt in libro sermo-
num dierū regū israhel? Dormivitq;
iheroboā cū prībus suis regibus isrl: et re-
gnavit zacharias filius eius pro eo. c. xv.

Anno vicesimoseptimo iheroboā
regis isrl regnavit azarias fili-
us amasie regis iuda. Sedecim annor
erat cum regnare cepisset: et quinquagin-
taduobus annis regnavit in ihrlm.
Nomen matris eius iecelia de ihrlm.
Fecitq; qd̄ erat placitū corā domino ·
iuxta omnia que fecit amasias pater
eius: veruntamen excelsa nō ē demolitus.
Adhuc populus sacrificabat et ado-
lebat incensum in excelsis. Percussit
autē dn̄s regem: et fuit leprosus usq;
in diem mortis sue: et habitabat ī do-
mo libera seorsum. Ioathan vero filius
regis gubernabat palaciū: et iudica-
bat populū terre. Reliqua autē sermo-
num azarie et univsa que fecit: nōne
hec scripta sunt in libro verbor dierū

regū iuda? Et dormiuit azarias cum
patribꝫ suis: sepelieruntq; eū cū maioribꝫ
suis in ciuitate dauid: et regnauit io-
athan filius eius pro eo. Anno tricesi-
mooctauo azarie regis iude regnauit
zacharias filius iheroboam super isrl'
in samaria sex mensibꝫ: et fecit quod
malum est coram dn̄o sicut fecerant
patres eius. Non recessit a peccatis ihe-
roboam filij nabath: qui peccare fecit
israhel. Coniurauit autē contra eum
sellum filius iabes. ꝑcussitq; eū palam
et interfecit: regnauitq; ꝑ eo. Reliqua
aūt verboꝝ zacharie nonne hec scripta
sunt in libro sermonū dieꝝ regū isrl'?
Iste est sermo domini quē locutus est
ad iehu dicēs. Filij tui usq; ad q̄rtam
generationē · sedebūt de te sup thronū
israhel. Factumq; est ita. Sellū filius
iabes regnauit tricesimonono anno
azarie regis iude. Regnauit aūt uno
mense in samaria. Et ascendit mana-
hen filius gaddi de thersa · venitq; sa-
mariam: et percussit sellum filiū iabes
in samaria ⁊ interfecit eum: regnauit-
q; pro eo. Reliqua autem verboꝝ sellū
et coniuratio eius per quā tetendit in-
sidias: nonne hec scripta sunt in libro
sermonū dierū regum israhel? Tunc
percussit manahen thapsam ⁊ omēs
qui erant in ea: ⁊ terminos ei9 de thersa.
Noluerant enim aperire ei: Et interfecit
omnes pregnantes eius: et scidit eas.
Anno tricesimonono azarie regis iu-
de regnauit manahen fili9 gaddi sup
israhel decem annis in samaria: fecit-
q; quod erat malum coram domino.
Non recessit a peccatis iheroboā filij
nabath qui peccare fecit israhel: cūctis
diebus ei9. Veniebat phul rex assirioꝝ
in thersa: et dabat manahen phul mil-
le talenta argenti · ut esset ei in auxiliū
⁊ firmaret regnū ei9. Indixitq; mana-
hen argentū sup isrl' cūctis potentibus
⁊ diuitibus ut daret regi assiriorum:
quinquaginta siclos argenti ꝑ singu-
los. Reuersusq; est rex assirioꝝ: et non
est moratus in thersa. Reliqua autem
sermonū manahen et uniuersa q̄ fecit:
nonne hec scripta sunt in libro sermo-
num dierū regū israhel? Et dormiuit
manahen cū patribꝫ suis: regnauitq;
phaceia filius ei9 pro eo. Anno quin-
quagesimo azarie regis iude regna-
uit phaceia filius manahen super isrl'
in samaria biennio: et fecit quod erat
malū corā dn̄o. Nō recessit a peccatis
iheroboā filij nabath: qui peccare fecit
isrl'. Coniurauit autē aduersus eum
phacee filius romelie dux ei9 · ⁊ ꝑcussit
eum in samaria in turre domus regie
iuxta argob et iuxta ariph · et cum eo
quinq̄ginta viros de filijs galaadi-
tarū et interfecit eum: regnauitq; pro
eo. Reliqua aūt sermonum phacee ⁊
uniuersa que fecit: nonne hec scripta
sunt in libro sermonū dierum regum
israhel? Anno quīquagesimosecūdo
azarie regis iude · regnauit phacee fi-
lius romelie sup isrl' ī samaria vigin-
ti annis: et fecit qd̄ erat malū coram
dn̄o. Non recessit a peccatis iheroboā
filij nabath: qui peccare fecit israhel.
In diebus phacee regis israhel venit
theglat-phalassar rex assur · et cepit
ahion · et abel domū maacha ⁊ ianoe
et cedes et asor · et galaad ⁊ galileam
et uniūsam terrā neptalim: et transtu-
lit eos in assirios. Coniurauit autem
et tetendit insidias osee fili9 hela con-
tra phacee filiū romelie: et ꝑcussit eum
et interfecit: regnauitq; ꝑ eo vicesimo
āno ioathan filij ozie. Reliqua aūt
sermonū phacee et uniuersa que fecit:

nõne hec scripta sunt in libro sermonū
dierū regum israhel? Anno secundo
phacee filij romelie regis isrl': regnauit
ioathan filiꝰ ozie regis iuda. Uiginti-
quinqꝫ ānoꝝ erat cū regnare cepisset:
et sedecim ānis regnauit in ierusalē.
Nomen m̄ris eiꝰ ierusa: filia sadoch.
Fecitqꝫ qđ erat placitum coram dn̄o.
Iuxta omnia q̄ fecit ozias pater suus
opatꝰ ē: verūtamen excelsa nō abstulit.
Adhuc p̄pl's immolabat et adolebat
incensū ī excelsis. Ipē edificauit portā
domꝰ domini sublimissimā. Reliqua
autem sermonū ioathan et vniuersa
que fecit: nonne hec scripta sūt ī libro
verboꝝ dierū regū iuda? In diebꝫ illis
cepit dn̄s mittere ī iudam rasin regem
syrie: et phacee filiū romelie. Et dormi-
uit ioathan cū patribus suis sepultus
qꝫ est cū eis ī ciuitate dauid p̄ris sui: et
regnauit achaz filius eiꝰ ꝓ eo. ca. xvi.

Anno decimoseptimo phacee filij
romelie: regnauit achaz filiꝰ ioa-
than regis iuda. Uiginti annoꝝ erat
achaz cum regnare cepisset: et sedecim
ānis regnauit in ihrlm. Non fecit qđ
erat placitum in conspectu domini dei
sui sicut dauid pater eiꝰ: sed ambulauit
in via regum israhel. Insup et filium
suum cōsecrauit transferens per ignem
secundū ydola gentiū: que dissipauit
dominus corā filijs isrl'. Immolabat
quoqꝫ victimas et adolebat incensū
in excelsis et ī collibꝫ: et sub omī ligno
frondoso. Tūc ascendit rasin rex syrie:
et phacee filius romelie rex israhel ad
p̄liandū in ierusalē. Cūqꝫ obsiderent
achaz: non valuerunt superare eū. In
tēpore illo restituit rasin rex syrie haylā
syrie: et eiecit iudeos de hayla. Et ydu-
mei et syri venerūt in haylam: ⁊ habita-
uerunt ibi vsqꝫ in diē hanc. Misit aūt
achaz nuncios ad teglat phalassar re-
gē assirioꝝ dicēs. Seruus tuus et filiꝰ
tuus ego sum. Ascende ⁊ saluū me fac
de manu regis syrie et de manu regis
isrl': q̄ cōsurrexerunt aduersū me. Et cū
collegisset argentū ⁊ aurū qđ inueniri
potuit in domo dn̄i: et in thesauris re-
gis: misit regi assirioꝝ munera: qui ⁊
acquieuit volūtati eius. Ascendit au-
tem rex assirioꝝ ī damascū ⁊ vastauit
eam: ⁊ trāstulit habitatores eius cyre-
nen: rasin aūt interfecit. Perrexitqꝫ rex
achaz in occursum teglat phalassar
regi assirioꝝ ī damascū. Cūqꝫ vidisset
altare damasci: misit rex achaz ad v-
riam sacerdotē exemplar eiꝰ et similitu-
dinē iuxta omē opus eius. Exstruxit
qꝫ vrias sacerdos altare. Iuxta omīa
que p̄ceperat rex achaz de damasco: ita
fecit sacerdos vrias donec veniret rex
achaz de damasco. Cumqꝫ venisset rex
de damasco vidit altare ⁊ veneratus
est illud: ascenditqꝫ ⁊ immolauit olo-
causta et sacrificiū suū: et libauit liba-
mina ⁊ fudit sāguinem pacificoꝝ que
obtulerat sup altare. Porro altare e-
reum qđ erat coram dn̄o transtulit de
facie templi et de loco altaris ⁊ de loco
templi domini: posuitqꝫ illud ex latere
altaris ad aquilonē. Precepit quoqꝫ
rex achaz vrie sacerdoti dicens. Sup
altare maius offer olocaustū matuti-
num et sacrificiū vespertinū ⁊ olocau-
stum regis et sacrificiū eius: ⁊ olocau-
stum vniūsi p̄pli terre et sacrificia eorū
et libamina eorū: et omnem sanguinē
olocausti et vniūsum sanguinē victi-
me super illud effundes. Altare vero
ereum erit paratū ad voluntatem meā.
Fecit igit̄ vrias sacerdos iuxta omīa
que p̄ceperat rex achaz. Tulit aūt rex
achaz celatas bases ⁊ luterem qui erat

desuper: et mare deposuit de bobꝫ ereis
qui sustentabant illud: et posuit super
pauimētum stratum lapide. Musach
quoqꝫ sabbati quod edificauerat in
templo et ingressum regis exteriꝰ con-
uertit in templū domini: ꝓpter regem
assirioꝝ. Reliqua aūt uerborū achaz
et oīa q̄ fecit: nonne hec scripta sūt
in libro sermonū dierū regum iuda?
Dormiuitqꝫ achaz cum patribꝫ suis:
et sepultꝰ ē cū eis ī ciuitate dauid: et re-
gnauit ezechias filiꝰ eiꝰ ꝓ eo. ca. xvii.
Anno duodecīo achaz regis iuda
regnauit osee filiꝰ hela in sama-
ria super israhel nouem annis: fecitqꝫ
malū coram domino: sed non sicut
reges israhel q̄ ante eū fuerūt. Contra
hunc ascendit salmanasar rex assiri-
orum: et factus est ei osee seruus: redde-
batqꝫ illi tributa. Cūqꝫ deprehendisset
rex assiriorum osee q̄ rebellare nitens
misisset nūcios ad sua regem egipti·
ne prestaret tributa regi assiriorum·
sicut singulis ānis solitus erat: obse-
dit eum· et uinctum misit in carcerem;
peragratusqꝫ ē omnē terrā: ⁊ ascendēs
samariam obsedit eam tribꝫ annis.
Anno aūt nono osee cepit rex assirio-
rum samariā: et transtulit isrl' in assi-
rios: posuitqꝫ eos ī hala et ī abor
iuxta fluuiū gozan in ciuitatibus me-
dorum. Factū est enim cum peccassent
filiī israhel domino deo suo q̄ eduxerat
eos de t̄ra egipti de manu pharaonis
regis egipti: coluerunt deos alienos·
et ambulauerunt iuxta ritū gentium
q̄s consumpserat dominus ī conspectu
filioꝝ israhel et regū israhel: quia similit̄
fecerant. Et irritauerūt filiī israhel uer-
bis non rectis dominum deū suum: et
edificauerūt sibi excelsa ī cūctis urbibꝫ
suis a turre custodū usqꝫ ad ciuitatem
munitam. Feceruntqꝫ sibi statuas et
lucos in omni colle sublimi· et subter
omē lignū nemorosum: ⁊ adolebant
ibi incensū super aras ī morē gentiū
quas transtulerat dñs a facie eorum.
Fecerūtqꝫ uerba pessima irritantes do-
minum: et coluerunt immūdicias de
quibꝫ p̄cepit eis dñs ne facerent uerbū
hoc. Et testificatus est dñs in israhel
et in iuda ꝑ manum omīum ꝓphetaꝝ
et uidentiū dicens. Reuertimini a uiīs
uestris pessimis· et custodite precepta
mea et cerimonias: iuxta omnē legē
quā precepi patribus uestris: et sicut
misi ad uos in manu seruorū meorū
prophetaꝝ. Qui nō audierunt: sed in-
durauerunt ceruicē suā iuxta ceruicem
patrum suorū qui noluerunt obedire
dño deo suo. Et abiecerunt legitima
eius· ⁊ pactū quod pepigit cū p̄ribus
eoꝝ et testificationes quibus cōtestatꝰ
est eos: secutiqꝫ sunt uanitates ⁊ uane
egerunt: et secuti sunt gentes que erāt
ꝑ circuitum eoꝝ sup̄ quibus p̄ceperat
dominus eis ut non facerent sicut et
ille faciebāt. Et dereliquerunt omnia
precepta dñi dei sui: feceruntqꝫ sibi con-
flatiles duos uitulos et lucos: et ado-
rauerunt uniuersam militiā celi. Ser-
uieruntqꝫ baal: et consecrauerūt filios
suos et filias suas per ignem. Et diui-
nationi inseruiebant et auguriīs· et
tradiderunt se ut facerent malū corā
domino: et irritarent eum. Iratusqꝫ
est dñs uehementer israheli: ⁊ abstulit
eos a conspectu suo: et non remansit
nisi tribus iuda tantūmodo. Sed nec
ipe iuda custodiuit mandata dñi dei
sui: uerūtamen ambulauit in erroribꝫ
israhel· quos operatꝰ fuerat. Proiecit
qꝫ dñs omē semen isrl' ⁊ afflixit eos ⁊
tradidit eos ī manu diripientiū· donec

proiceret eos a facie sua: ex eo iam tpe
quo scissus est israhel a domo david:
et constituerūt sibi regem iheroboam
filiū nabath. Separavit enī iheroboā
israhel a domino: et peccare eos fecit
pcīm magnū. Et ambulaverunt filij
isrl' in universis peccatis iheroboam
que fecerat: 7 nō recesserunt ab eis usq3-
quo dominus auferret israhel a facie
sua: sicut locut⁹ fuerat ī manu omnīū
servorū suorū pphetarū. Translatusq3 est
israhel de terra sua in assirios usq3 in
diem hanc. Adduxit aūt rex assiriorū viros
de babilone et de cutha· et de ahiath-
et de emath et de sepharvaim: 7 collo-
cavit eos in civitatibus samarie pro
filijs israhel. Qui possederūt samariā:
et habitaverunt in urbibus ei⁹. Cūq3
ibi habitare cepissent non timebant
dominum· et immisit eis dn̄s leones:
qui interficiebant eos. Nunciatumq3
est regi assiriorū et dictum. Gentes q̄s
transtulisti et habitare fecisti in civita-
tibus samarie ignorant legitima dei
terre: 7 immisit in eos domin⁹ leones
et ecce interficiunt eos: eo qđ ignorent
ritū dei terre. Precepit aūt rex assiriorū
dicens. Ducite illuc unū de sacerdotib3
quos inde captivos adduxistis: ut
vadat 7 habitet cum eis: 7 doceat eos
legitima dei terre. Igitur cum venisset
unus de sacerdotibus hijs q̄ captivi
ducti fuerāt de samaria habitavit in
bethel: et docebat eos quomō colerent
dominū. Et unaqueq3 gens fabrica-
ta est deum suum. Posueruntq3 eos
in fanis excelsis que fecerant samarite
gens et gens in urbibus suis: ī quib3
habitabant, viri enim babilonij fece-
runt sochot benoth: viri aūt cutheni
fecerunt nergel: et viri de emath fecerūt
asimā. Porro evei fecerunt nebaaz et
tharthat, hij autē qui erant de sefarva-
im comburebant filios suos igni ad-
ramelech et anamelech dijs sefarva-
im: et nichilominus colebant dnm̄.
Fecerunt autem sibi de novissimis sa-
cerdotes excelsorū: et ponebant eos in
fanis sublimib3. Et cum dominum
colerent: dijs q̄3 suis serviebant iuxta
cōsuetudinē gentiū de q̄bus translati
fuerant samariā. Usq3 in p̄sentem diē
morem sequuntur antiquum. Non
timent dn̄m: neq3 custodiūt cerimoni-
as eius atq3 iudicia 7 legem 7 manda-
tum quod preceperat dn̄s filijs iacob
quē cognominavit isrl': 7 pcusserat cū
eis pactum· et mandaverat eis dicens.
Nolite timere deos alienos et non a-
doretis eos neq3 colatis eos et nō im-
moletis eis: sed dominū deū vestrum
qui eduxit vos de terra egipti in fortitu-
dine magna 7 ī brachio extento· ipm
timete et illū adorate: et ipsi immola-
te. Cerimonias quoq3 et iudicia et le-
gem et mandatū quod scripsit vobis
custodite ut faciatis cunctis diebus:
et non timeatis deos alienos. Et pa-
ctum qđ pcussit vobiscū nolite oblivi-
sci: nec colatis deos alienos sed dn̄m
deū vestrū timete: et ipse eruet vos de ma-
nu omniū inimicorū vestrorū. Illi vero
nō audierunt: sed iuxta consuetudinē
suam pristinam pperabāt. Fuerunt
igitur gentes iste timētes quidē dn̄m:
sed nichilomin⁹ 7 ydolis suis serviētes.
Nā filij eorū 7 nepotes sicut fecerūt pre⁹
sui ita faciūt usq3 ī presentē diem. ca. xviii.

Anno tercio osee filij hela regis i-
srahel regnavit ezechias filius
achaz regis iuda. Vigintiquinq3 ānorū
erat cū regnare cepisset: 7 vigintinovē
ānis regnavit in iherusalem. Nomē
mrīs eius abisa filia zacharie. Fecitq3

quod erat bonū corā dn̄o: iuxta oīa
que fecerat dauid pater eius. Ipe̅ dissi-
pauit excelsa: et cōtriuit statuas et suc-
cidit lucos: confregitq; serpentē eneum
quē fecerat moyses. Siquidē usq; ad
illud tempus filij israhel adolebāt ei
incensum. Vocauitq; nomē eius no-
hestan. Et in domino deo isrl' sperauit.
Itaq; post eū nō fuit similis ei de cun-
ctis regibȝ iuda sed neq; ī hijs qui āte
eum fuerunt: et adhesit domino: ⁊ nō
recessit a vestigijs eiꝰ: fecitq; mandata
eius q̄ p̄ceperat dominus moysi, unde
et erat dn̄s cū eo: et in cunctis ad que
procedebat sapienter se agebat. Rebel-
lauit quoq; contra regem assirioꝝ: et
non seruiuit ei. Ipe̅ percussit philisteos
usq; ad gazam: ⁊ omēs terminos eoꝝ:
a turre custodū usq; ad ciuitatem mu-
nitam. Anno quarto regis ezechie q̄
erat ānus septimꝰ osee filij hela regis
israhel: ascendit salmanasar rex assiri-
orum samariam: et oppugnauit eā
et cepit. Nā post ānos tres āno sexto
ezechie id ē nono āno osee regis isra-
hel capta est samaria: et transtulit rex
assirioꝝ israhel in assirios: collocauit
q; eos ī ahyla et ī abor: fluuijs gozan
in ciuitatibȝ medoꝝ: quia nō audierūt
vocem dn̄i dei sui: sed pretergressi sunt
pactū eiꝰ. Omnia que p̄ceperat moyses
seruꝰ dn̄i nō audierūt neq; fecerūt. An-
no q̄rtodecimo regis ezechie ascendit
sennacherib rex assiriorum ad uniūsas
ciuitates iuda munitas: et cepit eas.
Tunc misit ezechias rex iuda nuncios
ad regem assiriorum in lachis dicēs.
Peccaui. Recede a me: et omne quod
imposueris michi ferā. Indixit itaq;
rex assirioꝝ ezechie regi iude trecēta ta-
lenta argenti et triginta talenta auri.
Deditq; ezechias omē argentū quod
repertum fuerat in domo domini: et
ī thesauris regis. In tempore illo con-
fregit ezechias valuas tēpli dn̄i et la-
minas auri q̄s ipe̅ affixerat: ⁊ dedit eas
regi assiriorū. Misit aūt rex assiriorū
tharthan et rapsaris et rapsacen de la-
chis ad regē ezechiā cū manu valida
ihrl'm. Qui cum ascendissent venerūt
iherusalem et steterūt iuxta aqueductū
piscine superioris que est in via agri
fullonis: vocaueruntq; regē. Egressus
est autem ad eos eliachim filiꝰ elchie
p̄positus domꝰ et sobna scriba ⁊ ioahe
filiꝰ asaph a commentarijs: dixitq; ad
eos rapsaces. Loquimini ezechie. Hec
dicit rex magnus: rex assirioꝝ. Que ē
ista fiducia qua niteris? Forsitan ini-
sti consilium: ut p̄pares te ad prelium.
In quo confidis: ut audeas rebellare?
An speras in baculo arundineo atq;
cōfracto egipto? Sup quē si incubuerit
hōmo: cōminutꝰ ingredietur manum
eius: et perforabit eam. Sic est pharao
rex egipti: omnibus qui confidunt ī se.
Quod si dixeritis michi ī dn̄o deo no-
stro habemꝰ fiduciā: nōne iste ē cuius
abstulit ezechias excelsa et altaria: et
precepit iude et iherusalem āte altare
hoc adorabitis in iherusalē? Nūc igit̄
transite ad dn̄m meū regem assirioꝝ:
et dabo vobis duo milia equorum: ⁊
videte an habere valeatis ascensores
eorū. Et quomō potestis resistere ante
unum satrapam de seruis dn̄i mei mi-
nimis? An fiduciam habes in egipto
propt̄ currus ⁊ equites? Numquid sine
dn̄i voluntate ascendi ad locū istum:
ut demolirer eū? Dominus dixit mi-
chi. Ascende ad terram hanc: et demoli-
re eam. Dixerunt aūt eliachim filius
elchie et sobna scriba ⁊ ioahe rapsaci.
Precamur ut loquaris nobis seruis

tuis siriace. siquidem intelligim⁹ hanc
linguā: et non loquaris nobis iudai-
ce audiente pplo: qui est super murum.
Rñditq; eis rapsaces dicēs. Nūquid
ad dñm tuū ⁊ ad te misit me dominus
meus ut loquerer sermones hos: et nō
potius ad viros qui sedent sup murū
ut comedant stercora sua: ⁊ bibant u-
rinam suā vobiscū? Stetit itaq; ra-
psaces: et exclamauit voce magna iu-
daice ⁊ ait. Audite verba regis magni:
regis assiriorū. Hec dicit rex. Nō vos
seducat ezechias. Nō eni poterit eruere
vos de manu mea: neq; fiduciā vobis
tribuat super dominū dicens. Eruens
liberabit nos domin⁹: et nō tradetur
ciuitas hec in manu regis assiriorum.
Nolite audire ezechiam. Hec eni dicit
rex assirior. Facite mecum qd vobis
est utile: et egredimini ad me. Et com-
edet unusquisq; de vinea sua: et de ficu
sua: et bibetis aquas de cisternis vris:
donec veniā et transferam vos in trā
que similis est terre vestre: in terrā fru-
ctiferam et fertilem vini: terram panis
et vinear: terram oliuarum et olei ac
mellis: ⁊ viuetis ⁊ nō moriemini. No-
lite audire ezechiam qui vos decipit
dicens: dñs liberabit nos. Nunquid
liberauerunt dii gentium terram suā
de manu regis assirior? Ubi est deus
emach et arphat? Ubi ē de⁹ sepharua-
im ana ⁊ aua? Nunquid liberauerūt
samariam de manu mea? Qui nam
illi sunt in universis diis terrarū qui
eruerunt regionē suam de manu mea:
ut possit eruere dñs ierusalē de manu
mea? Tacuit itaq; ppls: et non rñdit
ei quicq;. Siquidem preceptum regis
acceperāt: ut nō respōderent ei. Venitq;
eliachim fili⁹ helchie ppositus domus
et sobna scriba et ioahe filius asaph a

comentariis ad ezechiā scissis vestib:
⁊ nūciauerūt ei verba rapsacis. c. xix.
Que cum audisset ezechias rex sci-
dit vestimenta sua: et opertus ē
sacco: ingressusq; est domū dñi: et mi-
sit eliachim ppositum dom⁹ ⁊ sobnā
scribam: et senes de sacerdotib optos
saccis ad ysaiam pphetā filiū amos.
Qui dixerūt. Hec dicit ezechias. Dies
tribulationis et increpationis ⁊ blas-
phemie dies iste. Uenerunt filii usq;
ad partū: et vires nō habet parturiēs.
Si forte audiat dñs de⁹ tuus universa
verba rapsacis quē misit rex assirior
dominus suus ut exprobraret deum
viuentem ⁊ argueret verbis q̄ audiuit
dñs deus tuus: et fac orationem pro
reliquiis que reperte sunt. Venerunt er-
go servi regis ezechie ad ysaiā. Dixit
q; eis ysaias. Hec dicetis dño vestro.
Hec dicit dñs. Noli timere a facie ser-
monū quos audisti: quib blasphe-
mauerunt pueri regis assiriorum me.
Ecce ego immittam ei spiritū et audi-
et nunciū: et reuertetur in terram suā:
et deiciam eū gladio i terra sua. Reuer-
sus est ergo rapsaces: ⁊ inuenit regem
assiriorum expugnantem lobnā. Au-
dierat eni qp recessisset de lachis. Cūq;
audisset de tharacha rege ethiopie di-
cētes: ecce egressus ē ut pugnet aduer-
sum te et iret contra eum: misit nūcios
ad ezechiam dicēs. Hec dicite ezechie
regi iuda. Non te seducat deus tuus
in quo habes fiduciā: neq; dicas: nō
tradetur ierusalem in manus regis
assirior. Tu eni ipse audisti que fecerūt
reges assiriorum universis tris: quo-
modo vastauerūt eas. Num ergo so-
lus poteris liberari? Nunquid libera-
uerunt dii gentiū singulos quos va-
stauerunt patres mei gozan videlicet

et aran et reseph ⁊ filios eden· q̄ erant
in thelassar? Ubi est rex emath et rex
arphat ⁊ rex ciuitatis sepharuaim a-
na et aua? Itaq; cū accepisset ezechias
litteras de manu nūciorum ⁊ legisset
eas: ascendit in domū dñi et expandit
eas coram dño: et orauit ī conspectu
eius dicēs. Domine deꝰ israhel q̄ sedes
sup cherubin tu es deꝰ solus regū omni-
um terre: tu fecisti celum et trā. Inclina
aurem tuā et audi. Aperi dñe oculos
tuos ⁊ vide: ⁊ audi omnia verba senna-
cherib: que misit ut exprobraret nobis
deū viuentem. Vere dñe dissipauerunt
reges assirioꝝ gentes et terras omniū:
et miserūt deos eorū in ignem. Nō eni
erant dii: sed opa manuū hominum
ex ligno et lapide: et perdiderunt eos.
Nūc igitur dñe deꝰ noster saluos nos
fac de manu eoꝝ: ut sciant oīa regna
terre q̄a tu es dñs deus solꝰ. Misit aūt
ysaias filiꝰ amos ad ezechiam dicēs.
Hec dicit dominꝰ deus israhel. Que de-
precatus es me sup sennacherib rege
assirioꝝ audiui. Iste est sermo quē lo-
cutus est dominus de eo. Spreuit te et
subsannauit te virgo filia syon: post
tergum tuū caput mouit filia iherusa-
lem. Cui exprobrasti: et quē blasphe-
masti? Contra quē exaltasti vocē tuā:
et eleuasti ī excelsū oculos tuos? Con-
tra sanctum israhel. Per manū seruo-
rum exprobrasti domino: ⁊ dixisti.
In multitudine curruum meoꝝ ascen-
di excelsa montiū ī summitate libani:
et succidi sublimes cedros eiꝰ: ⁊ electas
abietes illiꝰ. Et ingressus sū usq; ad
terminos eiꝰ: ⁊ saltum carmeli eiꝰ ego
succidi. Et bibi aquas alienas: et sic-
caui vestigiis pedum meorum omnes
aquas clausas. Nūquid nō audisti
q̄d ab initio fecerim? Ex diebꝫ antiquis

plasmaui illud: ⁊ nūc adduxi. Erunt
q; ī ruinam colliū compugnantium
ciuitates munite: ⁊ qui sedent ī eis hu-
miles manu. Contremuerūt ⁊ confusi
sunt: facti sūt velud fenū agri et virens
herba tectorū: que arefacta est anteq̄
veniret ad maturitatem. Habitaculū
tuū et egressum tuū et introitū tuum ⁊
viam tuā ego presciui: ⁊ furorē tuum
contra me. Insanisti ī me: ⁊ supbia tua
ascendit in aures meas. Ponā itaq;
circulū ī naribꝫ tuis· et chamū ī labiis
tuis: et reducam te in viam p quā ve-
nisti. Tibi aūt ezechia hoc erit signum.
Comede hoc āno que reppereris: in
secūdo aūt āno que sponte nascūtur.
Porro ī āno tercio seminate ⁊ metite:
plantate vineas et comedite fructum
eaꝝ. Et q̄dcūq; reliquū fuerit de domo
iuda mittet radicem deorsum: ⁊ faciet
fructū sursum. De iherusalem quippe
egredientur reliquie: ⁊ q̄d saluetur de
mōte syon. Zelus dñi exercituū faciet
hoc. Quamobrem hec dicit dominus
de rege assiriorū. Non ingredietur urbē
hanc· nec mittet in eam sagittam: nec
occupabit eam clipeꝰ: nec circundabit
eam municio. Per viam qua venit re-
uertetur: ⁊ ciuitatem hanc nō ingredie-
tur dicit dominus: protegamq; urbē
hanc ⁊ saluabo eam· ꝓpter me et ꝓpter
dauid seruū meū. Factū est igitur in nocte
illa venit angelꝰ dñi: et pcussit ī castris
assiriorum centum octogintaquinq;
milia. Cūq; diluculo surrexisset vidit
omnia corpora mortuoꝝ: et recedens
abiit, et reuersus est sennacherib rex as-
siriorum: et mansit in niniue. Cumq;
adoraret in templo nesrach deū suum:
adramelech ⁊ sarasar filii eiꝰ pcusserūt
eū gladio: fugerūtq; ī trā armenioꝝ: ⁊
regnauit asaradon filiꝰ eiꝰ p eo. C. XX.

In diebꝫ illis egrotauit ezechias
usqꝫ ad mortē: et venit ad eum
ysaias filius amos ꝓpheta: dixitqꝫ ei.
Hec dicit dn̄s deus. Precipe domui tue:
Morieris enī tu: ⁊ nō viues. Qui con-
uertit faciē suā ad parietē: ⁊ adorauit
dn̄m dicens. Obsecro dn̄e: memento
queso quō ambulauerim coram te in
veritate et in corde perfecto: ⁊ qd̄ placi-
tum est coram te fecerim. Fleuit itaqꝫ
ezechias fletu magno: ⁊ anteq̄ȝ egrede-
retur ysaias mediā partem atrij: factus
est sermo dn̄i ad eum dicēs. Reuertere:
et dic ezechie duci ꝑli mei. Hec dicit
dn̄s deus dauid patris tui. Audiui ora-
tionem tuā: vidi lacrimam tuā: ⁊ ecce
sanaui te. Die tercio ascendes templū
dn̄i: et addā diebꝫ tuis quindecī ānos.
Sed et de manu regis assirioꝝ libera-
bo te ⁊ ciuitatem hāc: ⁊ protegā urbem
istam ꝓpter me et propter dauid seruū
meū. Dixitqꝫ ysaias. Afferte massam
ficoꝝ. Quā cū attulissent ⁊ posuissent
super vlcus eius: curatus est. Dixerat autē
ezechias ad ysaiam. Quod erit signū
quia dominus me sanabit: et q̄a ascen-
surus sum die tercia templū domini?
Cui ait ysaias. Hoc erit signum a do-
mino: qd̄ facturus sit dominus s̄monem
quē locutus ē. Vis ut ascendat umbra
decem lineis: aut ut reuertatur totidē
gradibꝫ? Et ait ezechias. Facile ē um-
bram crescere decem lineis. Nec hoc uo-
lo ut fiat: sed ut reuertatͬ retrorsum de-
cem gradibꝫ. Inuocauit itaqꝫ ysaias
propheta dominū: et reduxit umbrā
per lineas quibus iam descenderat in
horologio achaz retrorsum decē gra-
dibus. In tēpore illo misit merodach
baladan filius baladan rex babiloniorū
litteras et munera ad ezechiā. Audie-
rat enī qd̄ egrotasset ezechias. Letatus
est autem in aduentu eoꝝ ezechias: et
ostendit eis domū aromatū: et aurū
et argentū ⁊ pigmenta varia: vnguēta
quoqꝫ ⁊ domū vasorū suoꝝ et oīa
que habere poterat in thesauris suis.
Nō fuit qd̄ nō mōstrasset eis ezechias
in domo sua: et in oīni potestate sua.
Venit aūt ysaias propheta ad regem
ezechiam: dixitqꝫ ei. Quid dixerūt viri
isti: aut unde venerūt ad te? Cui ait
ezechias. De terra lōginqua venerūt
ad me: de babilone. At ille respōdit.
Quid viderūt ī domo tua? Ait ezechi-
as. Oīa quecūqꝫ sunt ī domo mea
viderunt. Nichil est enim quod non
monstrauerim eis in thesauris meis.
Dixit itaqꝫ ysaias ezechie. Audi s̄mo-
nem domini. Ecce dies venient: ⁊ aufe-
rentur omnia q̄ sunt in domo tua: et
que condiderūt patres tui usqꝫ in diē
hanc in babilonem. Non remanebit
quicq̄ȝ ait dominus. Sed et de filijs tuis
qui egredientur ex te quos generabis
tollentur: et erunt eunuchi in palacio
regis babilonis. Dixit ezechias ad y-
saiam. Bonus sermo domini quē lo-
cutus ē. Sit tantum pax et veritas in
diebꝫ meis. Reliq̄ autē s̄monū ezechie
et oīs fortitudo eius ⁊ quō fecerit pisci-
nam et aqueductum ⁊ introduxerit a-
quas ī ciuitatē: nōne hec scripta sūt ī
libro sermonū dieꝝ regū iuda? Dormi-
uitqꝫ ezechias cū patribꝫ suis: et regna-
uit manasses filius eius ꝓ eo. Ca. XXI.

Duodecim annoꝝ erat manasses
cū regnare cepisset: et quinqua-
gintaquinqꝫ annis regnauit in iheru-
salem. Nomen matris eius aphsiba.
Fecitqꝫ malum in conspectu domini:
iuxta ydola gentium quas deleuit do-
minus a facie filiorum isrl̄. Cōuersus
qꝫ ē et edificauit excelsa q̄ dissipauerat

ezechias pater eius: ⁊ erexit aras baal
⁊ fecit lucos sicut fecerat achab rex isrl:
et adorauit omnē militiā celi et coluit
eam. Extruxitq; aras in domo dñi de
qua dixit dñs ī ihrlm ponam nomē
meū: ⁊ extruxit altaria uniūse militie
celi·in duobȝ atrijs templi domini. Et
traduxit filiū suum per ignē: ⁊ ariola-
tus est et obseruauit auguria · et fecit
phitones·⁊ aruspices multiplicauit:
ut faceret malū coram dño ⁊ irritaret
eum. Posuitq; ydolū luci quē fecerat
in templo dñi: sup quo locut⁹ est dñs
ad dauid et ad salomonem filiū eius.
In templo hoc et in iherusalem quā
elegi de cunctis tribubȝ israhel ponam
nomē meū in sempiternū: et ultra nō
faciam commoueri pedem israhel de
terra quā dedi patribȝ eoꝝ si custodie-
rint ope omnia que precepi eis: ⁊ uni-
uersam legem quā mandauit eis seru⁹
meus moyses. Illi vero nō audierūt:
sed seducti sunt a manasse: ut facerent
malum sup gentes quas ɔtriuit dñs
a facie filioꝝ israhel. Locutusq; ē dñs
in manu seruoꝝ suoꝝ ꝓphetarū dicēs.
Quia fecit manasses rex iuda abomi-
naciones istas pessimas sup omnia
que fecerunt amorrei ante eū·⁊ peccare
fecit etiā iudam in immūdicijs suis:
propterea hec dicit dñs deus israhel.
Ecce ego inducam mala sup ihrusalē
⁊ iudā: ut quicunq; audierit tinniant
ambe aures eius. Et extendam super
iherusalem funiculum samarie ⁊ pon-
dus domus achab: et delebo ihrusalē
sicut deleri solēt tabule. Delens vertā:
et ducam crebrius stilum super faciē
eius. Dimittam vero reliquias heredi
tatis mee, ⁊ tradam eas in manus ini-
micorum eius: eruntq; in vastitatē et
in rapinā cunctis aduersarijs suis eo

quod fecerint malū coram me: ⁊ perse-
uerauerunt irritantes me ex die qua
egressi sunt patres eoꝝ ex egipto usq;
ad hāc diē. Insup ⁊ sāguinē innoxiū
fudit manasses multū nimis donec
impleretur ihrusalē usq; ad os: abs-
q; peccatis suis quibus peccare fecit iu-
dam ut faceret malū corā dño. Reliq̄
aūt sermonū manasse ⁊ uniuersa que
fecit·⁊ peccatum ei⁹ qđ peccauit: nōne
hec scripta sunt in libro smonū dierū
regū iuda? Dormiuitq; manasses cū
patribȝ suis: et sepult⁹ ē in orto domus
sue·in orto ozam: et regnauit amon
filius ei⁹ pro eo. Vigintiduoꝝ ānorū
erat amon cū regnare cepisset: duobȝ
quoq; annis regnauit in iherusalem.
Nomen mrīs eius messallemeth filia
arus de iethba. Fecitq; malū ī conspe-
ctu dñi sicut fecerat manasses pater ei-
us: et ambulauit in omni via p quā
ambulauerat pater eius. Seruiuitq;
immundicijs quibus seruiebat pater
eius ⁊ adorauit eas: et dereliquit do-
minū deum patrum suorū: et nō am-
bulauit in via domini. Tetenderunt
q; ei insidias serui sui: et interfecerūt re-
gem in domo sua. Percussit aūt pplš
terre omnes qui coniurauerāt contra
regem amon: et cōstituerūt sibi regem
iosiā filiū ei⁹ p eo. Reliq̄ aūt smonū
amō q̄ fecit: nōne hec scripta sūt ī libro
sermonū dieꝝ regū iuda? Sepelierūt
q; eū ī sepulcro suo in orto ozam: et re-
gnauit iosias filius ei⁹ p eo. **CA. XXII.**

Octo annoꝝ erat iosias cū regna-
re cepisset: et trigintauno annis
regnauit in ihrlm. Nomen mrīs ei⁹
ydida filia phadaia de besechat. Fecit
q; quod placitū erat coram domino:
et ābulauit p oēs vias dauid pris
sui. Nō declinauit ad dexteram siue

ad sinistram. Anno autem octavode-
cimo regis iosie misit rex saphan filiũ
aslia filij mesulā scribā templi dñi: di-
cens ei. Vade ad helchiā sacerdotē ma-
gnum ut confletur pecunia q̄ illata ē
in templũ domini quā collegerũt iani-
tores templi a ppło: deturq; fabris per
ppositos domus domini. Qui et distri-
buāt eam hijs qui operātur ī templo
dñi ad instaurāda sartatecta templi-
tignarijs videlicet et cementarijs · et
hijs qui interrupta componunt: et ut
emantur ligna et lapides de lapicidi-
nis ad instaurandũ templũ domini.
Verũtamē nō supputetur eis argentũ
qđ accipiunt: sed in potestate habeāt
et in fide. Dixit aũt helchias pontifex
ad saphan scribam. Librũ legis repe-
ri in domo dñi. Deditq; helchias vo-
lumen saphan scribe: qui ⁊ legit illud.
Venit quoq; saphan scriba ad regē:
et renũciavit ei qđ preceperat: ⁊ ait. Con-
flaverunt servi tui pecuniā que reperta
est in domo dñi: et dederũt ut distribu-
eretur fabris ac prefectis operũ templi
dñi. Narravit quoq; saphan scriba
regi dicēs. Librũ dedit michi helchias
sacerdos. Quē cũ legisset saphan corā
rege · et audisset rex verba libri legis
dñi: scidit vestimenta sua: et precepit
helchie sacerdoti et ahicham filio sa-
phan ⁊ achobor filio micha ⁊ saphan
scribe · et asaie servo regis dicens. Ite
et cōsulite dominũ sup me et sup ppło
et sup omi iuda · de verbis voluminis
istius quod inventũ est. Magna eni
ira domini succensa ē cōtra nos: quia
nō audierũt patres nostri verba libri
huius ut facerent omne quod scriptũ
est nobis. Ierunt itaq; helchias sacer-
dos et ahicham et achobor et saphan
et asaia ad oldam prophetem uxorem
sellũ filij thecue filij aras custodis vesti-
um que habitabat in ihrl'm ī secunda:
locutiq; sunt ad eam. Et illa respōdit
eis. Hec dicit dominus deus israhel.
Dicite viro q̄ misit vos ad me. Hec
dicit domin⁹. Ecce ego adducā mala
sup locũ istũ et super habitatores eius
omnia verba legis que legit rex iuda:
quia dereliquerũt me et sacrificaverũt
dijs alienis irritantes me in cunctis
opibus manuũ suaꝝ. Et succendetur
indignatio mea in loco hoc: et non ex-
tinguetur. Regi autem iuda qui misit
vos ut cōsuleretis dominũ sic dicetis.
Hec dicit dominus de⁹ israhel. Pro
eo quod audisti verba voluminis et
perterritum est cor tuum et humiliatus
es coram domino · auditis sermonib;
contra locũ istum ⁊ habitatores eius
quod videlicet fierent in stuporem et
in maledictũ · et scidisti vestimenta tua
et flevisti coram me · et ego audivi ait
dominus: idcirco colligam te ad pa-
tres tuos · et colligeris ad sepulcrum
tuum in pace: ut non videant oculi
tui omnia mala que introducturus
sum super locum istum. cap̄. xxiii.

Et renunciaverũt regi qđ dixerat.
Qui misit: et cōgregati sunt ad
eum omnes senes iuda et ihrusalem.
Ascenditq; rex templum domini · et o-
mnes viri iuda universiq; qui habita-
bant in ihrusalem cum eo · sacerdotes
et prophete et omnis popul⁹ a parvo
usq; ad magnum: legitq; cũctis audi-
entibus omnia verba libri federis qui
invent⁹ est in domo domini. Stetitq;
rex super gradũ ⁊ fedus percussit corā
domino: ut ambularēt post dominũ ·
et custodirent precepta eius ⁊ testimo-
nia et cerimonias in omni corde ⁊ in
tota anima: et suscitarēt verba federis

huius que scripta erant in libro illo.
Acquieuitq; ppls pacto. Et p̄cepit rex
helchie pōtifici et sacerdotibȝ secundi
ordinis et ianitoribus ut proicerent
de templo dñi omnia uasa que facta
fuerant baal: 7 in luco 7 uniūse milicie
celi: et combussit ea foris ihērusalē in
conualle cedron: et tulit puluerē eorū
in bethel. Et deleuit aruspices quos
posuerant reges iuda ad sacrificandū
in excelsis p ciuitates iuda 7 in circuitu
ihrusalē: et eos q̄ adolebāt incensum
baal et soli et lune et duodecim signis
et omni milicie celi. Et efferri fecit lucū
de domo domini foras ihērusalem in
conualle cedron 7 combussit eum ibi
et redegit in puluerem: et proiecit sup
sepulcra uulgi. Destruxit q̄ȝ ediculas
effeminatoȝ que erant in domo dñi:
pro quibus mulieres texebant quasi
domunculas luci. Cōgregauitq; om̄es
sacerdotes de ciuitatibus iuda: 7 cōta-
minauit excelsa ubi sacrificabant sa-
cerdotes de gabaa usq; bersabee. Et
destruxit aras portarū ī introitu ostij
iosue principis ciuitatis: qđ erat ad si-
nistram porte ciuitatis. Veruntamen
nō ascendebāt sacerdotes excelsoȝ ad
altare dñi in ihrusalem: sed tantum
comedebant azima ī medio fratrum
suorū. Contaminauit quoq; topheth
qđ est in cōualle filij ennon: ut nemo
consecraret filium suum aut filiam p
ignē moloch. Abstulit quoq; equos
quos dederant reges iude soli ī introi-
tu templi dñi iuxta exedram nathāme-
lech eunuchi: q̄ erat in pharurim: cur-
rus autem solis combussit igni. Alta-
ria quoq; que erant super tecta cenaculi
achaz: que fecerant reges iuda 7 alta-
ria que fecerat manasses in duobus
atrijs tēpli dñi destruxit rex: 7 cucurrit
inde et dispersit cinerem eoȝ ī torrentē
cedron. Excelsa quoq; que erant in ihe-
rusalem ad dexteram partem montis
offensionis que edificauerat salomō
rex israhel astaroth ydolo sydonioȝ:
et chamos offensioni moab: et mel-
chon abominationi filiorū ammon
polluit rex: et contriuit statuas 7 succi-
dit lucos: repleuitq; loca eoȝ ossibus
mortuorū. Insup et altare qđ erat in
bethel et excelsum qđ fecerat iherobōā
filius nabath qui peccare fecit israhel:
et altare illud excelsum destruxit atq;
combussit et cōminuit in puluerē: suc-
cenditq; etiā lucū. Et conuersus iosias
uidit ibi sepulcra que erant in mōte:
misitq; et tulit ossa de sepulcris: 7 com-
bussit ea super altare: et polluit illud
iuxta uerbum dñi quod locut9 est uir
dei q̄ pdixerat uerba hec. Et ait. Quis
est titulus ille quē uideo? Respōderūt
q; ei ciues urbis illi9. Sepulcrū est ho-
minis dei qui uenit de iuda: 7 predixit
uerba hec que fecisti super altare bethel.
Et ait. Dimittite eum. Nemo cōmo-
ueat ossa eius. Et intacta manserunt
ossa illius cum ossibus prophete q̄ ue-
nerat de samaria. Insup et oīa fana
excelsoȝ que erant in ciuitatibȝ sama-
rie que fecerāt reges israhel ad irritan-
dum dñm abstulit iosias: et fecit eis
secundum omnia que fecerat in bethel.
Et occidit uniuersos sacerdotes excel-
soȝ q̄ erant ibi super altaria: 7 combus-
sit ossa humana super ea. Reuersusq; ē
ihrusalem: et precepit omni populo
dicens. Facite phase domino deo ue-
stro: secundū quod scriptū est in libro
federis huius. Nec enim factū ē phase
tale a diebus iudicū qui iudicauerūt
isrl et omniū dieȝ regū israhel 7 regū
iuda: sicut ī octauodecimo āno regis

iosie factum est phase istud domino in
ihrusalem. Sed et phitones et ario-
los ⁊ figuras ydolorꝫ ⁊ inmūdicias
et abominationes que fuerunt ī terra
iuda et ihrusalem abstulit iosias: ut
statueret uerba legis que scripta sunt
in libro quē inuenit helchias sacerdos
in templo dnī. Similis illi nō fuit āte
eum rex · qui reuerteretur ad dominū
in omni corde suo et ī tota anima sua
et uniuersa uirtute sua iuxta omnem
legem moysi: neqꝫ post eum surrexit si-
milis illi. Ueruntamē nō est auersus
dominus ab ira furoris sui magni:
quo iratus est furor eius contra iudā
propter irritatiōes quibꝫ puocauerat
eum manasses. Dixit itaqꝫ dns. Etiā
iudā auferā a facie mea sicut abstuli
israhel: ⁊ proiciā ciuitatem hanc quā
elegi ihrusalem et domū de qua dixi-
erit nomen meū ibi. Reliqua aūt sermo-
num iosie ⁊ uniuersa que fecit: nonne
hec scripta sunt in libro uerborꝫ dierū
regū iuda? In diebꝫ eius ascendit pha-
rao nechao rex egipti contra regē assi-
riorum ad flumen eufraten. Et abijt
iosias rex in occursum eius: ⁊ occisus
est in mageddo cum uidisset eum. Et
portauerūt eum serui sui mortuum de
mageddo · et pulerunt in ihrusalem:
et sepelierunt eū in sepulcro suo. Tulit
qꝫ ppls terre ioachaz filium iosie · et un-
xerunt eum: et constituerūt eum regem
pro patre suo. Uiginti trium annorū
erat ioachaz cū regnare cepisset: ⁊ tribꝫ
mensibꝫ regnauit ī ihrusalē. Nomen
matris eius amithal: filia ieremie de lo-
bna. Et fecit malum coram domino:
iuxta omnia que fecerant patres eius.
Uinxitqꝫ eum pharao nechao ī rebla-
tha · que est in terra emath: ne regnaret
in ihrusalem. Et imposuit mul tam
terre centum talentis argenti: ⁊ talēto
auri. Regemqꝫ cōstituit pharao nechao
heliachim filium iosie pro iosia patre
eius: uertitqꝫ nomē eius ioachim. Por-
ro ioachaz tulit et duxit in egiptum.
Argentum aūt et aurū dedit ioachim
pharaoni cū indixisset t̃re p singlos:
ut conferret iuxta preceptū pharaonis.
Et unūquemqꝫ iuxta uires suas exe-
git tam argentum quā aurū de pplo
terre: ut daret pharaoni nechao. Uigin-
tiquinqꝫ ānorꝫ erat ioachim cū regnare
cepisset: ⁊ undecī ānis regnauit ī ihrlm.
Nomē mris eius zebida: filia phadaia
de ruma. Et fecit malū corā domino:
iuxta oīa q̄ fecerāt pr̄es eius. Ca. xxiiii.
In diebꝫ eius ascendit nabuchodonosor
rex babilonis: et factus est ei ioachim
seruus tribꝫ ānis: ⁊ rursum rebellauit
contra eum. Immisitqꝫ ei dns latrun-
culos caldeorum et latrunculos sirie
et latrūculos moab · et latrūculos fili-
orum āmon: et immisit eos in iudā
ut disperderent eam iuxta uerbum dnī
qd locutus fuerat p seruos suos pro-
phetas. Factum est aūt hoc per uerbū
dnī cōtra iudam ut auferret eum corā
se: ppter peccata manasse uniuersa q̄
fecit · ⁊ propter sanguinē innoxiū quē
effudit: et impleuit ihrusalem cruore
innocentiū: et ob hāc rem noluit dns
propiciari. Reliqua autem sermonū
ioachim et uniuersa q̄ fecit: nonne hec
scripta sunt in libro sermonū dierum
regum iuda? Et dormiuit ioachim cū
patribus suis: et regnauit ioachin fi-
lius eius pro eo. Et ultra nō addidit
rex egipti ut egrederetur de tra sua. Tu-
lerat enim rex babilonis a riuo egipti
usqꝫ ad fluuium eufraten omnia que
fuerāt regis egipti. Decē et octo ānorꝫ
erat ioachin cum regnare cepisset: et

tribus mensibus regnauit ī ihrusalē.
Nomen matris ei⁹ noesta filia helna-
than de ihrlm. Et fecit malum coram
domino: iuxta omnia q̄ fecerat pater
eius. In tempore illo ascenderūt servi
nabuchodonosor regis babilonis in
iherusalem: et circundata est urbs mu-
nitionibꝫ. Venitq; nabuchodonosor
rex babilonis ad ciuitatē cū servis suis:
ut oppugnarēt eam. Egressusq; ē ioa-
chin rex iuda ad regem babilonis ipse
et mater eius et servi eius et principes
eius et eunuchi ei⁹: et suscepit eum rex
babilonis āno octauo regni sui. Et
protulit inde oēs thesauros domus
dñi et thesauros domus regie: et con-
cidit uniūsa vasa aurea q̄ fecerat salo-
mō rex isrl' in templo dñi iuxta verbū
dñi: et transtulit omnem ihrusalem. ⁊
universos principes et omnes fortes
exercitus decem milia in captiuitatē et
omnem artificem ⁊ inclusorem: nichil
q; relictum est exceptis paupibꝫ ppli ter-
re. Transtulit quoq; ioachin in babi-
lonem: et matrē regis et uxores regis
et eunuchos regis et iudices tre duxit
in captiuitatē de ihrusalē ī babilonē:
et oēs viros robustos septē milia.
et artifices et inclusores mille. oēs
viros fortes et bellatores: duxitq; eos
rex babilonis captiuos ī babilonem.
Et constituit mathaniā patruū eius
pro eo: imposuitq; nomē ei sedechiā.
Vicesimū et p̄mū ānū etatis habebat
sedechias cū regnare cepisset: et unde-
cim annis regnauit ī ihrlm. Nomen
matris ei⁹ erat amithal: filia ieremie de
lobna. Et fecit malū coram domino:
iuxta omnia q̄ fecerat ioachin. Irasce-
bat enī dñs ɔtra ihrlm ⁊ cōtra iudā:
donec piceret eos a facie sua. Recessitq;
sedechias a rege babilonis. ca. xxv.

Factum est autē āno nono regni
eius mense decimo decima die
mensis venit nabuchodonosor rex ba-
bilonis ipse et oīs exercit⁹ eius ī ihe-
rusalē et circumdederūt eā: ⁊ extruxerūt
in circuitu ei⁹ munitiones. Et clausa
est ciuitas atq; vallata: usq; ad unde-
cimū ānum regis sedechie nona die
mēsis. Preualuitq; fames ī ciuitate:
nec erat panis populo terre. Et interru-
pta est ciuitas: et oēs viri bellatores
nocte fugerūt: p viam porte q̄ est inter
duplicem murū ad ortū regis. Porro
chaldei obsidebant in circuitu ciuitatē.
Fugit itaq; sedechias: per viā q̄ ducit
ad cāpestria solitudinis. Et psecutus
est exercitus chaldeoꝝ regem: cōprehen-
ditq; eū in planicie ihericho: et oēs
bellatores qui erant cū eo dispsi sūt
et reliquerūt eū. Apprehensum ergo re-
gem duxerūt ad regem babilonis in
reblatha: qui locutus est cum eo iudi-
cium. Filios autē sedechie occidit co-
ram eo: et oculos eius effodit: vinxit-
q; eū cathenis ⁊ adduxit in babilonē.
Mense quīto septima die mensis ipse
est annus nonusdecimus regis babi-
lonis venit nabuzardan princeps ex-
ercitus seru⁹ regis babilonis ī ihrlm
et succendit domū domini et domum
regis et domos iherusalem: omnēq;
domum cōbussit igni: et muros iheru-
salem in circuitu destruxit omnis exer-
citus chaldeoꝝ qui erat cū principe mi-
litū. Reliquā aūt ppli partem q̄ reman-
serat in ciuitate. ⁊ pfugas qui transfu-
gerant ad regē babilonis. et reliquū
vulgus transtulit nabuzardan prin-
ceps milicie: et de paupibꝫ tre reliquit
vinitores et agricolas; columnas au-
tem ereas que erant in tēplo domini ⁊
bases et mare ereū quod erat ī domo

domini cōfregerūt chaldei : et transtu-
lerunt es omne in babilonem . Ollas
quoq; ereas et trullas . et tridentes . et
sciphos . et mortariola . et omnia va-
sa erea . in quibȝ ministrabant tulerūt :
necnō et thuribula . et fialas . Que au-
rea aurea . et q̄ argentea argētea . tulit
princeps milicie : id est columnas du-
as . mare unum et bases quas fecerat
rex salomon in templo domini . Non
erat pondus eris . omnium vasorum .
Decem ⁊ octo cubitos altitudinis ha-
bebat columna una . ⁊ capitellum ere-
um super se altitudinis trium cubito-
rum : et retiaculum et malogranata
super capitellum columne : omnia ere-
a . Similem et columna secunda ha-
bebat ornatū . Tulit q; princeps milicie
saraiā sacerdotē p̄mū . et sophoniam
sacerdotem secundum . ⁊ tres ianitores .
et de civitate eunuchum unum qui e-
rat prefectus super bellatores viros :
et quinq; viros de hijs qui steterant
coram rege quos repperit in civitate :
et sopher principem exercitus qui pro-
babat tyrones de populo terre : et sex
viros e vulgo qui inventi fuerant ī ci-
vitate . Quos tollēs nabuzardan prin-
ceps militum duxit ad regem babilo-
nis in reblatha : percussitq; eos rex ba-
bilonis et interfecit eos in reblatha
in terra emath . Et translatus est iuda
de terra sua . Populo autem qui reli-
ctus erat in terra iuda quē dimiserat
nabuchodonosor rex babilonis pre-
fecit godoliam filium aichan filij sa-
phan . Quod cum audissent omnes
duces militum ipsi et viri qui erant
cum eis . videlicet quod constituisset
rex babilonis godoliam : venerūt ad
godoliam in maspha ismahel filius
nathanie et iohannan filius caree et
saraia filius thanameth netophati-
tes . et iezonias filius maachati : ipsi
et socij eorum . Iuravitq; godolias
ipsis et socijs eorum dicens . Nolite
timere servire chaldeis . Manete in ter-
ra : et servite regi babilonis : ⁊ bene erit
vobis . Factum est autem in mense se-
ptimo venit ismahel filius nathanie
filij elisama de semine regio et decem
viri cum eo : percusseruntq; godoliam .
qui et mortuus est : sed et iudeos et chal
deos qui erant cū eo in maspha . Con-
surgensq; omnis populus a parvo
usq; ad magnum et principes militū
venerunt in egiptum : timentes chalde-
os . Factum est vero in anno tricesimo-
septimo transmigracōnis ioachin re-
gis iude . mense duodecimo vicesima
et septima die mensis . sublevavit e-
vilmerodach rex babilonis āno quo
regnare ceperat caput ioachin regis
iuda de carcere : et locutus est ei beni-
gne . Et posuit tronum eius super tro-
num regum qui erant cum eo in babi-
lone : et mutavit vestes eius quas ha-
buerat in carcere . et comedebat panē
semper in conspectu eius cunctis diebȝ
vite sue : annonam quoq; constituit
ei sine intermissione que et dabatur
ei a rege p singulos dies omībȝ diebȝ
vite sue .

Explicit liber regum quartus ..

Incipit prologus in librũ paralipome-
non primum.

Si septuaginta inter-
pretum pura · et ut
ab eis ĩ grecũ uersa
ẽ editio permaneret:
superflue me chroma-
ti episcoporũ sanctis-
sime atq; doctissime impelleres: ut he-
brea uolumina latino sermone trans-
ferrem. Quod enim semel aures homi-
num occupauerat · et nascentis ecclesie
roborauerat fidem: iustum erat etiam
nostro silentio comprobari. Nunc
uero cum pro uarietate regionum di-
uersa ferantur exemplaria ⁊ germana
illa antiquaq; translatio corrupta sit
atq; uiolata: nr̃i arbitrij putas · aut e
pluribꝫ iudicare quid uerum sit aut
nouum opus in ueteri opere condere:
illudentibusq; iudeis · cornicum ut di-
citur oculos configere. Alexandria et
egiptus in septuaginta suis esichium
laudat auctorem: constantinopolis
usq; antiochiam luciani martiris ex-
emplaria probat. Medie int̃ has pro-
uincie palestinos codices legunt: q̃s
ab origene elaboratos eusebi⁹ ⁊ pam-
philus uulgauerunt. Totusq; orbis
hac inter se trifaria uarietate compu-
gnat. Et certe origenes non solum ex-
empla composuit quatuor editionũ
e regione singula uerba describens · ut
unus dissentiens statim ceteris inter
se consentientibus arguatur: sed qđ
maioris audacie est in editione septu-
aginta theodotionis editionẽ miscu-
it: asteriscis designãs que minus fue-
rint · et uirgulis que ex superfluo uide-
bantur apposita. Si igitur alijs lic-
uit non tenere quod semel susceperant ·
et post septuaginta cellulas q̃ uulgo
sine auctore iactantur singulas cellu-
las aperuere. Hocq; in ecclesijs legitur
quod septuaginta nescierunt: cur me
non suscipiant latini mei qui inuio-
lata editione ueteri ita nouã condidi-
ut laborem meũ hebreis et quod hijs
maius est apostolis auctoribus com-
probem? Scripsi nuper librum de o-
ptimo genere interpretandi · ostendẽs
illa de euangelio · ex egipto uocaui fi-
lium meum · et quoniam nazareus
uocabitur · et uidebunt in quẽ cõpun-
xerunt · ⁊ illud apostoli quod oculus
nõ uidit nec auris audiuit et in cor hõ-
minis non ascenderunt que p̄parauit
deus diligentibꝫ se · ceteraq; hijs simi-
lia in hebreoꝝ libris inueniri. Certe a-
postoli et euangeliste · septuaginta inter-
pretes nouerãt: et unde eis hec dicere q̃
in septuaginta nõ habent? Xp̃s domi-
nus noster utriusq; testamẽti cõditor
in euangelio secundũ iohannẽ q̃ cre-
dit inquit in me sicut dicit scriptura:
flumina de uentre eius fluent aque ui-
ue. Utiq; scriptum est: qđ saluator scri-
ptum esse testat̃. Ubi scriptum ẽ? Se-
ptuaginta nõ habent: apocrifa nescit
ecclesia. Ad hebreos igit̃ reuertendũ ẽ:
unde ⁊ dñs loquitur · et discipuli exem-
pla p̃sumunt. Hec pace ueterũ loquor:
et obtrectatoribꝫ meis tantũ respõdeo ·
qui canino dente me rodunt: ĩ publi-
co detrahentes ⁊ legentes in angulis
idẽ · accusatores et defensores: cum
in alijs probẽt quod in me reprobãt:
quasi uirtus et uicium non in rebus
sit · sed cum auctore mutetur. Ceterum
memini editionem septuaginta trans-
latorum olim de greco emendatam
tribuisse me nr̃is: nec inimicum debe-
re estimari eoꝝ quos in conuentu fra-
trum semper edissero. Et quod nunc

hebreiamin id est verba dierū interpre
tatus sum idcirco feci: ut inextricabiles
moras et silvam nominū q̄ scriptoꝝ
confusa sunt vicio· sensuumq; barba-
riem aptius et versuū cola digererē:
michi met ipi ⁊ meis· iuxta ismenium
canēs· si aures surde sūt ceteroꝝ. Inci
pit liber paralipomenō primꝰ. C. i.

Adā seth enos caynan
malalehel iared e-
noch matusale la-
mech noe sem cham
⁊ iafeth. Filij iafeth:
gomer magog ma-
dai et iauan thubal mosoch thiras.
Porro filij gomer: ascenez et riphat et
thogorma. Filij autem iauan: elisa
et tharsis cethim et dodanim. Filij
cham: chus et mesraim phut ⁊ chana-
an. Filij autem chus: saba· et euila
sabatha et regma et sabathaca. Por-
ro filij regma· saba ⁊ dadan. Chus au-
tem genuit nemroth. Iste cepit esse po-
tens in terra. Mesraim vero genuit lu-
dim et anamim et laabim ⁊ nepthu-
im: phethrusim quoq; et chasluim de
quibꝫ egressi sunt philistijm ⁊ capthu
rim. Chanaan vero genuit sydonem
primogenitum suum: etheum quoq;
et iebuseum et amorreū et gergeseum
eveumq; et aracheum ⁊ asineum ara-
dium quoq; et samareum et emathe-
um. Filij sem: elam et assur: et arfa-
xad· et lud ⁊ aram. Filij aram: hus ⁊
hul· et gether· et mes. Arfaxat autem
genuit sale: q̄ et ipe genuit heber. Por-
ro heber nati sūt duo filij: nomen uni
phalech quia in diebus eius divisa ē
terra: et nomen fratris eius iectan. Ie-
ctan autem genuit elmodad ⁊ saleph·
et asarmoth et iare: aduram quoq; ⁊
uzal et de-cla ebal etiā abimael et
saba· necnō et ophir· et euila· ⁊ iobab.
Omnes isti filij iectan. sem arfaxat sa
le heber phalech ragau· seruch nachor
thare abram: iste est abraham. Filij
autem abraham: isaac et ismahel. Et
hee generationes eorum. Primogeni-
tus ismahelis nabaioth: et cedar ⁊ ab-
dehel et mabsan et masma et duma
massa adad et thema iachur naphis
cedma. Hij sunt filij ismahelis. Filij
autem cethure concubine abraham
quos genuit: zamram iecsan madan
madian iesboc et sue. Porro filij iec-
san: saba ⁊ dadan. Filij aūt dadan: asu-
rim et lathusim ⁊ laomim. Filij autē
madian: epha et epher· ⁊ enoch ⁊ abi-
da ⁊ eldaa. Omēs hij filij cethure. Ge-
neravit autē abraham isaac: cuiꝰ fue-
runt filij esau ⁊ isrl. Filij esau: eliphaz
rahuel iehus ielon chore. Filij eliphaz:
theman· omar· zepphi· gothan ce-
nez: thamna amalech. Filij rahuel:
naath zara samma meza. Filij seir:
lothan sobal sebeon· ana· dison· eser di-
san. Filij lothan: horri· ahohimam
Soror autem lothan fuit thamna. Fi-
lij sobal alian ⁊ manaath· et ebal et se-
phi· onan. Filij sebeon: ahaia et ana.
Filij ana: dison. Filij dison: hama-
ran ⁊ eseban· ⁊ iethran ⁊ charran. Filij
eser: balaan· ⁊ zaban et iacan. Filij di-
san: us ⁊ aran. Isti sunt reges qui im
peraverunt in terra edom: anteq̄ esset
rex super filios israhel. Bale filius be-
or: ⁊ nomē civitatis eiꝰ denaba. Mor-
tuus est autem bale: ⁊ regnavit pro eo
iobab filius zare de bosra. Cumq; ⁊ io-
bab fuisset mortuus: regnavit pro eo
husan de terra themanorum. Obijt
quoq; ⁊ husan: ⁊ regnavit ꝑ eo adad
filius badad qui percussit madian in
terra moab: ⁊ nomen civitatis eius

auith. Cumq; et adad fuisset mortu-
us: regnavit pro eo semla de masreca.
Sed et semla mortuus est: et regnavit
pro eo saul de rooboth que iuxta am-
nem sita est. Mortuo q; saul regna-
vit pro eo balaana filius achobor.
Sed et hic mortuus est: et regnavit
pro eo adad cuius urbis nomen fuit
phai. et appellata est uxor eius meheta-
bel filia matred filie mezaab. Adad
autem mortuo: duces pro regibus in
edom esse ceperūt. Dux thamna. dux
alva. dux iethech. dux oolibama. dux
hela. dux phinon dux cenez. dux the-
man. dux mapsar. dux magdihel.
dux hiram. Hij duces edom. ca. ii.

Filij autem isrl' ruben simeon levi
iuda isachar et zabulon: dan et
ioseph beniamin. neptalim gad et a-
ser. Filij iude: her. aunan. et sela. Hij tres
nati sunt ei de filia sue chananitide.
Fuit autē her pmogenitus iuda malus
corā dño: et occidit eū. Thamar autē
nurus eius peperit ei phares et zara.
Omnes ergo filij iuda quinq;. Filij
autem phares esrom et amul. Filij
quoq; zare: zamri. et ethan et eman.
chalcal q; et darda. simul quinq;. Filij
charmi: achar qui turbavit isrl' et pec-
cavit ī furto anathematis. Filij ethan:
azarias. Filij autē esrom qui nati sūt
ei: ieramehel. et ram et calubi. hic est ca-
leph. Porro ram genuit aminadab:
aminadab aūt genuit naason pricipē
filiorum iuda. Naason q; genuit salma:
de quo ortus est booz. Booz vero ge-
nuit obed: qui et ipse genuit isai. Isai
aūt genuit pmogenitū heliab: secūdū
abinadab. terciū sammaha. quartū
nathanael. quintū raddai. sextū asom
septimū david: quorum sorores fuerūt
sarvia et abigail. Filij sarvie: abisai
ioab et asahel tres. Abigail autē ge-
nuit amasa: cuius pater fuit gether isma-
helites. Caleph vero filius esrom acce-
pit uxorem noīe azuba: de qua genu-
it ierioth. Fueruntq; filij eius iaser et so-
bab et ardon. Cumq; mortua fuisset
azuba accepit uxorem caleph ephrata:
que peperit ei ur. Porro ur genuit uri:
et uri genuit beselehel. Post hec ingres-
sus est esrom ad filiam machir patris
galaad: et accepit eam cum esset ānno-
rum sexaginta. Que peperit ei segub:
sed et segub genuit iair: et possedit vi-
gintitres civitates ī terra galaad. Ce-
pitq; gessur et aram oppida iair: et
canath et viculos eius sexaginta civi-
tatum. Omnes isti filij machir patris
galaad. Cū aūt mortuus esset esrom:
ingressus est caleph ad ephrata. Habu
it quoq; esrom uxorem abia: que pe-
perit ei assur patrem techue. Nati sūt
aūt filij ieramehel primogeniti esrom
ram primogenitus eius: et buna et
aram et ason et achia. Duxit quoq;
uxorem alterā iheramehel nomine at-
thara: que fuit mater onam. Sed et fi-
lij ram primogeniti iheramehel fue-
runt moos iamin et achar. Onam
aūt habuit filios semei et iadan. Filij
aūt semei: nadab et abysur. Nomen
vero uxoris abisur abiahil: que pepe-
rit ahoban et molid. Filij aūt nadab:
fuerūt seled et apphaim. Mortuus est
aūt saled absq; liberis. Filius vero ap-
phaim iesi: qui iesi genuit sesan. Por-
ro sesan genuit ahalai. Filij aūt iadai
fris semei iether et ionathan. Sed et ie-
ther mortuus ē absq; liberis. Porro io-
nathan genuit phaleth et ziza. Isti
fuerunt filij ieramehel primogeniti es-
rom. Sesan aūt non habuit filios
sed filias: et servū egiptium nomine

iezraa. Deditq; ei filiam suam uxorē:
que peperit ei ethei. Ethei autē genuit
nathan: et nathan genuit zabad. Za-
bad quoq; genuit ophal: et ophal ge-
nuit obed. Obed genuit iehu: iehu ge-
nuit azariam. Azarias genuit helles:
et helles genuit helasa. Helasa genuit
sisamoy: sisamoy genuit sellum. Sel-
lum genuit ichamian ichamiā autem
genuit elisama. Filij autem caleb fra-
tris ieramehel: mesa primogenitus e-
ius: ipē ē pater ziph filij maresa patris
hebron. Porro filij hebron chore et
taphua et recem et samma. Samma
aūt genuit raam patrē iercaam: et re-
cem genuit semmei. filiꝰ semei maon:
et maon pater bethsur. Epha autē con-
cubina caleb peperit aran et musa et
gezez. Porro aran genuit gezē. Filij
iahaddai regom et ioatham et gesan et
phalech et epha et saaph. Concubina
caleb maacha peperit saber et tharana.
Genuit autē saaph patrē madmena
sue patrē machbena: et patrem gabaa.
Filia vero caleb fuit achsa. Hij erant
filij caleb filij ur primogeniti ephra-
ta: sobal pater cariathiarim. salma pa-
ter bethleem. ariph pater bethgader.
Fuerunt aūt filij sobal. patris cariath-
iarim. qui videbat dimidiū requietio-
num. et de cognatione cariathiarim.
iethrei. et aputhei. et semathei et maserei.
Ex hijs egressi sunt saraite et esthaho-
lite. Filij salma: bethleem et nethopha-
ti corone domus iacob. et dimidiū re-
quietionis sarai. Cognatōnes quoq;
scribarū habitantiū in iabes canentes
atq; resonātes: et in tabernaculis com-
morantes. Hij sunt cinei: qui venerūt
de calore patris domꝰ rechab. Ca. III.
David vero hos habuit filios q̄ ei
nati sūt i hebron. Primogenitū

amnon. ex achinoem israhelitide:
scđm daniel de abigail carmelitide: ter-
tium absalon filiū maacha filie tho-
lomei regis gessur: quartū adoniam
filium aggith: quintū saphaciam ex
abital: sextum iethraham de egla uxo-
re sua. Sex ergo nati sunt ei i hebron:
ubi regnauit septem ānis et sex mensi-
bus. Triginta aūt et tribꝫ ānis regna-
uit in iherusalem. Porro i iherusalem
nati sunt ei filij: sammaa et sobab et na-
than. et salomon quatuor de bethsabee
filia amihel. Iebaar quoq; et helisua et
eliphaleth et noge et napheg et iaphie
necnō elisama. et eliade et eliphaleg no-
uem. Omnes hij filij david absq; filijs
concubinarū: habueruntq; sororem tha-
mar. Filius autem salomonis robo-
am: cuius abia filius genuit asa. De
hoc quoq; natus est iosaphat pater
ioram: qui ioram genuit oziam: ex
quo ortus est ioas: et huius amasias
filius genuit azariam. Porro azarie
filius ioathan procreauit achaz pa-
trem ezechie: de quo natus est manas-
ses: sed et manasses genuit amon pa-
trem iosie. Filij autem iosie fuerunt:
primogenitꝰ iohannan. scđs ioachim
tercius sedechias. quartus sellum. De
ioachim natus est iechonias et sedechi-
as. Filij iechonie fuerunt asir qui sala-
thiel. melchiram. phadaia senneser. et
iecemia sama et nadabia. De phadaia
orti sūt zorobabel et semmei. Zoroba-
bel genuit mosollam ananiam et sa-
lomith. sororem eorū: asabam quoq;
et ohol et barachiam. et asadiam. iosa-
beseth quinq;. Filius autem ananie
phaltias pater ieseie: cuius filius ra-
phaia. Huius q̄z filius arnan: de quo
natus est obdia. cuius filius fuit seche-
nias. Filius sechenie semeia: cuiꝰ filij

atius et iegaal ⁊ baria · ⁊ naaria et sa-
phat ⁊ sesa sex numero. Filijs naarie:
elioenai · ⁊ ezechias ⁊ ezricā tres. Filij e-
lioenai oduia ⁊ heliasub ⁊ pheleia ⁊ ac-
cub · ⁊ iohannan ⁊ dalaia et anan, septē.
Filij iuda: phares esrom · et .C. IIII.
charmi ⁊ ur · ⁊ subal. Rahia vero
fili⁹ subal genuit iaad de quo nati sūt
ahimai et laad . Hee cognatōnes sa-
rathi. Ista quoq; stirps etham: iesrahel
et iesema et iedebos . Nomen quoq;
sororis eorū asalelphuni . Phuniel
aūt pater gedor: ⁊ eser pater osa. Isti sūt
filij ur · pmogeniti ephrata pris beth-
leem. Assur vero patris thecue erāt due
uxores alaa ⁊ naara. Peperit autem
ei naara oozam et epher · ⁊ themani
et aastari . Isti sunt filij naara . Por-
ro filij alaa : sereth ysaar et ethnan.
Chus autem genuit anob et soboba
et cognationē aharel filij arum . Fuit
aūt iabes inclitus pre fratribz suis: et
mater eius vocauit nomen illius ia-
bes dicens: quia peperi eum in dolore.
Inuocauit ergo iabes deum israhel
dicens. Si benedicens benedixeris mi-
chi · et dilataueris terminos meos: et
fuerit manus tua mecū : et feceris me
a malitia nō opprimi. Et prestitit de⁹
que precatus est. Caleph autem frater
sua genuit machir : q̄ fuit pater esthon.
Porro esthon genuit bethrapha ⁊ phe-
se et thenna patrem urbis naas . Hij
sunt viri recha. Filij autem cenez: oth-
niel et saraia . Porro filij othniel : a-
thath ⁊ maonathi. Maonathi genuit
ophra. Saraias autem genuit ioab
patrem vallis artificū . Ibi quippe ar-
tifices erāt. Filij vero caleph filij iephō-
ne : hir et hela et naham . Filij quoq;
del et hela cenez. Filij quoq; iahaleleel: ziph et zi-
pha thiria et asrahel. Et filij esra : iether

et mereth · ⁊ epher · ⁊ iahalon. Genuitq;
mariam: et sammai et iesba patrē est-
hamo. Uxor quoq; eius iudaia peperit
iareth patrem gedor: ⁊ heber patrē zo-
cho et ichutiel patrem zanoa . Hij au-
tem filij bethie filie pharaonis quā ac-
cepit mered: et filij uxoris odaie sororis
nahan patris ceila carmi et esthamo
q̄ fuit de machati. Filij quoq; symon:
amon et rena filius anan et thilon :
et filij iesi: zoeth et benzoeth . Filij sela
filij iude · her pater lecha: et laada pater
maresa : et cognationes dom⁹ opan-
tium byssum · in domo iuramenti: et q̄
stare fecit solem · viriq; mendacij ⁊ secu-
rus ē incedens: qui principes fuerunt
in moab : et qui reuersi sunt in lehem.
Hec autē verba vetera . Hij sunt figuli
habitantes in plantationibz et in se-
pibus apud regem in operibus eius:
commoratiq; sunt ibi . Filij symeon:
namuel ⁊ iamin iarib · zara saul. Sel-
lum filius eius: mabsam filius eius:
masma fili⁹ eius. Filij masma : amu-
hel filius eius: zachur filius eius: sem-
mei filius eius . Filij semmei sedecim:
et filie sex. Fratres autem eius non ha-
buerunt filios multos: ⁊ vniuersa co-
gnatio non potuit adequare summā
filiorum iude. Habitauerūt autem in
bersabee ⁊ molada et hasarsual et in
balaa · et in asom et in tholad et in ba-
thuel ⁊ in horma · ⁊ in siceleg et i bethmar-
chaboth ⁊ in asarsusim ⁊ in bethbe-
rai et in saarim. Hee ciuitates eorum
usq; ad regem dauid: villeq; eorum e-
tham ⁊ aen remmon ⁊ thocen ⁊ asan
ciuitates quinq;: et vniuersi viculi eorū
per circuitum ciuitatum istarum usq;
ad baal . Hec est habitatio eorum: et
sedium distributio. Mosobab quoq;
et iemlech ⁊ iosa filius amasie ⁊ iohel

iehu filiꝰ iosabie filii saraie filii asihel
et elioenai ⁊ iacoba et isuaia et asaia ⁊
adihel ⁊ isimihel ⁊ banaia ziza quoq;
filius sephei filii allon· filii ydaia· filii
semri filii samaia: isti sunt nominati
principes in cognationibꝫ suis: et in
domo affinitatum suaꝝ multiplicati
sunt vehementer. Et profecti sunt ut
ingrederent̃ in gador usq; ad oriẽtem
vallis: ⁊ ut quererent pascua gregibus
suis. Inueneruntq; pascuas uberes et
valde bonas· et terram latissimam et
quietam et fertilem: in qua ante habi-
tauerant de stirpe cham. Hii ergo vene-
runt quos supra descripsimus nomi-
natim in diebus ezechie regis iude: ⁊
percusserunt tabernacula eorum et ha-
bitatores qui inuenti fuerant ibi: et de-
leuerũt eos usq; ad presentem diem: ha-
bitaueruntq; p eis quoniã uberrimas
pascuas ibidem repperierũt. De filiis q;
symeõ abierũt in mõtem seir viri quin-
genti· habentes principes phaltiam et
naariam et raphaiam et ozihel filios
iesi: et percusserũt reliquias que euade-
re potuerant amalechitarum: ⁊ habita-
uerunt ibi p eis usq; ad diẽ hanc. Ca. V.

Filii q; ruben primogeniti israhel:
ipse quippe fuit primogenitus e-
ius: sed cum violasset thorum patris
sui data sunt primogenita eius filiis
ioseph filii israhel: ⁊ nõ est ille reputa-
tus i primogenitũ. Porro iudas qui
erat fortissimus inter fratres suos: de
stirpe eius principes germinati sunt:
primogenita autem reputata sunt io-
seph. Filii ergo ruben primogeniti isra-
hel: enoch ⁊ phallu esrom et charmi. Fi-
lii iohel: samaia filius eius: gog filiꝰ
eius· semei filius eius· micha filiꝰ eiꝰ·
reeia filius eius· baal filius eius· bee-
ra filius eius: quem captiuum duxit
theglatfalasar rex assiriorum: et fuit
princeps in tribu ruben. Fratres autẽ
eius et uniuersa cognatio eiꝰ quãdo
numerabant̃ per familias suas habu-
erunt principes iehihel ⁊ zachariã. Por-
ro bala filius azaz filii samma filii io-
hel: ipse habitauit in aroer usq; ad ne-
bo et beelmeon. Contra orientalem
quoq; plagam habitauit usq; ad in-
troitum heremi ⁊ fluuiũ eufraten. Mul-
tum quippe iumentorũ numerum pos-
sidebant in terra galaad. In diebus
autẽ saul preliati sunt cõtra agarenos
et interfecerunt illos: habitaueruntq;
pro eis in tabernaculis eorũ in omni
plaga que respicit ad orientẽ galaad.
Filii vero gad econtra eorum habita-
uerunt in terra basan usq; selcha: iohel
in capite· et saphan secundus: ianai
autẽ ⁊ saphat in basan. Fratres vero
eoꝝ secundũ domos cognationũ sua-
rum: michael ⁊ mosollam ⁊ sebe ⁊ iori
et iachan· et zie· et heber septẽ. Hii filii
abihail: filii uri filii iara filii galaad·
filii michael filii iesesi· filii ieddo filii
buz. Fratres quoq; filii abdihel filii
guni principes domus in familiis su-
is: et habitauerunt in galaad ⁊ in ba-
san et in viculis eius: et in cunctis
suburbanis saron usq; ad terminos.
Omnes hii numerati sunt in diebus
ioathan regis iuda et in diebus iero-
boam regis israhel. Filii ruben et gad
et dimidie tribus manasse: viri bella-
tores scuta portãtes et gladios: et ten-
dentes arcum eruditiq; ad prelia qua-
draginta quatuor milia et septingen-
ti sexaginta procedẽtes ad pugnam·
dimicauerunt contra agarenos: ithu-
rei vero ⁊ naphel et nodab prebuerũt
eis auxiliũ. Traditiq; sunt in manus
eorum agareni et uniuersi qui fuerãt

cum eis: quia deū inuocauerunt cum
pliarentur: et exaudiuit eos eo quod
credidissent in eū. Ceperuntq; omnia
que possederāt camelorū quīquaginta
milia: et ouium ducenta quīquaginta
milia · asinos duo milia: et animas
hominum centum milia. Vulnerati
autē multi corruerunt. Fuit enim bellū
domini. Habitaueruntq; pro eis usq;
ad transmigrationē. Filii q; dimidie
tribus manasse possederunt terram a
finibꝫ basan usq; baal hermon et sanir
et montem hermon. Ingens quippe
numerus erat. Et hii fuerāt principes
domus cognationis eorū: effer · iesi ⁊ he-
lihel ezrihel ⁊ ieremia ⁊ oddia · ⁊ iedihel
viri fortissimi et potentes: et nominati
duces ī familiis suis. Reliquerūt autē
deum patrū suorū et fornicati sūt post
deos ppl'orū terre · quos abstulit dn̄s
coram eis: ⁊ suscitauit deꝰ isrl' spiritū
phul regis assiriorū ⁊ spiritū teglatfa-
lasar regis assur: ⁊ transtulit ruben ⁊
gad et dimidiam tribum manasse et
adduxit eos ī ale et in abor et ara et
fluuiū gozan usq; ad diē hāc. ca. vi.

Filii leui: gerson caath et merari.
Filii caath: amrā ysaar hebron
et ozihel. Filii amram: aarō moyses
et maria. Filii aaron: nadab et abiu
eleazar et ythamar. Eleazar genuit
finees: ⁊ finees genuit abisue. Abisue
vero genuit bocci et bocci genuit ozi:
ozi genuit zaraiā et zaraias genuit
meraioth. Porro meraioth genuit a-
mariam · ⁊ amarias genuit achitob:
achitob genuit sadoch · et sadoch genu-
it achimaas. Achimaas genuit aza-
riam: azarias genuit iohannan, io-
hannan genuit azariam. Ipē est qui
sacerdotio functus ē in domo quā edi-
ficauit salomon in ierusalē. Genuit

autē azarias amariā: ⁊ amarias ge-
nuit achitob. Achitob genuit sadoch:
et sadoch genuit sellū. Sellum genuit
helchiam: ⁊ helchias genuit azariam.
Azarias genuit zaraiam: ⁊ zaraias
genuit iosedech. Porro iosedech egres-
sus est quādo transtulit dn̄s iudam et
ierusalem p manꝰ nabuchodonosor.
Filii ergo leui gerson caath et merari.
Et hec nomina filiorū gerson: lobni
et semei. Filii caath: amram et ysaar ·
⁊ hebron ⁊ ozihel. Filii merari: mo-
li et musi. Hee autē cognationes leui
secundum familias eorū. Gerson: lo-
bni filius eiꝰ: iaath filiꝰ eius · zamma
filius eius · ioaa filius eius · addo filiꝰ
eius · zara filius eius: iethrai filius eiꝰ.
Filii caath: amminadab filius eius:
chore filius eius · asir filius eius · helca-
na filius eius · abiasaph filius eius ·
asir filius eius · caath filius eiꝰ · uriel
filius eiꝰ · ozias filiꝰ eiꝰ: saul filius eiꝰ.
Filii helcana: amasai ⁊ achimoth et
helcana. Filii helcana: sophai filiꝰ eiꝰ:
naath filius eius: heliab filius eius ·
ieroam filius eiꝰ: helcana filiꝰ eius.
Filii samuel: primogenitus vasseni ⁊
abia. Filii autē merari · mooli: lobni
filius eius: semei filius eius · oza filiꝰ
eius · samaa filius eius · aggia filius
eius: asaia filius eius. Isti sunt quos
constituit dauid super cantores domꝰ
domini exquo collocata est archa: et
ministrabant coram tabernaculo testi-
monii canentes donec edificaret salo-
mon domū dn̄i in ierusalē. Stabāt
autem iuxta ordinē suū in ministerio.
Hii vero sunt qui assistebant cū filiis
suis de filiis caath: heman cantor fili-
us iohel · filii samuel filii helcana filii
ieroam filii helihel filii thou filii suph
filii helcana · filii iohel filii maath filii

cū suburbanis suis

amasai filij helcana filij iohel filij aza-
rie filij sophonie filij thaath filij asir · fi-
lij abisaph · filij chore filij ysaar filij
caath filij leui · filij israhel : et frater eiꝰ
asaph · qui stabat a dextris eiꝰ ; asaph
filius barachie · filij samaa · filij micha-
el · filij basaie filij melchie · filij athanai ·
filij zara filij adaia · filij ethan filij zam-
ma filij semei filij ieth filij gerson filij
leui. Filij autē merari fratres eorū ad
sinistram : ethan filiꝰ chusi · filij abdi · fi-
lij maloch filij asabie filij amasie filij
helchie filij amasai · filij bonni filij so-
mer filij mooli · filij musi filij merari fi-
lij leui. Fratres quoq; eorū leuite : q̄ or-
dinati sunt in cunctum ministerium
tabernaculi domus dn̄i. Aaron vero
et filij eius adolebāt incensum super
altare olocausti · ⁊ super altare thimi-
amatis · in omne opus sancti sancto-
rum : ⁊ ut precarentur ꝓ isrl' iuxta oīa
que preceperat moyses seruus dei. Hij
sunt aūt filij aaron. Eleazar filiꝰ eiꝰ :
finees filius eius · abisue filius eiꝰ boc-
ci filius eius · ozi filius eius · zaraia fi-
lius eius · meraioth filiꝰ eius · amaria
filius eius · achitob filius eius · sadoch
filiꝰ eius : achimaas filius eiꝰ. Et hec
habitacula eoꝝ ꝑ vicos atq; confinia
filioꝝ scilicet aarō iuxta cognatōnes
caathitaꝝ. Ipsis enim sorte contigerāt.
Dederunt igitur eis hebron in terra iu-
da et suburbana eiꝰ ꝑ circuitū : agros
autem ciuitatis ⁊ villas caleph filij ie-
phone. Porro filijs aaron dederunt ci-
uitates ad confugiendum hebron et
lobna ⁊ suburbana eius : iether quoq;
et esthemo cum suburbanis suis · sed ⁊
helon et dabir cum suburbanis suis : a-
san quoq; et bethsemes et suburbana
earum. De tribu autem beniamin ga-
bee et suburbana eius : ⁊ almath cum

suburbanis suis : anathot quoq; cum
suburbanis suis. Omēs ciuitates tre-
decim : ꝑ cognatōnes suas. Filijs aūt
caath residuis de cognatione sua · de-
derunt ex dimidia tribu manasse ī pos-
sessionē urbes decē. Porro filijs ger-
son ꝑ cognationes suas de tribu ysa-
char ⁊ de tribu aser ⁊ de tribu neptalim ·
et de tribu manasse in basan urbes tre-
decim. Filijs aūt merari per cognatio-
nes suas de tribu ruben ⁊ de tribu gad ·
et de tribu zabulon · dederūt sorte ciui-
tates duodecim. Dederunt quoq; filij
israhel leuitis ciuitates et suburbana
earum. Dederuntq; per sortem ex tribu
filioꝝ iuda · et ex tribu filiorū symeon ·
et ex tribu filioꝝ beniamin urbes has
quas vocauerunt nominibꝫ suis : et
hijs q̄ erant ex cognatione filiorū ca-
ath. Fueruntq; ciuitates in terminis
eorū de tribu ephraim. Dederūt ergo
eis urbes ad cōfugiendum sichem cū
suburbanis suis · in monte ephraim
et gazer cum suburbanis suis ; iecma-
am quoq; cum suburbanis suis · et
bethoron similiter : necnō ⁊ helon cum
suburbanis suis ⁊ gethrēmon in eun-
dem modū. Porro ex dimidia tribu
manasse aner et suburbana eius · ba-
laam et suburbana eius : hijs videli-
cet qui de cognatione filioꝝ caath re-
liqui erant. Filijs autem gerson de co-
gnatione dimidie tribꝫ manasse gau-
lon ī basan ⁊ suburbana eius : et asta-
roth cum suburbanis suis. De tribu
ysachar · cedes cum suburbanis suis ·
et dabereth cum suburbanis suis : ra-
moth quoq; et suburbana eius · et a-
nem cum suburbanis suis. De tribu
vero aser masal cū suburbanis suis · ⁊
abdon similiter : asach quoq; ⁊ subur-
bana eius : roob cū suburbanis suis.

Porro de tribu neptalim cedes in ga=
lilea et suburbana eius: amon cū sub=
urbanis suis: ⁊ cariathaim ⁊ suburba=
na eius. Filijs aūt merari residuis de
tribu zabulon · remmono ⁊ suburba=
na eius: et thabor cū suburbanis suis.
Trans iordanem quoqȝ ex adverso ihe=
richo contra orientē iordanis de tribu
ruben bosor in solitudinē cū suburba=
nis suis: ⁊ iassa cū suburbanis suis:
cademoth quoqȝ ⁊ suburbana eius:
et miphaath cū suburbanis suis. Nec=
non ⁊ de tribu gad · ramoth ī galaad
et suburbana ei⁹: ⁊ manaim cū subur=
banis suis: sed ⁊ esebon cū suburbanis
suis · ⁊ iezer cū suburbanis suis. c. vii.

Porro filij isachar: thola ⁊ phua
iasub ⁊ simeron quatuor. Filij
thola: ozi ⁊ raphaia · et ierihel ⁊ iemai
et iepsem · ⁊ samuel principes p domos
cognationū suarū. De stirpe thola vi=
ri fortissimi numerati sunt in diebȝ da=
uid: viginti duo milia sexcenti. Filij o=
zi: israhia de quo nati sunt michael
et obadia ⁊ iohel et iesia quinqȝ omnes
principes: cūqȝ eis per familias et po=
pulos suos accincti ad prelium viri
fortissimi: triginta sex milia. Multas
enī habuerūt uxores ⁊ filios. Fratres
quoqȝ eorū per omnem cognatōnē isa=
char robustissimi ad pugnandū: octo=
ginta septē milia numerati sūt. Filij
beniamin: bale ⁊ bochor ⁊ iadihel tres. Fi=
lij bale: esbon ⁊ ozi ⁊ ozihel ⁊ ierimoth
et urai quinqȝ: principes familiarū et
ad pugnandū robustissimi. Numer⁹
autem eorū viginti duo milia et trigin=
taquatuor. Porro filij bochor zamira
et ioas ⁊ eliezer et helioenai · et amri et
ierimoth et abia et anathot · et alma=
than. Omēs hij filij bochor. Numera=
ti sunt aūt p familias suas principes
cognationū suarū ad bella fortissimi:
viginti milia et ducenti. Porro filij iadi=
hel balan. Filij aūt balan: iheus ⁊ benia=
min ⁊ ahoth et chanana · et iothan et
tharsis et ahisaar. Omnes hij filij ia=
dihel principes cognationū suarū viri
fortissimi. decem et septem milia et du=
centi ad prelium procedentes. Sephan
quoqȝ et haphan filij hir et asim filij
aer. Filij autem neptalim iasihel et gu=
ni · et aser et sellum filij bale. Porro fi=
li⁹ manasse · esrihel: concubinaqȝ eius
sira peperit machir patrē galaad. Ma=
chir autē accepit uxorē filijs suis hap=
phim et sepham: ⁊ habuit sororē no=
mine maacha. Nomē aūt secundi sal=
phaath. Nateqȝ sunt salphaath filie.
Et peperit maacha uxor machir filiū:
vocavitqȝ nomē eius phares. Porro
nomen fratris eius sares: et filij eius
ulam et recheta. Filius autem ulam be=
dan. hij sunt filij galaad filij machir:
filij manasse. Soror autē ei⁹ regina
peperit virum decorū et abiezer ⁊ mo=
ola. Erant autē filij semida ahin ⁊ se=
chem · et leci ⁊ aniam. Filij aūt ephra=
im suthala: bareth filius eius: thaath
filius eius elada filius eius thaath fi=
lius eius: ⁊ huius filius zadab · ⁊ hui⁹
filius suthala et huius filius ezer · et
elad. Occiderunt autem eos viri geth
indigene: quia descenderant ut invade=
rent possessiones eorum. Luxit igitur
ephraim pater eorum multis diebus:
⁊ venerunt fratres eius ut consolaren=
tur eum. Ingressusqȝ est ad uxorē suā:
que concepit et peperit filium et voca=
uit nomen eius beria: eo quod ī ma=
lis domus eius ort⁹ esset. Filia aūt eius
fuit sara: que edificavit bethoron infe=
riorem et superiorē · et ozenzara. Por=
ro filius eius rapha ⁊ reseph ⁊ thale:

de quo natus ē thaan·qui genuit laa-
dan. Huius quoq; filius ammiud q̄
genuit elisama de quo ortus est nun:
qui habuit filiū iosue. Possessio autē
eorum et habitatio bethel cum filiab;
suis: et contra orientē noran: ad occi-
dentalem plagam gazer et filie eius:
sichem quoq; cū filiab; suis usq; asa
cū filiabus ei⁹: iuxta filios quoq; ma-
nasse bethsan et filias eius: thanac et
filias eius·mageddo ⁊ filias eius·dor
et filias eius. In hiis habitauerūt filii
ioseph·filii israhel. Filii aser: iemna ⁊
iesua et isui·et baria et sara soror eorū.
Filii aūt baria: heber ⁊ melchiel: ipse
est pater barsaith. Heber aūt genuit ie-
phlat ⁊ somer ⁊ iothan ⁊ suaa·sororē
eorū. Filii iephlat phosech ⁊ chamaal
et asoph. Hii filii iephlat. Porro filii
somer: ahi et roaga et iaba et aram.
Filii autem helem fratris eius: supha
et iemna·⁊ selles ⁊ amal. Filii supha:
sue·aruaphed·⁊ sual ⁊ beri et iamra
bosor ⁊ od et sāma et salusa ⁊ iethran
et bera. Filii iether: iephone ⁊ phaspha
et ara. Filii autē olla: aree ⁊ aniel et
resia. Omnes hii filii aser: principes
cognatōnū electi atq; fortissimi duces
ducū. Numer⁹ aūt eorū etatis q̄ apta
esset ad bellum: viginti sex milia. c.viii.

Beniamin aūt genuit bale p̄mo-
genitū suū: asbal secūdū·ahara
terciū·noaha quartū: ⁊ rapha quintū.
Fuerunt q; filii bale addo ⁊ gera·⁊ abi-
ud: abisue quoq; ⁊ neman ⁊ ahoe sed
et gera·⁊ sephuphan et uram. Hii sūt
filii ahod·principes cognationum
habitantium in gabaa: qui translati
sunt in manath. Nooman autem et
achia ⁊ gera ipē transtulit eos: ⁊ genu-
it oza et abiud. Porro saharaim ge-
nuit in regione moab·postq; dimisit
usim·et bara uxores suas. Genuit au-
tem de e des uxore sua iobab ⁊ sebia ⁊
mosa ⁊ molchon. iehus quoq; et se-
chia et marmach. Hii sūt filii ei⁹ prin-
cipes in familiis suis. Mehusim vero
genuit achitob et elphaal. Porro filii
elphaal: heber et misaam et samad.
Hic edificauit ono ⁊ lod ⁊ filias eius.
Baria aūt et samma principes cogna-
tionum habitantiū in aialon. Hii fu-
gauerunt habitatores geth. Et haio
et sesac ⁊ ierimoth ⁊ zabadia et arod
et heder·michahel quoq; ⁊ iespha et io-
aa: filii baria. Et zabadia ⁊ mosollā
et ezeci ⁊ heber et samari·⁊ iezlia et
iobab: filii elphaal. Et iacim·⁊ zechri·
et zabdi·⁊ helioenai·⁊ selethai·⁊ heliel·
et adaia ⁊ baraia·⁊ samarath: filii se-
mei. Et iesphan ⁊ heber ⁊ heliel ⁊ ab-
don ⁊ zechri ⁊ hanan·⁊ anania ⁊ ailā
⁊ anathothia ⁊ iephdaia ⁊ phanuhel:
filii sesac. Et samsari·⁊ sooria·⁊ otho-
lia·⁊ iersia·helia·⁊ zechri: filii ieroam.
Hii patriarche ⁊ cognatōnū principes:
qui habitauerunt in ierusalē. In ga-
baon autē habitauerūt abigabaon ⁊
nomen uxoris eius maacha: filiusq; e-
ius primogenitus abdon ⁊ sur ⁊ cis
et baal ⁊ nadab: gedur quoq; ⁊ ahio
et zacher et macelloth. Et macelloth
genuit samaa. Habitauerūtq; ex ad-
uerso fratrum suorum in ierusalem
cum fratribus suis. Ner autē genuit
cis: et cis genuit saul. Porro saul ge-
nuit ionathan et melchisue et abina-
dab et hesbaal. Filius autē ionathan
meribbaal: ⁊ meribbaal genuit micha.
Filii micha: phiton ⁊ melech ⁊ thara
ahaz: et ahaz genuit ioada et ioa-
da genuit almoth et asmoth et zamri.
Porro zamri genuit mosa·et mosa
genuit baana: cuius filius fuit rapha

de quo ort⁹ ē elasa: q̄ genuit asel. Por-
ro asel sex filij fuerūt hijs nominibꝫ:
ezricā·bochru·ismahel·saria·obdia·
anan. Omnes hij filij asel. Filij autem
esech fratris ei⁹: ulam primogenitus·et
ihus scđs: ⁊ heliphaleth tercius. Fuerūtq;
filij ulam viri robustissimi· ⁊ magno
robore tendētes arcū ⁊ mltos habētes fi-
lios ac nepotes: usq; ad centū quīqua-
ginta milia. Omnes hij filij beniamin.
Universus ergo isrł dinume- C. ix.
ratus est· ⁊ summa eorū scripta
est in libro regum israhel ⁊ iuda·transl-
latiq; sunt in babilonem propter deli-
ctum suum. Qui autem habitaverunt
primi in possessionibꝫ et in urbibꝫ su-
is isrł·et sacerdotes et levite et nathin-
nei: commorati sunt in ihrlm de filijs
iuda ⁊ de filijs beniamin. De filijs q̄;
ephraim et manasse othei filius ami-
ud·filius emri· filij omrai filij bonni.
De filijs phares filij iuda·et de siloni:
asaia primogenitus et filij eius. De
filijs aūt zara: iehuel ⁊ fratres eorum
sexcēti nonaginta. Porro de filijs ben-
iamin: salo fili⁹ mosollā filij oduia
filij asana· et iobania filius ieroam
et hela filius ozi filij mochori ⁊ mo-
sollam fili⁹ saphacie filij rahuel· filij
iebanie ⁊ fratres eoꝝ p̲ familias suas
nongenti quinquaginta sex. Omnes
hij principes cognacionū·pꝛ domos
patrum suoꝝ. De sacerdotibus autem
iedaia ioiarib et iachin azarias q̄; fi-
lius helchie filij mosollam filij sadoch
filij meraioth filij achitob pontifex do-
mus dei. Porro adaias filius ieroam
filij phasoꝛ filij melchia ⁊ maasia fili⁹
adihel filij iezra filij mosollam· filij
mosollamoth filij emmer: fratres q̄;
eoꝝ principes p̲ familias suas mille
septingēti sexaginta fortissimi robore
ad faciendū opus ministerij in domo
dei. De levitis aūt semeia filius assub
et filij ezricam filij asebia de filijs me-
rari. Bachachar quoq; carpentarius
et galal ⁊ mathania filius micha filij
zechri filij azaph ⁊ obdia filius semei-
e· filij galal· filij idithun: ⁊ barachia
filius asa filij helcana qui habitavit ī
atrijs nethophati. Ianitores autē sel-
lum et achub ⁊ thelmon·et ahiman:
et frater eorum sellum·princeps usq;
ad illud tempus in porta regis ad o-
rientem observabant per vices suas de
filijs levi. Sellum vero filius chore fi-
lij abiasaph filij chore cum fratribus
suis: ⁊ domo patris sui. Hij sunt chori-
te super opa ministerij: custodes vesti-
bulorum tabernaculi ⁊ familie eoꝝ p̲
vices castroꝝ domini: custodientes in-
troitum. Finees autem filius eleazar
erat dux eoꝝ corā dño. Porro zacha-
rias filius mosollamia ianitoꝛ porte
tabernaculi testimonij. Omnes hij ele-
cti in ostiarios p̲ portas ducenti duo-
decim et descripti ī villis proprijs: quos
constituerunt david ⁊ samuel videns
in fide sua: tam ipos q̄; filios eorū in
ostijs domus dñi ⁊ in tabernaculo vi-
cibus suis. Per quatuoꝛ ventos erant
ostiarij id est ad orientē ⁊ ad occiden-
tem ⁊ ad aquilonem et ad austrū. Fra-
tres autem eoꝝ in viculis morabant:
et veniebant in sabbatis suis de tēpo-
re usq; ad tempus. Hijs quatuoꝛ levi-
tis creditus erat omnis numerus ia-
nitorum: et erant super exedras et the-
sauros domus domini. Per girum
quoq; templi dñi morabantur in cu-
stodijs suis: ut cum temp⁹ fuisset ipi
mane aperirent fores. De horū genere
erant et super vasa ministerij. Ad nu-
merum enim et inferebantur vasa et

effectabant. De ipis et qui credita habe-
bant utensilia sanctuarij: p̄erant sile
et vino ⁊ oleo et thuri ⁊ aromatibus.
Filij autem sacerdotū unguēta ex aro-
matibus conficiebant: ⁊ mathathias
leuites p̄mogenitꝰ sellum chorite pre-
erat fectus corū· que in sartagine frigebant.
Porro de filijs caath fratribꝫ eorum
super panes erant ꝓpositionis: ut sem-
per nouos p singla sabbata p̄pararēt.
Hij sunt principes cantoꝝ p familias
leuitarum qui in exedris morabātur:
ita ut die ac nocte iugiter suo ministe-
rio deseruirent. Capita leuitaꝝ p fami-
lias suas principes manserūt ī ihrlm.
In gabaon aūt cōmorati sunt pater
gabaon iahiel: ⁊ nomen uxoris eius
maacha. Filius primogenitꝰ eius ab-
don: ⁊ sur· et cis· ⁊ baal· ⁊ ner· et nadab·
gedor quoqꝫ et ahio· ⁊ zacharias· et
macelloth. Porro macelloth genuit
semmaan. Isti habitauerūt e regione
fratrū suorū in ihrlm cū fratribꝫ suis.
Ner aūt genuit cis: et cis genuit saul.
Et saul genuit ionathan· et melchisue
et abinadab· et esbaal. Filius autem
ionathan meribbaal: ⁊ meribbaal ge-
nuit micha. Porro filij micha: phiton
et melech et thara ⁊ ahaz. Ahaz autē
genuit iara: et iara genuit alamath ⁊
azmoth ⁊ zamri. Zamri aūt genuit
mosa: mosa vero genuit baana cuius
filius raphaia genuit elasa: de quo or-
tus ē asel. Porro asel sex filios habuit
hijs nominibus: ezricam bochru is-
mahel saria obdia anan. Hij filij asel.

Philistijm aūt pugnabant ca. x
contra israhel: fugeruntqꝫ viri
israhel palestinos ⁊ ceciderunt vulne-
rati in monte gelboe. Cūqꝫ appropin-
quassent philistei ꝑsequentes saul et
filios eius: percusserunt ionathan et
aminadab ⁊ melchisue filios saul. Et
aggrauatum est preliū cōtra saul: in-
ueneruntqꝫ eū sagittarij· ⁊ vulnerane-
runt iaculis. Et dixit saul ad armigeꝝ
suū: Euagina gladiū tuū et interfice
me: ne forte veniant incircumcisi isti ⁊
illudāt michi. Noluit autem armiger
eius hoc facere: timore perterritꝰ. Ar-
ripuit ergo saul ensem: ⁊ irruit in eum.
Quod cum vidisset armiger eius vide-
licet mortuū esse saul: irruit etiā ipē in
gladium suū ⁊ mortuus est. Interijt
ergo saul et tres filij eius: et omnis do-
mus illius pariter concidit. Quod cū
vidissent viri israhel qui habitabant
in campestribꝫ fugerūt: ⁊ saul et filijs
eius mortuis dereliquerunt urbes su-
as ⁊ huc illucqꝫ dispersi sunt: venerūt
qꝫ philistijm ⁊ habitauerūt in eis. Die
igit̄ altero detrahentes philistijm spo-
lia cesorū: inuenerūt saul ⁊ filios eius
iacentes in monte gelboe. Cumqꝫ spo-
liassent eum ⁊ amputassent caput· ar-
misqꝫ nudassent: miserūt in terrā suā·
ut circumferretur ⁊ ostenderet̄ ydoloꝝ
templis ⁊ populis. Arma aūt eiꝰ con-
secrauerunt in fano dei sui: et corpus
affixerunt in templo dagon. Hoc cum
audissent viri iabes galaad omnia
scilicet que philistijm fecerāt sup saul:
consurrexerūt singli viroꝝ fortiū· et tu-
lerunt cadauera saul ⁊ filiorum eius:
attuleruntqꝫ ea in iabes ⁊ sepelierunt
ossa eorum subter quercum que erat
in iabes: ⁊ ieiunauerunt septem diebꝫ.
Mortuus est ergo saul propter iniqui-
tates suas: eo q̄ preuaricatꝰ sit man-
datum domini quod preceperat ⁊ nō
custodierit illud: sed insup etiam phi-
tonissam consuluerit nec sperauerit ī
dn̄o: ꝓpter qd̄ ⁊ interfecit eū: ⁊ trāstulit
regnū eius ad dauid filiū ysai. ca. xi.

Congregatus ē igitꝰ omīs isrl̄
ad dauid in hebron dicens. Os
tuum sumus · ⁊ caro tua. Heri quoqꝫ
et nudiusterciꝰ cum adhuc regnaret
saul : tu eras qui educebas ⁊ introdu-
cebas israhel. Tibi enī dixit dn̄s deus
tuus. Tu pasces ppl̄m meū israhel : ⁊ tu
eris princeps super eum. Venerūt ergo
omnes maiores natu israhel ad regē
in hebron : et iniit dauid cum eis fedus
coram domino. Vnxeruntqꝫ eū regem
super israhel : iuxta sermonē dn̄i quē
locutus est in manu samuhel. Abiit
quoqꝫ dauid ⁊ omīs israhel in ihrlm.
Hec est iebus : ubi erant iebusei habita-
tores terre. Dixeruntqꝫ qui habitabant
in iebꝫ ad dauid. Nō ingredieris huc.
Porro dauid cepit arcem syon : que ē
ciuitas dauid. Dixitqꝫ. Omnis qui per-
cusserit iebuseum ī primis : erit pricep̄s
et dux. Ascendit igitur primus ioab
filius saruie : et factus ē princeps. Ha-
bitauit autem dauid in arce : ⁊ idcirco
appellata ē ciuitas dauid. Edificauit
qꝫ urbem in circuitu a mello usqꝫ ad
girum. Ioab aūt reliqua urbis exstru-
xit. Proficiebatqꝫ dauid uadens ⁊ cre-
scens : ⁊ dn̄s exercituum erat cū eo. Hii
principes uiroꝝ fortiū dauid · q̄ adiu-
uerunt eum ut rex fieret super omnem
israhel · iuxta verbū domini qd̄ locutꝰ
est ad israhel : ⁊ iste numerꝰ robustoꝝ
dauid. Iesbaam filꝰ ahamoni : prin-
ceps inter triginta. Iste leuauit hastam
suam sup̄ trecentos uulneratos · una
uice. Et post eum eleazar filius patrui
eius ahoites : qui erat inter tres poten-
tes. Iste fuit cū dauid in aphesdom-
min : quādo philistiim cōgregati sūt
ad locum illū in preliū. Et erat ager
regionis illius · plenus ordeo : fugerat
qꝫ populus a facie philistinorum. Hii
steterunt in medio agri : ⁊ defenderunt
eum. Cūqꝫ percussissent philisteos : de-
dit dominus salutē magnam populo
suo. Descenderunt aūt tres de triginta
principibꝫ ad petram in qua erat da-
uid ad speluncam odollam : quando
philistiim fuerant castrametati ī val-
le raphaim. Porro dauid erat in presi-
dio : et statio philistinorū in bethleem.
Desiderauit igitur dauid : ⁊ dixit. O si
quis daret michi aquam de cisterna
bethleem : que est in porta. Tres ergo
isti per media castra philistinoꝝ perre-
xerunt : ⁊ hauserunt aquam de cisterna
bethleem que erat in porta : ⁊ attulerūt
ad dauid ut biberet. Qui noluit : sed
magis libauit illam domino dicens.
Absit ut in conspectu dei mei hoc faci-
am : ⁊ sanguinē virorū istoꝝ bibam :
quia in periculo animaꝝ suaꝝ attule-
runt michi aquā. Et ob hāc causam
noluit bibere. Hec fecerūt tres robustis-
simi. Abisai qꝫ frater ioab ipse erat
princeps triū : ⁊ ip̄e leuauit hastā suā
cōtra trecētos vulneratos : ⁊ ip̄e erat in-
ter tres nominatissimꝰ : inter tres scd̄s :
inclitus et princeps eoꝝ. Veruntamē
usqꝫ ad tres primos non peruenerat.
Banaia filius ioiade uiri robustissi-
mi qui mlt̄a opera pp̄etrat de capsehel :
ip̄e percussit duos arihel moab. Et ip̄e
descendit ⁊ interfecit leonem in media
cisterna tempore niuis : ⁊ ip̄e percussit
virū egiptiū · cuius statura erat quīqꝫ
cubitorū : ⁊ habebat lanceam ut licia-
torium texentiū. Descendit igitur ad
eū cū virga : ⁊ rapuit hastā quā tenebat
manu : ⁊ interfecit eū hasta sua. Hec fe-
cit banaia filius ioiade · qui erat inter
tres robustos nominatissimus : inter
triginta primus. Veruntamē ad tres
usqꝫ non peruenerat. Posuit autē eū

dauid ad auriculā suā. Porro fortissi-
mi viri i exercitu: asahel frater ioab· et
elchanan filius patrui eius de bethleem:
phallonites sammoth arodites· helles plonites·
iras fili⁹ acces thecuites· abiezer ana-
tothites· sobochai usatites· ilai ahohi-
tes· marai netophatites· heleth filius
baana netophatites· ethai fili⁹ ribai
de gabaath filiorū beniamin: banaia
pharathonites· hurai de torrente ga-
as: abihel arabathites· azmoth baura-
nites· eliaba salabonites· filii assen ge-
zonī· ionathan filius segaara⁹ ithes
ahiam filius sachar ararithes· eliphal
fili⁹ ur: epher mecherathites· ahia phel-
lonites· ezro carmelites· naarai filius
asrai azbi: iohel frater nathan· mibaar fili⁹
agarai· selech ammonites· naarai be-
rothites armiger ioab filii saruie: iras
iethreus· gareb iethre⁹· urias hethe⁹:
zabad filius oholi: adyna filius sechar
rubenites princeps rubenitarꝫ· et cum
eo triginta. haanan fili⁹ macha ⁊ iosa-
phat mathanites· ozias asterothites·
semma ⁊ iahihel filii hotham arodi-
tes· iedihel filius zamri et ioha frater
ei⁹ thosaites· helihel mahumites et ieri-
bai ⁊ iosoia filii elnaem· ⁊ iethma mo-
abites· elihel ⁊ obed ⁊ iasihel de masobia.

Hii quoq; venerūt ad dauid . Ca. XII.
in sicelech cū adhuc fugeret saul
filium cis: qui erāt fortissimi et egregii
pugnatores: tendentes arcū et utraq;
manu fundis saxa iaciētes: et dirigen-
tribu tes sagittas. De fratribꝫ saul ex benia-
min. Princeps abiezer ⁊ ioas filii sa-
maa gabaathites· ⁊ iasihel ⁊ phalleth
filii azmoth. et baracha ⁊ iehu anatho-
tites· samaias quoq; gabaonites· for-
tissimus inter triginta ⁊ sup triginta:
ieremias ⁊ iheziel et iohannan ⁊ ie-
zabad gaderothites· ⁊ luzai ⁊ ierimuth

et baalia ⁊ samaria et saphatia· ara-
phites. Helcana ⁊ iesia· et azrahel et
iozer et iesbaam de carein: ioela q; ⁊
zabadia filii ieroam de gedor. Sed et
de gaddi transfugerūt ad dauid cum
lateret in deserto: viri robustissimi et
pugnatores optimi: tenentes clipeū ⁊
hastam. Facies eorū quasi facies leo-
nis: et veloces quasi capree i montibꝫ.
Ezer princeps: obdias scd's: eliab ter-
cius· masmana q̄rtus· ieremias quin-
tus· ethi sextus· heliel septimus· iohan-
nan octauus· helzebad nonus· ieremi-
as decimus· bachanai undecim⁹. Hii
de filiis gad: principes exercit⁹. Nouissi-
mus centum militibꝫ preerat: et maxi-
mus mille. Isti sunt qui transierunt
iordanen mense primo quādo inunda-
re consueuit sup ripas suas: ⁊ oēs
fugauerunt qui morabantur in valli-
bus ad orientalem plagam ⁊ occiden-
talem. Venerunt aūt et de beniamin
et de iuda ad presidium in quo mora-
batur dauid. Egressusq; est dauid ob-
uiam eis ⁊ ait. Si pacifice venistis ad
me, ut auxiliemini michi: cor meum
iungatur vobis. Si aūt insidiamini
michi pro aduersariis meis cum ego
iniquitatem in manibꝫ non habeam:
uideat deus patrum nr̄orū et iudicet.
Spiritꝰ vero dn̄i induit abisai prin- ama
cipem inter triginta ⁊ ait. Tui sumus
o dauid: ⁊ tecum fili isai. Pax pax tibi:
et pax adiutoribꝫ tuis. Te enim adiu-
uat deus tuus. Suscepit ergo eos da-
uid: ⁊ constituit principes turme. Por-
ro de manasse trāsfugerunt ad dauid
quando veniebat cū philistiim aduer-
sus saul ut pugnaret ⁊ nō dimicauit
cum eis: quia inito consilio remiserūt
eum principes philistinorū dicentes.
Periculo capitis nostri reuertetur ad

dominū suū saul. Quādo igit̄ reuer-
sus est in siceleḡ trāsfugerunt ad eū de
manasse ednas et iozabab et iedihel
et michahel ⁊ ednaa et iosabath ⁊ he-
liu et salathi· principes milium ī ma-
nasse. Hij prebuerūt auxilium dauid
adūsus latrūculos. Oīnes eni erant
viri fortissimi: et facti sūt principes in
exercitu. Sed et per singl'os dies venie-
bāt ad dauid· ad auxiliandū ei: usq3
dū fieret grandis numer⁹ quasi exerci-
tus dei. Iste quoq3 ē numerus princi-
pum exercitus qui venerunt ad dauid
cum esset in hebron: ut transferrent re-
gnum saul ad eū iuxta verbū domini.
Filij iuda portātes clipeū et hastam:
sex milia octingenti expediti ad p̄lium.
De filijs symeon: virorū fortissimorū
ad pugnandū septem milia centum.
De filijs leui: quatuor milia sexcenti.
Ioiada quoq3 princeps de stirpe aarō:
et cū eo tria milia septingēti. Sadoch
etiam puer egregie indolis: ⁊ domus
patris eius principes viginti duo. De
filijs aūt beniamin fratribꝫ saul: tria
milia. Magna enim pars eorū adhuc
sequebatur domū saul. Porro de filijs
ephraim viginti milia octingenti: for-
tissimi robore· viri nominati ī cogna-
tionibꝫ suis. Et ex dimidia tribu ma-
nasse decem ⁊ octo milia: singuli p̄ no-
mina sua venerūt ut constituerent regē
dauid. De filijs quoq3 ysachar viri eru-
diti qui nouerāt singula tempora ad
precipiendū q̄d facere deberet israhel:
principes ducenti. Oīnis aūt reliqua
tribus· eorū consiliū sequebatur. Por-
ro de zabulon qui egrediebantur ad
prelium et stabant in acie instructi ar-
mis bellicis quinquaginta milia ve-
nerunt in auxilium: non in corde dupli-
ci. Et de neptalim principes mille: et
cum eis instructi clipeo ⁊ hasta trigin-
ta et septem milia. De dan etiam p̄pa-
rati ad prelium: viginti octo milia sex-
centi. Et de aser egredientes ad pugnā
⁊ in acie prouocantes: quadraginta
milia. Trans iordanem aūt de filijs ru-
ben ⁊ de gad· et dimidia parte tribus
manasse: instructi armis bellicis· cen-
tum viginti milia. Omnes isti viri bel-
latores expediti ad pugnandū corde
perfecto· venerunt in hebron: ut consti-
tuerent regem dauid· super vniuersum
israhel. Sed et oīnes reliqui ex israhel
vno corde erant ut rex fieret dauid: fue-
runtq3 ibi apud dauid tribus diebus
comedentes ⁊ bibentes. Preparauerāt
enim eis fratres sui. Sed et qui iuxta
eos erant usq3 ysachar et zabulon et
neptalim· afferebant panes in asinis
et camelis ⁊ mulis et bobꝫ ad vescen-
dum· farinā palatas uuampassam
vinum oleū boues arietes ad oīnem
copiā. Gaudiū quippe erat ī isrl'. XIII.
Iniit aūt consilium dauid cum tribunis
et centurionibꝫ ⁊ vniuersis princi-
pibus: ⁊ ait ad omnem cetū israhel. Si
placet vobis· ⁊ a domino deo nostro
egreditur sermo quem loquor: mitta-
mus ad fratres nostros reliquos in
vniuersas regiones israhel· ⁊ ad sacer-
dotes ⁊ leuitas qui habitant in subur-
banis urbiū· ut congregentur ad nos:
et reducamus archam dei nostri ad
nos. Non enim requisiuim⁹ eam in
diebus saul. Et respondit vniuersa
multitudo ut ita fieret. Placuerat eni
sermo omni p̄plo. Congregauit ergo
dauid cunctū israhel a syor egipti· usq3
dum ingrediaris emath: ut adduce-
ret archam dei de cariathiarim. Et a-
scendit dauid ⁊ omnis vir israhel ad
collem cariathiarim que est in iuda:

ut afferret inde archam domini dei se-
dentis super cherubin ubi invocatum
est nomen eius. Imposueruntq; archā
dei sup plaustrum novū de domo am-
minadab. Oza aūt et fratres eius mi-
nabant plaustrū. Porro david et uni-
versus israhel ludebāt coram deo omī
virtute· in cāticis· et ī citharis ꝛ psalte-
rijs et timpanis· ꝛ cimbalis et tubis
Cum autē pervenissent ad areā chidon·
tetendit oza manū suam ut sustenta-
ret archam: bos quippe lasciviens pau-
lulum inclinaverat eā. Iratus ē itaq;
dūs contra ozam· ꝛ percussit eum eo
quod tetigisset archam: ꝛ mortuus ē
ibi coram dūo. Contristatusq; est da-
vid eo qđ divisisset dūs ozam: voca-
vitq; locū illū divisio oze usq; in pre-
sentem diem. Et timuit deū tunc tem-
poris dicēs. Quomodo possum ad me
introducere archam dei? Et ob hanc
causā nō adduxit eā ad se· hoc ē in civi-
tatem david: sed avertit ī domū obede-
dom gethei. Mansit ergo archa dei in do-
mo obededom tribȝ mensibȝ: ꝛ benedi-
xit dūs domui eiꝰ· ꝛ omībȝ q̄ habebat.

Misit quoq; hiram rex tyri c. xiiii.
nuncios ad david· ꝛ ligna cedri-
na et artifices parietū lignorūq;: ut edi-
ficarent ei domū. Cognovitq; david
eo quod confirmasset eum dūs ī regē
super israhel: ꝛ sublevatū esse regnum
suū super ppłm eius israhel. Accepit q;
david alias uxores in iherusalem: ge-
nuitq; filios ꝛ filias. Et hec nomina
eorū q̄ nati sunt ei in iherusalem. Sam-
mua et sobab nathan ꝛ salomon iebahar
et elisu et eliphalech· noga quoq; ꝛ ne-
pheg· et iaphie elisama et baliada et
eliphaleth. Audientes autem philisti-
jm eo qđ unctus esset david in regem
sup universū israhel: ascenderūt omnes
ut quererent eū. Quod cū audisset da-
vid· egressus est obviam eis. Porro
philistijm venientes diffusi sunt ī val-
le raphaim. Consuluitq; david dūm
dicens. Si ascendam ad philisteos· et
si trades eos in manu mea? Et dixit
ei dominus. Ascende ꝛ tradam eos in
manu tua. Cumq; illi ascendissent in
baalpharasim· percussit eos ibi david
et dixit. Divisit deꝰ inimicos meos p
manū meam sicut dividūtur aque: ꝛ
idcirco vocatū ē nomen loci illiꝰ baal-
pharasim. Dereliqueruntq; ibi deos
suos: quos david iussit exuri. Alia
etiā vice philistijm irruerunt· ꝛ diffusi
sunt in valle. Consuluitq; rursum da-
vid deum: ꝛ dixit ei deus. Non ascen-
das post eos: recede ab eis et venies
cōtra illos ex adūso pirorū. Cūq; audi-
eris sonitū gradiētis ī cacumine piro-
rum: tūc egredieris ad bellū. Egressus
est eni deus āte te ut pcutiat castra phi-
listijm. Fecit ergo david sicut pceperat
ei deꝰ: ꝛ pcussit castra philistinorū de
gabaon usq; gazera. Divulgatūq; ē
nomē david in univsis regionibȝ: et
dūs dedit pavorē eiꝰ sup omnes gentes.

Fecit quoq; sibi domos in c. xv.
civitate david: et edificavit locū
arche dei· tetenditq; ei tabernaculum.
Tunc dixit david. Illicitū est ut a quo-
cunq; portetur archa dei: nisi a levitis
quos elegit dominus ad portandum
eam· et ad ministrandū sibi usq; in e-
ternum. Congregavitq; universum
israhel in iherusalē· ut afferretur archa
dei in locum suum quē pparaverat ei:
necnon et filios aaron et levitas. De
filijs caath: urihel princeps fuit et fra-
tres eius centumviginti. De filijs me-
rari· asaia princeps et fratres eius
ducentiviginti. De filijs gerson: iohel princeps

et fratres eiꝰ centumtriginta. De filijs
elisaphan · semeias princeps ⁊ fratres
eius ducenti. De filijs hebron · elihel
princeps ⁊ fratres eius octoginta. De
filijs ozihel · aminadab princeps ⁊ fra-
tres eius centū duodecim. Vocauitqȝ
dauid sadoch ⁊ abiathar sacerdotes et
leuitas · urihel: asaiam · iohel · semeiā
elihel ⁊ aminadab: ⁊ dixit ad eos. Vos
qui estis pricipes familiaꝝ leuiticarū ·
sanctificamini cū fratribꝫ vr̄is: ⁊ affer-
te archam dn̄i dei israhel ad locū qui
ei ꝑparatus est: ne ut a principio quia
nō eratis presentes ꝑcussit nos dn̄s ·
sic et nunc fiat · illicitū quid nobis a-
gentibꝫ. Sanctificati sunt ergo sacer-
dotes ⁊ leuite · ut portarent archam do-
mini dei israhel. Et tulerūt filij leui ar-
cham dei sicut p̄ceperat moyses iuxta
verbum dn̄i humeris suis in vectibus.
Dixitqȝ dauid principibus leuitaꝝ · ut
constituerent de fratribꝫ suis cantores
in organis musicoꝝ · nablis videlicet
et liris ⁊ cimbalis: ut resonaret in excel-
sis sonitus leticie. Constituerūtqȝ leui-
tas heman filiū iohel · ⁊ de fratribus
eius asaph filiū barachie: de filijs ve-
ro merari fratribꝫ eoꝝ · ethan filiū cha-
saie ⁊ cum eis fratres eoꝝ. In secundo
ordine · zachariam ⁊ ben et iazihel et
semiramoth · ⁊ iehihel · et ani · heliab ⁊
banaiam et maasiam et mathathiā ·
et eliphalu ⁊ maceniā et obededom et
iehihel ianitores. Porro cantores he-
man · asaph · ⁊ ethan · in cimbalis ereis
concrepātes. Zacharias autem ⁊ ozi-
hel et semiramoth · ⁊ iahihel et ani eli-
ab et maasias · et banaias · in nablis
archana cantabant. Porro mathathi-
as et eliphalu · et macenias · ⁊ obede-
dom · ⁊ iehihel ⁊ ozazin ī citharis pro o-
ctaua canebāt · epinichion. Chonenias

autem princeps leuitaꝝ ꝓphetie ꝑerat:
et ad precinendam melodiam. Erat
quippe valde sapiens. Et barachias ⁊
helcana · ianitores arche. Porro sebe-
nias et iosaphat ⁊ nathanael ⁊ ama-
sai et zacharias et banaias et eliezer
sacerdotes clangebant tubis corā ar-
cha dei: et obededom et abias erant
ianitores arche. Igit̄ dauid ⁊ omnes
maiores natu isr̄l et tribuni · ierūt ad
deportandā archā federis dn̄i de domo
obededom · cū leticia. Cumqȝ adiuuisset
deus leuitas qui portabant archam fe-
deris domini: immolabantur septem
thauri ⁊ septē arietes. Porro dauid
erat indutus stola bissina: ⁊ uniuersi
leuite q̄ portabāt archam federis cāto-
resqȝ et chonenias princeps ꝓphetie
inter cantores. Dauid aūt indutus
erat ephot lineo. Uniuersusqȝ israhel
deducebāt archā federis domini: in iu-
bilo ⁊ sonitu bucine ⁊ tubis ⁊ cimbalis
et nablis ⁊ citharis ꝯcrepātes. Cumqȝ
peruenisset archa federis dn̄i usqȝ ad
ciuitatē dauid: michol filia saul ꝓspi-
ciēs ꝑ fenestrā · vidit regē dauid saltan-
tem atqȝ ludentē: ⁊ despexit eū ī corde suo.

Attulerūt igitur archam · XVI ·
dei ⁊ constituerunt eam ī medio
tabernaculi quod tetenderat ei dauid:
et obtulerūt olocausta ⁊ pacifica corā
deo. Cumqȝ complesset dauid offerens
olocausta ⁊ pacifica benedixit populo
in nomine domini: ⁊ diuisit uniuersis
per singulos a viro usqȝ ad mulierē
tortam panis · ⁊ partē asse carnis bu-
bale: ⁊ frixam oleo similā. Constituit-
qȝ coram archa domini de leuitis qui
ministrarent ⁊ recordarentur operum
eius · ⁊ glorificarent atqȝ laudarent do-
minum deum israhel: asaph principē
et secundum eius zachariam. Porro

iahihel et semiramoth · ⁊ iehihel · ⁊ ma-
thathiam · et eliab · ⁊ banaiam · ⁊ obede-
dom · Iehihel · sup organa psalterij et li-
ras : asaph aūt ut in cimbalis ꝑsona-
ret ; banaiam uero ⁊ aziel sacerdotes ·
canere tubis iugiter coram archa federis
dñi. In illo die fecit dauid principē ad
confitendū dño asaph et fratres eius.
Confitemini dño et inuocate nomen
eius : notas facite in ppłis adinuenti-
ones eius . Cantate ei et psallite ei · et
narrate omnia mirabilia eius : lauda-
te nomen sanctum ei⁹ : letetur cor que-
rentium dñm. Querite dñm ⁊ uirtutē
eius : querite faciem eius semper. Recor-
damini mirabiliū ei⁹ que fecit · signoꝝ
illius et iudiciorum oris ei⁹ . Semen
israhel serui eius : filij iacob electi eius.
Ipse dñs deus noster : in uniuersa ter-
ra iudicia eius. Recordamini in sempi-
ternum pacti eius : sermonis quē prece-
pit in mille generatiōes. Quē ꝑpigit
cum abraham et iuramēti illius cum
ysaac . Et cōstituit illud iacob in pre-
ceptum : et isrł in pactum sempiternum
dicens. Tibi dabo terram chanaan · fu-
niculū hereditatis uestre. Cum essent
pauci numero · parui ⁊ coloni eius . Et
transierunt de gente in gentem : ⁊ de re-
gno ad populū alterū . Non dimisit
quemq̄ calumniari eos : sed increpauit
pro eis reges . Nolite tangere cristos
meos : et in ꝓphetis meis nolite mali-
gnari. Cantate dño omnis terra : an-
nunciate ex die in diem salutare eius.
Narrate in gentibꝫ gloriā eius : et in
cunctis populis mirabilia eius. Quia
magn⁹ domin⁹ ⁊ laudabilis nimis :
et horribilis sup omnes deos. Omnes
enim dij ppłorū ydola : dñs aūt celos
fecit. Confessio ⁊ magnificentia corā
eo : fortitudo et gaudium in loco eius.

Afferte domino familie populorum :
afferte dño gloriam ⁊ imperiū : date
domino gloriā nomini ei⁹ . Leuate sa-
crificium ⁊ uenite in conspectu eius : et
adorate dñm in decore sancto. Commo-
ueatur a facie eius omnis terra : ipse
enim fundauit orbem immobilē. Leten-
tur celi ⁊ exultet terra : et dicant in nati-
onibꝫ dominus regnauit. Tonet ma-
re ⁊ plenitudo eius : exultent agri ⁊ oīa
que in eis sunt. Tunc laudabūt ligna
saltus coram dño : quia uenit iudica-
re terram . Confitemini dño quoniā
bonus : quoniā ineternū misericordia
eius. Et dicite : salua nos deus salua-
tor noster : et congrega nos et erue de
gentibꝫ : ut confiteamur nomini san-
cto tuo : ⁊ exultemus in carminibꝫ tuis.
Benedictus dñs de⁹ israhel ab eterno
usq̄ ineternū : et dicat oīs ppłs amen
et ymnum deo. Dereliquit itaq̄ ibi co-
ram archa federis dñi asaph ⁊ fratres
eius : ut ministrarēt in conspectu arche
iugiter ꝑ singulos dies et uices suas.
Porro obededom et fratres eius sexa-
ginta octo et obededom filiū ydithun
et osa · constituit ianitores . Sadoch
autem sacerdotem ⁊ fratres eius sacer-
dotes coram tabernaculo domini in-
excelso quod erat in gabaon : ut offer-
rent olocausta domino super altare
olocaustomatis iugiter mane et ue-
pere : iuxta omnia que scripta sunt in
lege domini quā precepit israheli. Et
post eum heman · ⁊ ydithun ⁊ reliquos
electos · unūquemq̄ uocabulo suo ad
confitendū dño quō ineternū misericordia
ei⁹. Heman quoq̄ et ydithun canētes tuba
⁊ quatientes cimbala · ⁊ oīa musicoꝝ or-
gana ad canendum domino. Filios
aūt ydithun fecit esse portarios. Reuer-
susq̄ ē oīs ppłs i domū suam : ⁊ dauid

ut benedicerer etiā domui sue. .XVII.
Cum aūt habitaret dauid ī domo
sua: dixit ad nathan ꝓphetā. Ec=
ce ego habito in domo cedrina: archa
aūt federis domini sub pellibꝫ est. Et
ait nathan ad dauid. Omīa que ī cor=
de tuo sunt fac: dominus enim tecum
est. Igitur nocte illa factus est sermo
dn̄i ad nathan dicens. Vade ⁊ loque=
re dauid seruo meo. Hec dicit domin⁹.
Non edificabis tu michi domum ad
habitandum. Neqꝫ enī mansi ī domo:
ex eo tempore quo eduxi israhel de terra
egipti usqꝫ ad hanc diem: sed fui semp
mutans loca tabernaculi. et ī tentorio
manens cum omni isrl'. Numquid lo=
cutus sū saltem uni iudicū israhel qbꝫ
preceperam ut pascerēt ppl'm meum. et
dixi quare nō edificasti michi domū
cedrinam? Nūc itaqꝫ sic loqueris ad
seruū meū dauid. Hec dicit dominus
exercituum. Ego tuli te cum in pascuis
sequereris gregem. ut esses dux populi
mei israhel: et fui tecum quocunqꝫ per=
rexisti: ⁊ interfeci om̄es inimicos tuos
corā te: feciqꝫ tibi nomen quasi unius
magnoꝝ qui celebrantur in terra. Et
dedi locum populo meo israhel. Plan=
tabitur et habitabit in eo. et ultra non
commouebitur: nec filij iniquitatis at=
terent eos sicut a principio. ex diebus
quibꝫ dedi iudices populo meo israhel:
et humiliaui uniuersos inimicos tu=
os. Annuncio ergo tibi. quod edifica=
turus sit tibi dominus domū. Cumqꝫ
impleueris dies tuos ut uadas ad pa=
tres tuos: suscitabo semen tuū post te
quod erit de filijs tuis: ⁊ stabiliam re=
gnum ei⁹. Ipse edificabit michi domū:
et firmabo solium eius usqꝫ ī eternū.
Ego ero ei in patrem. ⁊ ipse erit michi ī
filiū: et misericordiā meā nō auferam
ab eo sicut abstuli ab eo qui āte te fuit.
Et statuā eū in domo mea. ⁊ in regno
meo usqꝫ in sempiternum: et thronus
ei⁹ erit firmissimus ī ꝑpetuū. Iuxta
omnia uerba hec. et iuxta uniuersam
uisionem istam: sic locut⁹ est nathan
ad dauid. Cumqꝫ uenisset rex dauid et
sedisset corā domino: dixit. Quis ego
sum domine deus. et que domus mea:
ut prestares michi talia? Sed et hoc
parum uisum ē in conspectu tuo. Ideo=
qꝫ locutus es super domū serui tui etiā
in futurū: ⁊ fecisti me spectabilem super
omnes homines. Domine deus me⁹
quid ultra addere pote' dauid cum ita
glorificaueris seruū tuum ⁊ cognoue=
ris eum? Domine ꝓpter famulū tuū
iuxta cor tuū fecisti omnē magnificen=
tiam hanc: ⁊ nota esse uoluisti uniuer=
sa magnalia. Domine non ē similis
tui: et non est alius deus absqꝫ te ex o=
mnibꝫ quos audiuim⁹ auribꝫ nr̄is.
Quis enim est alius ut ppl's tuus isrl'.
gens una in terra ad quā perrexit deus
ut liberaret et faceret ppl'm sibi: et ma=
gnitudine sua atqꝫ terroribus eiceret
nationes a facie eius quē de egipto li=
beraras? Et posuisti populū tuum isra=
hel tibi in populum usqꝫ ī eternū: et
tu domine factus es deus eius. Nūc
igitur domine sermo quē locutus es
famulo tuo ⁊ super domum eius. con=
firmetur ī ꝑpetuum: ⁊ fac sicut locu=
tus es: permaneatqꝫ et magnificetur
nomen tuum usqꝫ in sempiternum: ⁊
dicatur domin⁹ exercituū de⁹ israhel.
et domus dauid serui ei⁹ permanens
coram eo. Tu enim dn̄e deus me⁹ re=
uelasti auriculam serui tui. ut edifica=
res ei domum: ⁊ idcirco inuenit seruus
tuus fiduciam ut oret corā te. Nunc
ergo dn̄e tu es deus ⁊ locut⁹ es ad seruū

tuū tāta beneficia: ⁊ cepisti benedicere do-
mui serui tui ut sit semꝑ corā te. Te eni
dñe benedicēte · benedicta erit in ꝑpetuū.
Factum ē aūt post hec ut . c. xviii.
percuteret dauid philistijm et hu-
miliaret eos: ⁊ tolleret geth ⁊ filias eiꝰ
de manu philistijm: ꝑcuteretq; moab
et fierent moabite serui dauid · offeren-
tes ei munera. Eo tempore ꝑcussit da-
uid etiā adadezer regē soba regionis e-
math: quādo ꝑrexit ut dilataret impe-
rium suū usq; ad flumen eufraten. Ce-
pit ergo dauid mille quadrigas eius
et septem milia equitū ac uiginti milia
uirorꝫ peditū. Subneruauitq; omnes
equos curruū: exceptis centū q̄drigis
quas reseruauit sibi. Superuenit autē
et sirus damascenus: ut auxiliū prebe-
ret adadezer regi soba. Sed et huius
percussit dauid uigintiduo milia uiro-
rum. Et posuit milites in damasco: ut
siria quoq; seruiret sibi et offerret mu-
nera. Adiuuitq; dñs eum in cunctis
ad que ꝑrexerat. Tulit q̄z dauid phare-
tras aureas quas habuerāt serui ada-
dezer · et attulit eas in iherusalē: necnō
de thebath ⁊ chūn · urbibꝫ adadezer eris
plurimū: de quo fecit salomon mare
eneū ⁊ columnas · ⁊ uasa enea. Quod
cum audisset thou rex emath · ꝑcussisse
uidelicet dauid omnē exercitū adadezer
regis soba: misit aduram filium suū
ad regem dauid · ut postularet ab eo pa-
cem: ⁊ congratularet̄ ei eo quod ꝑcus-
sisset et expugnasset adadezer. Aduer-
sarius quippe erat thou adadezer. Sed
et omīa uasa aurea ⁊ argentea ⁊ enea
consecrauit dauid rex domino · cum ar-
gento et auro qđ tulerat ex uniuersis
gentibꝫ: tam de ydumea ⁊ moab et fi-
lijs āmon · q̄z de philistijm ⁊ amalech.
Abisai uero filius saruie ꝑcussit edom
in ualle salinarꝫ decem et octo milia: et
constituit in edom presidiū · ut seruiret
ydumea dauid. Saluauitq; dominus
dauid in cunctis ad que ꝑrexerat. Re-
gnauit ergo dauid super uniuersum
israhel: ⁊ faciebat iudiciū atq; iusticiā
cūcto ꝑplo suo. Porro ioab filiꝰ saruie
erat sup exercitum: ⁊ iosaphat filiꝰ ahi-
luth a comētarijs. Sadoch aūt filius
achitob · ⁊ abimelech filiꝰ abiathar sa-
cerdotes: ⁊ susa scriba. Banaias q̄z filiꝰ
ioiade super legiones cerethi et phelethi.
Porro filij dauid ꝑmi ad manū regis.
Accidit aūt ut moreret̄ . c. xix.
naas rex filiorꝫ āmon: et regna-
ret anon filius eiꝰ pro eo. Dixitq; da-
uid. Faciā misericordiā cum anon fi-
lio naas. Prestitit enim michi pater
eius gratiā. Misitq; dauid nuncios
ad consolandū eum sup morte pa-
tris sui. Qui cū ꝑuenissent in terrā fili-
orum āmon · ut consolarent̄ anon:
dixerunt principes filiorꝫ ammon ad
anon. Tu forsitan putas qđ dauid ho-
noris causa in patrem tuū miserit qui
consolarent̄ te: nec animaduertis qđ
ut explorēt ⁊ inuestigent et scrutentur
terram tuam · uenerint ad te serui eius.
Igit̄ anon pueros dauid decaluauit
et rasit: et prescidit tunicas eorū a na-
tibꝫ usq; ad pedes ⁊ dimisit eos. Qui
cum abissent ⁊ hoc mādassent dauid:
misit in occursum eorū. Grandem eni
contumeliam sustinuerūt: et ꝑcepit ut
manerēt in iericho donec cresceret bar-
ba eorum · et tunc reuerterētur. Viden-
tes aūt filij āmon qđ iniuriā fecissent
dauid: tam anon quā reliquus ꝑpls
miserūt mille talenta argenti · ut con-
ducerēt sibi de mesopotamia ⁊ de siria
maacha ⁊ de soba currꝰ ⁊ equites. Con-
duxeruntq; triginta duo milia curruū:

et regem maacha cū pplo eius. Qui cū
venissent · castrametati sunt e regione
medaba. Filij quoq; ammon congre-
gati de urbibȝ suis · venerunt ad bellū.
Quod cū audisset david: misit ioab ⁊
omnē exercitū virorū fortiū. Egressiq;
filij ammon: direxerunt aciem iuxta
portā civitatis. Reges aūt qui ad au-
xilium eius venerant separatim ī agro
steterūt. Igitur ioab intelligens bellū
ex adverso et post tergū contra se fieri:
elegit viros fortissimos de universo
israhel · et perrexit cōtra sirum. Reliquā
aūt partē ppli dedit sub manu abisai
fratris sui: et perrexerunt contra filios
ammon. Dixitq;. Si vicerit me sirus
auxilio eris michi: si aūt superaverint
te filij āmon ero tibi in presidiū. Con-
fortare et agamus viriliter pro pplo
nostro · et pro urbibȝ dei nostri. Dñs
autem quod in conspectu suo bonū est
faciat. Perrexit ergo ioab et populus
qui cū eo erat contra sirum ad preliū:
⁊ fugavit eos. Porro filij ammon vi-
dentes qđ fugisset sirus · ipi quoq; fu-
gerunt · abisai fratrem eius: ⁊ ingressi
sunt civitatē. Reversusq; est etiā ioab
in iherusalem. Videns aūt sirus qđ
cecidisset coram israhel: misit nūcios ·
et adduxit sirum qui erat transfluviū.
Sophat autem princeps militie ada-
dezer erat dux eorū. Quod cū ānunci-
atum esset david: congregavit univer-
sum israhel · ⁊ transivit iordanem: irruit-
q; in eos et direxit ex adverso aciem · il-
lis contra pugnantibȝ. Fugit autem
sirus isrl'. Et interfecit david de siris ·
septem milia curruū et q̄draginta mi-
lia peditum: ⁊ sophat exercit⁹ principē.
Videntes aūt servi adadezer se ab isra-
hel esse superatos: transfugerunt ad
david et servierunt ei. Noluitq; ultra

siria auxiliū p̄bere filijs āmon. .xx.
Factum est aūt post anni circulū
eo tempore quo solent reges ad
bella procedere · congregavit ioab exer-
citum ⁊ robur militie: ⁊ vastavit terrā
filiorū ammon. Perrexitq; et obsedit
rabba. Porro david manebat ī iheru-
salem quādo ioab percussit rabba · et de-
struxit eam. Tulit aūt david coronā
melchon de capite eius · et invenit in
ea auri pōdo talentū · et p̄ciosissimas
gēmas: fecitq; sibi inde diadema. Ma-
nubias quoq; urbis plurimas tulit:
populum autē qui erat in ea eduxit ·
et fecit super eos tribulas · ⁊ trahas · et
ferrata carpenta transire: ita ut disse-
carentur ⁊ contererent͂. Sic fecit david
cunctis urbibȝ filiorū ammon: ⁊ rever-
sus est cum omni populo suo in iheru-
salem. Post hec initum est bellum in
gazer adversum philisteos: in quo
percussit sobochai usathites saphai de
genere raphaim ⁊ humiliavit eos. Ali-
ud quoq; bellū gestū ē adversus phi-
listeos: in quo percussit adeodatus fili⁹
saltus bethleemites fratrē goliath ge-
thei: cuius haste lignū quasi liciatoriū
texentium. Sed ⁊ aliud bellum accidit
in geth: in quo fuit homo longissim⁹
senos habens digitos id est simul vi-
gintiquatuor: qui ⁊ ipse de raphaim fu-
erat stirpe generat⁹. Hic blasphemavit
isrl: ⁊ percussit eū ionathan fili⁹ samaa
fris david. Hij sūt filij rapha ī geth: q̄
ceciderūt in manu david et servorū eius.
Consurrexit aūt sathan .. Ca. xxi.
contra israhel: ⁊ incitavit david
ut numeraret israhel. Dixitq; david
ad ioab et ad principes populi. Ite et
numerate israhel a bersabee usq; dan:
et afferte michi numerum ut sciā. Re-
spōditq; ioab. Augeat dñs populū

suum centuplū quā sunt. Nonne dñe
mi rex · oēs servi tui sunt? Quare hoc
querit dñs meus qđ in peccatū reputet
israheli? Sed sermo regis magis pre-
valuit. Egressusq; est ioab et circuivit
universum isrl̄ et reversus est ierusalē.
Deditq; david numerū eorū quos circu-
ierat: et inventus est omnis numerus
israhel mille milia et centum milia vi-
rorū educentiū gladiū. De iuda autē
quadringēta septuagita milia bella-
torum. Nam levi et beniamin nō nu-
meravit: eo quod invitus exequeretur
regis imperiū. Displicuit aūt deo qđ
iussum erat: et percussit israhel. Dixitq;
david ad deum, peccavi nimis ut hoc fa-
cerem. Obsecro aufer iniquitatem ser-
vi tui: qa insipiēter egi. Et locutus ē do-
minus ad gad videntem david dicēs.
Vade et loquere ad david · et dic ei. Hec
dicit dñs. Triū tibi optionē do: unū
qđ volueris elige ut faciā tibi. Cumq;
venisset gad ad david: dixit ei. Hec
dicit dñs. Elige quod volueris. Aut
trib; annis pestilentiā · aut trib; mensi-
bus fugere te hostes tuos et gladium
eorum non posse evadere: aut tribus
diebus gladiū domini et mortem ver-
sari in terra · et angelū dñi interficere in
universis finib; israhel. Nunc igitur
vide quid respondeam ei qui misit me.
Et dixit david ad gad. Ex omni parte
me āgustie ꝑmunt. Sed meli⁹ michi
est ut incidā in manus dñi quia mul-
te sunt miserationes ei⁹ · quā ī manus
hominū. Misit ergo dominus pestilen-
tiam in israhel: et ceciderunt de israhel
septuagita milia virorū. Misit quoq;
angelū in ierusalem: ut percuteret eam.
Cumq; percuteretur · vidit dominus et
miser⁹ ē sup magnitudinē mali: et im-
peravit angelo qui percutiebat. Sufficit
iam: cesset manus tua. Porro ange-
lus domini stabat iuxta areā ornan
iebusei: levansq; david oculos suos ·
vidit angelum domini stantē inter ce-
lum et terram: et evaginatū gladium
in manu eius · et versum contra ieru-
salem: et ceciderūt tam ipse q̄ maiores
natu vestiti ciliciis proni ī terram. Di-
xitq; david ad deum. Nonne ego sum
qui iussi ut numeraretur pp̄ls? Ego q̄
peccavi: ego q̄ malū feci. Iste grex qđ
commeruit? Domine deus meus ver-
tatur obsecro manus tua in me · et in
domum patris mei: pp̄ls aūt tuus nō
percutiatur. Angelus aūt domini pre-
cepit gad ut diceret david: ut ascende-
ret extrueretq; altare domino deo ī are-
a ornan iebusei. Ascendit ergo david
iuxta sermonem gad: quē locutus ei
fuerat ex nomine dñi. Porro ornan
cum suspexisset et vidisset angelū qua-
tuorq; filii eius cum eo: absconderunt
se. Nam eo tempore terebant ī area tri-
ticum. Igitur cum veniret david ad
ornan ꝯspexit eum ornan: et processit
ei obviam de area et adoravit eū pro-
nus in terrā. Dixitq; ei david. Da mi-
chi locum aree tue · ut edificem in ea al-
tare dño ita ut quantū valet argenti
accipias: et cesset plaga a populo. Di-
xit aūt ornan ad david. Tolle et faciat
domin⁹ meus rex quodcumq; ei placet.
Sed et boves do in olocaustū et tribu-
las in ligna: et triticum in sacrificiū: o-
mnia libens prebebo. Dixitq; ei rex da-
vid. Nequaq̄ ita fiet: sed argentū da-
bo quantū valet. Neq; enim tibi au-
ferre debeo: et sic offerre dño olocausta
gratuita. Dedit ergo david ornan
pro loco siclos auri iustissimi ponde-
ris sexcentos: et edificavit ibi altare do-
mino: obtulitq; olocausta et pacifica:

et invocavit deum et exaudivit eum in
igne de celo sup altare olocausti. Pre-
cepitq; dñs angelo: ⁊ cōvertit gladiū
suū in vaginā. Protinus ergo david
vidēs qđ exaudisset eū dñs in area or-
nan iebusei: immolavit ibi victimas.
Tabernaculū aūt dñi qđ fecerat moyses
in deserto ⁊ altare olocaustorū ea tem-
pestate erat ī excelso gabaon: ⁊ nō p̄va-
luit david ire ad altare ut ibi obsecra-
ret deū. Nimio enī fuerat timore pter-
ritus: vidēs gladiū angli dñi. ca. xxii.

Dixitq; david. Hec est domus dei et
hoc altare in olocaustū isrl. Et
precepit ut congregarent̄ omnes pro-
seliti de terra israhel: ⁊ constituit ex eis
latomos ad cedendos lapides et po-
liendos: ut edificaret̄ domus dei. Ferrū
quoq; plurimū ad clavos ianuarū: ⁊
ad commissuras atq; iuncturas p̄pa-
ravit david: et eris pondus innumera-
bile. Ligna quoq; cedrina nō poterāt
estimari: q̄ sydonii et tyrii deportave-
runt ad david. Et dixit david. Salo-
mon filius meus puer parvulus est ⁊
delicatus. Domus autē quā edificari
volo domino talis esse debet: ut ī cun-
ctis regionibz nominetur. Prepara-
bo ergo ei necessaria. Et ob hanc cau-
sam ante mortem suā om̄es p̄paravit
impensas. Vocavitq; salomonē filiū
suum: ⁊ precepit ei ut edificaret domū
domino deo israhel. Dixitq; david ad
salomonem. Fili mi: voluntatis mee
fuit ut edificarem domū nomini dñi
dei mei: sed factus est sermo dñi ad me
dicens. Multū sāguinē effudisti ⁊ plu-
rima bella bellasti: nō poteris edificare
domū nomini meo: tanto effuso san-
guine corā me. Filius q̄ nascetur tibi: e-
rit vir quietissimus. Faciā enim eum
requiescere ab om̄ibus inimicis suis
per circuitum: et ob hanc causam paci-
ficus vocabit̄: et pacem ⁊ otium dabo
in israhel cunctis diebz eius. Ipse edifi-
cabit domū nomini meo: ⁊ ipse erit mi-
chi in filium ⁊ ego ero illi ī patrem: fir-
maboq; soliū regni eius super israhel
in eternum. Nunc ergo fili mi sit dñs
tecum: ⁊ prosperare et edifica domum
domino deo tuo: sicut locutus est de
te. Detq; tibi dñs prudentiā ⁊ sensum:
ut regere possis israhel: ⁊ custodire legē
dñi dei tui. Tunc enī proficere poteris:
si custodieris mandata ⁊ iudicia que
precepit dñs moysi ut doceret israhel.
Confortare ⁊ viriliter age: ne timeas
neq; paveas. Ecce ego in paupertate
mea p̄paravi impensas domus dñi au-
ri talenta centū milia: ⁊ argenti mille
milia talentorū: eris vero et ferri non ē
pondus: vincitur enim numerus ma-
gnitudine. Ligna et lapides p̄paravi
ad universa impendia. Habes quoq;
plurimos artifices: latomos: et ce-
mētarios: artificesq; lignorū: et omni-
um artiū: ad faciendū opus pruden-
tissimos: in auro et argento: et ere et
ferro: cuius non est numerus. Surge
igitur et fac: et erit dñs tecum. Prece-
pit quoq; david cunctis principibus
israhel: ut adiuvarent salomonē fili-
um suū: cernitis inquiens quod dñs
deus vester vobiscum sit: ⁊ dederit vo-
bis requiem per circuitum: ⁊ tradiderit
omnes inimicos vr̄os in manus ve-
stras: et subiecta sit terra coram dño ⁊
coram p̄p̄lo eius. Prebete igitur corda
vestra et animas vestras: ut queratis
dñm deū vr̄m: ⁊ consurgite ⁊ edificate
sanctuarium domino deo: ut intro-
ducatur archa federis domini ⁊ vasa
domino consecrata in domum que
edificatur nomini domini. ca. xxiii.

Igitur dauid senex ⁊ plenus dieꝝ regē
constituit salomonē filiū suum super
israhel: ⁊ congregauit omnes princip̄s
israhel et sacerdotes atq; leuitas. Nu-
meratiq; sunt leuite a uiginti ānis et
supra: ⁊ inuenta sunt triginta octo mi-
lia uiroꝝ. Ex hijs electi sunt ⁊ distribu-
ti in ministeriū dom⁹ dñi uigintiqua-
tuor milia: ꝑpositorū autem et iudicū
sex milia. Porro quatuor milia iani-
tores et totidem psaltes canentes do-
mino ī organis· que fecerat ad canen-
dum: et distribuit eos dauid per uices
filiorū leui· gerson uidelicet ⁊ caath ⁊
merari. Filij gerson leedan ⁊ semei. Fi-
lij leedan principes· iehiel ⁊ zethan et
iohel tres. Filij semei· salomith et ozi-
hel ⁊ aran tres. Isti principes familia-
rum leedan. Porro filij semei· leeth· et
ziza ⁊ yaus ⁊ baria. Isti filij semei qua-
tuor. Erat autē leeth prior· ziza scd's.
Porro yaus et baria nō habuerūt plu-
rimos filios: ⁊ idcirco ī una familia
unaq; domo computati sunt. Filij ca-
ath· amram et ysaar hebron et ozihel
quatuor. Filij amram· aaron ⁊ moy-
ses. Separatusq; est aaron ut mini-
straret in sancta sanctorū· ipse ⁊ filij ei⁹
in sempiternū: ⁊ adoleret incensum do-
mino secundū ritum suū: ac benedice-
ret nomini eius in ꝑpetuū. Moysi q;
hominis dei filij annumerati sunt in
tribu leui. Filij moysi· gersan ⁊ eliezer.
Filij gersan: subuhel primus. Fuerūt
autem filij eliezer roobia primus: et
non erant eliezer filij alij. Porro filij
roobia multiplicati sunt nimis. Filij
ysaar salomith primus. Filij hebron
ieriau primus: amarias secūdus· ia-
ziel terci⁹· iecmaan quartus. Filij ozi-
hel micha primus· iesia secundus. Fi-
lij merari· mooli ⁊ musi. Filij mooli·
eleazar et cis. Mortu⁹ est aūt eleazar·
et nō habuit filios sed filias: acceperūt
q; eas filij cis fratres earum. Filij mu-
si mooli et eder et ierimuth tres. Hij fi-
lij leui ī cognationib; ⁊ familijs suis·
principes per uices et numerū capitū
singulorū: qui faciebāt opera ministe-
rij domus domini a uiginti ānis ⁊ su-
pra. Dixit enim dauid. Requiem dedit
dñs deus israhel populo suo· ⁊ habita-
tionem ihrusalem usq; in eternū: nec
erit officij leuitaꝝ ut ultra portent taber-
naculum· et omnia uasa eius ad mi-
nistrandum. Iuxta ꝑcepta quoq; da-
uid nouissima supputabit̄ numerus
filiorū leui· a uiginti ānis ⁊ supra: et
erunt sub manu filioꝝ aaron· ī cultū
dom⁹ domini in uestibulis et ī exedris·
et ī loco purificatōnis et ī sanctuario
et ī uniuersis opib; ministerij templi
dñi. Sacerdotes aūt sup panes ꝑposi-
tionis et ad simile sacrificiū· ad laga-
na et azima· ⁊ sartaginē· ⁊ ad torren-
dum: ⁊ sup omē pondus atq; mensu-
ram. Leuite uero ut stent mane ad cō-
fitendū ⁊ canendū dño: similiterq; ad
uesperā tam ī oblatione olocaustoꝝ
domini q; in sabbatis ⁊ kalendis ⁊ so-
lemnitatib; reliquis· iuxta numerum
⁊ cerimonias uniuscuiusq; rei· iugiter
corā dño: ⁊ custodiāt obſuatōnes ta-
bernacli federis· ⁊ ritū sāctuarij· ⁊ obser-
uationē filioꝝ aarō fratrum suoꝝ: ut
ministrent ī domo domini. ca. xxiiii.

Porro filijs aaron hee partitio-
nes erant. Filij aaron nadab et
abiu ⁊ eleazar ⁊ ythamar. Mortui sūt
aūt nadab ⁊ abiu ante patrem suum
absq; liberis: sacerdotioq; functus est
eleazar ⁊ ythamar. Et diuisit eos da-
uid· id est sadoch de filijs eleazari ⁊ a-
himelech de filijs ythamar secundum

vices suas et ministeriũ: inuentiq; sũt
multo plures filij eleazar ĩ principibꝫ
viris: quã filij ythamar. Diuisit autẽ
eis hoc est filijs eleazar principes fa=
milias: ꝛ filijs ythamar ꝑ familias et do=
mos suas octo. Porro diuisit vtrasq;
inter se et familias sortibꝫ. Erãt enim
principes sanctuarij ꝛ principes domꝰ
dei: tam de filijs eleazar q̃ de filijs y=
thamar. Descripsitq; eos semeias filꝰ
nathanael scriba leuites. coram rege ꝛ
principibus et sadoch sacerdote ꝛ ahi=
melech filio abiathar: principibus q̃;
familiarũ sacerdotaliũ ꝛ leuiticarum
vnam domũ q̃ ceteris preerat eleazar:
et alteram domũ que sub se habebat ce=
teros ythamar. Exiuit aũt sors ꝑma
ioiarib. scd̃a iedeie. tcia harim. q̃rta se=
orim. quīta melchia. sexta maiman.
septima acchos. octaua abia. nona
ihesu. decima sechenia. undecima eliasib.
duodecima iacim. tredecima hoppha.
decimaquarta isbaal. decimaquinta
belga. decimasexta emmer. decimasepti=
ma ezir. decimaoctaua aphses. deci=
manona phetheia. vicesima ezechiel:
vicesimaꝑma iachin. vicesimasecũda
gamul. vicesimatercia dalaiau vicesi=
maquarta maziau. Hec vices eorũ
scd̃m ministeria sua ut ingrediantur
domum dei. et iuxta ritũ suum sub ma=
nu aaron patris eorꝫ: sicut ꝑceperat do=
minus deus israhel. Porro filiorũ le=
ui qui reliqui fuerant de filijs amram.
erat subahel: ꝛ de filijs subahel iedeia.
De filijs quoq; roobie princeps iesias.
Isaaris vero filius salemoth: filiusq;
salemoth. filiusq; eius ieriau primus.
amarias secundus. iazihel tercꝰ iech=
maan quartus. Filius ozihel micha.
filꝰ micha samir. Frater micha iesia;
filiusq; iesie zacharias. Filij merari
mooli. ꝛ musi. filius oziau. bennon: fi=
lius quoq; merari oziau: et soem et
zachur ꝛ hebri. Porro mooli filius
eleazar: qui non habebat liberos. Filꝰ
vero cis ieramihel. Filij musi mooli. e=
der et ierimoth. Isti filij leui secundũ
domos familiaꝝ suaꝝ. Miseruntq; et
ipi sortes cõtra fratres suos filios aa=
ron corã dauid rege. ꝛ sadoch ꝛ ahime=
lech et pricipibꝫ familiaꝝ sacerdotaliũ
et leuiticaꝝ: tã maiores q̃ minores o=
mnes sors equalit̃ diuidebat. .c. xxv.
Igitur dauid et magistratus exercitus
segregauerunt in ministerium filios
asaph. et heman. et ydithun: q̃ ꝓpheta=
rent in citharis. ꝛ psalterijs ꝛ cimbalis.
secundũ numerũ suũ: dedicato sibi offi=
cio seruientes. De filijs asaph zachur
et ioseph et nathania et asarela: filij
asaph sub manu asaph prophetãtes
iuxta regem. Porro ydithun: godoli=
as sori ieseias ꝛ sabias ꝛ mathatias.
sex sub manu patris sui ydithun: qui
in cithara prophetabat sup cõfitentes
et laudantes dominũ. Heman quoq;
filij heman: bocciau mathaniu ozihel
subuhel ꝛ ierimoth ananias. anani.
eliatha. geldelthi. et romemthiezer. et
iesbacasa. mellothi. othir. mazioth.
Omnes isti filij heman videntes regis
in sermonibus dei ut exaltaret cornu.
Deditq; deus heman filios quatuorde=
cim et filias tres. Vniuersi sub manu
patris sui ad cantandum ĩ templo do=
mini distributi erãt in cimbalis ꝛ psal=
terijs ꝛ citharis. in ministeria domus
domini iuxta regem: asaph videlicet
et ydithun et heman. Fuit aũt nume=
rus eorum cũ fratribꝫ suis qui erudie=
bant canticum domini cũcti doctores
ducenti octogintaocto. Miseruntq; sor=
tes ꝑ vices suas. et equo tam maior

iuxta minor doctus pariter et indoctus. Egres-
saque est sors prima ioseph qui erat de
asaph: secunda godolie ipsi et filiis eius
et fratribus eius duodecim; tercia zachur
filiis et fratribus eius duodecim; quarta
ysari filiis et fratribus eius duodecim;
quinta nathanie filiis eius et fratribus
eius duodecim; sexta boccian filiis et
fratribus eius duodecim; septima isra-
hela filiis et fratribus eius duodecim; o-
ctaua ysaie filiis et fratribus eius duo-
decim; nona mathanie filiis et fratribus
eius duodecim; decima semeie filiis et
fratribus eius duodecim: undecima
esrahel filiis et fratribus eius duodecim:
duodecima asabie filiis et fratribus
eius duodecim; terciadecima subahel filiis
et fratribus eius duodecim; quartade-
cima mathatie filiis et fratribus eius du-
odecim; quintadecima iherimoth fi-
liis et fratribus eius duodecim; sexta-
decima ananie filiis et fratribus eius
duodecim; septimadecima iesbocasa
filiis et fratribus eius duodecim; octa-
uadecima anani filiis et fratribus eius
duodecim; nonadecima mellothi fili-
is et fratribus eius duodecim; uicesima
eliatha filiis et fratribus eius duodecim;
uicesimaprima othir filiis et fratribus
eius duodecim; uicesimasecunda goddol-
lathi filiis et fratribus eius duodecim:
uicesimatercia azuid filiis et fratribus eius
duodecim; uicesimaquarta rome—thiezer
filiis et fratribus eius duodecim. c. xxvi.

Diuisiones autem ianitorum de chorim
mesellemia filius chore: de filiis
asaph filii mesellemie zacharias pri-
mogenitus iadihel secundus zabadias ter-
tius iathanael quartus · ahilam quin-
tus iohannan sextus · helioenai septi-
mus. Filii autem obededom · semeias
primogenitus · iozabad secundus · iohaa
tercius · sachar quartus · nathanahel
quintus · amihel sextus · ysachar septi-
mus · phollathi octauus · quia benedi-
xit illi dominus. Semeie autem filio eius
nati sunt filii prefecti familiarum suarum:
erant enim uiri fortissimi. Filii ergo se-
meie othni et raphael · et obediel zabad
et fratres eius uiri fortissimi: heliu quoque
et samachias. Omnes hii de filiis o-
bededom ipsi et filii et fratres eorum fortis-
simi ad ministrandum sexagintaduo
de obededom. Porro mesellamie filii
et fratres eorum robustissimi decem et
octo. De hosa autem id est de filiis me-
rari semri princeps. Non enim habuerat
primogenitum: et idcirco posuerat eum
pater eius in principem. Helchias secundus
tabelias tercius · zacharias quartus.
Omnes hii filii et fratres hosa tredecim.
Hii diuisi sunt in ianitores: ut semper
principes custodiarum sicut et fratres
eorum ministrarent in domo domini.
Misse sunt ergo sortes ex equo et par-
uis et magnis per familias suas in
unamquamque portarum. Cecidit ergo
sors orientalis selemie. Porro zacha-
rie filio eius uiro prudentissimo et eru-
dito sortito obtigit plaga septentrio-
nalis. Obededom uero et filiis eius ad
austrum in qua parte domus erat se-
niorum concilium: sephphima et ho-
sa ad occidentem iuxta portam que du-
cit ad uiam ascensionis custodia contra
custodiam. Ad orientem uero leuite
sex et ad aquilonem quatuor per diem:
atque ad meridiem similiter in die qua-
tuor: et ubi erat concilium bini et bini.
In cellulis quoque ianitorum ad occi-
dentem quatuor in uia: binique per cellu-
las. Hee sunt diuisiones ianitorum
filiorum chore et merari. Porro achias
erat super thesauros domus domini.

f. Ad septentrionem uero et meridiem quaterni per
dies singulos mutabantur. et ad basilicam uel hi
ad occidentem bini. habentes successores alios
in uia: binique per cellulas

et vasa sanctorū. Filij quoqꝫ dan filij
gersonni. De ledan princeps familiarū:
ledan et gersonni iehiheli: filij iehiheli
zathan et iohel fratres eius super the-
sauros domus domini amramitis
et ysaaritis et hebronitis et ozihheli-
tibus. Subuhel autem filius gerson
filij moysi ꝑpositus thesauris: frater
quoqꝫ eius eliezer. cuiꝰ filius raabia.
et huiꝰ filiꝰ ysaias. et huiꝰ filiꝰ ioram.
huius quoqꝫ filius zechri. et huius fi-
lius selemith. Ipē selemith et fratres e-
ius sup̄ thesauros sanctorum. q̄ san-
ctificauit dauid rex et principes fami-
liarum et tribuni ⁊ centuriones. ⁊ du-
ces exercitꝰ. de bellis et manubijs pre-
liorum. que consecrauerāt ad instau-
rationem. et supellectilem templi dn̄i.
Hec aūt vniūsa sanctificauit samuhel
vidēs ⁊ saul filiꝰ cis. ⁊ abner filiꝰ ner. ⁊
ioab filius saruie: omnisq̄ sanctifica-
uerant ea per manū salemith et fratrū
eius. Saraitis vero p̄erat conenias ⁊
filij eius ad opera forinsecus sup̄ isra-
hel: ad docendum ⁊ iudicandum eos.
Porro de hebronitis asabias et fra-
tres eiꝰ viri fortissimi mille septingen-
ti p̄erant israheli trans iordanem con-
tra occidentē in cunctis opribꝫ dn̄i. et
in ministeriū regis. Hebronitarū aūt
princeps fuit hieria: secundū familias
et cognationes eoꝝ. Quadragesimo
anno regni dauid recensiti sūt ⁊ inuen-
ti sunt viri fortissimi ī gazer galaad:
fratresqꝫ eiꝰ robustioris etatis duo mi-
lia septingenti principes. familiarum.
Preposuit autem eos dauid rex rube-
nitis ⁊ gadditis. ⁊ dimidie tribui ma-
nasse: in om̄e ministerium dei ⁊ regis.
Filij aūt israhel scd̄m . cap̄. xxvii.
numerū suū principes familia-
rum. tribuni et cēturiones. et p̄fecti qui
ministrabant regi iuxta turmas suas.
ingrediētes et egredientes ꝑ singulos
menses in āno: viginti quatuor mili-
bus singuli p̄erant. Prime turme in
primo mense isboam preerat filiꝰ zab-
dihel: et sub eo viginti quatuor milia.
De filijs phares: princeps cunctorum
principū in exercitu mense primo. Se-
cundi mensis habebat turmam dudi
aohites et post se alter nomine macel-
loth: qui regebat partem exercitꝰ vigin-
ti quatuor miliū. Dux quoqꝫ turme
tercie in mense tercio erat banaias filiꝰ
ioiade sacerdos: et in diuisione sua vi-
ginti quatuor milia. Ipse est banaias
fortissimus inter triginta: et super tri-
ginta. Preerat autem turme ipius a-
mizadab filius eius. Quartus mense
quarto asahel frater ioab. et zabadi-
as filius eius post eum: et in turma
eius viginti quatuor milia. Quintus
mense quinto princeps samaoth ieze-
rites: ⁊ in turma eius viginti quatuor
milia. Sextus mense sexto hira filius
acces thecuites: ⁊ in turma eius vigin-
ti quatuor milia. Septimus mense se-
ptimo helles phallonites de filijs e-
phraim: et in turma eius viginti qua-
tuor milia. Octauus mense octauo
sobochai vsathites de stirpe zarai: et ī
turma eiꝰ viginti quatuor milia. No-
nus mense nono abiezer anathotites
de filijs iemini: ⁊ in turma eius vigin-
ti quatuor milia. Decimus mense deci-
mo marai ⁊ ipē nethophatites de stir-
pe zarai: et in turma eius viginti qua-
tuor milia. Undecimꝰ mense vndeci-
mo banaias pharathonites de filijs
ephraim: et ī turma eius viginti qua-
tuor milia. Duodecimus mense duo-
decimo holdai nethophatites de stirpe
gothoniel: ⁊ in turma eiꝰ viginti quatuor

milia. Porro tribubȝ preerant in isrl-
rubenitis· dux eliezer fili⁹ zechri: syme-
onitis: dux saphacias filius macha:
leuitis· asabias filius chamuel: aaro-
nitis· sadoch: iuda· heliu frater dauid:
ysachar· amri filius michael: zabulo-
nitis· iesmaias filius abdie: neptalim-
bus· ierimoth filius ozriel: filijs ephra-
im osee filius ozaziu· dimidie tribui
manasse· iohel filius phadaie: ⁊ dimi-
die tribui manasse in galaad· iaddo
filius zacharie: beniamin autē iasihel
filius abner: dan vero ezriel filius iero-
am. Hij principes filiorū israhel. Nolu-
it autem dauid numerare eos a vigin-
ti annis inferius: quia dixerat dñs ut
multiplicaret israhel quasi stellas celi.
Ioab filius saruie ceperat numerare:
nec cōpleuit: q̄a super hoc ira dei irruerat
in israhel: et idcirco numerus eorū qui
fuerāt recensiti non est relat⁹ in fastos
regis dauid. Super thesauros aūt re-
gis fuit azmoth fili⁹ adihel: hijs aūt
thesauris qui erāt in urbibȝ et in vicis
et in turribȝ presidebat ionathan fili⁹
ozie. Operi autem rustico et agricolis
qui exercebāt terram preerat ezri filius
chelub: uinearumqȝ cultoribȝ semeias
romathites: cellis autē vinarijs zab-
dias aphonites. Nam supr oliueta
et ficeta que erant in campestribȝ bala-
nan gederites: super apothecas autē
olei ioas. Porro armentis que pasce-
bantur ī sarona ꝓpositus fuit setrai sa-
ronites: ⁊ super boues in vallibus sa-
phat fili⁹ adli· sup camelos vero ubil
hismahelites: ⁊ sup asinos· iadias me-
ronatites: sup oues quoqȝ iaziz aga-
renus. Omēs hij pricipes substantie
regis dauid. Ionathan autem patruus
dauid consiliarius vir prudens ⁊ litte-
ratus: ipse et iahihel filius achamoni
erāt cū filijs regis. Achitophel etiā cō-
siliari⁹ regis: et chusi arachites amic⁹
regis. Post achitophel fuit ioiada fili-
us banaie ⁊ abiathar. Princeps aūt ex-
ercitus regis erat ioab. Cap. xxviii.

Conuocauit igitur dauid omēs
principes israhel· duces tribuū ⁊
ꝓpositos turmarū· qui ministrabant
regi: tribunos quoqȝ et cēturiones et
qui preerant substantie ⁊ possessioni-
bus regis: filiosqȝ suos cū eunuchis ⁊
potentes et robustissimos quosqȝ ī ex-
ercitu ihrusalem. Cumqȝ surrexisset rex
et stetisset ait. Audite me fratres mei:
et populus me⁹. Cogitaui ut edifica-
rem domum in qua requiesceret archa
federis dñi ⁊ scabellum pedum dñi dei
nostri: ⁊ ad edificandum omnia ꝑpa-
raui. Deus autem dixit michi. Non e-
dificabis domū nomini meo· eo ꝙ sis
vir bellator et sanguinē fuderis: sed et
elegit dñs deus israhel me de uniuersa
domo prīs mei: ut essē rex sup isrl in
sempiternū. De iuda enī elegit pricipes.
Porro de domo iuda domū prīs mei: et
de filijs prīs mei placuit ei ut me elige-
ret regem sup cunctū israhel: sed et de fi-
lijs meis· filios enī michi multos dedit
domin⁹: elegit salomonē filiū meum
ut sederet in throno regni dñi sup isra-
hel: dixitqȝ michi. Salomon fili⁹ tuus
edificabit domū meam et atria mea.
Ipm̄ enim elegi michi in filiū· et ego
ero ei in patrem: et firmabo regnū ei⁹
usqȝ in eternū: si perseuerauerit facere
precepta mea ⁊ iudicia sicut et hodie.
Nunc ergo corā uniuerso cetu israhel
audiente deo nostro custodite ⁊ ꝑqui-
rite cuncta mandata domini dei nr̄i
ut possideatis terrā bonā: ⁊ relinquatis
eam filijs vestris post vos usqȝ ī sem-
piternum. Tu autem salomon fili mi

scito deum patris tui: et servi ei corde
pfecto z animo voluntario. Omnia
enim corda scrutatur dñs: z universas
mentium cogitationes intelligit. Si
quesieris eū invenies: si aūt dereliqu-
eris eū proiciet te in eternū. Nunc ergo
quia elegit te dñs ut edificares domū
sanctuarij: confortare et perfice. Dedit
aūt david salomoni filio suo descri-
ptionem porticus z templi et cellariorꝫ
et cenaculi et cubiculorꝫ in aditis et do-
mus propiciationis· necnō et omnium
que cogitaverat atriorꝫ z exedrarū per
circuitum in thesauros domus dñi et
in thesauros sanctorū: divisionumqꝫ
sacerdotaliū et leviticarū in oīa opera
domus dñi et in universa vasa mini-
sterij templi domini: aurū in pondere
per singula vasa ministerij: argenti qꝫ
pondus pro vasorum z operū diversi-
tate: sed et in candelabra aurea et ad
lucernas· aurū pro mensura uniuscu-
iusqꝫ candelabri et lucernarꝫ: similiter
et in candelabra argentea et ī lucerna-
rum pro diversitate mensure· pon-
dus argenti tradidit. Aurū quoqꝫ de-
dit in mensas propositionis p diversi-
tate mensarū: similiter et argentū in
alias mensas argenteas. Ad fuscinu-
las quoqꝫ z fialas z thuribula ex au-
ro purissimo· et leunculos aureos pro
qualitate mensure pondus distribuit·
in leunculum z leunculum: similiter et in
leones argenteos diversum argenti
pondus separavit. Altari aūt in quo
adoletur incensum· aurū purissimū de-
dit: z ut ex ipo fieret similitudo quadri-
ge cherubin extendentiū alas z velan-
tium archā federis dñi. Omīa inquit
venerunt scripta manu dñi ad me: ut
intelligerem universa opera exempla-
ris. Dixit qꝫ david salomoni filio suo.

Viriliter age z confortare et fac: ne ti-
meas et ne paveas. Dñs enim deꝰ me-
us tecum erit: z nō dimittet te nec dere-
linquet: donec pficias oīne opus mi-
nisterij domus dñi. Ecce divisiones
sacerdotum et levitarū in omne mini-
sterium domus domini assistūt tibi et
parati sūt: et noverūt tā principes qꝫ po-
pulus omnia pcepta tua. ca. xxix. facere

Locutusqꝫ est david rex ad omnē
ecclesiam. Salomonē filiū meū
unum elegit dñs adhuc puerū z tenel-
lum. Opus enim grande ē: neqꝫ enim
homini ppara habitatio· sed deo. Ego
enī totis viribꝫ meis ppavi impen-
sas domꝰ dñi dei mei: aurꝫ ad vasa au-
rea· et argentū ī argentea· es ī enea· fer-
rum in ferrea· ligna ad lignea· lapides
onichinos z quasi stibinos z diūsorꝫ
colorum· omnēqꝫ pciosum lapidem
et marmor parium habundantissime:
z super hec q obtuli in domum dei mei·
de peculio meo aurum et argentum
do in templum dei mei: exceptis hijs q
ppavi ī edem sanctam tria milia ta-
lenta auri de auro ophir: z septē mili-
a talentorū argenti pbatissimi ad de-
aurandos parietes templi: z ubicūqꝫ
opus est aurū de auro et ubicunqꝫ o-
pus est argentum de argento. Opera
fiant p manus artificū: z si quis spon-
te offert impleat manū suam hodie: z
offerat quod voluerit dño. Pollici-
ti sunt itaqꝫ principes familiarū z pro-
ceres tribuum israhel· tribuni qꝫ et cen-
turiones z principes principū possessi-
onum regis: dederūtqꝫ ī opa domus
dñi auri talenta quinqꝫ milia et soli-
dos decem milia: argenti talenta de-
cem milia z eris talenta decem z octo
milia: ferri qꝫ centum milia talentorꝫ:
et apud quecūqꝫ inventi sūt lapides

dederunt in thesauris domus domini
per manū iehihel gersonitis. Letatusq;
est populus cū uota sponte promitte-
rent: quia corde toto offerebant ea do-
mino. Sed et dauid rex letatus ē gau-
dio magno: et benedixit domino co-
ram uniuersa multitudine et ait. Be-
nedictus es domine deus israhel patris
nostri: ab eterno in eternum. Tua est
domine magnificentia et potentia et
gloria atq; uictoria: et tibi laus. Cun-
cta enim que in celo sunt et ī terra· tua
sunt. Tuum domine regnum: et tu es
super omnes principes. Tue diuitie: et
tua est gloria: tu dominaris omniū.
In manu tua uirtus et potentia: ī ma-
nu tua magnitudo ⁊ imperium omni-
um. Nunc igitur deus noster confite-
mur tibi: et laudamus nomen tuum
inclitum. Quis ego et quis populus
meus: ut possimus hec tibi uniuersa
promittere? Tua sunt omnia: et que
de manu tua accepimus dedimus ti-
bi. Peregrini enim sumus coram te ⁊
aduene: sicut omēs patres nostri. Di-
es nostri quasi umbra super terram: ⁊
nulla est mora. Domine deus noster
omnis hec copia quā parauimus ut e-
dificaretur dom⁹ nomini sancto tuo
de manu tua est: et tua sunt omnia.
Scio deus meus quod probes corda
et simplicitatem diligas: unde et ego
in simplicitate cordis mei letus obtu-
li uniuersa hec: ⁊ populum tuum q̄ hic
repertus est uidi cum ingenti gaudio
tibi offerre donaria. Dn̄e deus abrahā
et ysaac et israhel patrū nr̄orum custo-
di in eternum hanc uoluntatē cordis
eorū: ⁊ semp ī ueneratione tui mens ista
permaneat. Salomon quoq; filio meo da
cor pfectum· ut custodiat mādata tua
et testimonia tua et cerimonias tuas
et faciat uniuersa: et edificet edem cuius
impensas paraui. Precepit aūt dauid
uniūse ecclesie. Benedicite dn̄o deo nr̄o.
Et benedixit omnis ecclesia dn̄o deo pa-
trum suorū: ⁊ inclinauerūt se ⁊ adora-
uerunt deū: ⁊ deinde regem. Immolaue-
runtq; uictimas dn̄o: ⁊ obtulerunt ho-
locausta die sequēti thauros mille a-
rietes mille agnos mille cū libamini-
bus suis· ⁊ uniuerso ritu abūdantissime
in omnē israhel. Et comederūt et bibe-
runt coram domino in die illo cum
grandi leticia: et unxerunt secūdo salo-
monem filium dauid. Unxerūt autem
eum domino in principē: ⁊ sadoch in
pontificem. Seditq; salomon super so-
lium domini in regem pro dauid pa-
tre suo et cunctis placuit: ⁊ paruit illi
omnis israhel. Sed ⁊ uniuersi princi-
pes ⁊ potentes ⁊ cūcti filij regis dauid
dederunt manum: ⁊ subiecti fuerūt sa-
lomoni regi. Magnificauit ergo do-
minus salomonem super omnē isra-
hel: ⁊ dedit illi gloriam regni qualem
nullus habuit ante eum rex israhel.
Igitur dauid filius ysai regnauit sup
uniuersum israhel: ⁊ dies quibus re-
gnauit super israhel fuerunt quadra-
ginta anni. In hebron regnauit septē
annis ⁊ in ierusalem annis triginta-
tribus: et mortuus est in senectute bo-
na plenus dierū· ⁊ diuitijs ⁊ gloria:
et regnauit salomon filius eius pro
eo. Gesta autem dauid regis priora ⁊ nouis-
sima scripta sunt in libro samuhel ui-
dentis et ī libro nathan prophete atq;
in uolumine gad uidentis: uniuersiq;
regni eius et fortitudinis et temporū
que transierūt sub eo siue in isrl· siue
in cūctis regnis terrarū.

Explicit liber primus paralipomenō.
Incipit secundus. Capitulum primū.

Confortatus ē ergo
salomon filius da-
uid in regno suo:et
dominus erat cū eo:
et magnificauit eū
in excelsū. Precepit
q; salomon uniuerso israheli·tribunis
et centurionibȝ et ducibus et iudicibȝ
omnis israhel ⁊ principibȝ familiaȝ:
et abiit cū uniuersa multitudine in ex-
celsum gabaon · ubi erat tabernaculū
federis dnī: quod fecit moyses famu-
lus dei in solitudine. Archam autē dei
adduxerat dauid de cariathiarim in
locum quē pparauerat ei · ⁊ ubi fixerat
illi tabernaculū: hoc est in iherusalem.
Altare quoq; eneum qd fabricatus
fuerat beselehel filius uri filii ur: ibi erat
corā tabernaculo dnī: qd et requisiuit
salomon ⁊ omnis ecclesia. Ascenditq;
salomon ad altare eneum corā taber-
naculo federis dnī: ⁊ obtulit in eo mil-
le hostias. Ecce aūt in ipsa nocte appa-
ruit ei deus dicēs. Postula quod vis:
ut dem tibi. Dixitq; salomon deo. Tu
fecisti cū dauid patri meo misericordiā
magnam: et constituisti me regē pro
eo. Nūc ergo dñe deus: impleat̄ sermo
tuus quē pollicitus es dauid patri meo.
Tu enim me fecisti regem sup populū
tuum multū: qui tam innumerabilis
est quā puluis terre. Da michi sapien-
tiam ⁊ intelligentiam: ut ingrediar ⁊
egrediar corā pplo tuo. Quis enim po-
test hūc pplm tuū digne q tā grādis ē
iudicare? Dixit aūt deus ad salomonē.
Quia hoc magis placuit cordi tuo:
et nō postulasti diuitias ⁊ substantiā
et gloriā·neq; animas eorū q te oderāt:
sed nec dies uite plurimos: petisti au-
tem sapientiam ⁊ scientiā·ut iudicare
possis pplm meum·sup quē constitui
te regem: sapientia ⁊ scientia data sunt
tibi. Diuitias aūt ⁊ substantiā ⁊ glo-
riam dabo tibi: ita ut nullus ī regibȝ
nec ante te nec post te fuerit similis tui.
Venit ergo salomon ab excelso gaba-
on in iherusalem corā tabernaculo fe-
deris: ⁊ regnauit sup israhel. Congre-
gauitq; sibi currus et equites: et facti
sunt ei mille quadringenti currus et
duodecim milia equitū: ⁊ fecit eos esse
in urbibus quadrigaȝ ⁊ cum rege in
iherusalem. Prebuitq; rex argentum ⁊
aurum in iherusalē quasi lapides: ⁊ ce-
dros quasi sicomoros que nascūtur
in campestribus multitudine magna.
Adducebant aūt ei equi de egipto ⁊ de
choa a negociatoribȝ regis: qui ibant
et emebant precio quadrigam equo-
rum sescentis argenteis et equum cen-
tum quinquaginta. Similiter de uni-
uersis regnis cethȝeorum et a regi-
bus sirie emptio celebrabatur. ca. ii.

Decreuit autem salomon edifica-
re domum nomini domini: ⁊ pa-
latium sibi. Et numerauit septuagin-
ta milia uirorum portantium hume-
ris: ⁊ octoginta milia qui cederent lapi-
des in montibȝ: prepositosq; eorum tria
milia sescētos. Misit quoq; ad hirā
regem tyri dicens. Sicut egisti cum da-
uid patre meo·⁊ misisti ei ligna cedri-
na ut edificaret sibi domum in qua ⁊
habitauit: sic fac mecum ut edificem
domum nomini domini dei mei ⁊ con-
secrē eā: ad adolendū incensū corā illo
et fumigāda aromata·et ad propositi-
onem panum sempiternam·⁊ ad olo-
caustomata mane ⁊ vespere·sabbatis
quoq; et neomeniis·⁊ solemnitatibȝ
domini dei nostri in sempiternum que
mādata sunt israheli. Domus enī quā
edificare cupio magna ē. Magnus

est enim deus noster: super omnes deos.
Quis ergo poterit prevalere ut edificet ei
dignam domū? Si celum et celi celorum
capere eū nequeūt: quantus ego sum
ut possim edificare ei domū? Sed ad
hoc tantum: ut adoleatur incensum co-
ram illo. Mitte igitur michi virū eru-
ditum qui noverit operari in auro et
argento ere ⁊ ferro purpura coccino et
iacincto. ⁊ qui sciat sculpere celaturas:
cum hijs artificibꝫ quos mecū habeo
in iudea ⁊ in iherusalem quos ꝑpara-
vit david pater meus. Sed ⁊ ligna ce-
drina mitte michi et arceutina et pi-
nea de libano. Scio enī q̄ servi tui nove-
rint cedere ligna de libano. Et erūt servi
mei cum servis tuis: ut parentur michi
ligna plurima. Domꝰ enī quā cupio
edificare magna est nimis et inclita.
Preterea operarijs q̄ cesuri sunt ligna
servis tuis dabo in cibaria tritici cho-
ros viginti milia: ⁊ ordei choros tot-
idem: olei quoq; sata vigīti milia. Di-
xit autem hiram rex tyri ꝑ litteras q̄s
miserat salomoni. Quia dilexit dn̄s
populum suū: idcirco te regnare fecit
super eum. Et addidit dicens. Benedi-
ctus dominꝰ deus israhel qui fecit celū
et terram: qui dedit david regi filiū sa-
pientem et eruditum et sensatum atq;
prudentem: ut edificaret domum dn̄o.
et palatiū sibi. Misi ergo tibi virum
prudentem et scientissimum. hiram
patrem meum filiū mulieris de filia-
bus dan cuius pater fuit tyrius: q̄ no-
verit operari in auro et argento. ere et
ferro et marmore et lignis: ī purpura
quoq; et iacincto ⁊ bissino et coccino:
⁊ qui sciat celare omnem sculpturam.
et adinvenire prudenter quodcunq; in o-
pere necessariū est: cū artificibus tuis
et cum artificibꝫ dn̄i mei david patris

tui. Triticū ergo ⁊ ordeū ⁊ oleū ⁊ vinū.
que pollicitꝰ es domine mi mitte servis
tuis. Nos aūt cedemus ligna de liba-
no quot necessaria habueris: et appli-
cabimus ea ratibus ꝑ mare in ioppe:
tuum autem erit transferre ea in iheru-
salem. Numeravit igitur salomon o-
mnes viros proselitos qui erant ī ter-
ra israhel post dinumerationem quā
dinumeravit pater eius: ⁊ inventi sunt
centum quinquaginta milia et tria
milia sexcenti. Fecitq; ex eis septuaginta
milia qui humeris onera portarent: ⁊
octoginta milia qui lapides de mon-
tibus cederent: tria autē milia ⁊ sexcen-
tos ꝑpositos operum populi. ca. iii.

Et cepit salomon edificare domū
domini in iherusalem ī monte
moria qui demōstratus fuerat david
patri eius: in loco quē paraverat da-
vid in area ornan iebusei. Cepit aūt
edificare mense secundo: āno quarto
regni sui. Et hec sunt fundamenta que
iecit salomon ut edificaret domū dei.
longitudinis cubitos ī mensura pri-
ma sexaginta: latitudinis cubitos vi-
ginti. Porticum vero ante frontem q̄
tendebatur ī longum. iuxta mensurā
latitudinis domus: cubitorum vigin-
ti. Porro altitudo centum viginti cu-
bitorum erat. Et deauravit eā intrin-
secus auro mūdissimo. Domum quoq;
maiorē texit tabulis ligneis abiegnis:
et laminas auri obrizi affixit ꝑ totū.
Sculpsitq; in ea palmas: ⁊ quasi ca-
tenulas se invicem cōplectentes. Stra-
vit quoq; pavimentū templi precio-
sissimo marmore: decore multo. Por-
ro aurum erat probatissimū. cuius
laminis texit domum ⁊ trabes eius et
postes ⁊ parietes ⁊ ostia: ⁊ celavit che-
rubin in parietibus. Fecit quoq; domum

ſancti ſanctorū longitudinē iuxta la-
titudinē domus cubitorū viginti: ⁊ la-
titudinē ſimiliter viginti cubitorū. Et
laminis aureis texit eam quaſi talen-
tis ſexcētis: ſed et clauos fecit aureos:
ita ut ſinguli claui ſiclos quinquage-
nos appenderent. Cenacula quoqʒ te-
xit auro. Fecit etiam in domo ſancti
ſanctorū cherubim duos opere ſtatua-
rio: ⁊ texit eos auro. Ale cherubim vi-
ginti cubitis extendebant̄: ita ut una
ala haberet cubitos quinqʒ ⁊ tangeret
parietem domus: ⁊ altera quinqʒ cubi-
tos habens · alam tangeret alterius
cherub. Similiter cherub alterius ala·
quinqʒ habebat cubitos· ⁊ tangebat
parietem: et ala eius altera quinqʒ cu-
bitorum · alam cherub alterius cōtin-
gebat. Igit̄ ale utriuſqʒ cherub expan-
ſe erant: ⁊ extendebantur per cubitos vi-
ginti. Ipſi autem ſtabant erectis pedi-
bus: ⁊ facies eorum erāt verſe ad exte-
riorem domū. Fecit quoqʒ velum ex
iacincto purpura cocco et biſſo: et
intexuit ei cherubim. Ante fores etiam
templi duas columnas: que triginta
et quinqʒ cubitos habebant altitudi-
nis. Porro capita earū quinqʒ cubito-
rum: necnō ⁊ quaſi catenulas ī oracu-
lo: et ſuppoſuit eas capitibʒ columna-
rum. Malogranata etiam centū: que
catenulis interpoſuit. Ipſas quoqʒ colu-
mnas poſuit in veſtibulo templi: unā
a dextris et alteram a ſiniſtris. Eam
que a dextris erat vocauit iachin: et
que ad leuam vocauit booz. ca. iiii.

Fecit quoqʒ altare eneum viginti
cubitorū longitudinis et vigin-
ti cubitorū latitudinis: ⁊ decem cubitorū
altitudinis. Mare etiā eneū fuſile decē
cubitis a labio uſqʒ ad labiū: rotun-
dum per circuitū. Quinqʒ cubitorum habebat
altitudinis: ⁊ funiculus triginta cubi-
torum ambiebat gyrum eius. Simi-
litudo quoqʒ boum erat ſubter illud.
Et decem cubitis quedā extrinſecus ce-
lature: quaſi duobʒ verſibus aluum
maris circuibant. Boues autē erant
fuſiles: ⁊ ipſum mare ſuper duodecim bo-
ues impoſitum erat: quorū tres reſpici-
ebant ad aquilonē· ⁊ alij tres ad occi-
dentem. Porro tres alij meridiē· ⁊ tres
qui reliqui erant orientem: habentes
mare ſuppoſitum. Poſteriora autem
boum erāt intrinſecus ſub mari. Por-
ro vaſtitas eius habebat menſuram
palmi: ⁊ labium illius erat quaſi la-
bium calicis vel repandi lilij: capiebat-
qʒ tria milia metretas. Fecit quoqʒ conchas
decem ⁊ poſuit quinqʒ a dextris ⁊ quin-
qʒ a ſiniſtris: ut lauarent in eis omnia
que ī olocauſtum oblaturi erāt. Por-
ro in mari ſacerdotes lauabantur. Fecit
autem et candelabra aurea decem ſe-
cundum ſpeciem quā iuſſerat fieri: et
poſuit ea in templo· quinqʒ a dextris
et quinqʒ a ſiniſtris. Nec nō ⁊ menſas
decem: ⁊ poſuit eas in templo quinqʒ
a dextris ⁊ quinqʒ a ſiniſtris. Fialas
quoqʒ aureas centum. Fecit etiā atri-
um ſacerdotum ⁊ baſilicam grandem:
⁊ oſtia in baſilica que texit ere. Porro
mare poſuit in latere dextro contra o-
rientem ad meridiem. Fecit autē hirā
lebetes et creagras et fialas· ⁊ comple-
uit omne opus regis in domo dei: hoc
eſt columnas duas ⁊ epiſtilia· ⁊ capi-
ta· et quaſi quedā retiacula· que capi-
ta tegerent ſuper epiſtilia, malograna-
ta quoqʒ quadringenta et retiacula duo·
ita ut bini ordines malogranatorū
ſinglis retiaculis iungerent̄: que protegerēt
epiſtilia· ⁊ capita columnarū. Baſes
etiam fecit· ⁊ conchas· quas ſuppoſuit

talibꝫ: mare unū·boues quoq; duode-
cim sub mari et lebetes et creagras et
fialas. Omnia vasa fecit salomoni
hiram pater eius in domo dñi·ex ere
mundissimo. In regione iordanis fu-
dit ea rex ī argillosa terra: inter socoth
et saredata. Erat aūt multitudo vaso-
rum innumerabilis: ita ut ignoraret
pondus eris. Fecitq; salomon oīa
vasa domus dei: ⁊ altare aureū ⁊ men-
sas·⁊ sup eas panes ꝓpositōis. Can-
delabra quoq; cū lucernis suis ut lu-
cerent ante oraculū iuxta ritum·ex au-
ro purissimo·et florentia quedam et
lucernas·et forcipes aureos. Oīa de
auro mundissimo facta sunt. Thimi-
amateria quoq; ⁊ thuribula ⁊ fialas
et mortariola·ex auro purissimo. Et
ostia celavit templi interioris id ē in
sancta sanctorū: ⁊ ostia tēpli forinsecꝰ
aurea. Sicq; cōpletū ē omē opus qđ
fecit salomon ī domo domini. ca. v.
Intulit igitur salomon oīa que vo-
uerat david pater suus·argentū ⁊ aur:
et universa vasa posuit in thesauris
domus dñi. Post que congregavit
maiores natu isrl' et cunctos principes
tribuū·⁊ capita familiar de filijs isrl'
in ierusalem: ut adducerent archam
federis dñi de civitate david que est in
syon. Venerūtq; itaq; ad regē omnes
viri israhel: in die solenni mensis se-
ptimi. Cumq; venissent cuncti seniorū
israhel·portaverūt levite archam: ⁊ in-
tulerunt eam·⁊ omnē paraturā taber-
naculi. Porro vasa sanctuarij q̄ erāt
in tabernaculo portaverūt sacerdotes
cū levitis. Rex autem salomon et uni-
versus cetus israhel·et omnes qui fue-
runt congregati: ante archam immo-
labant arietes ⁊ boves absq; ullo nu-
mero. Tāta eni erat multitudo victimar.

Et intulerūt sacerdotes archā federis
domini in locū suū·id est ad oraclm
templi in sancta sanctorū subter alas
cherubin: ita ut cherubin expanderent
alas suas sup locū in quo posita erat
archa: ⁊ ipam archam tegerent cū vecti-
bus suis. Vectium aūt quibꝫ portaba-
tur archa·quia paululum longiores
erant·capita parebāt āte oraclm. Si
vero quis paululū fuisset extrinsecus:
eos videre nō poterat. Fuit itaq; archa
ibi usq; ī presentem diē. Nichilq; erat
aliud in archa nisi due tabule·quas
posuerat moyses in oreb: quādo legē
dedit dñs filijs israhel egredientibꝫ ex egi-
pto. Egressis aūt sacerdotibus de san-
ctuario·oēs eni sacerdotes q̄ ibi po-
tuerant inveniri sanctificati sunt: nec
adhuc ī illo tempore vices et ministe-
riorū ordo inter eos divisus erat: tā
levite q̄ꝫ cantores·id est ⁊ q̄ sub asaph
erant·⁊ q̄ sub heman·⁊ q̄ sub ydithun·
filij et fratres eorū vestiti bissinis·cim-
balis·⁊ psalterijs·et citharis·concrepa-
bant·stantes ad orientalem plagā al-
taris: et cū eis sacerdotes centūviginti
canentes tubis. Igit' cūctis pariter et
tubis et voce et cimbalis ⁊ organis·et
diversi generis musicor concinentibꝫ·
et vocem in sublime tollētibus·longe
sonitus audiebat': ita ut cū dñm lau-
dare cepissent et dicere·cōfitemini dño
quoniā bonus quoniā in eternū mise-
ricordia eius·impleretur domꝰ dei nu-
be: ne possent sacerdotes stare et mi-
nistrare ꝓpter caliginē. Compleverat
enim gloria dñi domum dei. ca. vi.
Tunc salomon ait. Dñs pollicitꝰ
est·ut habitaret in caligine: ego
autem edificavi domū nomini eius:
ut habitaret ibi in ppetuum. Et cōuer-
tit rex faciem suā: ⁊ benedixit universe

multitudini israhel. Nam omnis turba
stabat intenta, et ait. Benedictus dominus
deus israhel: qui quod locutus est david
patri meo · opere complevit dicens. A die
qua eduxi populum meum de terra egipti · non
elegi civitatem de cunctis tribubus isra-
hel ut edificaretur in ea domus nomi-
ni meo: neque elegi quemquam alium virum
ut esset dux in populo meo israhel: sed
elegi iherusalem ut sit nomen meum in ea:
et elegi david ut constituerem eum super
populum meum israhel. Cumque fuisset vo-
luntatis david patris mei ut edificaret
domum nomini domini dei israhel: dixit
dominus ad eum. Quia hec fuit voluntas
tua ut edificares domum nomini meo:
bene quidem fecisti huiuscemodi habere
voluntatem: sed non tu edificabis michi
domum. Verumtamen filius tuus qui
egredietur de lumbis tuis: ipse edifica-
bit domum nomini meo. Complevit er-
go dominus sermonem suum quem locutus fue-
rat: et ego surrexi pro david patre meo ·
et sedi super thronum israhel sicut locutus
est dominus: et edificavi domum nomini domini
dei israhel · et posui in ea archam in qua
est pactum domini quod pepigit cum filiis
israhel. Stetit ergo coram altare domini
ex adverso universe multitudinis israhel:
et extendit manus suas. Siquidem fece-
rat salomon basim eneam et posuerat
eam in medio basilice: habentem quinque
cubitos longitudinis et quinque latitu-
dinis · et tres cubitos altitudinis. Ste-
titque super eam: et deinceps flexis genibus
contra universam multitudinem israhel · et
palmis in celum levatis ait. Domine
deus israhel · non est similis tui deus in
celo et in terra · qui custodis pactum et
misericordiam cum servis tuis · qui am-
bulant coram te in toto corde suo: qui
prestitisti servo tuo david patri meo
quecumque locutus fueras ei: et que ore
promiseras opere complesti · sicut et presens
tempus probat. Nunc ergo domine deus
israhel imple servo tuo patri meo david
quecumque locutus es dicens. Non defi-
ciet ex te vir coram me qui sedeat super
thronum israhel: ita tamen si custodi-
erint filii tui vias meas · et ambulave-
rint in lege mea: sicut et tu ambulasti
coram me. Et nunc domine deus isra-
hel firmetur sermo tuus: quem locutus
es servo tuo david. Ergo ne credibile
est · ut habitet deus cum hominibus super
terram? Si celum et celi celorum non te ca-
piunt: quanto magis domus ista quam
edificavi? Sed ad hoc tantum facta est ·
ut respicias orationem servi tui · et obse-
crationem eius domine deus meus au-
dias: et preces quas fudit famulus tuus
coram te: ut aperias oculos tuos super
domum istam diebus ac noctibus · super
locum in quo pollicitus es ut invocare-
tur nomen tuum: et exaudires oratio-
nem quam servus tuus orat in eo: et ex-
audias preces famuli tui et populi tui
israhel. Quicumque oraverit in loco isto ·
exaudi de habitaculo tuo id est de celis ·
et propiciare. Si peccaverit quispiam in pro-
ximum suum et iurare contra eum paratus
venerit · seque maledicto constrinxerit co-
ram altari in domo ista: tu audies de
celo · et facies iudicium servorum tuorum:
ita ut reddas iniquo viam suam in ca-
put proprium: et ulciscaris iustum re-
tribuens ei secundum iusticiam suam. Si su-
peratus fuerit populus tuus israhel ab
inimicis · peccabunt enim tibi · et conver-
si egerint penitentiam · et obsecraverint
nomen tuum · et fuerint deprecati in lo-
co isto: tu exaudies de celo et propicia-
re peccato populi tui israhel · et reduc
eos in terram quam dedisti eis et patribus

torū. Si clauso celo pluuia non fluxe-
rit ꝓpter peccata populi tui · ⁊ deprecati
te fuerint in loco isto · ⁊ cōfessi nomini
tuo · ⁊ conuersi a peccatis suis cum eos
afflixeris: exaudi de celo dn̄e · ⁊ dimitte
peccata seruis tuis · ⁊ populi tui israhel:
et doce eos uiam bonam · ꝑ quā ingre-
diantur: ⁊ da pluuiā terre quā dedisti
populo tuo ad possidendū. Fames si
orta fuerit in terra · ⁊ pestilencia erugo ⁊
aurugo · et locusta ⁊ bruchus · et hostes
vastatis regionibꝫ portas obsederint
ciuitatis · omnisq; plaga ⁊ infirmitas
presserit: si quis de populo tuo israhel
fuerit deprecatus · cognoscens plagā
et infirmitatem suā · ⁊ expanderit ma-
nus suas in domo hac: tu exaudies de
celo de sublimi scilicet habitaculo tuo ·
et ꝓpiciare: ⁊ redde unicuiq; secundum
vias suas quas nosti eū habere ī corde
suo. Tu enim solus nosti corda filiorū
hominū: ut timeant te et ambulent in
viis tuis · cunctis diebus quibꝫ viuūt
super faciem terre quā dedisti patribus
nostris. Externū quoq; qui non est de
populo tuo israhel · si venerit de tra lon-
ginqua propter nomen tuū magnū
et propter manū tuā robustam · ⁊ bra-
chium tuū extentum · et adorauerit in
loco isto: tu exaudies de celo firmissi-
mo habitaculo tuo · ⁊ facies cūcta pro
quibus inuocauerit te ille peregrinus:
ut sciant omnes populi terre nomen
tuum · ⁊ timeant te sicut popul9 tuus
israhel: ⁊ cognoscant quia nomē tuū
inuocatum est sup domum hanc quā
edificaui. Si egressus fuerit pp̄ls tuus
ad bellum cōtra aduersarios suos · ꝑ
viam in qua miseris eos: adorabunt
te contra viam in qua ciuitas hec est
quā elegisti · et dom9 quā edificaui no-
mini tuo: ut exaudias de celo p̄ces eo⁊
et obsecrationem · ⁊ ulciscaris. Si aūt
peccauerint tibi · neq; enim est homo q̄
non peccet · ⁊ iratus fueris eis · ⁊ tradide-
ris hostibus · ⁊ captiuos duxerint eos
in terram longinquā · uel certe q̄ iuxta
est: ⁊ cōuersi ī corde suo ī terra ad quā
captiui ducti fuerāt egerint penitenciā ·
et deprecati te fuerint ī terra captiuita-
tis sue dicentes · peccauimus · inique fe-
cimus · iniuste egimus: ⁊ reuersi fuerit
ad te in toto corde suo · ⁊ tota anima
sua in tra captiuitatis sue · ad quam
ducti sunt: adorabunt te contra uiam
terre sue quā dedisti patribus eorum ·
et urbis quā elegisti · ⁊ domus quā edi-
ficaui nomini tuo: ut exaudias de ce-
sueruntq; eā iuxta portam dñi forinse-
cus. Et p̄dicatū est ī iuda et ihrlm:
ut deferrent singli p̄ciū domino qđ
cōstituit moyses seruus dei sup omnē
israhel in deserto. Letatiq; sunt cuncti
principes et omīs pp̄s: et ingressi con-
tulerunt in archam dñi atq; miserunt:
ita ut impleretur. Cūq; tempus esset ut
deferrent archam corā rege p manus
leuitar: uidebant enī multā pecuniā:
ingrediebat scriba regis et quē pōtifex
sacerdos constituerat: effundebantq;
pecuniam que erat in archa. Porro
archam reportabant ad locū suū: sicq;
faciebāt per singulos dies. Et congre-
gata est infinita pecunia: quā dederūt
rex et ioiada hijs qui p̄erant operibus
domus dñi. At illi cōducebant ex ea
cesores lapidū et artifices operū singu-
gulorū ut instaurarent domū dñi: fa-
bros quoq; ferri et eris: ut qđ cadere
ceperat fulciret. Egerūtq; hij q̄ opera-
bantur industrie: et obducebat parie-
tum cicatrix per manus eorū: ac suscita-
uerunt domū dñi in statum pristinū:
et firmiter eam stare fecerūt. Cūq; com-
plessent omīa opera: detulerūt coram
rege et ioiada reliquā partem pecunie:
de qua facta sunt uasa templi in mini-
sterium ad olocausta: fiale quoq; et
cetera uasa aurea et argentea. Et offe-
rebant olocausta in domo domini
iugiter cunctis diebus ioiade. Senu-
it aūt ioiada plenus dierū et mortu9
est cū centūtriginta esset annor: sepeli-
eruntq; eū in ciuitate dauid cū regib;:
eo q fecisset bonū cū israhel et cū domo
eius. Postq; aūt obijt ioiada: ingressi
sunt principes iuda et adorauerunt
regem. Qui delinitus obsequijs eorū
acquieuit eis. Et dereliquerūt templū
domini dei patrū suor: seruierūtq; lu-
cis et sculptilib;: et facta est ira contra
iudā et ihrlm ppter hoc peccatum.
Mittebatq; eis pphas ut reuerterent
ad dominū: quos protestātes illi au-
dire nolebant. Spiritus itaq; dñi in-
duit zachariam filiū ioiade sacerdotē:
et stetit in cōspectu ppli: et dixit eis. Hec
dicit deus. Quare transgredimini pre-
ceptū domini quod uobis nō pderit:
et dereliquistis dominū ut derelinque-
ret uos? Qui congregati aduersus eū
miserunt lapides iuxta regis imperiū:

in atrio dom⁹ dñi. Et nō ē recordatus
ioas rex misericordie quā fecerat ioia-
da pater illius secū: sed interfecit filiū
eius. Qui cū moreret̄ ait. Videat dñs
et requirat. Cūq; evolut⁹ esset annus
ascendit contra eū exercitus sirie: venit-
q; ī iudam et ihr̄lm et interfecit cūctos
principes pplī: atq; universam p̄dam
miserunt regi ī damascū. Et certe cum
permodicus venisset numerus syrorū
tradidit dñs manib; eorū infinitam
multitudinē: eo qd dereliquissent do-
minū deū prm suorū. In ioas quoq;
ignominiosa exercuere iudicia: et abe-
untes dimiserūt eum in languoribus
magnis. Surrexerūt aūt contra eum
servi sui ī ultionē sanguinis zacharie
filij ioiade sacerdotis: ⁊ occiderunt eū
in lectulo suo et mortuus est: sepelierūt
q; illum in civitate david sed non in
sepulcris regum. Insidiati vero sunt
ei zabad filius semath amanitidis: et
iozabath filius semarith moabitidis.
Porro filij eius ac summa pecunie
que adunata fuerat sub eo: et instau-
ratio domus dei scripta sunt diligen-
tius in libro regum. Regnavit autem
amasias filius eius pro eo. ca. xxv.

Viginti quinq; annorū erat ama-
sias cū regnare cepisset: ⁊ vigin-
tinovem ānis regnavit in ierusalem.
Nomen mr̄is eius ioiaden de ierusa-
lem. Fecitq; bonū in conspectu domini:
veruntamen nō in corde pfecto. Cūq;
roboratum sibi videret imperiū iugu-
lavit servos qui occiderant regē prem
suum: sed filios eoꝝ nō interfecit: sicut
scriptū ē ī libro legis moysi: ubi p̄cepit
dñs dicens. Non occidentur patres
pro filijs: neq; filij pro prib; suis: sed
unusquisq; in suo peccato morietur.
Congregavit igit̄ amasias iudam: ⁊
constituit eos per familias: tribunos-
q; et centuriones ī universo iuda ⁊ ben-
iamin: et recensuit a viginti ānis sur-
sum: invenitq; triginta milia iuvenū
qui egrederent̄ ad pugnam ⁊ tenerent
hastam et clipeum. Mercede quoq;
conduxit de israhel centū milia robu-
storum centū talentis argenti. Venit
aūt homo dei ad illum et ait. O rex
ne egrediatur tecū exercit⁹ israhel. Non
est enim dñs cum isrl̄: et cunctis filijs
ephraim. Quod si putas in robore ex-
ercitus bella consistere: superari te faci-
et deus ab hostibus. Dei quippe est et
adiuvare: ⁊ in fugam convertere. Di-
xitq; amasias ad hominē dei. Quid
ergo fiet de centum talentis que dedi
militibus israhel? Et respondit ei ho-
mo dei. Habet dñs unde tibi dare pos-
sit multo hijs plura. Separavit itaq;
amasias exercitum qui venerat ad eū
ex ephraim: ut reverteretur ī locū suū.
At illi cōtra iudam vehementer irati:
reversi sunt in regionē suam. Porro
amasias cōfidenter eduxit pplm suum:
et abijt in vallem salinaꝝ: percussitq; fi-
lios seir decem milia. Et alia decem mi-
lia viroꝝ ceperunt filij iuda: ⁊ addux-
erunt ad p̄ruptū cuiusdam petre: preci-
pitaverūtq; eos de summo ī preceps:
qui universi crepuerūt. At ille exercit⁹
quē remiserat amasias ne secum iret
ad preliū: diffusus ē ī civitatibus iuda
a samaria usq; ad bethoron: ⁊ interfe-
ctis tribus milibus diripuit predam
magnā. Amasias vero post cedem
ydumeoꝝ et allatos deos filiorū seir
statuit illos in deos sibi: ⁊ adorabat
eos: et illis adolebat incensum. Quā-
obrem iratus dñs contra amasiam:
misit ad illum prophetā qui diceret
ei. Cur adorasti deos q̄ nō liberaverūt

populū suū de manu tua? Cumq; hec
ille loqueret̄·respondit ei. Num consi-
liarius regis es? Quiesce ne interficiā
te. Discedensq; ꝓpheta· scio inquit
quod cogitauerit dn̄s occidere te:qui
et fecisti hoc malū:et insup nō acqui-
euisti consilio meo. Igit̄ amasias rex
iuda inito pessimo consilio·misit ad
ioas filiū ioachaz·filij iehu regē isra-
hel dicens. Veni videamus nos mu-
tuo. At ille remisit nūcios dicēs. Car-
duus qui est ī libano·misit ad cedrū
libani dicens. Da filiā tuā filio meo
uxorem. Et ecce bestie que erant ī silua
libani:transierūt ⁊ cōculcauerunt car-
duum. Dixisti percussi edom:⁊ idcirco
erigitur cor tuū in supbiā. Sede in do-
mo tua. Cur malū aduersum te ꝓuo-
cas:ut cadas et tu et iudas tecum? No-
luit audire amasias:eo q̄ domini es-
set voluntas·ut traderet̄ in manus ho-
stium ꝓpter deos edom. Ascendit igit̄
ioas rex israhel:⁊ mutuos sibi p̄buere
conspectus. Amasias autem rex iuda
erat in bethsames iude. Corruitq; iu-
das coram isrl̄:et fugit in tabernacl'a
sua. Porro amasiam regē iuda filiū
ioas filij ochozie cepit ioas rex israhel
in bethsames et adduxit in ih'rlm:de-
struxitq; murū eius·a porta ephraim
usq; ad portam āguli quadringētis
cubitis. Omne quoq; aurū et argen-
tum·⁊ uniuersa vasa q̄ repererat ī do-
mo dei·⁊ apud obededom·in thesau-
ris etiam domus regie·necnō ⁊ filios
obsidum:reduxit ī samariam. Vixit
autem amasias filius ioas rex iuda
postq̄ mortu9 est ioas filius ioachas
rex israhel quindecim annis. Reliqua
aūt sermonū amasie prior̄ et nouissi-
morum scripta sunt ī libro regū iuda
et israhel. Qui postquā recessit a dn̄o:
tetenderunt ei insidias in ihrusalem.
Cumq; fugisset lachis miserūt et inter-
fecerunt eum ibi: reportantesq; super e-
quos sepelierunt eum cum patribus
suis in ciuitate dauid. C. xxvi.

Omnis aūt ppl's iuda·filiū eius
oziam annorū sedecim ɔstituit
regem pro amasia p̄re suo. Ipse edifi-
cauit ahilat: et restituit eam ditioni
iude·postq̄ dormiuit rex cū patrib; su-
is. Sedecim annor̄ erat ozias cum re-
gnare cepisset:et quinquagīta duob;
annis regnauit in ihrusalē. Nomen
matris eius iecelia de ihrlm. Fecitq;
quod erat rectum in oculis dn̄i iuxta
om̄ia que fecerat amasias pater eius:
et exquisiuit dn̄m in dieb; zacharie in-
telligentis·et videntis deum. Cumq; re-
quireret dn̄m:direxit eū in om̄ib;. De-
niq; egressus ē et pugnauit cōtra phi-
listijm:et destruxit murū geth·⁊ murū
iamnie·murūq; azoti. Edificauit q̄q;
op̄pida ī azoto et philistijm:et adiuuit
eum deus cōtra philistijm ⁊ cōtra ara-
bas qui habitabāt in gurbaal·⁊ cōtra
ammonitas. Appendebātq; āmonite
munera ozie:et diuulgatū est nomen
eius usq; ad introitum egipti ꝓpter cre-
bras victorias. Edificauit quoq; ozi-
as turres ī ihrusalē sup portā anguli·
et sup portam vallis·et reliquas in eo-
dem muri latere: firmauitq; eas. Ex-
struxitq; turres in solitudine:et effodit
cisternas plurimas·eo quod haberet
multa pecora:tam ī campestrib; quā
in heremi vastitate. Vineas q̄q; habuit
et vinitores in mōtibus·et ī carmelo.
Erat quippe homo agriculture dedit9.
Fuit aūt exercitus bellator̄ eius q̄ pro-
cedebāt ad p̄lia sub manu iehiel scribe·
maasieq; doctoris:et sub manu ana-
nie qui erat de ducib; regis. Omnisq;

numerus principū p familias viroꝝ
fortium duūxū miliū sexcentoꝝ: et sub
eis vniuersus exercitus trecentorū et se-
ptem miliū quingentoꝝ · q̄ erant apti
ad bella: et p rege cōtra aduersarios
dimicabāt. Preparauit q̄z eis ozias
id est cuncto exercitui clipeos ⁊ hastas·
et galeas et loricas· arcusq̄z ⁊ fundas
ad iaciendos lapides: ⁊ fecit in ihrlm
diuersi generis machinas quas ī tur-
ribus collocauit· ⁊ ī angulis muroꝝ:
ut mitterent sagittas et saxa grandia.
Egressumq̄z ē nomen eius procul: eo
q̄ auxiliaretur ei dn̄s et corroborasset
illum. Sed cū roboratus esset eleuatū
est cor eius in interitū suum ⁊ neglexit
dn̄m deū suū: ingressusq̄z templū dn̄i
adolere voluit incensum super alta-
re thimiamatis. Statimq̄z ingressus
post eum azarias sacerdos· et cum eo
sacerdotes dn̄i octuaginta viri fortissi-
mi· restiterunt regi: atq̄z dixerunt. Nō
est tui officij ozia· ut adoleas incensū
domino: sed sacerdotū hoc est filiorū
aarō q̄ cōsecrati sunt ad huiuscemodi
ministeriū. Egredere de sanctuario· ne
contempseris: quia non reputabitur
tibi in gloriā hec a dn̄o deo. Iratusq̄z
ozias ⁊ tenens in manu thuribulum
ut adoleret incensum: minabatur sacer-
dotibus. Statimq̄z orta est lepra· in
fronte eius corā sacerdotibus ī domo
dn̄i: super altare thimiamatis. Cumq̄z
respexisset eū azarias pōtifex· ⁊ oēs
reliqui sacerdotes · viderūt lepram in
fronte eius: et festinato expulerūt eum.
Sed ⁊ ipse pterritus accelerauit egredi:
eo q̄ sensisset ilico plagā dn̄i. Fuit igi-
tur ozias rex leprosus usq̄z ad diem
mortis sue: et habitauit ī domo separa-
ta· plen⁹ lepra ob quā eiectus fuerat de
domo dn̄i. Porro ioathan filius ei⁹
rexit domum regis: et iudicauit ppl'm
terre. Reliqua autem sermonum ozie
priorum et nouissimorū scripsit ysa-
ias filius amos pphera. Dormiuitq̄z
ozias cum patribus suis: et sepelierūt
eum in agro regalium sepulcrorum
eo q̄ esset leprosus: regnauitq̄z ioa-
than filius eius pro eo. ca. xxvii.

Uigintiquiq̄z ānoꝝ erat ioathan
cum regnare cepisset: et sedecim
annis regnauit ī ihrlm. Nomen ma-
tris eius ierusa· filia sadoch. Fecitq̄z
quod rectū erat coram dn̄o iuxta oīa
que fecerat ozias pater suus: excepto
q̄ non est ingressus templū dn̄i: ⁊ ad-
huc pp'ls delinquebat. Ipse edificauit
portam dom⁹ dn̄i excelsam: et ī muro
ophel multa cōstruxit. Urbes quoq̄z
edificauit in mōtibꝫ iuda: ⁊ in saltibꝫ
castella et turres. Ipse pugnauit ɔtra
regem filioꝝ ammon· ⁊ vicit eum. De-
deruntq̄z ei filij āmon in tempore illo
centum talenta argēti: ⁊ decem milia
choros tritici: ac totidem choros ordei.
Hec ei prebuerūt filij ammon· in āno
scdo et tercio. Corroboratusq̄z est ioa-
than: eo qd̄ direxisset vias suas corā
domino deo suo. Reliqua aūt sermo-
num ioathan et oēs pugne eius· et
opera scripta sunt in libro regū israhel
et iuda. Uigintiquiq̄z annoꝝ erat cū
regnare cepisset: et sedecim annis re-
gnauit ī iherusalem. Dormiuitq̄z io-
athan cum patribus suis: ⁊ sepelierunt
eum in ciuitate dauid: et regnauit
achaz filius eius pro eo. ca. xxviii.

Uiginti ānoꝝ erat achaz cū regna-
re cepisset: et sedecim ānis regna-
uit in ihrlm. Nō fecit rectum ī cōspectu
domini· sicut dauid pater eius · sed am-
bulauit in vijs regum isrł: insup ⁊
statuas fudit baalim. Ipse ē q̄ adoleuit

incensum in valle benennon: et lustravit
filios suos i igne · iuxta ritum gentiū
quas interfecit dñs in adventu filiorꝫ
israhel. Sacrificabat quoqꝫ et thimiama
succendebat i excelsis · et in collibus: et
sub omni ligno frondoso. Tradiditqꝫ eū
dominus deus eius in manu regis sirie:
qui percussit eū magnāqꝫ p̄dam cepit
de eius imperio: et adduxit in damascū.
Manibus quoqꝫ regis israhel traditus
est: et percussus plaga grandi. Occidit
qꝫ phacee filius romelie de iuda centū
viginti milia in die uno · omnes viros
bellatores: eo qđ reliquissent dominū
deum patrum suorū. Eodem tempore oc-
cidit zechri vir potens ex ephraim maa
siam filiū regis · et ezricā ducē domus
eius: helchanam quoqꝫ secundū a rege. Ce-
peruntqꝫ filii israhel de fratribus suis
ducenta milia mulierū puerorꝫ et puel-
larum et infinitā predā: ptuleruntqꝫ eā
in samariam. Ea tempestate erat ibi
propheta dñi nomine obed · qui egressus
obviā exercitui venienti in samariam
dixit eis. Ecce iratus dñs deus patrū
vrorꝫ contra iudā · tradidit eos manibꝫ
vestris: et occidistis eos atrociter · ita
ut ad celum pertingeret vrā crudelitas.
Insup filios iuda et ihrlm vultis vo-
bis subicere in servos et ancillas: quod
nequaquam facto opus est. Peccastis eni
sup hoc dño deo vestro. Sed audite
cōsiliū meū: et reducite captivos quos
adduxistis de fratribꝫ vris: quia ma-
gnus furor dñi imminet vobis. Ste-
terūt itaqꝫ viri de principibus filiorū
ephraim · azarias filius iohānan · ba-
rachias filius mosollamoth · ezechias
filius sellum · et amasias filius hadali ·
contra eos qui veniebant de prelio: et
dixerūt eis. Non introducetis huc ca-
ptivos: ne peccemus domino. Quare
vultis adicere sup peccata nostra: et ve-
tera cumulare delicta? Grande quippe
peccatū est: et ira furoris dñi imminet
sup israhel. Dimiserūtqꝫ viri isrl bella-
tores predam · et universa que ceperāt
coram principibꝫ et omni multitudine.
Steteruntqꝫ viri quos supra memora-
vimus: et apphendentes captivos o-
mnesqꝫ qui nudi erant · vestierūt de spo-
liis. Cūqꝫ vestissent eos et calciassent ·
et refecissent cibo ac potu · unxissentqꝫ
propter laborem · et adhibuissent eis
curam: quicunqꝫ ambulare non po-
terant · et erant imbecillo corpore · im-
posuerunt eos iumentis · et adduxerūt
ihericho civitatē palmarū ad fratres
eorꝫ: ipsiqꝫ reversi sunt i samariā. Tem-
pore illo misit rex achaz ad regem assi-
riorum · postulans auxiliū. Venerunt
qꝫ ydumei et pcusserūt multos ex iuda:
et ceperūt predā magnā. Philisthym
quoqꝫ diffusi sunt p urbes campestres
et ad meridiem iuda: ceperūtqꝫ bethsa-
mes · et ahilon · et gaderoth · socho quoqꝫ
et thamnā · et zamzo cū viculis suis: et
habitaverūt in eis. Humiliaverat eni
dñs iudam ꝓpter achaz regem iuda · eo
quod nudasset eum auxilio · et cōtemptui
habuisset dñm: adduxitqꝫ contra eū
teglathphalasar regem assiriorꝫ: qui
et afflixit eum et nullo resistente vasta-
vit. Igitur achaz spoliata domo dñi et
domo regum ac principum · dedit regi
assiriorū munera: et tamen nichil ei
profuit. Insup et in tempore angustie
sue auxit contemptū in dñm. Ipse per
se rex achaz immolavit diis damasci
victimas percussoribꝫ suis · et dixit · Dii
regū sirie auxiliantur eis · quos ego pla-
cabo hostiis · et aderunt michi: cū econ-
trario ipsi fuerint ruine ei · et universo
israhel. Direptis itaqꝫ achaz omnibꝫ

vasis domꝰ dei atq; cōfractis clausit
ianuas templi dei : ⁊ fecit sibi altaria
in universis angulis ihrlm. In omni-
bus quoq; urbib; iuda · extruxit aras
ad cremandū thus: atq; ad iracūdiā
provocavit dn̄m deū prm̄ suoꝝ. Reli-
qua aūt sermonū eiꝰ · ⁊ omnium operū
suoꝝ priorū ⁊ novissimoꝝ scripta sunt
in libro regū iuda ⁊ israhel. Dormivit
q; achaz cū prībus suis: ⁊ sepelierunt
eū ī civitate ihrlm. Neq; enī receperūt
eū in sepulcra regum isrl'. Regnavitq;
ezechias filius eius pro eo. c. xxix.

Igitur ezechias regnare cepit cū vigin-
tiquinq; esset annorū: et viginti novē
annis regnavitq; in ihrlm. Nomen
matris eius abia filia zacharie. Fecit
q; quod erat placitū in conspectu dn̄i:
iuxta omnia q̄ fecerat david pater eius.
Ipse anno et mense primo regni sui
aperuit valvas domꝰ dn̄i · ⁊ instaura-
vit eas: adduxitq; sacerdotes atq; levi-
tas · ⁊ congregavit eos ī plateā orien-
talem dixitq; ad eos. Audite me levi-
te · et sanctificamini: mundate domū
dn̄i dei prm̄ nostroꝝ: auferte omnē
immundiciā de sanctuario. Peccave-
runt patres nostri · ⁊ fecerūt malum in
conspectu dn̄i dei nostri · derelinquētes
eū: averterūt facies suas a tabernaculo
dn̄i dei nostri · ⁊ p̄buerūt dorsum: clau-
serunt ostia que erant in porticu et ex-
tinxerunt lucernas: incensumq; nō a-
doleverunt: et olocausta nō obtulerūt
in sanctuario deo israhel. Concitatus
est itaq; furor dn̄i sup̄ iudam ⁊ ihrlm:
tradiditq; eos ī commotionē · et in in-
teritum ⁊ in sibilum · sicut ipi cernitis
oculis vestris. En corruerūt patres no-
stri gladiis: filii nr̄i ⁊ filie nr̄e · ⁊ coniu-
ges captive ducte sūt p̄pter hoc scelus.
Nunc ergo placet michi ut ineamus
fedus cum dn̄o deo israhel: ⁊ avertet a
nobis furorē ire sue. Filii mei nolite
negligere. Vos elegit dn̄s · ut stetis co-
ram eo · et ministretis illi: colatisq; eū ·
et cremetis ei incensum. Surrexerunt
ergo levite: maath filius amasie · ⁊ io-
hel filius azarie de filiis caath. Por-
ro de filiis merari: cis filius abdai ⁊ a-
zarias filiꝰ ia-alehel. De filiis autem
gerson: ioha filius zemma · ⁊ eden filiꝰ
ioaha. At vero de filiis elisaphan: sam-
ri et iahihel. De filiis quoq; asaph:
zacharias ⁊ mathanias necnon de fi-
liis heman: iahihel · ⁊ semei. Sed et de
filiis ydithun: semeias ⁊ ozihel. Con-
gregaveruntq; fratres suos ⁊ sanctifi-
cati sunt: ⁊ ingressi sunt iuxta mādatū
regis ⁊ imperiū dn̄i · ut expiarēt domū
dei. Sacerdotes q; ingressi templū do-
mini ut sanctificarent illud: extulerūt
omnē immūdiciā quā intro repererāt
in vestibulo domus dn̄i: quā tulerunt
levite et asportaverūt ad torrentem ce-
dron foras. Ceperunt aūt prima die
mensis p̄mi mūdare · et in die octava
eiusdem mensis · ingressi sunt porticū
domꝰ templi dn̄i: expiaverūtq; tēplum
dieb; octo: ⁊ in die sextadecima mensis
eiusdē · qd̄ ceperāt impleverūt. Ingres-
si quoq; sunt ad ezechiam regē: et di-
xerūt ei. Sanctificavimus omnem do-
mum dn̄i · ⁊ altare olocausti · vasaq;
eius · necnō ⁊ mensam p̄positionis cū
omnibus vasis suis · cunctāq; templi
supellectilē quā polluerat rex achaz ·
in regno suo postq̄ p̄varicatus est: et
ecce exposita sunt omnia corā altari do-
mini. Consurgensq; diluculo ezechias
rex · adunavit omēs principes civita-
tis ⁊ ascendit in domū dn̄i: obtulerūt
q; simul thauros septē ⁊ arietes septē ·
agnos septē ⁊ hircos septē: p̄ peccato ·

pro regno·pro sanctuario·pro iudã.
Dixitq; sacerdotibꝫ filijs aaron:ut of-
ferrent sup altare dñi. Mactauerũt igi-
tur thauros:et susceperũt sanguinem
sacerdotes:⁊ fuderũt illum sup altare.
Mactauerunt etiã arietes:⁊ illoꝝ san-
guinem sup altare fuderũt. Immola-
uerunt agnos:⁊ fuderunt super altare
sanguinẽ. Applicuerũt hircos pro pec-
cato corã rege·⁊ uniuersa mltitudine.
Imposuerũtq; manus suas sup eos:et
immolauerũt illos sacerdotes:⁊ asper-
serunt sanguinẽ eoꝝ corã altari ꝓ pia-
culo uniuersi isrlis. Pro omni quippe
israhel p̃ceperat rex ut olocaustũ fieret
pro peccato. Constituit q; leuitas ĩ do-
mo dñi·cũ cimbalis ⁊ psalterijs et ci-
tharis: scdm dispositionẽ dauid ⁊ gad
uidentis regis ⁊ nathan ꝓphete. Siqui-
dem dñi preceptũ fuit·ꝑ manũ prophe-
tarum eius. Steteruntq; leuite tenentes
organa dauid ⁊ sacerdotes tubas:et
iussit ezechias ut offerrent olocausta
sup altare. Cumq; offerrẽtur olocau-
sta ceperũt laudes canere dño·⁊ clan-
gere tubis:atq; in diuersis organis q̃
dauid rex isrl ꝑparauerat ↄcrepare. Omni
aũt turba adorante·cãtores ⁊ hij qui
tenebant tubas erant in officio suo:do-
nec compleret olocaustũ. Cũq; finita
esset oblatio incuruatus ẽ rex·⁊ omnes
qui erant cum eo:⁊ adorauerũt. Prece-
pitq; ezechias ⁊ principes leuitis ut lau-
darent dñm s̃monibꝫ dauid et asaph
uidentis:qui laudauerũt deũ magna
leticia:⁊ incuruato genu adorauerunt.
Ezechias aũt etiã hec addidit. Imple-
stis man⁹ ṽras dño:accedite ⁊ offerte
uictimas·⁊ laudes in domo dñi. Ob-
tulit ergo uniuersa mltitudo hostias
et laudes ⁊ olocausta:mente deuota.
Porro numer⁹ olocaustoꝝ q̃ obtulit

multitudo hic fuit. Thauros seragin-
ta·arietes centũ·agnos ducẽtos:san-
ctificaueruntq; dño boues sexcentos:et
oues tria milia. Sacerdotes uero pau-
ci erant:nec poterant sufficere ut pelles
olocaustoꝝ detraherent. Unde ⁊ leuite
fratres eoꝝ adiuuerũt eos:donec im-
pleret̃ opus ⁊ sãctificarẽtur antistites.
Leuite quippe faciliori ritu sanctifican-
tur quã sacerdotes. Fuerunt ergo olo-
causta plurima adipes pacificoꝝ et li-
bamina olocaustoꝝ:⁊ completus est
cultus dom⁹ dñi:letatusq; ẽ ezechias
et omnis populus eo q᷑ ministerium
domini esset expletũ. De repente quip-
pe hoc fieri placuerat. ca. xxx.

Misitq; ezechias ad omnẽ israhel
et iudã:scripsitq; epistolas ad
ephraim ⁊ manassen:ut uenirent ad
domũ dñi in iherusalẽ·⁊ facerent pha-
se domino deo isrl. Inito ergo rõsilio
regis ⁊ principũ et uniuersi cetus ihe-
rusalẽ:decreuerũt ut facerẽt phase men-
se secundo. Non eñi occurrerãt facere ĩ
tempore suo:quia sacerdotes qui pos-
sent sufficere sanctificari nõ fuerant·et
populus nondũ ↄgregatus fuerat in
ihrlm. Placuitq; sermo regi et omni
multitudini:⁊ decreuerũt ut mitterent
nuncios ĩ uniuersum isrl de bersabee
usq; dan:ut uenirent ⁊ facerẽt phase
dño deo israhel ĩ iherusalẽ. Multi eñi
non fecerãt sicut lege p̃scriptũ ẽ. Perre-
xeruntq; cursores cũ epistolis rex regis
imperio·⁊ principũ ei⁹ in uniũsum isrl
et iudã:iuxta id quod rex iusserat pre-
dicantes. Filij israhel reuertimini ad
dñm deum abraham ⁊ ysaac ⁊ isra-
hel:⁊ reuertetur ad reliquias q̃ effuge-
runt manus regis assiriorũ. Nolite
fieri sicut patres uestri ⁊ fratres qui re-
cesserunt a domino deo patrũ suorũ:

et tradidit eos in interitū·ut ipsi cerni-
tis. Nolite indurare ceruices vestras
sicut patres vestri. Tradite man⁹ dño:
et venite ad sanctuariū eius qđ sancti-
ficauit in eternū. Seruite domino deo
patrū vestroꝝ: ⁊ auertet a vobis ira fu-
roris eius. Si enī vos reuersi fueritis
ad dñm: fratres vestri ⁊ filij habebunt
misericordiā corā dñis suis·qui illos
duxerūt captiuos: ⁊ reuertent in terrā
hanc. Pius enī ⁊ clemens est dñs de⁹
vester: ⁊ non auertet faciē suā a vobis
si reuersi fueritis ad eū. Igit cursores
pergebāt velociter de ciuitate ī ciuitatē·
per terrā ephraim et manasse usq; ad
zabulon: illis irridentibȝ·et subsannā-
tibus eos. Attamen quidam viri ex
aser ⁊ manasse ⁊ zabulon acquiescen-
tes consilio: venerunt ihrlm. In iuda
vero facta est manus dñi ut daret eis
cor vnū: ut facerent iuxta pceptū regis
et principū verbum dñi. Congregati
q; sunt ī iherusalem pp̄li multi: ut face-
rent solēnitatē azimorū ī mense scdo.
Et surgentes destruxerunt altaria que
erant in ihrlm: atq; vniūsa in quibȝ
ydolis adolebatur incensum subuerten-
tes·proiecerūt in torrentē cedron. Im-
molauerūt aūt phase q̄rtadecima die
mensis secundi. Sacerdotes q; atq; le-
uite tandem sanctificati obtulerūt olo-
causta in domo dñi: steterūtq; in ordi-
ne suo iuxta dispositionē ⁊ legē moysi
hominis dei. Sacerdotes vero suscipi-
ebant effundendū sāguinē de manibȝ
leuitaꝝ: eo ꝙ multa turba sanctificata
non esset: ⁊ idcirco immolarēt leuite
phase hijs q̄ nō occurrerāt sanctificari
dño. Magna etiā pars pp̄li de ephra-
im et manasse ⁊ ysachar et zabulon q̄
sanctificata nō fuerat comedit phase·
non iuxta qđ scriptū est: et orauit pro
eis ezechias dicens. Dominus bonus
propiciabitur· cūctis qui ī toto corde
requirūt dñm deū patrū suoꝝ: ⁊ non
imputabit eis qđ minus sanctificati
sunt. Quē exaudiuit dñs: ⁊ placatus
est pp̄lo. Feceruntq; filij isrl̄ qui inuenti
sunt in ihrlm solemnitatē azimoꝝ se-
ptem diebȝ ī leticia magna·laudātes
dñm p singulos dies: leuite q; ⁊ sacer-
dotes per organa q̄ suo officio cōgru-
ebant. Et locutus est ezechias ad cor
omniū leuitarū: qui habebant intelli-
gentiam bonā sup dño: et comederūt
septem diebȝ solēnitatis: immolātes
victimas pacificoꝝ. et laudantes dñm
deum patrū suoꝝ. Placuitq; vniuerse
multitudini ut celebrarēt etiam alios
dies septē: qđ ⁊ fecerūt cū ingenti gau-
dio. Ezechias aūt rex iuda pbuerat
multitudini mille thauros: et septem
milia ouiū. Principes vero dederāt po-
pulo thauros mille: ⁊ oues decē milia.
Sanctificata ergo ē sacerdotum pluri-
ma multitudo: ⁊ hilaritate pfusa omīs
turba iuda tam sacerdotū ⁊ leuitaꝝ q̄3
vniuerse frequētie q̄ venerat ex israhel:
proselitorū quoq; de terra isrl̄ ⁊ habi-
tanciū in iuda. Factaq; ē grandis cele-
britas in iherusalē: qualis a diebȝ sa-
lomonis filij dauid regis israhel in ea
urbe nō fuerat. Surrexerūt aūt sacer-
dotes atq; leuite benedicētes populo et
exaudita ē vox eorum: peruenitq; ora-
tio ī habitaculū sanctū celi. ca. xxxi.
Cumq; hec fuissent rite celebrata:
egressus est omīs israhel qui in-
uentus fuerat ī urbibȝ iuda·et fregerūt
simulacra succideruntq; lucos: demoliti
sunt excelsa· ⁊ altaria destruxerūt· non
solū de vniuerso iuda ⁊ beniamin sed
et de ephraim quoq; et manasse: do-
nec penitus euerterent. Reuersiq; sunt

omnes filij israhel:in possessiones et
ciuitates suas . Ezechias aūt cōstituit
turmas sacerdotales ⁊ leuiticas ꝑ di-
uisiones suas unūquenq; in officio
proprio·tā sacerdotū videlicet q̄ȝ leui-
tarū ad olocausta ⁊ pacifica:ut mini-
strarent et cōfiterent̄·canerentq; ī portis
castrorū dn̄i . Pars aūt regis erat ut
de propria ei⁹ substantia offerretur o-
locaustū mane semꝑ ⁊ vespere:sabba-
tis quoq; ⁊ kalendis·⁊ solēnitatibus
ceteris : sicut scriptum ē in lege moysi.
Preceperat aūt ꝑplo habitantiū ihru-
salem·ut darent partes sacerdotibus ⁊
leuitis:ut possent vacare legi domini.
Quod cū percrebruisset in auribꝫ multi-
tudinis·plurimas obtulere p̄mitias
filij israhel·frumenti vini ⁊ olei:mellis
quoq; ⁊ omniū que gignit hum⁹ deci-
mas obtulerūt. Sed et filij isrl̄ ⁊ iuda
qui habitabāt in urbibꝫ iuda obtulerūt
decimas boū ⁊ ouiū:decimasq; sancto-
rum q̄ vouerāt dn̄o deo suo:atq; uni-
uersa portantes fecerūt aceruos pluri-
mos. Mense tercio ceperūt aceruoꝝ ia-
cere fundamēta:⁊ mense septimo cōple-
uerunt eos . Cumq; ingressi fuissent e-
zechias et principes eius·viderūt acer-
uos:⁊ benedixerūt dn̄o·ac ꝑplo isrl̄. In-
terrogauitq; ezechias sacerdotes ⁊ leui-
tas:cur ita iacerēt aceruj . Rn̄dit illi a-
zarias sacerdos p̄m⁹·de stirpe sadoch
dicens . Ex quo ceperūt offerri p̄mitie
in domo dn̄i·comedimus ⁊ saturati
sumus:et remanserūt plurima:eo q̄d
benedixerit dn̄s ꝑplo suo . Reliquiarū
aūt est copia ista q̄ȝ cernis . Precepit
igit̄ ezechias:ut ꝑpararent horrea in
domo dn̄i. Quod cum fecissent intule-
runt tam p̄mitias q̄ȝ decimas:et que-
cumq; vouerant fideliter. Fuit aūt pre-
fectus eorū chonenias leuita:et semei
frater eius secūs:post quē iehihel·⁊ aza-
rias·et naad·et asahel·⁊ ierimoth:io-
zabat quoq; ⁊ elihel·et iesmachias·et
maath·⁊ banaias·p̄positi sub mani-
bus chonenie et semei fratris ei⁹ ex im-
perio ezechie regis·⁊ azarie pontificis
domus dn̄i:ad quos om̄ia ꝑtinebāt.
Chore vero fili⁹ iemna leuites·⁊ iani-
tor orientalis porte p̄positus erat hijs
que sponte offerebant̄ dn̄o·p̄mitijsq;
et cōsecratis in sancta sanctorū:et sub
cura eius eden·⁊ beniamin·ihesue ⁊ se-
meias·amarias quoq; et sechenias·
ī ciuitatibꝫ sacerdotū:ut fideliter distri-
buerent fratribꝫ suis partes·minoribꝫ
atq; maioribꝫ·exceptis maribꝫ ab an-
nis tribꝫ et supra·cūctis q̄ ingrediebā-
tur templū dn̄i. Et quicquid ꝑ singlos
dies cōducebāt ī ministerio · atq; ob-
seruationibꝫ iuxta diuisiones suas:
sacerdotibꝫ ꝑ familias ⁊ leuitis·a vice-
simo āno ⁊ supra ꝑ ordines ⁊ turmas
suas·uniūseq; multitudini tā vxoribꝫ
quā liberis eoꝝ utriusq; sexus·fideliter
cibi de hijs q̄ sanctificata fuerāt prebe-
bant̄. Sed ⁊ filioꝝ aaron ꝑ agros et
suburbana urbiū singlarū dispositi
erant viri qui partes distribuerēt uni-
uerso sexui masculino:de sacerdotibꝫ
et leuitis. Fecitq; ezechias uniuersa q̄
diximus·in om̄i iuda:operatusq; ē bo-
num et rectū ⁊ verū corā dn̄o deo suo·
in uniūsa cultura ministerij domus
domini iuxta legem et cerimonias:
volens requirere deum suū ī toto corde
suo. Fecitq; ⁊ prosperat⁹ ē. ca. xxxii.

Post que et huiuscemodi veritatē
venit sennacherib rex assiriorū:
et ingressus iudam obsedit ciuitates
munitas·volens eas capere . Quod
cum vidisset ezechias venisse scilicet
sennacherib et totum belli impetum

uerti cōtra ihĕruſalē: inito cū pricipibꝫ
conſilio viriſqȝ fortiſſimis ut obtura-
rent capita fonciū qui erāt extra urbē:
et hoc omniū decernēte ſententia con-
gregauit plurimā mltitudinē: ⁊ obtu-
rauerunt cūctos fontes · ⁊ riuū qui flu-
ebant ī medio terre dicētes. Ne veniant
reges aſſiriorū: et inueniāt aquarū a-
bundantiā. Edificauit qꝫ agens indu-
ſtrie omnē murū q̄ fuerat diſſipatꝰ: et
extruxit turres deſup: ⁊ forinſecꝰ alterꝫ
murū. Inſtaurauitqȝ mello ī ciuitate
dauid: ⁊ fecit uniūſi generis armaturā
et clipeos. Cōſtituitqȝ pricipes bellato-
rum in exercitu: et cōuocauit uniūſos
in platea porte ciuitatis: ac locutus ē
ad cor eorꝫ dicens. Viriliter agite ⁊ cō-
fortamini: nolite timere: nec paueatis
regem aſſiriorꝫ ⁊ uniuerſam mltitudi-
nem que ē cum eo. Multo eni plures
nobiſcū ſunt quā cum illo. Cū illo eni
eſt brachiū carneū: nobiſcū dn̄s deus
noſter q̄ auxiliator eſt noſter: pugnat
qȝ pro nobis. Cōfortatuſqȝ ē ppl̄s hu-
iuſcemodi verbis ezechie regis iuda.
Que poſtq̄ȝ geſta ſunt: miſit ſennache-
rib rex aſſiriorū ſuos ſuos ihr̄lm, ipe
enim cū uniuerſo exercitu obſidebat la-
chis. ad ezechiā regē iuda · ⁊ ad omnē
ppl̄m qui erat ī urbe dicens. Hec dicit
ſennacherib rex aſſiriorū. In quo ha-
bentes fiduciā · ſedetis obſeſſi ī ihr̄lm?
Num ezechias decepit vos · ut tradat
morti · in fame et ſiti: affirmans q̄ do-
minus deꝰ veſter liberet vos de manu
regis aſſiriorū? Nūquid non iſte eſt
ezechias qui deſtruxit excelſa illius et
altaria: ⁊ p̄cepit iude ⁊ ihĕruſalē dicēs ·
corā altari uno adorabitis · et in ipſo
comburetis incenſū? An ignoratis
que ego fecerim · et patres mei cunctis
terrarꝫ populis? Nunquid p̄ualuerūt

dij gentium omniūqȝ terrarū liberare
regionē ſuā de manu mea? Quis ē de
uniuerſis dijs gentiū q̄s vaſtauerunt
patres mei qui potuerit eruere populū
ſuum de manu mea: ut poſſit etiam
deus veſter eruere vos de hac manu?
Non vos ergo decipiat ezechias · nec
vana pſuaſione deludat: neqȝ creda-
tis ei. Si eni nullus potuit deꝰ cūctarꝫ
gentiū atqȝ regionū liberare ppl̄m ſuū
de manu mea · ⁊ de manu p̄rm meorꝫ:
cōſequenter nec deꝰ veſter poterit eruere
vos de hac manu. Sed ⁊ alia multa
locuti ſunt ſerui eiꝰ contra dn̄m deum:
et cōtra ezechiā ſeruū eius. Epiſtolas
quoqȝ ſcripſit plenas blaſphemie ī do-
minū deū iſrahel: ⁊ locutus ē adūſus
eum. Sicut dij gentiū ceterarꝫ nō potu-
erunt liberare ppl̄m ſuū de manu mea:
ſic ⁊ deus ezechie eruere nō poterit ppl̄m
ſuū de manu iſta. Inſup et clamore
magno ligua iudaica ꝯtra ppl̄m qui
ſedebat in muris ihĕruſalē pſonabat:
ut terreret eos · ⁊ caperet ciuitatē. Locu-
tuſqȝ eſt contra deū iſrahel: ſicut aduer-
ſum deos pplorꝫ terre opera manuū ho-
minū. Orauerūt igit̄ ezechias rex · et
yſaias filius amos pphetes adūſum
hanc blaſphemiā: ac vociferati ſunt
uſqȝ in celū. Et miſit dn̄s āgelū ſuū:
qui percuſſit omnē virū robuſtū ⁊ bel-
latorem · ⁊ principē exercitꝰ regis aſſi-
riorū: reuerſuſqȝ ē cum ignominia in
terram ſuā. Cumqȝ ingreſſus eſſet do-
mum dei ſui: filij qui egreſſi fuerant
de utero eius interfecerūt eum gladio.
Saluauitqȝ dominus ezechiā et ha-
bitatores ihr̄lm de manu ſennache-
rib regis aſſiriorꝫ · et de manu omni-
um: ⁊ preſtitit ei quietem p circuitum.
Multi etiā deferebāt hoſtias ⁊ ſacrifici-
a dn̄o ī ihr̄lm · et munera ezechie regi

iuda. Qui exaltatus ē post hec coram
cunctis gentibȝ. In diebȝ illis egrota-
uit ezechias usq; ad mortē: ⁊ orauit
dn̄m. Exaudiuitq; eū ⁊ dedit ei signū:
sed nō iuxta beneficia q̄ acceperat retri-
buit: quia eleuatū est cor ei⁹. Et facta
est cōtra eū ira: ⁊ contra iudā et ihr̄lm.
Humiliatusq; est postea eo q' exaltatū
fuisset cor eius: tam ip̄e q̄ȝ habitatores
iherusalē: ⁊ idcirco nō venit super eos
ira dn̄i in diebus ezechie. Fuit aūt eze-
chias diues ⁊ inclitus valde: ⁊ thesau-
ros sibi plurimos ꝯgregauit argenti
et auri · et lapidis p̄ciosi · aromatū et
armorū uniūsi generis · et vasoꝝ ma-
gni precij: apothecas quoq; frumenti
vini · ⁊ olei · et p̄sepia omniū iumento-
rum: caulasq; pecoribus · et urbes sex
edificauit. Habebat quippe greges o-
uium · ⁊ armentoꝝ innumerabiles: eo
q' dedisset ei dn̄s substantiā multam
nimis. Ip̄e ē ezechias qui obturauit
superiorē fontem aquaꝝ gyon: ⁊ auer-
tit eas subter ad occidentem urbis da-
uid. In oīnibȝ operibus suis fecit pro-
spere que voluit. Attamen ī legatōne
principū babilonis q̄ missi fuerāt ad
eum · ut interrogarent de portento qd̄
acciderat sup̄ terrā · dereliquit eum dn̄s:
ut temptaret̄ et nota fierent omnia q̄
erant in corde ei⁹. Reliqua aūt sermonū
ezechie · ⁊ misericordiaꝝ ei⁹ scripta sūt ī visi-
one ysaie · filij amos pphete: et in libro
regū iuda ⁊ isr̄l. Dormiuitq; ezechias
cū p̄ribȝ suis: et sepelierūt eum supra se-
pulcra filiorum dauid. Et celebrauit
eius exequias uniuersus iuda · ⁊ oēs
habitatores iherusalem: regnauitq;
manasses fili⁹ ei⁹ p̄ eo. cap. xxxiii.

Duodecim annoꝝ erat manasses
cum regnare cepisset: et quinqua-
gintaquinq; annis regnauit ī ihr̄lm.
Fecit autem malū coram dn̄o iuxta
abominationes gentiū quas subuer-
tit dn̄s corā filijs israhel: ⁊ cōuersus
instaurauit excelsa que demolitus fu-
erat ezechias pater ei⁹: ꝯstruxitq; aras
baalim · ⁊ fecit lucos: ⁊ adorauit omnē
miliciam celi ⁊ coluit eam. Edificauit
quoq; altaria ī domo dn̄i: de qua di-
xerat dn̄s · in ihr̄lm erit nomen meū ī
eternū. Edificauit aūt ea cuncto exerci-
tui celi · ī duobȝ atrijs domus domini:
transireq; fecit filios suos p̄ ignem in
valle benennon. Obseruabat somnia ·
sectabat̄ auguria: maleficis artibus
inseruiebat. Habebat secum magos
et incātatores: multaq; mala operat⁹
est corā dn̄o ut irritaret eū. Sculptile
quoq; et cōflatile signū posuit ī domo
dn̄i: de qua locutus ē dn̄s ad dauid
et ad salomonē filiū eius dicens. In
domo hac et in iherusalē quā elegi de
cūctis tribubȝ israhel ponā nomē meū
in sempiternū: et mouere non faciam
pedem isr̄l de terra quā tradidi patribȝ
eorum: ita dumtaxat si custodierint
facere que p̄cepi eis · cunctamq; legem
et cerimonias atq; iudicia q̄ mādaui
p̄ manū moysi. Igit̄ manasses sedu-
xit iudam ⁊ habitatores iherusalē: ut
facerēt malū sup̄ oīnes gentes quas
subuerterat dominus a facie filiorum
israhel. Locutusq; est dn̄s ad eū et ad
p̄pl̄m illius: ⁊ attendere noluerunt. Id-
circo superinduxit eis p̄ncipes exercit⁹
regis assirioꝝ: ceperūtq; manassen: et
vinctum cathenis atq; cōpedibus du-
xerunt in babilonē. Qui postq̄ȝ coan-
gustatus est orauit dn̄m deū suū: et
egit penitentiā valde coram deo p̄rm
suorum. Deprecatusq; ē eum et obse-
crauit intente · et exaudiuit orationē
eius: reduxitq; eū ihr̄lm ī regnū suū: et

cognouit manasses quod dominus
ipse esset deus. Post hec edificauit mu-
rum extra ciuitatē dauid ad occidentē
gyon · in cōualle ab introitu porte pi-
scium p circuitū usq; ad ophel: et exalta-
uit illū vehementer. Cōstituitq; princi-
pes exercitus in cūctis ciuitatibꝫ iuda
munitis · et abstulit deos alienos · et
simulacrū de domo dñi: aras quoq;
quas fecerat in mōte domus dñi et in
ierusalē: et proiecit omnia extra urbem.
Porro instaurauit altare dñi: et im-
molauit sup illud victimas et pacifica
et laudem · p̄cepitq; iude ut seruiret dño
deo israhel. Attamen adhuc populus
immolabat ī excelsis dño deo suo. Re-
liqua aūt gestorū manasse · et obsecra-
tio eius ad deum suū: verba quoq; vi-
dentiū q̄ loquebant̄ ad eum ī nomine
domini dei israhel cōtinentur in sermo-
nibus regum isrl. Oratio quoq; eius
et exauditio et cuncta peccata atq; con-
temptus: loca etiā in quibꝫ edificauit
excelsa et fecit lucos et statuas anteq̄
ageret penitentiā: scripta sunt in sermo-
nibus ozai. Dormiuit ergo manasses
cū patribꝫ suis: et sepelierūt eū in domo
sua: regnauitq; p eo fili⁹ eius amon.
Viginti duorū annorū erat cū regnare
cepisset: et duobꝫ ānis regnauit in ihe-
rusalē. Fecitq; malū ī cōspectu dñi sicut
fecerat manasses pater ei⁹: et cūctis ydo-
lis que manasses fuerat fabricat⁹ im-
molauit atq; seruiuit et nō est reueritus
faciē dñi sicut reuerit⁹ ē manasses pa-
ter ei⁹: et multo maiora deliquit. Cumq;
cōiurassent aduersus eū serui sui interfece-
runt eū ī domo sua: porro reliqua ppli
multitudo cesis hijs q̄ amon percusserāt
cōstituit regem iosiā filiū eius pro eo.
Octo annorū erat iosi- ca. xxxiiii.
as cū regnare cepisset: et triginta
et uno anno regnauit in ihrlm. Fecit
q; quod erat rectum ī cōspectu dñi: et
ambulauit in vijs dauid patris sui:
non declinauit neq; ad dextram neq;
ad sinistrā. Octauo aūt anno regni
sui cū adhuc esset puer · cepit querere
deū patris sui dauid: et duodecimo
anno postq̄ ceperat · mūdauit iudam
et ihrusalē ab excelsis et lucis simula-
crisq; et sculptilibꝫ. Destruxerūtq; corā
eo aras baalim: et simulacra q̄ supo-
sita fuerāt demoliti sunt. Lucos etiā et
sculptilia succidit atq; comminuit: et
sup tumulos eorū qui eis immolare
cōsueuerāt fragmēta dispsit. Ossa pre-
terea sacerdotū cōbussit ī altaribꝫ ydo-
lorū: mūdauitq; iudā et ihrlm. Sed
et in urbibꝫ manasse et ephraim et sy-
meon usq; neptalim cuncta subuertit.
Cumq; altaria dissipasset et lucos et
sculptilia cōtriuisset in frusta · cūctaq;
delubra demolitus esset de uniuersa
terra israhel: reuersus ē ihrlm. Igitur
anno octauodecimo regni sui mūda-
ta iā terra et templo dñi: misit saphan
filiū eselie et maasiam principē ciuita-
tis · et ioha filiū ioachaz acōmentari-
js: ut instaurarent domū dñi dei sui.
Qui venerunt ad helchiam sacerdotē
magnū: acceptaq; ab eo pecunia que
illata fuerat in domū dñi · et quā con-
gregauerāt leuite et ianitores de ma-
nasse et ephraim et uniūsis reliquijs
israhel · ab omni q; iuda et beniamin et
habitatoribꝫ ihrlm: tradiderūt in ma-
nibus eorū qui p̄erant operarijs in do-
mo dñi: ut instaurarent templum · et
infirma queq; sarcirēt. At illi dederūt
eā artificibꝫ et cementarijs: ut emerēt
lapides de lapidicinis · et ligna ad
commissuras edificij · et ad cōtignatio-
nem domorū quas destruxerant reges

iuda. Qui fideliter cūcta faciebāt. Erāt
aūt ꝑpositi opꝰantiū iabab et abdias
de filijs merari · zacharias ⁊ mosollā
de filijs caath · q̄ urgebāt opus: om̄es
leuite scientes organis canere. Super
eos vero qui ad diuersos usus onera
portabant: erant scribe · et magistri de
leuitis ianitores. Cūq; efferrent pecuni-
am q̄ illata fuerat in templū domini ·
reperit helchias sacerdos librum legis
q̇ datꝰ fuerat dñi per manū moysi: et ait ad saphan
scribā. Librū legis inueni ī domo dñi:
Et tradidit ei. At ille intulit volumen
ad regē: ⁊ nunciauit ei dicēs. Omnia
que dedisti in manu seruoꝝ tuoꝝ: ecce
complentᷣ. Argentū qđ repertū est in
domo domini cōflauerūt: datumq;
est ꝑfectis artificū · et diuersa opera fa-
bricantiū, preterea tradidit michi helchi-
as sacerdos hūc librū. Quē cum rege
ꝑsente recitasset · audissetq; ille verba
legis · scidit vestimenta sua: ⁊ precepit
helchie et aichan filio saphan · et abdon
filio micha · saphan quoq; scribe · et
asaie seruo regis dicens . Ite et orate
dñm pro me · et pro reliquijs israhel
et iuda: super uniūsis sermonibꝫ libri
istius qui repertus est. Magnus enim
furor dñi stillauit sup nos: eo q̄ non
custodierint patres nostri verba dñi ·
ut facerent omnia que scripta sunt in
isto volumine. Abijt ergo helchias et
hij qui simul a rege missi fuerāt ad ol-
dam ꝓphetem uxorem sellū filij thecuath ·
filij asra · custodis vestiū · que habita-
bat in ihrlm in secunda: ⁊ locuti sunt ei
verba que supra narrauimus. At illa
respōdit eis. Hec dicit dñs deꝰ israhel.
Dicite viro q̄ misit vos ad me . Hec
dicit dñs. Ecce ego inducā mala sup
locū istū ⁊ sup habitatores eiꝰ: cūctaq;
maledicta que scripta sunt ī libro hoc ·
quē legerunt coram rege iuda: quia de-
reliquerūt me ⁊ sacrificauerūt dijs ali-
enis ut me ad iracundiā ꝓuocarent
in cunctis operibꝫ manuū suaꝝ. Idcir-
co stillabit furor meus sup locū istū: ⁊
nō extinguetᷣ. Ad regem aūt iuda qui
misit vos ꝓ dño deprecando · sic loqui-
mini. Hec dicit dñs deus isrl. Quoniā
audisti verba voluminis · atq; emolli-
tum est cor tuū · ⁊ humiliatus es ī con-
spectu dñi sup hijs que dicta sunt contra
locum hunc ⁊ habitatores ihrlm: re-
uerituſq; faciē meā scidisti vestimenta
tua ⁊ fleuisti corā me: ego q̄q; exaudiui
te dicit dñs . Iam enī colligam te ad
patres tuos : ⁊ infereris ī sepulcrū tuū
in pace: nec videbunt oculi tui malum
qđ ego inducturus sum sup locū istū
et sup habitatores eiꝰ. Retulerūt itaq;
regi cūcta q̄ dixerat. At ille cōuocatis
uniuersis maioribꝫ natu iuda ⁊ iheru-
salem ascendit in domum dñi: unaq;
om̄es viri iuda et habitatores ihrlm ·
sacerdotes et leuite et cūctus ꝑpls a mi-
nimo usq; ad maximū . Quibꝫ audi-
entibꝫ in domo dñi legit rex om̄ia ver-
ba voluminis : et stans in tribunali
suo ꝑcussit fedus coram domino ut
ambularet post eum · et custodiret pre-
cepta et testimonia ⁊ iustificationes e-
ius in toto corde suo · ⁊ in tota anima
sua: faceretq; que scripta sunt in volu-
mine illo quod legerat . Adiurauit
quoq; super hoc omnes qui reperti fu-
erant in iherusalem ⁊ beniamin: ⁊ fece-
runt habitatores iherusalem iuxta pa-
ctum domini dei patrū suorum. Abstu-
lit ergo iosias cūctas abominatōnes
de uniuersis regionibꝫ filioꝝ israhel:
et fecit om̄es q̄ residui erāt ī isrl̄ seruire
dño deo suo. Cūctis diebꝫ eiꝰ nō recesse-
rūt a dño deo prm̄ suoꝝ. Cap̄. xxxv .

Fecit aūt iosias in iherusalē phase
dn̄o: quod immolatū ē q̄rtade-
cima die mensis primi. Et constituit
sacerdotes ī officijs suis: hortatusq; ē
eos ut ministrarent in domo domini.
Leuitis quoq; ad quorū eruditionem
om̄is israhel sanctificabat̄ dn̄o: locut⁹
est. Ponite archam in sanctuario tem-
pli. quod edificauit salomon fili⁹ da-
uid rex israhel. Nequaq̄ enī eā ultra
portabitis. Nūc ergo ministrate dn̄o
deo vestro et ꝑplo eius israhel: ꝛ p̄para-
te vos ꝑ domos ꝛ cognationes v̄ras
in diuisionib; singuloꝝ sicut precepit
dauid rex israhel. et descripsit salomon
filius eius: ꝛ ministrate in sanctuario
per familias turmasq; leuiticas: ꝛ san-
ctificati immolate phase. Fratres etiā
vestros ut possint iuxta verba que lo-
cutus est dominus in manu moysi fa-
cere. p̄parate. Dedit p̄terea iosias om̄i
ꝑplo qui ibi fuerat inuentus in sole-
mnitate phase agnos ꝛ hedos de gre-
gibus ꝛ reliqui pecoris triginta milia:
boumq; tria milia. Hec de regis uni-
uersa substantia. Duces quoq; eius
spōte quod vouerāt obtulerūt: tā ꝑplo
q̄ sacerdotib; ꝛ leuitis. Porro helchi-
as et zacharias et iehihel principes do-
mus dn̄i dederūt sacerdotib; ad facien-
dum phase pecora cōmixtim duo mi-
lia sexcenta: ꝛ boues trecentos. Chone-
nias aūt et semeias etiā ꝛ nathanahel
fratres eius. necnō asabias ꝛ iahihel
et iozabad principes leuitarū. dederūt
ceteris leuitis ad celebrandum phase.
quinq; milia pecorum: et boues quin-
gentos. Preparatūq; ē ministeriū et
steterunt sacerdotes ī officio suo: leuite
quoq; in turmis iuxta regis imperiū:
et immolatū est phase. Asperseruntq;
sacerdotes manus suas sanguine: et
leuite detraxerūt pelles olocaustorū: et
separauerūt ea. ut darent per domos ꝛ
familias singuloꝝ. ꝛ offerrent dn̄o si-
cut scriptū est in libro moysi. De bub;
fecerūt quoq; similiter. Et assauerunt
phase sup ignē: iuxta quod ī lege scri-
ptum est. Pacificas vero hostias coxe-
runt in lebetis. ꝛ cacabis et ollis: et fe-
stinato distribuerūt vniuerse plebi: sibi
aūt et sacerdotib; postea parauerunt.
Nam ī oblatione olocaustoꝝ. ꝛ adi-
pum usq; ad noctē sacerdotes fuerūt
occupati: unde leuite ꝛ sibi et sacerdo-
tibus filijs aaron parauerunt nouissi-
mis. Porro cantores filij asaph sta-
bant ī ordine suo: iuxta p̄ceptū dauid
et asaph ꝛ eman et idithun ꝓphetarū
regis. Janitores vero ꝑ portas singu-
las obseruabāt: ita ut ne puncto qui-
dem discederent a ministerio. Quāob-
rem et fratres eoꝝ leuite parauerūt eis
cibos. Omnis igit̄ cultura dn̄i rite cō-
pleta ē in die illa: ut facerent phase. ꝛ
offerrēt olocausta sup altare domini
iuxta p̄ceptum regis iosie. Feceruntq;
filij israhel qui reperti fuerāt ibi phase
in tempore illo et solennitatē azimo-
rum: septē dieb;. Nō fuit phase simile
huic in israhel a dieb; samuelis ꝓphe-
te: sed nec quisquā de cunctis regibus
israhel fecit phase sicut iosias sacerdo-
tibus ꝛ leuitis ꝛ om̄i iude et israhel q̄
repertus fuerat: ꝛ habitantib; in iheru-
salem. Octauodecimo anno regni io-
sie. hoc phase celebratum est. Postq̄ in-
staurauerat iosias templū. ascendit
nechao rex egipti ad pugnandū ī car-
chamis iuxta eufraten: ꝛ processit ī oc-
cursum eius iosias. At ille missis ad
eum nūcijs ait. Quid michi ꝛ tibi rex
iuda? Nō aduersum te hodie venio.
sed contra aliam pugno domum: ad

quā me deus festinato ire p̄cepit. Desi-
ne aduersum deū facere qui mecū est:
ne interficiat te. Noluit iosias reuerti
sed p̄parauit contra eum bellū: nec ac-
quieuit sermonibꝫ nechao ex ore dei:
uerum p̄rexit ut dimicaret in campo
mageddo. Ibiq; uulnerat⁹ a sagitta-
riis dixit pueris suis. Educite me de
prelio: quia oppido uulnerat⁹ sū. Qui
transtulerūt eum de curru in alterum
currum qui sequebat̄ eū more regio: et
asportauerūt eum ī ih̄rlm. Mortuusq;
est et sepult⁹ in mausoleo patrū suorꝫ:
et uniuersus iuda ⁊ ih̄rusalē luxerunt
eum: ieremias maxime: cuius omnes
cantores atq; cātatrices usq; ī presen-
tem diē lamentationes sup iosiam re-
plicant: ⁊ quasi lex obtinuit ī israhel.
Ecce scriptū fertur ī lamentationibus.
Reliqua aūt s̄monū iosie ⁊ misericor-
diarꝫ ei⁹ q̄ lege p̄cepta sūt dñi: op̄a q̄ꝫ
illi⁹ p̄ma ⁊ nouissima scripta sūt in li-
bro regū iuda et israhel. ca. xxxvi.

Tulit ergo pp̄lus terre ioachaz fili-
um iosie: ⁊ constituit regem pro
patre suo in ih̄rlm. Viginti triū ānorꝫ
erat ioachaz cū regnare cepisset: ⁊ tribꝫ
mensibus regnauit ī ih̄rlm. Amouit
aūt eum rex egipti cū uenisset ī ih̄rlm:
et cōdempnauit terrā centū talentis ar-
genti ⁊ talento auri. Constituitq; pro
eo regem eliachim fratrē eius sup iudā
et ih̄rusalē: ⁊ uertit nomen ei⁹ ioakim.
Ip̄m uero ioachaz tulit secum: ⁊ addu-
xit in egiptū. Vigintiquinq; annorū
erat ioakim cū regnare cepisset: ⁊ un-
decim annis regnauit in ih̄rusalem:
fecitq; malū corā dño deo suo. Cōtra
hūc ascendit nabuchodonosor rex chal-
deorū: ⁊ uinctum cathenis duxit in ba-
bilonem: ad quā ⁊ uasa dñi trāstulit:
et posuit ea ī templo suo. Reliqua aūt

uerborꝫ ioakim et abominationū ei⁹
quas operatus ē: ⁊ que inuenta sunt
in eo: continent̄ in libro regū iuda et
israhel. Regnauit aūt ioachin filius
eius pro eo. Octo ānorū erat ioachin
cum regnare cepisset: et tribꝫ mensibꝫ
ac decem diebꝫ regnauit in ih̄rusalē:
fecitq; malū in conspectu dñi. Cumq;
āni circulus uolueret̄: misit nabucho-
donosor rex nūcios qui et adduxerūt
eum in babilonē: asportatis simul pre-
ciosissimis uasis domus dñi. Regem
uero constituit sedechiam patruū eius
sup iudā et ih̄rusalē. Viginti ⁊ uni⁹
āni erat sedechias cū regnare cepisset:
et undecim ānis regnauit in ih̄rusalē.
Fecitq; malū in oculis dñi dei sui: nec
erubuit faciē ieremie p̄phete loquentis
ad se ex ore dñi. A rege quoq; nabu-
chodonosor recessit quī adiurauerat
eum p deū: et indurauit ceruicē suam
et cor: ut nō reuerteret̄ ad dñm deum
israhel. Sed et uniuersi principes sacer-
dotum et pp̄lus p̄uaricati sunt inique
iuxta uniūsas abominationes genti-
um: et polluerunt domū dñi quā san-
ctificauerat sibi in ih̄rusalē. Mittebat
aūt dñs deus patrū suorꝫ ad illos per
manū nūciorꝫ suorꝫ denocte ɔsurgens
et quotidie commonēs: eo q̄ parceret
pp̄lo et habitaculo suo. At illi sub-
sannabāt nūcios dei ⁊ paruipendebāt
sermones ei⁹: illudebātq; p̄phetis: do-
nec ascenderet furor dñi in pp̄lm eius. ⁊
esset nulla curatio. Adduxit enī sup
eos regem chaldeorū: ⁊ interfecit iuue-
nes eorū gladio in domo sanctuarii.
Non est misertus adolescentis ⁊ uirgi-
nis et senis nec decrepiti quidem: sed o-
mnes tradidit ī manibꝫ eius: uniuer-
saq; uasa domus dñi tam maiora q̄
minora. et thesauros templi et regis

et principū trāstulit ī babilonē. Incen-
derūt hostes domū dei: destruxerūtqꝫ mu-
rum ihrlm. Uniuersas turres combus-
serūt: et quicquid p̄ciosū fuerat demoli-
ti sūt. Si quis euaserat gladiū- duct⁹
in babilonē seruiuit regi et filijs eius: do-
nec imperaret rex persarū- et compleret
s̄mo dn̄i ex ore ieremie: et celebraret ter-
ra sabbata sua. Cūctis enī diebꝫ deso-
lationis egit sabbatum: usqꝫ dū com-
pleretur septuagīta anni. Anno autē
primo cyri regis persarū ad explendū
sermonē dn̄i quē locutus fuerat ꝑ os
ieremie- suscitauit dn̄s spiritū cyri regis
persaꝝ: q̄ iussit p̄dicari ī uniūso regno
suo etiā ꝑ scripturam dicēs. Hec dicit
cyrus rex persarū. Omnia regna terre de-
dit michi dn̄s de⁹ celi: et ipe p̄cepit mi-
chi ut edificarē ei domū in ihrlm q̄ est
in iudea. Quis ex vobis ē in omī ꝑplo
eius? Sit dominus deus suus cum
eo et ascendat. Explicit liber paralipo
menō sc̄dus. Oratio manasse re-
gis iuda cū captiuꝰ teneretur ī babilōe.

Domine de⁹ omipotēs prm no-
stroꝝ abrahā ysaac et iacob et
semini eoꝝ iusto- q̄ fecisti celū
et terrā cū omī ornatu eorū: q̄ signasti
mare ūbo p̄cepti tui: q̄ cōclusisti abissū
et signasti terribili et laudabili nomini
tuo- quē omēs pauent- et tremūt a vul-
tu virtutis tue: et insustentabilis ira
super peccatores comminationis tue:
immensa vero et inuestigabilis miseri-
cordia promissionis tue: qm̄ tu es do-
minus altissim⁹ sup omnē terrā lōga-
nimis- et multū misericors: et penitens
super malicia hominū. Tu autē dn̄e se-
cundū bonitatē tuā promisisti penitē-
tiam remissionis peccatorū: et tu deus
iustorū- nō posuisti penitentiā iustis-
abraham ysaac et iacob- hijs qui tibi
non peccauerūt: quoniā peccaui super
numerū arene maris- mltiplicate sūt
iniquitates mee: incuruat⁹ sum mlto
vinculo ferri- et nō ē respiratio michi:
quia excitaui iracundiā tuā et malū
corā te feci- statuens abominationes
et multiplicās offensiones. Et nunc
flecto genua cordis mei: p̄cans a te
bonitatem dn̄e. Peccaui dn̄e peccaui: et
iniq̄tatem meā agnosco. Peto rogās
te dn̄e remitte michi- remitte michi: ne
simul perdas me cū iniquitatibꝫ meis:
neqꝫ in eternū reserues mala michi: q̄a
indignū saluabis me sc̄dm magnā
misericordiā tuā: et laudabo te semper
omnibus diebꝫ vite mee: qm̄ te laudat
omīs virtus celoꝝ: et tibi est gloria in
secula seculorū amen. Explicit orō ma
nasses regis iuda. Incipit prefatio
btī ieronimi p̄bri in librum esdre.

Utrum difficilius sit facere
qd̄ poscitis- an negare:
necdū statui. Nā vobis neqꝫ
aliqd̄ imperātibꝫ ānuere
sententie est: et magnitudo oneris im-
positi ita ceruices p̄mit- ut ante sub fa-
sce ruendū sit quā leuandū. Accedūt
ad hoc inuidorū studia: qui omne qd̄
scribimus reprehendendū putant. Et
interdū cōtra se cōscientia repugnāte
publice lacerant que occulte legunt:
intantū ut clamare compellar et dice-
re. Domine libera animā meā a labijs
iniquis et a lingua dolosa. Tercius an-
nus ē ꝙ semp scribitis atqꝫ rescribitis
ut esdre librū et hester vobis de hebreo
trāsferā: quasi nō habeatis greca et la-
tina volumina: aut quicquid illud ē
quod a vobis vertitur nō statim ab
omībꝫ cōspuendū sit. Frustra autem
ut ait quidā niti neqꝫ aliud fatigādo
nisi odiū querere: extreme dementie est.

Itaq; obsecro vos mi domnion et ro-
gatiane karissimi: ut p̄uata lectione
cōtenti libros nō efferatis in publicū.
nec fastidiosis cibos ingeratis: vitētis-
q; eorū supciliū. qui iudicare tantum
de alijs et ipsi facere nichil noverunt.
Si qui aūt fratrū sunt quibꝫ nr̄a nō
displiceāt hijs tribuatis exemplar: am-
monentes ut hebrea nomina quorū
grandis ī hoc volumine copia ē: di-
stincte et p̄ intervalla trāscribant. Ni-
chil enī proderit emendasse librum nisi
emendatio librarioꝝ diligentia cōser-
vetur. Nec quenq̄ moveat q̄ unus a
nobis editus liber ē: nec apocriphorū
tercij et quarti libri somnijs delectēt:
quia et apud hebreos esdre neemieq;
sermones in unū volumen coartātur:
et que nō habent̄ apud illos. nec de vi-
gintiq̄tuor senibꝫ sūt procul abiciēda.
Si quis aūt septuaginta vobis oppo-
suerit interp̄tes. quoꝝ exēplaria varie-
tas ip̄a lacerata et eversa demonstrat:
nec potest utiq; verū asseri qd̄ diversū
est: mittite eū ad evangelia. ī q̄bꝫ mul-
ta ponunt̄ q̄si de veteri testamēto que
apud septuaginta interp̄tes nō habent̄:
velut illud qm̄ nazarenꝰ vocabit̄. et
ex egipto vocavi filiū meū. ⁊ videbūt ī
quē cōpunxerūt. multaq; alia. q̄ latiori
operi reservamus: et querite ab eo ubi
scripta sīt. Cūq; proferre nō potuerit:
vos legite de hijs exemplaribꝫ q̄ nup̄
a nobis edita maledicorū quotidie
linguis confodiunt̄. Sed ut ad com-
pendiū veniā: certe qd̄ illaturus sum
equissimū ē. Edidi aliq̄d qd̄ nō habet̄
in greco: aut aliter habetur q̄ a me ver-
sum ē. quid interpretem laniant? In-
terrogent hebreos: et ip̄is auctoribus
translationi mee vel arrogēt vel dero-
gent fidem. Porro aliud est si clausis

quod dicit̄ oculis michi volunt ma-
ledicere: ⁊ nō imitant̄ grecoꝝ studiū ⁊
benivolenciā: q̄ post septuaginta trans-
latores iā cristi evangelio choruscāte
iudeos ⁊ hebionitas legis veteris inter-
p̄tes aquilā videlicet et symachū. ⁊ the-
odotionē. ⁊ curiose legūt. et p̄ origenis
laborē in exaplois ecclesijs dedicarūt:
quātomagis latini grati esse deberēt:
q̄ exultantē cernerēt greciā a se aliqd̄
mutuari? Primū enī magnorū sum-
ptuū ē et infinite difficultatis. exēpla-
ria posse habere oīa: deinde etiā q̄ habu-
erit. ⁊ hebrei s̄monis ignari sūt magis
errabūt: ignorātes q̄s e multis verius
dixerit. Qd̄ etiā sapiētissimo cuidā nu-
per apud grecos accidit: ut interdum
scripture sensū relinquēs. uniuscuius-
libet interp̄tis sequeretur errorē. Nos
aūt q̄ hebree lingue saltē parvā habe-
mus scientiā. ⁊ latinꝰ nobis utcumq;
sermo nō deest: ⁊ de alijs magis possu-
mus iudicare: ⁊ ea q̄ ip̄i intelligimus
in nr̄a lingua promere. Itaq; licet exce-
dra sibilet. victorq; synon incendia ia-
ctet: numq̄ meū iuvāte cristo silebit e-
loquiū: etiā p̄cisa lingua balbutiet. Le-
gāt q̄ volūt: q̄ nolūt abiciāt. Eventilēt
apices. l̄ras calūnient̄. Magis vr̄a
caritate p̄vocabor ad studiū: q̄ illoꝝ
detractione ⁊ odio deterrebor. Explicit
prologꝰ. Incipit lib᷑ esdre p̄mꝰ. Ca. pm̄.

In anno primo cyri regis persarum ut
compleretur verbū domini ex ore iere-
mie suscitavit dominus spiritum cyri
regis p̄sarum: et transduxit vocem ī o-
mni regno suo. etiā per scripturā dicēs.
Hec dicit cyrus rex p̄sarū. Omnia re-
gna tre dedit michi dn̄s deꝰ celi: ⁊ ipse
p̄cepit michi ut edificarē ei domū ī ihe-
rusalem. que est ī iudea. Quis est ī vo-
bis de universo p̄plo eius? Sit dn̄s

illius cum eo. Ascendat in iherusalem
que est in iudea: et edificet domū dei
israhel. Ipse est deus qui est in ihrlm. Et
omnes reliqui in cūctis locis ubicūq;
habitant adiuuent eū viri de loco suo.
argēto et auro ⁊ substātia ⁊ pecoribȝ:
excepto qđ volūtarie offerūt templo
dei quod ē ī ihrlm. Et surrexerūt prin-
cipes patrū de iuda ⁊ beniamin. ⁊ sacer-
dotes et leuite: omīs cuius suscitauit
deus spiritū: ut ascenderet ad edifican-
dum templū dñi quod erat in ihrlm.
Uniuersiq; qui erant in circuitu adiu-
uerunt manus eoꝝ in vasis argēteis
et aureis. in substantia. et iumētis in
suppellectili: exceptis hijs que spōte ob-
tulerant. Rex quoq; cyrus protulerat
vasa templi dñi que tulerat nabucho-
donosor de iherusalē. ⁊ posuerat ea in
templo dei sui. Protulit aūt ea cyrus
rex persarū p manū mitridatis filij ga-
zabar: ⁊ annumerauerit ea sasabasar
principi iude. Et hic est numerus eoꝝ.
Fiale auree triginta: fiale argentee mil-
le: cultri viginti nouē: sciphi aurei tri-
ginta: sciphi argentei secūdi quadrin-
genti decem: vasa alia mille. Omnia
vasa aurea et argentea: quinq; milia
quadringenta. Uniuersa tulit sasaba-
sar: cum hijs qui ascendebāt de trans-
migratōne babilonis ī iherusalē. c. ii.
Hij sunt aūt filij prouincie qui a-
scenderunt de captiuitate quam
transtulerat nabuchodonosor rex ba-
bilonis in babilonē: ⁊ reuersi sunt in
iherusalē et iudeā. unusquisq; in ciuita-
tem suā: qui venerunt cum zorobabel
⁊ ihesua neemia saraia rahelaya. mar-
dochay belsan. mesphar. beguai. reū baa-
na. Numer⁹ virorū ppli isrl. Filij phar-
os: duo milia centūseptuaginta duo.
Filij saphatia: trecētiseptuaginta duo.

Filij area: septingētiseptuagintaquinq;.
Filij phetmoab filiorū iosue ioab: du-
o milia octingentiduodecim. Filij he-
lam: milleducētiquīquagintaqttuor.
Filij zethua: nongentiquadraginta-
quinq;. Filij zachai: septingenti sexa-
ginta. Filij bani: sexcentiquadragita-
duo. Filij bebai: sexcētiuigintitres. Fi-
lij azgad: milleducētiuigintiduo. Fi-
lij adonicam: sexcētisexagintasex. Filij
beguai: duo milia quinquagintasex.
Filij adin: quadringētiquinquagin-
taquatuor. Filij ather qui erant ex eze-
chia: nonagintaocto. Filij besai: tre-
centiuigintitres. Filij iora: centūduo-
decim. Filij asom: ducentiuigintitres.
Filij gebbar nongentiquinq;. Filij beth-
leem: centumuigintitres. Uiri nethu-
pha: quinquagintasex. Uiri anathot:
centumuigintiocto. Filij azmaueth:
quadragintaduo. Filij cariathiarim
cephira et beroth: septingentiquadra-
gintatres. Filij rama et gabaa: sexcen-
tiuigintiunus. Uiri machmas: centū
uigintiduo. Uiri bethel et hai: ducen-
tiuigintitres. Filij nebo: quinquagin-
taduo. Filij megbis: centūquinqua-
gintasex. Filij helam alteri⁹: milledu-
centiquīquagintaquatuor. Filij arim:
trecentiuiginti. Filij lodadin et ono: se-
ptingentiuigintiquinq;. Filij ihericho:
trecentiquadragintaquinq;. Filij se-
naa: tria milia sexcētitriginta. Sacer-
dotes. Filij idaia in domo iesue: non-
gentiseptuagintatres. Filij emmer: mil-
lequinquagintaduo. Filij phessur:
milleducentiqdragintaseptem. Filij
arim: mille decem ⁊ septem. Leuite. Fi-
lij iesue ⁊ cedmihel filioꝝ oduie: septu-
agintaqttuor. Cātores. Filij asaph:
centumuigintiocto. Filij ianitorum.
Filij sellum. filij ather. filij telmon. filij

Filij arethi: septīgenti septuaginta qnq;
Filij gezsephana: trecenti septuaginta qnq;

accub filij athita filij sobai: uniūsi cen-
tumtrigitanouē. Nathinnei. Filij sia.
filij asupha filij tebbaoth filij ceros fi-
lij siaa filij phadon filij lebana filij a-
zaba filij accub filij agab filij selmai fi-
lij anan filij gaddel filij gaer filij raa-
hia filij rasin filij nechoda filij gazem fi-
lij aza filij phasea filij besee filij asena-
a filij munim filij nephusim filij be-
chue filij acupha filij azur filij besluth
filij maida filij arsa filij bercos filij si-
sara filij thema filij nasia filij athu-
pha filij seruoꝝ salomonis: filij sothei
filij sophereth filij pharuda filij iala
filij deccon filij geddel filij saphata fi-
lij athil filij phocereth qui erant de ase-
baim: filij amim. Omnes nathinnei
et filij seruorū salomonis: trecentino-
nagintaduo. Et hij qui ascenderunt
de thelmala thelarsa cherub et don et
mer: et non potuerūt indicare domū
patrum suorū ⁊ semen suum: utrum ex
israhel essent. Filij dalaia filij tobia fi-
lij nechoda sexcentiquinquagitaduo.
Et de filijs sacerdotū filij iobia filij ac-
cos filij berzellai qui accepit de filiabꝫ
berzellai galaaditis uxorem: et voca-
tus est nomine eorū. Hij quesierunt
scripturam genealogie sue et nō inue-
nerunt: et eiecti sunt de sacerdotio. Et
dixit athersatha eis. ut nō comederēt
de sancto sanctoꝝ: donec surgeret sacer-
dos doctus atq; perfectus. Omnis mul-
titudo quasi unus quadragintaduo
milia trecentisexaginta: exceptis ser-
uis eorū ⁊ ancillis qui erāt septem mi-
lia trecentitrigintaseptem: et ī ipsis can-
tores atq; cantatrices ducenti. Equi
eorū sexcentitrigintasex: muli eorū du-
centiq̄dragintaquinq;: cameli eoꝝ qua-
dringētitrigitaquinq;: asini eoꝝ sex mi-
lia septingētiuiginti. Et de pricipibus

patrū cum ingrederent̄ templum dñi
quod est in ihrlm: sponte obtulerunt
in domū dei ad extruendā eam in lo-
co suo. Secundū vires suas dederunt
impensas operis. auri solidos quadra-
gita milia et mille: argēti minas quin-
q; milia: et uestes sacerdotales centum.
Habitauerūt ergo sacerdotes et leuite
et de populo ⁊ cantores et ianitores
et nathinnei in urbibus suis: uniuer-
susq; israhel ī ciuitatibus suis. Ca. III.
Iamq; venerat mensis septimus: ⁊ erāt
filij israhel in ciuitatibꝫ suis. Congre-
gatus est ergo ꝑplus quasi vir unus ī
ihrlm: et surrexit iosue filius iosedech.
et fratres eius sacerdotes. ⁊ zorobabel
filius salathiel. et fratres ei9: et edifica-
uerunt altare dei israhel. ut offerrent in
eo olocaustomata: sicut scriptum est
in lege moysi viri dei. Collocauerunt
aūt altare dei sup bases suas deterren-
tibus eos per circuitū ꝑplis terrarū: ⁊
obtulerunt sup illud olocaustū dño
mane et vespere. Feceruntq; solemnita-
tem tabernaculorū sicut scriptū est: et
olocaustum diebꝫ singulis ꝑ ordinē
scdm̄ p̄ceptum opus diei in die suo:
et post hec olocaustū iuge tam ī kalen-
dis q̄ꝫ ī universis solemnitatibus do-
mini que erant consecrate: et in omni-
bus in quibus ultro offerebatur mu-
nus dño. A primo die mensis septi-
mi: ceperunt offerre olocaustum dño:
porro templū dei nondū fundatum
erat. Dederunt aūt pecunias latomis
et cementarijs: cibū q̄ꝫ et potum et oleū
sydonijs tyrijsq;. ut deferrēt ligna cedri-
na de libano ad mare ioppen: iuxta
quod p̄ceperat cyrus rex ꝑsarum eis.
Anno aūt secundo aduentus eoꝝ ad
templum dei in ihersalē mense scdo
ceperunt zorobabel filius salathiel et

iosue filius iosedech ⁊ reliqui de fratri-
bus eorū sacerdotes et leuite· et omnes
qui venerant de captiuitate in ihrlm:
et constituerūt leuitas a viginti ānis
et supra· ut vrgerēt opus dñi. Stetit
q; iosue et filii eius et fratres eius· ced-
mihel et filii eius· ⁊ filii iuda quasi vir
vnus· ut instarent super eos qui facie-
bant opus in templo dei: filii enadab·
et filii eorū· et fratres eorū leuite. Funda-
to igitur a cementariis templo dñi stete-
runt sacerdotes in ornatu suo cum tu-
bis: et leuite filii asaph in cymbalis:
ut laudarent deum p manus dauid
regis isrl. Et concinebant in ymnis ⁊
confessione dño quoniā bonus: quā
in eternū misericordia eius sup israhel.
Omnis quoq; pplus vociferabatur cla-
more magno in laudando dñm: eo
q fundatū esset templū dñi. Plurimi
etiā de sacerdotibz ⁊ leuitis et pricipes
patrū et seniores q viderant templū
prius cū fundatum esset· et hoc templū
in oculis eorū flebant voce magna: et
multi vociferantes in leticia eleuabāt
vocem: nec poterat quisq; agnoscere
vocē clamoris letantiū· ⁊ vocē fletus
ppli. Commixtim enī pplus vocifera-
batur clamore magno: et vox audie-
batur procul. Audierunt aūt hostes
iude et beniamin qa filii captiuitatis
edificarent templū dño deo israhel: et
accedentes ad zorobabel· ⁊ ad princi-
pes patrū· dixerunt eis. Edificemus
vobiscū: quia ita ut vos querimus de-
um vestrū. Ecce nos immolauimus
victimas ex diebus assoraddan regis
assur: qui adduxit nos huc. Et dixit
eis zorobabel et iosue: et reliqui prin-
cipes patrū israhel. Non est nobis et
vobis ut edificemus domū deo nro:
sed nos ipi soli edificabim⁹ deo nro:

sicut pcepit nobis cyrus rex psarū. Fa-
ctum est igitur ut pplus terre impediret
manus ppli iude: et turbaret eos in
edificando. Conduxerūt aūt aduersus
eos csiliatores: ut destruerēt csiliū eorū
omnibz diebus cyri regis psarū. c. iiii.
In regno aūt assueri ipē ē artaxerses·
in principio regni ei⁹ scripserunt accu-
sationē aduersus habitatores iude et
ihrusalē. Et in diebz artaxersis scri-
psit besellam mitridates ⁊ thabeel· et
reliqui qui erant in csilio eorū ad ar-
taxersen regem persarū. Epistola au-
tem accusationis scripta erat syriace:
et legebatur sermone syro. Reum beelthe-
em et samsai scriba scripserūt epistolā
unā de ihrlm artaxersi regi huiusce-
modi. Reū beelthem et samsai scriba ⁊
reliqui csiliatores eorū· dynei ⁊ aphar-
sathci therphalei· arphasei· herchuei ba-
bilonii susannachei dyei· et elamite·
et ceteri de gentibz quas transtulit asen-
nafar magnus et gloriosus: ⁊ ha-
bitare eas fecit in ciuitatibz samarie·
⁊ in reliquis regionibz trans flumen
in pace. Hoc ē exemplar epistole quā
miserūt ad eū. Artaxersi regi: serui tui
viri qui sunt trās fluuiū salutē dicūt.
Notum sit regi: quia iudei qui ascen-
derūt a te ad nos venerūt in ihrusalē
ciuitatē rebellem ⁊ pessimā: quā edifi-
cant extruentes muros eius ⁊ parietes
componētes. Nunc igitur notū sit regi:
quia si ciuitas illa edificata fuerit et
muri eius instaurati: tributū et vecti-
gal et annuos reditus nō dabunt: ⁊
usq; ad reges hec noxa perueniet. Nos
ergo memores salis qd in palatio co-
medimus: quia lesiones regis videre
nephas ducimus: idcirco misimus et
nūciauim⁹ regi: ut recenseas in libris
historiarū patrum tuorū: et inuenies

scriptū in comentarijs ⁊ scies quoniā
urbs illa urbs rebellis est et nocens
regibꝫ et prouīcijs ⁊ bella concitant̄
in ea ex diebꝫ antiquis; quāobrem et
ciuitas illa destructa est. Nūciamus
nos regi: qm̄ si ciuitas illa edificata
fuerit ⁊ muri ipsius instaurati: posses-
sionem trans fluuiū nō habebis. Uer-
bum misit rex ad reūbeeltheem ⁊ sam-
sai scribam ⁊ ad reliquos q̄ erant in
consilio eoꝝ habitatores samarie et
ceteris trans fluuiū: salutem dicens et
pacē. Accusatio quā misistis ad nos
manifeste lecta est corā me: ⁊ a me pre-
ceptū ē ⁊ recensuerūt: inueneruntqꝫ qm̄
ciuitas illa a diebꝫ ātiquis adūsum
reges rebellat: ⁊ seditiones et p̄lia con-
citant̄ in ea. Nam et reges fortissimi
erant in ihrl'm: qui et dominati sunt
omī regioni q̄ trans fluuiū est. Tribu-
tum quoqꝫ ⁊ uectigal et redditus acci-
piebāt. Nūc ergo audite sententiā: ut
prohibeatis uiros illos ⁊ urbs illa
non edificetur: donec si forte a me mis-
sum fuerit. Uidete ne negligenter hoc
impleatis: et paulatim crescat malū
contra reges. Itaqꝫ exemplū edicti ar-
taxersis regis lectum ē corā reumbeel-
theem et samsai scriba ⁊ consiliarijs
eorū: ⁊ abierūt festini in ihrl'm ad iu-
deos: ⁊ prohibuerūt eos in brachio et
robore. Tūc intermissū est opus dom⁹
dn̄i i ihrl'm: et nō fiebat usqꝫ ad annū
scd̄m regni darij regis p̄sarū. Ca. v.

Prophetauerūt autē aggeus pro-
pheta ⁊ zacharias filius addo:
prophetantes ad iudeos qui erant in
iuda et ihrl'm in nomine dei israhel.
Tunc surrexit zorobabel fili⁹ salathiel
et iosue filius iosedech et ceperūt edifi-
care templū dn̄i in ihrl'm: ⁊ cū eis pro-
phete dei adiuuātes eos. In ipo aūt
tempore uenit ad eos thathannai qui
erat dux trans flumen et starbuzan-
nai et consiliarij eoꝝ: sicqꝫ dixerūt eis.
Quis dedit uobis cōsiliū ut domum
hanc edificaretis: ⁊ muros ei⁹ instau-
raretis? Ad qd̄ respondim⁹ eis: que
essent nomina hominū auctorū edifi-
cationis illius. Oculus aūt dei eorū
factus est sup senes iudeoꝝ: ⁊ nō potu-
erūt inhibere eos. Placuitqꝫ ut res ad
darium referretur: ⁊ tunc satisfacerent
aduersus accusationē illā. Exemplar
epistole quā misit thathannai dux re-
gionis trās flumen et starbuzannai
et consiliatores ei⁹ apharsathei q̄ erāt
trās flumen: ad dariū regem. Sermo
quē miserāt ei sic scriptus erat. Dario
regi pax omīs. Notū sit regi isse nos
ad iudeā prouinciā ad domū dei ma-
gni que edificat̄ lapide impolito: et li-
gna ponunt̄ i parietibꝫ: opusqꝫ illud
diligenter extruit̄ ⁊ crescit i manibꝫ eo-
rum. Interrogauim⁹ ergo senes illos:
et ita diximus eis. Quis dedit uobis
potestatē ut domū hanc edificaretis:
et muros hos instauraretis? Sed et
nomina eorū quesiuimus ab eis ut
nūciarem⁹ tibi: scripsimusqꝫ nomina
eorū uiroꝝ qui sūt principes i eis. Hu-
iuscemodi aūt sermonē responderūt
nobis dicentes. Nos sumus serui dei
celi et terre: ⁊ edificam⁹ templū qd̄ erat
extructū ante hos ānos multos: quod-
qꝫ rex israhel magnus edificauerat et
extruxerat. Postqꝫ aūt ad iracundiā
prouocauerunt p̄res nr̄i deū celi tradi-
dit eos in manus nabuchodonosor
regis babilonis chaldei: domū quoqꝫ
hanc destruxit: ⁊ p̄p̄lm ei⁹ transtulit in
babilonē. Anno aūt primo cyri regis
babilonis cyrus rex proposuit edictū:
ut domus dei edificaretur. Nā ⁊ uasa

templi dei aurea et argentea que na-
buchodonosor tulerat de templo qđ
erat in ihrlm ⁊ asportauerat ea in tem-
plum babilonis·protulit cyrus rex de
templo babilonis: ⁊ data sunt salaba-
sar vocabulo quē ⁊ principē ↄstituit:
dixitq; ei. Hec vasa tolle et vade: et po-
ne ea in templo qđ ē in ihrlm: ⁊ dom⁹
dei edificetur in loco suo. Tunc itaq;
salabasar ille venit ⁊ posuit fundamen-
ta templi dei in ierusalē: et ex eo tēpore
usq; nūc edificat̃ ⁊ necdū completū ē.
Nūc ergo si videt̃ regi bonū recenseat ī
bibliotheca regis q̄ ē in babilone utrū
nam a cyro rege iussum fuerit ut edifi-
caret̃ dom⁹ dei ī ihrlm: ⁊ voluntatē re-
gis sup hac re mittat ad nos. ca. vi.

Tunc darius rex p̄cepit: ⁊ recensu-
erunt ī bibliotheca librorū qui
erant repositi in babilone: et inuentū
est in ecbathanis quod ē castrū in me-
dena prouincia volumen unū: talisq;
scriptus erat ī eo cōmentarius. Anno
primo cyri regis·cyrus rex decreuit ut
domus dei edificaret̃ que ē in ihrlm ī
loco ubi immolant hostias: et ut po-
nant fundamenta supportantia alti-
tudinē cubitorū sexaginta et latitudi-
nem cubitorū sexaginta: ordines de la-
pidibȝ impolitis tres: et sic ordines
de lignis nouis. Sumpt⁹ aūt de do-
mo regis dabunt̃. Sed et vasa templi
dei aurea ⁊ argentea q̄ nabuchodono-
sor tulerat de templo ihrlm et attule-
rat ea in babilonē reddant̃ et referant̃
in templū ierusalem in locū suum: q̄
et posita sunt in templo dei. Nūc ergo
thantannai dux regionis que ē trans
flumen et starbuzannai et consiliarij
vestri apharsathei qui estis trans flu-
men procul recedite ab illis: ⁊ dimitti-
te fieri templū dei illud a duce iudeorū
et a senioribȝ eorū: et domus dei illa
edificetur in loco suo. Sed ⁊ a me pre-
ceptum est·quid oporteat fieri a p̄sbite-
ris iudeorū illis ut edificetur domus
dei: scilicet ut de archa regis id est de
tributis que dantur de regione trans
flumen studiose sumptus dent̃ viris
illis: ne impediat̃ opus. Quod si ne-
cesse fuerit ⁊ vitulos ⁊ agnos ⁊ hedos
in olocaustū deo celi: frumentū sal vi-
num et oleū scđm ritum sacerdotū qui
sunt in ierusalē detur eis p singulos
dies·ne sit in aliquo querimonia: et
offerant oblationes deo celi orentq;
pro vita regis ⁊ filiorū ei⁹. A me ergo
positū est decretū: ut omīs homo qui
hanc mutauerit iussionē tollat̃ lignū
de domo ipsius et erigat̃ ⁊ configatur
in eo: dom⁹ aūt ei⁹ publicetur. Deus
autē qui habitare fecit nomen suum
ibi: dissipet omnia regna·et populū
qui extenderit manū suā ut repugnet·
et dissipet domū dei illā que est in ihe-
rusalem. Ego darius statui decretum:
quod studiose impleri volo. Igitur
thantannai dux regionis trās flumē
et starbuzannai·⁊ ↄsiliarij eius scđm
quod p̄ceperat darius rex: sic diligen-
ter executi sunt. Seniores autē iudeorū
edificabāt: ⁊ prosperabant̃ iuxta ꝓphe-
tiam aggei prophete et zacharie filij
addo. Et edificauerūt ⁊ construxerunt
iubente deo israhel·et iubente cyro ⁊ da-
rio·⁊ artarxerse regibȝ persarū: ⁊ com-
pleuerūt domū dei istam·usq; ad diē
terciū mensis adar: q̄ est annus sextus
regni darij regis. Fecerunt autem filij
israhel sacerdotes et leuite·⁊ reliqui fi-
liorū transmigrationis·dedicationē
domus dei in gaudio: ⁊ obtulerunt in
dedicatione domus dei vitulos centū·
arietes ducētos·agnos q̄dringētos:

hircos caprarū pro peccato toti⁹ isrl'
duodecim iuxta numerū tribuū israhel.
Et statuerūt sacerdotes in ordinibꝫ su-
is: et leuitas in vicibus suis sup ope-
ra dei in iherusalem: sicut scriptū est in
libro moysi. Fecerunt aūt filij trāsmi-
grationis pascha quartadecima die
mensis primi. Purificati eni fuerāt sa-
cerdotes et leuite quasi unus: omnes
mundi ad immolandū pascha uni-
uersis filijs trāsmigrationis et fratri-
bus suis sacerdotibꝫ et sibi. Et come-
derūt filij isrl' qui reuersi fuerāt de trās-
migratione: ⁊ omnes qui se seperaue-
rāt a coinquinatione gentiū terre ad
eos: ut quererēt dn̄m deū isrl'. Et fecerūt
solemnitatē azimorū septem diebꝫ in
leticia quoniā letificauerat eos dn̄s:
et conuerterat cor regis assur ad eos:
ut adiuuaret manus eorum in ope-
re domus domini dei israhel. c. vii.

Post hec aūt verba ī regno artar-
xersis regis persarū esdras filius
saraie filij azarie filij helchie filij sellū
filij sadoch filij achitob filij amarie
filij azarie filij maraioth filij zarie fi-
lij ozi filij bocci filij abisue filij finees
filij eleazar filij aaron sacerdotis ab
inicio. ipse esdras ascendit de babilo-
ne: et ipse scriba velox ī lege moysi q̄
dominus deus dedit isrl'. Et dedit ei
rex secūdū manū dn̄i dei eius bonam
sup eū omnē petitionē eius. Et ascen-
derūt de filijs isrl' ⁊ de filijs sacerdotū
et de filijs leuitarū et de cātoribꝫ et de
ianitoribus et de nathinneis in ihe-
rusalē āno septimo artarxersis regis:
et venerūt in iherusalē mense quinto:
ipse est annus septimus regis. Quia
in primo die mēsis primi cepit ascen-
dere de babilone: ⁊ in primo die men-
sis quinti venit in iherusalem iuxta
manū dei sui bonā sup se. Esdras au-
tem parauit cor suū ut inuestigaret
legem dn̄i: et faceret ⁊ doceret in israhel
preceptū ⁊ iudicium. Hoc est aūt exem-
plar epistole edicti: qd̄ dedit rex artar-
xerses esdre sacerdoti scribe erudito in
sermonibus ⁊ p̄ceptis dn̄i ⁊ cerimonijs
ei⁹ in isrl'. Artarxerses rex regū: esdre
sacerdoti scribe legis dei celi doctissimo
salutem. A me decretū est: ut cuicumq̄
placuerit in regno meo de ppl'o isrl' et
de sacerdotibꝫ eius et de leuitis ire in
iherusalē tecū vadat. A facie eni regis
et septem cōsiliatorū eius missus es ut
visites iudeā et iherusalē in lege dei tui
que est in manu tua: et ut feras argen-
tum ⁊ aurū quod rex ⁊ cōsiliatores ei⁹
sponte obtulerūt deo israhel: cuius in
iherusalē tabernaculū est. Et omne ar-
gentū ⁊ aurū quodcūq̄ inueneris in
uniūsa prouincia babilonis et ppl's
offerre voluerit: ⁊ de sacerdotibus qui
sponte obtulerint domui dei sui que ē
in iherusalem libere accipe: et studiose
eme de hac pecunia vitulos arietes
agnos ⁊ sacrificia et libamina eorū et
offer ea sup altare templi dei vestri qd̄
est ī iherusalē. Sed et si quid tibi et fra-
tribus tuis placuerit de reliquo argen-
to et auro ut faciatis: iuxta voluntatē
dei vestri facite. Vasa quoq̄ que dan-
tur tibi in ministeriū domus dei tui:
trade in cōspectu dei in iherusalē. Sed
et cetera quibus opus fuerit in domū
dei tui: quātūcumq̄ necesse est ut expen-
das dabis de thesauro ⁊ de fisco regis
⁊ a me. Ego artarxerses rex statui atq̄
decreui omnibus custodibus arche pu-
blice qui sunt trans flumen: ut qdcūq̄
pecierit a vobis esdras sacerdos scriba
legis dei celi absq̄ mora detis usq̄ ad
argenti talēta centū et usq̄ ad frumēti

choros centū· et usq; ad vini bathos
centū· et usq; ad bathos olei centū: sal
vero absq; mēsura. Omne qđ ad ritū
dei celi pertinet · tribuatur diligenter in
domo dei celi: ne forte irascatur cōtra
regnū regis · et filiorū eius. Vobis q3
notū facimus de univ̄sis sacerdotib3
et leuitis · cātorib3 · et ianitoribus · na-
thinneis · 7 ministris dom⁹ dei huius:
ut vectigal et tributū · et annonas · nō
habeatis potestatē imponendi super
eos. Tu autē esdra · scđm sapientiā dei
tui que est in manu tua cōstitue iudi-
ces et p̄sides · ut iudicēt omni populo
qui est trās flumen: hijs videlicet qui
nouerūt legem dei tui: sed et imperitos
docete libere. Et omnis qui nō fecerit
legem dei tui et legē regis diligenter: iu-
diciū erit de eo siue in mortem siue in
exiliū · siue in cōdemnationē substātie
eius: vel certe in carcerem. Benedictus
dn̄s deus patrū nostro3 · qui dedit hoc
in corde regis · ut glorificaret domū
dn̄i que est in ihrl'alē: et in me incli-
nauit misericordiā suā corā rege et cō-
siliatorib3 ei⁹ · 7 univ̄sis p̄cipib3 regis
potentib3. Et ego cōfortat⁹ manu dn̄i
dei mei q̄ erat ī me: congregaui de isrl'
principes q̄ ascenderūt mecū. ca. viii.

Hij sunt ergo principes familiar3 ·
et genealogia eo3 qui ascende-
runt mecū · in regno artarxersis regis
de babilone. De filijs finees: gersom.
De filijs ythamar: daniel. De filijs da-
uid: attus. De filijs sechenie · et de filijs
pharos zacharias: et cū eo numerati
sunt viri centūquinquaginta. De filijs
phetmoab · helioenai filius zaree: et
cū eo ducenti viri. De filijs sechenie fi-
lius ezechiel: 7 cum eo trecenti viri. De
filijs addan · nabeth filius ionathan:
et cū eo quinquaginta viri. De filijs
helam · ysaias filius athalie: et cū eo
septuaginta viri. De filijs saphatie · ze-
bedia filius michael: et cū eo octoginta
viri. De filijs ioab · obedia filius ihei-
hel: et cū eo ducentidecē 7 octo viri. De
filijs selomith · fili⁹ iosphie: 7 cū eo cen-
tūsexaginta viri. De filijs bebai · zach-
arias fili⁹ bebai: et cū eo viginti octo vi-
ri. De filijs ezead · iohannan fili⁹ eze-
chan: et cū eo centūdecē viri. De filijs a-
donicam · q̄ erant nouissimi · 7 hec no-
mina eo3 · heliphelet · et hiehel · et sama-
ias: 7 cum eis sexaginta viri. De filijs
beggui uthai · et zachur: et cū eis septu-
aginta viri. Congregaui autē eos ad
fluuiū · qui decurrit ad hauua: et man-
simus ibi trib3 diebus. Quesiuiq3 in
p̄plo · et in sacerdotib3 de filijs leui: et
non inueni ibi. Itaq3 misi helizer et a-
riel 7 semean et helnathan · et iarib et
alterū helnathan et nathan · et zacha-
riam · et mesolam · principes: 7 ioarib ·
et helnathan sapientes: 7 misi eos ad
heddo qui est primus in casphie loco:
Et posui in ore eorū verba que loque-
rentur ad heddo · 7 ad fratres eius na-
thinneos in loco casphie · ut adduce-
rent nobis ministros domus dei no-
stri. Et adduxerūt nobis per manum
dei nostri bonā sup nos virū doctissi-
mum · de filijs mooli · filij leui · filij isrl':
et sarabiam · et filios eius et fratres e-
ius decem et octo · et asabiam · et cū eo
ysaiam de filijs merari: fratresq3 eius
et filios ei⁹ viginti. Et de nathinneis ·
quos dederat david · et principes ad
ministeria leuitar3: nathinneos ducen-
tosuiginti. Omnes hij suis nominib3
vocabantur. Et p̄dicaui ibi ieiunium
iuxta fluuium hauua: ut affligeremur
coram dn̄o deo nostro · et peteremus
ab eo viā rectā nobis · et filijs nostris ·

uniuersiq; substantie nostre. Erubui
enim petere regem auxiliū et equites.
qui defenderēt nos ab inimico in via:
q̄a dixeram⁹ regi. Manus dei nostri ē
sup omnes qui querūt eū in bonitate:
et imperiū ei⁹. ⁊ fortitudo eius. et furor
sup omnes qui derelinquūt eū. Jeiuna-
uimus aūt ⁊ rogauim⁹ deū nostrum
pro hoc: et euenit nobis prospere. Et
separaui de principib; sacerdotū duo-
decim. sarabiā ⁊ asabiā: ⁊ cū eis de fra-
tribus eoꝝ decē. Appendiq; eis argen-
tum et auꝝ. et vasa cōsecrata domus
dei nostri. que optulerat rex. et cōsilia-
tores ei⁹. et principes eius: uniūsusq;
isrl. eoꝝ qui inuēti fuerāt. Et appēdi in
manibus eoꝝ argenti talēta sexcenta-
quinquaginta. et vasa argentea cen-
tum: auri centū talēta. et crateras au-
reas viginti que habebāt solidos mille-
nos: ⁊ vasa eris fulgētis optimi duo.
pulcra ut auꝝ. Et dixi eis. Vos sancti
dn̄i. ⁊ vasa sancta: et argentū et aurū
quod spōte oblatū est dn̄o deo patrū
nostroꝝ. Vigilate ⁊ custodite: donec
appendatis corā principib; sacerdotū.
et leuitarum. et ducibus familiarum
isrl in ierusalem. in thesaurū domus
dn̄i. Susceperūt aūt sacerdotes et leui-
te pōdus argenti. ⁊ auri. et vasorum:
ut deferrēt ierusalē. in domū dei nr̄i.
Promouim⁹ ergo a flumine hauia
duodecima die mēsis primi: ut perge-
remus ierusalē. Et manus dei nostri
fuit sup nos: et liberauit nos de ma-
nu inimici et insidiatoris in via. Et
venimus ierusalē: et mansimus ibi
diebus trib;. Die aūt quarta appensū
est argentū et aurū et vasa ī domo dei
nostri p manū remoth filij urie sacer-
dotis: et cū eo eleazar fili⁹ finees. cum-
q; eis iozabed filius iosue et noadaia
filius bennoi leuite: iuxta numeꝝ ⁊ pō-
dus omniū. Descriptūq; est omē pon-
dus in tpe illo. Sed et qui venerāt de
captiuitate filij trāsmigratōnis obtu-
lerūt olocaustomata deo isrl: vitulos
duodecim pro omni pplo isrl: arietes
nonagintasex. agnos septuagintase-
ptem. hircos pro peccato duodecim:
omnia in olocaustum domino. De-
derūt aūt edicta regis. satrapis q̄ erāt
de ɔspectu regis. et ducib; trās flumē:
et eleuauerūt pplm ⁊ domū dei. Ca. IX.

Postq̄ aūt hec cōpleta sunt: acces-
serūt ad me principes dicentes.
Non est separatus pplus israhel ⁊ sa-
cerdotes et leuite a pplis terrarū: et de
abominationibus eorū: chananei vi-
delicet et ethei. et pherezei ⁊ iebuzei. et
ammonitaꝝ et moabitarū et egiptio-
rū et amorreoꝝ. Tulerūt eni de filiab;
eoꝝ sibi et filijs suis: et cōmiscuerūt se-
men sanctū cum populis terraꝝ. Ma-
nus etiā principū ⁊ magistratuū fuit
in transgressione hac prima. Cumq;
audissem sermonē istum. scidi palliū
meū et tunicā: et euelli capillos capitis
mei et barbe: et sedi merens. Conuene-
runt aūt ad me omnes qui timebant
verbū dei isrl. pro transgressione eorū
qui de captiuitate venerāt: et ego sede-
bam tristis usq; ad sacrificiū vesperti-
num. Et ī sacrificio vespertino surrexi
de afflictōne mea: et scisso pallio et tuni-
ca curuaui genua mea. et expādi ma-
nus meas ad dn̄m deū meum ⁊ dixi.
Deus meus cōfundor et erubesco leua-
re faciē meā ad te: quoniā iniquitates
nostre multiplicate sunt sup caput no-
strum: et delicta nostra creuerunt usq;
ad celū a diebus patrū nostroꝝ. Sed
et nos ipsi peccauimus grauiter usq;
ad diē hanc: et in iniquitatibus nr̄is

traditi sumus ipsi·et reges nostri et sa-
cerdotes nr̄i in manum regū terrarū:
et in gladiū ꝛ in captiuitatē et in rapi-
nā et in cōfusionē vultus: sicut et die
hac. Et nūc quasi parū ꝛ ad momen-
tum facta est deprecatio nostra apud
dn̄m deū nostrū·ut dimitterent̄ nobis
reliquie et daretur pax illius in loco
sancto eius: et illuminaret oculos nr̄os
deus noster·et daret nobis vitā mo-
dicā in seruitute nostra: qr̄ serui sum⁹:
et in seruitute nostra nō dereliquit nos
deus noster: ꝛ inclinauit sup̄ nos mi-
sericordiā corā rege persarū·ut daret
nobis vitam et sublimaret domū dei
nostri·et extrueret solitudines eius: et
daret nobis spem in iuda ꝛ iherusalē.
Et nūc quid dicemus dn̄e deus noster
post hec? Quia dereliquimus māda-
ta tua·que p̄cepisti in manu seruorū
tuoꝝ ꝓphetaꝝ dicens. Terra ad quam
vos ingredimini ut possideatis eā ter-
ra immūda est iuxta immunditiā po-
puloꝝ ceterarūq; terraꝝ: abominatio-
nibus eoꝝ qui repleuerūt eam ab ore
usq; ad os in coinquinatione sua. Nūc
ergo filias vestras ne detis filijs eorū
et filias eoꝝ ne accipiatis filijs vr̄is:
et nō queratis pacē eorū et prosperita-
tem eoꝝ usq; in eternū: ut cōfortemini
et comedatis que bona sunt terre·et
heredes habeatis filios vestros usq; ī
seculū. Et post omnia que venerūt su-
per nos in operibus nr̄is pessimis·et
in delicto nostro magno: quia tu de⁹
noster liberasti nos de iniquitate nr̄a·
et dedisti nobis salutem sicut est hodie:
ut nō cōuerteremur ꝛ irrita faceremus
mādata tua·neq; matrimonia iunge-
remus cū ꝓplis abominationū istarū.
Nunquid iratus es nobis usq; ad con-
summationem: ne dimitteres nobis

reliquias ad salutem? Dn̄e deus isrl̄
iustus es tu: quoniā derelicti sum⁹ qui
saluaremur sicut die hac. Ecce coram
te sumus in delicto nostro. Non enim
stari potest coram te super hoc. ca. x.
Sic ergo orāte esdra et implorāte
deum ꝛ flente·et iacente ante tem-
plū dei: collectus est ad eū de isrl̄ cetus
grandis nimis viroꝝ et mulieꝝ·ꝛ pu-
eroꝝ. Et fleuit ꝓplus multo fletu. Et re-
spōdit sechenias filius iehiel de filijs
helam: ꝛ dixit esdre. Nos preuaricati
sumus in deū nostrū: et duximus vxo-
res alienigenas de ꝓplis terre. Et nūc
si est penitentia in isrl̄ sup̄ hoc: pcutia-
mus fedus cū dn̄o deo nr̄o·ut proici-
amus uniūsas vxores·et eos qui de
hijs nati sunt. Iuxta volūtatem dn̄i
et eoꝝ qui timēt preceptum dn̄i dei nr̄i,
secundū legem fiat. Surge: tuū est dis-
cernere: nosq; erimus tecū. Cōfortare
et fac. Surrexit ergo esdras et adiura-
uit principes sacerdotū ꝛ leuitarū et o-
mnem isrl̄: ut facerēt secundū verbū hoc.
Et iurauerūt. Et surrexit esdras ante
domū dei: et abijt ad cubiculū iohan-
nan filij eliasib: et ingressus est illuc.
Panē nō comedit: et aquā non bibit.
Lugebat eni transgressionē eoꝝ qui ve-
nerāt de captiuitate. Et missa est vox
in iuda et in iherusalē omnibus filijs
trāsmigrationis·ut cōgregarentur in
iherusalē: et omnis qui nō venerit in
tribus diebus iuxta cōsiliū principū
et seniorū·auferet̄ vniuersa substātia
eius: et ipse abicietur de cetu transmi-
grationis. Cōuenerunt igit̄ omnes
viri iuda et beniamin in iherusalē tri-
bus diebus·ipse est mensis nonus·vi-
cesima die mensis: et sedit omnis po-
pulus in platea domus dei·trementes
pro peccato et pluuijs. Et surrexit

esdras sacerdos: et dixit ad eos. Vos
transgressi estis et duxistis uxores ali-
enigenas: ut adderetis sup delictū isrl.
Et nūc date cōfessionē dn̄o deo patrū
vestrorū: ⁊ facite placitū eius: et separa-
mini a pplis terre· et ab uxoribȝ alieni-
genis. Et respondit universa multitu-
do: dixitq; voce magna. Juxta verbū
tuū ad nos sic fiat. Verūtamen quia
pplus multus est ⁊ temp⁹ pluuie· ⁊ nō
sustinemus stare foris· et opus non
est diei uni⁹ uel duoȝ: vehementer quip-
pe peccauim⁹ in sermone isto: cōstitu-
antur principes in uniūsa multitudi-
ne: et omnes in ciuitatibȝ nostris qui
duxerūt uxores alienigenas veniant
in temporibȝ statutis· et cū hijs senio-
res per ciuitatē in ciuitatē et iudices e-
ius: donec auertatur ira dei nr̄i a no-
bis sup peccato hoc. Igit ionathan
filius asahel· et iaazia fili⁹ thecue· ste-
terūt sup hoc: ⁊ mesollā· ⁊ sebethai le-
uites adiuuerūt eos. Fecerūtq; sic filij
trāsmigrationis. Et abierunt esdras
sacerdos ⁊ viri principes familiaȝ in
domos patrū suoȝ· et omnes per no-
mina sua: ⁊ sederūt in die primo men-
sis decimi· ut quererent rem. Et cōsum-
mati sunt omēs viri qui duxerūt uxo-
res alienigenas: usq; ad diē primā
mensis primi. Et inuenti sunt de filijs
sacerdotū qui duxerūt uxores alienige-
nas: de filijs iosue filij iosedech et fra-
tres ei⁹ maasia· et eliezer· ⁊ iarib· ⁊ go-
dolia. Et dederūt manus suas· ut eice-
rent uxores suas: et pro delicto suo a-
rietem de ouibus offerrent. Et de filijs
emmer: anani et zebedia. Et de filijs
serim: masia et helia· et semeia· iehi-
hel· et ozias. Et de filijs phessur: heli-
oenai· maasia· ysmahel· nathanael·
iozabeth et helesa. Et de filijs leuitaȝ:
iozabeth· ⁊ semei· et celeia· ipē ē calitha
phathaia· iuda· et eliezer. Et de cātori-
bus eliasub: ⁊ de ianitoribus· sellum·
et thelem et uri. Et ex isrl̄: de filijs pha-
ros: remeia· et ezia· et melchia· et mia-
mim· ⁊ eliezer· et melchia· et banea. Et
de filijs elam: mathania· zacharias· ⁊
iehihel· ⁊ abdi· et ierimoth et helia. Et
de filijs zethua· helioenay· elyasib· na-
thania· ⁊ ierimuth· et zabeth· ⁊ aziza.
Et de filijs bebai: iohannan· anania·
zabbai· athalai. Et de filijs bēni: mo-
solla· et melluch· ⁊ adaia· iasub· ⁊ saal·
et ramoth. Et de filijs phetmoab: e-
dna· et chalaal· banaias· et maasias·
mathanias· beselehel· bēnui· ⁊ manasse.
Et de filijs erem: eliezer· iesue· melchias·
semeias· symeon· beniamin· maloch·
samarias. Et de filijs asom· matha-
nai· matheth· azabeth· elipheleth· ier-
mai· manasses semei. De filijs bani·
maaddi· amram· ⁊ huel· baneas· ⁊ ba-
daias· cheliau· bannia· marimuth· et
heliasib· mathanias· mathanai· ⁊ ia-
si· et bani· et bēnui· semei· et salmias· ⁊
nathan· et adaias· mechnedabai· sysai·
sarai· ezrel· et selemau· et semeria· sellū·
amaria· ioseph. De filijs nebui· ahi-
hel mathathias· zabeth· zabina· ied-
du· et iohel· ⁊ benay. Omēs hij accepe-
rāt uxores alienigenas· ⁊ fuerūt ex eis
mulieres q̄ pepererāt filios. Explicit liber
prim⁹ esdre. Incipit lib' neemie qui ē
esdre sc̄d's. C. I.

Verba nee-
mie filij helchie. Et
factū est in mēse cas-
leu· āno vicesimo:
⁊ ego erā in susis ca-
stro. Et venit anani
unus de fratribus meis· ipē et viri iuda:
⁊ interrogaui eos de iudeis· qui reman-
serant et superant de captiuitate· ⁊ de

ihrusalē. Et dixerūt michi. Qui remā-
serūt ⁊ derelicti sunt de captiuitate ibi ī
prouincia·in afflictione magna sunt
et in opprobrio: ⁊ murus ihrlm dissi-
patus est: et porte eius combuste sunt
igni. Cūq; audissem verba huiuscemo-
di·sedi et fleui·et luxi diebus multis:
et ieiunabā ⁊ orabā ante faciē dei celi:
et dixi. Queso dñe deus celi fortis ma-
gne atq; terribilis·qui custodis pactū
et misericordiam cū hijs qui te diligunt·et
custodiūt mādata tua: fiāt aures tue
auscultantes·⁊ oculi tui aperti·ut au-
dias orationē serui tui·quā ego oro
corā te hodie nocte ⁊ die·pro filijs isrl
seruis tuis: et confiteor pro peccatis filiorū
isrl quibȝ peccauerūt tibi. Et ego ⁊ do-
mus pris mei peccauim⁹: vanitate se-
ducti sum⁹: ⁊ nō custodiuim⁹ mādatū·
et cerimonias ⁊ iudicia que precepisti
moysi famulo tuo. Memēto verbi: qd
mādasti moysi seruo tuo dicēs. Cum
trāsgressi fueritis ego dispergā vos in
ppłos: ⁊ si reūtamini ad me ⁊ custodi-
atis precepta mea ⁊ faciatis ea·etiā si
abducti fueritis ad extrema celi inde cō-
gregabo vos: et reducā in locū quem
elegi ut habitaret nomē meū ibi. Et
ipi serui tui ⁊ pplus tu⁹ quos redemisti
in fortitudine tua magna·et in manu
tua valida. Obsecro dñe sit auris tua
attendēs ad orationē serui tui ⁊ ad o-
rationē seruorū tuorū qui volūt time-
re nomen tuum: et dirige seruum tuū
hodie: et da ei misericordiam āte virū hūc.
Ego enim eram pincerna regis. C. ii.
Factū est aūt in mēse nisan·āno
vicesimo artaxersis regis: ⁊ vi-
num erat ante eū. Et leuaui vinū ⁊ de-
di regi: et erā quasi languidus āte fa-
ciem ei⁹. Dixitq; michi rex. Quare vul-
tus tuus tristis est·cū te egrotum non
videā? Non est hoc frustra: sed malū
nescio quod in corde tuo est. Et timui
valde ac nimis: ⁊ dixi regi. Rex in eter-
num viue. Quare non mereat vultus
meus: quia ciuitas dom⁹ sepulcrorū
patris mei deserta est·et porte ei⁹ com-
buste sunt igni? Et ait michi rex. Pro
qua re postulas? Et oraui deū celi: et
dixi ad regē. Si videtur regi bonum·
et si placet seruus tuus ante faciē tuā.
ut mittas me in iudeā ad ciuitatem se-
pulcri pris mei: ⁊ edificabo eā. Dixitq;
michi rex·et regina que sedebat iuxta
eū. Usq; ad quod temp⁹ erit iter tuū:
et quando reuerteris? Et placuit ante
vultū regis: ⁊ misit me. Et constitui ei
tempus: et dixi regi. Si regi videtur bo-
nū·epistolas det michi ad duces regi-
onis trās flumē·ut traducāt me donec
veniā in iudeam: et epistolā ad asaph
custodem saltus regis·ut det michi li-
gna·ut tegere possim portas templi
turres domus et muros ciuitatis·et
domū quam ingressus fuero. Et dedit
michi rex·iuxta manū dei mei bonam
mecū. Et veni ad duces regionis trās
flumē: dediq; eis epistolas regis. Mise-
rat aūt rex mecū principes militū·et e-
quites. Et audierūt sanaballath oro-
nites·et tobias seruus amanites et cō-
tristati sunt afflictione magna: qd ve-
nisset homo qui quereret prosperitatē
filiorū isrl. Et veni ihrusalem: et eram
ibi tribȝ diebus. Et surrexi nocte ego et
viri pauci mecū: ⁊ non indicaui cuiq;
quid dñs dedisset in corde meo ut fa-
cerem in ihrlm: ⁊ iumentū nō erat me-
cum·nisi animal cui sedebā. Et egres-
sus sum per portā vallis nocte·et āte
fontem draconis·⁊ ad portā stercoris:
et cōsiderabā murū ihrusalē dissipatū:
et portas eius consumptas igni. Et

trãsiui ad portã fontis· et ad aquedu-
ctũ regis: et nõ erat locus iumẽto cui
sedebã· ut transiret. Et ascendi per tor-
rentem nocte· ⁊ cõsiderabã murũ: et re-
uersus veni ad portam uallis et redij.
Magistratus aũt nesciebãt quo abis-
sem: aut qd ego facerem. Sed ⁊ iudeis·
et sacerdotibꝫ ⁊ optimatibus ⁊ magi-
stratibꝫ et reliquis qui faciebãt opus·
usqꝫ ad id loci nichil indicãuerã. Et
dixi eis. Vos nostis afflictionẽ ĩ qua
sumus: quia ihrlm deserta est: ⁊ porte
eius cõsumpte sunt igni. Venite ⁊ edi-
ficemus muros iherusalẽ: ⁊ non simꝰ
ultra opprobriũ. Et indicaui eis ma-
nũ dei mei· qd esset bona mecũ: ⁊ verba
regis que locutꝰ est michi: ⁊ aio. Sur-
gamus: ⁊ edificemꝰ. Et cõfortate sunt
manus eoꝝ in bono. Audierũt autẽ
sanaballath oronites ⁊ tobias seruꝰ a-
manites· ⁊ gosem arabs· ⁊ subsanna-
uerũt nos: ⁊ despexerũt· dixerũtqꝫ. Que
ẽ hec res quã facitis? Nũqd ꝯtra regẽ
vos rebellatis? Et reddidi eis sermonẽ:
dixiqꝫ ad eos. Deus celi ipse nos iu-
uat: ⁊ nos serui eiꝰ sumꝰ. Surgamus:
et edificemꝰ. Vobis aũt non est pars
et iusticia et memoria ĩ ihrlm. c. iii.

Et surrexit eliasib sacerdoſ magnꝰ·
et fratres eius sacerdotes: et edi-
ficauerunt portã gregis. Ipsi sanctifi-
cauerunt eam· et statuerunt ualuas
eius: ⁊ usqꝫ ad turrim centũ cubitorũ·
sanctificauerũt eã: usqꝫ ad turrim ana-
nehel. Et iuxta eũ edificauerũt viri ihe-
richo: ⁊ iuxta eos edificauit zacchur fi-
lius amri. Portã aũt piscium edificaue-
runt filij asnaa: ipsi texerũt eã· et statue-
runt ualuas eius· ⁊ seras et vectes. Et
iuxta eos edificauit marimuth: filius
urie· filij accus. Et iuxta eũ edificauit
mosollã filiꝰ barachie filiꝰ mesezebel:

Et iuxta eum edificauit sadoch filius
baana. Et iuxta eũ edificauerũt thecu-
eni. Optimates aũt eoꝝ nõ supposue-
runt colla sua: in opere dñi dei sui. Et
portam ueterem edificauerunt ioiada
filiꝰ phasea· ⁊ mosollã filius besodia:
ipsi texerũt eã: ⁊ statuerũt ualuas eius·
⁊ seras ⁊ vectes. Et iuxta eos edificaue-
runt melchias gabaonites· et iadon
meronathites· uiri de gabaon et mas-
pha: pro duce qui erat in regione trãs
flumẽ. Et iuxta eũ edificauit eziel filiꝰ
araia· aurifex. Et iuxta eũ edificauit
ananias filiꝰ pigmẽtarij: ⁊ dimiserũt
iherusalẽ usqꝫ ad murũ platee latioris.
Et iuxta eũ edificauit raphaia filius
ahur princeps vici ihrlm. Et iuxta eũ
edificauit ieiada filiꝰ aromath: contra
domũ suã. Et iuxta eum edificauit at-
thus filiꝰ asebonie. Mediã partẽ vici
edificauit melchias filiꝰ erem· et asub
filius phetmoab: et turrim furnorum.
Et iuxta eos edificauit sellũ filiꝰ aloes·
princeps medie partis vici ihrlm: ipse
et filij eiꝰ. Et portam uallis edificauit
annun ⁊ habitatores zanoe: ipsi edifi-
cauerũt eã: et statuerũt ualuas eius et
seras et vectes: ⁊ mille cubitos ĩ muro
usqꝫ ad portã sterquilinij. Et portam
sterquilinij edificauit melchias filius
rechab: prĩceps vici bethacharem. Ipse
edificauit eã: ⁊ statuit ualuas eiꝰ et se-
ras ⁊ vectes. Et portã fontis edificauit
sellũ filiꝰ colozai: princeps pagi mas-
pha. Ipse edificauit eã ⁊ texit: ⁊ statuit
ualuas eiꝰ et seras et vectes: ⁊ muros
piscine syloe in ortum regis· ⁊ usqꝫ ad
gradus qui descendũt de ciuitate da-
uid. Post eum edificauit neemias fi-
lius azboch princeps dimidie partis
vici bethsur usqꝫ cõtra sepulcrũ dauid:
et usqꝫ ad piscinã que grandi opere

cōstructa est ⁊ usq; ad domū fortium.
Post eū edificauerūt leuite: reum fili⁹
bēnī. Post eos edificauit asebias pri-
ceps dimidie partis vici ceile: in vico
suo. Post eū edificauerūt fratres eoꝝ:
bechui fili⁹ enadad princeps dimidie
partis ceile. Et edificauit iuxta eū azer
filius iosue princeps masphe mensu-
ram secundā: cōtra ascensum firmissi-
mi anguli. Post eū i mōte edificauit
baruch fili⁹ zachai mēsurā scd'am: ab
angulo usq; ad portā domus eliasib
sacerdotis magni. Post eū edificauit
merimuth filius vrie filij acchus men-
surā secundā a porta domus eliasib:
donec extenderetur domus eliasib. Et
post eū edificauerūt sacerdotes: viri de
cāpestrib; iordanis. Post eos edifica-
uit beniamin ⁊ asub: contra domum
suam. Et post eos edificauit azarias
filius maasie filij ananie: contra do-
mum suam. Post eum edificauit ben-
nui filius enadad mensuram secun-
dam a domo azarie usq; ad flexurā
et usq; ad angulū. Post eū edificauit
phalel filius ozi cōtra flexurā et turrim
que eminet de domo regis excelsa id
est in atrio carceris. Post eū phadaia
fili⁹ feros. Nathinnei aūt habitabāt
in ofel usq; cōtra portā aquaꝝ ad ori-
entem ⁊ turrim que pminebat. Post
eos edificauerunt thecueni mensurā se-
cundā e regione: a turre magna ⁊ emi-
nenti usq; ad murū templi. Sursum
aūt ad portā equorū edificauerunt sa-
cerdotes: unusquisq; cōtra domū suā.
Post eos edificauit seddo fili⁹ emmer:
cōtra domū suā. Et post eū edificauit
semeia filius sechenie: custos porte ori-
entalis. Post eū edificauerūt anania
filius selemie ⁊ anon filius selo sext⁹:
mensurā secundā. Post eū edificauit
mesollā filius barachie: cōtra gazo-
philacium suum. Post eū edificauit
melchias filius aurificis usq; ad do-
mum nathinneorum et scuta venden-
tium contra portam iudicialem: et
usq; ad cenaculum anguli. Et inter
cenaclm anguli ⁊ portā gregis edifica-
uerūt artifices ⁊ negociatores. ca. iiii.

Factū est aūt cū audisset sanabal-
lath qd' edificaremus murum:
iratus ē valde. Et motus nimis sub-
sannauit iudeos: et dixit corā fratrib;
suis et frequētia samaritanoꝝ. Quid
iudei faciūt imbecilles? Num dimittēt
eos gentes? Num sacrificabūt ⁊ com-
plebūt in una die? Numquid edifica-
re poterūt lapides de aceruis pulueris:
qui cōbusti sunt? Sed et tobias amma-
nites proximus ei⁹ ait. Edificent. Si
ascenderit vulpes: trāsiliet murū eoꝝ
lapideū. Audi deus noster quia facti
sum⁹ despectui. Converte opprobrium
sup caput eoꝝ: ⁊ da eos in despectionē
in terra captiuitatis. Ne operias in-
iquitatem eoꝝ: ⁊ peccatū eoꝝ corā facie
tua non deleatur: quia irriserūt edifi-
cantes. Itaq; edificauim⁹ murū: et cō-
iunximus totū usq; ad partem dimi-
diam: ⁊ prouocatū est cor ppli ad ope-
randū. Factū est aūt cū audisset sana-
ballath ⁊ tobias ⁊ arabes et ammanite
et azotij qd' obducta esset cicatrix mu-
ri iherusalē: et qd' cepissent interrupta
concludi: irati sunt nimis. Et congre-
gati sunt omnes pariter ut venirent
et pugnarent cōtra iherusalē: et moli-
rentur insidias. Et orauimus deū no-
strum: ⁊ posuimus custodes sup mu-
rum die ac nocte cōtra eos. Dixit aūt
iudas. Debilitata est fortitudo portā-
tis: et hum⁹ nimia est: ⁊ nos nō po-
terimus edificare murum. Et dixerūt

hostes nr̄i. Nesciāt et ignorent donec
veniam⁹ in mediū eoꝝ· ⁊ interficiam⁹
eos: et cessare faciamus opus. Factū
est aūt venientibꝫ iudeis q̄ habitabāt
iuxta eos ⁊ dicentibꝫ nobis per decem
vices ex omnibus locis quibus vene-
rant ad nos: statui in loco post muꝝ
per circuitū p̄plm in ordinē cū gladiis
suis et lanceis et arcubus. Et perspexi
atqꝫ surrexi · et aio ad optimates et
magistratus · et ad reliquā partē vul-
gi. Nolite timere a facie eoꝝ. Domini
magni · ⁊ terribilis mementote: et pu-
gnate pro fratribus vr̄is · filiis vr̄is · ⁊
filiabꝫ vr̄is · et uxoribꝫ vr̄is · et domibꝫ
vr̄is. Factū est aūt cū audissent inimi-
ci nr̄i nūciatū esse nobis: dissipauit de-
us cōsiliū eorū. Et reuersi sum⁹ om̄es
ad muros: unusquisqꝫ ad opus suū.
Et factū est a die illa: media pars iu-
uenum eorū faciebat opus · et media
parata erat ad bellū: et lancee · ⁊ scuta ·
et arcus · ⁊ lorice: ⁊ principes post eos
in omni domo iuda edificantiū mu-
ros: et portantiū onera et imponētiū.
Vna manu sua faciebat opus: et al-
tera tenebat gladiū. Edificantiū enī
unusquisqꝫ gladio erat accinctus re-
nes. Et edificabāt ⁊ clangebāt buccina
iuxta me. Et dixi ad optimates et ad
magistratus: ⁊ ad reliquā partē vul-
gi. Opus grāde est et latū: et nos sepa-
rati sumus in muro procul alter ab
altero. In loco quocūqꝫ audieritis
clangorem tube: illuc occurrite ad nos.
Deus noster pugnabit pro nobis. et
nos ipsi faciam⁹ op⁹. Et media pars
nr̄m teneat lāceas · ab ascensu aurore
donec egrediātur astra. In tp̄e quoqꝫ
illo dixi p̄plo. Vnusquisqꝫ cum puero
suo maneat ī medio ih̄rlm: et sint no-
bis vices per noctē et diē ad operādū.

Ego aūt et fratres mei et pueri mei · et
custodes q̄ erāt post me: nō deponeba-
mus vestimēta nr̄a. Vnusquisqꝫ tan-
tū nudabatur ad baptismum. c. v.
Et factus est clamor p̄pli et uxorū
eius magnus: aduersus fratres
suos iudeos. Et erāt qui dicerent. Filii
nostri et filie nostre multe sunt nimis.
Accipiam⁹ pro p̄cio eoꝝ frumentū: et
comedamus ⁊ viuam⁹. Et erāt q̄ dice-
rent. Agros nr̄os ⁊ vineas et domos
nr̄as opponam⁹: et accipiam⁹ frumē-
tum in fame. Et alii dicebāt. Mutuo
sumam⁹ pecunias in tributa regis: de-
musqꝫ agros nr̄os ⁊ vineas. Et nūc
sicut carnes fratrū nostroꝝ sic carnes
nr̄e sunt: ⁊ sicut filii eorū ita et filii nr̄i.
Ecce nos subiugam⁹ filios nr̄os et fi-
lias nr̄as in seruitutem: ⁊ de filiabus
nostris sunt famule · nec habem⁹ unde
possint redimi: et agros nostros ⁊ vi-
neas nr̄as alii possidēt. Et irat⁹ sum
nimis: cū audissem clamorē eoꝝ secū-
dū verba hec. Cogitauitqꝫ cor meū.
Et increpui optimates ⁊ magistrat⁹:
⁊ dixi eis. Vsurasne singuli a fratribꝫ
vestris exigitis? Et cōgregaui aduūsū
eos contionem magnam: et dixi eis.
Nos ut scitis redemim⁹ fratres nr̄os
iudeos qui venditi fuerāt gentibus se-
cundū possibilitatē nostrā. Et vos igi-
tur vendite fratres vr̄os: et redimem⁹
eos? Et siluerūt: nec inuenerunt q̄d re-
spōderēt. Dixiqꝫ ad eos. Nō est bona
res quā facitis. Quare nō in timore
dei nostri ambulatis: ne exprobretur
nobis a gentibus inimicis nr̄is? Et
ego ⁊ fratres mei et pueri mei cōmoda-
uimus plurimis pecuniā ⁊ frumentū.
Non repetamus in cōmune istud. Es
alienū cōcedamus: quod debetur no-
bis. Reddite eis hodie agros suos: et

vineas suas·⁊ oliveta sua et domos
suas. Quin potius et centesimā pecu-
nie frumēti vini et olei quā exigere so-
letis ab eis: date pro illis. Et dixerūt.
Reddemus: ⁊ ab eis nichil querenus:
sicq3 faciem⁹ ut loqueris. Et vocavi
sacerdotes: ⁊ adiuravi eos ut facerent
iuxta qđ dixerā. Insup excussi sinū me-
um·et dixi. Sic excuciat de⁹ omnem vi-
rū q̄ nō cōpleverit verbū istud, de domo
sua et de laboribȝ suis. Sic excuciatur:
et vacuus fiat. Et dixit univ̄sa multi-
tudo amen. Et laudaverūt deū. Fecit
ergo ꝑplus sicut erat dictū. A die autē
illa qua preceperat rex michi ut essem
dux in terra iuda ab anno vicesimo
usq3 ad annū tricesimū sc̄dm artaxer-
xis regis per ānos duodecim: ego et
fratres mei annonas q̄ ducibȝ debe-
bantur non comedimus. Duces aūt
primi qui fuerūt ante me gravaverūt
ꝑplm: ⁊ acceperūt ab eis in pane ⁊ vino
et pecunia quotidie siclos q̄draginta.
Sed ⁊ ministri eoꝝ depresserant ꝑplm.
Ego aūt nō feci ita ꝓpter timorem dei.
Quin potius in opere muri edificavi:
et agrū nō emi: et omēs pueri mei con-
gregati ad opus erāt. Iudei quoq3 et
magistratus·centūquinquaginta vi-
ri·⁊ qui veniebāt ad nos de gentibus
q̄ in circuitu nr̄o sūt: i mēsa mea erāt.
Parabat aūt michi p dies singulos
bos un⁹·arietes sex electi·exceptis vola-
tilibȝ: ⁊ inter dies decē vina div̄sa: et a-
lia multa tribuebam. Insup ⁊ anno-
nas ducatus mei nō quesivi. Valde
enim erat attenuatus populus. Me-
mento mei deus meus in bonū: sc̄dm
omnia que feci populo huic. ca. vi.
Factū est aūt cū audisset sanabal-
lath et tobias·et iosem arabs·
et ceteri inimici nostri q̄ edificassē ego
murū·⁊ non esset in ipō residua inter-
ruptio: usq3 ad tēp⁹ aūt illud valvas
nō posuerā in portis: miserūt sanabal-
lath·⁊ gosem arabs·ad me dicentes.
Veni ⁊ percutiam⁹ fedus pariter in vi-
culis in campo uno. Ipsi aūt cogita-
bant ut facerent michi malū. Misi er-
go ad eos nuncios dicēs. Opus grā-
de ego facio ⁊ nō possum descendere:
ne forte negligatur cū venero et descē-
dero ad vos. Miserūt aūt ad me secū-
dum verbū hoc per quatuor vices: et
respondi eis iuxta sermonem priorem.
Et misit ad me sanaballath iuxta ver-
bum prius quinta vice puerū suū: et e-
pistolam habebat in manu sua scri-
ptam hoc modo. In gentibȝ auditū
est, ⁊ gosem dixit: q̄ tu et iudei cogite-
tis rebellare·⁊ propterea edifices murū:
et levare te velis sup eos regē: propter
quā causam et ꝓphetas posueris qui
p̄dicent de te in ierusalē dicentes. Rex
in iudea est. Auditurus est rex verba
hec. Idcirco nūc veni: ut ineamus cō-
siliū pariter. Et misi ad eos dicēs. Nō
est factū sc̄dm verba hec que tu loque-
ris. De corde enim tuo tu cōponis hec.
Omnes enī hij terrebāt nos: cogitan-
tes q̄ cessarent manus nr̄e ab opere
et quiesceremus. Quā ob causam ma-
gis cōfortavi man⁹ meas. Et ingres-
sus sum domū samaie filij dalaie fi-
lij methabehel secreto. Qui ait. Tracte-
mus nobiscū in domo dei in medio
templi·et claudamus portas edis: quia
venturi sunt ut interficiant te: ⁊ nocte
venturi sunt ad occidendū te. Et dixi.
Num quisquā similis mei fugit? Et
quis ut ego ingredietur templū ⁊ vivet?
Non ingrediar. Et intellexi q̄ de⁹ nō
misisset eū: sed quasi vaticinās locut⁹
esset ad me: et tobias et sanaballath

cōduxissent eū. Acceperat eni preciū
ut territ⁹ facerē et peccarē: et haberēt
malū quod exprobrarent michi. Me-
mento mei dñe pro tobia et sanabal-
lath · iuxta opera eoꝝ talia: sed et noa-
die ꝓphete ⁊ ceteroꝝ propheta ꝝ qui ter-
rebāt me. Cōpletus est aūt murus vi-
cesimoquīto die mēsis elul · quinqua-
gintaduobꝫ diebus. Factū est ergo cū
audissent omnes inimici nr̄i ut time-
rent uniūse gentes que erāt in circuitu
nostro: et cōciderēt intra semetipsos: ⁊
scirent qꝫ a dño factū esset opus hoc.
Sed et in diebꝫ illis multe optimatū
iudeoꝝ epistole mittebātur ad tobiā:
et a tobia veniebāt ad eos. Multi eni
erāt in iudea habentes iuramentū ei⁹:
q̄a gener erat sechenie filij oree: ⁊ ioha-
nan fili⁹ ei⁹ acceperat filiā mesollā filij
barachie. Sed ⁊ laudabāt eū corā me:
et verba mea nunciabāt ei: Et tobias
mittebat epistolas ut terreret me. Ca. VII.

Postq̄ȝ aūt edificat⁹ est murus · et
posui valuas · ⁊ recensui ianito-
res et cātores ⁊ leuitas: precepi anani
fratri meo ⁊ ananie principi dom⁹ de
ierusalē: ipe eni quasi vir verax et ti-
mens deū plus ceteris videbat̄. Et dixi
eis: Non aperiant porte ierusalem
usq; ad calorē solis. Cūq; adhuc as-
sisterent: clause porte sunt et oppilate.
Et posui custodes de habitatoribus
ierlm singulos per vices suas: ⁊ unū-
quemq; cōtra domū suā. Ciuitas aūt
erāt lata nimis ⁊ grādis: et ꝓplus par-
uus in medio eius: ⁊ non erāt dom⁹
edificate. Deus aūt dedit ī corde meo:
⁊ cōgregaui optimates ⁊ magistrat⁹
et vulgū ut recenserem eos. Et inueni
librū census eoꝝ q̄ ascenderāt primū:
et inuentū est scriptū ī eo. Isti filij pro-
uincie qui ascenderunt de captiuitate

migrātiū quos trāstulerat nabucho-
donosor rex babilonis ⁊ reuersi sunt
in ierusalē ⁊ in iudeam · unusquisq;
in ciuitatē suā: qui venerāt cū zoroba-
bel: iosue · neemias · azarias · raamias ·
naamin · mardocheus · belsar · mespha-
rat · beggoai · naum · baana. Numer⁹
viroꝝ ꝓpli israhel. Filij pharos duo
milia centūseptuagintaduo. Filij sa-
phatie: trecentiseptuagintaduo. Filij
area: sexcentiquinquagintaduo. Filij
phetmoab filiorū iosue et ioab: duo
milia octingentidecem et octo. Filij he-
lam: mille octingētiquinquagītaqua-
tuor. Filij zethua: nongentiquadra-
gintaquinq;. Filij zachai: septingenti-
sexaginta. Filij bennui: sexcentiquadra-
gintaocto. Filij bebai: sexcentiuiginti-
octo. Filij azgad: duo milia trecenti-
uigintiduo. Filij adonicā: sexcentisexa-
gintaseptem. Filij beguai: duo milia
sexagintaseptē. Filij adin: sexcentiqui-
quagītaquinq;. Filij ather filij ezechie:
nōgentiocto. Filij asem: trecentiuigin-
tiocto. Filij besai: trecentiuigintiqua-
tuor. Filij areph: centūduodecim. Filij
gabaon: nonagītaquinq;. Filij beth-
leem et netupha: centūoctogintaocto.
Viri anathot: centūuigintiocto. Viri
bethamoth: quadragintaduo. Viri
cariathiarim cephira et beroth: septin-
gentiquadragintatres. Viri rama et
nebo: sexcentiuigintiunus. Viri mach-
mas: centūuigintiduo. Viri bethel et
hai: centūuigintitres. Viri nebo al-
terius: quinquagintaduo. Viri helā
alterius: milleducentiquinquaginta-
q̄tuor. Filij arem: trecentiuiginti. Filij
iericho: trecentiq̄dragintaquinq;. Filij
lodadim et ono: septīgentiuigintiun⁹.
Filij senaa: tria milia nōgentitrigin-
ta. Sacerdotes. Filij idaia in domo

ieſua:nongentiſeptuagintatres. Filij
emmer:millequīquagintaduo. Filij
pheſſur: mille ducentiquadraginta-
ſeptem. Filij arem:milledecē et ſeptem.
Leuite. Filij ioſue et cedmihel· filiorꝫ o-
duiā: ſeptuagintaquatuor. Cātores.
Filij ſīa aſaph: centūquadragintao-
cto. Janitores. Filij ſellū· filij ather· fi-
lij thelmon· filij accub· filij athita· filij
ſobai· centūtrigintaocto. Nathinnei.
Filij ſoa· filij aſepha· filij thebaoth·
filij ceros· filij ſiaa· filij fadō· filij leba-
na· filij agaba· filij ſelmon· filij anan·
filij geddel· filij gaer· filij raahia· filij
raſin· filij nechoda· filij iezem· filij aza·
filij phazea· filij beſai· filij munim· filij
nephuſim· filij bechue· filij acupha· fi-
lij azur· filij beſluth· filij maida· filij
arſa· filij berchos· filij ſizara· filij the-
ma· filij naſia· filij atupha· filij ſuorꝫ
ſalomonis· filij ſothai· filij ſophereth·
filij pherida· filij iahala· filij dercon·
filij gedel· filij ſaphatia· filij athil· filij
focereth· qui erat ortus ex abaim filio
ammon. Omnes nathinnei· et filij ſer-
uorū ſalomonis: trecentinōgītaduo.
Hij ſunt aūt qui aſcenderūt de thelma-
la thelarſa· cherub adon ⁊ emmer: et
nō potuerūt indicare domū patrū ſu-
orū· et ſemen ſuū: utrū ex iſrl̄ eſſent. Fi-
lij dalaia· filij tobia· filij nechoda· ſex-
centiquadragintaduo. Et de ſacerdo-
tibus· filij ōbia· filij accos· filij berzel-
lai· qui accepit de filiabꝫ berzellai ga-
laaditidis uxorem: ⁊ uocat⁹ eſt nomīe
eorꝫ. Hij queſierūt ſcripturā ſuā in cen-
ſu ⁊ nō inuenerūt: et eiecti ſunt de ſacer-
dotio. Dixitqꝫ atherſatha eis ut non
māducarent de ſanctis ſanctorꝫ: donec
ſtaret ſacerdos doctus ⁊ eruditus. O-
mnis multitudo quaſi unus· quadra-
gītaduo milia ſexcētiſexaginta: abſqꝫ
ſeruis et ancillis eorꝫ· qui erāt ſeptē mi-
lia trecentitrigintaſeptē: et inter eos cā-
tores ⁊ cātatrices ducente. Equi eorū
ſexcentitrigintaſeptem: muli eorꝫ ducē-
tiquadragintaquīqꝫ: cameli eorꝫ qua-
dringentitrigintaquinqꝫ: aſini ſex mi-
lia ſeptingentiuiginti. Hucuſqꝫ refert
quid in comentario ſcriptū fuerit: exin
neemie hiſtoria texitur. Nōnulli aūt
de principibꝫ familiarꝫ dederūt in op⁹.
Atherſatha dedit in theſaurum· auri
dragmas mille: phialas quīquagin-
ta: tunicas ſacerdotales quīgentaſtri-
gīnta. Et de principibꝫ familiarꝫ dede-
rūt in theſaurū operis auri dragmas
uiginti milia· et argenti minas duo
milia ducentas. Et qd̄ dedit reliquus
ppl̄us auri dragmas uiginti milia·
et argenti minas duo milia· ⁊ tunicas
ſacerdotales· ſexagītaſeptē. Habitaue-
rūt aūt ſacerdotes ⁊ leuite ⁊ ianitores
et cātores ⁊ reliquū uulg⁹ ⁊ nathinnei
⁊ omīs iſrl̄ in ciuitatibꝫ ſuis. ca. viii.
Et uenerat menſis ſeptim⁹. Filij
aūt iſrl̄ erāt in ciuitatibus ſuis.
Congregatuſqꝫ omīs ppl̄s q̄ſi uir u-
nus ad plateam que eſt ante portam
aquarū: et dixerūt eſdre ſcribe ut affer-
ret librū legis moyſi: quā preceperat
dn̄s iſraheli. Attulit ergo eſdras ſa-
cerdos legem corā multitudine uiro-
rū ⁊ mulierū· cunctiſqꝫ qui poterāt in-
telligere: in die prima menſis ſeptimi.
Et legit in eo aperte in platea que erat
ante portam aquarū· de mane uſqꝫ
ad mediā diem: in cōſpectu uirorū et
mulierū et ſapientiū. Et aures omīs
ppl̄i erant erecte ad librum. Stetit aūt
eſdras ſcriba ſup gradū ligneum quē
fecerat ad loquēdum· et ſteterūt iuxta
eū mathathia ⁊ ſemia ⁊ ania· et uria·
et elchia· et maaſia ad dexterā eius· et

ad sinistram phadaia · misahel · ⁊ mel-
chia · ⁊ asum · ⁊ aseph dana zacharia ·
⁊ mosollā. Et aperuit esdras librū co-
rā omī pplo. Sup uniūsum quippe po-
pulū eminebat. Et cū aperuisset eū: ste-
tit omīs pplus. Et benedixit esdras do-
mino deo · uoce magna. Et respōdit
omīs pplus · amē · amen: eleuās man⁹
suas. Et incuruati sunt: ⁊ adorauerūt
deū proni in terrā. Porro iesue · et baa-
ni · et serabia · yamin accub · septhai · o-
dia · maasia · celita · azarias · iozabed ·
anani · phalaia leuite · silentiū faciebāt
in pplo: ad audiēdā legē. Popul⁹ aūt
stabat in gradu suo. Et legerūt in li-
bro legis dei distincte · ⁊ apte ad intel-
ligendū: ⁊ intellexerūt cū legeretꝰ. Dixit
aūt neemias · ipē ē athersatha · ⁊ esdras
sacerdos ⁊ scriba · et leuite interpretātes
uniūso pplo. Dies sanctificat⁹ ē dn̄o
deo nostro. Nolite lugere ⁊ nolite flere.
Flebat enī omīs pplus: cū audiret ver-
ba legis. Et dixit eis. Ite comedite pin-
guia ⁊ bibite mulsū: ⁊ mittite partes
eis qui nō pparauerūt sibi q̄a sanctus
dies dn̄i ē: ⁊ nolite ɔtristari. Gaudiū
etenī dn̄i est fortitudo nr̄a. Leuite aūt
silentiū faciebāt in omī pplo dicentes.
Tacete: q̄a dies sanct⁹ est: ⁊ nolite dole-
re. Abiit itaq; omīs pplus ut comede-
ret: ⁊ biberet et mitteret partes: ⁊ faceret
leticiā magnā: q̄a intellexerāt uerba q̄
docuerat eos. Et in die scđo ɔgregati
sunt pricipes familiarū uniūsi ppli sa-
cerdotes et leuite ad esdrā scribā: ut in-
terpretaretꝰ eis uerba legis. Et inuene-
rūt scriptū ī lege · pcepisse dn̄m in ma-
nu moysi · ut habitent filij isrl̄ in taber-
naclis in die solēni mensis septimi: et
ut pdicent ⁊ diuulgēt uocē in uniūsis
urbibꝫ suis · ⁊ in ihrlm dicētes. Egredi-
mini ī mōtem · et afferte frondes oliue ·
et frondes ligni pulcerrimi · frondes
mirti · ⁊ ramos palmaꝝ: et frondes li-
gni nemorosi · ut fiāt tabernacla sicut
scriptū est. Et egressus est pplus ⁊ attu-
lerūt. Feceruntq; sibi tabernacula unus-
quisq; in domate suo et in atrijs suis:
et in atrijs domus dei · ⁊ in platea por-
te aquarum: et in platea porte ephra-
im. Fecit ergo uniuersa ecclesia eorum
que redierant de captiuitate taberna-
cula: et habitauerunt in tabernaculis.
Nō enī fecerāt a diebꝫ iosue filij nun ·
taliter filij isrl̄: usq; ad diē illū. Et fuit
leticia magna nimis. Legit autē in li-
bro legis dei · p dies singlos · a die pri-
mo usq; ad diem nouissimum: et fece-
runt solemnitatem septem diebus: et
ī die octauo collectā iuxta ritū. Ca. IX.
In die aūt uicesimoquarto mēsis hui⁹
ɔuenerūt filij isrl̄ in ieiunio · et ī saccis:
et hum⁹ sup eos. Et separatū est semē
filioꝝ isrl̄ ab omni filio alienigena: et
steterūt ⁊ confitebantur peccata sua et
iniq̄tates patrū suoꝝ. Et cōsurrexerūt
ad standū: ⁊ legerūt ī uolumine legis
dn̄i dei sui quater in die: ⁊ quater con-
fitebantꝰ · ⁊ adorabāt dn̄m deū suum.
Surrexerūt aūt sup gradū leuitaꝝ io-
sue ⁊ bani · et cedmihel · zenim · sabnia ·
abani · sarebias bani · et hanani: et cla-
mauerūt uoce magna ad dn̄m deum
suū. Et dixerūt leuite · iosue · ⁊ cedmihel ·
bonni · asebia · serebia · arebia · odaia · se-
bnia · fataia. Surgite: benedicite dn̄o
deo nr̄o · ab eterno usq; in eternū. Et be-
nedicāt nomini glorie tue excelso: in
omī benedictione ⁊ laude. Tu ipē dn̄e so-
lus: tu fecisti celū et celū celoꝝ et omnē
exercitū eoꝝ · terrā ⁊ uniūsa q̄ in ea sūt:
maria ⁊ omnia que in eis sunt. Et tu
uiuificas omīa hec: ⁊ exercit⁹ celi te ado-
rat. Tu ipse dn̄e deus qui elegisti abrā

et eduxiſti eum de igne chaldeorū: et
poſuiſti nomē eius abrahā· ⁊ inueni-
ſti cor eiꝰ fidele corā te: ⁊ pcuſſiſti cū eo
fedus ut dares ei terrā chananei· ethei-
euei· ⁊ amorrei· ⁊ pherezei· ⁊ iebuſei· et
gergeſei· ut dares ſemini eiꝰ. Et imple-
ſti verba tua qm̄ iuſtꝰ es. Et vidiſti af-
flictionē patrū nroꝝ in egipto· clamo-
remq; eoꝝ audiſti ſup mare rubrū: et
dediſti ſigna et portēta in pharaone·
et ī vniūſis ſuis eiꝰ: et in omī pplo ter-
re illiꝰ. Cognouiſti eni qa ſupbe ege-
rāt ɔtra eos: ⁊ feciſti tibi nomē· ſicut et
in hac die. Et mare diuiſiſti āte eos: ⁊
trāſierūt per mediū maris ī ſicca. Per-
ſecutores aūt eoꝝ piciſti in pfundū
quaſi lapidē ī aquas validas: ⁊ in co-
lumna nubis ductor eoꝝ fuiſti per diē·
et in colūna ignis per nocte: ut appare-
ret eis via per quā ingrediebant̄. Ad
mōtē q̄ʒ ſynai deſcendiſti: et locutꝰ es
cū eis de celo: ⁊ dediſti eis iudicia recta
et legē veritatis· cerimonias· ⁊ p̄cepta
bona. Et ſabbatū ſanctificatū tuū o-
ſtendiſti eis: ⁊ mādata ⁊ cerimonias
⁊ legē p̄cepiſti eis in manu moyſi ſui
tui. Panē q̄ʒ de celo dediſti eis ī fame
eoꝝ: ⁊ aquā de petra eduxiſti eis ſicien-
bus: Et dixiſti eis ut ingrederent̄ ⁊ poſ-
ſiderēt terrā. ſup quā leuaſti manū tu-
am ut traderes eis. Ipi vero ⁊ pr̄es nr̄i
ſupbe egerūt· ⁊ indurauerunt ceruices
ſuas: ⁊ nō audierūt mādata tua. ⁊ no-
luerūt audire: et nō ſunt recordati mi-
rabiliū tuoꝝ q̄ feceras eis. Et indura-
uerūt ceruices ſuas: ⁊ dederūt caput ut
cōuerterent̄ ad ſuitutē ſuā q̄ſi per con-
tentionē. Tu aūt deꝰ ppicius clemēs et
miſericors lōganimis ⁊ multe miſera-
tionis: nō dereliquiſti eos. Et quidem
cū feciſſet ſibi vitulū ɔflatilē et dixiſſēt·
iſte eſt deꝰ tuus q̄ eduxit te de egipto·
feceruntq; blaſphemias magnas: tu
aūt in miſericordijs tuis multis non
dimiſiſti eos ī deſerto. Colūna nubis
nō receſſit ab eis per diē· ut duceret eoſ
in viā: ⁊ colūna ignis p nocte: ut oſtē-
deret eis iter per qd̄ ingrederent̄. Et ſpi-
ritū tuū bonū dediſti q̄ doceret eos: et
manna tuū nō phibuiſti ab ore eoꝝ:
et aquā dediſti eis in ſiti. Quadragin-
ta ānis paviſti eos ī deſerto: nichilq; eis
defuit. Veſtimēta eorū nō inueterave-
rūt: et pedes eoꝝ nō ſunt attriti. Et de-
diſti eis regna ⁊ pplos: et partitꝰ es eiſ
ſortes. Et poſſederūt terrā ſeon· et terrā
regis eſebon: et terrā og regis baſan.
Et multiplicaſti filios eoꝝ ſicut ſtellas
celi: ⁊ adduxiſti eos ad terrā de qua di-
xeras pr̄ibȝ eoꝝ ut ingrederent̄ et poſſi-
derēt. Et venerūt filij: ⁊ poſſederūt terrā.
Et humiliaſti corā eis habitatores ter-
re chananeos: et dediſti eos in manu
eoꝝ· et reges eoꝝ· et pplos terre: ut face-
rēt eis ſicut placebat illis. Ceperūt itaq;
urbes munitas· et humū pinguē: et
poſſederūt domos plenas cūctis bo-
nis· ciſternas ab alijs fabricatas: vi-
neas et oliueta· ⁊ ligna pomifera mul-
ta. Et comederūt ⁊ ſaturati ſunt· ⁊ im-
pinguati ſunt· et abundauerūt delicijſ
in bonitate tua magna. Prouocaue-
rūt aūt te ad iracūdiā· ⁊ receſſerūt a te:
et piecerūt legē tuā poſt terga ſua. Et
prophetas tuos occiderūt q̄ ɔteſtabāt̄
eos ut reuerterent̄ ad te: feceruntq; blaſ-
phemias grādes. Et dediſti eos ī ma-
nū hoſtiū ſuoꝝ: ⁊ afflixerūt eos. Et in
tpe tribulationis ſue clamauerūt ad te:
et tu de celo audiſti· et ſcdm miſeratio-
nes tuas multas. Dediſti eis ſalua-
tores: q̄ ſaluarēt eos de manu hoſti-
um ſuoꝝ. Cūq; requieuiſſent reuſi ſūt
ut facerent malum in cōſpectu tuo: et

dereliquisti eos in manu inimicoꝝ su-
orū: et possederūt eos. Conūsiq; sūt et
clamauerūt ad te: Tu aūt de celo exau-
disti ⁊ liberasti eos · i misericordijs tuis
multis tēporib3: ⁊ cōtestat9 es eos ut
reūterent ad legē tuā. Ipsi uero supbe
egerūt: ⁊ nō audierūt mādata tua · et
in iudicijs tuis peccauerūt: q̄ faciet ho-
mo · et uiuet in eis. Et dederūt humeꝝ
recedētē: ⁊ ceruicē suā indurauerūt: nec
audierūt. Et ꝓtraxisti sup eos ānos
multos: et ɔtestat9 es eos i spiritu tuo
per manū ꝓphetaꝝ tuoꝝ: et nō audie-
rūt: ⁊ tradidisti eos · in manū ꝓploꝝ ter-
rarū. In misericordijs aūt tuis pluri-
mis nō fecisti eos i cōsumptionē. nec
dereliquisti eos: qm̄ de9 miserationū
et clemēs es tu. Nūc itaq; de9 noster:
magne · fortis et terribilis · custodiens
pactū et misedam: ne auertas a facie
tua omnē laborē q̄ inuenit nos · reges
nr̄os · principes nr̄os · ⁊ sacerdotes no-
stros · ⁊ ꝓphetas nr̄os · ⁊ pr̄es nr̄os · et
omnē ꝓplm tuum: a dieb3 regis assur
usq; i diē hāc. Et tu iust9 es in omib3
q̄ uenerūt sup nos · q̄a ueritatē fecisti:
nos aūt impie egim9. Reges nr̄i · pri-
cipes nostri · sacerdotes nr̄i · ⁊ pr̄es nr̄i ·
nō fecerūt legē tuā: ⁊ nō attenderūt mā-
data tua ⁊ testimonia tua q̄ testificat9
es in eis. Et ipi i regnis suis bonis · ⁊
in bonitate tua mlta quā dederas ei9 ·
et in terra latissima et pingui quā tra-
dideras i ɔspectu eoꝝ · nō seruierūt tibi:
nec reūsi sunt a studijs suis pessimis.
Ecce nos ipsi hodie serui sum9: et terra
quā dedisti patrib3 nr̄is ut comederēt
panē ei9 ⁊ q̄ bona sunt ei9: ⁊ nos ipsi
serui sum9 in ea. Et fruges ei9 multipli-
cātur regib3 q̄s posuisti sup nos ꝓpter
peccata nr̄a: ⁊ corporib3 nr̄is domina-
tur ⁊ iumētis nr̄is scdm uolūtatē suā:
et in tribulatōne magna sum9. Sup
omib3 ergo hijs nos ipi ꝑcutim9 fed9
et scribimus: et signant principes no-
stri: leuite nr̄i ⁊ sacerdotes nostri. ca. x.
Signatores aūt fuerūt · neemias
athersatha · fili9 achelai: ⁊ sedechi-
as · saraias · azarias · ihieremias · phes-
sur · amarias · melchias · acc9 sebenia ·
melluch · arem · merimuth · obdias ·
daniel · genton · baruch · mosollā · abia ·
miamin · mazia · belga · semeia · hij sa-
cerdotes. Porro leuite: iosue fili9 aza-
rie · bennui de filijs enadad · cedmihel ·
et fratres eoꝝ: sechenia · odeuia · celita ·
phalaia · anan · micha · roob · asebia ·
zacchur · serebia · sabania · odia · boni ·
baninu. Capita ꝓpli · feros · phetmoab ·
elam · zethu · bani · bonni · azgad · bebai ·
adonaya · beggoai · adin · ather · ezech-
ia · azur · odeuia · asum · besai · areth ·
anathot · nebai · mechphia · mosollā ·
azir · mesizabel · sadoch · ieddua · felthia ·
anan · ania · osee · anania · asub · aloes ·
phaleam · sobech · reū · asebna · madsia ·
ethaia · hanan anan melluch arem · ba-
ana: ⁊ reliqui de ꝓplo. Sacerdotes · le-
uite · ianitores · ⁊ cantores · nathinnei ·
et omēs qui se separauerūt de ꝓplis ter-
rarū ad legem dei · uxores eoꝝ · filij eo-
rū · ⁊ filie eoꝝ · omēs q̄ poterant sapere
spondentes pro fratrib3 suis: optima-
tes eoꝝ · et q̄ ueniebāt ad pollicendum ·
et iurādū · ut ābularēt in lege dn̄i quā
dederat i manu moysi serui sui: ut face-
rent ⁊ custodirēt uniūsa mādata dn̄i
dei nr̄i · et iudicia ei9 · ⁊ cerimonias ei9:
et ut nō darem9 filias nr̄as ꝓplo terre:
et filias eoꝝ nō acciperem9 filijs nr̄is.
Populi q̄3 terre qui importāt uenalia ·
et omnia ad usum per diē sabbati ut
uendāt: nō accipiem9 ab eis in sabba-
to · et in die sanctificato. Et dimittem9

annū septimū: ⁊ exactōnē uniūse ma-
nus. Et statuemꝰ sup nos p̄cepta · ut
demꝰ terciā partē sicli per ānū ad opꝰ
domꝰ dei nr̄i: ad panes ꝓpositionis · ⁊
ad sacrificiū sempiternū · et in olocau-
stū sempiternū in sabbatis ĩ kalendis ·
in solēnitatibꝫ · ⁊ in sanctificatis · et pro
peccato · ut exorent pro isrl̄: ⁊ in omnē u-
sum domꝰ dei nr̄i. Sortes ergo misi-
mus sup oblatōnē lignoꝝ inter sacer-
dotes ⁊ leuitas et ꝓplm̄ · ut inferrent in
domū dei nr̄i per domos patrū nr̄oꝝ
per tēpora a tēporibꝫ āni usqꝫ ad ānū:
ut arderēt sup altare dn̄i dei nr̄i · sicut
scriptū ē in lege moysi. Et ut afferremꝰ
primogenita terre nr̄e · et primitiua u-
niūsi fructꝰ om̄is ligni · ab āno ĩ ānū ·
in domo dn̄i: ⁊ primitiua filioꝝ nr̄oꝝ
et pecoꝝ nr̄oꝝ sicut scriptū ē in lege: et
primitiua boū nr̄oꝝ et ouiū nr̄aꝝ · ut
offerrent ĩ domo dei nr̄i sacerdotibꝫ q̄
ministrāt ĩ domo dei nr̄i. Et primitias
ciboꝝ nr̄oꝝ · ⁊ libaminū nr̄oꝝ · ⁊ poma
om̄is ligni · uindemie q̄ꝫ et olei affere-
mus sacerdotibꝫ ad gazophilaciū dei
nr̄i: ⁊ decimā partē terre nr̄e leuitis. Ipi
leuite decimas accipiēt ex om̄ibꝫ ciui-
tatibus operū nr̄oꝝ. Erit aūt sacerdos
filiꝰ aaron cū leuitis in decimis leuita-
rū: ⁊ leuite offerāt decimā partē decime
sue in domo dei nr̄i ad gazophilaci-
um in domo thesauri. Ad gazophi-
laciū eni deportabūt filij isrl̄ · ⁊ filij leui
primitias frumēti ⁊ uini ⁊ olei: ⁊ ibi e-
runt uasa dn̄i sanctificata · et sacerdo-
tes ⁊ cātores ⁊ ianitores ⁊ ministri: et
nō dimittemus domum dei nr̄i. c. xi.

Habitauerūt aūt principes ꝓpli in
iherusalem. Reliqua uero plebs
misit sortem · ut tolleret unā partē de
decē q̄ habitaturi essent in ihr̄lm ciuita-
te sancta: nouē uero partes ĩ ciuitatibꝫ.

Benedixit aūt ꝓplus om̄ibus uiris q̄
se sponte obtulerāt ut habitarēt in ihe-
rusalē. Hij sunt itaqꝫ principes ꝓuin-
cie q̄ habitauerūt in iherusalē ⁊ in ciui-
tatibus iuda. Habitauit autem unus-
quisqꝫ in possessione sua in urbibus
suis isrl̄: sacerdotes · leuite · nathinnei ·
et filij seruoꝝ salomonis. Et in iherusa-
lem habitauerunt de filijs iuda: et de
filijs beniamin. De filijs iuda: athai-
as filius aziam · filij zacharie · filij a-
marie · filij saphatie · filij malalehel.
De filijs phares: ismaasia · filius ba-
ruch · filius coloza · filius azia · filius
adaya · filius ioarib · filius zacharie ·
filius silonites. Omnes filij phares
qui habitauerūt ĩ iherusalē: quadrin-
gentisexaginta octo: uiri fortes. Hij
sunt aūt filij beniamin. Sellū filius
mosollam · filius ioed · filiꝰ phadaia ·
filius colaia · filiꝰ masia · filiꝰ ethel · fi-
lius ysaia. Et post eum gebbai sellai:
nongentiuigintiocto. Et iohel filius
zechri ꝓpositꝰ eoꝝ: ⁊ iudas filiꝰ semua
sup ciuitatē secūdꝰ. Et de sacerdotibus
idaia filius ioarib · iachin · saraia fili-
us helchie · filiꝰ mosollā · filiꝰ sadoch ·
filiꝰ meraioth · filiꝰ ahitob principes
domꝰ dei: ⁊ fratres eoꝝ facientes opera
templi · octingētiuigītiduo. Et adaia ·
filius ieroam · filius phelesia filiꝰ amsi ·
filiꝰ zacharie · filiꝰ phessur · filiꝰ melchie ·
et fratres eius principes patrū: ducenti-
quadragintaduo. Et amasai · filiꝰ az-
rihel · filiꝰ azi · filiꝰ mosollamoth · filius
emmer · ⁊ fratres eoꝝ potentes nimis ·
centūuigintiocto: et prepositus eorū ·
zabdihel filius potentiū. Et de leuitis:
sebenia filiꝰ asob · filiꝰ azaricam · filiꝰ
asabia · filiꝰ boni · ⁊ sabathai · et ioza-
beth · sup omnia opera q̄ erāt forinse-
cus in domo dei a principibꝫ leuitaꝝ:

Et mathania filiꝰ micha · filiꝰ zebedei
filiꝰ asaph princeps ad laudandū · ⁊ ad
cōfitendū ī oratōne: ⁊ bechecias scd̄s
de frībꝫ eiꝰ: et abda filiꝰ samuha · filiꝰ
galal · filiꝰ ydithun. Omnes leuite in ci-
uitate sācta: ducēti octogīta q̄tuor. Et
ianitores: accub telmon · ⁊ fratres eoꝝ
q̄ custodiebāt hostia · centūseptuagin-
taduo. Et reliqui ex isrl̄ sacerdotes · et
leuite in uniūsis ciuitatibꝫ iuda · unus-
quisqꝫ in possessione sua: ⁊ nathinnei
q̄ habitabāt ī ofel · ⁊ syaba · ⁊ galpha.
De nathinneis · ⁊ episcopis leuitaꝝ in
ihrlm: azzi filiꝰ bani · filiꝰ asabie · filiꝰ
māthanie · filiꝰ miche. De filijs asaph:
cātores in ministerio domꝰ dei. Prece-
ptū quippe regis sup eos erat: et ordo
in cātoribꝫ ꝑ dies singlos: et fathaia
filiꝰ mesezebel · de filijs zara · filij iuda
in manu regis iuxta om̄e verbū ꝑpli:
et ī domibꝫ per omnes regiones eoꝝ.
De filijs iuda habitauerūt ī cariathar-
be · ⁊ in filiabꝫ eiꝰ · et in dibon · et ī filia-
bus eiꝰ · ⁊ in capseel · ⁊ in viclis eiꝰ: ⁊ in
iesue · ⁊ in molada · ⁊ in bethfaleth · et ī
asersual · ⁊ in bersabee ⁊ in filiabꝫ eiꝰ: ⁊
in sicelech et ī mochana · et ī filiabꝫ eiꝰ:
⁊ in remmon · ⁊ in sara · ⁊ in ierimuth ·
zonaa · odollā · ⁊ in villis eaꝝ: lachis ·
et in regionibꝫ eiꝰ · azecha et in filiabꝫ
eius. Et mãserūt in bersabee usqꝫ ad
vallē ennon. Filij aūt beniamin · a ge-
ba · mechmas · et hai · et bethel · et filia-
bus eius: anathot · nob · anana · asor ·
rama · gethaim · adid · seboim · nebal-
lath · et ono vālle artificum: et de leui-
tis portiones iude ⁊ beniamin. ca. xii.

Hii sunt aūt sacerdotes ⁊ leuite · q̄
ascenderūt cū zorobabel filio sa-
lathiel, et Josue: saraia · ihieremias ·
esdras · amaria · melluch · actꝰ · sechenī-
as · reum · meremuth · addo · genthon ·
abya · miamin · madia · belga · semeia ·
et ioarib · ⁊ ydaia · sellū · amoch · elceia ·
adaia. Isti principes sacerdotū ⁊ frēs
eoꝝ in diebꝫ iosue. Porro leuite · iesua ·
bennui · cedmihel · sarabia · iuda · ma-
thanias · sup ymnos ipī ⁊ frēs eoꝝ: et
bechecia · atqꝫ ethanni · ⁊ frēs eoꝝ unus-
quisqꝫ in officio suo. Josue aūt genu-
it ioachim · et ioachim genuit eliasib ·
et eliasib genuit ioiada: ⁊ ioiada genu-
it ionathan · et ionathan genuit ied-
dua. In diebꝫ aūt ioachim erāt sacer-
dotes, principes familiaꝝ saraie · ma-
raie · ihieremie · ananie · esdre · mosollā ·
amarie · iohannan · milico · ionathan ·
sebenie · ioseph · aran · edna · maraioth ·
elci · adaie · zacharie · genthon · mosol-
lam · abie · zecheri · miamin · ⁊ moadie ·
felti · belge · sammua · semeie · ionathan ·
ioarib · mathanai · iodaie · azzi · sellaie
celaia · mochober · elchie · asebie · ydaie ·
nathanahel. Leuite in diebꝫ eliasib · et
ioiada · et ionathan · et ieddoa · scripti
principes familiaꝝ ⁊ sacerdotes in re-
gno darij perse. Filij leui principes fa-
miliaꝝ scripti in libro verboꝝ dieꝝ: et
usqꝫ ad dies ionathan · filij eliasib. Et
principes leuitaꝝ · asebia · serebia · et iesue
filiꝰ cedmihel · ⁊ frēs eoꝝ ꝑ vices suas:
ut laudarēt · et cōfiterent iuxta p̄ceptū
dauid viri dei: ⁊ obseruarēt eque ꝑ ordi-
nem. Mathania · ⁊ bechecia · ⁊ obedia ·
mosollam · thelmon · accub · custodes
portarum · et vestibuloꝝ ante portas.
Isti ī diebꝫ ioachim filij iosue · filij io-
sedech: et in diebus neemie ducis · et
esdre sacerdotis scribeqꝫ. In dedicatio-
ne aūt muri ihrusalē · requisierūt leuitas
de om̄ibꝫ locis suis ut adducerēt eos
in ihrlm · ⁊ facerent dedicationē et leti-
ciā · ī actione graciaꝝ · et cātico · et ī cym-
balis · psalterijs et cytharis. Congregati

sunt aūt filii cātorū ⁊ de cāpestribus circa
ihrlm ⁊ de villis netuphati ⁊ de domo
galgal et de regionibus geba ⁊ azma-
veth: qm̄ villas edificaverūt sibi cāto-
res ī circuitu ihrlm. Et mūdati sunt sa-
cerdotes ⁊ levite: et mūdaverūt ppl'm
et portas ⁊ murū. Ascendere aūt feci
principes iuda sup murū: et statui du-
os magnos chōros laudātiū. Et ie-
runt ad dexterā sup murū ad portā ster-
quilinii. Et ivit post eos osaias ⁊ me-
dia pars principū iuda: et azarias
esdras ⁊ mosollā iuda ⁊ beniamin ⁊
semeia ⁊ ieremia. Et de filiis sacerdo-
tū in tubis: zacharias fili' ionathan
fili' semeie fili' mathanie fili' micha-
ie fili' zechur fili' asaph: ⁊ fres ei' se-
meia et azarel malalai galalai ma-
ai nathanahel ⁊ iuda ⁊ anani in va-
sis cātici david viri dei: ⁊ esdras scriba
āte eos ī porta fontis. Et cōtra eos as-
cenderūt ī gradibus civitatis david in
ascensu muri sup domū david: ⁊ usqz
ad portā aquarū ad orientē. Et chor'
scds gratias referentiū ibat ex adūso:
et ego post eū: et media pars ppli sup
murū ⁊ sup turrim furnorū ⁊ usqz ad
murū latissimū ⁊ sup portā ephraim
et sup portā ātiquā ⁊ sup portā pisci-
um ⁊ turrim ananehel ⁊ turrim emat
et usqz ad portā gregis: ⁊ steterūt ī por-
ta custodie. Steterūtqz duo chori lau-
dantiū ī domo dei: ⁊ ego et dimidia
pars magistratuū mecū. Et sacerdotes
eliachim maasia miamin michea e-
lioenai zacharia ⁊ anania ī tubis: ⁊
maasia ⁊ semeia ⁊ eleazar ⁊ azi ⁊ io-
hannan et melchia ⁊ elam et ezer. Et
clare cecinerūt cātores: ⁊ iezraia ppo-
situs. Et immolaverūt in die illa victi-
mas magnas: et letati sūt. Deus eni
letificaverat eos leticia magna. Sed
et uxores eorū et liberi gavisi sūt: ⁊ au-
dita ē leticia ihrlm procul. Recensuerūt
qz in die illa viros sup gazophilacia
thesauri ad libamina ⁊ ad primitias
et ad decimas ut introferrēt p eos prī-
cipes civitatis ī decore gratiarū actio-
nis sacerdotes ⁊ levitas: qa letificat'
est iuda ī sacerdotibus ⁊ levitis astātibus.
Et custodierūt observationē dei sui et
observationē expiationis: ⁊ cātores et
ianitores iuxta pceptū david et salo-
monis filii ei': quia ī diebus david et a-
saph ab exordio erāt principes cōstitu-
ti cātorū in carmine laudātiū et cōfitē-
tiū deo. Et omīs isrl' ī diebus zorobabel
et in diebus neemie dabant partes cā-
toribus et ianitoribus per dies sin-
gulos: et sanctificabant levitas: ⁊ levi-
te sanctificabāt filios aaron. ca. xiii.
In die aūt illo lectum est in volumine
moysi audiēte ppl'o. Et invētū est scri-
ptum in eo qd nō debeāt introire am-
monites ⁊ moabites ī ecclesiā dei usqz
in eternū eo qd nō occurrerint filiis isrl'
cū pane ⁊ aqua: et cōduxerūt adūsum
eos balaā ad maledicendū eis: ⁊ cōvertit
de' noster maledictionē in benedictio-
nē. Factū ē aūt cū audissent legē: sepa-
raverūt omnē alienigenā ab isrl'. Et
sup hoc erat eliasib sacerdos q fuerat
ppositus in gazophilacio dom' dei
nri: ⁊ proxim' tobie. Fecit ergo sibi ga-
zophilaciū grande: ⁊ ibi erāt āte eū re-
ponētes munera ⁊ thus ⁊ vasa ⁊ deci-
mā frumēti vini ⁊ olei: partes levitarū
et cātorū ⁊ ianitorū ⁊ primitias sacerdo-
tales. In omībus aūt hiis nō fui ī iheru-
salē: qa ī āno tricesimoscdo artarxer-
sis regis babilonis veni ad regē. Et ī
fine dierū rogavi regē et veni in iheru-
salē. Et intellexi malū qd fecerat helia-
sib tobie: ut faceret ei thesaurū ī vestibul'

dom⁹ dei: ꝛ malū michi viſū ē valde. Et
ꝓieci vaſa dom⁹ tobie foras de gazo-
philatio: ꝑcepiq; et emūdauerūt gazo-
philatiū. Et retuli ibi vaſa dom⁹ dei-ſa-
crificiū ꝛ thus. Et cognoui q ꝑtes le
uitaꝝ nō fuiſſēt datē: ꝛ fugiſſet vnuſq̄ſ-
q; ī regionē ſuā de leuitis ꝛ cātoribȝ ꝛ de
hijs q̄ miniſtrabāt: ꝛ egi cauſā adūſū
magiſtrat⁹. ꝛ dixi. Quare dereliq̄m⁹ do-
mū dei? Et ꝯgregaui eos: ꝛ feci ſtare ī
ſtatonibȝ ſuis. Et omīs iuda apporta-
bat decimā frumēti-vini-ꝛ olei-ī hor-
rea. Et ꝯſtituim⁹ ſup hōrrea ſelemiā ſa-
cerdotē- ꝛ ſadoch ſcribā - ꝛ fadaiā de le-
uitis: et iuxta eos anan filiū zachur
filiū mathanie- qm̄ fideles cōprobati
ſūt: ꝛ ipīs credite ſunt partes fratꝝ ſuo-
rū. Memento mei de⁹ me⁹ ꝓ hoc: ꝛ ne
deleas miſerationes meas q̄s feci in
domo dei mei ꝛ ī cerimonijs ei⁹. In die-
bus illis vidi ī iuda calcātes torcularia
ī ſabbato: portātes aceruos ꝛ onerā-
tes ſup aſinos vinū ꝛ vuas- ꝛ fic⁹ ꝛ o-
mne on⁹: ꝛ inferētes ī ihrlm ī die ſab-
bati. Et ꝯteſtat⁹ ſum ut ī die qua ven-
dere liceret- venderēt. Et tirij habitaue-
rūt ī ea: inferētes piſces- ꝛ omīa vena-
lia: Et vendebāt ī ſabbatis filijs iuda
ꝛ ihrlm. Et obiurgaui- optimates iu-
da: ꝛ dixi eis. Que ē hec res mala quā
vos facitis: ꝛ ꝓphanatis diē ſabbati?
Nūqd nō hec fecerūt pr̄es nr̄i: ꝛ addu-
xit de⁹ noſter ſup nos omē malū hoc-
ꝛ ſup ciuitatē hāc? Et vos additis ira-
cūdiā ſup iſrl: violādo ſabbatū. Factū
eſt aūt cū quieuiſſent porte ihrlm die
ſabbati: dixi- ꝛ clauſerūt ianuas: ꝛ p̄ce-
pi ut nō aperirēt eas uſq; poſt ſabba-
tū. Et de pueris meis ꝯſtitui ſup portas:
ut null⁹ inferret onus die ſabbati. Et
māſerūt negociatores ꝛ vēdētes vniū-
ſa venalia foris ihrlm ſemel ꝛ bis: et
ꝯteſtat⁹ ſū eos: ꝛ dixi eis. Quare ma-
netis ex adūſo muri? Si ſcdo hoc fece-
ritis: manū mittā ī vos. Itaq; ex tpe il-
lo nō venerūt ī ſabbato. Dixiq; leuitis
ut mūdarent ꝛ venirēt ad cuſtodiēdas
portas: ꝛ ſanctificādā diē ſabbati. Et
pro hoc ergo memēto mei de⁹ ꝛ parce
michi ſecundum multitudinem miſe-
rationū tuarū. Sed ꝛ in diebus illis
vidi iudeos ducētes vxores azotidas-
āmonitidas ꝛ moabitidas. Et filij eoꝝ
ex media parte loquebāt azotice: ꝛ ne-
ſciebāt loqui iudaice: ꝛ loquebāt iuxta
linguā pp̄li: ꝛ pp̄li. Et obiurgaui eos:
et maledixi. Et cecidi ex eis viros et de-
caluaui eos: ꝛ adiuraui ī deo ut nō da-
rent filias ſuas filijs eoꝝ: ꝛ nō accipe-
rēt de filiabȝ eoꝝ filijs ſuis- ꝛ ſibimet
ipīs dicēs. Nūquid nō in huiuſcemo-
di peccauit ſalomon rex iſrl? Et certe
in gentibȝ multis- non erat rex ſimilis
ei: et dilectus deo ſuo erat: et poſuit eū
deus regem ſup omnē iſrahel. Et ipm̄
ergo duxerunt ad peccatū mulieres a-
lienigene. Nunquid et nos inobediē-
tes faciem⁹ omē malū grāde hoc- ut
ꝑuaricem⁹ ī deo nr̄o: ꝛ ducam⁹ vxores
peregrinas? De filijs aūt ioiada filij
eliaſib ſacerdotis magni- gener erat
ſanaballath oronitis: quē fugaui a
me. Recordare dn̄e deus meus aduer-
ſum eos qui pollunt ſacerdotiū: iuſq;
ſacerdotale ꝛ leuiticum. Igitur mun-
daui eos ab omībȝ alienigenis: et cō-
ſtitui ordines ſacerdotū et leuitarum
vnūquenq; in miniſterio ſuo: ꝛ in ob-
latione lignorū in temporibȝ ꝯſtitutis
et ī primitijs. Memēto mei de⁹ me⁹ ī
bonum. Amen. Explicit liber neemie
qui eſdre ſecundus eſt.

Incipit liber eſdre tercius.

Capitulum pri[mum]

E T fecit iosias iiii.
pascha in iherosoli-
mis dño: et immo-
lauit phase quarta-
decima luna primi
mensis: statuens sacerdotes per vices
dierū stolis amictos in tēplo dñi. Et
dixit leuitis sacris suis israhel: ut san-
ctificarent se dño in posicione sancte
arche dñi in domo quā edificauit sa-
lomon fili⁹ dauid rex. Nō erit vobis
tollere sup humeros eā. Et nūc deserui-
te dño vro ⁊ curā agite gentis illi⁹ isrl'
ex parte scdm pagos ⁊ tribus vras se-
cundū scripturā dauid regis isrl· et se-
cundū magnificētiā salomonis filij
eius: omēs in templo et secūdū parti-
culā principat⁹ paternā vram eorꝫ qui
stant in cōspectu fratrū filiorꝫ isrl'. Im-
molate pascha: ⁊ sacrificia parate fratri-
bus vris: et facite scdm pceptū dñi qd
datū est moysi. Et donauit iosias in
plebē que inuēta est ouiū· agnorꝫ et he-
dorū· ⁊ caprarꝫ· triginta milia: vitulos
tria milia. Hec de regalibꝫ data sunt
scdm promissionē ppło· et sacerdotibꝫ
in pascha: oues numero duo milia:
ac vituli centū. Et iechonias ⁊ semeias·
et nathanael fratres· ⁊ asabias· ⁊ ozi-
el· et coraba in phase· oues quiqꝫ mi-
lia: vitulos quingentos. Et hec cum
fierent eleganter: steterūt sacerdotes et
leuite habentes azima per tribꝫ. Et se-
cundū partes principat⁹ patrū in cō-
spectu ppłi offerebāt dño: scdm ea que
in libro moysi scripta sunt. Et assaue-
rūt phase igni prout oportebat: ⁊ ho-
stias coxerūt in eneis ⁊ in ollis cum
beniuolencia. Et attulerūt omībꝫ qui
erant ex plebe: ⁊ post hec parauerunt
sibi ⁊ sacerdotibus. Sacerdotes enim
offerebāt adipes usqꝫ dum finita esset
hora: ⁊ leuite parauerūt sibi ⁊ fratribꝫ
suis filijs aaron. Et sacrificatores fili-
as offerebāt· scdm ordinē· scdm prece-
ptū dauid· ⁊ asaph: ⁊ zacharias· ⁊ ied-
dinus qui erat a rege· ⁊ hostiarij per
singulas ianuas: ita ut nō pualica-
ret vnusquisqꝫ suā. Fratres eni eorꝫ pa-
rauerūt illis. Et ɔsummata sunt que
pertinebant ad sacrificiū dñi. In illa
die egerūt phase: ⁊ offerebāt hostias
sup dñi sacrificiū scdm preceptū regis
iosie. Et egerūt filij isrl' qui inuēti sunt
in tpe illo phase: ⁊ diē festi azimorꝫ per
dies septem. Et nō est celebratū· phase
tale in israhel a temporibus samuel
prophete: ⁊ omēs reges isrl' nō celebra-
uerūt tale pascha quale egit iosias· ⁊
sacerdotes· ⁊ leuite· ⁊ iudei· ⁊ omīs isrl'·
qui inuenti sunt in cōmoratione ihe-
rosolimis. Octauodecimo āno regnā-
te iosia celebratū est phase. Et directa
sunt opera iosie in ɔspectu dñi sui in
corde pleno metuentis· et que circa il-
lum quidē cōscripta sunt in pristinis
temporibꝫ de eis qui peccauerūt quiqꝫ
irreligiosi fuerūt in dñm pre omī gen-
te: et qui nō quesierūt verba dñi super
israhel. Et post omnem actū hūc iosie·
ascendit pharao rex egipti veniens in
carchamis abicere sup eufraten: et exijt
i obuiā illi⁹ iosias. Et misit rex egipti
ad iosiam dicens. Quid michi et tibi
est rex iude? Non sum missus a dño.
Super eufraten eni bellū meū est. Fe-
stinās descende. Et nō est reuersus io-
sias sup currū: sed expugnare eū cona-
bat· nō attendēs verbū pphete ex ore
dñi: sed ɔstituit ad eū bellū in cāpo ma-
geddo. Et descenderūt principes ad re-
gem iosiā. Et dixit rex pueris suis. A-
mouete me a prelio. Infirmat⁹ sum

cui valde. Et statim amouerũt eũ pu-
eri ipsius de acie. Et ascendit sup currũ
secundariũ suũ: et perueniens ihrosoli-
mā vita functꝰ est: ⁊ sepultus est in pa-
terno sepulcro. Et in tota iudea luge-
bāt iosiam: ⁊ qui p̄sidebāt cũ vxoribꝫ
lamētabāt eũ usqꝫ in hũc diē. Et datũ
est hoc fieri semp in omne genꝰ isrl'. Hec
aũt p̄scripta sunt in libro historiaꝝ re-
gũ iude: et singl'a gesta · actus iosie et
eiꝰ gloria · ⁊ intellectꝰ eius in lege dñi:
quia eque gesta sunt ab eo ⁊ que non
scripta sunt i libro regũ isrl' ⁊ iude. Et
assumētes qui erāt ex gente iechoniā
filiũ iosie ↄstituerũt regē pro iosia pr̄e
suo · cũ esset annorũ viginitriũ: et re-
gnauit sup isrl' mēsibꝫ tribꝫ. Et amo-
uit eũ rex egipti ne regnaret ī ihrosoo-
limis: ⁊ multauit gentē argenti talē-
ta centũ: et auri talētũ unũ. Et ↄstituit
rex egipti regē ioakim fratrē ipsius re-
gem iude et iherusalē: ⁊ alligauit ma-
gistratꝰ ioachin zaracelem fratrē su-
um: ⁊ apprehēdēs reduxit egiptũ. An-
norũ erat ioakim viginti quinqꝫ cũ re-
gnare cepisset i terra iuda ⁊ i iherusalē:
et fecit malũ in ↄspectu dñi. Post hũc
aũt ascendit nabuchodonosor rex ba-
bilonis: ⁊ alligātũ eũ in aureo vinclo
p̄duxit in babiloniā: ⁊ sacra vasa do-
mini accepit nabuchodonosor · et tu-
lit · ⁊ ↄsecrauit in templo suo in babi-
lonia. Rliqua de immūdicia illiꝰ · ⁊ irreli-
giositate scriptũ ē in libro temporũ re-
gum. Et regnauit ioachin filius eius
pro eo. Cũ aũt ↄstitutꝰ est erat annoꝝ
octo. Regnauit aũt mēses tres et dies
decē in iherusalē: ⁊ fecit malũ in ↄspe-
ctu dñi. Et post annũ mittēs nabucho-
donosor trāsmigrauit eũ babiloniā
simul cũ sacris vasis dñi: et ↄstituit
sedechiam regem iuda ⁊ ihrlm · cũ esset
annoꝝ vigintiunius. Regnauit aũt
annis undecim. Et fecit malũ in ↄspe-
ctu dñi: ⁊ nō est veritꝰ a verbis que di-
cta sunt ab iheremia p̄pheta ex ore do-
mini. Et adiuratꝰ a rege nabuchodo-
nosor periurans discessit: et indurata
ceruice sua · ⁊ corde suo · trāsgressus est
legitima dñi dei isrl'. Et duces p̄pli dñi
multa inique gesserũt et impie egerũt
sup omnes immūdicias gentiũ: ⁊ pol-
luerũt templũ dñi qd̄ sanctũ erat ī ihe-
rosolimis. Et misit deus patrē suorũ
per angelũ suũ reuocare eos: propter
qd̄ parceret illis ⁊ tabernaclo suo. Ipi
vero subsannabāt in angelis suis: et
qua die locutꝰ est dñs erāt illudentes
prophetis eiꝰ. Quousqꝫ ad iracundiā
ↄcitatꝰ est · super gentē suā p̄pter irreli-
giositatē suā: et p̄cepit ascendere reges
chaldeoꝝ. Ipi occiderũt iuuenes eorũ
in gladio · i circuitu sancti templi eoꝝ:
et nō pepercerũt iuueni ⁊ seni · et virgi-
ni ⁊ adolescenti: sed omnes traditi sunt
in manus ipoꝝ ⁊ omnia sacra vasa do-
mini · et regales apothecas resumētes
tulerũt in babiloniā: ⁊ incenderũt do-
mũ dñi ⁊ demolierũt muros iherusa-
lem: ⁊ turres eiꝰ incenderũt in igne. Et
ↄsummauerũt omnia honorifica eiꝰ: et
ad nichilũ redigerũt: ⁊ reliquos a gla-
dio in babilonē · et erant serui illiꝰ usqꝫ
dum regnaret perse · in repletione ver-
bi dñi i ore iheremie: quousqꝫ benigne
ageret terra sabbata sua. Omni tempo-
re desertionis sue sabbatizauit in ap-
plicatione annorũ septuaginta. c. ii.

Regnante ciro rege persaꝝ in con-
summatione verbi dñi in ore ihe-
remie · suscitauit dñs spiritũ cyri regis
persaꝝ: et p̄dicauit in toto regno suo
simul per scripturā dicēs. Hec dicit cy-
rus rex persarũ. Me constituit regem

orbi terrarū dñs isrl' dñs excelsus: et si-
gnificauit michi edificare domū sibi
in ihrlm que est in iudea. Si quis est
ex genere vro: dñs ipi⁹ ascendat cū eo
in iherusalē. Quotquot ergo circa lo-
ca habitāt adiuuēt eos q̄ sunt in loco
ipso ī auro ⁊ argento in dationibꝫ cū
equis ⁊ iumētis: cūq; alijs que scdm
vota apponūtur in edem dñi que est
in ihrlm. Et stantes principes tribuū
pagoꝝ ⁊ iudee ex tribu beniamin ⁊ sa-
cerdotes et leuite · quos excitauit dñs
ascendere et edificare domū dñi que ē
in ihrlm: ⁊ qui erāt in circuitu eoꝝ ad-
iuuerūt in omī auro et argento ei⁹ et
iumentis ⁊ votis quā pluribꝫ: multi
quorū sensus excitat⁹ est. Et cyrus rex
protulit vasa sacra dñi q̄ trāstulit na-
buchodonosor rex babilonis ex iheru-
salē ⁊ ɔsecrauit ea ydolo suo. Et profe-
rens ea cyrus rex persaꝝ tradidit mitri-
dato qui erat sup thesauros ipi⁹. Per
hūc aūt tradita sūt salmanasaro pre-
sidi iudee. Horū aūt hic numer⁹. Liba-
toria argētea duo milia q̄dringēta:
cathisce argentee triginta: phiale auree
triginta: item argētee duo milia qua-
dringente: ⁊ alia vasa mille. Omnia
aūt vasa aurea ⁊ argentea quinq; mi-
lia octingētasexaginta. Et enumera-
ta sunt salmanasaro simul cū hijs q̄
ex captiuitate babilonie venerāt in ihe-
rosolimā. In artarxersis aūt regis per-
sarū temporibꝫ scripserūt ei de hijs q̄
inhabitabāt in iudea ⁊ ihrlm · balsa-
mus et mitridat⁹ ⁊ sabelli⁹ et rathim⁹
balthemus samelius scriba: et reliqui
inhabitātes in samaria ⁊ ceteris locis
subiectā epistolā regi artarxersi. Dñe
pueri tui rathim⁹ ab accedētibꝫ · et sa-
bellius scriba: ⁊ reliqui curie tue iudi-
ces in celesiriā et phenicem. Et nunc
notū sit dño regi: quoniā iudei qui a-
scenderūt a vobis ad nos venientes ī
ihrlm ciuitatē refugā et pessimā: edifi-
cant furnos eius: ⁊ statuūt muros · et
templū suscitant. Quod si ciuitas ista
et muri ɔsummati fuerint nō tantum
tributa nō sustinebūt pendere: sed etiā
regibꝫ resistent. Et quia id agit' circa
templū: recte haberi arbitrati sum⁹ nō
despicere hoc ipm · sed notū facere dño
regi: ut si videbit' rex · querat' in libris
patrū tuoꝝ: ⁊ inuenies in ām̄onitōni-
bus scripta de hijs: scies quoniā ciui-
tas ista fuit refuga · et reges ⁊ ciuitates
ɔcutiens: ⁊ iudei refuge ⁊ prelia cōmit-
tentes in ea ab eterno: ob quā causam
ciuitas ista deserta est. Nūc ergo notū
facim⁹ dñe rex: quoniā si ciuitas hec
edificata fuerit ⁊ hui⁹ muri erecti fuerit:
descensus tibi nō erit ī celesiriā ⁊ phe-
nicem. Tūc scripsit rex rathimo q̄ scribe-
bat accedētia ⁊ belthimo ⁊ sabellio scri-
be: ⁊ ceteris ɔstitutis ⁊ inhabitātibꝫ in
siria ⁊ phenice · ea que subiecta sunt. Le-
gi epistolā quā misistis michi. Prece-
pi ergo inquiri: ⁊ inuentū est · quoniā
ciuitas illa est ab euo regibꝫ resistens
et homines refuge ⁊ prelia in ea effici-
entes: et reges fortissimi erāt in ihrlm
dñantes ⁊ tributa exigētes · a celesiria
et phenice. Nūc ergo p̄cepi prohibere
hoīes illos edificare ciuitatē: et phibe-
re ne q̄d vltra hec fiant · sed nec proce-
dāt ī plurimū: ex qua sūt malicie ita
ut regibus molestia inponet'. Ca. iii

Tunc recitatis hijs que a rege ar-
tarxerse scripta fuerāt rathimus
et sabellius scriba et qui cū hijs ɔstitu-
ti erāt iungentes festināter venerūt in
iherusalē cū equitatu ⁊ turba · et agmi-
ne: ceperūtq; edificātes phibere. Et va-
cabāt ab edificatione templi ī ihrlm:

usq3 secūdo āno regni darij regis per-
sarū. Rex darius fecit cenā magnā o-
mnibꝫ vernaculis suis: ⁊ omnibꝫ ma-
gistratibꝫ medie ⁊ persidis ⁊ omnibus
purpuratis· ⁊ p̄toribꝫ ⁊ cōsulibꝫ· ⁊ pre-
fectis sub illo ab india usq3 ethiopiā:
centūuigītisepte prouincijs. Et cū mā-
ducassēt· ⁊ bibissent ⁊ saciati recessent:
tūc darius rex ascendit in cubiclo suo:
et dormiuit et expergefact⁹ est. Tūc illi
tres iuuenes corporis custodes qui cu-
stodiebāt corp⁹ regis: dixerūt alter al-
teri. Dicam⁹ unusquisq3 nrm̄ sermonē
qui p̄cellat: ⁊ cuiuscūq3 apparuerit ser-
mo sapiētior alteri⁹: dabit illi darius
rex dona magna· purpura cooperiri·
et in auro bibere et sup aurū dormire·
et currū aureum freno· ⁊ cydarim bissi-
nam· ⁊ torquē circa collū: et sedo loco
sedebit a dario ꝓpter sapientiā suā: et
cognat⁹ darij vocabit. Tūc scribentes
singli suū verbū signauerūt: et posue-
runt sub⁹ ceruical darij regis: et dixe-
runt. Cūq3 surrexerit rex dabimus illi
scripta nr̄a: et qd̄cūq3 iudicauerit rex e
trib3 ⁊ magistrat⁹ persidis· quoniam
verbū ei⁹ sapiētius est: ipi dabit victo-
ria sicut scriptū ē. Unus scripsit. Forte
est vinū. Alius scripsit. Fortior est rex.
Terci⁹ scripsit. Fortiores sunt mulieres:
sup oīa aūt vincit veritas. Et cum
surrexisset rex acceperunt scripta sua: ⁊
dederūt illi· ⁊ legit. Et mittēs vocauit
omnes magistrat⁹ persarū· et medos·
et purpuratos· ⁊ pretores· ⁊ p̄fectos: ⁊
sederūt in ꝯsilio: ⁊ lecta sunt scripta co-
ram ipis. Et dixit. Vocate adolescen-
tes· et ipi indicabūt verba sua. Et vo-
cati sūt: ⁊ introierūt. Et dixit illis. In-
dicate nobis de hijs que scripta sunt.
Et cepit prior qui dixerat de fortitudi-
ne vini. Et dixit. Viri quam p̄ualet
vinū oīb3 hoīnib3 qui bibūt illud.
Seducit mentē. Itēq3 regis ⁊ orphani
facit mentē vanā. Item serui ac liberi
pauperis ac diuitis ⁊ omnem mentem
cōuertit in securitatē et iocūditatē: et
non meminit omnem tristiciā ⁊ debitū:
et oīa p̄cordia facit honesta: et non
meminit regē nec magistratū: ⁊ oīa
p talēta loqui facit. Et non meminē-
runt cū biberint amiciciā nec fraterni-
tatē· sed post nō multū sumunt gladi-
os· et cum a vino merserint et surrexe-
rint nō meminerunt que gesserunt. O
viri num p̄cellit vinū? Quis sic cogi-
tat facere? Et tacuit hoc dicto. Ca. IIII.

Et inchoauit sequēs dicere: qui di-
xit de fortitudine regis. O viri:
num p̄cellūt homines· qui terrā ⁊ ma-
re obtinēt· ⁊ oīa que ī eis sunt? Rex
aūt sup oīa p̄cellit· et dominatur eo-
rū: et oē qd̄cūq3 dixerit illis faciunt.
Et si miserit illos ad bellatores: va-
dunt ⁊ demoliūt montes ⁊ muros· et
turres. Iugulant ⁊ iugulant: et regis
verbū non p̄tereunt. Nam si vicerint·
afferūt regi omnia quecūq3 predati fu-
erint. Similiter et alij omnes et quot-
quot non militāt nec pugnāt sed co-
lunt terrā: rursum cū fuerint metentes
afferūt tributa regi. Et ipse unus sol⁹
si dixerit occidite occidūt· dixerit remit-
tite remittūt: dixerit percutite· percutiūt· di-
xerit exterminate exterminant· dixerit edi-
ficate edificāt· dixit excidite excidūt· di-
xit plātate plātant: ⁊ omnis plebs et
virtutes eī obaudiūt: et sup hec ipse re-
cūbit· ⁊ bibit ⁊ dormit. Isti aūt custodi-
unt in circuitu eū: ⁊ nō possunt ire sin-
guli ⁊ facere opera sua: sed in dicto ob-
audientes sunt ei. Viri: quomō non
p̄cellet rex qui sic diffamatur? Et tacu-
it. Tercius qui dixerat de mulieribus ⁊

veritate · hic est zorobabel: cepit loqui.
Viri · nō magnus rex · et multi homi-
nes: nec vinū p̄cellit. Quis ē ergo qui
dn̄atoȝ eoꝝ? Nōne mulieres genuerūt
regē ⁊ omnē ꝑplm qui dn̄atur mari ⁊
terre: et ex illis nati sunt · et ipse educa-
uerūt eos q̄ plātauerūt vineas ex qui-
bus vinū fit? Et ipse faciunt stolas o-
mniū hominū: et ipi faciūt gloriā ho-
minibȝ: et nō possunt homines sepa-
rari a mulieribȝ. Si ↄgregauerint au-
rū et argentū · ⁊ omnē rem speciosam
et viderint mulierē unā bono habitu ·
et bona specie: oīa hec relinquētes ī
eā intendūt · ⁊ aperto ore ↄspiciūt: et
eā alliciūt magis q̄ꝫ aurū et argentū ·
et omnem rem p̄ciosam. Homo suū pa-
trē relinquit qui enutrivit illū et suā re-
gionē: ⁊ ad mulierē se ↄiungit. Et cū
muliere reniittit animā: et neqȝ p̄rem
meminit · neqȝ mr̄em neqȝ regionē. Et
hinc oportet vos scire: quoniā mulie-
res dn̄antur vri. Nōne doletis? Et ac-
cipit homo gladiū suū et vadit ī viā
facere furta ⁊ homicidia et mare naui-
gare ⁊ flumina: ⁊ leonē videt ⁊ in tene-
bris ingredit̄: ⁊ cū furtū fecerit ⁊ frau-
des ⁊ rapinas · amabili sue affert. Et
iterū diligit homo vxorē suā magis q̄ꝫ
patrē aut mr̄em. Et multi dementes fa-
cti sunt ꝑpter vxores suas: et serui facti
sunt ꝑpter illas: ⁊ multi perierūt et iu-
gulati sunt · ⁊ peccauerūt propter mu-
lieres. Et nūc credite michi q̄a magn⁹
est rex · in potestate sua: quoniā oēs
regiones verent̄ tangere eū. Videbam
tamē apemen filiā bezacis · mirifici cō-
cubinā regis · sedentē iuxta regē ad de-
xterā: ⁊ auferentē diadema de capite e-
ius · ⁊ imponētem sibi: et palmis cede-
bat regē de sinistra manu. Et sup hec
aperto ore intuebat̄ eā: ⁊ si arriserit ei

rideret: nam si indignata ei fuerit blan-
ditur · donec reconcilietur in gratiam.
O viri: cur nō sunt fortiores mulieres?
Magna est terra: et excelsum est celum.
Quis ista agit? Et tūc rex et purpura-
ti intuebātur in alterutrū. Et inchoa-
uit loqui de veritate. O viri: nōne for-
tes sunt mulieres? Magna est terra: ⁊
excelsum est celū: et velox cursus solis
cōuertit in gyro celū in locū suū ī una
die. Nonne magnific⁹ ē qui hec facit?
Et veritas magna: et fortior pre oīi-
bus. Omnis terra veritatē inuocat: ce-
lum etiā ipam benedicit: et oīa ope-
ra mouētur et tremūt eā · et non est cū
ea quicq̄ꝫ iniquū. Vinum iniquū: ini-
quus rex. Iniqui oēs filij hominū:
et iniqua illoꝝ omnia opera: et nō est
in ipis veritas. Et ī sua iniquitate peri-
būt: et veritas manet et inualescit in
eternū: et viuit · et optinet in secula secu-
loꝝ. Nec est apud eā accipere psonas ·
neqȝ differentias: sed q̄ iusta sunt facit
oīibȝ · iniustis ac malignis · ⁊ oēs
benignātur in operibȝ ei⁹. Et non est
in iudicio eius iniquū: sed fortitudo · ⁊
regnū · ⁊ potestas · ⁊ maiestas omniū
euorū. Benedict⁹ deus veritatis. Et de-
sijt loquēdo. Et omnes ꝑpli clamaue-
runt: et dixerūt. Magna est veritas et
preualet. Tūc rex ait illi. Pete si qd̄ vis
amplius q̄ꝫ que scripta sunt: et dabo
tibi secūdū qd̄ inuent⁹ es sapientioȝ: ⁊
proxim⁹ michi sedebis: ⁊ cognat⁹ me-
us vocaberis. Tunc ait regi. Memor
esto voti tui qd̄ vouisti edificare ihru-
salē ī die qua regnū accepisti: ⁊ oīa
vasa que accepta sunt ex ihr̄lm remit-
tere: que separauit cyrus quando ma-
ctauit babiloniā · et voluit remittere
ea ibi. Et tu vouisti edificare templū:
quod incenderunt ydumei quando

exterminata ē iudea a chaldeis. Et nūc hec
ē qd̄ postulo dn̄e ⁊ qd̄ peto: hec ē maie-
stas a te qd̄ postulo: ut faciaꝰ votū qd̄
vouisti regi celi ex ore tuo. Tūc surgēs
dariꝰ rex osculatꝰ ē illū: ⁊ scripsit episto-
lā ad om̄es dispēsatores ⁊ ꝑfectos et
purpuratos ut deducerēt eū: ⁊ eos q̄ cū
illo erāt om̄es ascendētes edificare ihe-
rusalē. Et om̄ibꝫ ꝑfectis q̄ erāt ī syria ⁊
phenice ⁊ libano scripsit ep̄las: ut trahe-
rēt ligna cedrina a libano ī ihr̄lm: ut e-
dificarēt cū eis ciuitatē. Et scripsit om̄i-
bus iudeis q̄ ascendebāt a regno ī iudeā
pro libertate: omnē potētē ⁊ magistra-
tū et ꝑfectū nō superuenire ad ianuas i-
psoꝝ: ⁊ omnē regionē q̄ꝫ optinuerant
esse immunē eis: ⁊ ydumei relinquerēt ca-
stella q̄ optinēt iudeoꝝ: et ī structurā tē-
pli dare ꝑ singlos ānos talēta viginti
usqꝫ dū perediĩcarēt: et sup sacrariū olo-
caustomata vitulare q̄tidie sicut habēt
hec trāsijt corā me nubes plena aque:
et immisit pluuiā impetu multā. Et
cum transisset impetus pluuie: supera-
uerūt in ea gutte. Et dixit ad me. Co-
gita tibi. Sicut crescit pluuia āplius
ꝙ gutte et ignis ꝙ fumꝰ: sic sup abun-
dauit q̄ transiuit mensura. Superaue-
runt aūt gutte ⁊ fumus. Et oraui et
dixi. Putas uiuo usq; in dieb; illis?
Vel quis erit ī dieb; illis? Respōdit
ad me et dixit. De signis de quibus
me interrogas ex parte possum tibi
dicere: de uita autem tua non sum
missus dicere tibi: sed nescio. ca. v.

De signis aūt: ecce dies ueniēt· in
quib; apphendent qui inhabitāt
terrā in censu multo: ⁊ abscōdetur veri-
tatis via ⁊ sterilis erit a fide regio: et
multiplicabit ī iusticia sup hanc quā
ipe tu uides ⁊ sup quā audisti olim:
et erit imposito uestigio ꝙ nūc uides
regnare regionē· ⁊ uidebūt eā desertā.
Si aūt tibi dederit altissimus uiuere
uidebis post terciā tubam: et relucescet
subito sol noctu· ⁊ luna ter ī die: et de
ligno sanguis stillabit· ⁊ lapis dabit
uocem suā: ⁊ ppli commouebunt· ⁊ re-
gnabit quē non sperāt q̄ inhabitant
super terrā: ⁊ uolatilia commigratio-
nem facient: ⁊ mare sodomiticū pisces
reiciet: ⁊ dabit uocem noctu quā non
nouerāt multi. Omnes aūt audient
uocem eius. Et chaos fiet p loca mul-
ta· et ignis frequēter remittet· et bestie
agrestes transmigrabunt: ⁊ mulieres
menstruate parient mōstra· et in dul-
cibus aquis salse inuenientur: et a-
mici oēs ī semetipos expugnabūt:

et abscondet̄ tunc sensus et intellectus
separabit̄ in promptuariū suū. ⁊ que-
retur a multis ⁊ non inuenietur: et
multiplicabit̄ iniusticia ⁊ incōtinēcia
sup terrā. Et interrogabit regio proxi-
mam suā ⁊ dicet. Nunq̄d p te ptrāsijt
iusticia iustū faciēs? Et hoc negabit.
Et erit in illo tēpore: ⁊ sperabūt hoīi-
nes et nō impetrabūt: laborabunt. ⁊
nō dirigent̄ vie eoꝝ. Hec signa dicere
tibi permissum ē michi. Et si oraueris
iterū et ploraueris sicut et nunc. et ie-
iunaueris septem diebꝫ: audies itera-
to horū maiora. Et euigilaui. et cor-
pus meū horruit valde: ⁊ anima me-
a laborauit ut deficeret. Et tenuit me
qui venit angelus q̄ loquebat̄ in me:
et confortauit me ⁊ statuit me sup pe-
des. Et factū est in nocte scda: ⁊ venit
ad me salathiel dux populi: ⁊ dixit mi-
chi. Ubi eras? Et quare vultus tuus
tristis? Aut nescis quoniā tibi credit⁹
est israhel i regione transmigrationis
eoꝝ? Exsurge ergo ⁊ gusta panē: ⁊ nō
derelinquas nos sicut pastor gregem
suū in manibus luporū malignorū.
Et dixi ei. Uade a me: ⁊ nō appropies
ad me. Et audiuit ut dixi: ⁊ recessit a
me. Et ego ieiunaui diebꝫ septem ulu-
lans et plorans: sicut michi manda-
uit uriel angelus. Et factum est post
dies septem: ⁊ iterū cogitationes cor-
dis mei moleste erant michi valde. Et
resumpsit anima mea spiritū intelle-
ctus: ⁊ iterū cepi loqui corā altissimo
sermones. Et dixi. Dominator dn̄e ex
omī silua terre ⁊ ex omībus arboribꝫ
eius elegisti vineā unicā: et ex omī ter-
ra orbis elegisti tibi foueā unā: et ex o-
mnibus floribus orbis elegisti tibi li-
lium unū: et ex omībus abissis maris
replesti tibi riuū unū: et ex omnibus
edificatis ciuitatibus sanctificasti tibi-
metipi syon: ⁊ ex omībus creatis vo-
latilibus nominasti tibi columbam
unā: et ex omībus plasmatis pecori-
bus prouidisti tibi ouem unā: et ex o-
mnibus multiplicatis ppl'is acquisi-
uisti tibi ppl'm unū: et ab omībus pro-
batam legē donasti huic quē deside-
rasti ppl'o. Et nunc dn̄e ut quid tradi-
disti unū pluribus? Et pparasti supe
unam radicem alias: ⁊ disperdisti uni-
cum tuū in multis. Et conculcauerūt
eū qui cōtradicebāt sponsionibus tu-
is: quiqꝫ tuis testamētis nō credebāt.
Et si odiens odisti ppl'm tuū: tuis ma-
nibus debet castigari. Et factum ē cū
locutus essem sermones: ⁊ missus est
angelus ad me qui ante venerat ad
me pterita nocte: et dixit michi. Audi
me et instruam te: ⁊ intende michi et
adiciā coram te. Et dixi. Loquere dn̄e
meus. Et dixit ad me. Ualde tu in ex-
cessu mentis factus es pro israhel. An
plus dilexisti eum: q̄ꝫ qui eū fecit? Et
dixi ad eū. Non dn̄e: sed dolens locu-
tus sum. Torquent enī me renes mei
per omnē horam querentē apphendere
semitā altissimi: et inuestigare partē
iudicij eius. Et dixit ad me. Non po-
tes. Et dixi. Quare domine? Ad quid
nascebar: aut quare nō fiebat matrix
matris mee michi sepulcrū. ut non vi-
derem laborē iacob. ⁊ defatigationē ge-
neris israhel? Et dixit ad me. Nume-
ra michi q̄ necdū venerāt. ⁊ collige mi-
chi dispersas guttas. Et reuirida mi-
chi aridos flores: ⁊ apri michi clausa
promptuaria: ⁊ produc michi inclu-
sos in eis flatus. Demonstra michi
vocis ymaginē: ⁊ tunc ostendam tibi
laborē quē rogas videre. Et dixi. Do-
minator dn̄e: quis enim est qui potest

hec scire· nisi qui cū hominibꝫ habitati-
onem nō habet? Ego aūt insipiens: ⁊
quomodo potero dicere de hijs quibꝫ
me interrogasti? Et dixit ad me. Quo-
modo non potes facere unū de hijs q̄
dicta sunt: sic nō poteris invenire iu-
dicium meū: aut in fine caritatē quā
populo promisi. Et dixi. Sed ecce do-
mine: tu prope es hijs q̄ in finē sunt. Et
quid facient q̄ ātē me fuerūt: aut nos
aut hij qui post nos? Et dixit ad me.
Corone assimulabo iudiciū meū. Si-
cut non novissimoꝝ tarditas: sic nec
prioꝝ velocitas. Et respōdi et dixi. Nec
poteras facere eos q̄ facti sunt· et q̄ sūt·
et futuri sunt in unū: ut celerius iudi-
cium tuū ostendas? Et respondit ad
me: et dixit. Non potest festinare crea-
tura sup creatorē: nec sustinere sec̄m
eos qui in eo creandi sunt in unū. Et
dixi. Quomodo dixisti servo tuo quo-
niam vivificās vivificasti a te creatā
creaturā in unū ⁊ sustinebat creatura:
poterit ⁊ nūc portare presentes ī unū.
Et dixit ad me. Interroga matricem
mulieris: ⁊ dices ad eam. Et si paris:
quare p tempus? Roga ergo eam: ut
det decem in unū. Et dixi. Non utiq;
poterit: sed sec̄dm tempus. Et dixit ad
me. Et ego dedi matricē terre hijs qui
seminati sunt sup eā p tēpus. Quēad-
modū enī infans non parit ea que se-
nium sunt: sic ego disposui a me crea-
tum sec̄lm. Et interrogavi ⁊ dixi· cum
iam dederis michi viā: loquar corā
te. Nam mater nr̄a de qua dixisti mi-
chi· adhuc iuvenis est: iam senectuti
appropinquat. Et respondit ad me·
et dixit. Interroga eā que parit: ⁊ dicet
tibi. Dices enī ei. Quare quos pperi-
sti nūc non sunt similes hijs qui āte
te· si minores statura? Et dicet tibi et
ipsa. Alij sunt q̄ in iuventute virtutis
nati sunt: ⁊ alij qui sub tempore sene-
ctutis deficiēte matrice sunt nati. Con-
sidera ergo ⁊ tu quoniā minori statu-
ra estis pre hijs qui ante vos: et qui
post vos minori quā vos· quasi iam
senescentes creature et fortitudinem iu-
ventutis pretereuntes. Et dixi. Rogo
domine si inveni graciam ante ocu-
los tuos: demonstra servo tuo per
quem visites creaturam tuam. Ca. VI.

Et dixit ad me. Inicio terreni or-
bis ⁊ anteq̄ starent exitus secli·
et anteq̄ spirarent conventiones ven-
torum· ⁊ anteq̄ sonarent voces toni-
truum ⁊ anteq̄ splenderent nitores cho-
ruscationū: ⁊ anteq̄ cōfirmarent̄ funda-
menta paradisi· anteq̄ viderent̄ decori
flores· ⁊ anteq̄ confirmarentur more
virtutes· anteq̄ colligerent̄ innumera-
biles milicie angeloꝝ: ⁊ anteq̄ extolle-
rentur altitudines aeris· ⁊ anteq̄ no-
minarent̄ mensure firmamentorū: et
anteq̄ estuarent camini in syon ⁊ an-
teq̄ investigarent̄ p̄sentes ānī: ⁊ ante-
q̄ abalienarent̄ eoꝝ qui nūc peccant
adinventiones et cōsignati essent qui
fidem thesaurizaverūt tūc cogitavi et
facta sunt per me solū ⁊ non p aliū: ⁊
finis p me ⁊ non p aliū. Et respondi
et dixi. Que erit separatio temporū?
Aut quādo prioris finis: ⁊ sequentis
inicium? Et dixit ad me. Ab abraam
usq; ad ysaac quando nati sunt ab
eo iacob ⁊ esau: manus iacob tenebat
ab inicio calcaneū esau. Finis enī hu-
ius seculi esau: ⁊ principiū sequētis ia-
cob. Hominis manꝰ inter calcaneū ⁊
manū. Aliud noli querere esdra. Et
respondi ⁊ dixi. O dn̄ator dn̄e· si inve-
ni graciā ante oculos tuos: oro ut de-
monstres servo tuo finē signoꝝ tuoꝝ:

quoꝝ partē michi demonſtraſti nocte
precedēte. Et reſpōdit: et dixit ad me.
Surge ſup pedes tuos: ⁊ audi vocem
pleniſſimam ſonitꝰ. Et erit ſicut com-
motio: nec commouebit̃ locus ī quo
ſtes ſuper eum. Ideo cū loquit̃ tu non
expaueas: quoniā de fine verbum · et
fundamentū terre intelligit̃: qm̄ de ipis
ſermo tremiſcit et commouebit̃. Scit
enim quoniā finem eoꝝ oportet cōmu-
tari. Et factū eſt cum audiſſem ſurrexi
ſuper pedes meos: et audiui · ⁊ ecce vox
loquens: ⁊ ſonus eius ſicut ſonus a-
quarū multaꝝ. Et dixit. Ecce dies ve-
niunt: ⁊ erit quando appropinquare
incipiāt ut viſitent habitantes ī terra:
et quādo inquirere incipiā ab eis qui
iniuſte nocuerūt iniuſticia ſua · ⁊ quā-
do ſuppleta fuerit humilitas ſyon ⁊ cū
ſupſignabit̃ ſeculū qđ incipiet ꝑtran-
ſire: hec ſigna faciā. Libri aperientur
ante faciē firmamēti · ⁊ oēs videbūt
ſimul: ⁊ anniculi infantes loquentur
vocibꝫ ſuis: ⁊ pregnātes immaturos
parient infantes triū ⁊ quatuor menſi-
um · et viuēt ⁊ ſuſcitabunt̃. Et ſubito
apparebūt ſeminata loca nō ſemina-
ta: ⁊ plena promptuaria ſubito inue-
nientur vacua: ⁊ tuba canet cū ſono ·
quā cū oēs audierit ſubito expaue-
ſcent. Et erit: ī illo tempore debellabūt
amici amicos · ut inimici: ⁊ expaueſcet
terra cum hijs. Et vene fontiū ſtabūt:
et non decurrēt ī horis tribus. Et erit:
oīs qui derelictus fuerit ex omnibus
iſtis quibꝫ p̄dixi tibi: ipē ſaluabitur: ⁊
videbit ſalutare meū ⁊ finem ſeculi ve-
ſtri. Et videbūt q̄ recepti ſunt hoīes
qui mortē nō guſtauerūt a natiuita-
te ſua: ⁊ mutabit̃ cor inhabitantiū: et
conuertet̃ in ſenſum aliū. Delebit̃ eni
malū: et extinguetur dolus. Florebit
aūt fides: et vincet̃ corruptela: et oſten-
detur veritas que ſine fructu fuit diebꝫ
tantis. Et factū ē cum loqueretur mi-
chi: et ecce paulatim intuebar ſuper eū
āte quē ſtabam: ⁊ dixit ad me hec. Ve-
ni tibi oſtendere tempꝰ venture noctis.
Si ergo iterum rogaueris · ⁊ iterū ieiu-
naueris ſeptē diebus: iterū tibi renun-
ciabo hoꝝ maiora ꝑ diē quā audiui.
Audita ē enim vox tua apud altiſſi-
mum. Vidit eni fortis directionē tuā:
et prouidit pudiciciā quā a iuuētute
tua habuiſti: ⁊ propter hoc miſit me
demōſtrare tibi hec oīa · ⁊ dicere tibi.
Confide ⁊ noli timere: ⁊ noli feſtinare
in p̄oribꝫ tēporibus cogitare vana:
ut nō ꝓperes a nouiſſimis tēporibus.
Et factū eſt poſt hec ⁊ fleui iterū: ⁊ ſimi-
liter ieiunaui ſeptem diebꝫ: ut ſupplerē
tres ebdomadas que dicte ſunt michi.
Et factū eſt in octaua nocte ⁊ cor meū
turbabat̃ iterato in me: ⁊ cepi loqui co-
ram altiſſimo. Inflammabat̃ eni ſpi-
ritus meus valde: ⁊ anima mea anxi-
abatur: ⁊ dixi. O domine loquēs locu-
tus es ab inicio creature in primo die
dicens. Fiat celū ⁊ terra: ⁊ tuū verbum
opus ꝑfecit. Et erat tūc ſpiritus: et te-
nebre circumferebant̃ ⁊ ſilentiū: ſonꝰ
vocis hoīs nōdū erat abs te. Tūc
dixiſti de theſauris tuis proferri lumē
luminoſū: quo appareret opus tuū.
Et die ſecūdo creaſti ſpiritū firmamēti:
et imperaſti ei ut diuideret ⁊ diuiſionē
faceret inter aq̄s: ut pars quedā ſurſū
recederet pars vero deorſum maneret.
Et tercia die imperaſti aquis congre-
gari ī ſeptima parte terre: ſex vero par-
tes ſiccaſti ⁊ conſeruaſti: ut ex hijs ſint co-
ram te miniſtrātia ſeminata a deo et
culta. Verbū eni tuum proceſſit: ⁊ opꝰ
ſtatim fiebat. Proceſſit enim ſubito

fructꝰ misteriudinis immensus: ⁊ concu-
piscentie gustus multiformes: et flo-
res colore immutabili ⁊ odores odo-
ramenti investigabilis. Et die tercio
hec facta sunt. Quarta aūt die impe-
rasti fieri solis splendorē: lune lumen.
stellarū disposicionē: ⁊ imperasti eis
ut deservirent futuro plasmato homi-
ni. Quinto aūt die dixisti septime par-
ti ubi erat aqua congregata ut procre-
aret animalia ⁊ volatilia et pisces: et
ita fiebat. Aqua muta ⁊ sine anima
que dei nutu iubebant̄ animalia facie-
bat: ut ex hoc mirabilia tua nationes
enarrent. Et tunc conservasti duas ani-
mas: nomen uni vocasti enoch. et no-
men secūde vocasti leviathan: ⁊ sepa-
rasti ea ab alterutro. Non enī poterat
septima pars ubi erat aqua cōgrega-
ta capere ea. Et dedisti enoch unā par-
tem que siccata est tercio die ut habitet
in ea: ubi sūt mōtes mille. Leviathan
aūt dedisti septimā partem humidā:
et servasti eā ut fiat ī devoratione q̄bꝫ
vis et quādo vis. Sexto aūt die impe-
rasti terre ut crearet corā te iumenta et
bestias et reptilia: ⁊ super hijs adam.
quē constituisti ducem sup omībꝫ factis
que fecisti: ⁊ ex eo educimur nos omēs
quęcūq; elegisti ꝑplm. Hec aūt omnia
dixi corā te domine quia propter nos
creasti seclm. Residuas aūt gentes ab
adam natas dixisti eas nil esse: ⁊ quo-
niam salive assimulate sunt: ⁊ quasi
stillicidiū de vase simulasti abundan-
tiam eorū. Et nūc dn̄e ecce iste gentes
que ī nichilū deputate sunt ceperūt do-
minari nr̄i ⁊ devorare: nos aūt ꝑplus
tuus quē vocasti ꝑmogenitū. unige-
nitum emulatorem tuū tradici sumus
in manibꝫ eoꝝ. Et si propter nos crea-
tum est seculū: quare non hereditatem
possidemꝰ cū seclo? Usquequo hec? ca. vii.
Et factū est cum finissem loqui ver-
ba hec: missus ē ad me angelus
q̄ missus fuerat ad me primis nocti-
bus: et dixit ad me. Surge esdra: et
audi s̄mones quos veni loqui ad te.
Et dixi. Loquere deus meus. Et dixit
ad me. Mare positū est in spacioso
loco ut esset altum et immensum: erit
autē ei introitus ī angusto loco posi-
tus: ut esset similis fluminibus. Quis
enī volens voluerit ingredi mare ⁊ vi-
dere eum vel dominari eius: si nō trans-
ierit angustum in latitudinē venire
quomodo poterit? Itē aliud. Civitas
est edificata ⁊ posita in loco cāpestri:
ē autē plena omniū bonoꝝ. Introitꝰ
eius angustus ⁊ in ꝑcipiti positus: ut
esset a dextris quidē ignis. a sinistris
aqua alta: semita aūt est una sola in-
ter eos posita. hoc ē inter ignē ⁊ aquā:
ut non capiat semita nisi solummo-
do vestigiū hominis. Si aūt dabitur
civitas homini in hereditatē: si nūq̄
ātepositū periclm ꝑtransierit. quomo-
do accipiat hereditatē suam? Et dixi.
Sic dn̄e. Et dixit ad me. Sic est ⁊ isrl'
pars. Propter eos enī feci seculum: et
quādo trāsgressus ē adam constitutiones
meas: iudicatū ē quod factū ē. Et facti
sunt introitus huius seculi angusti et
dolentes ⁊ laboriosi: pauci aūt ⁊ mali
et periculoꝝ pleni. ⁊ labore magno op-
re fulti: nam maioris seculi introitus
spaciosi. ⁊ securi: ⁊ facientes immortali-
tatis fructum. Si ergo nō ingredientes
ingressi fuerūt. qui vivunt angusta ⁊
vana hec: nō poterunt recipere que sunt
reposita. Nūc ergo tu quare conturba-
ris cum sis corruptibilis: et quid mo-
veris tu cum sis mortalis? Et quare
nō accepisti in corde tuo qd̄ futurum:

sed qd in presenti? Respōdi ⁊ dixi. Do-
minator dñe: ecce disposuisti lege tua:
quoniā iusti hereditabūt hec. Impij
aūt peribunt: iusti aūt ferent angusta
sperātes spaciosa. Qui enī impie gesse-
runt: ⁊ angusta passi sunt: ⁊ spaciosa
non videbūt. Et dixit ad me. Non est
iudex sup deū: neq; intelligēs sup altis-
simū. Pereāt enī multi p̄sentes: quia
negligit̄ que ātepolita ē dei lex. Mun-
dans enī mūdauit deus venientibus.
quādo venerūt: quid faciētes viuerent
et quid obſuantes nō punirent̄. Hij
autē nō sunt p̄suasi ⁊ cōtradixerūt ei:
et constituerūt sibi cogitamen vanita-
tis. ⁊ p̄posuerunt sibi circumuētiones
delictorū: ⁊ supdixerūt altissimo non
esse. et vias eius nō cognouerūt: et le-
gem eius spreuerunt ⁊ spōsiones eius
abnegauerūt: ⁊ in legitimis eius fidē
non habuerūt. et opera eius nō perfece-
rūt. Propter hoc esdra vacua vacuis:
et plena plenis. Ecce tempus veniet: et
erit quando venient signa que predixi
tibi. Et apparebit spōsa: ⁊ apparescēs
ostendet̄ que nūc subducit̄ terra: ⁊ oīs
qui liberatus ē de predictis malis ipē
videbit mirabilia mea. Reuelabit̄ enī
fili⁹ meus ihesus cum hijs q̄ cū eo sūt:
et iocundabunt̄ q̄ relicti sunt ī annis
quadringentis. Et erit post annos
hos ⁊ morietur fili⁹ me⁹ cristus: ⁊ omēs
q̄ spiramentū habent homines: ⁊ con-
uertetur seclm in antiquū silentiū die-
bus septē sicut ī priorib; iudicijs. ita
ut nemo derelinquat̄. et erit post dies se-
ptem: ⁊ excitabit̄ qd non dū vigilat se-
culum: ⁊ morietur corruptū. Et terra
reddet que in ea dormiunt: ⁊ puluis q̄
in eo silentio habitant: ⁊ promptuari-
a reddēt que eis cōmendate sunt anime.
Et reuelabitur altissimus super sedem
iudicij: ⁊ ptransibūt miserie: ⁊ longa-
nimitas cōgregabit̄. Iudiciū autem
solū remanebit: veritas stabit: ⁊ fides
conualescet. Et opus subsequetur. et
merces ostendet̄: ⁊ iusticie vigilabūt:
et iniusticie nō dñabuntur. Et dixi.
Prim⁹ abrahā propter sodomitas
orauit et moyses pro p̄rib; qui in de-
serto peccauerūt: ⁊ qui post eū p isrl' in
dieb; achaz ⁊ samuelis et dauid pro
cōfractione: ⁊ salomon pro eis qui ve-
nerunt in sanctionē: ⁊ helias pro hijs
qui pluuiā acceperunt ⁊ pro mortuo
ut viuit: ⁊ ezechias pro ppl'o in diebus
sennacherib: ⁊ multi pro multis. Si
ergo modo quando corruptibile incre-
uit. ⁊ iniusticia m̄tiplicata ē. ⁊ oraue-
runt iusti pro impijs. quare ⁊ nūc sic
nō erit? Et respondit ad me et dixit.
Presens seclm nō est finis: gloria in
eo frequens manet: propter hoc ora-
uerunt pro inualidis. Dies enī iudi-
cij erit finis temporis hui⁹: et initium
tēporis future immortalitatis: ī quo
ptransiuit corruptela soluta ē in tem-
perantia abscisa ē incredulitas: creuit
aūt iusticia orta ē veritas. Tunc enim
nemo poterit saluare eū qui perijt: ne-
q; demergere qui vincit. Et respondi ⁊
dixi. Hic sermo meus p̄mus ⁊ nouissi-
mus: quē melius erat nō dare terram
adam: uel cū iā dedisset coercere eū. ut
non peccaret. Quid enī prodest omib;
in presenti viuere in tristicia: ⁊ mortu-
os sperare punitionē. O tu quid feci-
sti adam. Si enī tu peccasti nō est fact⁹
solius tuus casus: sed ⁊ noster qui ex
te aduenimus. Quid enī prodest no-
bis si p̄missum est nobis immortale
tempus: nos aūt mortalia opera egi-
mus? Et quoniā p̄dicta est nobis per-
ennis spes: nos vero pessime vani

facti sumus. Et quoniā reposita sunt
nobis habitacula sanitatis ⁊ securita-
tis: nos vero male cōuersati sumus.
Et quoniā reposita gloria altissimi
protegere eos qui tarde ɔuersati sunt:
nos aūt pessimis vijs ambulauimus.
Et quoniā ostendet paradisus cuius
fructꝰ incorruptus pseuerat in quo est
securitas et medela: nos vero nō ingre-
diemur. In ingratis eni locis cōuersa-
ti sumus. Et qm̄ sup stellas fulgebūt
facies eoꝝ q̄ abstinentiā habuerūt: no-
stre autem facies sup tenebras nigre.
Non eni cogitauimꝰ viuētes quādo
iniquitatē faciebamꝰ: q̄p incipiemus
post mortem pati. Et respōdit ⁊ dixit.
Hoc est cogitamentū certaminis qd
certabit qui sup terrā natus est homo.
ut si victus fuerit patiat̄ quod dixisti.
Si aūt vicerit recipiet quod dico: qm̄
hec ē via quā moyses dixit cū viueret
ad ꝑplm dicens. Elige tibi vitā ut vi-
uas. Nō crediderūt aūt ei: sed nec post
eum ꝓphetis. Sed nec michi qui locu-
tus sum ad eos: qm̄ nō esset tristicia ī
ꝑditionē eoꝝ sicut futurū ē gaudium
sup eos quibꝫ ꝑsuasa est salus. Et re-
spondi ⁊ dixi. Scio dn̄e qm̄ vocatus
est altissimus misericors in eo miser-
atur hijs qui nondū ī seculo aduene-
rūt: ⁊ q̄p miseretur illis qui ɔuersionē
faciūt in lege eius: ⁊ longanimis est
qm̄ lōganimitatē prestat hijs qui pec-
cauerūt quasi suis operibꝫ: ⁊ munificꝰ
est quoniā quidē donare vult pro exi-
gentijs: ⁊ multe miscdie: quoniā mul-
tiplicat magis miscdias hijs qui pre-
sentes sunt ⁊ qui p̄terierūt: ⁊ qui futuri
sunt. Si eni non multiplicauerit mise-
ricordias suas nō viuificabit seculū
cum hijs qui inhereditabāt in eo. Et
donat: qm̄ si nō donauerit de bonitate
sua ut alleuent̄ hij qui iniquitatē fe-
cerunt de suis iniquitatibꝫ: nō poterit
decies millesima pars viuificari homi-
num. Et iudex si nō ignorauerit hijs
qui curati sunt verbo eius ⁊ deleuit
mltitudinem cōtemptionum: nō for-
tassis derelinquerentur innumerabili
multitudine nisi pauci valde. c. viii.
Et respōdit ad me: ⁊ dixit. Hoc se-
clm fecit altissimꝰ propt̄ multos:
futurū aūt propter paucos. Dicā aūt
coram te similitudinē esdra. Quomo-
do aūt interrogabis terrā ⁊ dicet tibi.
quoniā dabit terrā multā magis vn-
de fiat fictile. paruū aūt puluerē unde
aurū fit: sic et actꝰ p̄sentis seculi. Mul-
ti quidē creati sunt: pauci aūt salua-
bunt̄. Et respōdi ⁊ dixi. Absorbe ergo
aīa sensum ⁊ deuorat qd sapit. Con-
uenisti eni obaudire: ⁊ prophetas vo-
lens? Nec eni tibi est datū spaciū: nisi
solummodo viuere. O dn̄e si non per-
mittes seruo tuo ut oremus corā te. ⁊
des nobis semen cordi ⁊ sensui culturā
unde fructus fiat: unde viuere possit o-
mnis corruptus qui portabit locū ho-
minis? Solus eni es: ⁊ una plasma-
tio nos sumus manuū tuaꝝ sicut lo-
cutus es. Et quomodo nūc ī matrice
plasmatū est corpus ⁊ prestas mem-
bra. cōseruat̄ in igni ⁊ aqua tua creati-
o: et nouem mensibus patit̄ tua plas-
matio tuā creaturā que in ea creata ē:
ipm aūt qd seruat ⁊ quod seruat̄ utra-
qꝫ seruabunt̄: seruataqꝫ quādoqꝫ iterū
reddit matrix que ī ea creuerūt. Impe-
rasti eni ex ipis membris hoc ē mamil-
lis p̄bere lac fructui mamillarum: ut
nutriat̄ id quod plasmatū est usqꝫ in
tempus aliquod: ⁊ postea disponas
eū tue miscdie. Enutriuisti eū tua iusti-
cia ⁊ erudisti eū ī lege tua: ⁊ corripuisti

eum tuo intellectu· ⁊ mortificabis eum
ut tua creatura: ⁊ uiuificabis eū ut tu-
um opus. Si ergo ꝓdideris eū q̃ tan-
tis laboribȝ plasmatus est: tuo iussu
facile est ordinari ut ⁊ id qđ fiebat ser-
uaretur. Et nūc dn̄e dicam: de omni
hoīe tu magis scis: de ꝓplo autem
tuo ob quē doleo et de hereditate tua
propter quā lugeo· ⁊ propter isrl' pro-
pter quē tristis sum· et de iacob ꝓpter
quē doleo: ideo incipiā orare corā te
pro me et pro eis: qm̄ video lapsus
nostros q̃ inhabitamꝰ terrā. Sed au-
diui celeritatē iudicis qui futurus est.
Ideo audi vocē meam: ⁊ intellige ser-
monem meū: ⁊ loquar corā te. Iniciū
verboꝝ esdre: priusq̃ assumeretur. Et
dixi. Dn̄e qui inhabitas seclm· cuius
oculi eleuati in superna et aere· ⁊ cuius
thronꝰ inestimabilis et gloria incom-
prehensibilis: cui astat exercitꝰ āgeloꝝ
cum tremore· quoꝝ seruatō in vento ⁊
igni conuertit: cuius verbū verū et di-
cta perseuerantia: cuius iussio fortis et
dispositio terribilis: cuius aspectus a-
resfacit abissos· ⁊ indignatio tabesce-
re facit mōtes: ⁊ veritas testificat. Ex-
audi orationē serui tui: ⁊ auribȝ perci-
pe precationē figmenti tui. Dum eni
viuo loquar: ⁊ dū sapio respondebo.
Ne respicias ꝓpli tui delicta: sed qui ti-
bi in veritate seruiūt. Nec intendas im-
pia gentiū studia: sed qui tua testimo-
nia cum doloribus custodierūt. Nec
cogites qui ī ꝯspectu tuo false cōuersati
sunt: sed memorare qui ex voluntate
tua timorem cognouerūt. Neq; volu-
eris perdere q̃ pecudū mores habuerūt:
sed respicias eos qui legem tuā splen-
dide docuerūt. Nec indigneris eis qui
bestijs peiores iudicati sūt: sed diligas
eos qui semꝑ ī tua iusticia confidunt

et gloria. Quoniam nos ⁊ patres nr̄i
talibȝ morbis languemus: tu autem
propter nos peccatores misericors vo-
caberis. Si eni desideraueris ut nr̄i mise-
rearis· tūc misericors vocaberis: nobis
aūt nō habentibus opera iusticie. Iu-
sti enim q̃bus sunt opera multa repo-
sita: ex proprijs operibus recipiēt mer-
cedem. Quid est eni homo ut ei indi-
gneris ante genꝰ corruptibile: ut ita a-
marꝰ sis de ipo? In veritate eni nemo
de genitis ē qui nō impie gessit: et de
cōfitentibus qui nō deliquit. In hoc e-
nim annūciabit iusticia tua et boni-
tas tua domine: cū misertus fueris eis
qui nō habēt substantiā bonoꝝ operū.
Et rn̄dit ad me: ⁊ dixit. Recte locutꝰ
es aliqua: et iuxta sermones tuos sic
et fiet. Quoniā nō vere cogitabo super
plasma eoꝝ· qui peccauerūt ante mor-
tem ante iudiciū ante ꝓditionē: sed io-
cundabor sup iustoꝝ figmentū: ⁊ me-
morabor peregrinatōnis quoq; et sal-
uationis ⁊ mercedis receptōnis. Quo-
modo ergo locutus sum: sic ⁊ ē. Sicut
eni agricola serit sup terrā semina mul-
ta et plātationes multitudinis plan-
tat: sed nō ī tēpore oīa q̃ seminata sūt
saluant· sed nec oīa que plantata sūt
radicabūt: sic ⁊ qui ī seculo seminati
sunt nō omēs saluabunt. Et respon-
di· ⁊ dixi. Si inueni gratiam loquar.
Quomodo semen agricole si nō ascen-
derit aut nō acceperit pluuiā tuam in
tempore aut si corruptū fuerit multitu-
dine pluuie: sic perit ⁊ similiter homo
qui manibus tuis plasmatus ē: ⁊ tu-
i ymago nominatꝰ: qm̄ similatꝰ es
ei propter quē oīa plasmasti: ⁊ simi-
lasti semini agricole. Nō irascaris su-
per nos sed parce ꝓplo tuo: ⁊ miserere
hereditati tue. Tu autem creature tue

miserteris. Et respōdit ad me: et dixit.
Que sunt p̄sentia presentibz: ⁊ que fu-
tura·futuris. Multū eni tibi restat ut
possis diligere meā creaturā sup me:
tibi aūt frequēter ⁊ ipi proximaui: in-
iustis aūt nunq̄. Sed ⁊ ī hoc mirabi-
lis es corā altissimo: quoniā humili-
asti te sicut decet te: ⁊ nō iudicasti te ut
inter iustos plurimum glorificeris.
Propter qđ miserie mlte ⁊ miserabiles
efficient̄ eis qui habitāt seculū ī nouis-
simis: quia in multa supbia ambla-
uerunt. Tu aūt pro te intellige: ⁊ de si-
milibz tuis inquire glām. Vobis eni
apertus ē paradisus·plātata est arbor
vite: p̄paratū ē futurū tempus·p̄para-
ta ē abundantia: edificata est ciuitas·
probata ē requies: pfecta ē bonitas: et
pfecta sapiētia. Radix mali signata
est a vobis: infirmitas et tinea a vo-
bis abscōsa ē: ⁊ in infernū fugit cor-
ruptio ī obliuione. Transierunt dolo-
res: ⁊ ostensus ē in fine thesaurus im-
mortalitatis. Noli ergo adicere in-
quirendo de mltitudine eoz q̄ pereunt.
Nam ipi accipientes libertatē spreue-
runt altissimū: ⁊ legem ei⁹ contempse-
runt: ⁊ vias eius dereliquerūt. Adhuc
aūt iustos eius conculcauerūt: ⁊ dixerūt
in corde suo nō esse deū: ⁊ quidem scien-
tes q̄m moriunt̄. Sic eni vos suscipi-
ent que predicta sunt: sic eos sitis et
cruciatus que p̄parata sunt. Non eni
voluit hominem disperdi. Sed et ipi
qui creati sunt coinquinauerūt nomē
eius qui fecit eos: et ingrati fuerunt ei
q̄ p̄parauit ei⁹ vitā. Quaprop̄ iudiciū
meū modo appropiquat. Que non o-
mnibz demonstraui nisi tibi: et tibi si-
milibz paucis. Et rn̄di ⁊ dixi. Ecce nūc
dn̄e demōstrasti michi mltitudinem si-
gnorū q̄ incipies facere ī nouissimis:
sed nō demōstrasti michi quo tempore.
Et respondit ad me: ⁊ dixit.
Metiēs metire tēp⁹ ī semetipo:
et erit cum videris quādo trāsierit pars
quedā signoz que p̄dicta sunt: tunc
intelliges q̄m ipm̄ est tempus in quo
incipiet altissimus visitare seclm̄ qđ
ab eo factū est. Et quando videbit̄ in se-
culo motio locoz et pplorū turbatio:
tunc intelliges quoniā de hijs erat al-
tissimus locutus: a diebz qui fuerunt
ante te ab inicio. Sicut eni omne qđ
factum ē in seculo iniciū habet pariter
⁊ consūmationē·⁊ cōsummatio ē ma-
nifesta: sic et altissimi tempora·inicia
habent manifesta in prodigijs et vir-
tutibus ⁊ consummationes ī actu et in
signis. Et erit om̄is qui saluus fact⁹
fuerit ⁊ qui poterit effugere p opera sua
et per fidem in qua credidistis relinquet̄
de p̄dictis periculis: ⁊ videbit salutare
meū in terra mea·⁊ ī finibz meis: q̄m
sanctificaui me a seculo. Et tunc mi-
rabunt̄ qui nūc abusi sunt vias me-
as: ⁊ in tormentis cōmorabunt̄ hij·q̄
eas proiecerūt in contemptu. Qui enim
nō cognouerūt me viuentes beneficia
consecuti ⁊ qui fastidierūt legem meā
cum adhuc erant habentes libertatē:
et cum adhuc esset eis apertus penitētie
locus nō intellexerūt sed spreuerūt: hos
oportet post mortē in cruciamēto co-
gnoscere. Tu ergo noli adhuc curio-
sus esse quomodo impij cruciabūtur:
sed inquire quomodo iusti saluabun-
tur: ⁊ quorū seculū ⁊ propter quos se-
culum ⁊ quādo. Et respōdi ⁊ dixi. O-
lim locut⁹ sum ⁊ nūc dico ⁊ postea di-
cam: quoniā plures sunt qui pereūt·
q̄ qui saluabunt̄: sicut mltiplicat̄ flu-
ctus sup guttam. Et respōdit ad me:
et dixit. Qualis ager talia ⁊ semina: ⁊

quales flores tales ⁊ tincture: et qua-
lis operator talis et creatio: ⁊ qualis
agricola talis cultura· qm̃ temp⁹ erat
seculi. Et nūc cum essem parans eis
hiis qui nūc sunt anteq̃ȝ fieret seculū
in quo habitarent: ⁊ nemo cōtradixit
michi· tunc enī quisq; ⁊ nunc creator
in mundo hic parato ⁊ mense indefi-
cienti ⁊ lege investigabili: corrupti sūt
mores eoꝝ. Et cōsideraui seculū: ⁊ ecce
erat periculū ꝓpter cogitationes que in
eo aduenerunt. Et vidi ⁊ peperci ei val-
de: et seruaui michi acinum de botro:
et plantationē de tribu multa. Pere-
at ergo multitudo que sine causa nata
est: ⁊ seruetur acinus meus ⁊ plātatio
mea: quia cū multo labore ꝑfeci. Tu
aūt si adhuc intromittas septem dies
alios sed non ieiunabis in eis: ibis ī
campū florū ubi domus non est edifi-
cata: ⁊ manducabis solummodo de
floribȝ campi· ⁊ carnē nō gustabis et
vinū non bibes· sed solūmodo flores.
Deprecare altissimū sine intermissio-
ne: et veniam ⁊ loquar tecū. Et profe-
ctus sum sicut dixit michi in campū
qui vocaꝛ ardath: ⁊ sedi ibi in floribȝ.
Et de herbis agri manducaui: ⁊ facta
est esca eaꝝ michi in saturitatē. Et fa-
ctum ē post dies septem ⁊ ego discūbe-
bam supra fenū: ⁊ cor meū iterū turba-
batur sicut ⁊ ante. Et apertū est os me-
um: ⁊ inchoaui dicere corā altissimo:
⁊ dixi. O dn̄e te nobis ostēdens osten-
sus es patribȝ nr̄is ī deserto quādo erāt
exeuntes de egipto: qđ non calcatur et
infructuoso: ⁊ dicēs dixisti. Tu israhel
audi me: ⁊ semen iacob intende sermo-
nibȝ meis. Ecce enī ego semino ī vobis
legem meā: ⁊ faciet in vobis fructum: ⁊
glorificabimini in eo ꝑ seclm̄. Nā pa-
tres nr̄i accipientes legē nō seruauerūt:
et legitima mea non custodierūt: ⁊ fa-
ctus ē fructus legis nō parens· nec enī
poterat quoniā tuus erat: nā qui acce-
perunt perierunt: nō custodiētes quod
in eis seminatū fuerat. Et ecce cōsuetu-
do est: ut cum acceperit terra semen· vel
nauē mare· vel vas aliqđ escam vel
potum: cū fuerit exterminatū id in quo
seminatū ē vel in qđ missum ē: simul
id quod seminatū vel missum ē vel q̃
suscepta sunt exterminanꝛ: ⁊ suscepta
iam nō manent apud nos. Sed no-
bis sic non factum ē. Nos quidem qui
legem accepimus peccantes periuimus
et cor nostrū quod suscepit eam: nam
lex nō periit: sed ꝑmansit in suo labo-
re. Et cū loquerer hec in corde meo re-
spexi oculis meis: ⁊ vidi mulierem in
dextera parte. Et ecce hec lugebat ⁊ plo-
rabat cum voce magna: ⁊ animo do-
lebat valde: ⁊ vestimenta eius discissa·
et cinis sup caput eius. Et dimisi co-
gitatus ī quibȝ eram cogitans: ⁊ con-
uersus sum ad eā: ⁊ dixi ei. Ut quid
fles: ⁊ quid doles animo? Et dixit ad
me. Dimitte me dn̄s meus ut defleā
me: ⁊ adiciā dolorem qm̄ valde ama-
ra sum animo: ⁊ humiliata sū valde.
Et dixi ei. Quid passa es? Dic michi.
Et dixit ad me. Sterilis fui ego fa-
mula tua: ⁊ nō peperi habens maritū
annis triginta. Ego enī ꝑ singulas
horas ⁊ per singulos dies ⁊ annos
triginta hos deprecor altissimum no-
cte ac die. Et factum est post triginta
annos exaudiuit me deus ancillam
tuam: ⁊ vidit humilitatem meam et
attendit tribulationi mee: ⁊ dedit mi-
chi filiū. Et iocundata sum sup eum
valde ego ⁊ vir meus ⁊ omnes ciues
mei: ⁊ honorificabamus valde fortem.
Et nutriui eū cū labore multo: et factū

ē cū creuiſſet ⁊ veniſſet accipere vxorē: fe-
Et factum ē cum ci diē epuli.
introiſſet filius me⁹ in thalamo
ſuo: cecidit ⁊ mortuus ē: ⁊ euertimus
oīnes lumina. Et ſurrexerūt oīnes ci-
ues mei ad conſolandū me: ⁊ quieui
uſq; in aliū diē· uſq; nocte. Et factum
eſt cum oīnes quieuiſſent ut me cōſo-
larent̄ ut quieſcerem: ⁊ ſurrexi nocte et
fugi et veni ſicut vides in hoc campo:
et cogito iam nō reuerti in ciuitatem:
ſed hic conſiſtere: ⁊ neq; manducare
neq; bibere: ſed ſine intermiſſione luge-
re ⁊ ieiunare uſq; dū moriar. Et dere-
liqui ſermones in quibus eram: et
reſpondi cum iracundia ad eam: et
dixi. Stulta ſuꝑ omnes mulieres: nō
vides luctum nrm̄ ⁊ que nobis cōtin-
gunt? Quoniā ſyon mater nr̄a omnī
triſticia ɔtriſtatur ⁊ humilitate humi-
liata eſt ⁊ lugē validiſſime: ⁊ nūc qm̄
oīnes lugemus ⁊ triſtes ſumus· quo-
niam oīnes cōtriſtati ſumus: tu autē
ɔtriſtaris in uno filio. Interroga eni
terrā ⁊ dicet tibi: quoniā hec ē q̄ debeat
lugere caſum tātoꝝ ſuꝑ eā germinan-
tium. Et ex ipā ab inicio oīnes nati
et alij venient. Et ecce ꝑne omnes in
ꝑditionem ambulāt: ⁊ exterminiū fit
multitudo eorū. Et quis ergo debet lu-
gere magis· niſi hec que tam magnā
multitudinē ꝑdidit: q̄ tu que ꝓ uno
doles? Si aūt dicis michi quoniam
non ē planct⁹ meus ſimilis terre: quo-
niā fructus ventris mei ꝑdidi· quē cum
meroribꝫ peperi ⁊ cū doloribꝫ genui:
terra aūt ſcd̄m viā terre· abijtq; in ea
multitudo preſens· quomodo euenit:
et ego tibi dico. Sicut tu cum labore
ꝑperiſti: ſic et terra dat fructum ſuū ho-
mini ab inicio ei qui fecit eam. Nunc
ergo retine apud temetipām dolorem
tuū: et fortiter fer qui tibi contigerunt
caſus. Si eni iuſtificaueris terminū dei
et cōſiliū ſuū· recipies ī tēpore: ⁊ in ta-
libus collaudaberis. Ingredere ergo ī
ciuitatē ad virū tuum. Et dixit ad me.
Nō faciā: neq; ingrediar ciuitatē: ſed
hic moriar. Et appoſui adhuc loqui
ad eam· ⁊ dixi. Noli facere hūc ſermo-
nem: ſed cōſenti ꝑſuadenti. Quot enim
caſus ſyon? Conſolare ꝓpter dolorē
ihrlm. Vides enim qm̄ ſanctificatio
noſtra deſerta effecta ē· ⁊ altare noſtrū
demolitū eſt· ⁊ templū nrm̄ deſtructū ē:
et pſalteriū noſtrū humiliatū eſt· ⁊ y-
mn⁹ ɔticuit: ⁊ exultatio noſtra diſſo-
luta eſt· ⁊ lumen candelabri nr̄i extin-
ctum ē: ⁊ archa teſtamenti nr̄i direpta
eſt· ⁊ ſancta nr̄a ɔtaminata ſūt: ⁊ no-
men quod inuocatum ē ſuꝑ nos ꝑne
prophanatū eſt· ⁊ liberi noſtri cōtume-
liam paſſi ſunt· ⁊ ſacerdotes nr̄i ſuccen-
ſi ſūt ⁊ leuite nr̄i ī captiuitatē abierūt:
et virgines nr̄e coīquinate ſunt: ⁊ mu-
lieres nr̄e vim paſſe ſunt ⁊ iuſti noſtri
rapti ſunt· ⁊ paruuli nr̄i ꝑditi ſunt: et
iuuenes noſtri ſeruierūt: ⁊ fortes noſtri
inualidi facti ſunt. Et quod omniū
maius ſignaculū ſyon: qm̄ reſignata
eſt de gloria ſua. Nam ⁊ tradita ē in
manibꝫ eorū qui nos oderūt. Tu ergo
excute tuā triſticiā multam: et depone
abs te multitudinē doloꝝ: ut tibi repro-
picietur fortis: ⁊ requiē faciet tibi altiſ-
ſimus· requietionē laborū. Et factum
eſt cū loquebar ad eam facies ei⁹ ful-
gebat ſubito: ⁊ ſpecies choruſcus fie-
bat viſus eius: ut eſſem pauēs valde
ad eam ⁊ cogitarem quid eſſet hoc. Et
ecce ſubito emiſit ſonitum vocis ma-
gnū timore plenū: ut ɔmoueret̄ terra
a mulieris ſono. Et vidi: ⁊ ecce ampli⁹
mulier nō cōparebat michi: ſed ciuitas

edificabatur et locus demonstrabatur de
fundamentis magnis: et timui et clama-
vi voce magna: et dixi. Ubi est huriel
angelus qui a principio venit ad me?
Quoniam ipse me fecit venire in multitu-
dine in excessu mentis huius. Et factus
est finis meus in corruptionem: et oratio
mea improperium: et cum essem loquens
ego hec: ecce venit ad me et vidit me. Et
ecce eram positus ut mortuus: et intelle-
ctus meus alienatus erat. Et tenuit dexte-
ram meam et confortavit me: et statuit me
super pedes meos. Et dixit michi. Quid
tibi est et quare conturbatus est intellectus tuus
et sensus cordis tui: et quare conturba-
ris? Et dixi. Quoniam dereliquisti me.
Et ego quidem feci secundum sermones tuos:
et exivi in campum: et ecce vidi et video
quod non possum enarrare. Et dixit ad
me. Sta ut vir: et commonebo te. Et di-
xi. Loquere domine meus tu in me. Noli
me derelinquere ut non frustra moriar:
quoniam vidi que non sciebam: et audio que
non scio. Aut numquid sensus meus falli-
tur: et anima mea sompniat? Nunc er-
go deprecor te: ut demonstres servo tuo
de excessu hoc. Et respondit ad me: et di-
xit. Audi me et doceam te: et dicam tibi
de quibus times: quoniam altissimus revela-
vit tibi misteria multa. Vidit rectam viam
tuam: quoniam sine intermissione contrista-
baris pro populo tuo: et valde lugebas
propter syon. Hic ergo intellectus visi-
onis que tibi apparuit ante paululum.
Quam vidisti lugentem inchoasti conso-
lari eam: nunc autem iam speciem mulieris non
vides: sed apparuit tibi civitas edifica-
ri. et quoniam enarrabat tibi de casu fi-
lii sui. Hec absolutio est. Hec mulier
quam vidisti hec est syon: et quoniam dixit
tibi que et nunc conspicies ut civitatem edi-
ficatam. Et quoniam dixit tibi quia
sterilis fuit annis triginta: propter quod
erant anni scilicet triginta quando non
erat in ea adhuc oblatio oblata. Et
factum est post annos triginta edificavit
salomon civitatem et obtulit oblatio-
nes: tunc fuit quando peperit sterilis filium.
Et quod tibi dixit quoniam nutrivit eum cum
labore: hoc erat habitatio in ierusalem.
Et quoniam dixit tibi quod filius meus veniens in
suo thalamo mortuus esset et contigisset
ei casus: hoc erat que facta est ruina ihe-
rusalem. Et ecce vidisti similitudinem eius:
et quoniam filium lugeret inchoasti con-
solari eam: et de hiis que contigerunt hec
erant tibi aperienda. Et nunc videt altis-
simus quoniam ex animo contristatus es: et
quoniam ex toto corde pateris pro ea:
ostendit tibi claritatem glorie eius: et pul-
critudinem decoris eius. Propterea enim di-
xi tibi: ut maneres in campo ubi domus non
est edificata. Sciebam enim ego quoni-
am altissimus incipiebat tibi ostende-
re hec: propterea dixi tibi ut venires in
agrum ubi non est fundamentum edificii. Nec
enim poterat opus edificii hominis susti-
neri in loco: ubi incipiebat altissimi
civitas ostendi. Tu ergo noli timere
neque expavescat cor tuum: sed ingredere
et vide splendorem et magnitudinem edi-
ficii: quantum capax est tibi visu oculorum
videre: et post hec audies quantum capit
auditus aurium tuarum audire. Tu enim
beatus es pre multis: et vocatus es apud
altissimum: sicut et pauci. Nocte autem
que in crastinum futura est manebis hic: et
ostendet tibi altissimus eas visiones
superiorum que faciet altissimus hiis qui
habitant super terram a novissimis
diebus. Et dormivi illam noctem et
aliam: sicut dixerat michi. Ca. xi.
Et vidi somnium: et ecce ascendebat
de mari aquila cui erant duodeci

ale pennarū: ⁊ capita tria . Et vidi: et
ecce expādebat alas suas ī omnē terrā:
et omēs venti celi insufflabant in eā ⁊
colligebant̄. Et vidi: et de pennis eius
nascebant̄ cōtrarie penne: ⁊ ipse fiebāt
in pēnaculis minutis ⁊ modicis. Nā
capita eius erāt quiescentia: ⁊ dimidi-
um caput erat maius aliorū capitū:
sed ipā quiescebat cū eis. Et vidi: et ec-
ce aquila volauit in pennis suis: et re-
gnauit sup terrā ⁊ sup eos q̄ habitant
in ea. Et vidi qm̄ subiecta erāt ei omīa
sub celo: ⁊ nemo illi cōtradicebat: neq;
vnus de creatura que est sup terrā. Et
vidi: ⁊ ecce surrexit aquila sup vngues
suos: ⁊ misit vocem pennis suis dicēs.
Nolite omēs simul vigilare: dormite
vnusquisq; ī loco suo: ⁊ p tempus vi-
gilate. Capita aūt in nouissimo fuen-
tur. Et vidi: et ecce vox nō exibat de ca-
pitibus eius: sed de medietate corporis
eius. Et numeraui cōtrarias pennas
eius: ⁊ ecce ipē erant octo. Et vidi: et ec-
ce a dextera parte surrexit vna penna:
et regnauit sup omnē terrā. Et factū ē
cum regnaret· venit ei finis: ⁊ nō appa-
ruit locus ei⁹: ⁊ sequēs exsurrexit et re-
gnabat. Ipā multū tenuit temp⁹. Et
factum ē cū regnaret: ⁊ veniebat finis
eius ut nō appareret sicut prior: ⁊ ecce
vox emissa est illi dicēs. Audi tu que
tāto tempore tenuisti terrā. Hec ānun-
cio tibi anteq̄ incipias non apparere.
Nemo post te tenebit tēpus tuum: sed
nec dimidiū ei⁹. Et leuauit tercia: ⁊ te-
nuit pricipatū sicut ⁊ priores: ⁊ non
apparuit ⁊ ipā. Et sic cōtingebat omni-
bus alijs singlatim pricipatū gerere:
et iterū nulq̄ comparere. Et vidi: ⁊ ecce
in tēpore· sequētes penne erigebant̄ a
dextera parte ut tenerēt ⁊ ipē principatū:
et ex hijs erant que tenebāt: sed tamen

statim nō comparescebāt: nā ⁊ alique
ex eis erigebant̄· sed nō tenebāt princi-
patū. Et vidi post hec: ⁊ ecce nō compa-
ruerunt duodecim penne ⁊ duo penna-
cula: ⁊ nichil supererat in corpore aqui-
le nisi duo capita quiescentia ⁊ sex pen-
nacula. Et vidi: ⁊ ecce sex pennaculis
diuise sunt due: ⁊ māserūt sub capite
qd̄ ē ad dexterā partem. Nam quatuor
manserūt ī loco suo. Et vidi: ⁊ ecce hec
subalares cogitabāt se erigere: ⁊ tene-
re principatus. Et vidi: et vna erecta ē:
sed statim nō comparuit. Et scd̄e velo-
cius q̄ priores non comparuerūt. Et
vidi: ⁊ ecce due que supraueūt apud
semetipās cogitabāt ⁊ ipē regnare: et
in eo cū cogitarent· ecce vnū quiescen-
tium capitū qd̄ erat mediū euigilabat.
Hoc eni erat duoꝝ capitū maius. Et
vidi qm̄ cōplexa sūt duo capita secū: ⁊
ecce cōuersum ē caput cum hijs qui cū
eo erant: ⁊ comedit duas subalares
que cogitabant regnare. Hoc aūt ca-
put pterruit omnē terrā: ⁊ dn̄abat̄
in ea hijs qui habitant terrā cū labore
multo: ⁊ potentatū tenuit orbis terraꝝ
sup omnes alas que fuerūt. Et vidi
post hec: ⁊ ecce mediū caput subito nō
comparuit: ⁊ hoc sicut ale. Superaue-
runt aūt duo capita: q̄ ⁊ ipā similiter
regnauerūt sup terram: ⁊ sup eos qui
habitant ī ea. Et vidi: ⁊ ecce deuorauit
caput a dextera parte illud qd̄ a leua.
Et audiui vocē dicentem michi. Con-
spice cōtra te: et considera quod vides.
Et vidi: et ecce sicut leo concitatus de
silua rugiens: et vidi qm̄ emittebat vo-
cem hominis ad aquilā. Et dixit di-
cens. Audi tu· et loquar ad te: ⁊ dicit
altissimus tibi. Nōne tu es q̄ supera-
sti de quatuor animalibꝫ que feceram
regnare ī seclo meo: ⁊ ut p eos venirent

finis temporū eorū? Et quartus veni-
ens devicit oīa animalia q̄ transierūt.
et potentatu tenuit seclm cum tremore
multo. ⁊ omnē orbem cū labore pessimo:
et inhabitavit tot temporibꝫ orbem ter-
rarū cū dolo. Et iudicasti terram non
cū veritate. Tribulasti eni mansuetos
⁊ lesisti quiescētes: ⁊ dilexisti mendaces
et destruxisti habitationes eoꝝ q̄ fructi-
ficabāt: et humiliasti muros eoꝝ qui
te nō nocuerūt. Et ascendit cōtumelia
tua ad altissimū: ⁊ supbia tua ad for-
tem. Et respexit altissimus supba tem-
pora: et ecce finita sunt: ⁊ scelera eius
completa sūt. Propterea nō appareas
tu aquila ⁊ ale tue horribiles ⁊ penna-
cula tua pessima. ⁊ capita tua mali-
gna. et ungues tui pessimi. ⁊ omē cor-
pus tuū vanū: uti refrigeretur oīs terra.
et revertatur liberata de tua vi: ⁊ speret iudi-
ciū ⁊ misericordiam eius q̄ fecit eam.

Et factū est dū loqueretur leo verba
hec ad aquilā: ⁊ vidi et ecce qꝺ su-
peraverat caput et non comparuerūt
quatuor ale ille que ad eū trāsierunt ⁊
erecte sunt ut regnarēt: ⁊ erat regnū eo-
rum exile. ⁊ tumultu plenū. Et vidi: et
ecce ipa nō apparebāt: ⁊ omne corpus
aquile incendebatur: ⁊ expavescebat terra
valde. Et ego a tumultu ⁊ excessu men-
tis et a magno timore vigilavi: et di-
xi spiritui meo. Ecce tu pstitisti michi
hoc: in eo qꝺ scrutaris vias altissimi.
Ecce adhuc fatigatus sum animo. et
spiritu meo invalidus sū valde: ⁊ nec
modica ē in me virt⁹ a multo timore
quo expavi nocte hac. Nūc ergo orabo
altissimū: ut me confortet usqꝫ in finē.
Et dixi. Dñator dñe si inveni gratiā
ante oculos tuos. ⁊ si iustificat⁹ sum a-
pud te pre multis. ⁊ si certe ascendit de-
precatio mea āte faciē tuā: cōforta me
et ostende servo tuo michi interptatio-
nem et distinctionem visus horribilis
huius: ut plenissime cōsoleris animā
meā. Dignū eni me habuisti: ostende-
re michi tēporū novissima. Et dixit
ad me. Hec ē interptatio visionis hu-
ius. Aquilā quā vidisti ascendentem
de mari: hoc ē regnū qꝺ visum ē in vi-
sione danieli fratri tuo. Sed nō est illi
interpretatū: quō ego nūc tibi interpre-
tor. Ecce dies veniūt: ⁊ exsurget regnū
sup terrā: ⁊ erit timor acrior omniū re-
gnorū que fuerūt āte eū. Regnabunt
aūt in ea reges duodecim: unus post
unum. Nā secūdus incipiet regnare:
et ipe tenebit amplius tēpus pre duo-
decim. Hec ē interpretatio duodecim
alaꝝ quas vidisti. Et quā audisti vo-
cem que locuta est nō de capitibꝫ eius
exeuntē sed de medio corpore ei⁹: hec
est interpretatio. Quoniā post temp⁹
regni illius nascentur contentiones non
modice: ⁊ periclitabitur ut cadat et non
cadet tunc: sed iterū constituetur in suū
initiū. Et quō vidisti subalares octo
coherentes alis ei⁹: hec ē interpretatio.
Exsurgent in ipō octo reges quorum
erūt tēpora levia ⁊ anni citati: ⁊ duo
quidē ex ipsis peribunt. Appropinquāte
aūt tēpore medio. quatuor servabun-
tur i tpe: cum incipiet appropinquare
tēpus eius ut finiatur. Due vero in fi-
nem servabuntur. Et quoniā vidisti tria
capita quiescentia: hec ē interptatio. In
novissimis eius suscitabit altissimus
tria regna: et revocabit in ea multa et
dñabuntur terrā ⁊ qui habitāt in ea: cū
labore multo sup omēs q̄ fuerūt ante
hos. Propter hoc ipi vocati sunt ca-
pita aquile. Isti enim erunt q̄ recapi-
tulabunt impietates eius et qui perfi-
cient novissima eius. Et quō vidisti

capit maius nō apparens: hec est in-
terpretatio eiꝰ. Quoniā unꝰ ex eis sup
lectum suum morietᷣ ⁊ tamen cum tor-
mentis. Nam duo q̄ ꝑseuerauerint:
gladius eos comedet. Unius enim
gladius comedet qui cū eo: sed tamen
hic gladio ī nouissimis cadet. Et quā
vidisti duas subalares traicientes su-
per capud qđ est in dextera parte: hec est
interptatio. Hij sunt quos conſuauit
altissimus in finē suū: hoc ē regnum
exile ⁊ turbationis plenū. Sicut vidi-
sti et leonem quē vidisti de silua euigi-
lantem ⁊ rugientē ⁊ loquentē ad aqui-
lam et arguentem eā ⁊ iniusticias ipi-
us ꝑ omnes sermones eiꝰ sicut audi-
sti: hic ē ventus quē ſuauit altissimus
ī finē ad eos et impietates ipoꝝ: ⁊ ar-
guet illos ⁊ incutiet corā ipis scerptio-
nes eoꝝ. Statuet enī eos in iudicium
viuos: ⁊ erit cū arguerit eos: tūc corri-
piet eos. Nam residuū ꝑplm meū libe-
rabit cum misericia qui saluati sūt sup
fines meos: ⁊ iocundabit eos quoad-
usqꝫ veniet finis dies iudicij de quo
locutꝰ sum tibi ab inicio. Hoc somni-
um qđ vidisti: ⁊ hee interpretationes.
Tu ergo solus dignus fuisti scire altis-
simi secretū hoc. Scribe ergo omnia
ista in libro que vidisti ⁊ pone ea ī lo-
co absondito: ⁊ docebis ea sapiētes de
ꝑplo tuo: quoꝝ corda scis posse capere
et seruare secreta hec. Tu aūt adhuc su-
stine hic alios dies septem: ut tibi o-
stendatᷣ quicquid visū fuerit altissimo
ostendere tibi. Et profectꝰ est a me. Et
factū ē cum audisset omīs ꝑplus quī
ptransierūt septē dies ⁊ ego nō fuissem
reuersus ī ciuitatē: et ꝯgregauit se oīs
a minimo usqꝫ ad maximū ⁊ venit ad
me: ⁊ dixerunt michi dicētes. Quid
peccauimꝰ tibi: ⁊ quid iniuste egimus

in te quoniā derelinquēs nos sedisti ī
loco hoc? Tu enī nobis supes solus
ex omībꝫ ꝑplis sicut botrus de vinea:
et sicut lucerna in loco obscuro: ⁊ sicut
portus ⁊ nauis saluata a tempestate.
Aut non sufficiūt nobis mala que
ꝯtingūt? Si ergo tu nos dereliqueris:
quanto nobis erat melius si essemus
succensi et nos cū incendio syon? Nec
enī nos meliores sumus eorū qui ibi
mortui sunt. Et plorauerūt voce ma-
gna. Et respondi ad eos ⁊ dixi. Con-
fide israhel: ⁊ noli tristari tu domus ia-
cob. Est enī memoria vestri corā altis-
simo: ⁊ fortis non ē oblitꝰ nostri ī tem-
ptatione. Ego enī non dereliqui vos
neqꝫ excessi a vobis: sed veni in hūc lo-
cum ut deprecarer ꝓ desolatione syon:
ut quererē misericordiam pro humilitate
sanctificationis vestre. Et nūc ite unus-
quisqꝫ vestrum ī domū suā: et ego veni-
am ad vos post dies istos. Et profe-
ctus ē populus sicut dixi ei in ciuitate.
Ego aūt sedi in cāpo septem diebus
sicut michi mādauit: ⁊ manducabā de
floribus solummodo agri: de herbis
facta est esca michi ī diebꝫ illis. ca. xiii.

Et factum ē post dies septem: ⁊ so-
mniaui somniū nocte. Et ecce de
mari ventus exsurgebat: ut ꝯturbaret
omnes fluctus eiꝰ. Et vidi: ⁊ ecce conuale-
scebat ille homo cum milibꝫ celi: ⁊ ubi
vultū suū vertebat ut ꝯsideraret treme-
bat omnia que sub eo videbantᷣ: et ubi-
cūqꝫ exibat vox de ore eius ardescebāt
omnes q̄ audiebāt voces eiꝰ sicut quie-
scit terra quando senserit ignē. Et vidi
post hec: ⁊ ecce ꝯgregabatᷣ multitudo
hominū quoꝝ nō erat numerꝰ de qua-
tuor ventis celi ut debellarent hominē
qui ascenderat de mari. Et vidi: ⁊ ecce
sibimetipi sculpserat montē magnū:

et volauit sup eū. Ego aūt quesiui vi-
dere regionem uel locū unde sculptus
esset mōs: & nō potui. Et post hec vidi:
et ecce om̄es q̄ ɔgregati sunt ad eum
ut expugnarent eū timebāt valde: ta-
men audebant pugnare. Et ecce ut vi-
dit impetū mltitudinis venientis·nō
leuauit manū suā neq; frameā tene-
bat·neq; aliqd̄ vas bellicosum: nisi
solūmodo ut vidi·quoniā emisit de o-
re suo sicut flatum ignis·& de labijs
eius spiritus flamme·et de lingua ei9
emittebat scintillas & tēpestates: & com-
mixta sunt oīa simul hic flatus ignis
et spiritus flāme·& multitudo tempe-
statis: & concidit sup multitudinē in
impetu que parata erat pugnare & suc-
cendit om̄es: ut subito nichil videretur
de innumerabili multitudine·nisi so-
lummodo puluis et fumi odor. Et vi-
di: et extimui. Et post hec vidi ipm̄ ho-
minem descendētē de mōte et vocantē
ad se multitudinē aliā pacificā: & acce-
debāt ad eum vultus hominū mltorū
quorūdā gaudentiū·quorundā tristā-
tium: aliqui vero alligati: aliqui ad-
ducentes ex eis q̄ offerebant. Et egro-
taui a multitudine pauoris: & expge-
factus sum: & dixi. Tu ab initio demon-
strasti suo tuo mirabilia hec: & dignū
me habuisti ut susciperes dep̄cationem
meā: & nunc demonstra michi adhuc
interp̄tationē somnij hui9. Sicut eni
existimo ī sensu meo: ve qui derelicti fue-
rūt ī dieb; illis. Et mlto plus ve hijs:
qui nō sunt derelicti. Qui eni non sunt
derelicti tristes erāt. Intelligo nūc que
sunt reposita ī nouissimis diebus: et
occurrent eis: sed et hijs q̄ derelicti sunt.
Propter hoc venerūt eni in p̄icula ma-
gna·et necessitates mltas: sicut osten-
dunt somnia hec. Attamen facilius
est periclitantē venire in hūc q̄; ptrāsire
sicut nubem a seculo: et nunc videre q̄
contingūt in nouissimo. Et respōdit
ad me: et dixit. Et visionis interpreta-
tionē dicā tibi: & de quib; locutus es
adapriā tibi. Quoniā de hijs dixisti
qui derelicti sūt: hec ē interp̄tatio. Qui
aufert p̄iculū illo tēpore: hic se custo-
diuit. Qui in periculo inciderūt: hij sūt
qui habent opera & fidē ad fortissimū.
Scito ergo: quoniā magis beatifica-
ti sunt qui derelicti: sup eos qui mortui
sūt. Hee interp̄tationes visionis. Qui-
a vidisti virū ascendentē de corde maris·
ipse ē quē ɔsuat altissim9 mltis tēpori-
b;: q̄ per semetipm̄ liberabit creaturā su-
am: et ipse disponet q̄ derelicti sunt. Et
quoniā vidisti de ore ei9 exire ut spiri-
tum et ignē & tempestatem: & quoniā
non tenebat frameā neq; vas bellico-
sum: corrupit enim impetus ei9 multi-
tudinē que venerat expugnare eū: hec
est interp̄tatio. Ecce dies veniūt quan-
do incipiet altissimus liberare eos que
sup terram sunt: & veniet ī excessu men-
tis super eos qui inhabitant terrā. Et
alij alios cogitabūt debellare: ciuitas
ciuitatem & locus locū·& gens aduer-
sus gentem: & regnū aduersus regnū.
Et erit cū fient hec: & contingent signa
que ante ostendi tibi: & tūc reuelabit
filius meus: quē vidisti ut virū ascen-
dentem. Et erit quādo audierint om̄es
gentes vocem eius: & derelinquet vnus-
quisq; ī regione sua bellū suū qd̄ habet
ad alterutrū: & colliget in unū multi-
tudo innumerabilis sicut volētes ve-
mauerint te: benedictiq; erūt qui edifi-
cauerint te. Tu autē letaberis ī filijs tuis:
quoniā oēs benedicētur: et congre-
gabuntur ad dñm. Beati omnes qui
diligunt te: et qui gaudēt super pace
tua. Anima mea benedic dñm: quo-
niam liberauit ierusalem ciuitatem
suā. Beatus ero: si fuerint reliquie se-
minis mei ad vidēdā claritatē ierusa-
lem. Porte ierusalē ex saphiro et sma-
ragdo edificabūtur: et ex lapide preci-
oso omnis circuit⁹ murorū eius. Ex
lapide cādido et mundo oēs platee
eius sternentur: et per vicos eius alle-
luia cantabitur. Benedictus dñs qui
exaltauit eam: ut sit regnum eius in
secula seculorū sup eam amē. ca. xiiii.

Et consumati sunt sermones to-
bie. Et postq̄ illuminatus est
tobias vixit ānis quadragintaduo-
bus: et vidit filios nepotū suorū. Com-
pletis itaq; ānis centumduob;: sepul-
tus est honorifice ī niniue. Quinqua-
ginta namq; et sex annorū lumen ocu-
lorum amisit: sexagenarius vero rece-
pit. Reliquū vero vite sue in gaudio
fuit: et cum bono profectu timoris dei
perrexit in pace. In hora autē mortis
sue vocauit ad se tobiam filiū suum: et
septē iuuenes filios suos nepotes: di-
xitq; eis. Prope erit interitus niniue.
Non enim excidit verbū dñi: et fratres
nostri qui dispersi sunt a terra israhel:
reuertent ad eam. Omnis autē terra
eius deserta replebitur: et domus dei
que ī ea incensa est iterū reedificabitur:
ibiq; reuertētur oēs timentes deum.
Et relinquent gentes ydola sua: et ve-
nient in ierusalē: et inhabitabunt in
ea: et gaudebūt in ea omnes reges ter-
re: adorātes regem isrl'. Audite ergo
filij mei: patrem vestrū. Seruite dño
in veritate: et inquirite ut faciatis que
placita sunt illi. Et filijs vestris man-
date: ut faciāt iusticias et elemosinas:
ut sint memores dei: et benedicant eū
in omni tempore in veritate et ī tota

virtute sua. Nūc ergo filij audite me: et nolite manere hic. Sed quacumq; die sepelieritis matrē vestrā · circa me in uno sepulcro: ex eo dirigite gressus vestros ut exeatis hinc. Video enim: quia iniquitas eius finē dabit ei. Factum est aūt post obitū matris sue · tobias abscessit ex niniue cū uxore sua ꝛ filijs · et filiorꝫ filijs: et reuersus est ad soceros suos. Inuenitq; eos incolumes in senectute bona: et curā eorum gessit. Et ipē clausit oculos eorū: et omnem hereditatē domus raguelis ipē percepit: viditq; quintā generationē filios filiorꝫ suorꝫ. Et cōpletis annis nonaginta et nouem in timore domini: cum gaudio sepelierunt eum. Omnis autē cognatio eius ꝛ omnis generatio eius in bona vita ꝛ in sancta conuersatione pmāsit: ita ut accepti essēt tā deo q̄ hominibꝫ: ꝛ cunctis habitātibꝫ terram. Explicit liber tobie

Incipit prologus in librū iudith.

Apud hebreos liber iudith inter agyographa legit': cui⁹ auctoritas ad roboranda illa que in contentionem veniunt min⁹ ydonea iudicatur. Chaldeo tamē sermone cōscript⁹ inter historias cōputat'. Sed q̄a hūc librū sinod⁹ nicena i numero sanctarꝫ scripturarꝫ legit' cōputasse, acquieui postulationi vr̄e · immo exactioni: et sepositis occupationibꝫ q̄bus vehementer arctabar: huic unā lucubratiunculā dedi: magis sensū e sensu quā ex verbo verbū transferens. Multorꝫ codicū varietatē vitiosissimā āputaui: sola ea q̄ intelligētia integra i verbis chaldeis inuenire potui · latinis expressi. Accipite iudith viduam castitatis exemplū: et triumphali laude ppetuis eam preconijs declarate. Hāc eni nō solū feminis sed ꝛ viris imitabilē dedit: q̄ castitatis ei⁹ remunerator virtutē talē tribuit · ut inuictum omnibus hominibus vinceret: insuperabilem superaret.

Incipit liber iudith. Capitulum primū.

Arphaxat itaq; rex medorū subiugauerat multas gentes imperio suo: et ipē edificauit ciuitatē potentissimam quam appellauit egbatanis. Ex lapidibus quadratis et sectis fecit muros eius. in altitudine cubitorꝫ septuaginta: et in latitudine cubitorꝫ triginta: turres vero ei⁹ posuit i altitudine cubitorum centū. Per quadrū vero earꝫ · lat⁹ utrūq; vicenorꝫ pedū spacio tendebat': posuitq; portas ei⁹ in altitudine turriū. Et gloriabat' quasi potēs in potētia exercitus sui: et i gloria quadrigarꝫ suarꝫ. Anno igit' duodecimo regni sui · nabuchodonosor rex assiriorꝫ qui regnabat in niniue ciuitate magna pugnauit contra arphaxat: ꝛ obtinuit eum in campo magno qui appellatur ragau · circa eufraten ꝛ tigrin · et yadason in campo erioch regis elicorꝫ. Tunc exaltatū est regnū nabuchodonosor: et cor eius eleuatū est. Et misit ad omēs qui habitabāt in cilicia · et damasco · et libano · ꝛ ad gentes que sunt in carmelo et cedar · et inhabitātes galileā · in cāpo magno esdrelon: et ad omēs qui erant in samaria · et trans flumen iordanem · usq; ihrusalem · et omnem terrā yesse · quousq; pueniat' ad montes ethiopie. Ad hos omēs misit nuncios nabuchodonosor rex assiriorū: qui omēs uno animo ɔtra dixerūt · ꝛ remiserūt eos vacuos: ac sine honore

abiecerūt. Tūc indignatus nabucho-
donosor rex ad omnem terram illam:
iuravit per regnum et tronum suum:
q̄ defenderet se de omnibꝫ hiis. ca. II

Anno tercio decimo nabuchodo-
nosor regis. vicesima ⁊ secūda die
mensis primi. factum est verbū in do-
mo nabuchodonosor regis assirioꝝ:
ut defenderet se. Vocavitq; omēs ma-
iores omnesq; duces bellatores suos:
et habuit cū eis misterium consilii sui.
Dixitq; cogitationē suā in eo esse: ut
omnem terrā suo subiugaret imperio.
Quod dictū cū placuisset omnibꝫ: vo-
cavit nabuchodonosor rex holofernē
principē milicie sue: et dixit ei. Egrede-
re adversum omne regnū occidentis:
et cōtra eos precipue qui cōtempserūt
imperiū meū. Nō parcet oculus tuus
ulli regno: omnēq; urbem munitam
subiugabis michi. Tūc holofernes vo-
cavit duces et magistratus virtutis
assirioꝝ: et dinumeravit viros in expe-
ditionē sicut p̄cepit ei rex. centūvigin-
ti milia peditū pugnatorū: ⁊ equites
sagittarios duodecim milia. Omnē-
q; expeditionē suam fecit preire i mul-
titudine innumerabiliū camelorū cū
hiis que exercitibus sufficerēt copiose:
boum quoq; armenta. gregesq; oviū.
quoꝝ nō erat numerus. Frumētum
ex omni siria in trāsitu suo parari con-
stituit. Aurū vero ⁊ argentū de domo
regis assumpsit multum nimis. Et
profectus est ipse ⁊ omnis exercit⁹ cum
quadrigis ⁊ equitibus et sagittariis:
qui cooperuerūt faciē terre sicut locuste.
Cumq; ptransisset fines assirioꝝ venit
ad magnos mōtes ange qui sunt a
sinistro cilicie: ascenditq; omnia castel-
la eoꝝ: ⁊ obtinuit omnē municionem.
Effregit aūt civitatem opinatissimā

melothi: p̄davitq; omnes filios thar-
sis. et filios ysmahel qui erāt cōtra fa-
ciem deserti. et ad austrum terre celeon.
Et transivit eufraten. et venit in meso-
potamiam: ⁊ fregit omnes civitates
excelsas que erāt ibi a torrēte mambre
usquequo perveniatur ad mare: et oc-
cupavit terminos ei⁹ a cilicia usq; ad
fines iapheth. qui sunt ad austrū. Ad-
duxitq; omnes filios madian. et pre-
davit omnem locupletationē eorum:
omnesq; resistētes sibi occidit i ore gla-
dii. Et post hec descendit in campos da-
masci in diebus messis et succendit o-
mnia sata: omnesq; arbores ⁊ vineas
fecit incidi: et cecidit timor illius super
omnes inhabitantes terram. ca. III.

Tunc miserunt legatos suos uni-
versarū urbium ac provinciarū
reges ac principes. sirie scilicet ⁊ meso-
potamie. ⁊ sirie sobal. ⁊ libie. atq; cilici-
e: qui venientes ad holofernē dixerūt. De-
sinat indignatio tua circa nos. Meli-
us est enim ut viventes serviamus na-
buchodonosor regi magno. ⁊ subditi
simus tibi: q̄ʒ morientes cum interitu
nostro ipsi servitutis nr̄e damna pati-
amur. Omnis civitas nr̄a omnisq;
possessio. omnes colles et montes. et
campi. et armenta boū. gregesq; oviū.
⁊ capraꝝ equorūq; cameloꝝ ⁊ univer-
se facultates nostre atq; familie i con-
spectu tuo sunt. Sint omnia sub lege
tua. Nos etiam et filii nostri. servi tui
sumus. Veni nobis pacificus dn̄s: et
utere servitio nostro sicut placuerit ti-
bi. Tunc descendit de montibus cum
equitibus. in virtute magna: et obti-
nuit omnē civitatē. et omnem inhabi-
tantem terrā. De universis aūt urbibꝫ
assumpsit sibi auxiliarios viros for-
tes et electos ad bellū. Tantusq; metus

prouincijs illis incubuit: ut vniūsarꝫ
urbium habitatores principes et ho-
norati simul cū pp̄lis exirent in obuiā
venienti · excipientes eū cum coronis
et lampadibꝫ: ducētes choros in tim-
panis et tibijs. Nec ista tamē facientes
ferocitatem eius pectoris mitigare po-
tuerūt. Nam ⁊ ciuitates eoꝝ destruxit:
et lucos eoꝝ excidit. Preceperat enim
illi nabuchodonosor rex · ut omnes
deos terre exterminaret: videlicet ut ip̄e
solus diceretur deus ab hijs nationi-
bus que potuissent holofernis poten-
tia subiugari. Pertransiens aūt siriā
sobal et omnem appamiam · omnemqꝫ
mesopotamiam · venit ad ydumeos
in terra gabaa: accepitqꝫ ciuitates eo-
rum · et sedit ibi per triginta dies: in
quibus diebus adunari precepit uni-
uersum exercitū virtutis sue. ca. IIII.

Tunc audientes hec filij israhel q̄
habitabāt terrā iuda: timuerūt
valde a facie eius. Tremor etiā et hor-
ror inuasit sensus eoꝝ: ne hoc faceret
iherusalē et templo dn̄i: qd̄ fecerat cete-
ris ciuitatibꝫ et templis eaꝝ. Et mise-
runt in omnē samariā per circuitum
usqꝫ iericho: et preoccupauerūt om̄es
uertices mōtium. Et muris circunde-
derūt vicos suos: et cōgregauerūt fru-
menta i preparationē pugne. Sacer-
dos etiam eliachim scripsit ad uniuer-
sos qui erāt ɔtra esdrelon · que est con-
tra faciem cāpi magni iuxta dotaim:
et uniūsis per quos vie transitus esse
poterat: ut obtinerēt ascēsus montiū
per quos via esse poterat ad iherusalē:
et illic custodirent ubi angustum iter
esse poterat inter mōtes. Et fecerūt filij
israhel secundū qd̄ constituerat eis sa-
cerdos dn̄i eliachim. Et clamauit o-
mnis pp̄ls ad dn̄m instātia magna:
et humiliauerūt animas suas in ieiu-
nijs · ip̄i et mulieres eoꝝ. Et induerūt
se sacerdotes cilicijs: et infantes pro-
strauerūt contra faciem templi domi-
ni: ⁊ altare dn̄i operuerūt cilicio. Et cla-
mauerunt ad dominū deū israhel v-
nanimiter: ne darent in predā infan-
tes eoꝝ · ⁊ uxores eoꝝ in diuisionē · ⁊ ci-
uitates eoꝝ in exterminiū · et sancta eo-
rum in pollutionē: et fierēt in obpro-
brium gentibꝫ. Tūc eliachim sacerdos
dn̄i magnus circuiuit omnē isrl̄: allo-
cutusqꝫ est eos dicēs. Scitote quoniā
exaudiuit dn̄s preces vestras: si ma-
nentes p̄manseritis in ieiunijs et ora-
tionibus in cōspectu domini. Memo-
res estote moysi serui dn̄i: q̄ amalech
confidentem in virtute sua et in poten-
tia sua et in exercitu suo · et in clipeis su-
is et in curribus suis ⁊ in equitibꝫ suis
non ferro pugnādo: sed precibus san-
ctis orando deiecit. Sic erūt uniuersi
hostes israhel: si p̄seuerauerītis in hoc
opere qd̄ cepistis. Ad hanc igitur ex-
hortationē eius deprecantes dn̄m · per-
manebāt inconspectu dn̄i: ita ut etiā
hij qui offerebant dn̄o olocausta · pre-
cincti cilicijs offerrent sacrificia dn̄o:
et erat cinis sup capita eoꝝ. Et ex toto
corde suo om̄es orabant deum: ut vi-
sitaret populum suum israhel. ca. V.

Nunciatumqꝫ est holoferni prin-
cipi militie assiriorū: q̄ filij isrl̄
prepararent se ad resistendū · ac mon-
tium itinera conclusissent: et furore ni-
mio exarsit in iracūdia magna. Vo-
cauitqꝫ omnes principes moab ⁊ du-
ces ammon: et dixit eis. Dicite michi
quis sit p̄plus iste qui montana obsi-
det: aut que et quales et quante sint
ciuitates eorū · que etiam sit virtus eo-
rum · aut que sit multitudo eorum vel

quis rex militie illorũ. Quare pre o-
mnibus qui habitãt in oriẽte isti con-
tempserũt me· et nõ exierũt in obuiam
nobis: ut susciperent nos cũ pace? Tũc
achior dux omnium filiorũ amon re-
spondens ait. Si digneris audire do-
mine· dicam veritatẽ in conspectu tuo
de ipso isto qui in montanis habitat:
et nõ egredietur verbũ falsum ex ore
meo. Populus iste ex progenie calde-
orum ẽ. Hic primũ in mesopotamia
habitauit: quoniã noluerũt sequi de-
os patrũ suoꝝ qui erãt in terra calde-
orum. Deserentes itaqꝫ cerimonias
patrũ suoꝝ que in multitudine deoꝝ
erãt· unũ deum celi coluerũt: qui ⁊ pre-
cepit eis ut exirent inde: et habitarent
in carram. Cumqꝫ operuisset omnem
terrã fames· descenderũt in egiptum:
illicqꝫ per quadringentos annos sic
multiplicati sunt: ut dinumerari eoꝝ
nõ posset exercitus. Cũqꝫ grauaret eos
rex egipti atqꝫ in edificationibꝫ urbiũ
suaꝝ in luto et latere subiugasset eos:
clamauerũt ad dñm suũ et percussit to-
tam terrã egipti· plagis varijs. Cũqꝫ
eiecissent eos egiptij a se· ⁊ cessasset pla-
ga ab eis· ⁊ iterũ eos vellent capere ⁊ ad
suum seruitiũ reuocare· fugientibꝫ hijs
deus celi mare aperuit: ita ut hinc in-
de aque quasi murus solidarentꝰ: et
isti pede sicco fundũ maris perambu-
lando trãsirent. In quo loco dũ innu-
merabilis exercitꝰ egiptioꝝ eos perse-
queretur· ita aquis coopertus est: ut nõ
remaneret vel unus· qui factum poste-
ris nũciaret. Egressis etiam mare ru-
brum· deserta syna mõtis occuperũt:
in quibꝫ nunquã homo habitare potuit:
vel filius hominis requieuit. Illic fon-
tes amari obdulcati sunt eis ad bi-
bendum: ⁊ per annos quadraginta
annonam de celo cõsecuti sunt. Ubi-
cunqꝫ ingressi sũt: sine arcu et sagitta·
et absqꝫ scuto et gladio· deus eorũ pu-
gnauit pro eis et vicit. Et nõ fuit qui
insultaret ppło isti: nisi quãdo recessit
a cultu dñi dei sui. Quocienscũqꝫ autẽ
preter ipm̃ deum suũ alterũ coluerunt:
dati sunt in p̃dam et in gladiũ et in
obprobriũ. Quocienscũqꝫ autẽ penitu-
erunt se recessisse a cultura dei sui: dedit
eis deus celi virtutẽ resistendi. Deniqꝫ
cananeum regem et iebuseum· et phe-
reseum et eteum ⁊ eueũ et amorreum
et oĩes potẽtes in esebon ꝓstrauerũt:
et terras eoꝝ et ciuitates eoꝝ ipsi posse-
derũt: et usqꝫ dum nõ peccarent ĩ con-
spectu dei sui erãt cum illis bona. Deus
enim illorũ odit iniquitatẽ. Nam et
ante hos ãnos cum recessissent a via
quã dederat illis deus ut ambularẽt
in ea· exterminati sũt prelijs a multis
nationibꝫ: et plurimi eoꝝ captiui ab-
ducti sũt in terrã non suã. Nuper autẽ
reuersi ad dñm deum suũ ex dispersio-
ne qua dispersi fuerãt adunati sunt: ⁊
ascenderunt montana hec omnia: et
iterum possident iherusalẽ· ubi sũt san-
cta san eoꝝ. Nunc ergo mi dñe perquire
si est aliqua iniquitas eoꝝ in cõspectu
dei eoꝝ: ascendamꝰ ad illos quoniã
tradens tradet illos deus eoꝝ tibi: et
subiugati erunt sub iugo potentie tue.
Si vero nõ est offensio ppli huiꝰ corã
deo suo non poterimus resistere illis:
quoniã deus eorũ defendet illos: et eri-
mus in obprobrium uniũse terre. Et
factum est cũ cessasset loqui achior ver-
ba hec: irati sunt omnes magnates
holofernis: et cogitabãt interficere eũ
dicentes ad alterutrũ. Quis est iste q̃
filios isrł posse dicat resistere regi na-
buchodonosor· et exercitibꝫ eiꝰ: homines

inermes et sine virtute · et sine peritia
artis pugne? Ut ergo agnoscat achi-
or quoniā fallit nos · ascendimus in
mōtana: et cū capti fuerint potentes e-
orum tunc cū eisdem gladio transuer-
berabitur: ut sciant omnes gentes quo-
niam nabuchodonosor deus terre est.
et preter ipsum alius non est. ca. vi.
Factum est autem cū cessassent lo-
qui: indignatus holofernes vehe-
menter dixit ad achior. Quoniā pro-
phetasti nobis dicens q gens isrl' de-
fendatur a deo suo: ut ostendam tibi
quoniam nō est deus nisi nabuchodo-
nosor: cū percusserimus eos omnes sicut
hominē unū · tunc et ipse cum illis assi-
riorum gladio interibis: et omnis isrl'
tecū perditione disperiet: et probabis quo-
niam nabuchodonosor dominus sit
universe terre. Tuncq gladius milicie
mee trāsiet per latera tua: et cōfixus ca-
des inter vulneratos israhel: et nō re-
spirabis ultra donec exterminetis cū
illis. Porro aūt si prophetiā tuam verā
existimas nō concidat vultus tuus:
et pallor qui faciem tuā obtinuit absce-
dat a te: si verba mea hec putas imple-
ri nō posse. Ut aūt noveris q͂a simul
cū illis hec experieris: ecce ex hac hora
illorū populo sociaberis: ut dū dignas
mei gladii penas receperint · ipse simul
ultioni subiaceas. Tūc holofernes pre-
cepit servis suis: ut comprehenderent
achior et ducerent eum in bethuliā: et
traderent eū in manus filiorū israhel.
Et accipientes eū servi holofernis · pro-
fecti sunt per campestria: sed cum appro-
pinquassent ad mōtana · exierūt contra
eos fundibularii. Illi aūt divertentes
a latere mōtis · ligaverunt achior ad
arborem manibus et pedibus: et sic vin-
ctum de restibus dimiserūt eum: et reversi
sunt ad dnm suum. Porro filii isrl' de-
scendentes de bethulia · venerūt ad eū.
Quem solventes duxerūt ad bethuliā:
atq in mediū populi illum statuētes per-
cunctati sūt · quid rerum esset q illum
vinctum assirii reliquissent. In diebus
illis erant illic principes · ozias filius
micha de tribu symeon: et charmi qui
et gothoniel. In medio itaq seniorū
et in cōspectu omnium achior dixit omnia
que locutus fuerat · ab holoferne interro- ipse
gatus: et qualiter populus holofernis vo-
luisset propter hoc verbū interficere eū: et
quemadmodum ipse holofernes iratus
iusserit eū israhelitis hac de causa tra-
di: ut dū vinceret filios isrl' · tūc et ipm
achior diversis iubeat suppliciis interi-
re: propter hoc q dixisset · deus celi defen-
sor eorū est. Cumq achior universa hec
exposuisset: omnis populus cecidit in faciē
adorātes dnm: et communi lamentati-
one et fletu unanimes preces suas dno
effuderūt dicentes. Domine deus celi
et terre intuere superbiam eorū et respice
ad nostrā humilitatē · et faciē sanctorū
tuorū attende: et ostende quoniā non
derelinquis presumentes de te: et pre-
sumētes de se · et de sua virtute glorian-
tes humilias. Finito itaq fletu: et per
totū diem oratione populorū completa:
consolati sunt achior dicentes. Deus
patrum nostrorū cuius tu virtutē predi-
casti · ipse tibi hāc dabit vicissitudinē:
ut eorū magis tu interitū videas. Cū
vero dns deus noster dederit hanc li-
bertatem servis suis: sit et tecum deus
in medio nostri · ut sicut placuerit tibi
ita cū tuis omnibus cōverseris nobiscū.
Tunc ozias finito concilio suscepit eū
in domū suam: et fecit cenā magnam.
Et vocatis omnibus presbiteris · simul
expleto ieiunio refecerūt. Postea vero

conuocatus est omnis ppls: et per totā
noctem intra ecclesiam orauerunt: pe-
tentes auxilium a deo israhel. ca. vii.
Holofernes aūt altera die p̄cepit
exercitibus suis: ut ascenderent
cōtra bethuliā. Erant aūt pedites bel-
latorum centūuiginti milia ⁊ equites
uigintiduo milia: p̄ter p̄parationes
viroꝝ illorū quos occupauerat capti-
uitas: et adducti fuerāt de puinciis ⁊
urbibus uniūse iuuentutis. Omnes
parauerūt se pariter ad pugnā ɔtra
filios isrl': et venerunt per crepidinem
mōtis usq; ad apicem qui respicit su-
per dothaim a loco qui dicit' belma.
usq; ad chelmon qui est ɔtra esdrelon.
Filii aūt israhel ut viderūt multitudi-
nem illoꝝ prostrauerūt se sup terram
mittētes cinerē sup capita sua: unani-
mes orantes ut deus isrl' misericordiā
suā ostenderet sup populum suū. Et
assumentes arma sua bellica sederūt
per loca q̄ angusti itineris tramitem
dirigūt inter montuosa: et erāt custo-
dientes ea tota die et nocte. Porro ho-
lofernes dū circuit p gyrum reppent
q fons qui influebat aqueductū illoꝝ
a parte australi extra ciuitatem dirige-
ret: et incidi p̄cepit aqueductum illoꝝ.
Erāt tamē nō longe fontes a muris
ex quibus furtim videbātur haurire
aquā: ad refocillādum potius quā
ad potandum. Sed filii ammon et
moab accesserūt ad holofernem dicen-
tes. Filii isrl' nō in lancea nec in sagit-
ta cōfidūt: sed mōtes defendūt illos:
et muniunt illos colles in precipitio
constituti. Ut ergo sine congressione
pugne possis superare eos pone custo-
des fontium ut non hauriant ex eis:
et sine gladio interficies eos: uel certe
fatigati tradent ciuitatem suam quā
putant in mōtibus positam superari
non posse. Et placuerūt verba hec corā
holoferne et corā satellitibus ei⁹: et con-
stituit per gyrum centenarios per sin-
gulos fontes. Cūq; ista custodia per
dies viginti fuisset expleta: defecerunt
cisterne ⁊ collectiones aquaꝝ omnibꝫ
inhabitantibus bethuliā: ita ut non
esset intra ciuitatem unde satiarentur
vel una die: quoniā ad mensurā daba-
tur ppl'is aqua quotidie. Tūc ad ozi-
am congregati omnes viri feminęq;
iuuenes ⁊ paruuli omnes simul una
voce dixerūt. Judicet deus inter nos
et te: quoniā fecisti in nos mala: no-
lens loqui pacifice cū assiriis: et p̄pter
hoc vendidit nos deus in manibus
eoꝝ. Et ideo non est qui adiuuet: cum
prosternamur ante oculos eoꝝ in siti
⁊ pdicione magna. Et nūc cōgregate
uniūsos qui in ciuitate sunt: ut spōte
tradamus nos oēs ppl'o holofernis.
Melius est enī ut captiui benedicam⁹
dūm viuētes: quā moriamur et sim⁹
obprobriū omni carni: cū videamus
uxores nostras et infantes nr̄os mo-
ri āte oculos nostros. Contestamur
hodie celū ⁊ terrā et deū patrū nostroꝝ
qui ulciscitur nos secūdū pcc̄a nostra.
ut iam tradatis ciuitatem in manū
militie holofernis: ut sit finis noster
breuis i ore gladii: qui longior effici-
tur in ariditate sitis. Et cum hec dixis-
sent: factus est fletus et ululatus ma-
gnus in ecclesia omnibꝫ: et p multas
horas una voce clamauerunt ad deū
dicentes. Peccauim⁹ cū patribꝫ nr̄is:
iniuste egimus: iniquitatem fecimus.
Tu quia pius es miserere nostri: et in aut
tuo flagello vindica iniquitates no-
stras: et noli tradere cōfitentes te ppl'o
qui ignorat te: ut nō dicāt inter gētes

ubi est deus eoꝝ. Et cum fatigati hiis
clamoribus · et hiis fletibꝫ lassati silu-
issent: exsurgens ozias infusus lacri-
mis dixit. Equo animo estote fratres: et
hos quinq; dies expectemus a domi-
no misericordiā. Forsitan enim indi-
gnationem suā abscidet: et dabit gloriā
nomini suo. Si aūt trāsactis quinq;
diebus non venerit adiutoriū: facie-
mus hec verba q̄ locuti estis. ca. viii.

Et factum est cū audisset hec ver-
ba iudith vidua · que erat filia
merari · filii ydox filii ioseph filii ozie fi-
lii elai filii iamnor · filii gedeon filii
rafoim filii achitob filii melchie filii e-
nam filii nathanie filii salathiel filii
symeon filii ruben: et vir eius fuit ma-
nasses: qui mortu⁹ est in diebꝫ messis
ordearie. Instabat enim sup alligātes
manipulos in cāpo et venit estus sup
caput eius: et mortuus est in bethulia
ciuitate sua et sepultus ē illic cū patri-
bus suis. Erat aūt iudith relicta eius
vidua iam annis tribus et mensibꝫ
sex. Et in superioribus domus sue fe-
cit sibi secretū cubiculū in quo cū puel-
lis suis clausa morabat̄: et habens
sup lumbos suos cilicium · ieiunabat
oībus diebus vite sue: pter sabbata
et neomenias · et festa domus isrl̄. Erat
aūt elegāti aspectu nimis: cui vir suus
reliquerat diuitias multas et famili-
am copiosam: ac possessiones armen-
tis boum et gregibꝫ ouiū plenas. Et
erat hec in omnibus famosissima:
quoniā timebat dominū valde: nec
erat qui loqueret̄ de illa verbū malū.
Hec itaq; cū audisset quoniā ozias
promisisset q̄ trāsacto quinto die tra-
deret ciuitatem: misit ad presbiteros
chabri et charmi. Et venerunt ad illā:
et dixit illis. Quod est hoc verbum in
quo cōsensit ozias · ut tradat ciuitatē
assyriis: si intra quinq; dies nō vene-
rit vobis adiutoriū? Et qui estis vos
qui temptatis dūm? Non ē iste sermo
qui misericordiā prouocet: sed potius
qui iram excitet · et furorem accendat.
Posuistis vos temp⁹ miserationis do-
mini: et in arbitriū vestrū diem consti-
tuistis ei. Sed quia patiens dūs est · in
hoc ipso peniteamus: et in dulgentiā
eius lacrimis postulemus. Nō enim
quasi homo deus sic cōminabit̄: neq;
sicut filius hominis ad iracundiā in-
flammabitur. Et ideo humiliemus
illi animas nr̄as: et in spiritu cōstituti
humiliato · seruientes illi dicam⁹ flen-
tes dūo · ut scdm volūtatem suam sic
faciat nobiscū cito misericordiā suā:
ut sicut cōturbatū est cor nostrū in su-
perbia eorū ita etiā de nostra humili-
tate gloriemur: quoniā non sumus
secuti peccata patrū nostroꝝ qui dere-
liquerunt deum suū · et adorauerūt de-
os alienos: p quo scelere dati sunt in
gladium · et in rapinā · et in cōfusionē
inimicis suis. Nos aūt alterū deum
nescimus pter ipm. Expectem⁹ humiles
consolationē eius · et exquiret sangui-
nem nostrū de afflictionibꝫ inimicoꝝ
nostroꝝ: et humiliabit oēs gentes
quecumq; in surgūt cōtra nos: et faciet
illas sine honore dūs deus noster. Et
nunc fratres quoniam vos qui estis
presbiteri in ppl'o dei · et ex vobis pendet
anima illoꝝ: ad eloquiū vr̄m corda
eoꝝ erigite: ut memores sint quia tem-
ptati sunt patres nostri · ut pbarentur
si vere colerent deū suū. Memores esse
debent quomodo pater noster abra-
ham temptat⁹ est: et p multas tribula-
tiones probatus · dei amicus effectus
est. Sic ysaac · sic iacob · sic moyses: et

omnes qui placuerūt deo·per multas
tribulationes transierunt fideles. Illi
aūt qui temptationes nō susceperūt
cum timore dñi·et in patientiā suā et
improperiū murmurationis sue ↄtra
dñm ꝓtulerūt:exterminati sunt ab ex-
terminatore:et a serpētibus perierunt.
Et nos ergo nō ulciscamur nos pro
hijs que patimur:sed reputātes pcc̄is
nostris hec ipa supplicia minora esse:
flagella dñi quasi servi q̄ corripimur
ad emendationē et nō ad pditionem
nostrā evenisse credamus. Et dixerūt
illi ozias et presbiteri. Omnia que lo-
cuta es vera sunt:et nō est in sermoni-
bus tuis ulla reprehensio. Nunc ergo
ora ꝓ nobis: quoniam mulier sācta
es·et timens dm̄. Et dixit illis iudith.
Sicut qd̄ potui loqui dei esse cognosci-
tis:ita quod facere disposui ꝓbate si ex
deo est: et orate ut firmū faciat deus
consiliū meū. Stabitis vos ad portā
nocte ista:et ego exeam cū abra mea:
ꝛ orate ut sicut dixistis in diebꝫ quiqꝫ
respiciat dñs ppl'm suū isrl'. Vos aūt
nolo scrutemini actū meum:ꝛ usqꝫ dū
renunciem vobis·nil aliud fiat nisi o-
ratio pro me ad dñm deū nostrū. Et
dixit ad eā ozias princeps iude. Vade
ī pace:ꝛ dñs sit tecū ī ultionē inimicoꝝ
nroꝝ. Et revertentes abierunt. ca. ix.
Quibus abscedentibus·iudith in-
gressa est oratoriū suum: et in-
duens se cilicio posuit cinerē super ca-
put suū:ꝛ psternens se dño clamabat
ad dñm dicens. Domine deus pris
mei symeon·qui dedisti illi gladium
in defensionē alienigenaꝝ qui viola-
tores extiterūt in coinquinatione sua·
et denudaverūt femur virginis ī con-
fusionem:et dedisti mulieres illoꝝ in
pdam·ꝛ filias illoꝝ in captivitatē·et
omnē predā in divisionem servis tuis
qui zelaverūt zelum tuū:subveni que-
so te dñe deus meus michi vidue. Tu
enim fecisti priora: et illa post illa co-
gitasti:et hoc factum est·qd̄ ipe volui-
sti. Omnes enim vie tue parate sunt:ꝛ
tua iudicia in tua ꝓvidentia posuisti.
Respice castra assirioꝝ nunc·sicut tūc
castra egiptiorū videre dignatus es:
quādo post servos tuos armati cur-
rebāt·confidentes in quadrigis et in
equitatu suo ꝛ in multitudine bellato-
rum. Sed aspexisti sup castra eoꝝ:ꝛ te-
nebre fatigaverūt eos. Tenuit pedes e-
orum abissus:et aque operuerūt eos.
Sic fiant et isti dñe·qui confidunt in
multitudine sua·et in curribꝫ suis·et ī
contis·ꝛ in sagittis suis·et in lanceis
gloriātur:et nesciunt qr̄ tu ipe es de9
noster qui cōteris bella ab inicio·ꝛ do-
minus nomen est tibi. Erige brachiū
tuū sicut ab inicio:et allide virtutem e-
orum in virtute tua. Cadat virtus e-
orum in iracūdia tua·qui promittūt
se violare sancta tua:et polluere taber-
naculum nominis tui:et deicere gladi-
o suo cornu altaris tui. Fac domine:
ut gladio proprio eius superbia am-
putetur. Capiatur laqueo oculorum
suoꝝ in me:ꝛ percuties eū ex labijs cari-
tatis mee. Da michi ī animo ↄstanti-
am ut contemnā illum:ꝛ virtutē ut e-
vertam illum. Erit enim hoc memori-
ale nominis tui:cū manus femine de-
iecerit eum. Non enim in multitudine
est virtus tua dñe: neqꝫ in equoꝝ viri-
bus volūtas tua. Nec superbi ab inici-
o placuerūt tibi: sed humiliū et man-
suetoꝝ semper tibi placuit deprecatio.
Deus celorum·creator aquaꝝ·et dñs
totius creature·exaudi me miseram de-
precantē:et de tua misericordia psumentē.

Memento domine testamenti tui · et
da verbum in ore meo · et ĩ corde meo
consilium corrobora: ut domus tua
in sanctificatione tua permaneat: et
omnes gentes agnoscant quia tu es
deus et non est alius preter te. ca. x.
Factum est aũt cũ cessasset clama-
re ad dominũ: surrexit de loco
in quo iacuerat pstrata ad dñm. Vo-
cavitq; abram suã: et descendẽs in do-
mum suã · abstulit a se ciliciũ: et exuit
se vestimẽtis viduitatis sue. Et lavit
corpus suũ · ⁊ unxit se mirro optimo:
et discriminavit crinem capitis sui · et
imposuit mitrã super caput suũ: et in-
duit se vestimentis iocunditatis sue.
Et induit sandalia pedibus suis: as-
sumpsitq; dextraliola · et lilia · et inau-
res et anulos: et omnibus ornamẽtis
suis ornavit se. Cui etiã dñs contulit
splendorem: quoniã omnis ista com-
positio non ex libidine · sed ex virtute
pendebat. Et ideo dñs hanc in illam
pulchritudinẽ ampliavit: ut incom-
parabili decore omniũ oculis apparẽ-
ret. Imposuit itaq; abre sue ascopã vi-
ni · ⁊ vas olei et polentã et lapates · et
panes et caseum: ⁊ profecta est. Cumq;
venisset ad portas civitatis: invene-
runt expectãtem oziã · et presbiteros ci-
vitatis. Qui cũ vidissent eam: stupen-
tes mirati sunt nimis pulchritudinẽ
eius. Nichil tamẽ interrogãtes eam:
dimiserũt transire dicentes. Deus pa-
trum nostroꝝ det tibi gratiã: ⁊ omne
cõsilium tui cordis sua virtute corro-
boret: et glorietur sup te iherusalem · ⁊
sit nomen tuũ in numero sanctorum
⁊ iustoꝝ. Et dixerũt hii qui illic erant ·
omẽs una voce, fiat fiat. Iudith vero
orans dñm: transiuit p portas · ipa ⁊
abra eius. Factũ est aũt cũ descenderet
montem circa ortũ diei: occurrerunt ei
exploratores assirioꝝ: et tenuerunt eã
dicẽtes. Unde venis: aut quo vadis?
Que respõdit. Filia sum hebreoꝝ. Ide-
o ego fugi a facie eoꝝ: quoniã futurũ
agnovi q dent vobis in depredatio-
nem · pro eo q cõtemnentes vos · nolu-
erunt ultro tradere seipsos: ut inveni-
rent misericordiam in cõspectu vestro.
Hac de causa cogitavi mecum dicens.
Vadam ad faciem principis holofer-
nis ut indicẽ illi secreta illoꝝ: et osten-
dam illi quo aditu possit obtinere eos:
ita ut nõ cadat vir un9 de exercitu eius.
Et cũ audissent viri illi verba ei9 · con-
siderabãt faciem eius: et erat in oculis
eorũ stupor: quoniã pulchritudinem
eius mirabãtur nimis. Et dixerũt ad
eam. Cõservasti animã tuã: eo q tale
repperisti consiliũ ut descenderes ad do-
minũ nostrũ. Hoc aũt scias: quoniã
cũ steteris in conspectu eius bene tibi fa-
ciet: ⁊ eris gratissima ĩ corde eius. Du-
xeruntq; illam ad tabernaculũ holofer-
nis: nunciantes eam. Cumq; intrasset
ante faciem eius: statim captus est in
suis oculis holofernes. Dixerũtq; ad
eum satellites eius. Quis contemnat
ppſm hebreoꝝ qui tam decoras mulie-
res habent: ut nõ pro hiis merito pu-
gnare otra eos debeam9? Vidẽs itaq;
iudith holofernem sedentem in cono-
peo qd erat ex purpura et auro · ⁊ sma-
ragdo ⁊ lapidibꝫ preciosis intextum: et
cũ in faciẽ ei9 intendisset · adoravit eũ
prosternẽs se sup terrã: ⁊ elevaverũt illã
servi holofernis iubẽte dño suo. ca. xi.
Tunc holofernes dixit ei. Equo a-
nimo esto et noli pavere in corde
tuo: quoniã ego nũquam nocui virũ
qui voluit servire nabuchodonosor re-
gi. Popul9 aũt tuus si nõ otempsisset

me: nō alleuassem lanceā meam sup
eū. Nunc autē dic michi qua ex causa
recessisti ab illis: et placuit tibi ut ve-
nires ad nos. Et dixit illi iudith. Su-
me verba ancille tue: quoniā si secut⁹
fueris verba ancille tue: pfectam rem
faciet dñs tecū. Uiuit enī nabuchodo-
nosor rex terre· ꝛ viuit virtus eius que
est ī te ad correptionē omniū anima-
rum errantiū: quoniā nō solū homi-
nes seruient illi p te: sed et bestie agri
obtemprāt illi. Nūciatur enī animi tui
industria· uniūsis gētibꝫ: ꝛ indicatū ē
omī seculo quoniā tu sol⁹ bonus ꝛ po-
tens es in omī regno ei⁹: ꝛ disciplina
tua omībꝫ prouincijs predicatur. Nec
hoc latet qđ locut⁹ est achior: nec illud
ignoratur qđ ei iusseris euenire. Con-
stat enī deū nostrū sic peccatis offensū:
ut mādauerit per pphetas suos ad po-
pulum: q tradat eum pro pccīs suis.
Et quoniā sciunt se offendisse deū suū
filij isrl: tremor tuus sup ipos ē. Insu-
per etiam fames inuasit eos: et ab ari-
ditate aque· iam inter mortuos com-
putantur. Deniqꝫ hoc ordināt· ut in-
terficiant pecora sua et bibāt sangui-
nem eorū: et sancta dñi sui que pcepit
deus nō contingi· in frumēto vino et
oleo: hec cogitauerūt impendere: ꝛ vo-
lunt cōsumere· que nec manibꝫ debe-
rēt cōtingere. Ergo quoniā hec faciūt:
certū est qđ in perditionē dabūtur. Qđ
ego ancilla tua cognoscens fugi ab il-
lis: et misit me dñs hec ipa nunciare
tibi. Ego enī ancilla tua deū colo etiā
nunc apud te: et exiet ancilla tua· et o-
rabo deum: et dicet michi· quādo eis
reddat pccm suum· et veniens nūciabo
tibi: ita ut ego adducā te per mediam
iherusalem. Et habebis omnem pplm
israhel sicud oues quibus nō ē pastor·
et nō latrabit uel unus ꝯtra te: quoni-
am hec michi dicta sūt per puidentiā
dei. Et quoniā iratus est illis de⁹: hec
ipsa missa sum nunciare tibi. Placue-
runt aūt omnia verba hec coram ho-
loferne et corā pueris eius· et mirabā-
tur ad sapientiā eius: ꝛ dicebāt alter
ad alterum. Non est talis mulier sup
terram: in aspectu· in pulchritudine et
in sensu verborum. Et dixit ad illā ho-
lofernes. Benefecit de⁹ qui misit te an-
te pplm· ut des illum tu in manibꝫ no-
stris. Et quoniā bona est promissio
tua: si fecerit michi hoc· deus tuus erit
et meus deus· et tu in domo nabucho-
donosor magna eris: et nomen tuum
nominabitur ī uniuersa terra. Ca. XII.

Tunc iussit eam introire ubi repo-
siti erāt thesauri eius · et iussit il-
lic manere eā: et constituit quid daretur
illi de ꝯuiuio suo. Cui respōdit iudith
et dixit. Nunc nō potero mādūcare ex
hijs que michi pcipis tribui: ne veniat
super me offensio. Ex hijs aūt q michi
detuli manducabo. Cui holofernes
ait. Si defecerint tibi ista que tecū detu-
listi: quid faciem⁹ tibi? Et dixit iudith.
Uiuit anima tua dñe meus· quoniā
non expendet omnia hec· ancilla tua: do-
nec faciat deus in manu mea hec que
cogitaui. Et induxerūt illā serui eius
in tabernaculū· quo pceperat: et peijt
dum introiret ut daretur ei copia no-
cte · et ante lucem egredi foras ad ora-
tionem· et deprecandi dūm. Et precepit
cubicularijs suis ut sicut placeret illi
exiret et introiret ad adorādum deum
suum per triduū. Et exibat noctibꝫ in
vallem bethulie: ꝛ baptisabat se in fon-
te aque. Et ut ascendebat· orabat dūm
deū isrl ut dirigeret viam eius ad libe-
rationem ppli sui. Et introiens mūda

manebat in tabernaculo · usq; dum ac-
ciperet escam suã in uesperũ. Et factũ ẽ
quarta die · holofernes fecit cenã ser-
uis suis : et dixit ad uagao eunuchũ.
Vade et suade hebreã illã: ut sponte
consentiat habitare mecũ. Fedum est
enim apud assirios si femina irrideat
uirũ agendo ut immunis ab eo transe-
at. Tunc introiuit uagao ad iudith
et dixit. Non uereatur bona puella in-
troire ad dñm meũ ut honorificetur
ante faciem eius: ꝫ manducet cum eo
et bibat uinum in iocũditate. Cui iu-
dith respõdit. Que ego sum ut contra-
dicam dño meo? Omne qd erit ante
oculos eius bonũ et optimũ faciam.
Quicquid autẽ illi placuerit hoc michi
erit optimũ omĩbz diebz uite mee. Et
surrexit ꝫ ornauit se uestimẽto suo: et
ingressa stetit ante faciẽ eius. Cor autẽ
holofernis concussum est: erat enĩ ar-
dens ĩ cõcupiscentia eius. Et dixit ad
eam holofernes. Bibe nũc ꝫ accumbe
in iocũditate: quoniã inuenisti grati-
am corã me. Et dixit iudith. Bibam
dñe: quoniã magnificata est anima
mea hodie pre omnibz diebus meis.
Et accepit et mãducauit et bibit corã
ipo ea que parauerat illi ancilla eius.
Et iocũdus factus est holofernes ad
eam: bibitq; uinũ multũ nimis quan-
tum nũquã biberat ĩ uita sua. ca. xiii.

Ut autẽ sero factũ est festinauerunt
serui illi⁹ ad hospitia sua: et con-
clusit uagao ostia cubiculi ꝫ abijt. E-
rant autẽ omẽs fatigati a uino. Erat
q; iudith sola in cubiculo. Porro ho-
lofernes iacebat ĩ lecto nimia ebrietate
sopitus. Dixitq; iudith puelle sue · ut
staret foris ãte cubiculũ ꝫ obseruaret.
Stetitq; iudith ante lectum · orans cũ
lacrimis et labiorum motu ĩ silentio
dicẽs. Confirma me dñe deus israhel·
et respice in hac hora ad opera manu-
um mearũ: ut sicut ꝓmisisti iherusalẽ
ciuitatem tuã erigas: et hoc qd credẽs
per te posse fieri cogitaui pficiam. Et cũ
hec dixisset: accessit ad columnã que e-
rat ad caput lectuli ei⁹: et pugionem
eius qui in ea ligatus pendebat exsol-
uit. Cumq; euaginasset illũ · apprehen-
dit comã capitis eius et ait. Cõfirma
me dñe deus in hac hora. Et percussit
bis in ceruicem eius · et abscidit caput
eius: ꝫ abstulit conopeum eius a colu-
mnis · et euoluit corp⁹ eius truncũ. Et
post pusillũ exiuit et tradidit caput ho-
lofernis ancille sue: et iussit ut mitte-
ret illud in perã suã. Et exierũt due se-
cundum consuetudinẽ suã quasi ad
orationẽ · et trãsierũt castra: et girãtes
uallem uenerũt ad portã ciuitatis. Et
dixit iudith a longe custodibz muro-
rum. Aperite portas quoniã nobiscũ
est deus: qui fecit uirtutẽ in israhel. Et
factũ est cũ audissent uiri uocem eius·
uocauerunt presbiteros ciuitatis. Et
cõcurrerũt ad eam omnes · a minimo
usq; ad maximũ: quoniã sperauerũt
eam iam nõ esse uenturã. Et accendẽ-
tes luminaria congregauerũt circa eã
uniuersi. Illa autẽ ascendens in eminen-
tiorem locũ: iussit fieri silentiũ. Cumq;
omnes tacuissent: dixit iudith. Lauda-
te dñm deũ nostrũ qui nõ deseruit spe-
rantes in se: et in me ancillã suã · ad-
impleuit misericordiã suam · quã pro-
misit domui israhel: et interfecit in ma-
nu mea hostem ppli sui in hac nocte.
Et ꝓferens de pera caput holofernis:
ostendit illis dicens. Ecce caput holo-
fernis principis milicie assirioꝝ. Et ecce
conopeũ illius in quo recumbebat in
ebrietate sua: ubi et per manũ femine

percussit illū dn̄s deus noster. Vivit
aūt ipse dominus quoniam custodi-
uit me angelus eius et hinc euntem ⁊
ibi cōmorantem et inde huc reuertē-
tem:et non p̄misit me dn̄s ancillam
suam coinquinari:sed sine pollutōne
peccati reuocauit me vobis · gauden-
tem in victoria sua in euasione mea·
in liberatione vestra. Cōfitemini illi
omnes quoniā bonus:quoniā in se-
culum misericordia eius. Vniūsi aūt
adorātes dn̄m dixerūt ad eam. Bene-
dixit te dn̄s in virtute sua:qui p te ad
nichilū redegit inimicos nr̄os. Por-
ro ozias pnceps p̄pli israhel dixit ad
eam. Benedicta es tu filia a dn̄o deo
excelso·pre omnibȝ mulieribus super
terrā. Benedictus dn̄s qui creauit celū
et terrā · qui te direxit in vulnera capi-
tis principis inimicoꝝ nostroꝝ:quia
hodie nomē tuū ita magnificauit·ut
nō recedat laus tua de ore hominū·
qui memores fuerint virtutis domini
ineternū:pro quibus non pepercisti a-
nime tue ꝓpter angustias et tribulati-
onem generis tui:sed subuenisti ruine
ante conspectū dei nostri. Et dixit omīs
popul⁹ fiat fiat. Porro achior voca-
tus venit. Et dixit ei. Deus isrl' cui tu
testimoniū dedisti qd̄ vlciscatur se de
inimicis suis:ipse caput omniū incre-
dulorū incidit in hac nocte in manu
mea. Et ut probes quia ita est:ecce ca-
put holofernis qui in cōtemptu super-
bie sue deum isrl' contempsit·⁊ tibi in-
teritum minabatur dicens:cū captus
fuerit popul⁹ israhel gladio perforari
precipiā latera tua. Videns aūt achior
caput holofernis angustiat⁹ p̄ pauo-
re cecidit i faciem suā sup terrā: et estu-
auit anima eius. Postea vero quam
resūpto spiritu recreatus ē: ꝓcidit ad
pedes eius·et adorauit eā ⁊ dixit. Be-
nedicta tu a deo tuo in omni taberna-
culo iacob:quoniam in omnī gente
que audierit nomen tuum·magnifi-
cabitur super te deus israhel. ca. xiiii.

Dixit aūt iudith ad omnem p̄plm.
Audite me fratres. Suspendite
caput hoc super muros nostros: et e-
rit cum exierit sol·accipiat vnusquisqȝ
arma sua et exite cum impetu:non ut
descendatis deorsum sed quasi impe-
tum facientes. Tūc exploratores neces-
se erit ut fugiant ad principem suum
excitandum ad pugnā. Cumqȝ duces
eorū concurrerint ad tabernaculū ho-
lofernis·⁊ inuenerint eū truncū in suo
sanguine volutatū: decidet sup eos ti-
mor. Cūqȝ cognoueritis fugere eos ite
post illos securi: qm̄ dn̄s conteret eos
sub pedibȝ vestris. Tunc achior vidēs
virtutem quā fecit deus israhel relicto
gētilitatis ritu credidit deo·et circumci-
dit carnem p̄pucij sui·et appositus est
ad p̄plm isrl': et omnis successio gene-
ris eius·usqȝ in hodiernū diem. Mox
aūt ut ortus est dies·suspenderūt sup
muros caput holofernis:accepitqȝ v-
nusquisqȝ vir arma sua: ⁊ egressi sūt
cum grandi strepitu ⁊ vlulatu. Quod
videntes exploratores· ad tabernacu-
lum cucurrerūt. Porro hij qui in taber-
naculo erant venientes et ante ingressū
cubiculi perstrepentes·excitandi gratia
inquietudinē arte moliebātur: ut nō
ab excitantibȝ sed a sonantibus holo-
fernes euigilaret. Nullus enim aude-
bat cubiculū virtutis assirioꝝ pulsan-
do aut intrando aperire. Sed cū venis-
sent eius duces ac tribuni et vniuersi
maiores exercitus assirioꝝ: dixerūt cu-
bicularijs. Intrate et excitate illū:quo-
niam egressi mures de cauernis suis

ausi sūt pvocare nos ad prelīū. Tūc
ingressus vagao cubiculū eius stetit
ante cortinā: et plausum fecit manibꝫ
suis: suspicabat̄ enim illū cū iudith dor-
mire. Sed cū nullū motū iacentis sen-
su auriū caperet: accessit ꝓximans ad
cortinā: et elevās eam vidit cadaver
absq; capite holofernis ī suo sangui-
ne tabefactū iacere sup̄ terrā: exclama-
vit voce magna cū fletu: et scidit vesti-
menta sua. Et ingressus tabernaclm
iudith nō invenit eā. Et exilivit foras
ad ppl'm: et dixit. Una mulier hebrea
fecit confusionem in domo regis na-
buchodonosor. Ecce enim holofernes
iacet in terra: et caput eius nō est ī illo.
Qd̄ dum audissent principes virtutis
assiriorum: sciderūt omnes vestimen-
ta sua: et intollerabilis timor et tremor
cecidit sup̄ eos: et turbati sunt animi
eoꝝ valde. Et fact⁹ est clamor īcompa-
rabilis ī medio castroꝝ eoꝝ. ca. xv.

Cumq; omnis exercitus decollatū
holofernē audisset: fugit mens
et consilium ab eis: et solo tremore et
metu agitati fuge presidium sumūt:
ita ut nullus loqueretur cum ꝓximo
suo: sed inclinato capite relictis omni-
bus evadere festinabāt hebreos: quos
armatos sup̄ se venire audierāt: fugi-
entes per vias campoꝝ et semitas col-
lium. Videntes itaq; filii israhel fugi-
entes secuti sunt illos: descenderuntq;
clangentes tubis et ululantes post i-
psos. Et quoniā assirii nō adunati ī
fugam ibant precipites: filii aūt isra-
hel uno agmine ꝑsequentes: debilita-
bant omnes quos invenire potuissent.
Misitq; ozias nuncios per omnes ci-
vitates et regiones israhel. Omnis
itaq; regio: omnisq; urbs electam iu-
ventutem armatam misit post eos:

et persecuti sunt eos in ore gladii quo-
usq; pervenirēt ad extremitatem finiū
suorum. Reliqui autem qui erant in
bethulia: ingressi sūt castra assiriorū:
et predā quā fugientes assirii relique-
rant abstulerunt: et onustati sunt val-
de. Hii vero qui victores reversi sūt ad
bethuliam: omnia queq; erant illorū
abstulerunt secū: ita ut nō esset nume-
rus in pecoribꝫ in iumentis et univer-
sis mobilibus eoꝝ: ut a minimo usq;
ad magnum omēs divites fierent de
p̄dationibus eoꝝ. Ioachim aūt sum-
mus pontifex de iherusalē venit in be-
thuliam cū universis presbiteris suis:
ut videret iudith. Que cū exisset ad illū:
benedixerunt illā omnes una voce di-
centes. Tu gloria iherusalem: tu leticia
israhel: tu honorificentia ppl'i nostri:
quia fecisti viriliter et confortatum est
cor tuū eo qd̄ castitatem amaveris: et
post virum tuū alterum nescieris: ideo
et manus dn̄i confortavit te: et ideo e-
ris benedicta ineternū. Et dixit omīs
populus. Fiat fiat. Per dies aūt trigin-
ta vix collecta sunt spolia assiriorum
a ppl'o israhel. Porro aūt universa q̄
holofernis peculiaria fuisse probata
sunt: dederūt iudith in auro et argen-
to et vestibus et gemmis et omni sup-
pellectili: et tradita sunt omnia illi a
populo. Et omnes ppl'i gaudebant
cum mulieribus et virginibus et iuve-
nibꝫ: ī organis et cytharis. ca. xvi.

Tunc cātavit canticū hoc dn̄o iu-
dith dicēs. Incipite dn̄o in tym-
panis: cātate dn̄o in cymbalis: modu-
lamini illi psalmū novum: exultate et
invocate nomen eius. Domin⁹ con-
terens bella: dn̄s nomen est illi: qui po-
suit castra sua in medio populi sui: ut
eriperet nos de manu omniū inimicoꝝ

nostrorum. Venit assur ex montibꝫ
ab aquilone in multitudine fortitudi=
nis sue: cuius multitudo obturauit tor=
rentes et equi eoꝝ cooperuerūt valles.
Dixit se incensurū fines meos ⁊ iuue=
nes meos occisurū gladio: infantes
meos dare in predā ⁊ virgines in ca=
ptiuitatē. Dominus aūt omipotens
nocuit eum · et tradidit eū in manus
femine: et cōfudit eū. Non enī cecidit
potens eorū a iuuenibꝫ · nec filij tytan
percusserunt eū nec excelsi gigātes impo=
suerūt se illi: sed iudith filia merari in
specie faciei sue dissoluit eū. Exuit enī se
vestimēta viduitatis: et induit se vesti=
menta leticie in exultatōne filiorū isrl.
Vnxit faciem suā vngēto: colligauit
cincinnos suos mitra ad decipiendū
illū. Sandalia eiꝰ rapuerūt oculos eiꝰ:
pulcritudo eiꝰ captiuā fecit animam
eius: amputauit pugione ceruicē eiꝰ.
Horruerūt perse constanciā eiꝰ ⁊ medi
audaciā eius. Tunc vlulauerūt castra
assiriorū: quādo apparuerūt humiles
mei · arescentes in siti. Filij puellarum
compunxerūt eos ⁊ sicut pueros fugi=
entes occiderūt eos: perierunt in plio
a facie dn̄i dei mei. ymnum cantemus
domino: ymnum nouum cantemus
deo nr̄o. Adonai dn̄e magnus es tu
et preclarꝰ in virtute · ⁊ quem superare
nemo potest. Tibi seruiat omīs creatu=
ra tua: quia dixisti ⁊ facta sūt · misisti
spiritū tuum et creata sunt: et nō est q̄
resistat voci tue. Montes a fundamē=
tis mouebunt cum aquis: petre sicut
cera liquescent ante faciē tuā. Qui au=
tem timent te · magni erunt apud te p
omnia. Ve genti insurgenti sup genꝰ
meū. Dominꝰ enī omnipotens vindi=
cabit ī eis: ī die iudicij visitabit illos.
Dabit enim ignē ⁊ vermes in carnes
eorum: ut vrantur et sentiant usqꝫ in
sempiternū. Et factū est post hec · omīs
populus post victoriā venit in iheru=
salem adorare dn̄m: et mox ut purifi=
cati sunt obtulerūt omēs olocausta ·
et vota et repromissiones suas. Por=
ro iudith vniuersa vasa bellica holo=
fernis que dedit illi pplus · et conopeū
qd̄ ipsa sustulerat posuit ī anathema
obliuionis. Erat aūt pplus iocundus
scd̄m faciem sanctoꝝ: ⁊ per tres menses
gaudium huius victorie celebratū est
cum iudith. Post dies aūt illos vnus=
quisqꝫ rediit in sua: et iudith magnifi=
cata est in bethulia: ⁊ p̄clarior erat vni=
uerse terre isrl. Erat etiam virtuti casti=
tatis adiuncta: ita ut nō cognosceret
virum omnibus diebꝫ vite sue · ex quo
defunctus est manasses vir eius. Erat
aūt diebus festis procedens cū magna
gloria. Mansit aūt in domo viri sui
annos centūquinqꝫ ⁊ dimisit abram
suam liberam: et defuncta est ac sepul=
ta cum viro suo in bethulia: luxitqꝫ il=
lam omnis pplus diebus septem. In o=
mni aūt spacio vite eius non fuit qui
perturbaret israhel ⁊ post mortem eius
ānis multis. Dies autem victorie hu=
ius festiuitatis · ab hebreis in numero
sanctorū dierum accipitur: et colitur
a iudeis ex illo tp̄e usqꝫ ī presentem diē.

Explicit liber iudith. Incipit. prologꝰ
sctī ieronimi pbr̄i in librū hester.

Librum hester varijs trans=
latoribus constat esse vi=
ciatū: quē ego de archiuis
hebreorū releuans verbū
e verbo expressius transtuli. Quē librū
editio vulgata laciniosis hinc inde
verboꝝ funibus trahit · addens ea que
ex tempore dici poterāt · et audiri: sicud
solitū est scolaribus disciplinis sūpto

themate excogitare · quibus verbis vi
tuperauit qui iniuriam passus est · vel ille
qui iniuriam fecit. Vos autem o paula et
eustochium quoniam et bibliothecas
hebreorum studuistis intrare · et interpre
tum certamina comprobastis · tenen
tes hester hebraicum librum per singula
verba nostram translationem aspicite:
ut possitis agnoscere me nichil etiam
augmentasse addendo: sed fideli testi
monio simpliciter sicud in hebreo ha
betur · historiam hebraicam latine lin
gue tradidisse. Nec affectamus laudes
hominum nec vituperationes expauesci
mus: deo enim placere curantes minas
hominum penitus non timemus: quoniam
deus dissipat ossa eorum qui hominibus
placere desiderant: et secundum apostolum
qui eiusmodi sunt servi christi esse non
possunt. Rursum in libro hester alpha
betum ex minio usque ad theta litteram
fecimus diversis in locis: volentes scilicet
septuaginta interpretum ordinem per hec in
sinuare studioso lectori. Nos enim
iuxta morem hebraicum ordinem prosequi
etiam in septuaginta editione maluimus.

Explicit prefatio. Incipit liber hester. Ca. I.

In diebus assueri qui regnavit ab india
usque ethiopiam super centumviginti septem
provincias: quando sedit in solio re
gni sui · susa civitas regni eius exordi
um fuit. Tercio igitur anno imperii sui
fecit grande convivium cunctis prin
cipibus et pueris suis fortissimis per
sarum et medorum inclitis et prefectis pro
vinciarum coram se: ut ostenderet di
vicias glorie regni sui ac magnitudi
nem atque iactantiam potentie sue multo
tempore: centum videlicet et octoginta
diebus. Cumque implerentur dies convivii
invitavit omnem populum qui inventus est
in susis a maximo usque ad minimum:
et iussit septem diebus convivium prepa
rari in vestibulo orti et nemoris · quod
regio cultu et manu consitum erat. Et
pendebant ex omni parte tentoria aerii co
loris et carbasini ac iacinctini · susten
tata funibus bissinis atque purpureis:
qui eburneis circulis inserti erant et co
lumpnis marmoreis fulciebantur. Le
tuli quoque aurei et argentei · super pavimen
tum smaragdino et pario stratum lapi
de dispositi erant: quod mira varietate
pictura decorabat. Bibebant autem qui
invitati erant · aureis poculis: et aliis
atque aliis vasis cibi inferebantur. Vi
num quoque ut magnificentia regia di
gnum erat habundans et precipuum po
nebatur: nec erat qui nolentes cogeret
ad bibendum: sed sic rex statuerat prepo
nens mensis singulos de principibus
suis: ut sumeret unusquisque quod vellet.
Vasthi quoque regina fecit convivium femi
narum in palacio ubi rex assuerus ma
nere consueverat. Itaque die septimo cum
rex esset hilarior et post nimiam potio
nem incaluisset mero · precepit maumam
et bazatha et arbona et bagatha et
abgatha et zarath et charchas septem
eunuchis qui in conspectu eius ministra
bant: ut introducerent vasthi reginam
coram rege · posito super caput eius dia
demate: ut ostenderet cunctis populis et prin
cipibus eius pulcritudinem. Erat enim
pulcra valde. Que renuit et ad regis
imperium quod per eunuchos manda
verat venire contempsit. Unde iratus
rex et nimio furore succensus · interroga
vit sapientes qui ex more regio sem
per ei aderant et illorum faciebat cuncta con
silio · scientium leges ac iura maiorum:
erant autem primi et proximi charsena et
sethar et admatha et tharsis et mares
et marsana et mamucha septem duces

persarum atq; medorū· qui videbant
faciem regis et primi post eum reside-
re solíti erant: cui sentencie vasthi regi-
na subiaceret que assueri regis impe-
rium qđ per eunuchos mandauerat· fa-
cere noluisset. Respondítq; mamucha
audiente rege atq; principibus. Non
solum regem lesit regina vasthi· sed o-
mnes pplos et prīcipes qui sūt in cun-
ctis provinciis regis assueri. Egredie-
tur enim sermo regine ad omēs muli-
eres ut contemnāt viros suos ⁊ dicāt.
Rex assuerus iussit ut regina vasthi in-
traret ad eum· et illa noluit: atq; hoc
exemplo omnes principū cōiuges per-
sarum atq; medoꝝ paruipendent im-
peria maritorū. Unde regis iusta est
indignatio. Si tibi placet egrediatur
edictū a facie tua · et scribatur iuxta legē
persarū atq; medorū quā preteriri illi-
citum est: ut nequaq̄ ultra vasthi in-
grediatur ad regem · sed regnū illius
altera que melior est illa accipiat. Et
hoc in omne qđ latissimū est prouin-
ciarum tuarū diuulgetur imperium:
⁊ cūcte uxores tam maioꝝ quā mino-
rum deferant maritis suis honorem.
Placuit consiliū eius regi ⁊ principibꝫ:
fecitq; iuxta cōsiliū mamuche et misit
epistolas ad uniūsas ꝓuincias regni
sui: ut queq; gēs audire et legere pote-
rat diuīsis linguis ⁊ litteris· esse viros
prīcipes ac maiores in domibꝫ suis: et
hoc per cunctos pplos diuulgari. ca. ii.
His ita gestis postq̄ regis assueri
indignatio deferbuerat· recorda-
tus est vasthi que fecisset vel que passa
esset; dixeruntq; pueri regis ac ministri
eius. Querātur regi puelle virgines ac
speciose· ⁊ mittantur qui considerent
per uniūsas prouincias puellas speci-
osas et virgines: ⁊ adducant eas ad
ciuitatem susan· et tradant in domū
feminarū sub manu egei eunuchi qui
est prepositus et custos mulierū regia-
rum: et accipiāt mundū muliebrem ⁊
cetera ad usus necessaria. Et quecūq;
inter omēs oculis regis placuerit· ipa
regnet ꝓ vasthi. Placuit sermo regi: ⁊
ita ut suggesserāt iussit fieri. Erat vir
iudeus in susis ciuitate vocabulo mar-
docheus filius iair filii semei· filii cis·
de stirpe iemini· qui translatus fuerat
de iherusalem · eo tēpe quo iechoniam
regem iuda nabuchodonosor rex ba-
bilonis trāstulerat: qui fuit nutricius
filie fratris sui edisse que altero nomi-
ne vocabatur hester· et utrūq; parentem
amiserat· pulcra nimis et decora facie.
Mortuisq; patre eius ac matre · mar-
docheus sibi eam adoptauit in filiam.
Cumq; percrebruisset regis imperium· ⁊
iuxta mandatum illius multe pulcre
virgines adducerentur susan· et egeo
traderentur eunucho: hester quoq; inter
ceteras puellas ei tradita est ut serua-
retur in numero feminaꝝ. Que placu-
it ei et invenit gratiā in cōspectu illius.
Et ꝑcepit eunucho ut acceleraret mun-
dum muliebrē et traderet ei partes su-
as· et septem puellas speciosissimas de
domo regis: ⁊ tam ipam quā pedisse-
quas eius ornaret atq; excoleret. Que
noluit indicare ei pplm ⁊ patriā suam
Mardocheus enī preceperat ei ut de hac
re omnino reticeret: qui deambulabat
cottidie ante vestibulū domus in qua
electe virgines seruabātur: curā gerēs
salutis hester: et scire volēs quid ei ac-
cideret. Cum autem venisset tempus sin-
gularū per ordinē puellaꝝ ut intrarēt
ad regem· expletis omnibꝫ que ad cultū
muliebrem pertinebāt mensis duode-
cimus vertebatur: ita dūtaxat ut sex

mēses oleo ungerent̄ mirtino· et aliis
sex quibusdam pigmentis et aroma-
tibus uterentur. Ingredientesq; ad re-
gem · quicquid postulassent ad orna-
tum pertinēs accipiebāt· et ut eis pla-
cuerat · cōposite de triclinio feminarū
ad regis cubiculū transiebāt. Et que
intrauerat vespere egrediebat̄ mane:
atq; inde in scḋas edes deducebantur
que sub manu sasagazi eunuchi erāt·
qui cōcubinis regis p̄sidebat: nec ha-
bebat potestatem ad regem ultra rede-
undi nisi voluisset rex· et eā venire ius-
sisset ex nomine. Euoluto aūt tēpore
per ordinem: instabat dies quo hester
filia abiahil fratris mardochei· quā
sibi adoptauerat in filiā· deberet intra
re ad regem. Que non quesiuit mulie-
brem cultū: sed quecūq; voluit egeus
eunuchus custos virginum· hec ei ad
ornatū dedit. Erat eni formosa valde
et incredibili pulcritudine: omnium
oculis gratiosa et amabilis videbat̄.
Ducta ē itaq; ad cubiclm regis assue-
ri mense decimo qui vocatur thebeth·
septimo anno regni ei⁹: et adamauit
eā rex plusquā oēs mulieres: habu-
itq; gratiā et misericordiā corā eo sup
omnes mulieres: et posuit diadema
regni in capite eius: fecitq; eā regnare
in loco vasthi. Et iussit conuiuiū pre-
parari permagnificū cunctis principi-
bus et seruis suis: pro coniūctione et
nuptiis hester. Et dedit requiē uniuer-
sis puinciis: ac dona largit⁹ est iuxta
magnificentiā principalem. Cumq; ₇
scḋo quererētur virgines· ₇ congrega-
rentur · mardocheus manebat ad ia-
nuam regis: necdū [illegible] pdiderat hester
patriā et populū suū· iuxta mandatū
eius. Quicquid eni ille precipiebat ob-
seruabat hester: et ita cūcta faciebat ut
eo tempore solita erat quo eā paruulā
nutriebat. Eo igitur tēpore quo mar-
docheus ad regis ianuā morabatur·
irati sunt bagathan et thares duo eu-
nuchi regis· qui ianitores erāt et ī pri-
mo palatii limine residebant: volue-
runtq; insurgere ī regem et occidere eū.
Quod mardocheum non latuit. Sta-
timq; nunciauit regine hester: et illa
regi ex nomine mardochei q̄ ad se ven
detulerat. Quesitū est et inuentum: et
appensus est uterq; eorum in patibulo.
Et iussit rex ut in libro memoriali scri-
beretur: ut pro vita sua aliquid repen-
saret ei. Mandatumq; est historiis ₇
annalibꝫ traditum coram rege. C. III.

Post hec rex assuerus exaltauit a-
man filiū amadathi qui erat de
stirpe agag: et posuit soliū eius super
oēs principes quos habebat. Cun-
ctiq; serui regis qui in foribus palatii
versabātur flectebant genua· et adora-
bant aman. Sic eni p̄ceperat eis impe-
rator. Solus mardocheus non flecte-
bat genu· neq; adorabat eum. Cui di-
xerunt pueri regis qui ad fores palatii
residebāt. Cur p̄ter ceteros non obser-
uas mādatum regis? Cumq; hoc cre-
brius dicerēt· ₇ ille nollet audire: nun-
ciauerūt aman scire cupientes utrum
perseueraret in sententia; dixerat enim
eis se esse iudeū. Quod cum audisset a-
man· et experimēto probasset qḋ mar-
docheus nō sibi flecteret genu nec se a-
doraret· iratus est valde: et pro nichi-
lo duxit in unū mardocheum mittere
manus suas: audierat eni quod esset
gentis iudee: magisq; voluit omnem
iudeoꝝ qui erant in regno assueri per-
dere nationē. Mense primo cuius vo-
cabulum est nisan· anno duodecimo
regni assueri· missa est sors in urnam

que hebraice dicit̃ phur corã aman·
quo die et quo mense gens iudeorꝫ de
beret interfici: et exiuit mensis duode
cimus q̃ vocat̃ adar. Dixitq; aman
regi assuero. Est pp̄ls per omnes pro
uincias regni tui dispersus ⁊ a se mu
tuo separatus · nouis utens legibꝫ et
cerimonijs · insuper et regis scita con
temnens; et optime nosti qđ nõ expe
diat regno tuo ut insolescat per licen
tiam. Si tibi placet decerne ut pereat:
et decem milia talẽtorum appendam
archarijs gaze tue. Tulit ergo rex anu
lum quo utebat̃ de manu sua · ⁊ dedit
eum aman filio amadati de ꝓgenie
agag hosti iudeorꝫ: dixitq; ad eũ. Ar
gentum qđ tu polliceris tuum sit: de
pp̄lo age quod tibi placet. Vocatiq;
sunt scribe regis mense primo nisan
terciadecima die eiusdẽ mensis: et scri
ptum est ut iusserat aman ad om̃es
satrapas regis · et iudices prouincia
rum diuersarũq; gentiũ · ut queq; gẽs
legere poterat et audire · pro varietate
linguarꝫ ex nomine regis assueri: et lit
tere signate ip̄ius anulo misse sunt ꝑ
cursores regis ad uniũsas ꝓuincias·
ut occiderẽt atq; delerent omnes iude
os a puero usq; ad senem paruulos ⁊
mulieres · uno die hoc est terciodecimo
mensis duodecimi qui vocatur adar:
et bona eorꝫ diriperent. Summa autẽ
epistolarũ hec fuit: ut om̃es prouĩcie
scirent et pararent se ad p̄dictam diẽ.
Festinabãt cursores qui missi erãt re
gis imperium explere. Statimq; in su
sis pependit edictum: rege et aman
celebrante conuiuium · ⁊ cunctis iude
is qui erãt in urbe flentibus. ca. IIII.
Que cũ audisset mardoche⁹ scidit
vestimenta sua: et indut⁹ est sac
co · spargens cinerẽ capiti: et in platea
medie ciuitatis voce magna clama
bat ostendens amaritudinem animi
sui: et hoc eiulatu usq; ad fores pala
tij gradiens. Non enim erat licitum
indutũ sacco aulã regis intrare. In o
mnibꝫ quoq; ꝓuincijs oppidis ac lo
cis ad q̃ crudele regis dogma peruene
rat · planct⁹ ingens erat apud iudeos·
ieiuniũ · ululat⁹ · ⁊ fletus · sacco ⁊ cinere
multis pro strato utentibus. Ingressi
aũt sunt puelle hester et eunuchi: nun
ciauerũtq; ei. Quod audiẽs consterna
ta est: et vestem misit ut ablato sacco
indueret eam. Quam accipere noluit.
Accitoq; athach eunucho quem rex mi
nistrum ei dederat: precepit ut iret ad
mardocheũ ⁊ disceret ab eo cur hoc face
ret. Egressusq; athach iuit ad mardoch
eum: et inuenit eum stantem in platea
ciuitatis ante ostiũ palatij. Qui indi
cauit ei omnia que acciderãt · quomõ
aman ꝓmisisset ut in thesauros regis
pro iudeorum nece inferret argentũ: ex
emplarq; edicti qđ pendebat in susis
dedit ei ut regine ostenderet: ⁊ moneret
eam ut intraret ad regem · et dep̄caret̃
eum pro populo suo. Regressus athach
nũciauit hester om̃ia que mardoche⁹
dixerat. Que respõdit ei: et iussit ut di
ceret mardocheo. Omnes serui regis
et cũcte que sub ditione eius sũt norũt
prouincie · qđ siue vir siue mulier non
vocatus interius atriũ regis intraue
rit · absq; ulla cũctatione statim interfi
ciatur: nisi forte rex aureã virgam ad
eum tetenderit · pro signo clemẽtie · atq;
ita possit viuere. Ego igitur quomõ
ad regem intrare potero: que triginta
iam diebus nõ sum vocata ad eum?
Quod cũ audisset mardocheus rursũ
mandauit hester dicens. Ne putes qđ
animã tuam tantum liberes: quia in

domo regis es pre cunctis iudeis. Si
enī nunc sic silueris p aliā occasionē
liberabūtur iudei: et tu et domus pris
tui peribitis. Et quis nouit utrū idcir=
co ad regnū veneris: ut in tali tempore
parareris? Rursumq; hester hec mar=
docheo verba mandauit. Vade et
congrega omnes iudeos quos in su=
sis repereris: et orate pro me. Non co=
medetis et non bibatis tribus diebus
et tribus noctibz. et ego cū ancillulis
meis similiter ieiunabo: et tunc ingre=
diar ad regem contra legem faciens
non vocata. tradensq; me morti et
periculo. Juit itaq; mardocheus et fe=
cit omnia que hester preceperat. ca. v.

Die aūt tercio induta est hester re=
galibus vestimentis: et stetit in
atrio domus regie quod erat interius
contra basilicā regis. Et ille sedebat
sup soliū suum in consistorio palatij
contra ostiū domus. Cumq; vidisset
hester reginā stantem placuit oculis
eius: et extendit ɔtra eam virgā aure=
am quā tenebat manu. Que accedēs
osculata est summitatē virge eius. Di=
xitq; ad eam rex. Quid vis hester regi=
na? Que est peticio tua? Etiā si dimi=
diam partem regni petieris dabitur ti=
bi. At illa respōdit. Si regi placet ob=
secro ut venias ad me hodie et aman
tecū ad conuiuiū qđ paraui. Statim
q; rex. vocate inquit cito aman: ut he=
ster obediat volūtati. Venerunt itaq;
rex et aman ad cōuiuiū qđ eis regina
parauerat. Dixitq; ei rex postq̄ vinū
biberat habundanter. Quid petis ut
detur tibi et p qua re postulas? Etiā
si dimidiā partē regni mei petieris im=
petrabis. Cui respondit hester. Peti=
tio mea et p̄ces sunt iste. Si inueni in
conspectu regis gratiā. et si regi placet
ut det michi quod postulo et meā im=
pleat peticionem: veniat rex et aman
ad cōuiuiū qđ paraui eis: et cras apri=
am regi voluntatem meā. Egressus ē
itaq; illo die amā let9 et alacer. Cūq;
vidisset mardocheū sedentem ante fo=
res palatij. et nō solū non assurrexisse
sibi sed nec motū quidē de loco sessio=
nis sue. indignatus est valde: et dissi=
mulata ira reūsus i domū suā conuo=
cauit ad se amicos suos et zares uxo=
rem suam: et exposuit illis magnitudi=
nem diuitiaꝝ suarū filiorūq; turbam:
et quanta eū gloria sup om̄es princi=
pes et seruos suos rex eleuasset. Et post
hec ait. Regina q̄ȝ hester nullū aliū vo=
cauit ad conuiuiū cū rege preter me: a=
pud quā etiam cras cū rege pransur9
sum. Et cū hec omnia habeam nichil
me habere puto q̄ȝ diu video mardoch=
eum iudeū sedentem ante fores regias.
Responderuntq; ei zares uxor eius et
ceteri amici. Jube parari excelsā trabē
habentem altitudinis quīquaginta
cubitos: et dic mane regi ut appendat
sup eā mardocheū: et sic ibis cū rege le=
tus ad conuiuiū. Placuit ei cōsilium:
et iussit excelsam p̄parari crucē. c. vi.

Noctem illā duxit rex i sompnē: ius=
sitq; sibi afferri historias et an=
nales priorū temporū. Que cum illo
presente legerentur: ventū est ad illum
locū ubi scriptū erat quomodo nunci=
asset mardocheus insidias bagathā
et thares eunuchoꝝ. regem assuerū iu=
gulare cupientium. Qđ cū audisset rex
ait. Quid pro hac fide honoris ac pre=
mij mardocheus consecut9 est? Dixe=
runt ei serui illius ac ministri. Nichil
omnino mercedis accepit. Statimq;
rex. quis ē inquit i atrio? Aman quip=
pe interius atriū dom9 regie intrauerat.

ut suggereret regi et iuberet mardoche-
um affigi patibulo qd ei fuerat prepa-
ratū. Responderūt pueri. Aman stat
in atrio. Dixitq; rex. Ingrediat. Cūq;
esset ingressus ait illi. Quid debet fieri
uiro quē rex honorare desiderat? Co-
gitans aūt in corde suo aman et repu-
tans qd nullū aliū rex nisi se vellet ho-
norare: respondit. Homo quem rex ho-
norare cupit debet indui uestibus re-
giis et imponi super equū qui de sella
regis est: et accipere regium diadema
sup caput suū: et prim⁹ de regiis prin-
cipibus ac tirānis teneat equū eius:
et per plateam ciuitatis incedens cla-
met et dicat. Sic honorabit quecun-
q; rex uoluerit honorare. Dixitq; ei rex.
Festina et sumpta stola et equo fac ut
locutus es mardocheo iudeo qui sedet
ante fores palatii. Caue ne quicquā
de hiis que locut⁹ es pretermittas. Tu-
lit itaq; aman stolā et equū: indutū-
q; mardocheum in platea ciuitatis et
impositū equo precedebat atq; clama-
bat. Hoc honore condignus ē quem-
cunq; rex uoluerit honorare. Reuersusq;
est mardocheus ad ianuam palatii:
et aman festinauit ire in domū suam
lugens et operto capite: narrauitq;
zares uxori sue et amicis omnia que
euenissent sibi. Cui responderūt sapi-
entes quos habebat in cōsilio et uxor
ei⁹. Si de semine iudeoꝝ est mardocheus
ante quē cadere cepisti: nō ei poteris re-
sistere: sed cades in conspectu eius. Ad-
huc illis loquentibꝫ uenerūt eunuchi
regis: et cito eū ad cōuiuiū qd regina
parauerat pgere compulerūt. ca. vii.

Intrauit itaq; rex et aman ut biberēt cū
regina. Dixitq; ei rex etiā secunda die
postq; uino incaluerat. Que ē petitio
tua hester ut detur tibi: et quid uis fieri?
Etiam si dimidiā partē regni mei pe-
tieris impetrabis. Ad quē illa respōdit.
Si inueni gratiā in oculis tuis o rex
et si tibi placet: dona michi animam
meā pro qua rogo: et populū meum
pro quo obsecro. Traditi enim sumus
ego et pplus meus ut cōteramur iugule-
mur et pereamus. Atq; utinā in seruos
et famulas uenderemur: esset tolerabi-
le malū et gemens tacerē: nunc autem
hostis noster est cui⁹ crudelitas redūdat
in regem. Respondensq; rex assuerus
ait. Quis est iste et cuius potentie: ut
hec audeat facere? Dixitq; hester. Ho-
stis et inimicus noster pessimus iste ē
aman. Quod ille audiens ilico obstu-
puit: uultū regis et regine ferre non su-
stinens. Rex aūt surrexit iratus: et de lo-
co conuiuii intrauit in ortū arboribus
consitū. Aman qq; surrexit ut rogaret
hester reginā pro anima sua: intellexit
enim a rege paratum sibi malū. Qui
cū reuersus esset de orto nemoribꝫ con-
sito: et intrasset conuiuii locū: repperit
aman sup lectum corruisse i quo iace-
bat hester et ait. Etiā reginā uult op-
primere me presente i domo mea. Nec-
dum uerbū de ore regis exierat: et sta-
tim operuerūt faciem ei⁹. Dixitq; arbo-
na unus de eunuchis qui stabant in
ministerio regis. En lignū qd paraue-
rat mardocheo qui locut⁹ est pro rege:
stat i domo aman: habēs altitudinis
quinquaginta cubitos. Cui dixit rex.
Appendite eū in eo. Suspēsus est itaq;
aman i patibulo qd parauerat mar-
docheo: et regis ira requieuit. ca. viii.

Die illo dedit rex assuerus hester re-
gine domum aman aduersarii
iudeoꝝ: et mardocheus ingressus ē an-
te faciem regis. Confessa est enim ei he-
ster quod esset patruus suus. Tulitq;

rex anulū quem ab aman recipi iusse-
rat: et tradidit mardocheo. Hester au-
tem cōstituit mardocheū sup domum
suam. Nec hijs cōtenta, pcidit ad pe-
des regis: flevitq; et locuta ad eū ora-
vit ut maliciam aman agagite et ma-
chinationes ei9 pessimas quas exco-
gitaverat cōtra iudeos: iuberet irritas fi-
eri. At ille ex more sceptrū aureū pre-
tendit manu: quo signū clemētie mon-
strabat. Illaq; cōsurgens stetit āte eū:
et ait. Si placet regi et si inveni gratiā
in oculis ei9 et deprecatio mea nō ei vi-
detur esse contraria: obsecro ut novis
epistolis veteres aman littere insidia-
toris et hostis iudeorū quibz eos in cun-
ctis regis provincijs perire preceperat
corrigātur. Quomodo enim potero su-
stinere necem et interfectionē ppli mei?
Responditq; rex assuerus hester regine
et mardocheo iudeo. Domum aman
concessi hester et ipm iussi affigi cruci:
qa ausus est manū mittere in iudeos.
Scribite ergo iudeis sicut vobis pla-
cet ex regis nomine: signātes litteras
anulo meo. Hec eni cōsuetudo erat: ut
epistolis q ex regis nomine mittebā-
tur et illius anulo signate erāt: nemo
auderet contradicere. Accitisq; scribis
et librarijs regis: erat autem tempus
tercij mensis qui appellat̄ siban: vice-
sima et tercia illi9 die: scripte sūt episto-
le ut mardocheus voluerat ad iudeos
et ad principes: procuratoresq; et iu-
dices: qui centūviginti septē provincijs
ab india usq; ethiopiam psidebant:
provincie atq; pvincie: pplo et popu-
lo iuxta linguas et litteras suas: et iu-
deis: ut legere poterāt et audire. Ipse
q; epistole que ex regis noīe mittebā-
tur: anulo illius obsignate sūt et mis-
se p veredarios: q per oēs provincias
discurrētes: veteres litteras novis nū-
cijs preuenirent. Quibus imperavit
rex: ut conuenirēt iudeos per singulas
civitates: et in unū precipperent congre-
gari: ut starent p animabz suis: et o-
mnes inimicos suos cum cōiugibus
ac liberis: et universis domibus interfi-
cerent atq; delerent. Et constituta ē per
omnes provincias una ultionis dies:
id est terciadecima die mensis duode-
cimi adar. Sūmaq; epistole fuit ut in
omnibz terris ac pplis qui regis assue-
ri subiacebant imperio: notū fieret pa-
ratos esse iudeos ad capiendā vindi-
ctam de hostibus suis. Egressiq; sunt
veredarij celeres nūcios perferentes: et
edictum regis ppendit in susis. Mar-
docheus aūt de palatio et de cōspectu
regis egrediens fulgebat vestibz regijs
iacinctinis videlicet et aerinis: coronā
auream portans capite: et amictus se-
rico pallio atq; purpureo. Omnisq; ci-
vitas exultavit atq; letata est. Iudeis
aūt nova lux oriri visa est: gaudium:
honor: et tripudium. Apud omnes
populos urbes atq; provincias quo-
cunq; regis precepta veniebant: mira
exultatio epule atq; convivia et festus
dies: intantum ut alterius plures gen-
tis et secte eorū religioni et cerimonijs
iungerentur. Grandis enim cunctos iu-
daici nominis terror invaserat. Ca. IX.
Igitur duodecimi mensis quem adar
vocari ante iam diximus: terciadecima
die quando cunctis iudeis interfectio pa-
rabatur et hostes eorū inhiabant san-
guini: versa vice iudei superiores esse
ceperūt: et se de adversarijs vindica-
re. Congregatiq; sunt per singulas ci-
vitates et oppida et loca: ut extenderēt
manū cōtra inimicos et psecutores su-
os. Nullusq; ausus est resistere eo qd

omnes populos magnitudinis eorũ
formido penetraret. Nam et provin-
ciarum iudices duces et procuratores ·
omnisq; dignitas que singulis locis
et operibus preerat · extollebãt iudeos
timore mardochei: quẽ principẽ esse
palatii et plurimũ posse cognoverãt.
Fama quoq; nominis eius crescebat quo-
tidie: et per cunctorum ora volitabat.
Itaq; percusserunt iudei inimicos suos
plaga magna et occiderunt eos · red-
dentes eis qđ sibi paraverãt facere: in-
tantũ ut etiã in susis quingẽtos viros
interficerẽt · extra decem filios aman a-
gagite hostis iudeorũ. Quorũ ista sũt
nomina: pharsandathan et delphon
et esphata et phorata et adalia ⁊ ari-
datha et phermestha arisai et aridai
et vaiesatha. Quos cũ occidissent predas
de substantiis eorũ tangere noluerunt.
Statimq; numerus eorũ qui occisi erãt
in susis ad regem relatus est. Qui dixit
regine. In urbe susis interfecerũt iudei
quingentos viros · et alios decem fili-
os aman: quantã putas eos exercere
cedem in universis provinciis? Quid ul-
tra postulas: ⁊ quid vis ut fieri iubeã?
Cui illa respondit. Si regi placet detur
potestas iudeis · ut sicut fecerũt hodie
in susis sic et cras faciãt: et decem filii
aman in patibulis suspendãtur. Pre-
cepitq; rex ut ita fieret. Statimq; in susis
pependit edictum: et decem filii aman
suspensi sũt. Congregatis iudeis quar-
tadecima die mẽsis adar interfecti sũt
in susis trecenti viri: nec eorũ ab illis
direpta substãcia est: sed et per omnes
provincias · que ditioni regis subia-
cebant pro animabus suis steterunt
iudei · interfectis hostib3 ac persecutorib3
suis: intantũ ut septuagintaquinq; mi-
lia occisorum implerentur · et nullus
de substantiis eorũ quicquã contingeret.
Dies autẽ terciusdecimus mensis adar
unus apud omnes interfectionis fuit:
et quartadecima die cedere desierunt.
Quem cõstituerunt esse solempnem: ut
in eo omni tempore deinceps vacarent epu-
lis gaudio atq; conviviis. At hii qui
in urbe susis cedẽ exercuerant tercio de-
cimo et quartodecimo die eiusdẽ men-
sis in cede versati sunt: decimoquinto
autẽ die percutere desierũt. Et idcirco e-
undem diem constituerunt solempnem
epularũ atq; leticie. Hii vero iudei qui
in oppidis non muratis ac villis mo-
rabãtur · quartũdecimũ diem mensis
adar conviviorũ ⁊ gaudii decreverunt:
ita ut exultent in eo et mittant sibi mu-
tuo partes epularũ et ciborũ. Scripsit
itaq; mardocheus omnia hec · et litte-
ris comprehensa misit ad iudeos qui
in omnibus regis provinciis mora-
bantur: tam in vicino positis quã pro-
cul: ut quartãdecimam et quintamde-
cimam diẽ mensis adar pro festis sus-
ciperent · et revertente semper anno sole-
mni honore celebrarent: quia in ipsis
dieb3 se ulti sũt iudei de inimicis suis ·
et luctus atq; tristicia in hilaritatẽ gau-
diumq; conversi sunt: essentq; dies isti
epularũ atq; leticie · et mitterẽt sibi in-
vicem ciborũ partes: et pauperib3 mu-
nuscula largirentur. Susceperũtq; iu-
dei in solempnẽ ritum cuncta que eo tempore
facere ceperãt: ⁊ que mardocheus litte-
ris facienda mandaverat. Aman enĩ
filius amadati stirpis agag hostis et
adversarius iudeorũ cogitavit contra
eos malũ · ut occideret illos atq; deleret:
et misit phur qđ nostra lingua vertit
in sortem: et postea ingressa est hester
ad regem obsecrans ut conatus eius ·
litteris regis irriti fierẽt: et malũ quod

contra iudeos cogitauerat reuerteretur
in caput eius. Deniq; et ipm̄ et filios
eius affixerūt cruci: atq; ex illo tēpore
dies isti appellati sunt phurim id est
sortium: eo qd̄ phur id est sors i urnā
missa fuerit. Et cuncta que gesta sunt
epistole id est libri huius volumine
continentur: queq; sustinuerint ⁊ que
deinceps inmutata sint · susceperūt iu-
dei sup se et semen suū · et super cunctos
qui religioni eoꝝ voluerint copulari:
ut nulli liceat duos hos dies absq;
solemnitate trāsigere quos scriptura
testatur: et certa expetūt tempora an-
nis sibi iugiter succedentibꝫ. Isti sunt
dies quos nulla umq̄ delebit obliuio:
et per singulas generationes cūcte in
toto orbe ꝓuincie celebrabunt: nec est
ulla ciuitas in qua dies phurim id ē
sortium nō obseruent a iudeis · ⁊ ab e-
orum ꝓgenie que hiis cerimoniis ob-
ligata est. Scripseruntq; hester regina
filia abiahil et mardocheus iudeus e-
tiam scd̄am epistolā · ut omni studio
dies ista solemnis sanxiretur in poste-
rum. Et miserūt ad oēs iudeos qui
in centūuigintiseptem ꝓuinciis regis
assueri versabant̄ · ut haberent pacem
et susciperēt veritatē · obseruātes dies
sortiū: et suo tp̄e cū gaudio celebrarēt ·
sicut cōstituerat mardocheus et hester.
Et illi obseruāda susceperūt a se ⁊ a se-
mine suo · ieiunia · atq; clamores ⁊ sor-
tium dies: et oīa que libri huiꝰ qui
vocat̄ hester historia continent̄. ca. x.

Rex vero assuerus omnem terrā et
cunctas maris insulas fecit tri-
butarias: cuius fortitudo et imperiū
et dignitas atq; sublimitas qua exal-
tauit mardocheum scripta sūt in libris
medoꝝ atq; persarū: et quomō mar-
docheus iudaici generis secundus a
rege assuero fuerit et magnꝰ apud iu-
deos · ⁊ acceptabilis plebi fratrū suoꝝ ·
querens bona ꝑplo suo · ⁊ loquens ea
que ad pacem seminis sui pertinerent.
Que habentur in hebreo plena fide ex-
pressi: hec aūt que secuntur scripta repe-
ri in editione vulgata que grecoꝝ lin-
gua et litteris cōtinent̄: et interim post
finem libri hoc capitulū ferebatur · qd̄
iuxta consuetudinem nostrā obelo id
est veru ꝑnotauimꝰ. Dixitq; mardoch-
eus. A deo facta sūt ista. Recordatus sū
somnii qd̄ videram hec eadem signifi-
cantis: nec eorū quicquā irritum fuit.
Paruus fons qui creuit in fluuium ⁊
in lucem solemq; conuersus est · et in a-
quas plurimas redundauit · hester ē:
quam rex accepit uxorē et voluit esse
reginā. Duo autē dracones ego sum
et aman. Gentes que cōuenerant · hii
sunt qui conati sunt delere nomen iu-
deorum. Gens aūt mea isrl' est que cla-
mauit ad dnm̄: et saluū fecit dn̄s po-
pulum suū · liberauitq; nos ab oībꝫ
malis · et fecit signa magna atq; por-
tenta inter gentes: et duas sortes esse
precepit · unam ꝑpli dei ⁊ alteram cun-
ctarū gentium. Venitq; utraq; sors in
statutū ex illo iam tempore corā deo
uniuersis gentibus: et recordatus est
dn̄s ꝑpli sui · ac misertꝰ hereditatis sue.
Et obseruabūtur dies isti i mēse adar
quartadecima et quintadecima die e-
iusdē mēsis · cū omi studio ⁊ gaudio i
unū cetum ꝑpli congregati in cūctas de-
inceps generatiōes ꝑpli israhel. ca. xi.

Anno quarto regnantibꝫ ptolo-
meo et cleopatra · attulerūt dosi-
theus qui se sacerdotem ⁊ leuitici gene-
ris ferebat · ⁊ ptolomeus filiꝰ eius hāc
epistolam phurim: quā dixerūt inter-
pretatū esse lisimachū ptolomei filiū

in iherusalem. Hoc q̃ principiū erat
in editione vulgata: qđ nec in hebreo
nec apud ullū fertur interpretum. An-
no secundo regnante artarxerse maxi-
mo·prima die mensis nisan: vidit so-
mnium· mardocheus filius iahiri fi-
lij semei·filij cis de tribu beniamin·ho-
mo iudeus qui habitabat in urbe su-
sis: vir magnus·⁊ inter primos aule
regie. Erat aūt de eo numero captiuo-
rum quos trāstulerat nabuchodono-
sor rex babilonis de iherusalem cum ie-
conia rege iuda: et hoc eius somnium
fuit. Apparuerunt voces ⁊ tumultus·
tonitrua et terre motus ⁊ conturbatio
sup terrā: et ecce duo dracones magni
paratiq; contra se in plium: ad quoꝝ
clamorē cūcte concitate sūt nationes·
ut pugnarent contra gentē iustorum.
Fuitq; dies illa tenebrarū et discrimi-
nis·tribulationis ⁊ angustie·et ingēs
formido sup terrā. Conturbataq; est
gens iustoꝝ timentiū mala sua·et pre-
parata ad mortem. Clamaueruntq;
ad deū; et illis vociferātibȝ fons par-
uus creuit in fluuiū maximum· et in
aquas plurimas redundauit. Lux et
sol ortus est·et humiles exaltati sunt·
et deuorauerunt inclitos. Quod cum
vidisset mardocheus et surrexisset de
stratu·cogitabat quid deus facere vel-
let: et fixū habebat in animo scire cu-
piēs quid significaret somniū. ca. xii.

Morabatur aūt eo tempore in au-
la regis·cū bagatha et thara eu-
nuchis regis qui ianitores erāt pala-
tij. Cūq; intellexisset cogitationes eoꝝ
⁊ curas diligentius puidisset: didicit
qđ conarent in regem artarxersē ma-
nus mittere: et nūciauit super eo regi.
Qui de utroq; habita questione·con-
fessos iussit duci ad mortem. Rex aūt
quod gestū erat scripsit in commenta-
rijs. Sed ⁊ mardocheus rei memoriā
litteris tradidit. Precepitq; ei rex ut in
aula palatij moraretur·datis ei pro de-
latione muneribȝ. Amā vero filius
amadathi bugeus erat gloriosissim⁹
corā rege: ⁊ voluit nocere mardocheo
et pplo eius pro duobus eunuchis re-
gis qui fuerāt interfecti. Huc usq; pro-
emium. Que sequnt in eo loco posita
erant ubi scriptū est in volumine et di-
ripuerūt bona uel substantias eorum.
Que i sola vulgata editione reperiunt⁹.
Epistole aūt hoc exēplar fuit. ca. xiii.

Rex maximus artarxerses ab in-
dia usq; ethiopiā centūuiginti-
septem prouinciaꝝ principibus et du-
cibus· qui eius imperio subiecti sūt sa-
lutem. Cū plurimis gentibus impra-
rem·et uniuersum orbem mee ditioni
subiugassem: volui nequaquā abuti
potentie magnitudine·sed clemētia et
lenitate gubernare subiectos: ut absq;
ullo terrore vitā silentio transigentes·
optata cūctis mortalibus pace fruerē-
tur. Querente aūt me a cōsiliarijs me-
is quomō posset hoc impleri: unus q̃
sapientia et fide ceteros precellebat·et
erat post regem sc̄s aman nomine·
indicauit michi in toto orbe terrarum
populū esse dispersum qui nouis ute-
retur legibus: et contra omniū gentiū
cōsuetudinem faciens·regū iussa con-
temneret: et uniuersaꝝ concordiā nati-
onum sua dissensione violaret. Quod
cum didicissemus·videntes unam gen-
tem rebellem aduersus omne hominū
genus peruersis uti legibus·nostrisq;
iussionibus contraire· et turbare sub-
iectarum nobis prouinciaꝝ pacē atq;
concordiā: iussim⁹ ut quoscūq; aman
qui omnibus prouincijs prepositus

est et secūdus a rege · et quem patris loco
colimus mõstrauerit · cū coniugibus
ac liberis deleantur ab inimicis suis ·
nullusq; eorū misereatur · quartadecima
die duodecimi mēsis adar āni presentis:
ut nepharij homines uno die ad infe-
ros descendētes · reddāt imperio nr̄o
pacem quem turbauerant. Huiusq; ex-
emplar epistole. Que secuntur post e-
um locum scripta reppeti ubi legitur ·
pergensq; mardocheus fecit omnia que
ei mandauerat hester: nec tamē haben-
tur in hebraico et apud nullū penitus
feruntur interpretū. Mardocheus aūt
deprecatus est dñm · memor omnium
operum eius · et dixit. Domine dñe rex
omnipotēs · in ditione enī tua cuncta
sunt posita: et nō est q̄ possit tue resiste-
re uoluntati · si decreueris saluare isrl̄.
Tu fecisti celū et terrā et quicquid celi
ambitu cōtinetur · dñs omniū es: nec
est qui resistat maiestati tue. Cūcta no-
sti et scis quia non pro supbia et con-
tumelia et aliqua glorie cupiditate fe-
cerim hoc · ut non adorarē aman su-
perbissimū: libenter enī pro salute isrl̄
etiā uestigia pedū eius deosculari pa-
ratus essem: sed timui ne honorem
dei mei transferrem ad hominē · et ne
quemquā adorarem excepto deo meo.
Et nunc domine rex deus abraham
miserere populi tui: qui uolunt nos
inimici nostri perdere et hereditatē tu-
am delere. Ne despicias partem tuam
quam redemisti de egipto. Exaudi de-
precationem meam et propicius esto
sorti et funiculo tuo: et conuerte luctū
nostrū in gaudiū · ut uiuētes laudemus
nomē tuū dñe: et ne claudas ora te ca-
nentiū. Omnis quoq; isrl̄ pari mente
et obsecratōne clamauit ad dñm: eo
qd̄ eis certa mors impēderet. ca. xiiii.

Hester quoq; regina confugit ad
dñm pauens periculū qd̄ immi-
nebat. Cumq; deposuisset uestes regi-
as · fletibus et luctu apta indumenta
suscepit: et pro ungentis uarijs cinere
et stercore impleuit caput · et corpus
suū humiliauit ieiunijs: omniaq; lo-
ca in quibus ante letari cōsueuerat cri-
nium laceratione cōpleuit. Et depreca-
batur dñm deū isrl̄ dicens. Dñe mi qui
rex noster es solus · adiuua me solita-
riam: et cuius preter te nullus auxilia-
tor est alius. Periculū meū in manibus
meis est. Audiui a patre meo qd̄ tu do-
mine tulisses israhel de cūctis gentibus ·
et patres nostros ex omnibus retro ma-
ioribus suis · ut possideres hereditatē
sempiternā: fecistiq; eis sicut locutus es.
Peccauimus in conspectu tuo: et idcir-
co tradidisti nos in manus inimicorū
nostrorū. Coluimus enī deos eorum.
Iustus es dñe. Et nūc non eis sufficit
qd̄ durissima nos opprimunt seruitu-
te: sed robur manuū suarū ydolorū
potentie deputantes uolūt tua muta-
re promissa · et delere hereditatem tuā:
et claudere ora laudantiū te · atq; extin-
guere gloriā templi et altaris tui: ut
aperiant ora gentiū et laudent ydolo-
rum fortitudinem · et predicent carna-
lem regem in sempiternū. Ne tradas
dñe sceptrū tuū hijs qui non sunt · ne
rideant ad ruinam nostrā: sed conuer-
te cōsilium eorū sup eos: et eum qui in
nos cepit seuire disperde. Memento do-
mine · et ostende te nobis in tempore tri-
bulationis nostre: et da michi fiduciā
dñe rex deorū et uniuerse potestatis: tri-
bue sermonē cōpositum in ore meo in
conspectu leonis · et transfer cor illius
in odium hostis nostri: ut et ipse pere-
at et ceteri qui ei consentiūt. Nos aūt

libera in manu tuã: ⁊ adiuua me nul-
lũ aliũ auxiliũ habẽtem nisi te dñe· q̃
habes omniũ sciẽtiã · et nosti quia
oderim gloriã iniquoꝝ: ⁊ detester cu-
bile incircũcisorum et om̃is alienige-
ne. Tu scis necessitatem meã quod ab-
hominer signũ superbie · et glorie mee
qđ est sup caput meũ in diebus osten-
tationis mee: et detester illud q̃si pan-
num menstruate· et non portẽ in diebꝫ
silentij mei: et quod nõ comederim in
mensa aman· nec michi placuerit con-
uiuium regis· ⁊ nõ biberim vinũ liba-
minũ: et nunq̃ꝫ leta sit ancilla tua
ex quo huc trãslata sũ usqꝫ ĩ presentẽ
diẽ· nisi in te dñe deus abrahã. Deus
fortis super omnes· exaudi vocem eo-
rum qui nullam aliam spem habent·
et libera nos de manu iniquorum: et
erue me a timore meo. Hec q̃ꝫ addita
reperi in editione vulgata. c. xv..

Et mandauit ei haut dubiũ quin
hester mardocheus· ut ingrede-
retur ad regem: ut rogaret pro popu-
lo suo et ꝓ patria sua. Memorare in-
quit dieꝝ humilitatis tue· quomodo
nutrita sis in manu mea: quia aman
secũs a rege locut⁹ est ꝯtra nos in mor-
tem: et tu inuoca dñm et loquere regi
pro nobis· et libera nos de morte. Nec
non et ista que subdita sũt. Die autẽ
tercio deposuit vestimenta ornat⁹ sui:
et circũdata est gloria sua. Cũqꝫ regio
fulgeret habitu et inuocasset omnium
rectorẽ et saluatorem deũ: assumpsit
duas famulas· et sup unã quidẽ inni-
tebatur quasi pre delicijs· et nimia te-
neritudine corp⁹ sui ferre nõ sustinẽs:
altera aũt famularũ sequebat̃ dñam
defluentia in humũ indumẽta susten-
tans. Ipsa aũt roseo colore vultũ per-
fusa· et gratis ac nitentibꝫ oculis tristẽ
celabat animũ · et nimio timore con-
tractum. Ingressa igitur cuncta per or-
dinem ostia stetit cõtra regem· ubi ille
residebat sup soliũ regni sui· indut⁹ ve-
stibus regijs auroqꝫ fulgens ⁊ precio-
sis lapidibus: eratqꝫ terribilis aspectu.
Cumqꝫ eleuasset faciẽ et ardentibꝫ ocu-
lis furorẽ pectoris indicasset: regina
corruit· et in pallorem colore mutato·
lassum sup ancillulam reclinauit ca-
put. Conuertitqꝫ deus spiritũ regis in
mãsuetudinẽ: et festinus ac metuens
exiliuit de solio ⁊ sustentãs eã ulnis su-
is donec rediret ad se· hijs verbis blan-
diebatur. Quid habes hester? Ego sũ
frater tuus· noli metuere. Non morie-
ris. Non eñi pro te· sed pro om̃ibꝫ hec
lex constituta est. Accede igit̃ et tange
sceptrũ. Cumqꝫ illa reticeret· tulit aureã
virgã et posuit sup collũ eius: et oscu-
latus est eam ⁊ ait. Cur michi non lo-
queris? Que respondit. Vidi te dñe
quasi angelũ dei: et conturbatum est
cor meũ pre timore glorie tue. Valde
eñi mirabilis es dñe: et facies tua ple-
na est gratiaꝝ. Cũqꝫ loqueret̃ rursus
corruit et pene exanimata est. Rex aũt
turbabatur et omnes ministri ei⁹ con-
solabantur eum. Exemplar epistole re-
gis artaxerxis quã ꝓ iudeis ad tota
regni sui ꝓuincias misit: qđ ⁊ ipm̃ in
hebraico volumine nõ habet̃. ca. xvi.

Rex magn⁹ artaxerxes ab india
usqꝫ ethiopiã centumuigintiseptẽ
prouinciaꝝ ducibus ac principibus·
qui nostre iussioni obediũt: salutẽ di-
cit. Multi bonitate principũ et hono-
re qui ĩ eos collatus est abusi sunt in
superbiã: et nõ solũ subiectos regibus
nituntur opprimere: sed datã sibi glo-
riam nõ ferentes in ip̃os qui dederunt
moliũtur insidias. Nec contenti sunt

gratias nō agere beneficijs·et huma-
nitatis ī se iura violare: sed dei q̄ʒ cun-
cta cernentis arbitrantur se posse fuge-
re sententiā. Et intantū vesanie pro-
ruperunt ut eos qui credita sibi officia
diligenter obseruāt·et ita cūcta agunt
ut omniū laude digni sint·mendaci-
orum cuniculis conent̄ subuertere: dū
aures principū simplices ex sua natu-
ra alios estimātes callida fraude deci-
piunt. Que res et ex veteribus ꝓbatur
historijs·et ex hijs que gerūtur quoti-
die: quomō malis quorundā sugge-
stionibus regū studia deprauent̄. Un-
de prouidendū est paci omnium pro-
uinciarū. Nec putare debetis si dūsa
iubeam⁹ ex animi nostri venire leuita-
te: sed pro qualitate et necessitate tem-
porum·ut rei publice poscit utilitas
ferre sententiam. Et ut manifestius qđ
dicimus intelligatis·aman fili⁹ ama-
dathi et animo et gente macedo alie-
nusq̄ʒ a persarū sanguine·et pietatem
nostram sua crudelitate cōmaculans·
peregrin⁹ a nobis susceptus est: et tan-
tam in se expertus humanitatē ut pa-
ter noster vocaretur et adoraret̄ ab o-
mnib₃ post regem scđs: qui intantū
arrogantie tumorē sublatus est ut re-
gno priuare nos niteretur et spiritu.
Nam mardocheum cui⁹ fide et benefi-
cijs viuim⁹ et consortē regni nostri he-
ster·cū om̄i gēte sua nouis quibusdā
atq̄ʒ inauditis machinis expetiuit in
mortem: hoc cogitās ut illis interfectis
insidiaretur nostre solitudini·⁊ regnū
persarum transferret in macedonas.
Nos aūt a pessimo mortaliū iudeos
neci destinatos·in nulla penit⁹ culpa
reperimus: sed econtrario iustis uten-
tes legibus et filios altissimi et maxi-
mi semperq̄ʒ viuētis dei·cui⁹ beneficio
et patrib₃ nostris·et nobis regnū est
traditū et usq̄ʒ hodie custodit̄. Unde
eas litteras quas sub nomine nr̄o ille
direxerat sciatis esse irritas. Pro quo
scelere ante portas hui⁹ urbis id est su-
sis·et ipse qui machinatus est et om̄is
cognatio eius pendet in patibulis: nō
nobis sed deo reddēte ei quod meruit.
Hoc aūt edictū qđ nunc mittimus in
cūctis urbibus ꝓponatur·ut liceat iu-
deis uti legib₃ suis: quib₃ debetis esse
amminiculo ut eos qui se ad necem e-
orum parauerant possint interficere·
terciadecima die mensis duodecimi q̄
vocatur adar. Hanc enī diem deus o-
mnipotens meroris et luctus eis ver-
tit ī gaudiū. Unde et vos inter ceteros
festos dies. Hanc habitote diē·et cele-
brate eam cū omni leticia: ut et in po-
sterū cognoscantur om̄es qui fideliter
persis obediūt dignā pro fide recipere
mercedem: qui aūt insidiant̄ regno e-
orum perire ꝓ scelere. Omnis aūt pro-
uincia et ciuitas q̄ noluerit solēnitatꝭ
hui⁹ esse particeps gladio et igne pere-
at: et sic deleatur ut non solū homini-
bus sed etiam inuia bestijs sit in sem-
piternum: pro exemplo contemptus
et inobediētie.

Incipit prologus ī iob scđm translationē lxx. interpretū.

Cogor per singulos scriptu-
re diuine libros aduersa-
riorū respondere maledi-
ctis·qui interpretationem
meam reprehensionē septuaginta in-
terpretum criminātur: q̄si nō et apud
grecos aquila simmachus et theodo-
cion·uel verbū e verbo uel sensum e sen-
su uel ex utroq̄ʒ cōmixtum ⁊ medie tem-
peratum·genus translationis expres-
serint: et omnia veteris instrumenti
volumina origenes obelis asteriscisq̄ʒ

distinxerit· quos uel additos uel theo-
dotione sumptos translationi antiq̃
inseruit: probans defuisse qđ additū
est. Discāt igitur obtrectatores mei re-
cipere in toto qđ in partibꝫ susceperūt:
aut interpretacionē meā cum asteriscis
suis radere. Neqꝫ enim fieri potest ut
quos plura intermisisse susceperīt· nō
eosdē etiam in quibusdā errasse fate-
antur· precipue ĩ iob: cui si ea que sub
asteriscis addita sūt subtraxeris pars
maxima detrūcabitur: et hoc dūtaxat
apud grecos. Ceterum apud latinos
ante eam translationē quā sub asteri-
scis et obelis nuper edidimus· septin-
genti ferme aut octingenti versus de-
sunt: ut decurtat⁹ et lacerat⁹ corrosus
qꝫ liber feditatē sui publice legentibꝫ
prebeat. Hec aūt trāslatio nullū de ve-
teribus sequitur interpretē: sed ex ipo
hebraico arabicoqꝫ ſmone et interdū
siro· nūc verba nūc sensus· nunc simul
utrūqꝫ resonabit. Obliqu⁹ enī apud
hebreos totus liber fertur et lubricus:
et qđ greci rethores vocant schemati-
menos· dūqꝫ aliud loquit̃ aliud agit.
Ut si velis anguillā uel murenulā stri-
ctis tenere manibꝫ· quāto fortius pres-
seris tanto citius elabit̃. Memini me
ob intelligētiam hui⁹ voluminis lid-
deum quēdam p̃ceptorem· qui apud
hebreos prim⁹ haberi putabatur· nō
paruis redemisse nūmis: cuius doctri-
na an aliquid pfecerim nescio. Hoc u-
num scio nō potuisse me interpretari·
nisi qđ ante intellexeram. A principio
itaqꝫ voluminis usqꝫ ad verba iob· a-
pud hebreos prosa oratio est. Porro
a verbis iob in quibꝫ ait· pereat dies
in qua natus sum· et nox ĩ qua dictū
est cōceptus est homo· usqꝫ ad illum
locū ubi ante finē voluminis scriptū
est· idcirco ipse me reprehendo et ago
penitentiā in fauilla ⁊ cinere· exametri
versus sunt· dactilo spondeoqꝫ curren-
tes: ⁊ ꝓpter lingue ydioma crebro reci-
pientes et alios pedes· nō earūdem sil-
labarū sed eorūdem tempoꝝ. Interdū
quoqꝫ richmus ipe dulcis et tinnulus
fertur numeris lege resolutis· qđ metri-
ci magis quā simplex lector intelligūt.
A supradicto aūt versu usqꝫ ad finem
libri paruū comma qđ remanet prosa
oratione cōtexitur. Quod si cui videt̃
incredulum metra scilicet esse apud he-
breos· et ĩ morem nostri flacci grecīqꝫ
pindari et alchei et sapho uel psalte-
rium uel lamētationes ieremie· uel o-
mnia ferme scripturaꝝ cātica compre-
hendi: legat philonē iosephum orige-
nem· cesariensem eusebium: et eoꝝ testi-
monio me verū dicere comprobabit.
Audiāt quapropter canes mei idcirco
me in hoc volumine laborasse· nō ut
interpretationē antiquā reprehenderē:
sed ut ea que in illa aut obscura sunt
aut omissa· aut certe scriptoꝝ vicio de-
prauata· manifestiora nr̃a interpreta-
tione fierent: qui et hebreum sermonē
ex parte didicimus· et in latino pene
ab ipsis cunabulis inter gramaticos
et rethores et philosophos detriti su-
mus. Quod si apud grecos post septu-
aginta editionem· iam xp̃i euange-
lio choruscante iudeus aquila et sim-
machus ac theodocion iudaizantes
heretici sūt recepti· qui multa misteria
saluatoris subdola interpretatōne ce-
larunt: et tamē in exaplois habentur
apud ecclesias· et explanātur ab eccle-
siasticis viris: quāto magis ego xp̃i-
anus et de parentibus xp̃ianis na-
tus· et vexillū crucis in mea fronte por-
tans· cui⁹ studiū fuit omissa repetere·

depravata corrigere et sacramenta ec-
clesie puro et fideli aperire sermone: vel
a fastidiosis vel a malignis lectoribꝫ
non debeo reprobari. Habeāt qui vo-
lunt veteres libros vel ī membranis
purpureis auro argētoqꝫ descriptos:
vel uncialibus ut vulgo aiunt litteris
onera magis exarata quam codices:
dūmodo michi meisqꝫ pmittant pau-
peres habere scedulas et non tam pul-
cros codices quam emēdatos. Utra-
qꝫ autem editio et septuaginta iuxta
grecos et mea iuxta hebreos ī latinū
meo labore trāslata est. Eligat unus-
quisqꝫ qđ vult: et studiosū me magis
quā malivolū pbet. Plog9 ī iob scđ. he.

Si aut fiscellā iunco texerem
aut palmaꝝ folia compli-
carem aut in sudore vult9
mei comederem panem et
ventris opus sollicita mēte pertracta-
rem: nullus morderet nemo reprehen-
deret. Nūc aūt quia iuxta sententiam
salvatoris volo operari cibū qui nō
perit et antiquā divinorū voluminū
viam sentibus virgultisqꝫ purgare:
error michi geminus infligitur. corre-
ctor viciorꝫ falsarius vocor et errores
non auferre sed serere. Tanta est enim
vetustatis consuetudo ut etiā confessa
plerisqꝫ vicia placeant: dū magis pul-
cros volūt habere codices quā emen-
datos. Quapropter o fratres dilectis-
simi unicū nobilitatis et humilitatis
exemplar et pro flabello calatis spor-
tellisqꝫ munusculis monachorꝫ. spiri-
tualia hec et mansura dona suscipite:
ac beatū iob qui adhuc apud latinos
iacebat in stercore et vermibꝫ scatebat
errorꝫ integrū et immaculatūqꝫ gaude-
te. Quomō enim post probationem
atqꝫ victoriā duplicia sunt ei universa
reddita: ita ego in linguā nostram ut
audacter loquar. feci eū habere que a-
miserat. Igitur et vos et unūquemqꝫ le-
ctorem solita pcatione cōmoneo et in
principijs librorꝫ eadē semp annectēs
rogo: ut ubicūqꝫ semp precedētes vir-
gulas videritis. sciatis ea que subiecta
sunt in hebraicis voluminibꝫ non ha-
beri. Porro ubi stelle ymago pfulserit.
ex hebreo in sermone nrō addita sunt.
Necnon et illa que haberi videban-
tur. et ita corrupta erant ut sensum le-
gentibus tollerent. orantibus vobis
magno labore correxi: magis utile
quid ex odio meo ecclesijs cristi ventu-
rum ratus. quā ex aliorum negocio.

Explicit plogus. Incipit liber iob. C. i.

Vir erat in terra hus
nomine iob. Et erat
vir ille simplex et re-
ctus ac timens deū:
et recedens a malo.
Natiqꝫ sūt ei septē fi-
lij et tres filie. Et fuit possessio ei9 septē
milia oviū. et tria milia camelorum:
quingenta qꝫ iuga boum et quingen-
te asine: ac familia multa nimis. Erat
qꝫ vir ille magnus inter omēs orien-
tales. Et ibant filij eius et faciebant
cōvivium per domos: unusquisqꝫ in die
suo. Et mittentes vocabant tres soro-
res suas: ut comederent et biberēt cum
eis. Cumqꝫ in orbem transissent dies
convivij mittebat ad eos iob et sancti-
ficavit illos: cōsurgensqꝫ diluculo offe-
rebat olocausta per singulos. Dice-
bat enim. Ne forte peccaverint filij mei:
et benedixerint deo in cordibꝫ suis. Sic
faciebat iob cunctis diebus. Quadā
aūt die cū venissent filij dei ut assisterēt
coram dnō: affuit inter eos etiam sa-
than. Cui dixit dnš. Unde venis? Qui

respondens ait. Circuiui terram et per-
ambulaui eam. Dixitq; dñs ad eum.
Nunquid considerasti seruū meū iob
qđ non sit ei similis ī terra: homo sim-
plex et rectus et timens deū ac recedēs
a malo? Cui respondens sathan ait.
Nūquid frustra timet iob deū? Non-
ne tu vallasti eū ac domū eius: vniuer-
samq; substantiā per circuitū? Operi-
bus manuū eius benedixisti: et posses-
sio illius creuit ī terra. Sed extende pau-
lulum manū tuā et tange cuncta que
possidet: nisi ī faciē benedixerit tibi. Di-
xit ergo dñs ad sathan. Ecce vniūsa
que habet ī manu tua sūt: tantū in eū
ne extendas manū tuā. Egressusq; est
sathan a facie dñi. Cū aūt quadā die
filij et filie eius comederent et biberent
vinū in domo fratris sui primogeni-
ti: nūcius venit ad iob quī diceret. Bo-
ues arabāt et asine pascebātur iuxta
eos: et irruerūt sabei tulerūtq; oīa. et
pueros percusserunt gladio: ⁊ euasi ego
solus ut nūciarem tibi. Cumq; adhuc
ille loqueretur. venit alter et dixit. Ignis
dei cecidit e celo: et tactas oues pueros
q; cōsumpsit: et effugi ego sol⁹ ut nun-
ciarem tibi. Sed ⁊ adhuc illo loquēte:
venit alius et dixit. Chaldei fecerunt
tres turmas et inuaserūt camelos et
tulerūt eos: nec non ⁊ pueros percusse-
runt gladio: et ego fugi solus ut nun-
ciarem tibi. Adhuc loquebatur ille: ⁊
ecce alius intrauit et dixit. Filijs tuis
et filiabus vescentib3 et bibentib3 vinū
in domo fratris sui primogeniti. repen-
te vent⁹ vehemens irruit a regione de-
serti et concussit quatuor angulos do-
mus: que corruēs oppressit liberos tu-
os. et mortui sunt: et effugi ego solus
ut nūciarem tibi. Tunc surrexit iob. ⁊
scidit tunicam suam: et tonso capite
corruens in terram. adorauit et dixit.
Nudus egressus sum de utero matris
mee: et nud⁹ reuertar illuc. Dñs dedit
dñs abstulit: sicut dño placuit ita fa-
ctū est: sit nomē dñi benedictū. In omī-
bus hijs nō peccauit iob labijs suis:
neq; stultū qđ cōtra deū locut⁹ est. c. ii.
Factum est aūt cum quadam die
venissent filij dei et starent corā
dño: venisset quoq; sathan inter eos
et staret in conspectu eius: ut diceret do-
minus ad sathan. Unde venis? Qui
respondēs ait. Circuiui terrā: et peram-
bulaui eam. Et dixit dñs ad sathan.
Nunquid considerasti seruum meum
iob qđ nō sit ei similis in terra. vir sim-
plex et rectus et timens deū ac recedens
a malo: et adhuc retinēs innocentiā?
Tu aūt cōmouisti me aduersus eum:
ut affligerem eū frustra. Cui respondēs
sathan ait. Pellem pro pelle: et cūcta
que habet homo dabit p anima sua.
Alioquin mitte manū tuā et tāge os
eius. et carnem: et tunc videbis quod
in faciem benedicat tibi. Dixit ergo do-
minus ad sathan. Ecce in manu tua
est: veruntamen animam illius serua.
Egressus igit sathan a facie domini
percussit iob vlcere pessimo: a planta
pedis usq; ad verticem eius. Qui testa
saniem radebat: sedens in sterquilinio.
Dixit aūt illi uxor sua. Adhuc tu per-
manes in simplicitate tua? Benedic
deo et morere. Qui ait ad illā. Quasi
una de stultis mulierib3 locuta es. Si
bona suscepim⁹ de manu dñi: mala
quare nō sustineam⁹? In omib3 hijs
non peccauit iob labijs suis. Igit au-
dientes tres amici iob oē malū qđ
accidisset ei venerūt singli de loco suo:
eliphaz themanites et baldath suites
et sophar naamathites. Condixerāt

enim: ut pariter ueniētes uisitarent eū
et cōsolarentur. Cūq; eleuassent procul
oculos suos: non cognouerūt eū. Et
exclamātes plorauerunt: scissisq; uesti-
bus sparserūt puluerem sup caput su-
um in celum. Et sederūt cum eo ī terra
septem diebus et septem noctibus: et
nemo loquebatur ei uerbū. Uidebant
enim dolorem esse uehemētem. ca. iii.

Post hec aperuit iob os suum: et
maledixit diei suo: ⁊ locutus est.
Pereat dies in qua nat⁹ sum: et nox
in qua dictū est cōcept⁹ est homo. Di-
es illa uertatur in tenebras: Nō requi-
rat eum deus desuper: et non illustret
lumine. Obscurēt eū tenebre: ⁊ umbra
mortis. Occupet eū caligo: ⁊ inuolua-
tur amaritudine. Noctem illam tene-
brosus turbo possideat. Non compu-
tetur in diebus anni: nec numeretur ī
mensibus. Sit nox illa solitaria: nec
laude digna. Maledicant ei qui male-
dicunt diei: qui parati sunt suscitare
leuiathan. Obtenebrentur stelle caligine
eius. Expectet lucem ⁊ non uideat: nec
ortū surgētis aurore. Quia nō conclu-
sit ostia uentris qui portauit me: nec
abstulit mala ab oculis meis. Quare
non in uulua mortuus sum: egressus
ex utero non statim perij? Quare exce-
ptus genibus: cur lactat⁹ uberibus?
Nunc enī dormiens silerem: et somno
meo requiescerē cum regib; et cōsulib;
terre: qui edificāt sibi solitudines: aut
cū principibus qui possident aurum:
et replent domos suas argento. Aut
sicut abortiuum absconditū non sub-
sisterem: uel qui concepti non uiderunt
lucem. Ibi impij cessauerūt a tumultu:
et ibi requieuerūt fessi robore: et quon-
dam uincti pariter sine molestia. Nō
audierūt uocem exactoris. Paruus
et magnus ibi sunt: et seruus et liber a
dño suo. Quare misero data est lux: ⁊
uita hijs qui in amaritudine anime
sunt? Qui expectāt mortem et non ue-
nit: quasi effodientes thesaurū: gaudēt-
q; uehemēter cū inuenerint sepulcrum.
Uiro cuius abscondita est uia: et cir-
cundedit eum de⁹ tenebris. Antequā com-
edam suspiro: ⁊ quasi inundātes aque sic
rugit⁹ me⁹: quia timor quē timebā eue-
nit michi: et qd uerebar accidit. Nōne
dissimulaui? Nōne silui? Nōne quieui?
Et uenit super me indignatio. ca. iiii.

Respondens aūt eliphas thema-
nites dixit. Si ceperim⁹ loqui ti-
bi: forsitan moleste accipies. Sed con-
ceptum sermonē quis tenere possit? Ecce
docuisti multos: et manus lassas ro-
borasti. Uacillātes confirmauerunt
sermones tui: et genua trementia con-
fortasti. Nūc aūt uenit super te plaga
et defecisti: tetigit te et cōturbat⁹ es. Ubi ē ti-
mor tuus: fortitudo tua: et patientia
tua: et perfectio uiarū tuarū? Recordare
obsecro te: quis unquā innocēs perijt:
aut quādo recti deleti sunt? Quin poti⁹
uidi eos q operātur iniquitatē et semi-
nant dolores et metūt eos: flante deo
perisse: et spiritu ire ei⁹ esse cōsumptos.
Rugitus leonis et uox leene: et dentes
catulorū leonū cōtriti sūt. Tigris perijt
eo qd non haberet p̄dam: et catuli leo-
nis dissipati sunt. Porro ad me dictū
est uerbū absconditū: et quasi furtiue
suscepit auris mea uenas susurrij ei⁹.
In horrore uisionis nocturne quādo
solet sopor occupare homines: pauor
tenuit me et tremor: et omnia ossa mea
perterrita sunt. Et cū spiritus me pre-
sente trāsiret: inhorruerūt pili carnis
mee. Stetit quidā cui⁹ nō agnoscebā
uultū: ymago corā oculis meis: et uocē

quasi aure lenis audivi. Nūquid ho-
mo dei comparatione iustificabitur: aut
factore suo purior erit vir? Ecce qui ser-
viunt ei nō sūt stabiles: et in angelis
suis repperit pravitatem. Quāto ma-
gis hij qui habitant domos luteas
qui terrenum habent fundamentum
consumentur velut a tinea: de mane
usq; ad vesperam succidentur: et quia
null9 intelligit in eternū peribunt. Qui
autem reliqui fuerint auferentur ex eis:
morientur et non in sapientia. ca. v.

Voca ergo si est qui tibi respōdeat:
et ad aliquē sanctor; convertere.
Virū stultū interficit iracūdia: et par-
vulum occidit invidia. Ego vidi stul-
tum firma radice: et maledixi pulcri-
tudini eius statim. Lōge fient filij eius
a salute: et cōterentur in porta: et non
erit qui eruat. Cui9 messem famelicus
comedet: et ipm rapiet armatus: et bi-
bent sitientes divitias eius. Nichil in
terra sine causa fit: et de humo nō orie-
dolor. Homo ad laborem nascitur: et
avis ad volatū. Quāobrē ego depre-
cabor dnm: et ad deū ponā eloquium
meum: Qui facit magna et inscrutabi-
lia: et mirabilia absq; numero. Qui
dat pluviā sup faciē terre: et irrigat a-
qu is univsa . Qui pon t humiles
in sublimi: et merētes erigit sospitate.
Qui dissipat cogitacōnes maligno-
rum: ne possint implere manus eorū
qd ceperāt. Qui apprehendit sapiētes
in astucia eor;: et cōsiliū pravorū dissi-
pat. Per diem incurrent tenebras: et
quasi in nocte sic palpabūt in meridie.
Porro salvū faciet egenum a gladio
oris eor;: et de manu violenti paupe-
rem. Et erit egeno spes: iniquitas aūt
contrahet os suū. Beatus homo qui
corripitur a dno. Increpacionem ergo
dnī ne reprobes: quia ipse vulnerat
et medetur: percutit et manus eius sana-
bunt. In sex tribulacionibz liberabit
te: et i septima nō tāget te malū. In fa-
me eruet te de morte: et in bello de ma-
nu gladij. A flagello lingue abscōde-
ris: et non timebis calamitatē cū vene-
rit. In vastitate et fame ridebis: et be-
stias terre nō formidabis. Sed cū lapi-
dibus regionū pactū tuū: et bestie terre
pacifice erūt tibi. Et sciēs qd pacē habe-
at tabernaclm tuū: et visitans speciem
tuam nō peccabis. Scies quoq; quo-
niam multiplex erit semē tuū: et pgenies
tua qsi herba terre. Ingredieris i abun-
dantia sepulcrū: sicut infert acerv9 in tpe
suo. Ecce hoc ut investigavimus ita
est: quod auditū mente pertracta. c. vi.

Respōdens aūt iob dixit. Utinā
appenderentur pctā mea quibus
iram merui: et calamitas quā patior
in statera: quasi arena maris hec gra-
vior appareret. Unde et verba mea dolo-
re sunt plena: quia sagitte dnī in me
sunt: quarū indignatio ebibit spiritū
meū: et terrores dnī militant cōtra me.
Nunquid rugiet onager cū habuerit
herbam: aut mugiet bos cū ante prese-
pe plenū steterit? Aut poterit comedi
insulsum: qd nō est sale cōditū? Aut
potest aliquis gustare: qd gustatum
affert mortem? Anime enim esurienti
etiā amara dulcia esse videntur. Que
prius nolebat tangere anima mea:
nūc pre angustia cibi mei sunt. Quis
det ut veniat peticio mea: et qd expecto
tribuat michi deus: et qui cepit ipse me
cōterat? Solvat manū suā et succidat
me: et hec michi sit consolatio ut affli-
gens me dolore nō parcat: nec contra-
dicam sermonibus sancti. Que est eni
fortitudo mea ut sustineam: aut quis

finis meus ut patienter agã? Nec for-
titudo lapidũ fortitudo mea: nec caro
mea enea est. Ecce nõ est auxiliũ michi
in me: et necessarij quoq; mei recesserũt
a me. Qui tollit ab amico suo miseri-
cordiã: timorẽ dñi derelinquit. Fratres
mei pterierũt me: sicut torrẽs q̃ raptim
trãsit in cõuallibus. Qui timẽt pruinã:
irruet sup eos nix. Tẽpore quo fuerĩt
dissipati peribũt: et ut incaluerint sol-
uentur de loco suo. Inuolute sunt se-
mite gressuũ eorũ: ãbulabũt in uacuũ
et peribũt. Cõsiderate semitas theman
itinera saba: et expectate paulisper. Con-
fusi sunt: quia speraui. Venerũt quoq;
usq; ad me: et pudore cooperti sũt. Nũc
uenistis: et modo uidẽtes plagã meã
timetis? Numquid dixi afferte michi: et
de substãtia uestra donate michi: uel
liberate me de manu hostis et de ma-
nu robustorũ eruite me? Docete me et ego
tacebo: et si quid forte ignoraui instrui-
te me. Quare detraxistis sermonibus
ueritatis: cũ e uobis nullus sit qui possit
arguere me? Ad increpandũ tantum elo-
quia cõcinnatis: et in uentũ uerba pfer-
tis. Super pupillũ irruitis: et subuertere
nitimini amicum uestrũ. Verũtamen
qd cepistis explete. Prebete aurẽ: et ui-
dete an mentiar. Respondete obsecro
absq; contentione: et loquentes id qd
iustum est iudicate. Et non inuenietis
in lingua mea iniquitatem: nec in fau-
cibus meis stulticia psonabit. ca. vii.

Militia ẽ uita hominis sup terrã:
et sicut dies mercenarij dies eius.
Sicut seruus desiderat umbrã et sicut
mercenarius prestolat finẽ operis sui:
sic et ego habui menses uacuos: et no-
ctes laboriosas enumeraui michi. Si
dormiero dico quãdo consurgam: et
rursum expectabo uesperã et replebor
doloribus usq; ad tenebras. Induta
est caro mea putredine et sordibus pul-
ueris: cutis mea aruit et contracta est.
Dies mei uelocius trãsierunt quã a te-
xente tela succiditur: et cõsumpti sunt
absq; ulla spe. Memẽto quia uentus
est uita mea: et nõ reuertetur oculus meus
ut uideat bona: nec aspiciet me uisus
hominis. Oculi tui in me: et nõ subsi-
stam. Sicut cõsumitur nubes et pertran-
sit: sic qui descenderit ad inferos non
ascendet: nec reuertetur ultra in domum
suã: neq; cognoscet eũ amplius locus
eius. Quapropter et ego nõ parcã ori
meo; loquar in tribulatione spiritus
mei: confabulabor cum amaritudine
anime mee. Numquid mare ego sũ aut
cetus: quia circũdedisti me carcere? Si
dixero consolabitur me lectulus meus et
releuabor loquẽs mecũ in strato meo:
terrebis me per sompnia: et p uisiones
horrore cõcuties. Quãobrem elegit su-
spẽdiũ anima mea: et mortẽ ossa mea.
Desperaui. Nequaq̃ ultra iam uiuã.
Parce michi: nichil enĩ sunt dies mei.
Quid est homo quia magnificas eũ:
aut quid apponis erga eũ cor tuũ? Ui-
sitas eũ diluculo: et subito pbas illũ.
Usquequo nõ parcis michi: nec dimit-
tis me ut gluciã saliuã meã? Peccaui.
Quid faciã tibi o custos hominum?
Quare posuisti me contrariũ tibi: et fa-
ctus sum michimetipsi grauis? Cur
non tollis peccatum meum: et quare
non aufers iniquitatem meam? Ecce
nunc in puluere dormiam: et si mane
me quesieris non subsistam. ca. viii.

Respondẽs autẽ baldath suites di-
xit. Usquequo loqueris talia: et
spiritus multiplex sermonis oris tui?
Numquid deus supplantat iudiciũ: aut
omnipotens subuertit quod iustũ ẽ?

Etiā si filij tui peccauerūt ei et dimisit
eos in manu iniquitatis sue: tu tamē
si diluculo cōsurrexeris ad deū et omni-
potentē fueris deprecatus · si mūdus et
rectus incesseris statim euigilabit ad
te: et pacatū reddet habitaclm iusticie
tue: intantū ut si priora tua fuerit par-
ua: et nouissima tua multiplicent ni-
mis. Interroga enī generationē pristi-
nam et diligenter inuestiga patrū me-
moriā: hesterni quippe sum⁹ et ignora-
mus · quoniam sicut umbra dies nři
sunt sup terrā: et ipi docebūt te. loquē-
tur tibi: ₇ de corde suo pferent eloquia.
Numquid virere potest scirp⁹ absq; hu-
more: aut crescere carectū sine aqua?
Cū adhuc sit in flore nec carpať ma-
nu ante oīnes herbas arescit: sic vie
omniū qui obliuiscuntur deū: ₇ spes
ypocrite peribit. Nō ei placebit vecor-
dia sua: et sicut tela aranearū fiducia
eius. Innitet sup domū suā et nō sta-
bit: fulciet eā ₇ non consurget. Humec-
tus videtur antequā veniat sol: et in or-
tu suo germen eius egredietur. Super
aceruū petrarū radices ei⁹ densabūtur:
et inter lapides cōmorabit. Si absor-
buerit eū de loco suo: negabit eū et di-
cet. Nō noui te. Hec est enī leticia vie
eius ut rursū de terra alij germinen-
tur. Deus nō piciet simplicē: nec por-
riget manū malignis: donec implea-
tur risu os tuum: et labia tua iubilo.
Qui oderūt te induentur cōfusione: ₇ ta-
bernaclm impiorū nō subsistet. ca. IX.

Et respōdēs iob ait. Vere scio qđ
ita sit: et q nō iustificetur homo
cōpositus deo. Si voluerit cōtendere
cū eo: non poterit respondere ei unum
pro mille. Sapiens corde est: et fortis
robore. Quis restitit ei: ₇ pacē habuit?
Qui transtulit mōtes: et nescierūt hij
quos subuertit ī furore suo. Qui com-
mouet terram de loco suo: ₇ columne
eius cōcutiūtur. Qui pcipit soli et nō
oritur: et stellas claudit qsi sub signa-
culo. Qui extendit celos solus: et gra-
ditur sup fluctus maris. Qui facit ar-
cturū et oriona et hyadas: ₇ interiora
austri. Qui facit magna ₇ incōprehen-
sibilia: et mirabilia quor̄ non est nu-
merus. Si venerit ad me non videbo
eū: si abierit nō intelligā. Si repēte in-
terroget: quis respōdebit ei? Vel quis
dicere potest cur ita facis? Deus cuius ire
nemo resistere potest: et sub quo curuā-
tur qui portant orbem. Quātus ergo
sum ego ut respondeam ei: et loquar
verbis meis cū eo? Qui etiā si habuero
quippiā iustū non respōdebo · sed meū
iudicem deprecabor: et cum inuocantē
me exaudierit: nō credo quod talis au-
dierit vocem meam. In turbine enim
conteret me: et multiplicabit vulnera
mea etiā sine causa. Nō cōcedit requi-
escere spiritum meum: et implet me a-
maritudinib3. Si fortitudo queritř ro-
bustissim⁹ ē. Si equitas iudicij: nemo
audet p me testimoniū dicere. Si iu-
stificare me voluero: os meū cōdemna-
bit me. Si innocentem ostendero: pra-
uum me comprobabit. Etiā si simplex
fuero · hoc ipm ignorabit anima mea:
et tedebit me vite mee. Unū est qđ locu-
tus sum: et innocentē et impiū ipe con-
sumit. Si flagellat occidat semel: ₇ nō
de penis innocentū rideat. Terra data
est in man⁹ impij: vultū iudicū eius o-
perit. Qđ si non ille est · quis ergo est?
Dies mei velociores fuerūt cursore · fu-
gerunt ₇ non viderūt bonū. Pertransi-
erunt quasi naues poma portantes:
sicut aquila volans ad escam. Cum
dixero nequaq̄ ita loquar: commuto

faciem meā: et dolore torqueor. Uere-
bar omnia opera mea: sciens q non
parceres delinquētī. Si aūt et sic impi-
us sum: quare frustra laboraui? Si
lotus fuero quasi aquis niuis: et ful-
serint velut mūdissime man⁹ mee: ta-
men sordibꝫ intingues me: et abomi-
nabūtur me vestimēta mea. Neqꝫ enī
viro qui similis mei est respondebo:
nec qui mecū in iudicio ex equo possit
audiri. Nō ē qui utrūqꝫ valeat argu-
ere: et ponere manū suā in ambobus.
Auferat a me virgā suā: et pauor eius
nō me terreat. Loquar ⁊ nō timebo eū.
Neqꝫ enī possū metuēs respōdere. ca. x.

Tedet animā meā vite mee: dimit-
tam aduersū me eloquiū meū.
Loquar in amaritudine anime mee:
dicā deo: noli me cōdemnare. Indica
michi: cur me ita iudices. Nūquid bo-
nū tibi videt si calumnieris me et op-
primas me opus manuū tuarꝫ: et cō-
siliū impiorꝫ adiuues? Nūquid oculi
carnei tibi sunt aut sicut videt homo
et tu videbis? Nūquid sicut dies ho-
minis dies tui: ⁊ anni tui sicut huma-
na sunt tēpora: ut queras iniquitatē
meā ⁊ pcc̄m meū scruteris? Et scias qa
nichil impiū fecerim: cū sit nemo q de
manu tua possit eruere. Manus tue fe-
cerūt me ⁊ plasmauerūt me totū in cir-
cuitu: et sic repēte precipitas me. Memē-
to q̄so qd sicut lutū feceris me: ⁊ in pul-
uerē reduces me. Nōne sicut lac mul-
sisti me: ⁊ sicut caseū me coagulasti?
Pelle ⁊ carnibus vestisti me: ossibus
et neruis cōpegisti me. Vitā et miseri-
cordiā tribuisti michi: ⁊ visitacio tua
custodiuit spiritū meū. Licet hec celes
in corde tuo: tamē scio quia vniuerso-
rum memineris. Si peccaui et ad horā
pepercisti michi: cur ab iniquitate mea
mundū me esse non pateris? Et si im-
pius fuero ve michi est: ⁊ si iustus nō
leuabo caput saturat⁹ afflictione ⁊ mi-
seria. Et pter superbiā quasi leenā ca-
pies me: reuersusqꝫ mirabiliter me cru-
cias. Instauras testes tuos ɔtra me: ⁊
multiplicas irā tuā aduersū me: et pene
militant in me. Quare de vulua edu-
xisti me? Qui utinā cōsumpt⁹ essem: ne
oculus me videret. Fuissem quasi q nō
essem: de utero translat⁹ ad tumulum.
Nūquid non paucitas dierꝫ meorꝫ fini-
etur breui? Dimitte ergo me ut plāgā
paululū dolorē meū: antequā vadā ⁊ nō
reūtar ad terrā tenebrosā ⁊ opertā mor-
tis caligine: terrā miserie ⁊ tenebrarū:
ubi umbra mortis et nullus ordo: sed
sempiternus horror inhabitās. c. xi.

Respondēs autē sophar naama-
thites dixit. Nūquid qui multa
loquitur nō audiet: aut vir verbosus
iustificabitur? Tibi soli tacebūt hoī-
nes: et cū ceteros irriseris a nullo con-
futaberis? Dixisti enī. Purus est sermo
meus: et mund⁹ sum in conspectu tuo.
Atqꝫ utinā deus loqueretur tecū et a-
periret labia sua tibi: ut ostenderet tibi
secreta sapiētie: et q multiplex esset lex
eius: et intelligeres q multo minora
exigaris ab eo quā meretur iniquitas
tua. Forsitan vestigia dei cōprehendes:
et usqꝫ ad pfectū omnipotētem reperies?
Excelsior celo ē: et qd facies? Profun-
dior inferno: ⁊ unde cognosces? Lon-
gior terra mēsura eius: et latior mari.
Si subuerterit omnia uel in unū coar-
tauerit: qs cōtradicet ei? uel quis dicere
ei potest cur ita facis? Ipse enī nouit
hominū vanitatem: ⁊ vidēs iniquita-
tem nōne considerat? Vir vanus in
supbiam erigit: et tāqꝫ pullū onagri
se liberū natū putat. Tu autē firmasti

cor tuū et expandisti ad eū manus tu-
as. Si iniquitatē que est ī manu tua
abstuleris a te et nō mā̄serit ī taberna-
culo tuo iniusticia: tūc leuare poteris
faciē tuā absq; macla: et eris stabilis
et non timebis. Miserie quoq; obliui-
sceris: ⁊ quasi aquaꝝ que preterierunt
non recordaberis: ⁊ quasi meridianꝰ
fulgor cōsurget tibi ad vesperā. Et cū
te consumptū putaueris orieris ut lu-
cifer: ⁊ habebis fiduciā ꝓposita tibi spe:
et defossꝰ securꝰ dormies. Requiesces ⁊
nō erit q̄ te exterreat: et dep̄cabunt̄ faciē
tuā plurimi. Oculi aūt impiorū defici-
ent: et effugium peribit ab eis: et spes
illorum abominatio anime. Ca. xii.

Respondens aūt iob dixit. Ergo
vos estis soli homines: ⁊ vobis-
cum orietur sapiētia? Et michi est cor si-
cut et vobis: nec inferior vrī sū. Quis
enī hec que nostis ignorat? Qui deri-
detur ab amico suo sicut ego: inuoca-
bit deū ⁊ exaudiet eū. Deridetur enim
iusti simplicitas: lampas cōtempta a-
pud cogitationes diuitū: parata ad
tempꝰ statutū. Abundāt tabernacla
predonū: et audacter ꝓuocāt deū: cū
ipse dederit oīa in manꝰ eoꝝ. Nimi-
rum interroga iumēta ⁊ docebūt te: ⁊
volatilia celi ⁊ indicabūt tibi. Loque-
re terre ⁊ respōdebit tibi: ⁊ narrabunt
pisces maris. Quis ignorat q̄ oīa
hec manus dn̄i fecit? In cuius manu
anima oīs viuētis: et spiritꝰ vniuer-
se carnis hominis. Nōne auris verba
diiudicat: ⁊ fauces comedētis saporē?
In ātiquis est sapiētia: ⁊ in multo tē-
pore prudentia. Apud ipm̄ est sapiētia et
fortitudo: et ipe habet cōsiliū et intelli-
gentiā. Si destruxerit nemo ē qui edifi-
cet: si incluserit hominē nullꝰ est qui a-
periat. Si continuerit aquas omnia

siccabunt̄: si emiserit eas subuertēt ter-
ram. Apud ipm̄ est fortitudo ⁊ sapien-
tia. Ipse nouit et decipientē: et eū qui
decipit̄. Adducit cōsiliarios in stultū
finē: et iudices in stuporē. Balteū re-
gū dissoluit: et p̄cingit fune renes eoꝝ.
Ducit sacerdotes ingloriós: et opti-
mates supplantat. Cōmutans labiū
veracium: et doctrinā senum auferens.
Effundit despectionē super principes:
et eos qui oppssi fuerāt releuans. Qui
reuelat ꝓfunda de tenebris: et ꝓducit
in lucē umbrā mortis. Qui multipli-
cat gentes ⁊ ꝑdit eas: et subuersas in
integrum restituit. Qui immutat cor
principum populi terre: et decipit eos
ut frustra incedant per inuium. Pal-
pabūt quasi in tenebris et nō in luce:
et errare eos faciet q̄si ebrios. Ca. xiii.

Ecce oīa hec vidit oculꝰ meus et
audiuit auris mea: et intellexi
singula. Scđm scientiā vestrā ⁊ ego
noui: nec inferior vrī sum. Sed tamē
ad omnipotentē loquar: ⁊ disputare
cū deo cupio: prius vos ostendens fa-
bricatores mendacij et cultores puer-
sorū dogmatū. Atq; vtinā taceretis:
ut putaremini sapientes esse. Audite
ergo correptiones meas: et iudicium
labioꝝ meorū attendite. Nūquid deꝰ
indiget vestro mendacio: ut pro illo
loquamini dolos? Nūquid faciē eius
accipitis: et pro deo iudicare nitimini?
Aut placebit ei quem celare nichil po-
test: aut decipietur ut homo vrīs frau-
dulentijs? Ipse vos arguet: quoniā
in abscōdito faciē eius accipitis. Sta-
tim ut se cōmouerit turbabit vos: ⁊ ter-
ror eiꝰ irruet sup vos. Memoria vrā
comparabit̄ cineri: et redigent̄ in lutū
ceruices vestre. Tacete paulisper: ut lo-
quar quodcūq; michi mēs suggesserit.

Quare lacero carnes meas dentibȝ me-
is: ⁊ animã meã porto ĩ manibȝ meis?
Etiam si occiderit me: in ipo sperabo.
Veruntamen vias meas in conspectu
eius arguã: et ipe erit saluator meus.
Non enĩ veniet in cõspectu eius omnis
ypocrita. Audite sermonẽ meũ: et enī-
gmata percipite auribȝ vestris. Si fu-
ero iudicatus: scio q̄ iustus inueniar.
Quis est qui iudicetur mecũ? Veniat.
Quare tacens consumor? Duo tantũ
ne facias michi: et tũc a facie tua non
abscondar. Manũ tuam longe fac
a me: et formido tua non me terreat.
Voca me et respondebo tibi: aut certe
loquar: et tu respõde michi. Quãtas
habeo iniquitates et pcc̃a: scelera mea
et delicta ostende michi. Cur faciẽ tuã
abscondis: et arbitraris me inimicũ
tuũ? Contra foliũ qḋ vento rapitur o-
stendis potentiã tuã: ⁊ stipulã siccam
persequeris. Scribis enĩ ɔtra me ama-
ritudines: ⁊ cõsumere me vis pcc̃is ad-
olescentie mee. Posuisti in neruo pe-
dem meũ: et obseruasti omẽs semitas
meas: et vestigia pedũ meoꝝ conside-
rasti. Qui quasi putredo cõsumendus
sum: ⁊ quasi vestimẽtũ qḋ comeditur
xiiij a tinea. Homo nat9 de muliere breui
viuens tempore: repletur multis mise-
rijs. Qui quasi flos egredit̃ et cõterit̃:
et fugit velut umbra: ⁊ nunq̃ in eodẽ
statu permanet. Et dignũ ducis sup
huiuscemodi aperire oculos tuos: et ad-
ducere eũ tecũ in iudiciũ? Quis potest
facere mũdũ de immũdo cõceptũ semi-
ne? Nonne tu qui solus es? ca. xiiii.
Breues dies hominis sunt: nume-
rus mensiũ eius apud te est. Cõ-
stituisti terminos ei9 q̃ p̄teriri nõ poterũt.
Recede paululum ab eo ut quiescat:
donec optata veniat sicut mercenarij
dies eius. Lignũ habet spem. Si p̃cisũ
fuerit: rursũ virescit: ⁊ rami eius pullu-
lant. Si senuerit in terra radix eius et
in puluere emortuus fuerit truncus il-
lius: ad odorem aque germinabit: et
faciet comã quasi cũ primũ plantatũ
est. Homo vero cũ mortu9 fuerit et nu-
datus atq; consumpt9: ubi queso est?
Quomodo si recedãt aque de mari et
fluuius vacuefactus arescat: sic homo
cũ dormierit non resurget. Donec at-
teratur celũ non euigilabit: nec cõsur-
get de somno suo. Quis michi hoc tri-
buat ut in inferno protegas me et ab-
scondas me donec pertranseat furor
tuus: et cõstituas michi temp9 in quo
recorderis mei? Putasne mortuus ho-
mo rursum viuet? Cunctis diebȝ quibȝ
nunc milito: expecto donec veniat im-
mutatio mea. Vocabis me: ⁊ ego re-
spõdebo tibi. Operi manuũ tuarum
porriges dextrã. Tu quidẽ gressus me-
os dinumerasti: sed parce pcc̃is meis.
Signasti quasi in sacculo delicta mea:
sed curasti iniquitatẽ meã. Mons ca-
dens defluit: ⁊ saxum trãsfertur de lo-
co suo. Lapides excauãt aque: ⁊ alluui-
one paulatim terra cõsumit̃: et homi-
nes ergo similiter pdes. Roborasti eũ pau-
lulũ ut in ppetuũ trãsiret. Immutabis
faciẽ ei9: ⁊ emittes eũ. Siue nobiles fue-
rit filij ei9 siue ignobiles: nõ intelliget.
Attamẽ caro ei9 dũ viuet dolebit: ⁊ ani-
ma illi9 sup semetipo lugebit. ca. xv.
Respondens autẽ eliphaz thema-
nites dixit. Nũquid sapiens re-
spondebit quasi in ventum loquens:
et implebit ardore stomachum suũ?
Arguis verbis eum qui non est equa-
lis tui: ⁊ loqueris quod tibi nõ expedit.
Quantũ in te est euacuasti timorem:
et tulisti preces corã deo. Docuit enĩ

iniquitas tua os tuū: et imitaris lin-
guam blasphemanciū. Cōdemnabit
te os tuū et nō ego: et labia tua respō-
debunt tibi. Nunquid primꝰ homo
tu natus es et ante colles formatus?
Nūquid cōsiliū dei audisti: et inferior
te erit eius sapientia? Quid nosti qđ
ignoremꝰ: qđ intelligis quod nescia-
mus? Et senes ⁊ āntiqui sunt ī nobis:
multo vetustiores quā pr̄es tui. Nū-
quid grande est ut consoletur te deꝰ?
Sed verba tua praua hoc prohibent.
Quid te eleuat cor tuū: et q̄si magna
cogitans attonitos habes oculos?
Quid tumet cōtra deū spiritus tuus:
ut pferas de ore tuo huiuscemodi ser-
mones? Quid est homo ut immacula-
tus sit. ⁊ ut iustus appareat natus de
muliere? Ecce inter sanctos eius nemo
immutabilis. ⁊ celi non sunt mūdi in
conspectu eius: quāto magis abomi-
nabilis ⁊ inutilis homo q̄ bibit quasi
aquā iniquitatem. Ostendā tibi audi
me: qđ vidi narrabo tibi. Sapientes
confitentur: et non abscondūt patres
suos. Quibz solis data est terra: et nō
trāsiuit alienus p eos. Cunctis diebz
suis impius superbit: et numerus an-
norū incertꝰ est tyrannidis eiꝰ. Soni-
tus terroris semp in auribz illiꝰ: et cū
pax sit ille semper insidias suspicatur.
Non credit qđ reūti possit de tenebris
ad lucē circūspectās undiqz gladiū: cū
se mouerit ad querendū panē. Nouit
qđ paratꝰ sit in manu eius tenebrarū
dies. Terrebit eū tribulatio: et āgustia
vallabit eū sicut regē qui p̄paratur ad
preliū. Tetendit aduersus deū manum
suā: et contra omnipotentē roboratꝰ
est. Cucurrit aduersus eū erecto collo: et
pingui ceruice armatꝰ est. Operuit fa-
ciem eius crassitudo: et de lateribz eius
aruina dependit. Habitauit in ciuita-
tibus desolatis: et in domibz desertis
que in tumulos sunt redacte. Non di-
tabit nec perseuerabit substātia eius:
nec mittet in terrā radicē suam. Nō re-
cedet de tenebris. Ramos eius arefaci-
et flāma: ⁊ auferet spiritu oris eiꝰ. Nō
credet frustra errore deceptꝰ: q aliquo
precio redimēdus sit. Anteqz dies eiꝰ
impleātur peribit: et manus eius are-
scent. Ledetur quasi vinea ī primo flo-
re botrus eius: et quasi oliua proiciēs
florē suū. Congregatio enī ypocrite ste-
rilis: et ignis deuorabit tabernacula
eorum qui munera libenter accipiunt.
Concepit dolorem ⁊ peperit iniquita-
tem: et venterꝰ eiꝰ p̄parat dolos. ca. xvi.

Respōdens aūt iob dixit. Audiui
frequēter talia. Consolatores o-
nerosi omēs vos estis. Nūquid habe-
bunt finē verba ventosa? Aut aliquid
tibi molestū est si loquaris? Poterā et
ego similia vr̄i loqui. Atqz utinā esset
anima vestra pro anima mea. Cōso-
larer et ego vos sermonibus: et moue-
rem caput meū sup vos. Roborarem
vos ore meo: et mouerem labia mea
quasi parcens vobis. Sed quid agā?
Si locutꝰ fuero nō quiescit dolor me-
us: et si tacuero non recedet a me. Nūc
aūt oppressit me dolor meus: et in ni-
chilū redacti sūt omēs artus mei. Ru-
ge mee testimoniū dicūt cōtra me: et su-
scitatur falsiloquus aduersus faciē meā
contradicēs michi. Collegit furorem
suū in me: ⁊ cōminās michi infremuit
contra me dentibus suis. Hostis meꝰ
terribilibus oculis me intuitus est. Ap-
peruerūt sup me ora sua: et exprobrā-
tes percusserūt maxillā meā: saciati sunt
penis meis. Conclusit me deus apud
iniquum: et manibus impiorum me

tradidit. Ego ille quondã opulentus
repente cõtritus sum: tenuit cervicem
meã: cõfregit me: et posuit sibi quasi
in signũ. Circũdedit me lanceis suis:
cõvulneravit lũbos meos. Nõ peper-
cit: et effudit in terra viscera mea. Con-
scidit me vulnere sup vulnus: irruit ĩ
me quasi gygas. Saccũ consui super
cutem meã: et operui cinere carnẽ meã.
Facies mea intumuit fletu: et palpe-
bre mee caligaverũt. Hec passus sum
absq; iniquitate man⁹ mee: cũ haberẽ
mũdas ad deũ preces. Terra ne operi-
as sanguinem meũ: neq; inveniat in te
locũ latendi clamor meus. Ecce enĩ in
celo testis meus: et cõscius meus in ex-
celsis. Verbosi amici mei: ad deũ stillat
oculus meus. Atq; utinam sic iudica-
retur vir cum deo: quomõ iudicatur
filius hominis cum collega suo. Ecce
enim breves anni transeunt: ⁊ semitã
per quam non revertar ãbulo. ca. xvii.

Spiritus meus attenuabit: dies
mei breviabũt: ⁊ solũ michi su-
perest sepulcrũ. Nõ peccavi: et ĩ amaritu-
dinibz moratur ocul⁹ me⁹. Libera me
et pone me iuxta te: et cuiusvis man⁹
pugnet contra me. Cor eorũ lõge fecisti
a disciplina: propterea non exaltabũ-
tur. Predã pollicetur sociis: et oculi fi-
liorũ eius deficient. Posuit me quasi
in proverbiũ vulgi: ⁊ exemplũ sum co-
ram eis. Caligavit ad indignationẽ
oculus meus: et mẽbra mea quasi in
nichilũ redacta sunt. Stupebũt iusti
super hoc: et innocens contra ypocri-
tam suscitabitur. Et tenebit iustus vi-
am suã: et mũdis manibz addet forti-
tudinẽ. Igitur omnes vos cõvertimini
et venite: ⁊ non inveniã in vobis ullũ
sapientẽ. Dies mei trãsierũt: cogitatio-
nes mee dissipate sunt torquẽtes cor
meũ. Noctem verterũt in diem: ⁊ rursũ
post tenebras spero lucẽ. Si sustinue-
ro infernus domus mea est: et in tene-
bris stravi lectulũ meũ. Putredini dixi
pater meus es: mater mea ⁊ soror mea
vermibus. Ubi est ergo nũc prestola-
tio mea: ⁊ patientiam meã quis consi-
derat? In profundissimum infernum
descendent omnia mea. Putasne sal-
tem ibi erit requies michi? ca. xviii.

Respõdens aũt baldath suites di-
xit. Usq; ad quẽ finẽ verba iacta-
bis? Intellige prius: et sic loquamur.
Quare reputati sum⁹ ut iumẽta: et sor-
duim⁹ corã te? Qui perdis animam
tuã in furore tuo? Nũquid ꝓpter te dere-
linquetur terra: et trãsferẽtur rupes de
loco suo? Nõne lux impii extinguetur:
nec splendebit flãma ignis eius? Lux
obtenebrescet in tabernaculo illi⁹: et lu-
cerna que super eũ est extinguetur. Arta-
buntur gressus virtutis eius: et ꝑcipi-
tabit eũ cõsiliũ suũ. Immisit enĩ in rete
pedes suos: et in maculis eius ãbulat.
Tenebitur plãta illi⁹ laqueo: et exarde-
scet contra eũ sitis. Abscondita est in ter-
ra pedica ei⁹: ⁊ decipula illi⁹ sup semi-
tam. Undiq; terrebũt eũ formidines:
et involuẽt pedes eius. Attenuetur fa-
me robur eius: et inedia invadat co-
stas illius. Devoret pulcritudinẽ cutis
eius: ⁊ consumat brachia illi⁹ primo-
genita mors. Avellatur de tabernaculo
suo fiducia ei⁹: et calcet super eũ quasi
rex interit⁹. Habitent in tabernaculo il-
lius socii eius qui non est: aspergatur
in tabernaculo ei⁹ sulphur. Deorsum
radices eius siccentur: sursum autẽ atte-
ratur messis eius. Memoria illi⁹ pere-
at de terra: et nõ celebretur nomẽ eius
in plateis. Expellet eũ de luce in tene-
bras: et de orbe transferet eũ. Nõ erit

semē ei⁹ neq; ꝓgenies in ꝑplo suo: nec
ulle reliquie ī regionibꝫ ei⁹. In die ei⁹
stupebūt novissimi: ⁊ primos invadet
horror. Hec sūt ergo tabernacl'a iniqui:
⁊ iste loc⁹ ei⁹ qui ignorat deū. ca. xix.

Respondens aūt iob dixit. Usque-
quo affligitis animā meā: ⁊ at-
teritis me sermonibꝫ? En decies cōfun-
ditis me: ⁊ nō erubescitis opprimētes
me. Nempe et si ignorāui: mecū erit igno-
rantia mea. At vos contra me erigi-
mini: et arguitis me opprobrijs meis.
Saltem nunc intelligite quia de⁹ nō
equo iudicio afflixerit me: et flagellis
suis me cinxerit. Ecce clamabo vim pa-
tiens et nemo audiet: vociferabor: et
nō ē qui iudicet. Semitā meam circū-
sepsit et trāsire non possum: et in calle
meo tenebras posuit. Spoliavit me
gloria mea: et abstulit coronā de ca-
pite meo. Destruxit me undiq; ⁊ pereo:
et q̄si evulse arbori abstulit spem meā.
Iratus est contra me furor eius: et sic
me habuit quasi hostem suū. Simul
venerūt latrones eius: ⁊ fecerūt sibi vi-
am per me: et obsederūt in gyro taber-
naculū meū. Fratres meos lōge fecit
a me: ⁊ noti mei quasi alieni recesserūt
a me. Dereliquerūt me ꝓpinqui mei: et
qui me noverant obliti sunt mei. In-
quilini domus mee ⁊ āncille mee sicut
alienum habuerunt me: et quasi pere-
grinus fui in oculis eorum. Servum
meū vocavi et non respōdit: ore pro-
prio deprecabar illū. Halitū meū exhor-
ruit uxor mea: et orabam filios uteri
mei. Stulti quoq; despiciebāt me: et
cū ab eis recessissem detrahebāt michi.
Abominati sunt me quondā cōsilia-
rij mei: ⁊ quē maxime diligebā aversa-
tus est me. Pelli mee cōsumptis carni-
bus adhesit os meū: et derelicta sunt
tantūmodo labia circa dentes meos.
Miseremini mei miseremini mei saltē
vos amici mei: quia manus domini
tetigit me. Quare persequimini me sicut
de⁹: ⁊ carnibꝫ meis saturamini? Quis
michi tribuat ut scribantur sermones
mei? Quis michi det ut exarentur in
libro stilo ferreo et plūbi lamina: vel
certe sculpātur in silice? Scio enī q̄ re-
demptor meus vivat et in novissimo
de terra surrectur⁹ sim: Et rursum circū-
dabor pelle mea: ⁊ ī carne mea videbo de-
um. Quē visur⁹ sū ego ipse: ⁊ oculi mei
cōspecturi sunt: ⁊ non alius. Reposita
est hec spes mea in sinu meo. Quare er-
go nunc dicitis ꝑsequamur eū: ⁊ radi-
cem verbi inveniam⁹ cōtra eū? Fugite
ergo a facie gladij: quī ultor iniq̄tatū
gladi⁹ ē: ⁊ scitote esse iudiciū. ca. xx.

Respondens aūt sophar naama-
thites dixit. Idcirco cogitatōnes
mee varie succedūt sibi: ⁊ mēs in diver-
sa rapitur. Doctrinam qua me arguis
audiā: et spiritus intelligentie mee re-
spondebit michi. Hoc scio a principio
ex quo est positus homo sup terrā: q̄
laus impiorꝫ brevis sit: et gaudiū ypo-
crite ad instar pūcti. Si ascenderit usq;
ad celū supbia eius: et caput eius nu-
bes tetigerit: quasi sterquiliniū in fine
perdetur: et qui eū viderāt dicent. Ubi
est? Velut somniū avolans nō inve-
nietur: trāsiet sicut visio nocturna. O-
culus q̄ eū viderat non videbit: neq;
ultra intuebit eū locus suus. Filij eius
atterentur egestate: ⁊ manus illi⁹ red-
dent ei dolorem suū. Ossa eius imple-
buntur vicijs adolescentie eius: ⁊ cum
eo in pulvere dormient. Cū enī dulce
fuerit in ore eius malū: abscōdit illud
sub lingua sua. Parcet illi et non de-
relinquet illud: ⁊ celabit ī gutture suo.

Panis eius in utero illius vertetur in
fel aspidū intrinsecus. Divitias quas
devoravit evomet: et de ventre illius
extrahet eas deus. Caput aspidum su-
get: et occidet eū lingua vipere. Non
videat rivulos fluminis torrētis mel-
lis et butiri. Luet que fecit omnia: nec
tamen cōsumetur. Iuxta multitudinē
adinventionū suarū sic et sustinebit:
quoniā cōfringens nudavit pauperis
domū; rapuit ⁊ nō edificavit eā: nec ē
saciat⁹ venter eius. Et cū habuerit que
cōcupierat: possidere nō poterit. Non
remāsit de cibo eius: et ꝓpterea nichil
permanebit de bonis ei⁹. Cū saciatus
fuerit artabitur: estuabit: ⁊ omīs dolor
irruet sup eū. Utinā impleatur venter
eius ut emittat in eū irā furoris sui: ⁊
pluat sup illū bellū suū. Fugiet arma
ferrea et irruet in arcū ereum: educt⁹ et
egrediens de vagina sua: et fulgurās
in amaritudine sua. Vadēt ⁊ venient
sup eū horribiles: omēs tenebre abscō-
dite sunt in occultis eius. Devorabit
eū ignis qui nō succenditur: affligetur reli-
ctus in tabernaculo suo. Revelabūt celi
iniquitatē eius: et terra cōsurget adver-
sus eū. Apertū erit germē dom⁹ illi⁹:
detrahetur in die furoris dei. Hec est
pars hominis impii a deo: et heredi-
tas verborum ei⁹ a domino. ca. xxi.

Respōdens aūt iob dixit. Audite
queso sermones meos: ⁊ agite
penitenciam. Sustinete me ut ⁊ ego lo-
quar: et post mea si videbitur verba
ridete. Numquid cōtra hominē disputa-
tio mea est: ut merito non debeā cōtri-
stari? Attendite me et obstupescite: et
superponite digitū ori vestro. Et ego
quādo recordatus fuero pertimesco: ⁊
cōcutit carnē meā tremor. Quare ergo
impii vivūt: sublevati sūt cōfortatiq;
divitiis? Semē eoꝝ permanet coram
eis: propinquoꝝ turba et nepotum in
cōspectu eoꝝ. Domus eoꝝ secure sūt et
pacate: et non est virga dei sup illos.
Bos eoꝝ cōcepit ⁊ nō abortivit: vacca
peperit et nō est privata fetu suo. Egre-
diūtur quasi greges parvuli eorū: et
infantes eoꝝ exultāt lusibus. Tenent
tympanū et cytharam: ⁊ gaudent ad
sonitū organi. Ducunt in bonis dies
suos: et in pūcto ad infernū descendūt.
Qui dixerūt deo recede a nobis: et scien-
tiam viaꝝ tuarū nolumus. Quis est
omnipotēs ut serviamus ei? Et quid
nobis prodest si oraverim⁹ illū? Ve-
runtamen quia non sunt in manu e-
orū bona sua: cōsiliū impiorū longe
sit a me. Quotiens lucerna impioꝝ ex-
tinguetur: ⁊ superveniet eis inundatio:
et dolores dividet furoris sui? Erunt
sicut palee ante faciē venti: ⁊ sicut favil-
la quā turbo dispergit. Deus servabit
filiis illius dolorē patris: et cū reddide-
rit tunc sciet. Videbūt oculi eius inter-
fectionē suā: ⁊ de furore omnipotentis
bibet. Quid enī ad eū pertinet de domo
sua post se? Et si numerus mensium
eius dimidietur? Numquid deū docebit
quispiā scientiā: qui excelsos iudicat?
Iste moritur robustus ⁊ sanus dives
et felix: viscera eius plena sunt adipe:
⁊ medullis ossa illi⁹ irrigātur. Alius
vero moritur in amaritudine anime sue
absq; ullis opib⁹: ⁊ tamē simul in pul-
vere dormient: et vermes operient eos.
Certe novi cogitationes vestras: ⁊ sen-
tencias cōtra me iniquas. Dicitis enī.
Ubi est domus principis: ⁊ ubi taber-
nacula impioꝝ? Interrogate quēlibet
de viatoribus: ⁊ hec eadē illū intelligere
cognosceris. Quia in diē perditionis
servatur mal⁹: ⁊ ad diē furoris ducetur.

Quis arguet corā eo vias eius:⁊ que
fecit quis reddet illi? Ipse ad sepulcra
ducetur:et in cōgerie mortuoꝝ vigila
bit. Dulcis fuit glareis cociti:et post
se omnem hominem trahet:et ante se
innumerabiles. Quomō igitur cōso-
lamini me frustra: cū responsio vr̄a re-
pugnare ostēsa sit veritati? Ca. xxii.

Respondēs aūt eliphas themani-
tes dixit. Nunquid deo potest
cōparari homo:eciā cū pfecte fuerit sci-
entie? Quid prodest deo si iustus fue-
ris:aut qd ei cōfers si immaculata fue-
rit vita tua? Nūquid timens arguet
te·⁊ veniet tecū in iudiciū:⁊ non pter
maliciā tuā plurimā et infinitas ini-
quitates tuas? Abstulisti eni pign⁹
fratrū tuoꝝ sine causa:et nudos spoli-
asti vestibꝫ. Aquā lasso nō dedisti:et
esurienti subtraxisti panē. In fortitudi-
ne brachij tui possidebas terrā:et poten-
tissimus obtinebas eā. Viduas dimi-
sisti vacuas:⁊ lacertos pupilloꝝ com-
minuisti. Propterea circūdatus es la-
queis:et conturbat te formido subita.
Et putabas te tenebras nō visurū:et
impetu aquaꝝ inundanciū nō oppres-
sum iri. An cogitas ꝙ deus excelsior
celo sit · et sup stellarū verticē sublime-
tur? Et dicis. Quid eni nouit de⁹? Et
quasi p caliginē iudicat. Nubes lati-
bulū eius:nec nostra cōsiderat:et circa
cardines celi perambulat. Nūquid se-
mitam seclorꝝ custodire cupis quam
calcauerūt viri iniqui qui sublati sūt
ante tempus suū:et fluuius subuertit
fundamentū eoꝝ? Qui dicebāt deo re-
cede a nobis: et quasi nichil possit fa-
cere omnipotēs·estimabāt eū:cum ille
implesset domos eorū bonis. Quoꝝ
sententia pcul sit a me. Videbūt iusti
et letabūtur:⁊ innocens subsannabit
eos. Nōne succisa est erectio eoꝝ:et reli-
quias eoꝝ deuorauit ignis? Acquiesc-
ce igitur ei et habeto pacem:et per hec
habebis fructus optimos. Suscipe ex
ore illius legem:et pone sermones ei⁹
in corde tuo. Si reuersus fueris ad o-
mnipotentē edificaberis:et longe faci-
es iniquitatē a tabernaclo tuo. Dabit
pro terra silicē:et p silice torrentes au-
reos. Eritq; omnipotens contra hostes tu-
os:⁊ argentū coaceruabit tibi. Tūc sup
omnipotentē delicijs afflues:et eleua-
bis ad deū faciē tuā. Rogabis eū et ex-
audiet te:⁊ vota tua reddes. Decernes
rem ⁊ veniet tibi:et in vijs tuis splende-
bit lumē. Qui eni humiliat⁹ fuerit erit
in gl'ia:⁊ q inclinauerit oclos ipse sal-
uabit. Saluabit innocēs:saluabitur
aūt mūdicia manuū suaꝝ. Ca. xxiii.

Respōdens aūt iob ait. Nūc qꝫ in
amaritudine est sermo meus:et
manus plage mee aggrauata est sup
gemitū meum. Quis michi tribuat ut
cognoscā et inueniā illū:et veniā usqꝫ
ad soliū eius? Ponā corā eo iudiciū·
et os meū replebo increpacionibꝫ:ut sci-
am verba que michi respondeat:⁊ in-
telligā quid loquat michi. Nolo mul-
ta fortitudine cōtendat mecū:nec ma-
gnitudinis sue mole me premat. Pro-
ponat equitatem cōtra me:⁊ perueniet
ad victoriā iudiciū meū. Si ad orien-
tem iero nō apparet:si ad occidentem
non intelligā eū. Si ad sinistrā quid
agam? Nō apprehendā eū. Si me ver-
tam ad dexterā:non videbo illū. Ipse
vero scit viā meā:et pbabit me quasi
aurū qd p ignē transit. Vestigia eius se-
cutus est pes me⁹:viā eius custodiui:⁊
non declinaui ex ea. A mādatis labi-
orū ei⁹ nō recessi:et in sinu meo abscon-
di verba oris eius. Ipse eni solus est:

et nemo auertere potest cogitationem
eius: et anima eius quodcūq; voluit
hoc fecit. Cūq; expleuerit in me volun-
tatem suā: ⁊ alia multa similia presto
sunt ei. Et idcirco a facie eius turbat⁹
sum: et cōsiderās eū timore sollicitor.
Deus molliuit cor meum: ⁊ omnipo-
tens conturbauit me. Non enim perij
propter imminentes tenebras: nec fa-
ciē meam operuit caligo. ca. xxiiii.

Ab omnipotente nō sunt abscon-
dita tempora: qui aūt nouerūt
eū ignorāt dies illius. Alij terminos
transtulerūt: diripuerūt greges: et pa-
uerūt eos. Asinū pupilloꝝ abegerūt:
et abstulerūt p pignore bouem vidue.
Subuerterūt pauperū viā: et oppresse-
runt pariter mansuetos terre. Alij q̄si
onagri in deserto egrediūtur ad opus
suū: vigilātesq; ad predā p̄parant pa-
nem liberis. Agrū nō suū demetūt: et
vineā eius quē vi oppresserūt vindemi-
ant. Nudos dimittūt homines indu-
menta tollentes: quibꝫ nō est operimē-
tum in frigore· quos ymbres montiū
rigant: et nō habētes velamē ample-
xantur lapides. Vim fecerūt depredan-
tes pupillos: ⁊ vulgū pauperē spolia-
uerūt. Nudis et incedētibꝫ absq; vesti-
tu et esurientibꝫ tulerūt spicas. Inter
aceruos eoꝝ meridiati sunt: qui calca-
tis torcularibꝫ sitiūt. De ciuitatibꝫ fe-
cerūt viros gemere: ⁊ anima vulnera-
torū clamabit: et de⁹ inultū abire nō
patit̄. Ipi fuerūt rebelles luminis. Ne-
scierūt vias ei⁹: nec reuersi sunt p semi-
tas illius. Mane primo consurgit
homicida: interficit egenum et pau-
perem: p noctem vero erit quasi fur. O-
culus adulteri obseruat caliginē dicēs
nō me videbit ocul⁹: ⁊ operiet vultum
suū. Perfodit in tenebris domos sicut
in die cōdixerant sibi: ⁊ ignorauerunt
lucem. Si subito apparuerit aurora
arbitrant̄ vmbrā mortis: et sic in te-
nebris quasi in luce ambulāt. Leuis
est sup faciē aque. Maledicta sit pars
eius in terra: nec ābulet p viam vinea-
rum. Ad nimium calorē trāseat ab a-
quis niuiū: et usq; ad inferos peccatū
illius. Obliuiscatur eius misericordia.
Dulcedo illi⁹ vermes. Nō sit in recor-
datione: sed conterat̄ sicut lignū infru-
ctuosum. Pauit eni sterilem ⁊ que nō
parit: et vidue bene nō fecit. Detraxit
fortes i fortitudine sua: et cū steterit nō
credet vite sue. Dedit ei deus locū peni-
tentie: et ille abutit̄ eo in supbia. Ocu-
li aūt ei⁹ sunt in vijs illius. Eleuati sūt
ad modicū et nō subsistent: et humili-
abūtur sicut omnia et auferentur: et
sicut summitates spicaꝝ cōterent̄. Qd si
nō ita q̄s me potest arguere esse menti-
tū: ⁊ ponere āte deū verba mea? ca. xxv.

Respōdens aūt baldath suites di-
xit. Potestas et terror apud eū ē:
q̄ facit cōcordiā i sublimibꝫ suis. Nū-
quid est numer⁹ militū ei⁹: et sup quē
non surget lumen illius? Nūquid iu-
stificari potest homo cōparatus deo:
aut apparere mundus natus de mu-
liere? Ecce luna etiam non splendet: ⁊
stelle non sunt munde in conspectu e-
ius: quanto magis homo putredo
et filius hominis vermis? ca. xxvi.

Respondens aūt iob dixit. Cuius
adiutor es? Nūquid imbecillis:
et sustentas brachiū ei⁹ qui non ē for-
tis? Cui dedisti consiliū? Forsitan illi
qui nō habet sapientiā: prudentiam
tuā ostendisti plurimā. Quem docere
voluisti? Nōne eū q̄ fecit spiramētū?
Ecce gigantes gemūt sub aquis: et q̄
habitant cū eis. Nudus est infernus

torā illoꝝ: et nullū est operimentū perdi-
tioni. Qui extendit aquilonē super va-
cuum: ⁊ appēdit terrā sup nichili. Qui
ligat aquas in nubibus suis: ut nō
erumpant pariter deorsum. Qui tenet
vultum solij sui: ⁊ expandit sup illud
nebulam suā. Terminū circumdedit a-
quis: usq; dum finiant̄ lux et tenebre.
Colūne celi cōtremiscūt: et pauent ad
nutū eius. In fortitudine illius repen-
te maria cōgregata sunt: et prudētia
eius percussit superbum. Spiritus eius or-
nauit celos: et obstetricāte manu eius
eductus est coluber tortuosus. Ecce hec
ex parte dicta sunt viarum eius. Et
cum vix paruam stillam sermonis e-
ius audierimus: quis poterit tonitruū ma-
gnitudinis illius intueri? ca. xxvii.

Addidit quoq; iob assumēs parabo-
lam suā et dixit. Uiuit deus qui
abstulit iudiciū meū et omnipotens qui
ad amaritudinē adduxit animā me-
am: quia donec superest halitus in me.
et spiritus dei in naribꝫ meis non lo-
quētur labia mea iniquitatē: nec lin-
gua mea meditabit̄ mendaciū. Absit
a me ut iustos esse vos iudicē. Donec
deficiā nō recedā ab innocentia mea.
Iustificationē meā quā cepi tenere nō
deseram. Neq; enī reprehendit me coꝛ
meū in omni vita mea. Sicut impius
inimicus meus: ⁊ aduersarius meus
quasi iniquus. Que est enī spes ypocrite
si auare rapiat: et non liberet deus a-
nimā eius? Numquid deus audiet clamo-
rem eius cū venerit sup eū angustia?
Aut poterit in omnipotēte delectari: et
inuocare deū omni tempore? Docebo
vos per manū dei que omnipotens ha-
beat: nec abscōdam. Ecce omnes vos
nostis: ⁊ quid sine causa vana loqui-
mini? Hec est pars hominis impij
apud deū: et hereditas violentorum
quā ab omnipotēte suscipient. Si mul-
tiplicati fuerint filij eius in gladio erūt:
et nepotes eius nō saturabūtur pane.
Qui reliqui fuerint ex eo sepelientur in
interitu: ⁊ vidue illius nō plorabūt. Si
cōportauerit quasi terra argentū et si-
cut lutū preparauerit vestimenta: pre-
parabit quidē sed iustus vestietur illis:
et argentū innocens diuidet. Edifica-
uit sicut tinea domū suā: et sicut custos
fecit umbraculū. Diues cū dormierit
nichil secū auferet: aperiet oculos suos
et nichil inueniet. Apprehendet eū quasi
aqua inopia: nocte opprimet eū tem-
pestas. Tollet eū ventus urens et auferet:
et velut turbo rapiet eū de loco suo. Et
mittet sup eū: et nō parcet: de manu eius
fugiēs fugiet. Stringet sup eū manus
suas: ⁊ sibilabit sup illū intuēs locū eius.

Habet argentū venaꝝ. ca. xxviii.
suaꝝ principia: et auro locus est
in quo conflat̄. Ferrū de terra tollitur:
et lapis solutus calore in es vertitur.
Tempus posuit tenebris: et uniuersoꝝ
finem ipse cōsiderat. Lapidem quoq;
caliginis et umbram mortis diuidit
torrens a populo peregrināte: eos quos
oblitus est pes egentis hominis ⁊ in-
uios. Terra de qua oriebatur panis:
in loco suo igni subuersa est. Locus sa-
phiri lapides eius: ⁊ glebe illius aurum.
Semitā ignorauit auis: nec intuitus
est oculus vulturis. Nō calcauerūt eā
filij institoꝝ: nec pertrāsiuit per eā leena.
Ad silicē extendit manū suā: subuertit
a radicibꝫ mōtes. In petris riuos exci-
dit: et omne preciosū vidit oculus eius. Pro-
funda quoq; fluuioꝝ scrutatus est: ⁊ abscō-
dita produxit in lucē. Sapientia vero
ubi inuenitur: et quis est locus intelli-
gentie? Nescit homo precium eius: nec

inueniť in terra suauiter viuentiū. A=
bissus dicit nō est ī me:et mare loqui=
tur nō est mecū. Non dabitur aurum
obrizum pro ea: nec appendeť argen=
tum in cōmutatione eius. Nō cōferetť
tinctis indie coloribȝ: nec lapidi sar=
donico p̄ciosissimo uel saphiro. Nō
adequabiť ei auȝ uel vitrū:nec cōmu=
tabūtur vasa p̄ ea auri excelsa et emi=
nencia:nō cōmemorabūtur compara=
tione eius. Trahiť aūt sapientia de oc=
cultis. Non adequabiť ei topasius de
ethiopia:nec tincture mūdissime com=
ponetur. Unde ergo sapientia venit:
et quis est locꝰ intelligentie? Abscon=
dita est ab oculis omniū viuētium:vo=
lucres q̄ȝ celi latet. Perdicio ⁊ mors di=
xerūt:auribȝ nostris audiuimꝰ famā
eius. Deus intelligit viā eius:et ipse
nouit locū illius. Ipse enī fines mun=
di intuetur:et om̄ia que sub celo sunt
respicit. Qui fecit ventis pondus:et a=
quas appendit mēsura. Quādo pone=
bat pluuijs legem ⁊ viā p̄cellis sonā=
tibus:tūc vidit illā et enarrauit:⁊ pre=
parauit et inuestigauit.et dixit hōmi=
ni. Ecce timor dn̄i ipa est sapientia:et
recedere a malo intelligētia. ca. xxix.

Addidit quoq; iob assumens pa=
rabolā suā et dixit. Quis michi
tribuat ut sim iuxta mēses pristinos:
secundū dies quibȝ deus custodiebat
me? Quādo splendebat lucerna eius
sup caput meū:et ad lumē eiꝰ ambu=
labā in tenebris. Sicut fui in diebus
adolescentie mee:quādo deus secreto
erat in tabernaclo meo. Quādo erat
om̄ipotēs mecū:⁊ in circuitu meo pue=
ri mei. Quādo lauabā pedes meos bu=
tiro:et petra fundebat michi riuos o=
lei. Quādo procedebā ad portā ciuita=
tis:et in platea parabant cathedram
michi. Videbant me iuuenes ⁊ abscō=
debantur: et senes stabant assurgen=
tes. Principes cessabant loqui: et di=
gitum superponebant ori suo. Vocem
suam cohibebant duces: et lingua e=
orū gutturi suo adherebat. Auris au=
diens beatificabat me:⁊ oculꝰ videns
testimoniū reddebat michi:eo q̄ libe=
rassem pauperē vociferantē:et pupillū
cui nō esset adiutor. Benedictio peritu=
ri sup me veniebat:et cor vidue conso=
latus sum. Iusticia indutus sum:⁊ ve=
stiui me sicut vestimento ⁊ diademate
iudicio meo. Oculꝰ fui ceco:et pes clau=
do. Pater eram pauperum:et causam
quā nesciebā diligentissime inuestiga=
bam. Conterebam molas iniqui:et de
dentibȝ illius auferebā predam. Dice=
bamq; In nidulo meo moriar:et sicut
palma multiplicabo dies. Radix mea
aperta est secꝰ aquas:et ros morabiť
in messione mea. Gloria mea semper
innouabitur:⁊ arcus meus in manu
mea instaurabitur. Qui me audiebāt
expectabāt sententiā:et intenti tacebāt
ad consiliū meū. Verbis meis addere
nichil audebant:et sup illos stillabat
eloquiū meū. Expectabāt me sicut plu=
uiam:et os suū aperiebant quasi ad
ymbrem serotinū. Si quando ridebā
ad eos nō credebant:et lux vultus mei
non cadebat in terrā. Si voluissē ire
ad eos sedebam primus. Cumq; sede=
rem quasi rex circūstāte exercitu: eram
tamen merentiū consolator. ca. xxx.

Nunc aūt derident me iuniores tē=
quorū non dignabar patres po=
nere cū canibȝ gregis mei. Quorū vir=
tus manuū michi erat pro nichilo:et
vita ipa putabantur indigni. Egesta=
te et fame steriles:qui rodebant in soli=
tudine. squalētes calamitate ⁊ miseria.

Et mādebant herbas et arborū cor-
tices: ⁊ radix iuniperoꝝ erat cibus eoꝝ.
Qui de cōuallibus ista rapientes: cū
singula repperissent · ad ea cū clamore
currebant. In desertis habitabāt tor-
rentium: et in cauernis terre · uel super
glareā. Qui inter huiuscemodi letabā-
tur: et esse sub sentibꝫ delicias cōputa-
bant. Filij stultorū et ignobiliū: et in
terra penitus non parentes. Nunc in
eoꝝ canticum uersus sum: et factus sū
eis in prouerbiū. Abominātur me et
longe fugiūt a me: et faciē meam con-
spuere nō uerentꝰ. Pharetram enī suā
aperuit et afflixit me: ⁊ frenū posuit in
os meū. Ad dexterā orientis calamita-
tis mee illico surrexerunt. Pedes meos
subuerterunt: ⁊ oppresserūt quasi fluctibꝫ
semitisꝰ suis. Dissipauerūt itinera mea:
insidiati sunt michi et preualuerūt: et
non fuit qui ferret auxiliū. Quasi rupto
muro ⁊ aperta ianua irruerūt sup me:
et ad meas miserias deuoluti sūt. Re-
dactus sum in nichilū. Abstulisti qua-
si uentus desiderium meum: et uelut
nubes pertransijt salus mea. Nunc
autem in memetipō marcescit anima
mea: et possident me dies afflictionis.
Nocte os meum perforatur doloribꝫ:
et qui comedunt me non dormiunt.
In multitudine eoꝝ cōsumitꝰ uestimē-
tum meum: ⁊ quasi capitio tunice sic
cinxerūt me. Comparatꝰ sum luto: et
assimilatꝰ sum fauille et cineri. Cla-
mo ad te ⁊ nō exaudis me: sto ⁊ nō re-
spicis me. Mutatus es michi in crude-
lem: ⁊ in duricia manus tue aduersariꝰ
michi. Eleuasti me: et quasi sup uentū
ponens elisisti me ualide. Scio quia
morti tradas me: ubi cōstituta est do-
mus omī uiuēti. Veruntamē non ad
consumptionē eorum emittis manū
tuā: et si corruerint ipsi saluabis. Flebā
quondā sup eo qui afflictus erat: ⁊ cō-
paciebatur anima mea pauperi. Expe-
ctabā bona ⁊ uenerūt michi mala: pre-
stolabar lucē ⁊ eruperūt tenebre. Interi-
ora mea efferbuerūt absq; ulla requie: p̄-
uenerūt me dies afflictionis. Merēs in-
cedebā: sine furore cōsurgens · in turba
clamaui. Frater fui draconū: et sociꝰ
strucionum. Cutis mea denigrata est
super me: et ossa mea aruerūt pre cau-
mate. Versa ē in luctū cythara mea: et
organū meū ī uocē flentiū. ca. xxxi.

Pepigi fedus cū oculis meis: ut ne
cogitarē quidē de uirgine. Quā
enim partem haberet in me deus desu-
per: et hereditatem omnipotens de ex-
celsis? Numquid non perditio est ini-
quo: et alienatio operantibus in iusti-
ciam? Nonne ipse cōsiderat uias me-
as: et cunctos gressus meos dinume-
rat? Si ambulaui in uanitate et festi-
nauit in dolo pes meus: appendat me
in statera iusta: et sciat deus simplicita-
tem meam. Si declinauit gressus me-
us de uia · et si secutus est oculus meus
cor meum · et si in manibꝫ meis adhe-
sit macula: seram ⁊ alius comedat: et
progenies mea eradicetur. Si deceptū
est cor meū sup muliere: et si ad hostiū
amici mei insidiatus sum: scortū alte-
rius sit uxor mea · et sup illā incuruētꝰ
alij. Hoc enī nephas est et iniquitas
maxima: ignis usq; ad pdicionē deuo-
rans: ⁊ omia eradicās genimina. Si
contempsi subire iudiciū cū seruo meo
et ancilla mea: cū disceptarent aduer-
sum me. Quid enī faciā cum surrexerit
ad iudicādū deus: ⁊ cū quesierit quid
respondebo illi? Numquid nō in utero
fecit me qui et illū operatus est · et for-
mauit me in uulua unꝰ? Si negaui

qđ volebāt pauperib3:et oclos vidue
expectare feci. Si comedi buccellā meā
solus:et non comedit pupillus ex ea.
Quia ab infantia mea crevit mecum
miseratio:⁊ de utero matris mee egres-
sa est mecū. Si despexi pretereuntem eo
qđ nō habuerit indumentū:et absqz o-
perimento pauperem. Si nō benedixe-
runt michi latera eius:et de velleribz
oviū mearū calefactus est. Si levavi
sup pupillū manū meā etiā cū viderē
me in porta superiorē:humerus me⁹
a iunctura sua cadat:et brachiū meū
cū suis ossibz cōfringatur. Semp eni
quasi tumentes sup me fluctus timui
deū:et pōdus eius ferre nō potui. Si
putavi aurū robur meū:et obrizo di-
xi fiducia mea. Si letatus sū sup mul-
tis divitijs meis:⁊ quia plurima rep-
perit man⁹ mea. Si vidi solem cū ful-
geret ⁊ lunā incedentē clare:et letatum
est in abscondito cor meū:et osculatus
sum manū meā ore meo: q̄ est iniqui-
tas maxima:et negatio contra deum
altissimū. Si gavisus sum ad ruinā
eius qui me oderat:et exultavi q̄ inve-
nisset eū malū. Nō eni dedi ad peccā-
dum guttur meū:ut expeterem maledi-
cens animā eius. Si non dixerūt viri
tabernaculi mei:quis det de carnibus
eius ut saturemur. Foris nō mansit
peregrinus: ostiū meū viatori patuit.
Si abscondi quasi homo peccatū meū:
et celavi in sinu meo iniquitatē meā.
Si expavi ad multitudinē nimiam:
et despectio pinquorū terruit me:⁊ nō
magis tacui nec egressus sum ostiū.
Quis michi tribuat adiutorē ut desi-
deriū meū audiat omnipotens:et librū
scribat ipse qui iudicat:ut in humero
meo portem illū et circūdem illū quasi
coronā michi? Per singlos gradus
meos pronūciabo illū:et quasi princi-
pi offerā eum. Si adversum me ter-
ra mea clamat:et cum ipsa sulci eius
deflent. Si fructus eius comedi absqz
pecunia:et animam agricolarum e-
ius afflixi:pro frumēto oriatur michi
tribul⁹:et p ordeo spina. Ca. xxxii.

Omiserūt aūt tres viri isti respon-
dere iob:eo q̄ iust⁹ sibi videretur.
Et iratus indignatusqz est heliu fili⁹
barachel buzites de cognatione ram.
Irat⁹ est autē adversū iob:eo q̄ iustū
se esse diceret corā deo. Porro adversū
amicos eius indignat⁹ est eo q̄ nō in-
venissent responsionē rationabilem:
sed tantummodo cōdemnassent iob.
Igitur heliu expectavit iob loquentem:
eo q̄ seniores essent qui loquebantur.
Cū aūt vidisset qđ tres respōdere non
potuissent:iratus est vehementer. Re-
spondensqz heliu filius barachel buzi-
tes dixit. Iunior sum tēpe:vos aūt an-
tiquiores. Idcirco dimisso capite ve-
ritus sum vobis indicare meā senten-
tiam. Sperabā eni q̄ etas prolixior
loqueretur:et annorū multitudo doce-
ret sapientiā. Sed ut video spirit⁹ est
in hominibz:et inspiratio omnipotētis
dat intelligentiā. Non sūt longevi
sapientes:nec senes intelligūt iudiciū.
Ideo dicam audite me:ostēdā vobis
etiā ego meā sciētiā. Expectavi enim
sermones vestros:audivi prudentiā
vestrā. Donec disceptaremini sermoni-
bus vestris:⁊ donec putabā vos aliqđ
dicere cōsiderabā. Sed ut video nō est
qui possit arguere iob:⁊ respondere ex
vobis sermonibz eius. Ne forte dicatis
invenimus sapientiā:de⁹ proiecit eum
non homo. Nichil locut⁹ est michi:
et ego nō sedm̄ sermones vros respō-
debo illi. Extimuerūt:nec responderūt

ultra: abstuleruntque a se eloquia. Quoniam igitur expectavi et non sunt locuti: steterunt nec responderunt ultra: respondebo et ego partem meam: et ostendam scientiam meam. Plenus sum enim sermonibus: et coartat me spiritus uteri mei. En venter meus quasi mustum absque spiraculo: quod lagunculas novas dirumpit. Loquar et respirabo paululum: aperiam labia mea et respondebo. Non accipiam personam viri: et deum homini non equabo. Nescio enim quamdiu subsistam: et si post modicum tollat me factor meus. cap. xxxiii.

Audi igitur iob eloquia mea: et omnes sermones meos ausculta. Ecce aperui os meum: loquatur lingua mea in faucibus meis. Simplici corde meo sermones mei: et sententiam labia mea pura loquentur. Spiritus dei fecit me: et spiraculum omnipotentis vivificavit me. Si potes responde michi: et adversus faciem meam consiste. Ecce et me sicut et te fecit deus: et de eodem luto ego quoque formatus sum. Verumtamen miraculum meum non te terreat: et eloquentia mea non sit tibi gravis. Dixisti ergo in auribus meis: et vocem verborum tuorum audivi. Mundus sum ego et absque delicto: immaculatus et non est iniquitas in me. Quia querelas in me repperit: ideo arbitratus est me inimicum sibi. Posuit in nervo pedes meos: custodivit omnes semitas meas. Hoc est ergo in quo non es iustificatus. Respondebo tibi: quia maior sit deus homine. Adversum eum contendis: quod non ad omnia verba respondeat tibi. Semel loquitur deus: et secundo idipsum non repetit. Per somnium in visione nocturna quando irruit sopor super homines: et dormiunt in lectulo. Tunc aperit aures virorum et erudiens eos instruit disciplina: ut avertat hominem ab his que fecit: et liberet eum de superbia: eruens animam eius a corruptione: et vitam illius ut non transeat in gladium. Increpat quoque per dolorem in lectulo: et omnia ossa eius marcescere facit. Abominabilis ei fit in vita sua panis: et anime illius cibus ante desiderabilis. Tabescet caro eius: et ossa que tecta fuerant nudabuntur. Appropinquabit corruptioni anima eius: et vita illius mortiferis. Si fuerit pro eo angelus loquens unus de millibus ut annunciet hominis equitatem: miserebitur eius et dicet. Libera eum ut non descendat in corruptionem. Inveni in quo ei propicier. Consumpta est caro eius a suppliciis: revertatur ad dies adolescentie sue. Deprecabitur deum et placabilis ei erit: et videbit faciem eius in iubilo: et reddet homini iusticiam suam. Respiciet homines et dicet. Peccavi et vere deliqui: et ut eram dignus non recepi. Liberavit animam suam ne pergeret in interitum: sed vivens lucem videret. Ecce hec omnia operatur deus tribus vicibus per singulos: ut revocet animas eorum a corruptione: et illuminet luce viventium. Attende iob et audi me: et tace dum ego loquor. Si autem habes quod loquaris responde michi. Loquere. Volo enim te apparere iustum. Quod si non habes audi me: tace et docebo te sapientiam. cap. xxxiiii.

Pronuncians itaque heliu etiam hec locutus est. Audite sapientes verba mea: et eruditi auscultate me. Auris enim verba probat: et guttur escas gustu diiudicat. Iudicium eligamus nobis: et inter nos videamus quid sit melius. Quia dixit iob iustus sum: et deus subvertit iudicium meum. In iudicando enim me mendacium est: violenta sagitta

mea absq; ullo pctō. Quis est vir ut
est iob qui bibit subsannationē qua-
si aquam: qui gradit̄ cū operātibus
iniquitatē et ābulat cū viris impijs?
Dixit enim non placebit vir deo: etiā
si cucurrerit cū eo. Ideo viri cordati au-
dite me. Absit a deo impietas: et ab
omnipotente iniquitas. Opus enim
hominis reddet ei: et iuxta vias singu-
lorū restituet eis. Vere enī deus nō cō-
dempnabit frustra: nec omīpotens sub-
vertet iudiciū. Quē cōstituit aliū sup
terram: aut quē posuit super orbē quē
fabricatus est? Si direxerit ad eū cor su-
um: spiritū illius et flatū ad se trahet.
Deficiet omnis caro simul: et homo
in cinerem revertet̄. Si habes ergo in-
tellectū audi qđ dicit̄: et ausculta vocē
eloquij mei. Nūquid qui nō amat iu-
dicium sanari potest? Et quomodo
tu eū qui iustus est intantū cōdempnas?
Qui dicit regi apostata: qui vocat du-
ces impios. Qui non accipit psonas
principū: nec cognovit tyrannū cum
disceptaret contra pauperē. Opus enī
manuū eius sūt univ̄si. Subito mo-
rientur: et in media nocte turbabūtur
ppli: et ptransibūt et auferēt violētum
absq; manu. Oculi enī eius sup vias
hominū: et omnes gressus eorū consi-
derat. Non sunt tenebre et nō est um-
bra mortis: ut abscondātur ibi qui o-
perantur iniquitatē. Neq; enim ultra
in hominis potestate est: ut veniat ad
deum in iudiciū. Conteret multos in-
numerabiles: et stare facit alios pro
eis. Novit enī opera eorū: et idcirco in-
ducet noctem et conterent̄. Quasi impi-
os percussit eos in loco videntiū. Qui
quasi de industria recesserunt ab eo: et
omīs vias eius intelligere noluerūt:
ut pervenire facerent ad deū clamorem
egeni: et audiret vocem pauperū. Ipo
enī concedente pacem: quis est qui con-
dempnet? Ex quo absconderit vultum:
quis est qui contempletur eū? Et sup
gentes: et sup omnes homines. Qui
regnare facit hominē ypocritam ꝓpter
peccata ppli. Quia ergo ego locutus sū
ad deū: te q̄z non ꝓhibebo. Si erravi
tu doce me. Si iniquitatē locutus sum:
ultra non addā. Nūquid a te deus ex-
petit eam: quia displicuit tibi? Tu enī
cepisti loqui et nō ego. Quod si qđ no-
sti melius loquere. Viri intelligentes
loquātur michi: et vir sapiens audiat
me. Iob aūt stulte locutus est: et verba
illius nō sonant disciplinam. Pater
mi probetur iob usq; ad finem: ne de-
sinas ab homine iniquitatis: q̄ addit
sup pccā sua blasphemiā. Inter nos
interī cōstringatur: et tūc ad iudiciū pro-
vocet sermonibz suis deū. ca. xxxv.

Igitur heliu hec rursum locutus est. Nū-
quid equa videtur tibi tua cogitatio:
ut diceres iustior deo sum? Dixisti enī.
Non tibi placet qđ rectū est. Vel quid
tibi ꝓderit: si ego peccavero? Itaq; ego
respondebo sermonibz tuis: et amicos
tuos tecum. Suspice celū et intuere: et
contemplare ethera q̄ altior te sit. Si
peccaveris: qđ ei nocebis? Et si multipli-
cate fuerīt iniquitates tue: quid facies
contra eū? Porro si iuste egeris: quid
donabis ei: aut qđ de manu tua acci-
piet? Homini qui similis tui est noce-
bit impietas tua: et filiū hominis ad-
iuvabit iusticia tua. Propter multitu-
dinem calumniatorū clamabūt: et eiu-
labūt ꝓpter vim brachij tyrānorū. Et
nō dixit ubi est deus qui fecit me: qui
dedit carmina i nocte. Qui docet nos
sup iumēta terre: et sup volucres celi e-
rudit nos? Ibi clamabūt et nō exaudiet

propter supbiam maloꝝ. Non ergo
frustra audiet deus: et omnipotēs cau-
sas singlorꝝ intuebit̃. Etiā cum dixeris
non cōsiderat: iudicare corā illo ⁊ ex-
pecta eū. Nūc enī non infert furorem
suū: nec ulciscitur scelus valde. Ergo
iob frustra aperit os suum: et absq; sci-
entia verba multiplicat. ca. xxxvi.
Addens quoq; heliu hec locutus
est. Sustine me paululū ⁊ indi-
cabo tibi. Adhuc enī habeo qđ pro
deo loquar. Repetā scientiā meam a
principio: et operatorē meū probabo
iustum. Vere enim absq; mēdacio ser-
mones mei: et pfecta scientia pbabit̃
tibi. Deus potentes nō abicit cū ⁊ ipē
sit potens: sed nō salvat impios: ⁊ iu-
diciū pauperibꝫ tribuit. Non auferet
a iusto oculos suos: et reges in solio
collocat in ppetuū: et illi erigūtur. Et
si fuerint in cathenis ⁊ vinciātur funi-
bus paupertatis: indicabit eis opera e-
orum ⁊ scelera eoꝝ: quia violēti fuerūt.
Revelabit q; aurem eoꝝ ut corripiat:
et loquet̃ ut revertātur ab iniquitate.
Si audierit et observaverint cōplebūt
dies suos in bono: et annos suos in
gloria. Si aūt nō audierint trāsibūt
per gladiū: et consument̃ in stulticia.
Simulatores ⁊ callidi pvocāt iram
dei: neq; clamabūt cum vincti fuerint.
Morietur in tempestate anima eorū:
et vita eoꝝ inter effeminatos. Eripiet
de angustia sua pauperē: et revelabit
in tribulatione aurē eius. Igit̃ salva-
bit te de ore angusto latissime: ⁊ non
habētē fundamentū subter se. Requies
autē mense tue erit plena pinguedine.
Causa tua quasi impii iudicata est:
causā iudiciūq; recipies. Non te ergo
superet ira ut aliquem opprimas: nec
multitudo donorū inclinet te. Depone

magnitudinē tuā absq; tribulatione:
⁊ omnes robustos fortitudine. Ne pro-
trahas noctē: ut ascendāt ppli pro eis.
Cave ne declines ad iniquitatē. Hāc
enim cepisti sequi post miseriā. Ecce de⁹
excelsus in fortitudine sua: ⁊ nullus ei
similis in legislatoribꝫ. Quis poterit
scrutari vias eius: aut quis potest ei
dicere operat⁹ es iniquitatē? Memen-
to ꝙ ignores opus eius: de quo ceci-
nerūt viri. Omnes homines vident eū: ⁊
unusquisq; intuetur procul. Ecce de⁹
magnus vincēs scientiā nostrā. Nu-
merus annorū ei⁹ inestimabilis. Qui
aufert stillas pluvie: ⁊ effūdit ymbres
ad instar gurgitū. Qui de nubibus
fluunt: que pretexunt cūcta desup. Si
voluerit extendere nubes quasi tento-
riū suū ⁊ fulgurare lumine suo desup:
cardines quoq; maris operiet. Per hec enī
iudicat pplos: ⁊ dat escam multis mor-
talibus. In manibus abscondit lucē:
et pcipit ei ut rursus adveniat. Annū-
ciat de ea amico suo ꝙ possessio ei⁹ sit:
et ad eā possit ascendere. cap. xxxvii.
Super hoc expavit cor meū: et emo-
tum est de loco suo. Audite au-
ditionē in terrore vocis eius: et sonū
de ore illi⁹ procedentem. Subter omnes
celos ipse cōsiderat: et lumē illi⁹ sup ter-
minos terre. Post eū rugiet sonit⁹: to-
nabit voce magnitudinis sue: et nō
investigabit̃ cū audita fuerit vox eius.
Tonabit deus in voce sua mirabiliter:
qui facit magna ⁊ inscrutabilia. Qui
precipit nivi ut descendat in terram: et
hiemis pluviis et imbri fortitudinis
sue. Qui in manu omniū hominum
signat: ut noverint singuli opera sua.
Ingredietur bestia latibulū suū: et in
antro suo morabitur. Ab interioribꝫ
egredietur tēpestas: et ab arcturo frigus.

flante deo cōcrescit gelu: et rursum latissime funduntur aque. Frumentū desiderat nubes: et nubes spargūt lumē suum. Que lustrāt cūcta per circuitū quocūqz eas volūtas gubernātis duxerit· ad omē quod preceperit illis super faciē orbis terrarum: siue in una tribu· siue in terra sua· siue in quocūqz loco misericordie sue eas iusserit inueniri. Ausculta hec iob: sta et cōsidera mirabilia dei. Nūquid scis quādo preceperit deus pluuijs: ut ostenderent lucem nubiū eius? Nūquid nosti semitas nubiū magnas: et perfectas sciencias? Nōne vestimēta tua calida sunt cū perflata fuerit terra austro? Tu forsitan cū eo fabricatus es celos: qui solidissimi quasi ere fusi sunt. Ostende nobis quid dicamus illi. Nos quippe inuoluimur tenebris. Quis narrabit ei que loquor? Etiā si locutus fuerit homo deuorabitur; at nūc nō vident lucem. Subito aer cogetur in nubes: et ventus trāsiens fugabit eas. Ab aquilone aurū venit: et a deo formidolosa laudatio. Digne eum inuenire non possumus. Magnus fortitudine et iudicio et iusticia: et enarrari nō potest. Ideo timebunt eum viri: et nō audebunt cōtemplari omēs qui sibi videntur esse sapientes. cap. xxxviii.

Respondēs autem dominus iob de turbine dixit. Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis? Accinge sicut vir lumbos tuos: interrogabo te: ⁊ respōde michi. Ubi eras quādo ponebā fundamēta terre? Indica michi si habes intelligētiā. Quis posuit mēsuras eius si nosti: vel quis tetendit super eā lineā? Super quo bases illius solidate sunt? Aut quis dimisit lapidem angularē eius cū me laudarēt simul astra matutina: ⁊ iubilarēt omnes filij dei? Quis conclusit ostijs mare quādo erumpebat quasi de vulua procedens: cū ponerem nubem vestimentū eius· ⁊ caligine illud quasi pānis infantie obuoluerē? Circūdedi illud terminis meis: et posui vectē et ostia: et dixi. Usqz huc venies ⁊ non procedes amplius: et hic confringes tumentes fluctus tuos. Nūquid post ortū tuū precepisti diluculo et ostendisti aurore locū suū: et tenuisti concutiēs extrema terre· excussisti impios ex ea? Restituetur ut lutū signaculū: et stabit sicut vestimentū. Auferetur ab impijs lux sua: et brachiū excelsum confringetur. Nūquid ingressus es profundū maris: ⁊ in nouissimis abissi deābulasti? Nūquid aperte sunt tibi porte mortis: et ostia tenebrosa vidisti? Nūquid considerasti latitudinem terre? Indica michi si nosti omnia in qua via lux habitet ⁊ tenebrarū quis locus sit: ut ducas unūquodqz ad terminos suos· et intelligas semitas domus eius. Sciebas tūc quod nasciturus esses: ⁊ numerū dierum tuorum noueras? Nūquid ingressus es thesauros niuis aut thesauros grādinis aspexisti: que preparaui in tēpus hostis· in diē pugne ⁊ belli? Per quā viam spergitur lux· diuiditur estus super terrā? Quis dedit vehemētissimo ymbri cursum ⁊ viā sonātis tonitrui: ut plueret super terrā absqz homine in deserto ubi nullus mortaliū cōmoratur: ut impleret inuiā et desolatā· ⁊ produceret herbas virentes? Quis est pluuie pater: vel quis genuit stillas roris? De cuius utero egressa est glacies: et gelu de celo quis genuit? In similitudinē lapidis aque durantur: ⁊ superficies abissi cōstringitur. Nūquid cōiungere valebis micantes stellas pliades: aut

girū arcturi poteris dissipare? Nun-
quid producis luciferū in tpe suo: ⁊ ve-
sperum sup filios terre cōsurgere facis?
Nūquid nosti ordinem celi: et pones
rationē eius in terra? Nūqd eleuabis
in nebulā vocem tuā: et impetꝰ aqua-
rum operiet te? Nunquid mittes ful-
gura et ibūt: ⁊ reuertentia dicēt tibi ad-
sumus? Quis posuit in visceribꝫ ho-
minis sapientiā: vel quis dedit gallo
intelligentiā? Quis enarrabit celorū
rationē: et cōcentū celi quis dormire
faciet? Quando fundabat̄ puluis in
terra: et glebe cōpingebātur? Nunqd
capies leene predā: et animā catulorꝫ
eius implebis: quādo cubāt in antris
et in specubus insidiant̄? Quis pre-
parat coruo escam suā: quando pul-
li eius clamant ad deum vagātes eo
ꝙ non habeant cibos? capitulum xxxix.

Nunquid nosti tempus partus
ibicū in petris: vel parturientes
ceruas obseruasti? Dinumerasti men-
ses cōceptus earꝫ: et scisti tempus par-
tus earꝫ? Incuruātur ad fetū ⁊ pariūt:
et rugitus emittūt. Separantur filij
earū et pergūt ad pastū: egrediunt̄ ⁊ nō
reuertētur ad eas. Quis dimisit ona-
grum liberū: et vincula eiꝰ quis soluit?
Cui dedi in solitudine domū: et taber-
nacula eius in terra salsuginis. Con-
temnit multitudinē ciuitatis: clamorē
exactoris nō audit. Circūspicit mōtes
pascue sue: ⁊ virentia queqꝫ perquirit.
Nunqd volet rinoceros seruire tibi:
aut morabit̄ ad ꝑsepe tuū? Nūquid
alligabis rinocerōta ad arādū loro
tuo: aut cōfringet glebas valliū post
te? Nunquid fiduciā habebis in ma-
gna fortitudine eius: ⁊ derelinques
ei labores tuos? Nunquid credes illi
quoniā sementem reddēt tibi: et areā
tuā cōgreget? Penna strucionis simi-
lis est pēnis herodij et accipitris. Quā-
do derelinquit oua sua in terra: tu for-
sitan in puluere calefacies ea? Obliui-
scitur ꝙ pes conculcet ea: aut bestia a-
gri conterat. Duratur ad filios suos
quasi non sint sui: frustra laborauit
nullo timore cogēte. Priuauit enim
eam deꝰ sapientia: nec dedit illi intelli-
gentiā. Cū tempus fuerit in altū alas
erigit: deridet equū et ascensorem eius.
Nūquid ꝑbebis equo fortitudinē: aut
circūdabis collo eius hinnitū? Nun-
qd suscitabis eū ꝗsi locustas? Gloria
nariū eius terror: terrā ungula fodit.
Exultat audacter: in occursum pergit
armatis. Contemnit pauorē: nec cedit
gladio. Sup ipm̄ sonabit pharetra:
vibrabit hasta et clipeus. Feruens et
fremens sorbet terrā: nec reputat tube
sonare clangorem. Ubi audierit buci-
nam dicit vah: procul odoratur bel-
lum: exhortationē ducū ⁊ vlulatū exer-
citus. Nūquid ꝑ sapientiā tuā plume-
scit accipiter: expandens alas suas ad
austrū? Nūquid ad ꝓceptū tuū eleua-
bitur aquila: et in arduis ponet nidū
suū? In petris manet: et in preruptis
silicibꝫ cōmorat̄: atqꝫ inaccessis rupi-
bus. Inde cōtemplat̄ escam: et de lon-
ge oculi eius prospiciūt. Pulli eiꝰ lam-
biunt sanguinē: et vbicūqꝫ cadauer fu-
erit statim adest. Et adiecit dominus:
et locutus est ad iob. Nunquid qui
contendit cum deo: tam facile conqui-
escit? Utiqꝫ qui arguit deum: debet et
respondere ei. Respondens aūt iob do-
mino dixit. Qui leuiter locutus sum:
respondere quid possum? Manum
meam ponam super os meum. Unū
locutꝰ sum qd vtinā nō dixissem: ⁊ al-
terū: quibus vltra non addā. ca. xl.

Respondēs aūt dn̄s iob de turbi-
ne dixit. Accinge sicut vir lum-
bos tuos: īterrogabo te: et indica mi-
chi. Nūquid irritū facies iudiciū meū:
et cōdemnabis me ut iustificeris? Et
si habes brachiū sicut deus et voce si-
mili tonas: circūda tibi decorē ⁊ in sub-
lime erigere: et esto gloriosus et specio-
sis induere vestibꝫ. Disperge supbos
in furore tuo ~~et cōfunde eos~~: et respici-
ens omnē arrogantē humilia. Respi-
ce cūctos supbos et cōfunde eos: et cō-
tere impios in loco suo. Abscōde eos
in puluere simul: et facies eoꝝ demerge
in foueam: et ego cōfitebor q̄ saluare
te possit dextera tua. Ecce behemoth
quē feci tecū: fenū quasi bos comedet.
Fortitudo eiꝰ in lumbis eius: et virtꝰ
illiꝰ in umbilico ventris eiꝰ. Stringit
caudā suā quasi cedrū: nerui testiculo-
rum eius pplexi sunt. Ossa eiꝰ velut fi-
stule eris: cartilago illius quasi lami-
ne ferree. Ipē est principiū viarum dei.
Qui fecit eū applicabit gladium eius:
huic mōtes herbas ferūt. Omēs bestie
agri ludēt ibi: sub umbra dormit in
secreto calami·ī locis humētibꝫ. Pro-
tegunt umbre umbrā eius: circunda-
bunt eū salices torrentis. Ecce absor-
bebit fluuiū et nō mirabit̄: et habet fi-
duciā q̄ influat iordanis in os eius.
In oculis eius quasi hamo capiet eū:
et in sudibꝫ pforabit nares eiꝰ. An ex-
trahere poteris leuiathan hamo: ⁊ fu-
ne ligabis linguā eius? Nūquid po-
nes circulū in naribꝫ eius: aut armil-
la pforabis maxillā eius? Nunquid
multiplicabit ad te preces: aut loquet̄
tibi mollia? Nūq̄d feriet tecū pactū: et
accipies eū seruū sempiternū? Nunq̄d
illudes ei quasi aui: aut ligabis eum
ancillis tuis? Concident eum amici:
diuidēt illū negociatores. Nunquid
implebis sagenas pelle eiꝰ: et gurgu-
stiū piscium capite illiꝰ? Pones sup eū
manū tuā? Memēto belli: nec ultra ad-
das loqui. Ecce spes eiꝰ frustrabit̄ eū:
et videntibꝫ cunctis p̄cipitabit̄. cap̄ xli.

Non quasi crudelis suscitabo eū.
Quis eni resistere posset vultui
meo: et q̄s ante dedit michi ut reddā
ei? Omnia q̄ sub celo sunt mea sūt. Nō
parcā ei verbis potētibus: et ad depre-
candū cōpositis. Quis reuelabit faciē
indumēti eiꝰ? Et in mediū oris eiꝰ q̄s
intrabit? Portas vultꝰ eius quis ap-
eriet? Per girū dentiū eius formido: cor-
pus illiꝰ quasi scuta fusilia· cōpactum
squamis se prementibus. Una uni cō-
iungitur: et ne spiraculū quidē incedit
per eas. Una alteri adherebit: ⁊ tenen-
tes se nequaq̄ seperabūtur. Sternuta-
tio eius splendor ignis· et oculi eius ut
palpebre diluculi. De ore eius lampa-
des pcedūt· sicut tede ignis accense. De
naribus eiꝰ pcedit fumꝰ: sicut olle suc-
cense atq; feruentis. Halitus eius pru-
nas ardere facit: et flāma de ore eius
egredit̄. In collo eius morabit̄ fortitu-
do: et faciē eiꝰ p̄cedit egestas. Mēbra
carniū eius coherentia sibi. Mittet cō-
tra eū fulmina· ⁊ ad locū aliū nō feren-
tur. Cor eius indurabit̄ tāq̄ lapis: et
stringetur q̄si malliatoris incus. Cū
sublatꝰ fuerit timebūt angeli: et territi
purgabūtur. Cū apprehenderit eū gla-
dius subsistere nō poterit: neq; hasta
neq; torax. Reputabit eni quasi paleā
ferrū: et quasi lignū putridū es. Non
fugabit eū vir sagittarius: in stipulā
versi sunt ei lapides funde. Quasi sti-
pulam estimabit malleū: et deridebit
vibrantem hastam. Sub ipo erūt ra-
dii solis: sternet sibi aurū quasi lutū.

Feruescere faciet q̄si ollā profūdum
maris: ponet quasi cū ungenta bulli-
unt. Post eum lucebit semita: estima-
bit abissum quasi senescentem. Non
est super terram potestas que compa-
retur ei: qui factus est ut nullum ti-
meret. Omne sublime videt: ipse est rex
sup omnes filios supbie. ca. xlii.

Respondens autem iob dn̄o dixit.
Scio q̄a omnia potes: et nulla te
latet cogitacio. Quis est iste qui celat
cōsiliū absq; sciencia? Ideo insipienter
locut⁹ sum: et que ultra modū excede-
rent sciētiā meā. Audi et ego loquar:
interrogabo te et respōde michi. Au-
ditu auris audiui te: nūc aūt oculus
meus videt te. Idcirco ip̄e me rep̄hen-
do: et ago penitentiā in fauilla ⁊ cine-
re. Postq̄ aūt locut⁹ est de⁹ verba hec
ad iob: dixit ad eliphaz themanitem.
Iratus est furor meus in te et in duos
amicos tuos: quoniā nō estis locuti
corā me rectū sicut seru⁹ me⁹ iob. Su-
mite ergo vobis septem thauros ⁊ se-
ptem arietes: et ite ad seruū meū iob:
⁊ offerte olocaustum pro vobis. Iob
aūt seru⁹ me⁹ orabit pro vobis. Faci-
em ei⁹ suscipiā: ut nō vobis imputet̄
stulticia. Neq; enī locuti estis ad me
recta: sicut seru⁹ me⁹ iob. Abierūt ergo
eliphaz themanites et baldach suites
et sophar naamatites et fecerūt sicut
locutus fuerat dn̄s ad eos: et suscepit
deus faciem iob. Dn̄s q̄q; conuersus
est ad penitentiā iob: cū oraret pro a-
micis suis. Et addidit domin⁹ omnia
quecūq; fuerāt iob duplicia. Venerūt
aūt ad eū om̄es fratres sui ⁊ uniuerse
sorores sue et cūcti qui nouerāt eū pri-
us: ⁊ comederūt cū eo panē in domo
eius: Et mouerūt sup eū caput: et cōso-
lati sūt eū sup omī malo qd intulerat
dn̄s sup eum: et dederūt ei unusquisq;
ouem unam: ⁊ inaurem auream unā.
Dn̄s aūt benedixit nouissimis iob
magis quā principio ei⁹. Et facta sūt
ei quatuordecim milia ouiū et sex mi-
lia camelorū: et mille iuga boū: ⁊ mil-
le asine: et fuerūt ei septē filij ⁊ tres filie.
Et vocauit nomē uni⁹ diē: et nomen
secūde cassiam: ⁊ nomē tercie cornusti-
bij. Nō sunt aūt inuente mulieres spe-
ciose sicut filie iob: in uniūsa terra. De-
ditq; eis pater suus hereditatē inter fra-
tres eaꝝ. Vixit aūt iob post hec centū
q̄dragita ānis: ⁊ vidit filios suos ⁊ fi-
lios filioꝝ suoꝝ usq; ad quartā gene-
racionē: ⁊ mortu⁹ ē senex et plen⁹ dierū.

Explicit liber iob. Incipit plogus be-
ati ieronimi p̄sbri in psalterium. S

Psalteriū rome dudū posi-
tus emēdarā: ⁊ iuxta septu-
aginta inp̄retes. licet cur-
sim. magna tamē ex parte
correxerā. Quod quia rursum videtis
o paula et eustochiū scriptoꝝ vicio de-
prauatū. plusq; antiquum errorem q̄
nouā emēdationē valere: me cogitis
ut veluti quodam nouali. scissū iam
aruū exerceam. et obliquis sulcis rena-
scentes spinas eradicem: equū esse dicē-
tes. ut qd̄ crebro pullulat crebrius suc-
cidatur. Unde consueta p̄facione cō-
moneo. tam vos quibz forte labor iste
desudat. quā eos qui exemplaria isti-
usmodi habere voluerit: ut q̄ diligen-
ter emendaui: cū cura et diligētia trās-
scribantur. Notet sibi unusquisq; uel
iacētem lineā. uel radiātia signa. id
est obelos. uel asteriscos: et ubicūq;
viderit virgulā p̄cedentem. ab ea usq;
ad duo pūcta que impressim⁹. sciat in
septuaginta translatoribus plus ha-
beri: ubi aūt perspexerit stelle similitudinē.

de hebreis voluminibȝ additū nouerit eque usqȝ ad duo pūcta · iuxta theodotionis dumtaxat editionē: qui simplicitate sermonis a septuaginta interpretibus nō discordat. Hec ergo et vobis et studioso cuiqȝ fecisse me sciens · nō ambigo multos fore · qui uel inuidia uel supercilio malent contemnere et videre preclara quam discere: et de turbulento magis riuo quam de purissimo fōte potare. Explicit plogus.

Incipit liber ẏmnorū. ul' soliloqorū. i.

Beatus vir qui nō abiit in cōsilio impiorū: et in via peccatorum nō stetit: et in cathedra pestilencie nō sedit. Sed in lege domini volūtas eius: ⁊ in lege eius meditabit̄ die ac nocte. Et erit tamq̄ lignū quod plātatum est secus decursus aquarū: qd̄ fructū suū dabit in tp̄e suo. Et foliū eius nō defluet: ⁊ omnia quecūqȝ faciet prosperabūtur. Non sic impij nō sic: sed tamq̄ puluis quē proicit vētus a facie terre. Ideo nō resurgūt impij ī iudicio: neqȝ peccatores in cōsilio iustorū. Quoniam nouit dominus viā iustorū: ⁊ iter impiorum peribit. ps david. Scd's.

Quare fremuerūt gētes: et ppli meditati sunt inania? Astiterūt reges terre et principes cōuenerunt in unū: adūsus dn̄m ⁊ adūsus xp̄m ei⁹. Dirumpam⁹ vincla eorū: ⁊ piciam⁹ a nobis iugū ipsorū. Qui habitat ī celis irridebit eos: ⁊ dn̄s subsānabit eos. Tunc loquet̄ ad eos in ira sua: ⁊ in furore suo cōturbabit eos. Ego autem cōstitut⁹ sum rex ab eo sup̄ syon montem sanctū ei⁹: pdicās preceptū eius. Dominus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te. Postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuā: et possessionē tuā terminos terre. Reges eos ī virga ferrea: ⁊ tamq̄ vas figuli cōfringes eos. Et nūc reges intelligite: erudimini q̄ iudicatis terrā. Seruite dn̄o ī timore: et exultate ei cū tremore. Apprehendite disciplinam: ne quādo irascatur dominus ⁊ pereatis de via iusta. Cum exarserit in breui ira eius: beati omnes qui confidunt in eo. ps dd̄ cū fugēt a facie absolon filij sui. Tercius.

Domine qd̄ multiplicati sunt qui tribulāt me: multi insurgūt aduersum me. Multi dicūt anime mee: nō est salus ipsi in deo eius. Tu autē dn̄e susceptor me⁹ es: gloria mea ⁊ exaltās caput meū. Voce mea ad dominū clamaui: ⁊ exaudiuit me de mōte sācto suo. Ego dormiui ⁊ soporat⁹ sum: ⁊ exsurrexi quia dn̄s suscepit me. Non timebo milia populi circūdantis me: exurge dn̄e saluū me fac deus meus. Quoniam tu pcussisti omnes adūsantes michi sine causa: dentes peccatorū cōtriuisti. Domini est sal⁹: et super populū tuum benedictio tua. In finē in carminibȝ. ps david. iiii.

Cum inuocarē exaudiuit me deus iusticie mee: ī tribulacione dilatasti michi. Miserere mei: et exaudi oracionē meā. Filij hominū usqȝ quo graui corde: ut quid diligitis vanitatem et queritis mēdacium? Et scitote quoniā mirificauit dn̄s sāctum suū: dn̄s exaudiet me cū clamauero ad eū. Irascimini et nolite peccare: qui dicitis in cordibus vestris in cubilibus vestris compungimini. Sacrificate sacrificiū iusticie ⁊ sperate in domino: multi dicunt q̄s ostendit nobis bona.

Signatum est super nos lumen vul-
tus tui domine: dedisti leticiam in cor-
de meo. A fructu frumenti vini et olei
sui: multiplicati sunt. In pace in id-
ipsum: dormiã et requiescam. Quo-
niã tu domine: singulariter in spe cõ-
stituisti me. In finẽ pro ea que heredi
tatem consequitur. Canticus.
Verba mea auribus percipe domi-
ne: intellige clamorem meum.
Intende voci orationis mee: rex me-
us et deus meus. Quoniã ad te ora-
bo dñe: mane exaudies vocem meã.
Mane astabo tibi et videbo: quoni-
am nõ deus volens iniquitatem tu es.
Neque habitabit iuxta te malignus:
neque permanebũt iniusti ante oculos
tuos. Odisti omnes qui operantur
iniquitatẽ: perdes omnes qui loquun-
tur mendaciũ. Virum sanguinũ et
dolosum abominabitur dñs: ego autem
in multitudine misericordie tue. In-
troibo in domũ tuam: adorabo ad
templũ sanctũ tuũ in timore tuo. Dñe
deduc me in iusticia tua: propter in-
imicos meos dirige in cõspectu meo vi-
am meã. Quoniã nõ est in ore eorũ
veritas: cor eorum vanũ est. Sepulcrũ
patẽs est guttur eorum: linguis suis do-
lose agebãt: iudica illos deus. De-
cidant a cogitationibus suis: secundũ
multitudinẽ impietatũ eorum expelle eos:
quoniã irritaverũt te dñe. Et letentur
omnes qui sperant in te: in eternũ ex-
ultabũt et habitabis in eis. Et glo-
riabuntur in te omnes qui diligũt no-
men tuum: quoniam tu benedices iu-
sto. Domine: ut scuto bone volũta-
tis tue coronasti nos. In finẽ in carmi
nibus pro octava psalmus david. vi.
Domine ne in furore tuo arguas
me: neque in ira tua corripias me.
Miserere mei dñe quoniam infirmus
sum: sana me dñe quoniã conturbata
sunt ossa mea. Et anima mea turba-
ta est valde: et tu dñe usque quo? Con-
vertere dñe et eripe animã meã: salvũ
me fac propter misericordiã tuã. Quo-
niam non est in morte qui memor sit
tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?
Laboravi in gemitu meo: lavabo
per singulas noctes lectũ meũ: lacrimis
meis stratũ meũ rigabo. Turbatus
est a furore oculus meus: inveteravi
inter omnes inimicos meos. Discedi-
te a me omnes qui operamini iniqui-
tatem: quoniam exaudivit dñs vocem fletus
mei. Exaudivit dñs deprecationẽ meã:
dñs orationẽ meã suscepit. Erube-
scãt et conturbentur vehementer omnes inimi-
ci mei: convertantur et erubescãt valde ve-
lociter. In finẽ psalmus david quem canta-
vit dño pro verbis chusi filii gemini.
Domine deus meus in te speravi:
salvũ me fac ex omnibus persequẽ-
tibus me et libera me. Ne quãdo ra-
piat ut leo animã meã: dũ non est qui
redimat neque qui salvũ faciat. Dñe
deus meus si feci istud: si est iniquitas
in manibus meis. Si reddidi retribu-
entibus michi mala: decidam merito
ab inimicis meis inanis. Persequa-
tur inimicus animã meã et compre-
hendat: et conculcet in terra vitã: et glo-
riam meã in pulverem deducat. Ex-
surge domine in ira tua: et exaltare
in finibus inimicorũ meorũ. Exsur-
ge domine deus meus in precepto quod
mandasti: et synagoga populorum circũda-
bit te. Et propter hanc in altũ regrede-
re: dñs iudicat populos. Iudica me
dñe secundum iusticiã meã: et secundũ in-
nocenciã meam super me. Consumetur
nequicia peccatorũ: et diriges iustum

scrutans corda et renes deus. Iustū
adiutoriū meū a dño: q̄ saluos facit
rectos corde. Deus iudex iustus fortis
et paciens: nūquid irascit̄ per singu-
los dies. Nisi cōuersi fueritis gladiū
suū vibrauit: arcū suū tetendit et pa-
rauit illū. Et ī eo parauit vasa mor-
tis: sagittas suas ardentibus effecit.
Ecce parturit iniusticiā: cōcepit do-
lorem et peperit iniquitatē. Lacū ap-
ruit et effodit eū: et incidit in foueā q̄
fecit. Conuertetur dolor eius in caput
eius: et in verticē ipsi⁹ iniquitas eius
descendet. Confitebor dño scd̄m iusti-
ciā ei⁹: ⁊ psallā nomini dñi altissimi.

In finē ps dd̄ pro torcularibꝫ. viii.

Domine dñs noster: quā ammi-
rabile est nomē tuū in vniuersa
terra. Quoniam eleuata est magni-
ficentia tua: sup celos. Ex ore infan-
tiū ⁊ lactentiū perfecisti laudē propter
inimicos tuos: ut destruas inimicū
et ultorem. Quoniā videbo celos tu-
os opera digitorꝫ tuorꝫ: lunā ⁊ stellas
que tu fundasti. Quid est homo q̄
memor es ei⁹: aut fili⁹ hominis quoni-
am visitas eū. Minuisti eū paulomi-
nus ab angelis: gloria ⁊ honore co-
ronasti eū: ⁊ cōstituisti eū super opera
manuū tuarꝫ. Omnia subiecisti sub
pedibus ei⁹: oues ⁊ boues vniūsas:
insup et pecora cāpi. Volucres celi ⁊
pisces maris: qui pambulāt semitas
maris. Domine dñs noster: quam
āmirabile est nomē tuū ī vniūsa terra.

In finē pro occultis filii ps dd̄. ix.

Confitebor tibi dñe in toto corde
meo: narrabo oīa mirabilia
tua. Letabor ⁊ exultabo in te: psallā
nomini tuo altissime. In conuerten-
do inimicū meū retrorsum: infirma-
bunt̄ et peribūt a facie tua. Quoniā
fecisti iudicium meū et causam meā:
sedisti sup thronū qui iudicas iustici-
am. Increpasti gentes ⁊ periit impi-
us: nomē eorꝫ delesti in eternū ⁊ in se-
culū seculi. Inimici defecerūt framee in
finē: ⁊ ciuitates destruxisti. Periit me-
moria eorꝫ cū sonitu: et dñs in eternū
permanet. Parauit in iudicio thro-
nū suū: et ipse iudicabit orbē terre in
equitate: iudicabit ppl'os in iusticia.
Et factus est dñs refugiū pauperi:
adiutor in oportunitatibꝫ in tribula-
tione. Et sperent in te qui nouerunt
nomen tuū: quoniā non dereliquisti
querentes te dñe. Psallite dño qui ha-
bitat in syon: annunciate inter gentes
studia eius. Quoniā requirens san-
guinē eorꝫ recordatus est: nō est oblit⁹
clamorem pauperū. Miserere mei do-
mine: vide humilitatē meā de inimi-
cis meis. Qui exaltas me de portis
mortis: ut annūciem omnes lauda-
tiones tuas in portis filie syon. Ex-
ultabo in salutari tuo: infixe sūt gen-
tes in interitu quē fecerūt. In laqueo
isto quē abscōderūt: cōprehensus est
pes eorꝫ. Cognoscetur domin⁹ iudi-
cia faciēs: in operibus manuū suarū
cōprehensus est peccator. Conuertā-
tur peccatores in infernū: omnes gen-
tes que obliuiscuntur deū. Quoniā
nō in finē obliuio erit pauperis: pati-
encia pauperū nō peribit in finē. Ex-
surge dñe nō cōfortetur homo: iudicē-
tur gentes in cōspectu tuo. Cōstitue
dñe legislatorem super eos: ut sciant
gentes qm̄ homines sunt. Ut quid
dñe recessisti longe: despicis in opor-
tunitatibꝫ in tribulatione. Dum su-
perbit impius incenditur paup: com-
prehenduntur in consiliis quibus cogi-
tant. Quoniam laudat̄ peccator in

desiderijs anime sue: et iniquus bene=
dicitur. Exacerbauit dn̄m peccator:
secundū multitudinē ire sue non que=
ret. Non est de⁹ in cōspectu eius: in=
quinate sunt vie illi⁹ in omni tpe. Au=
ferūtur iudicia tua a facie eius: omni
um inimicoꝝ suorū dominabit. Di=
xit enī in corde suo: nō mouebor a ge=
neratione in generatōnem sine malo.
Cuius malediccione os plenū est et
amaritudine et dolo: sub lingua ei⁹
labor ⁊ dolor. Sedet in insidijs cū di=
uitibȝ in occultis: ut interficiat inno=
centem. Oculi ei⁹ in pauperē respiciūt:
insidiat in abscōdito quasi leo in spe=
lunca sua. Insidiat ut rapiat pau=
perem: rapere pauperē dū attrahit eū.
In laqueo suo humiliabit eū: incli=
nabit se et cadet cū dn̄atus fuerit pau=
perū. Dixit enī in corde suo oblitus
est deus: auertit faciē suā ne videat in
finem. Exurge dn̄e deus ⁊ exultetur
manus tua: ne obliuiscaris pauperū.
Propter quid irritauit impius deū:
dixit enī in corde suo nō requiret. Ui=
des quoniā tu laborē et dolorem cō=
sideras: ut tradas eos in man⁹ tuas.
Tibi derelictus est paup: orphano
tu eris adiutor. Contere brachium
peccatoris et maligni: queretur pec=
catū illi⁹ et nō inuenietur. Dominus
regnabit in eternū ⁊ in seculū secli: pe=
ribitis gentes de terra illi⁹. Desideri=
um pauperū exaudiuit dn̄s: preparacio=
nē cordis eoꝝ audiuit auris tua. Iu=
dicare pupillo ⁊ humili: ut non ap=
ponat ultra magnificare se homo su=
per terram. In finē psalm⁹ dd. x.
In dn̄o confido quomō dicitis anime
mee: transmigra in mōtem sicut pas=
ser. Quoniā ecce peccatores intende=
runt arcū: parauerūt sagittas suas
in pharetra: ut sagittent in obscuro
rectos corde. Quoniā que pfecisti de=
struxerūt: iustus aūt quid fecit. Dn̄s
in templo sancto suo: dn̄s in celo sedes
eius. Oculi ei⁹ in pauperem respiciūt:
palpebre eius interrogāt filios homi=
nū. Dn̄s interrogat iustū et impiū:
qui aūt diligit iniquitatem odit ani=
mā suā. Pluet sup peccatores laque=
os: ignis ⁊ sulphur ⁊ spirit⁹ pcellaꝝ
pars calicis eoꝝ. Quoniā iustus dn̄s et
iusticias dilexit: equitatē vidit vult⁹
ei⁹. In finē ps dd pro octaua. xi.
Saluū me fac dn̄e quoniā defecit
sanctus: quoniā diminute sunt ve=
ritates a filijs hominū. Uana locu=
ti sunt unusquisqȝ ad proximū suū:
labia dolosa in corde et corde locuti
sunt. Disperdat dn̄s uniuersa labia
dolosa: et linguam magniloquam.
Qui dixerūt linguā nr̄am magnifi=
cabim⁹: labia nostra a nobis sunt:
quis noster dn̄s est? Propter miseri=
am inopū et gemitū pauperū: nūc ex=
surgā dicit dn̄s. Ponā in salutari:
fiducialiter agā in eo. Eloquia dn̄i
eloquia casta: argentū igne examina=
tū: probatū terre purgatū septuplum.
Tu domine seruabis nos et custodi=
es nos: a generatione hac in eternū.
In circuitu impij ambulant: secun=
dum altitudinem tuam multiplicasti
filios hominū. In finē ps dd. xii.
Usqȝ quo dn̄e obliuisceris me in
finē: usqȝ quo auertis faciē tuā
a me? Quādiu ponā cōsilia in ani=
ma mea: dolorē in corde meo per diē?
Usque quo exaltabitur inimic⁹ me⁹
sup me? respice ⁊ exaudi me dn̄e deus
me⁹. Illumina oculos meos ne unqȝ
obdormiā i morte: ne quādo dicat in=
imicus meus preualui adūsus eum.

Qui tribulāt me exultabūt si motus
fuero: ego aūt in misericordia tua spe-
raui. Exultabit cor meū in salutari
tuo: cantabo domino qui bona tri-
buit michi: et psallam nomini domi-
ni altissimi. In finē ps dd. xiii.

Dixit insipiēs in corde: nō est de⁹.
Corrupti sunt et abominabi-
les facti sūt in studijs suis: nō est qui
faciat bonū nō est usq; ad unū. Do-
minus de celo prospexit sup filios ho-
minū: ut videat si est intelligens aut
requirēs deū. Omnes declinauerunt
simul inutiles facti sunt: non est qui
faciat bonū nō est usq; ad unū. Se-
pulcrū patēs est guttur eoꝝ: linguis
suis dolose agebant: venenū aspidū
sub labijs eoꝝ. Quorū os maledicti-
one ⁊ amaritudine plenū est: veloces
pedes eorum ad effundēdū sanguinē.
Contritio et infelicitas in vijs eoꝝ: ⁊
viam pacis nō cognouerūt: nō est ti-
mor dei ante oculos eoꝝ. Nonne co-
gnoscent omnes qui operātur iniqui-
tatem: qui deuorāt plebē meā sicut e-
scam panis? Dominū non inuoca-
uerūt: illic trepidauerūt timore ubi nō
erat timor. Quoniā dn̄s in generati-
one iusta ē: cōsiliū inopis ꝯfudistis:
qm̄ dn̄s spes ei⁹ est. Quis dabit ex
syon salutare isrl̄? cum auerterit dn̄s
captiuitatē plebis sue exultabit iacob
et letabitur isrl̄. In finē ps dd. xiiij.

Domine q̄s habitabit in taberna-
culo tuo: aut quis requiescet ī
mōte sancto tuo? Qui ingredit̄ sine
macula: et operatur iusticiā. Qui
loquit̄ veritatē in corde suo: qui nō
egit dolum in lingua sua. Nec fecit
proximo suo malum: et obprobriū
nō accepit aduersus proximos suos.
Ad nichilū deductus est ī cōspectu ei⁹
malignus: timentes aūt dn̄m glori-
ficat. Qui iurat proximo suo ⁊ non
decipit: q̄ pecuniā suā nō dedit ad usu-
ram: et munera sup innocentē nō ac-
cepit. Qui facit hec: nō mouebit̄ in
eternum. Tituli īscripcio ipi dd. xv.

Conserua me dn̄e quoniā speraui
in te: dixi dn̄o de⁹ meus es tu:
qm̄ bonoꝝ meoꝝ nō eges. Sanctis q̄
sunt in terra eius: mirificauit omnes
voluntates meas in eis. Multiplica-
te sunt infirmitates eoꝝ: postea acce-
lerauerūt. Non congregabo cōuenti-
cula eoꝝ de sanguinibus: nec memor
ero nominū eoꝝ ꝑ labia mea. Domi-
nus pars hereditatis mee et calicis
mei: tu es qui restitues hereditatē me-
am michi. Funes ceciderūt michi in
preclaris: etenī hereditas mea p̄clara
est michi. Benedicā dn̄m qui tribuit
michi intellectū: insup et usq; ad no-
ctem increpuerūt me renes mei. Pro-
uidebā dn̄m in cōspectu meo semper:
quoniā a dextris est michi ne cōmoue-
ar. Propter hoc letatū est cor meū et
exultauit lingua mea: insuper ⁊ caro
mea requiescet in spe. Quoniā nō de-
relinques animā meā in inferno: nec
dabis sanctū tuū videre corruptionē.
Notas michi fecisti vias vite: adim-
plebis me leticia cum vultu tuo: dele-
ctationes in dextera tua usq; in finem.

Exaudi dn̄e iustici- Oracio dd. xvi.
am meā: intende deprecationē
meā. Auribus ppe oracionē meā:
non in labijs dolosis. De vultu tuo
iudiciū meū prodeat: oculi tui videāt
equitatem. Probasti cor meū et visi-
tasti nocte: igne me examinasti et nō
est inuenta in me iniquitas. Ut nō
loquatur os meū opera hominū: pro-
pter verba labioꝝ tuoꝝ ego custodiui

vias duras. Perfice gressus meos
in semitis tuis: ut non moveantur ve-
stigia mea. Ego clamavi qm̄ exau-
disti me deus: inclina aurē tuā michi
et exaudi verba mea. Mirifica miseri-
cordias tuas: qui salvos facis sperā-
tes in te. A resistentibꝫ dextere tue cu-
stodi me: ut pupillā oculi. Sub um-
bra alarū tuarꝫ protege me / a facie im-
pioꝵ qui me afflixerūt. Inimici mei
animā meā circūdederūt: adipē suū
cōcluserūt: os eorū locutū est superbiā.
Proiciētes me nūc circūdederūt me:
oculos suos statuerūt declinare ī terrā.
Susceperūt me sicut leo paratus ad
predā: ⁊ sicut catulus leonis habitās
in abditis. Exurge dñe preveni eum
et supplanta eū: eripe animā meā ab
impio: frameā tuā ab inimicis manꝰ
tue. Dñe a paucis de terra divide eos
in vita eoꝵ: ⁊ de absconditis tuis ad-
impletꝰ est venter eoꝵ. Saturati sūt
filiis: ⁊ dimiserūt reliquias suas par-
vulis suis. Ego autē in iusticia appa-
rebo cōspectui tuo: saciabor cū apparu-
erit gl'a tua. In finē puero dñi david
que locutus est dño verba cātici hu-
ius in die qua eripuit eū dñs de ma-
nu oīm inimicoꝵ eiꝰ ⁊ de manū saul. ⁊ dix.
xvii. Diligā te dñe fortitudo mea: dñs
firmamētū meū et refugiū meū
et liberator meus. Deus meus adiu-
tor meus: ⁊ sperabo in eū. Protector
meus ⁊ cornu salutis mee: ⁊ susceptor
meus. Laudās invocabo dñm: et
ab inimicis meis salvꝰ ero. Circun-
dederūt me dolores mortis: ⁊ torren-
tes iniquitatis conturbaverūt me. Do-
lores inferi circūdederūt me: preoccu-
paverūt me laquei mortis. In tribu-
latione mea invocavi dominū: ⁊ ad
deum meū clamavi. Et exaudivit de
templo sancto suo vocē meam: et cla-
mor meus in cōspectu eius introivit ī
aures eius. Commota est et contre-
muit terra: fundamēta mōciū contur-
bata sunt et cōmota sunt: quoniam
iratus est eis. Ascendit fumꝰ in ira e-
ius: et ignis a facie eius exarsit: car-
bones succensi sunt ab eo. Inclina-
vit celos et descendit: et caligo sub pe-
dibus eiꝰ. Et ascendit sup cherubin
et volavit: volavit sup pēnas ventoꝵ.
Et posuit tenebras latibulū suū. ī cir-
cuitu eiꝰ tabernaculum eius: tenebrosa a-
qua in nubibꝫ aeris. Prefulgore in
cōspectu eius nubes transierūt: gran-
do ⁊ carbones ignis. Et intonuit de
celo dñs: et altissimus dedit vocē su-
am: grando ⁊ carbones ignis. Et
misit sagittas suas ⁊ dissipavit eos:
fulgura multiplicavit et cōturbavit e-
os. Et apparuerūt fontes aquarū:
et revelata sunt fundamēta orbis ter-
rarū. Ab increpatione tua dñe: ab
inspiratione spiritus ire tue. Misit
de summo ⁊ accepit me: et assumpsit
me de aquis multis. Eripuit me de
inimicis meis fortissimis et ab hiis q
oderūt me: quoniā cōfortati sunt su-
per me. Prevenerūt me in die afflicti-
onis mee: ⁊ factꝰ est dñs protector me-
us. Et eduxit me in latitudinē: sal-
vum me fecit qm̄ voluit me. Et retri-
buet michi dñs scdm iusticiā meam:
et scdm puritatem manuū mearum
retribuet michi. Quia custodivi vias
domini: nec impie gessi a deo meo.
Quoniā omnia iudicia eiꝰ in conspe-
ctu meo: et iusticias eius non repuli
a me. Et ero immaculatꝰ cū eo: ⁊ ob-
servabo me ab iniquitate mea. Et re-
tribuet michi dñs scdm iusticiā meā:
et secundū puritatē manuū mearum

in cõſpectu oculorũ eius. Cum ſancto
ſanctꝰ eris: ⁊ cũ viro innocẽte innocẽs
eris. Et cũ electo electꝰ eris: et cũ puer-
ſo peruerteris. Quoniã tu pplm humilẽ
ſaluũ facies: et oculos ſupboꝝ humi-
liabis. Quoniã tu illuminas lucer-
nam meã dñe: deus meus illumina
tenebras meas. Quoniã ĩ te eripiar
a temptatione: et in deo meo trãſgre-
diar murũ. Deus meꝰ impolluta via
eius: eloquia dñi igne examinata:
protector eſt omnium ſperãtium in ſe.
Quoniã quis deus preter dñm: aut
quis deꝰ preter deũ noſtrũ. Deus qui
p̃cinxit me virtute: et poſuit immacu-
latã viã meã. Qui perfecit pedes me-
os tãq̃ꝫ ceruoꝝ: et ſup excelſa ſtatuẽs
me. Qui docet manus meas ad pre-
liũ: ⁊ poſuiſti ut arcũ ereum brachia
mea. Et dediſti michi protectionem
ſalutis tue: et dextera tua ſuſcepit me.
Et diſciplina tua correxit me ĩ finẽ:
et diſciplina tua ipã me docebit. Di-
lataſti greſſus meos ſubtus me: ⁊ nõ
ſunt infirmata veſtigia mea. Perſe-
quar inimicos meos ⁊ cõprehendam
illos: et nõ cõuertar donec deficiant.
Confringã illos nec poterũt ſtare:
cadent ſubtus pedes meos. Et pre-
cinxiſti me virtute ad bellũ: ⁊ ſupplan-
taſti inſurgẽtes ĩ me ſubtus me. Et
inimicos meos dediſti michi dorſũ:
et odientes me diſperdidiſti. Clama-
uerunt nec erat qui ſaluos faceret ad
dominũ: nec exaudiuit eos. Et com-
minuã eos in puluerẽ ante faciẽ ven-
ti: ut lutũ plateaꝝ delebo eos. Eripi-
es me de cõtradictionibꝫ pplĩ: cõſtitu-
es me in caput gentiũ. Populus quẽ
nõ cognoui ſeruiuit michi: in auditu
auris obediuit michi. Filij alieni mẽ-
titi ſunt michi: filij alieni inueterati

ſũt: et claudicauerunt a ſemitis ſuis.
Viuit dñs et benedictꝰ deus meꝰ: ⁊ ex-
altetur deꝰ ſalutis mee. Deus q̃ das
vindictas michi et ſubdis populos
ſub me: liberator meꝰ de inimicis me-
is iracũdis. Et ab inſurgentibus in
me exaltabis me: a viro iniquo eripi-
es me. Propterea cõfitebor tibi in na-
tionibꝫ domine: et nomini tuo pſal-
mũ dicam. Magnificans ſalutes re-
gis eius: ⁊ faciens miſericordiam cri-
ſto ſuo dauid: et ſemini eius uſq; in
ſeculum. In finẽ pſalmus dd. xviii.

Celi enarrant gloriã dei: ⁊ opera
manuũ eiꝰ ãnũciat firmamẽtũ.
Dies diei eructat verbũ: ⁊ nox nocti
indicat ſciẽtiam. Non ſunt loquele
neq; ſermones: quoꝝ non audiãtur
voces eoꝝ. In omnẽ terrã exiuit ſonꝰ
eorũ: et in fines orbis terre verba eorũ.
In ſole poſuit tabernaculũ ſuũ: et
ipſe tãq; ſponſus procedens de thalamo
ſuo. Exultauit ut gygas ad curren-
dã viam: a ſummo celo egreſſio eius.
Et occurſus eius uſq; ad ſummum
eius: nec eſt qui ſe abſcondat a calore
eius. Lex dñi immaculata cõuertẽs
animas: teſtimoniũ dñi fidele ſapiẽ-
tiam preſtãs paruulis. Iuſticie do-
mini recte letificãtes corda: p̃ceptũ do-
mini lucidũ illuminans oculos. Ti-
mor dñi ſanctus permanens in ſeculũ
ſecli: iudicia dñi vera iuſtificata in ſe-
metipſa. Deſiderabilia ſuper aurũ et
lapidẽ preciosum multũ: ⁊ dulciora ſu-
per mel et fauũ. Etenim ſeruus tuus
cuſtodit ea: in cuſtodiendis illis retri-
butio multa. Delicta quis intelligit:
ab occultis meis munda me: et ab ali-
enis parce ſeruo tuo. Si mei nõ fue-
rint dñati tũc immaculatus ero: et e-
mundabor a delicto maximo. Et erũt

ut cõplaceãt eloquia oris mei : et me-
ditatio cordis mei in cõspectu tuo sem-
per. Domine adiutor meꝰ : et redem-
ptor meus. In finẽ ps̄ david. xix.
Exaudiat te dn̄s in die tribulatio-
nis : protegat te nomen dei ia-
cob. Mittat tibi auxiliũ de sancto : ⁊
de syon tueatur te. Memor sit omnis
sacrificij tui : ⁊ olocaustũ tuũ pingue
fiat. Tribuat tibi scd̄m cor tuũ : et o-
mne cõsiliũ tuũ ↄfirmet. Letabimur
in salutari tuo : ⁊ in nomine dei nr̄i
magnificabimur. Impleat dominꝰ
om̄es petitiones tuas : nũc cognovi
quoniã saluũ fecit dn̄s cristum suum.
Exaudiet illũ de celo sancto suo : in
potentatibꝫ salus dextere eiꝰ. Hij in
curribus et hij in equis : nos autẽ in
nomine dei nr̄i invocabimꝰ. Ipsi
obligati sũt et ceciderũt : nos autẽ sur-
reximus et erecti sumus. Dn̄e saluũ
fac regem : et exaudi nos ĩ die qua in-
vocaverimꝰ te. In finẽ ps̄ dd̄. xx.
Domine ĩ virtute tua letabit̃ rex :
et sup̄ salutare tuũ exultabit ve-
hementer. Desideriũ cordis eiꝰ tribu-
isti ei : ⁊ volũtate labioꝝ eius nõ frau-
dasti eũ. Quoniã prevenisti eũ in be-
nedictionibꝫ dulcedinis : posuisti in
capite eius coronã de lapide p̄cioso.
Vitã petijt a te et tribuisti ei : longitu-
dinẽ dierũ in secl̄m ⁊ in seculum seculi.
Magna gloria eius in salutari tuo :
gloriã et magnũ decorem impones
sup̄ eũ. Quoniã dabis eũ in benedi-
ctionem in seculũ scl̄i : letificabis eũ in
gaudio cũ vultu tuo. Quoniam rex
sperat in dn̄o : ⁊ in misericordia altis-
simi nõ cõmovebitur. Inveniatur
manus tua om̄ibꝫ inimicis tuis : de-
xtera tua inveniat om̄es qui te oderũt.
Pones eos ut clibanum ignis in tẽ-
pore vultus tui : dn̄s in ira sua cõturbabit
eos : et devorabit eos ignis. Fructũ
eoꝝ de terra perdes : ⁊ semẽ eoꝝ a filijs
hominũ. Qm̄ declinaverũt in te ma-
la : cogitaverũt cõsilia q̄ non potuerũt
stabilire. Qm̄ pones eos dorsũ : in
reliquijs tuis preparabis vultũ eorũ.
Exaltare dn̄e ĩ virtute tua : cantabi-
mꝰ et psallemꝰ virtutes tuas. In finẽ
ps̄ david pro susceptiõe matutinã. xxi.
Deus deꝰ meus respice ĩ me : qua-
re me dereliquisti : lõge a salute
mea verba delictorũ meoꝝ. Deus me-
us clamabo p̄ diẽ ⁊ non exaudies : et
nocte ⁊ nõ ad insipienciã michi. Tu
aũt in sancto habitas : laus isrl̄. In
te speraverũt p̄res nostri : speraverunt
et liberasti eos. Ad te clamaverũt et
salvi facti sunt : in te speraverũt et nõ
sunt confusi. Ego autẽ sum vermis
et nõ homo : obprobriũ hominũ et
abiectio plebis. Omnes videntes me
deriserũt me : locuti sunt labijs ⁊ mo-
verũt caput. Speravit in dn̄o eripiat
eum : saluũ faciat eũ quoniã vult eũ.
Quoniã tu es q̄ extraxisti me de ven-
tre : spes mea ab uberibꝫ matris mee :
in te p̄iectus sum ex utero. De ventre
matris mee deus meꝰ es tu : ne disces-
seris a me. Quoniã tribulatio proxi-
ma est : qm̄ nõ est qui adiuvet. Cir-
cumdederunt me vituli multi : thauri
pingues obsederũt me. Aperuerunt
sup̄ me os suũ : sicut leo rapiens ⁊ ru-
giens. Sicut aqua effusus sum : ⁊ di-
spersa sunt omnia ossa mea. Factũ
est cor meũ tanq̄ cera liquescens : in me-
dio ventris mei. Aruit tanq̄ testa vir-
tus mea : ⁊ lingua mea adhesit fauci-
bus meis : et in pulverem mortis de-
duxisti me. Quoniã circũdederũt me
canes multi : cõsiliũ malignantium

obsedit me. Foderūt manus meas
et pedes meos: dinumerauerūt om̄ia
ossa mea. Ipsi vero cōsideraverunt
et inspexerūt me: diuiserunt sibi vesti-
menta mea: et sup vestē meā miserūt
sortem. Tu aūt dn̄e ne elongaueris
auxiliū tuū: ad defensionē meā ꝯspice.
Erue a framea deus animā meam:
et de manu canis unicā meam. Sal-
ua me ex ore leonis: et a cornibꝫ uni-
corniū humilitatē meā. Narrabo no-
men tuū fratribꝫ meis: in medio eccle-
sie laudabo te. Qui timetis dn̄m lau-
date eū: uniūsū semē iacob glorifica-
te eū. Timeat eū om̄e semen israhel:
quoniā nō spreuit neqꝫ despexit depre-
cationē pauperis. Nec avertit faciem
suā a me: et cū clamarē ad eū exaudi-
uit me. Apud te laus mea in ecclesia
magna: vota mea reddā in cōspectu
timētiū eū. Edent pauperes ꝛ satura-
buntur: ꝛ laudabūt dn̄m qui requirūt
eū: uiuēt corda eoꝝ in sclm̄ seculi. Re-
miniscentur ꝛ convertentur ad dn̄m:
uniūsi fines terre. Et adorabunt in
cōspectu eiꝰ: uniūse familie gentium.
Quoniā dn̄i est regnū: ꝛ ipse dn̄abi-
tur gentiū. Manducauerūt et adora-
uerūt om̄es pingues terre: in cōspectu
eius cadēt omnes qui descendūt in ter-
ram. Et anima mea illi uiuet: et se-
men meū seruiet ipi. Annunciabitur
dn̄o generatio ventura: et annuncia-
bunt celi iusticiā eiꝰ ꝑplo qui nascetur
quē fecit dominus. psalm' dd. xxii.

Dominꝰ regit me et nichil michi
deerit: in loco pascue ibi me col-
locauit. Super aquā refectionis edu-
cauit me: animā meā cōuertit. De-
duxit me super semitas iusticie: ꝑpter
nomen suū. Nam et si ambulauero
in medio umbre mortis non timebo
mala: quoniā tu mecum es. Uirga
tua ꝛ baculus tuus: ipa me cōsolata
sunt. Parasti in cōspectu meo mēsā:
aduūsus eos qui tribulāt me. Impin-
guasti in oleo caput meū: et calix me-
us inebriās quā p̄clarus est. Et mi-
sericordia tua subsequetur me: omībꝫ
diebꝫ vite mee. Et ut inhabitem ī do-
mo domini: in longitudinē dierum.
psalm' dd in p̄ma sabbti. xxiii.

Domini est terra ꝛ plenitudo eiꝰ:
orbis terraꝝ ꝛ uniuersi qui habi-
tant in eo. Quia ipse sup maria fun-
dauit eū: ꝛ super flumina preparauit
eū. Quis ascendit ī mōtem dn̄i: aut
quis stabit in loco sancto eiꝰ. Inno-
cens manibꝫ ꝛ mūdo corde: qui non
accepit in vano animā suā: nec iura-
uit in dolo proximo suo. Hic accipi-
et benedictionē a dn̄o: et misericordiā
a deo salutari suo. Hec est generatio
querentiū eū: querentiū faciē dei iacob.
Attollite portas principes vestras:
et eleuamini porte eternales: et introi-
bit rex glorie. Quis ē iste rex glorie?
dn̄s fortis ꝛ potens: dominꝰ potēs in
prelio. Attollite portas principes ve-
stras: et eleuamini porte eternales: ꝛ
introibit rex glorie. Quis est iste rex
glorie? dominus virtutum ipse est
rex glorie. In finē psalm' dd. xxiiii.

Ad te dn̄e leuaui animā meā: deꝰ
meꝰ ī te ꝯfido nō erubescā. Neqꝫ
irrideant me inimici mei: etenim uni-
uersi qui sustinēt te nō confundentur.
Confundātur omnes iniqua agen-
tes: super vacue. Uias tuas domine
demōstra michi: et semitas tuas edo-
ce me. Dirige me in ueritate tua ꝛ do-
ce me: quia tu es deus saluator meꝰ:
et te sustinui tota die. Reminiscere
miseracionū tuarum dn̄e: ꝛ misericordiaꝝ

tuaꝝ que a seculo sunt. Delicta iuuē-
tutis mee ⁊ ignorātias meas: ne me-
mineris. Secundū misericordiā tuā
memento mei tu: propter bonitatem
tuā dn̄e. Dulcis et rectus dn̄s: ꝓpter
hoc legē dabit delinquētibus in via.
Diriget mālsuetos in iudicio: doce-
bit mites vias suas. Vniuerse vie do-
mini misericordia ⁊ veritas: requiren-
tibus testamentū eius et testimonia e-
ius. Propter nomen tuū dn̄e ꝓpicia-
beris peccato meo: multum est enim.
Quis ē homo qui timet dn̄m: legē
statuit ei ī via quam elegit. Anima
eius in bonis demorabitᷣ: et semen ei⁹
hereditabit terrā. Firmamentū est do-
minus timētibꝫ eū: et testamentū ipsi-
us ut manifestetᷣ illis. Oculi mei sem-
per ad dn̄m: qm̄ ipse euellet de laqueo
pedes meos. Respice in me ⁊ misere-
re mei: quia unicus et pauꝑ sum ego.
Tribulaciones cordis mei multipli-
cati sūt: de necessitatibꝫ meis erue me.
Vide humilitatē meā et laborē meū:
et dimitte vniūsa delicta mea. Respi-
ce inimicos meos quoniā multiplica-
ti sunt: et odio iniquo oderunt me.
Custodi animā meā et erue me: nō
erubescam quoniā speraui in te. In-
nocentes et recti adheserūt michi: qa
sustinui te. Libera de⁹ isrl̄: ex omībꝫ
tribulacionibus suis. ps dauid. xxv.
Iudica me dn̄e quoniā ego in innocē-
tia mea ingressus sum: et in dn̄o spe-
rans nō infirmabor. Proba me do-
mine ⁊ tempta me: ure renes meos ⁊
cor meū. Quoniam misericordia tua
ante oculos meos est: et cōplacui in
veritate tua. Non sedi cū cōcilio va-
nitatis: et cū iniqua gerentibꝫ nō in-
troibo. Odiui ecclesiā malignantiū:
et cū impijs nō sedebo. Lauabo inter
innocentes manus meas: et circūda-
bo altare tuū dn̄e. Ut audiā vocem
laudis: et enarrem vniūsa mirabilia
tua. Domine dilexi decorem domus
tue: et locum habitationis glorie tue.
Ne perdas cum impijs deus animā
meā: et cū viris sanguinū vitā meā.
In quorū manibꝫ iniquitates sūt:
dextera eorum repleta est muneribus.
Ego autē in innocentia mea ingres-
sus sum: redime me et miserere mei.
Pes enim meus stetit in directo: in
ecclesijs benedicam te domine. In finē
ps dd̄ priusq̄ liniretur. xxvi.
Dominus illuminatio mea
et salus mea: quem time-
bo. Dominus protector vi-
te mee: a quo trepidabo?
Dum appropiāt sup me nocentes:
ut edāt carnes meas. Qui tribulant
me inimici mei: ipi infirmati sunt et
ceciderūt. Si consistāt aduersum me
castra: nō timebit cor meū. Si exsur-
gat aduersum me prelium: in hoc ego
sperabo. Unam petij a dn̄o hanc re-
quiram: ut inhabitē in domo dn̄i o-
mnibus diebus vite mee. Ut videā
voluptatem dn̄i: et visitem templū ei⁹.
Quoniā abscōdit me in tabernacu-
lo suo in die malorū: protexit me in
abscondito tabernaculi sui. In petra
exaltauit me: ⁊ nunc exaltauit caput
meū super inimicos meos. Circuiui
et immolaui in tabernaculo eius hosti-
am vociferationis: cātabo et psalmū
dicā dn̄o. Exaudi dn̄e vocē meam
qua clamaui ad te: miserere mei et ex-
audi me. Tibi dixit cor meū exquisi-
uit te facies mea: faciē tuā dn̄e requi-
ram. Ne auertas faciem tuā a me:
ne declines in ira a seruo tuo. Adiu-
tor me⁹ esto ne derelinquas me: neqꝫ

despicias me deus salutaris meus.
Quoniā pater meus et mater mea de-
reliquerūt me: dūs aūt assumpsit me.
Legem pone michi dñe in via tua:
et dirige me in semita recta propter in-
imicos meos. Ne tradideris me in a-
nimas tribulantiū me: quoniam in-
surrexerūt in me testes iniqui: et men-
tita est iniquitas sibi. Credo videre
bona dñi: ī terra viventiū. Expecta
dūm viriliter age: et cōfortet̄ cor tuū
et sustine dūm. psalm⁹ ipi dd. xxvii.
Ad te dñe clamabo deus meus ne
sileas a me: ne quādo taceas a
me: et assimilabor descendētibꝫ in la-
cum. Exaudi dñe vocem orationis
mee dū oro ad te: dū extollo manus
meas ad templū sanctū tuum. Ne si-
mul tradas me cū peccatoribꝫ: et cū o-
perātibꝫ iniquitatē ne perdas me. Qui
loquuntur pacē cū proximo suo: ma-
la aūt in cordibꝫ eorꝫ. Da illis scdm
opera eorꝫ: et secundū nequiciā adin-
ventionū ipsorꝫ. Secundū opera ma-
nuū eorū tribue illis: redde retributio-
nem eorꝫ ipsis. Quoniā nō intellexe-
runt opera dñi et in opera manuum
eius: destrues illos et nō edificabis e-
os. Benedictus dūs: quoniā exau-
divit vocem deprecationis mee. Do-
min⁹ adiutor meus et protector meus:
et in ipso speravit cor meū et adiutus
sum. Et refloruit caro mea: ⁊ ex vo-
luntate mea cōfitebor ei. Dominus
fortitudo plebis sue: et protector salua-
tionum cristi sui est. Saluū fac ꝑplm
tuū dñe ⁊ benedic hereditati tue: ⁊ rege
eos ⁊ extolle illos usqꝫ in eternū. ps
dd in cōsūmacōe tabnacli. xxviii.
Afferte dño filij dei: afferte dño fi-
lios arietū. Afferte dño glori-
am et honorem: afferte dño gloriā
nomini ei⁹: adorate dūm ī atrio sācto
eius. Vox dñi sup aquas: deus ma-
iestatis intonuit: domin⁹ sup aquas
multas. Vox dñi in virtute: vox do-
mini in magnificentia. Vox dñi cō-
fringentis cedros: ⁊ cōfringet dūs ce-
dros libani. Et cōminuet eos tāqꝫ
vitulū libani: et dilect⁹ queadmodū
filios unicorniū. Vox dñi intercedē-
tis flāmam ignis: vox dñi cōcutien-
tis desertū: et cōmovebit dūs desertū
cades. Vox domini ꝑparantis cervos
et revelabit cōdensa: et ī templo eius
oēs dicēt gloriā. Dūs diluvium
inhabitare facit: et sedebit dūs rex in
eternū. Domin⁹ virtutē ꝑplo suo da-
bit: dūs benedicet ꝑplo suo ī pace. Ps cā
tici in dedicacōe domus dd. xxix.
Exaltabo te dñe quoniā suscepisti
me: nec delectasti inimicos me-
os sup me. Domine deus meus cla-
mavi ad te: ⁊ sanasti me. Domine e-
duxisti ab inferno animā meā: salua-
sti me a descendentibꝫ in lacū. Psalli-
te dño sancti eius: ⁊ cōfitemini memo-
rie sāctitatis eius. Quoniam ira in
indignatione eius: et vita in volūta-
te eius. Ad vesperū demorabitur fle-
tus: et ad matutinum leticia. Ego
aūt dixi in abundātia mea: nō move-
bor in eternū. Domine: in volūtate
tua prestitisti decori meo virtutē. A-
vertisti faciem tuā a me: et factus sum
conturbatus. Ad te domine clama-
bo: et ad deū meum deprecabor. Que
utilitas ī sanguine meo: dum descē-
do in corruptionem. Numquid con-
fitebitur tibi pulvis: aut annuncia-
bit veritatem tuā. Audivit dūs et mi-
sertus est mei: dūs factus est adiutor
meus. Convertisti planctum meū in
gaudiū michi: cōscidisti saccū meum.

et circūdedisti me leticia. Et cātet tibi
gloria mea et non cōpungar: domi-
ne deus meus in eternum confitebor
tibi. In finē ps dd pro extasi. xxx.
In te dn̄e nō confundar in eternum: in
iusticia tua libera me. Inclina ad
me aurem tuā: accelera ut eruas me.
Esto michi in deū protectorē et in do-
mum refugij: ut saluum me facias.
Quoniā fortitudo mea et refugium
meū es tu: ⁊ propter nomē tuū dedu-
ces me ⁊ enutries me. Educes me de
laqueo quē absconderūt michi: quoni-
am tu es protector meus. In manus
tuas cōmendo spiritū meū: redemisti
me dn̄e deꝰ veritatis. Odisti observan-
tes vanitates: supuacue. Ego aūt
in dn̄o speraui: exultabo et letabor in
misericordia tua. Quoniā respexisti
humilitatē meā: saluasti de necessita-
tibus animā meā. Nec cōclusisti me
in manibus inimici: statuisti in loco
spacioso pedes meos. Miserere mei do-
mine quoniā tribulor: cōturbatꝰ est
in ira oculus meus: anima mea ⁊ ven-
ter meꝰ. Quoniā defecit in dolore vi-
ta mea: ⁊ anni mei in gemitibꝫ. In-
firmata est ī paupertate virtus mea:
et ossa mea cōturbata sunt. Super
om̄es inimicos meos factus sum op-
probriū vicinis meis valde: ⁊ timor
notis meis. Qui videbant me foras
fugerūt a me: oblivioni datꝰ sū tanq̄
mortuus a corde. Factus sum tanq̄
vas perditū: quoniā audivi vitupe-
ratōnē multorꝫ cōmorantiū in circui-
tu. In eo dū cōvenirēt simul adver-
sum me: accipere animā meā ꝯsiliati
sunt. Ego aūt ī te speraui dn̄e: dixi
deus meus es tu: in manibꝫ tuis sor-
tes mee. Eripe me de manu inimico-
rum meorū: et a persequentibus me.

Illustra faciē tuā sup servū tuū: sal-
uum me fac ī mīsedia tua: dn̄e nō cō-
fundar quoniā invocaui te. Erube-
scant impij ⁊ deducantur in infernū:
muta fiāt labia dolosa. Que loquū-
tur adūsus iustū iniquitatē: in super-
bia et in abusione. Quam magna
multitudo dulcedinis tue dn̄e: quā
abscōdisti timētibus te. Perfecisti eis
qui sperant in te: in cōspectu filiorꝫ ho-
minū. Abscondes eos in abscondi-
to faciei tue: a cōturbatione hominū.
Proteges eos in tabernaculo tuo: a
contradictione linguarꝫ. Benedictꝰ
dn̄s: quoniam mirificauit misericor-
diam suam michi in ciuitate munita.
Ego aūt dixi in excessu mentis mee:
proiectus sum a facie oculorꝫ tuorum.
Ideo exaudisti vocē oratōnis mee:
dum clamarē ad te. Diligite dn̄m o-
mnes sancti eius: quoniā veritatē re-
quiret dn̄s: et retribuet abundāter fa-
cientibus superbiam. Viriliter agite
et confortetur cor vestrum: om̄es qui
speratis in domino. Intellcs dd. xxxi.
Beati quorꝫ remisse sunt iniquita-
tes: et quorū tecta sunt peccata.
Beatus vir cui non imputauit dn̄s
peccatū: nec est in spiritu eius dolus.
Quoniam tacui inveteraverūt ossa
mea: dū clamarē tota die. Quoniā
die ac nocte grauata est super me ma-
nus tua: conversus sum in erumna
mea dū cōfigitur spina. Delictū me-
um cognitū tibi feci: ⁊ iniusticiā meā
non abscondi. Dixi cōfitebor adver-
sum me iniusticiam meam dn̄o: ⁊ tu
remisisti impietatē peccati mei. Pro
hac orabit ad te om̄is sanctus: in tp̄e
oportuno. Veruntamen in diluuio
aquarū multarū: ad eū non approxi-
mabunt. Tu es refugium meum a

tribulatione que circūdedit me: exultatio mea erue me a circūdantibꝫ me. Intellectum tibi dabo et instruā te: in via hac qua gradieris firmabo super te oculos meos. Nolite fieri sicut equus ⁊ mulus: quibus nō est intellectus. In chamo et freno maxillas eoꝝ cōstringe: qui nō approximāt ad te. Multa flagella peccatoris: sperātem autē in domino misericordia circundabit. Letamini in domino et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde. In finē psalmꝰ dd. xxxii.

Exultate iusti in dño: rectos decet laudatio. Confitemini dño i cythara: in psalterio decem cordarū psallite illi. Cantate ei cāticū nouū: bene psallite ei i vociferatōne. Quia rectū est verbū dñi: ⁊ omnia opera eiꝰ in fide. Diligit misericordiā ⁊ iudicium: misericordia dñi plena est terra. Uerbo dñi celi firmati sunt: et spiritu oris eius oñis virtus eoꝝ. Congregās sicut in utre aquas maris: ponens in thesauris abissos. Timeat dñm oñis terra: ab eo aūt cōmoueant͛ omnes inhabitātes orbem. Quoniā ipse dixit ⁊ facta sunt: ipē mādauit ⁊ creata sunt. Dominus dissipat consilia gentiū: reprobat aūt cogitationes ꝑploꝝ: et reprobat cōsilia principū. Consiliū aūt dñi in eternū manet: cogitatōnes cordis eius in generatione ⁊ generatione. Beata gēs cuius est dñs deus eius: ꝑplus quem elegit in hereditatē sibi. De celo respexit dñs: vidit omnes filios hominū. De ꝑparato habitaculo suo: respexit sup omnes qui habitant terrā. Qui finxit singillatim corda eoꝝ: qui intelligit omnia opera eoꝝ. Non saluat͛ rex per multā virtutē: et gygas non saluabitur in multitudine virtutis sue. Fallax equus ad salutē: in abundantia aūt virtutis sue nō saluabit͛. Ecce oculi dñi sup metuentes eū: ⁊ in eis qui sperant sup misericordia eius. Ut eruat a morte animas eorū: ⁊ alat eos in fame. Anima nostra sustinet dñm: quoniā adiutor ⁊ protector noster est. Quia in eo letabitur cor nostrū: et in nomine sancto eius sperauimꝰ. Fiat misericordia tua dñe sup nos: quēadmodū sperauimꝰ i te. Ps dd cū mutauit vultū suū coram abimelech et dimisit eū et abiit. 33.

Benedicā dñm in oñi tp̄e: semper laus eius i ore meo. In dño letabit͛ anima mea: audiāt māsueti et letent͛. Magnificate dñm mecū: et exaltemus nomē eius i idipsum. Exquisiui dñm et exaudiuit me: et ex omnibꝫ tribulationibus meis eripuit me. Accedite ad eū ⁊ illuminamini: et facies vestre nō cōfundentur. Iste pauper clamauit ⁊ dñs exaudiuit eū: et de oñibꝫ tribulatōnibꝫ eiꝰ saluauit eū. Immittet angelus dñi in circuitu timēciū eū: ⁊ eripiet eos. Gustate et videte quoniā suauis est dñs: beatus vir qui sꝑat in eo. Timete dñm omnes sancti eius: quoniā nō est inopia timentibꝫ eū. Diuites eguerunt et esurierunt: inquirētes aūt dñm nō minuentur omni bono. Uenite filij audite me: timorem dñi docebo vos. Quis est homo qui vult vitā: diligit dies videre bonos? Prohibe linguā tuā a malo: ⁊ labia tua ne loquātur dolū. Diuerte a malo et fac bonū: inquire pacē et ꝑsequere eā. Oculi dñi sup iustos: et aures eius in preces eorum. Uultus aūt domini sup facientes mala: ut perdat de terra memoriā

eorũ. Clamauerũt iusti et dñs exau-
diuit eos: ⁊ ex omnibʒ tribulatõibʒ
eorum liberauit eos. Iuxta est dñs
hijs qui tribulato sunt corde: ⁊ humi-
les spiritu saluabit. Multe tribulati-
ones iustorũ: et de hijs omĩbʒ libera-
bit eos dñs. Custodit dñs omĩa os-
sa eoꝝ: unũ ex hijs nõ cõteret. Mors
peccatorũ pessima: et q̃ oderũt iustũ de-
linquẽt. Redimet dñs animas ser-
uorũ suoꝝ: et nõ delinquent omẽs q̃
sperãt in eo. In finẽ ps ipsi dauid. ze.
Iudica dñe nocentes me: expugna im-
pugnãtes me. Apprehende arma et
scutũ: ⁊ exsurge in adiutorium michi.
Effunde frameã ⁊ cõclude aduersus
eos qui psequuntur me: dic anime mee
salus tua ego sum. Confundantur
et reuereant̃: querẽtes animã meam.
Auertant̃ retrorsum ⁊ cõfundãtur:
cogitãtes michi mala. Fiant tanq̃
puluis ante faciẽ uenti: et angelꝰ do-
mini coartans eos. Fiat uia illoꝝ
tenebre ⁊ lubricũ: ⁊ angelus domini
psequẽs eos. Quoniam gratis ab-
sconderũt michi interitũ laquei sui: su-
peruacue exprobrauerũt animã meã.
Ueniat illi laqueus quẽ ignorat: ⁊
captio quã abscõdit apprehendat eũ:
et in laqueum cadat in ipm. Anima
aũt mea exultabit in dño: ⁊ delectabi-
tur super salutari suo. Omnia ossa
mea dicẽt: domine quis similis tibi?
Eripiens inopẽ de manu fortiorũ
eius: egenũ et pauperẽ a diripientibʒ
eũ. Surgentes testes iniqui: q̃ igno-
rabãt interrogabãt me. Retribuebãt
michi mala pro bonis: sterilitatem a-
nime mee. Ego autẽ cũ michi mole-
sti essent: induebar cilicio. Humili-
abam in ieiunio animã meã: et ora-
tio mea i sinu meo cõuertetur. Quasi
proximũ quasi fratrem nrm̃ sic cõpla-
cebam: quasi lugẽs ⁊ cõtristatꝰ sic hu-
miliabar. Et aduẽsum me letati sũt
⁊ cõuenerũt: congregata sunt sup me
flagella et ignoraui. Dissipati sunt
nec cõpuncti: temptauerũt me subsã-
nauerũt me subsannatione: frendue-
runt sup me dentibʒ suis. Domine
quãdo respicies: restitue animã meã
a malignitate eoꝝ: a leonibus unicã
meã. Cõfitebor tibi i ecclesia magna:
in pplo graui laudabo te. Non sup-
gaudeãt michi qui aduersant̃ michi
inique: qui oderũt me gratis et annu-
unt oculis. Quoniã michi quidẽ pa-
cifice loquebãtur: et in iracũdia terre
loquẽtes dolos cogitabãt. Et dila-
tauerũt sup me os suũ: dixerũt euge
euge viderũt oculi nostri. Vidisti do-
mine ne sileas: dñe ne discedas a me.
Exsurge et intende iudicio meo deꝰ
meus: et dñs meus i causam meam.
Iudica me scdm iusticiã tuã dñe de-
us meus: ⁊ non supgaudeant michi.
Non dicãt in cordibʒ suis euge euge
anime nr̃e: nec dicãt deuorabimꝰ eũ.
Erubescant et reuereant̃ simul: qui
gratulant̃ malis meis. Induantur
cõfusiõne et reuerentia: qui maligna
loquũtur sup me. Exultent ⁊ letentur
qui uolũt iusticiã meã: et dicãt semp
magnificetur dominus qui uolunt
pacem serui eius. Et lingua mea me-
ditabitur iusticiã tuã: tota die laudẽ
tuam. In finẽ seruo dñi dd. xxxv.
Dixit iniustꝰ ut delinquat in semet-
ipso: nõ est timor dei ãte oculos
eius. Quoniã dolose egit in cõspectu
eius: ut inueniat̃ iniquitas eius ad
odiũ. Uerba oris eius iniquitas et
dolus: noluit intelligere ut bene age-
ret. Iniquitatẽ meditatꝰ est i cubili

suo: astitit omni vie nō bone: mali-
ciam aūt nō odiuit. Domine ī celo
misericordia tua: et veritas tua usqꝫ
ad nubes. Iusticia tua sicut mōtes
dei: iudicia tua abissus multa. Ho-
mines et iumēta saluabis dn̄e: quē-
admodū multiplicasti misericordiā
tuā deus. Filij aūt hominum: in te-
gmine alaꝝ tuaꝝ sperabūt. Inebri-
abuntur ab vbertate domus tue: et
torrente voluptatis tue potabis eos.
Quoniā apud te est fons vite: et in
lumine tuo videbimus lumē. Pretē-
de misericordiā scientibꝫ te: et iusticiā
tuā hijs qui recto sūt corde. Non ve-
niat michi pes superbie: ⁊ manus pec-
catoris non moueat me. Ibi cecide-
runt q̄ operant̄ iniquitatē: expulsi sūt
nec potuerūt stare. Psalmꝰ ipi dd. 36

Noli emulari in malignātibus:
neqꝫ zelaueris facientes iniqui-
tatem. Quoniā tanqꝫ fenū velociter
arescent: et quēadmodū olera herba-
rum cito decidēt. Spera in dn̄o et fac
bonitatē: et inhabita terrā et pasceris
in diuitijs eius. Delectare in dn̄o: ⁊
dabit tibi petitiones cordis tui. Re-
uela dn̄o viā tuā et spera in eo: et ipe
faciet. Et educet quasi lumē iusticiā
tuam: ⁊ iudiciū tuū tanqꝫ meridiem:
subditus esto dn̄o et ora eū. Noli e-
mulari in eo q̄ prosperatur ī via sua:
in homine faciente iniusticias. Desi-
ne ab ira et derelinque furorē: noli e-
mulari ut maligneris. Quoniā qui
malignant̄ exterminabūtur: sustinē-
tes aūt dn̄m ipi hereditabūt terram.
Et adhuc pusillū ⁊ nō erit peccator:
et queres locum eius et non inuenies.
Mansueti aūt hereditabunt terrā: et
delectabuntur in multitudine pacis.
Obseruabit peccator iustū: ⁊ stridebit
sup eū dentibꝫ suis. Dominus autē
irridebit eū: quoniā prospicit qꝫ veni-
et dies eius. Gladiū euaginauerunt
peccatores: intenderunt arcum suum.
Ut deiciāt pauperē ⁊ inopē: ut tru-
cident rectos corde. Gladius eoꝝ in-
tret in corda ipsorū: et arcus eoꝝ con-
fringatur. Melius est modicū iusto:
sup diuitias peccatoꝝ multas. Quo-
niam brachia peccatorū conterentur:
cōfirmat aūt iustos dn̄s. Nouit dn̄s
dies immaculatoꝝ: et hereditas eoꝝ
in eternū erit. Non cōfundentur ī tpe
malo: et in diebus famis saturabun-
tur: quia peccatores peribūt. Inimi-
ci vero dn̄i mox ut honorificati fuerīt
et exaltati: deficientes quēadmodum
fumus deficiēt. Mutuabit̄ peccator ⁊
non soluet: iustus aūt miseretur ⁊ tri-
buet. Quia benedicentes ei heredita-
bunt terrā: maledicentes aūt ei dispe-
ribunt. Apud dn̄m gressus hominis
dirigentur: et viā eius volet. Cum ce-
ciderit nō collidetur: quia dn̄s suppo-
nit manū suā. Iunior fui etenim se-
nui: ⁊ nō vidi iustū derelictū: nec semē
eius querens panē. Tota die misere-
tur et cōmodat: et semē illius in bene-
dictione erit. Declina a malo et fac
bonū: et inhabita ī seclm̄ secli. Quia
dn̄s amat iudiciū: et nō derelinquet
sanctos suos: in eternū ꝯseruabūtur.
Iniusti punient̄: et semen impioꝝ
peribit. Iusti aūt hereditabūt terrā:
et inhabitabunt in seculū seculi sup eā.
Os iusti meditabit̄ sapientiā: et lin-
gua eius loquetur iudiciū. Lex dei
eius in corde ipsius: et non supplanta-
buntur gressus eius. Considerat pec-
cator iustū: et querit mortificare eum.
Dominus aūt non derelinquet eum
in manibꝫ eius: nec dampnabit eum

cum iudicabitur illi. Expecta domi-
num et custodi viam eius: et exalta-
bit te ut hereditate capias terram: cū
perierint peccatores videbis. Vidi
impium superexaltatum: et elevatum
sicut cedros libani. Et transivi et ec-
ce non erat: quesivi eum et nō est in-
ventus locus eius. Custodi inno-
centiam et vide equitatem: quoniam
sunt reliquie homini pacifico. In-
iusti autē disperibunt: simul reliquie
impiorum interibūt. Salus autē iusto-
rū a dn̄o: et protector eorū in tpe tribu-
lacōnis. Et adiuvabit eos dn̄s et li-
berabit eos: et eruet eos a peccatoribus: et
salvabit eos q̄a speraverūt i eo. Ps
david in rememoracione sabbati. 37.

Domine ne in furore tuo arguas
me: neq; in ira tua corripias
me. Quoniā sagitte tue infixe sunt
michi: et cōfirmasti sup me manum
tuā. Non est sanitas in carne mea a
facie ire tue: nō est pax ossibus meis a
facie peccatorum meorum. Quoniā iniqui-
tates mee supgresse sunt caput meū:
et sicut onus grave gravate sunt sup
me. Putruerunt et corrupte sunt cica-
trices mee: a facie insipiētie mee. Mi-
ser factus sum et curvatus sum usq; in
finē: tota die cōtristatus ingrediebar.
Quoniā lūbi mei impleti sunt illusi-
onibus: et non est sanitas in carne
mea. Afflictus sum et humiliatus sū
nimis: rugiebā a gemitu cordis mei.
Domine ante te omne desideriū me-
um: et gemitus meus a te non est ab-
sconditus. Cor meū conturbatū est:
dereliquit me virtus mea: et lumen o-
culorum meorum et ipm non est mecum.
Amici mei et proximi mei: adversū
me appropinquerūt et steterūt. Et q̄
iuxta me erāt de longe steterūt: et vim
faciebāt qui querebant animam me-
am. Et qui inquirebāt mala michi
locuti sunt vanitates: et dolos tota
die meditabantur. Ego autem tan-
quam surdus non audiebam: et si-
cut mutus non aperiens os suū. Et
factus sum sicut homo nō audiens:
et non habens in ore suo redargucio-
nes. Quoniam in te domine spera-
vi: tu exaudies domine deus meus.
Quia dixi ne quando supergaude-
ant michi inimici mei: et dum cōmo-
ventur pedes mei. super me magna
locuti sunt. Quoniā ego in flagella
paratus: et dolor meus in conspectu
meo semp. Quoniā iniquitatē meā
annūciabo: et cogitabo pro peccato
meo. Inimici autē mei vivūt et cōfir-
mati sunt sup me: et multiplicati sūt
qui oderūt me inique. Qui retribuūt
mala pro bonis detrahebāt michi:
quoniā sequebar bonitatem. Ne de-
relinquas me domine deus meus: ne
discesseris a me. Intende in adiuto-
rium meum: domine deus salutis
mee. In finē pro idithun cātic. dd. 38.

Dixi custodiā vias meas:
ut non delinquam in lin-
gua mea. Posui ori me-
o custodiā: cū consisteret
peccator adversum me. Obmutui et
humiliatus sū et silui a bonis: et dolor
meus renovatus est. Concaluit cor meū
intra me: et in meditacione mea exar-
descet ignis. Locutus sum in lingua
mea: notū fac michi domine finē meū
Et numerum dierum meorum qui est:
ut sciā quid desit michi. Ecce mensu-
rabiles posuisti dies meos: et substā-
cia mea tanq̄ nichilū ante te. Veru-
tamē universa vanitas: omnis homo vi-
vēs. Verūtamē in ymagine pertransit

homo: sed et frustra cõturbat̃. The-
saurizat: et ignorat cui cõgregabit
ea. Et nunc que est expectatio mea
nonne dominus? et substantia mea
apud te est. Ab omĩbȝ iniquitatibȝ
meis erue me: opprobriũ insipienti de-
disti me. Obmutui et nõ aperui os
meũ: quoniã tu fecisti amoue a me
plagas tuas. A fortitudine manus
tue ego defeci in increpationibus: pro-
pter iniquitatẽ corripuisti hominem.
Et tabescere fecisti sicut araneã ani-
mam eius: verũtamen vane cõturba-
tur omnis homo. Exaudi orationẽ
meã dñe et deprecationẽ meã: auribȝ
percipe lacrimas meas. Ne sileas quo-
niã aduena ego sum apud te: et pere-
grinꝰ sicut omnes patres mei. Remit-
te me ut refrigerer priusq̃ abeã: ⁊ am-
plius non ero. In finẽ ps dd. xxxix.
Expectãs expectaui dñm: ⁊ intẽdit
michi. Et exaudiuit preces me-
as: et eduxit me de lacu miserie et de
luto fecis. Et statuit supra petrã pedes
meos: et direxit gressꝰ meos. Et im-
misit in os meũ cãticũ nouũ: carmen
deo nr̃o. Videbũt multi ⁊ timebũt: ⁊
sperabũt in dño. Beatus vir cuiꝰ est
nomẽ dñi spes eius: et nõ respexit in
vanitates et insanias falsas. Mul-
ta fecisti tu dñe deus meus mirabilia
tua: ⁊ cogitationibȝ tuis non est qui
similis sit tibi. Annũciaui et locutus
sum: multiplicati sũt sup numerum.
Sacrificiũ et oblationẽ noluisti: au-
res aũt pfecisti michi. Holocaustũ et
pro peccato nõ postulasti: tũc dixi ec-
ce venio. In capite libri scriptũ est
de me ut facerem volũtatẽ tuã: deus
meꝰ volui et legẽ tuã in medio cordis
mei. Annũciaui iusticiã tuã ĩ ecclia
magna: ecce labia mea nõ phibebo
dñe tu scisti. Iusticiã tuã nõ abscon-
di in corde meo: veritatẽ tuã et saluta-
re tuũ dixi. Non abscondi misericor-
diã tuã et veritatẽ tuã: a cõsilio mul-
to. Tu aũt dñe ne longe facias mi-
serationes tuas a me: misericordia ⁊
veritas tua semp susceperũt me. Quo-
niam circumdederũt me mala quorũ
non est numerus: cõprehenderũt me
iniquitates mee: et nõ potui ut vide-
rem. Multiplicate sunt sup capillos
capitis mei: et cor meũ dereliquit me.
Complaceat tibi dñe ut eruas me:
dñe ad adiuuãdũ me respice. Con-
fundantur et reuereant̃ simul: q̃ que-
runt animã meam ut auferant eam.
Auertãtur retrorsum et reuereãtur:
qui volũt michi mala. Ferant cõfe-
stim cõfusionẽ suã: qui dicunt michi
euge euge. Exultent et letentur sup
te omnes querentes te: et dicãt semp
magnificetur dñs qui diligunt salu-
tare tuũ. Ego aũt mendicus sum et
pauper: dñs sollicitus est mei. Ad-
iutor meus et protector meus tu es:
deus meus ne tardaueris. In finẽ ps
dauid. Intellẽs filijs chore. xl.
Beatus qui intelligit sup egenum
⁊ paupẽ: in die mala liberabit
eũ dñs. Dominꝰ cõseruet eũ et viuifi-
cet eũ: et beatũ faciat eũ in terra: ⁊ nõ
tradat eũ in animam inimicorũ eius.
Dominus opẽ ferat illi sup lectũ do-
loris eius: vniũsum stratũ eius versa-
sti in infirmitate eius. Ego dixi dñe
miserere mei: sana animã meã quia
peccaui tibi. Inimici mei dixerũt ma-
la michi: quãdo morietur et peribit
nomẽ eius? Et si ingrediebat̃ ut vi-
deret vana loquebatur cor eius: con-
gregauit iniquitatem sibi. Egredie-
batur foras: ⁊ loquebat̃ in idipsum.

Aduersum me susurrabāt omēs ini-
mici mei: aduersum me cogitabant
mala michi. Verbū iniquū constitu-
erunt aduersū me: nunquid qui dor-
mit nō adiciet ut resurgat? Etenim
homo pacis mee in quo speraui: qui
edebat panes meos magnificauit su-
per me supplantationē. Tu aūt dñe
miserere mei: ⁊ resuscita me et retribuā
eis. In hoc cognoui quoniā volu-
isti me: qm̄ non gaudebit inimicus
meus sup me. Me aūt propter inno-
centiā suscepisti: ⁊ cōfirmasti me in con-
spectu tuo in eternū. Benedictus dñs
deus isrl' a seculo ī seculū: fiat fiat. In fi-
nē intellc̄s filiis chore ps dd. xli.
Quemadmodū desiderat ceruus
ad fontes aquarū: ita desiderat
anima mea ad te deus. Sitiuit ani-
ma mea ad deū fortem viuū: quādo ve-
niam ⁊ apparebo āte faciē dei? Fue-
runt michi lacrime mee panes die ac
nocte: dū dicit̄ michi quotidie ubi est
deus tuus. Hec recordatus sū et effu-
di ī me animā meā: qm̄ transibo in lo-
cum tabernaculi āmirabilis usq3 ad
domum dei. In voce exultationis et
confessionis: sonus epulātis. Qua-
re tristis es anima mea: ⁊ quare con-
turbas me? Spera ī deo qm̄ adhuc
confitebor illi: salutare vultus mei et
deus meus. Ad meipm̄ anima mea
conturbata est: propterea memor ero
tui de terra iordanis et hermoniim a
mōte modico. Abissus abissum in
uocat: in voce catharactarū tuarum.
Omnia excelsa tua et fluct⁹ tui super
me transierūt. In die mādauit dñs
misc̄diam suā: ⁊ nocte canticum eius.
Apud me oratio deo vite mee: dicā
deo susceptor me⁹ es. Quare oblitus
es mei: et quare contristatus incedo
dū affligit me inimicus? Dum con-
fringuntur ossa mea: exprobrauerūt
michi qui tribulant me inimici mei.
Dum dicunt michi per singulos di-
es ubi est deus tuus: quare tristis es
anima mea et quare conturbas me?
Spera in deo quoniam adhuc cōfi-
tebor illi: salutare vult⁹ mei et deus
meus. In finē psalmus dd. xlii.
Iudica me de⁹ ⁊ discerne causā meā de
gente nō sancta: ab homine iniquo
et doloso erue me. Quia tu es de⁹ for-
titudo mea: quare me repulisti ⁊ qua-
re tristis incedo dū affligit me inimi-
cus? Emitte lucē tuā ⁊ veritatē tuā:
ipa me deduxerūt ⁊ adduxerūt in mon-
tem sanctū ⁊ in tabernacula tua. Et in-
troibo ad altare dei: ad deū qui letifi-
cat iuuētutem meā. Confitebor tibi
in cythara de⁹ deus me⁹: quare tristis
es aīa mea et quare conturbas me?
Spera ī deo qm̄ adhuc cōfitebor illi:
salutare vult⁹ mei ⁊ de⁹ meus. In finē
pro filiis chore intellc̄s. ps dauid. xliii.
Deus auribȝ nostris audiuim⁹:
pr̄es nr̄i ānunciauerunt nobis.
Opus qd̄ operat⁹ es ī diebȝ eorȝ: et in
diebȝ antiquis. Manus tua gentes
disperdidit et plantasti eos: afflixisti
ppłos et expulisti eos. Nec eni in gla-
dio suo possederūt terrā: et brachiū e-
orū non saluauit eos. Sed dextera
tua ⁊ brachiū tuū et illuminatio vul-
tus tui: quoniā complacuisti in eis.
Tu es ipse rex meus ⁊ deus meus: q̄
mandas salutes iacob. In te inimi-
cos nr̄os ventilabimus cornu: ⁊ in no-
mine tuo spernem⁹ insurgētes in no-
bis. Non eni in arcu meo sperabo:
et gladius meus non saluabit me.
Saluasti eni nos de affligētibȝ nr̄:
et odientes nos confudisti. In deo

laudabimur tota die : et in nomine
tuo confitebimur in seculum. Nunc
autem repulisti et confudisti nos : et
non egredieris in virtutibus nostris.
Avertisti nos retrorsū post inimicos
nostros : et qui oderunt nos diripie-
bant sibi. Dedisti nos tanq̄ oves e-
scarum : et in gentibꝫ dispersisti nos.
Vendidisti populū tuum sine p̄cio :
et non fuit multitudo ī commutatio-
nibus eorum. Posuisti nos oppro-
brium vicinis nostris : subsannatio-
nem et derisum hijs qui sunt in circui-
tu nostro. Posuisti nos in similitu-
dinem gentibus : commotionem ca-
pitis in populis. Tota die verecun-
dia mea contra me est : et confusio
faciei mee cooperuit me. A voce expro-
brantis ⁊ obloquentis : a facie inimi-
ci et persequentis. Hec om̄ia venerūt
super nos nec obliti sumus te : et ini-
que non egimus in testamento tuo.
Et non recessit retro cor nostrum : et
declinasti semitas nostras a via tua.
Quoniam humiliasti nos in loco
afflictionis : ⁊ cooperuit nos umbra
mortis. Si obliti sumus nomen dei
nostri : et si expandimus manus no-
stras ad deum alienum. Nonne deꝰ
requiret ista ? ipse enim novit abscon-
dita cordis. Quoniam propter te
mortificamꝰ tota die : estimati sumus
sicut oves occisionis. Exsurge qua-
re obdormis domine : exsurge et ne
repellas in finem. Quare faciē tuam
avertis oblivisceris inopie nostre : et
tribulationis nostre. Quoniam hu-
miliata ē ī pulvere aīa nr̄a : conglutina-
tus ē ī terra venter noster. Exsurge dn̄e
adiuva nos : et redime nos ꝓpter no-
men tuū. In finē pro hijs q̄ cōmutabūt̄
filijs chore ad intellcm̄ cāticū p dilecto.

Eructavit cor meum verbum bo- .xliiii.
num : dico ego opera mea regi.
Lingua mea calamus scribe : velo-
citer scribentis. Speciosus forma pre
filijs hominum : diffusa est gratia in
labijs tuis : propterea benedixit te de-
us in eternum. Accingere gladio tu-
o : sup femur tuū potentissime. Spe-
cie tua et pulcritudine tua : intēde pro-
spere procede et regna. Propter veri-
tatem ⁊ mansuetudinem et iusticiā : ⁊
deducet te mirabiliter dextra tua. Sa-
gitte tue acute : populi sub te cadent
in corda inimicorum regis. Sedes
tua deꝰ ī seculū seculi : virga directionis
virga regni tui. Dilexisti iusticiam
et odisti iniquitatem : propterea unxit
te deus deus tuꝰ oleo leticie pre consor-
tibus tuis. Mirra et gutta et casia a
vestimentis tuis : a domibus eburne-
is ex quibꝫ delectaverunt te filie regum
ī honore tuo. Astitit regina a dextris
tuis in vestitu deaurato : circumdata
varietate. Audi filia ⁊ vide et inclina
aurem tuam : et obliviscere populum
tuum et domum patris tui. Et con-
cupiscet rex decorem tuum : quoniam
ipse ē dominus deus tuus ⁊ adorabūt
eum. Et filie tyri in muneribꝫ : vul-
tum tuum deprecabūtur omnes divi-
tes plebis. Omnis gloria eius filie
regis abintus : ī fimbrijs aureis cir-
cumamicta varietatibꝫ. Adducētur
regi virgines post eam : proxime eiꝰ
afferentur tibi. Afferentur in leticia
et exultatione : adducentur ī templū
regis. Pro patribus tuis nati sunt
tibi filij : constitues eos principes su-
per omnē terrā. Memor ero nominis
tui domine : in omni generatione et
generationem. Propterea ppli confite-
buntur tibi ī eternū : ⁊ ī seculum seculi.

In finē filijs chore pro archanis. ps dd. xlv.

Deus noster refu- gium et virtus: adiutor in tri-
bulationibus que inuenerunt nos
nimis. Propterea non timebimus
dum turbabitur terra: et transferent̄
montes in cor maris. Sonauerunt
et turbate sunt aque eorum: cōturba-
ti sunt montes in fortitudine eius.
Fluminis impetus letificat ciuita-
tem dei: sanctificauit tabernaculum
suum altissimus. Deus in medio e-
ius non commouebitur: ad iuua-
bit eam deus mane diluculo. Con-
turbate sunt gentes et inclinata sunt
regna: dedit vocem suam mota ē ter-
ra. Dominus virtutum nobiscum:
susceptor noster deus iacob. Venite
et videte opera domini que posuit pro-
digia sup terram: auferens bella usq;
ad finem terre. Arcum cōteret et con-
fringet arma: et scuta comburet igni.
Vacate et videte quoniam ego sum
deus: exaltabor in gentibus et exalta-
bor in terra. Dominus virtutum no-
biscū: susceptor noster deus iacob.

In finē pro filijs chore ps dauid. xlvi.

Omnes gētes plaudite manibz: iu-
bilate deo in voce exultationis.
Quoniā dn̄s excelsus terribilis: rex
magnus super omnem terram. Sub-
iecit populos nobis: et gentes sub pe-
dibus nostris. Elegit nobis heredi-
tatem suam: speciem iacob quā dilexit.
Ascendit deus in iubilo: et dominus
in voce tube. Psallite deo nostro psal-
lite: psallite regi nr̄o psallite. Quo-
niam rex omnis terre deus: psallite
sapienter. Regnabit deus super gen-
tes: deus sedet super sedem sanctam
suam. Principes populorum cōgre-
gati sunt cum deo abraham: quoniā
dij fortes terre vehementer eleuati sunt.

Ps cātici filijs chore scd̄a sabbati. xlvii.

Magnus dominus et laudabilis
nimis: in ciuitate dei nostri in
monte sancto eius. Fundatur exul-
tatione uniuerse terre: mons syon la-
tera aquilonis ciuitas regis magni.
Deus ī domibz eius cognoscetur: cū susci-
piet eam. Quoniam ecce reges terre
congregati sunt: conuenerunt ī unū.
Ipsi videntes sic ammirati sunt: cōtur-
bati sūt cōmoti sunt: tremor apprehendit
eos. Ibi dolores ut parturientis: ī spi-
ritu vehementi conteres naues tharsis.
Sicut audiuimus sic vidimus in ci-
uitate domini virtutū in ciuitate dei
nostri: deus fundauit eam in eternū.
Suscepimus deus misericordiam tu-
am: in medio templi tui. Secūdum
nomen tuū deus sic et laus tua in fines
terre: iusticia plena ē dextera tua. Le-
tetur mons syon et exultent filie iude:
propter iudicia tua dn̄e. Circumdate
syon et complectimini eā: narrate in
turribus eius. Ponite corda vestra
in virtute eius: et distribuite domos
eius ut narretis in progenie altera.
Quoniā hic ē deus deus noster ī eternū
et in seculū seculi: ipse reget nos ī secu-
la.

In finē filijs chore. ps dd. xlviii.

Audite hec omnes gentes: auri-
bus percipite omnes qui habita-
tis orbem. Quiq; terrigene et filij ho-
minum: simul in unū diues et pauper.
Os meum loquetur sapientiam et
meditatio cordis mei prudentiā. In-
clinabo ī parabolā aurē meā: aperiā ī
psalterio propositionē meā. Cur time-
bo ī die mala: iniquitas calcanei mei cir-
cumdabit me. Qui cōfidūt ī virtute su-
a: et ī multitudine diuiciarz suarz glori-
antur. Frater non redimit redimet

homo: nō dabit deo placationē suā.
Et p̄cium redemptionis anime sue:
et laborabit in eternū: et viuet adhuc
in finem. Non videbit interitum cum
viderit sapientes morientes: simul in-
sipiens et stultus peribunt. Et relin-
quent alienis diuicias suas: ⁊ sepul-
cra eorum domus eorum in eternum.
Tabernacula eorum in progenie et
progenie: vocauerunt nomina sua ī
terris suis. Et homo cum in honore
esset non intellexit: comparatus est iu-
mentis insipientibꝫ: ⁊ similis factus
est illis. Hec via illorum scandalum
ipsis: ⁊ postea in ore suo complace-
bunt. Sicut oues in inferno positi
sunt: mors depascet eos. Et domi-
nabuntur eorum iusti in matutino:
et auxilium eorū veterascet in inferno
a gloria eorum. Verumtamen deus
redimet animam meam de manu in-
feri cum acceperit me. Ne timueris cū
diues factus fuerit homo: ⁊ cum mul-
tiplicata fuerit glā domus eiꝰ. Quo-
niam cum interierit nō sumet omīa:
neqꝫ descendet cum eo gloria eiꝰ. Qui-
a anima eius in vita ipsius benedice-
tur: confitebitur tibi cū benefeceris ei.
Introibit usqꝫ ī progenies patrum
suorum: usqꝫ in eternum non videbit
lumē. Homo cū ī honore esset nō in-
tellexit: ꝯparatꝰ ē iumētis insipiētibꝫ:
et similis factꝰ ē illis. Psalmꝰ asaph.
Deus deorum dominus locutus
est: et vocauit terram. A solis
ortu usqꝫ ad occasum: ex syon species
decoris eius. Deus manifeste veniet:
deus noster ⁊ non silebit. Ignis in
conspectu eius exardescet: et in circuitu
eius tempestas valida. Aduocauit
celum desursum: et terram discernere
populū suū. Congregate illi sanctos

eius: qui ordinant testamētum eius
super sacrificia. Et annunciabunt
celi iusticiam eius: quoniam deus iu-
dex est. Audi populus meus et lo-
quar: israhel et testificabor tibi: de-
us deus tuus ego sum. Non in sacri-
ficijs tuis arguam te: olocausta au-
tem tua in conspectu meo sunt semper.
Non accipiam de domo tua vitu-
los: neqꝫ de gregibus tuis hircos.
Quoniam mee sunt omnes fere sil-
uarum: iumenta in montibus et bo-
ues. Cognoui omnia volatilia ce-
li: et pulcritudo agri mecum est. Si
esuriero non dicam tibi: meus est e-
nim orbis terre et plenitudo eiꝰ. Nun-
quid māducabo carnes thaurorum:
aut sanguinem hircorum potabo?
Immola deo sacrificium laudis:
et redde altissimo vota tua. Et in-
uoca me in die tribulationis: eruam
te et honorificabis me. Peccatori au-
tem dixit deus quare tu enarras iusti-
cias meas: et assumis testamentum
meum per os tuum? Tu vero odisti
disciplinam: et proiecisti sermones
meos retrorsum. Si videbas furem
currebas cum eo: et cum adulteris por-
cionem tuam ponebas. Os tuum a-
bundauit malicia: et lingua tua con-
cinnabat dolos. Sedens aduersus
fratrem tuum loquebaris: et aduer-
sum filium matris tue ponebas scan-
dalum: hec fecisti et tacui. Existima-
sti inique qꝫ ero tui similis: arguam
te ⁊ statuam cōtra faciē tuam. Intel-
ligite hec q̄ obliuiscemini deū: nequādo
rapiat et non sit qui eripiat. Sacri-
ficiū laudis honorificabit me: et illic
iter quo ostendā illi salutare dei. Ps
dd cū venit ad eū nathan pp̄ha quā-
do intrauit ad bethsabee. .l.

Miserere mei deus: secundum ma-
gnam misericordiam tuā. Et
secūdum multitudinem miseratonū
tuarum: dele iniquitatem meā. Am-
plius laua me ab iniquitate mea: et
a peccato meo munda me. Quoni-
am iniq̄tatem meam ego cognosco:
et peccatum meum contra me est sem-
per. Tibi soli peccaui et malum co-
ram te feci: ut iustificeris in sermoni-
bꝫ tuis et vincas cum iudicaris. Ec-
ce enim in iniquitatibus conceptus
sum: et in peccatis concepit me ma-
ter mea. Ecce enim veritatem dilexi-
sti: incerta et occulta sapientie tue ma-
nifestasti michi. Asperges me ysopo
et mundabor: lauabis me et super
niuem dealbabor. Auditui meo da-
bis gaudium et leticiam: et exulta-
bunt ossa humiliata. Auerte faciem
tuam a peccatis meis: et omnes ini-
quitates meas dele. Cor mundum
crea in me deus: spiritum rectum in-
noua in visceribus meis. Ne proici-
as me a facie tua ⁊ spiritum sanctum
tuum ne auferas a me. Redde michi
leticiam salutaris tui: et spiritu prin-
cipali confirma me. Docebo iniquos
vias tuas: et impij ad te conuertent̄.
Libera me de sanguinibus deus de-
us salutis mee: et exultabit lingua
mea iusticiam tuam. Domine labi-
a mea aperies: et os meum annun-
ciabit laudem tuam. Quoniam si
voluisses sacrificium dedissem vtiq̄:
olocaustis non delectaberis. Sacri-
ficium deo spiritus contribulatus: cor
contritum et humiliatum deus non
despicies. Benigne fac domine in bo-
na voluntate tua syon: ut edificentur
muri ihrlm̄. Tunc acceptabis sacri-
ficiū iusticie oblationes ⁊ olocausta:
tunc imponēt sup altare tuū vitulos.

In finē intellc̄s dd̄ cū venit ad eū doech
ydumeus et nūciasset sauli. venit
dauid in domū abimelech. li.

Quid gloriaris in malicia: qui
potens es in iniquitate? Tota
die iniusticiam cogitauit lingua tua:
sicut nouacula acuta fecisti dolū. Di-
lexisti maliciam super benignitatem:
iniq̄tatem magis q̄ꝫ loqui equitatem.
Dilexisti omnia verba precipitatio-
nis: lingua dolosa. Propterea de⁹
destruet te in finem: euellet te ⁊ emigra-
bit te de tabernaculo tuo: et radicem
tuam de terra viuentium. Videbunt
iusti et timebunt: et super eum ride-
būt ⁊ dicent: ecce homo q̄ nō posuit de-
um adiutorem suum. Sed sperauit
in multitudine diuiciarum suarum:
et preualuit ī vanitate sua. Ego au-
tem sicut oliua fructifera in domo dei:
speraui in misericordia dei in eternum
et in seculum seculi. Confitebor tibi
in seculum quia fecisti: ⁊ expectabo no-
men tuū qm̄ bonū ī cōspectu sc̄tor tuor.

In finē itellc̄s dd̄ pro amalech. lii.

Dixit insipiens in corde su-
o: non est deus. Corru-
pti sunt ⁊ abominabiles
facti sunt in iniquitatibꝫ:
non est qui faciat bonū. Deus de ce-
lo prospexit super filios hominum:
ut videat si ē intelligens aut requirēs
deum. Omnes declinauerunt simul
inutiles facti sunt: non est qui faciat
bonum nō est usq̄ ad vnum. Non-
ne scient omnes qui operantur ini-
quitatem: qui deuorant plebem me-
am ut cibum panis. Deum non
inuocauerunt: illic trepidauerunt ti-
more ubi nō fuit timor. Quoniam
deus dissipauit ossa eor q̄ hominibꝫ

placent: confusi sunt quoniam deus
spreuit eos. Quis dabit ex syon salu-
tare israhel: cum converterit deus ca-
ptiuitatem plebis sue exultabit iacob
et letabitur isrl. In finē in carminibꝫ ītel
lectus dd̃ cū venissent zyphei et dixissent
saul: nōne dd̄ absconditus est apud

Deus in noīe tuo saluū me nos.
fac: et in virtute tua iudica me.
Deus exaudi orationem meam: au-
ribus percipe verba oris mei. Quo-
niam alieni insurrexerunt aduersum
me: et fortes quesierunt animam me-
am: et non proposuerunt deum ante
conspectum suum. Ecce enim deus
adiuuat me: et dominus susceptor
est anime mee. Auerte mala inimi-
cis meis: et in veritate tua disperde il-
los. Voluntarie sacrificabo tibi: et
confitebor nomini tuo domine quo-
niam bonum ē. Quoniam ex omī
tribulatione eripuisti me: et super in-
imicos meos despexit oculus meus.
In finē ī carminibꝫ ītellcs dd̄. liiii.

Exaudi deus orationem meam:
et ne despexeris deprecationem
meam: intende michi et exaudi me.
Contristatus sum in exercitatione
mea: et conturbatus sum a voce ini-
mici et a tribulatione peccatoris. Quo-
niam declinauerūt in me iniquitates:
et in ira molesti erāt michi. Cor me-
um conturbatum est in me: et formi-
do mortis cecidit super me. Timor
et tremor venerunt super me: et conte-
xerunt me tenebre. Et dixi quis dabit
pennas sicut columbe: et volabo et re-
quiescam. Ecce elongaui fugiens: et
mansi in solitudine. Expectaui eum
qui saluum me fecit: a pusillanimi-
tate spiritus et tempestate. Precipita
domine diuide linguas eorū: quoniā

vidi iniquitatem et contradictionem
in ciuitate. Die ac nocte circundabit
eam super muros eius iniquitas: et
labor in medio eius et iniusticia. Et
non defecit de plateis eius: usura et
dolus. Quoniam si inimicus meus
maledixisset michi: sustinuissem utiqꝫ.
Et si is qui oderat me super me ma-
gna locutus fuisset: abscondissem me
forsitan ab eo. Tu vero homo una-
nimis: dux meus et notꝰ meꝰ. Qui
simul mecum dulces capiebas cibos:
in domo dei ambulauimus cum con-
sensu. Veniat mors super illos: et
descendant in infernū viuētes. Quo-
niam nequicie in habitaculis eorum:
in medio eorum. Ego autem ad de-
um clamaui: et dominus saluauit
me. Vespere et mane et meridie nar-
rabo et annunciabo: et exaudiet vocē
meam. Redimet in pace animam
meam ab hijs qui appropinquant
michi: quoniam inter multos erant
mecum. Exaudiet dominus et humi-
liabit illos: qui est ān̄te secula. Non
enim est illis commutatio et nō timu-
erunt deum: extendit manum suam
in retribuendo. Contaminauerunt
testamentum eius: diuisi sunt ab ira
vultus eius: et appropinquauit cor
illius. Molliti sunt sermones eius
super oleum: et ipsi sunt iacula. Ia-
cta super dominum curam tuam et
ipse te enutriet: et nō dabit in eternū
fluctuationem iusto. Tu vero deus:
deduces eos in puteum interitꝰ. Viri
sāguinū et dolosi nō dimidiabūt dies
suos: ego aūt sperabo ī te dn̄e. In finē
pro pplo q̄ a scīs lōge fcūs est in tituli ī
scriptiōe ipi dd̄ cū tenuerūt eū allophi
Miserere mei deus li ī geth. lv.
quoniam cōculcauit me homo:

tota die impugnans tribulauit me.
Conculcauerunt me inimici mei to-
ta die: quoniam multi bellantes ad-
uersum me. Ab altitudine diei time-
bo: ego vero in te sperabo. In deo
laudabo sermones meos: in deo spe-
raui non timebo quid faciat michi
caro. Tota die verba mea execraban-
tur: aduersum me omnes cogitatio-
nes eorum ī malum. Inhabitabūt
et abscondent: ipsi calcaneum meum
obseruabunt. Sicut sustinuerunt a-
nimam meam pro nichilo saluos fa-
cies illos: in ira populos cōfringes.
Deus vitam meam annunciaui ti-
bi: posuisti lacrimas meas in cōspe-
ctu tuo. Sicut ⁊ in promissione tua:
tunc conuertentur inimici mei retror-
sum. In quacunq; die inuocauero
te: ecce cognoui quoniam deus meus
es. In deo laudabo verbum: in do-
mino laudabo sermonem: in deo spe-
raui non timebo quid faciat michi
homo. In me sunt deus vota tua:
que reddam laudationes tibi. Quo-
niam eripuisti animā meam de mor-
te: et pedes meos de lapsu: ut placeā
corā deo ī lumine viuentiū. *In finē ne*
disp̄das dd̄ in tituli īscriptiōe cū fuge-
ret a facie saul regis isrl' ī spelūca. lvi.
Miserere mei deus miserere mei:
quoniam in te confidit anima
mea. Et in umbra alarum tuarū
sperabo: donec transeat iniquitas.
Clamabo ad deum altissimum:
deum qui benefecit michi. Misit de ce-
lo et liberauit me: dedit in opprobri-
um cōculcantes me. Misit deus mi-
sericordiam suam et veritatem suam:
et eripuit animam meam de medio
catulorum leonum: dormiui contur-
batus. Filij hominum dentes eorū

arma ⁊ sagitte: et lingua eorum gla-
dius acutus. Exaltare super celos
deus: et in om̄i terra gloria tua. La-
queum parauerūt pedibus meis: et
incuruauerūt animam meam. Fo-
derunt ante faciem meam foueam: ⁊
inciderūt in eam. Paratum cor me-
um deus paratum cor meum: canta-
bo et psalmum dicam. Exurge glo-
ria mea exsurge psalteriū et cythara:
exsurgam diluculo. Confitebor tibi
in populis domine: et psalmum di-
cam tibi ī gentibus. Quoniam ma-
gnificata ē usq; ad celos misericordi-
a tua: et usq; ad nubes veritas tua.
Exaltare super celos deus: et super
omnem terrā gloria tua. *In finē ne dis-*
perdas dauid in tituli īscriptiōe. lvii.
Si vere utiq; iusticiam loquimi-
ni: recte iudicate filij hominum.
Etenī in corde iniq̄tates operamini
in terra: iniusticias man⁹ vestre con-
cinnant. Alienati sunt peccatores
a vulua: errauerunt ab utero: locuti
sunt falsa. Furor illis secundum si-
militudinem serpentis: sicut aspidis
surde et obturātis aures suas. Que
non exaudiet vocem incantantium:
et venefici incantantis sapienter. De-
us conteret dentes eorum in ore ipso-
rum: molas leonum confringet do-
minus. Ad nichilum deuenient tanq̄
aqua decurrens: intendit arcum su-
um donec infirmentur. Sicut cera
que fluit auferent̄: supercecidit ignis
et non viderunt solem. Priusq̄ intel-
ligerent spine vestre ramnum: sicut
uiuētes sicut in ira absorbet eos. Le-
tabitur iustus cum viderit vindictā:
manus suas lauabit ī sanguine pec-
catoris. Et dicet homo si utiq; est
fructus iusto: utiq; est deus iudicans

eos ĩ terra. In finē ne disp̃das dd̃ in ti-
tuli ĩscp̃coẽ qñ misit saul et custodiuit
domũ eius ut ĩterficeret eũ. lviii.

Eripe me de inimicis meis deus
meus: ⁊ ab insurgẽtibus in me
libera me. Eripe me de operantibus
iniquitatem: et de viris sanguinum
salua me. Quia ecce ceperunt animã
meam: irruerunt in me fortes. Neqȝ
iniquitas mea neqȝ peccatum meum
domine: sine iniquitate cucurri et di-
rexi. Exurge in occursum meum et
vide: et tu domine deus virtutum de-
us israhel. Intende ad visitandas
omnes gentes: non miserearis omni-
bus gentibus qui operantur iniqui-
tatem. Conuertentur ad vesperam
et famem patientur ut canes: et circu-
ibunt ciuitatem. Ecce loquentur in
ore suo: et gladius in labijs eorum:
quoniam quis audiuit? Et tu do-
mine deridebis eos: ad nichilum de-
duces omnes gentes. Fortitudinẽ
meam ad te custodiam: quia deus sus-
ceptor meus: deus meus misericor-
dia eius p̃ueniet me. Deus ostendi-
sti michi super inimicos meos: ne oc-
cidas eos nequando obliuiscantur
populi mei. Disperge illos ĩ virtute
tua: et depone eos protector meus do-
mine. Delictum oris eorum: sermo-
nem labiorum ipsorum: et compre-
hendantur in superbia sua. Et de
execratione et mendacio annuncia-
buntur in consumatione: in ira con-
sumationis et non erunt. Et scient
quia deus dominabitur iacob: et fi-
nium terre. Conuertentur ad vespe-
ram et famem patientur ut canes: et
circuibũt ciuitatem. Ipsi dispergen-
tur ad manducandum: si vero non
fuerint saturati ⁊ murmurabũt. Ego
autem cantabo fortitudinem tuam:
et exaltabo mane misericordiam tu-
am. Quia factus es susceptor meus:
et refugium meum in die tribulatio-
nis mee. Adiutor meus tibi psallã:
quia deus susceptor meus es: deus
meus misericordia mea. In finē pro
his qui cõmutabũtur in tituli ĩscp̃cio-
ne ipi dd̃ in doctriñ. cũ succẽdit mesopo-
tamiã syrie et sobal. et cõuertit ioab
et p̃cussit edom in valle salinarũ
duodecim milia. lix.

Deus repulisti nos et destruxisti
nos: iratus es et misertus es
nobis. Commouisti terram et con-
turbasti eam: sana contritiones eius
quia cõmota est. Ostendisti populo
tuo dura: potasti nos vino compun-
ctionis. Dedisti metuẽtibus te signi-
ficationem: ut fugiant a facie arcus.
Ut liberentur dilecti tui: saluum fac
dextera tua et exaudi me. Deus locu-
tus est in sancto suo: letabor et par-
tibor sichimam: et conuallem taber-
naculorum metibor. Meus est gala-
ad et meus est manasses: et ephra-
im fortitudo capitis mei. Iuda rex
meus: moab olla spei mee. In y-
dumeam extendam calciamentũ me-
um: michi alienigene subditi sunt.
Quis deducet me in ciuitatem muni-
tam: quis deducet me usqȝ in ydume-
am? Nonne tu deus qui repulisti
nos? et non egredieris deus in virtu-
tibus nostris. Da nobis auxilium
de tribulatione: et vana salus homi-
nis. In deo faciemus virtutem: et
ip̃e ad nichilũ deducet tribulãtes nos.
In finē in ymnis p̃s dauid. lx.

Exaudi deus deprecationem me-
am: intẽde orationi mee. A fi-
nibȝ terre ad te clamaui dũ anxiaret

cor meum: in petra exaltasti me. De-
duxisti me quia factꝰ es spes mea: tur-
ris fortitudinis a facie inimici. In-
habitabo in tabernaculo tuo in secu-
la: protegar in uelamento alarum
tuarum. Quoniam tu deus meus
exaudisti orationem meam: dedisti
hereditatem timentibus nomē tuum.
Dies sup dies regis adicies: ānos
eius usqȝ ī diem generationis et gene-
rationis. Permanet in eternum in
conspectu dei: misericordiam et veri-
tatem eius quis requiret? Sic psal-
mum dicam nomini tuo in seculum
seculi: ut reddam uota mea de die in
diē. In finē pro ydithum. ps dd. lxi.
Nonne deo subiecta erit anima
mea? ab ipso enim salutare me-
um. Nam et ipse deus meus et salu-
taris meus: susceptor meus non mo-
uebor amplius. Quousqȝ irruitis in
hominem: interficitis uniuersi uos:
tanqȝ parieti inclinato et macerie de-
pulse? Veruntamen precium meum
cogitauerunt repellere: cucurri in siti:
ore suo benedicebant et corde suo ma-
ledicebant. Veruntamen deo subie-
cta esto anima mea: quoniam ab ipō
paciētia mea. Quia ipse deus meꝰ et
saluator meus: adiutor meus non
emigrabo. In deo salutare meum
et gloria mea: deus auxilij mei ⁊ spes
mea in deo est. Sperate in eo omnis
congregatio populi: effundite coram
illo corda uestra: deus adiutor noster
in eternū. Veruntamen uani filij ho-
minum: mendaces filij hominum in
stateris: ut decipiant ipsi de uanitate
in idipm. Nolite sperare in iniqtate
et rapinas nolite concupiscere: diui-
tie si affluāt nolite cor apponere. Se-
mel locutus est deus duo hec audiui:
q̄a potestas dei ē ⁊ tibi dñe mīscdia: q̄a
tu reddis unicuiqȝ iuxta opera sua.
ps dd cū esset in deserto ydumee.
Deus deus meꝰ: ad te de lxii.
luce uigilo. Sitiuit in te ani-
ma mea: quā multipliciter tibi caro
mea. In terra deserta et inuia ⁊ ina-
quosa sic in sancto apparui tibi: ut
uiderem uirtutem tuam ⁊ gloriam tu-
am. Quoniam melior est misericor-
dia tua sup uitas: labia mea lauda-
bunt te. Sic benedicam te in uita me-
a: et in nomine tuo leuabo manus
meas. Sicut adipe ⁊ pinguedine re-
pleatur anima mea: ⁊ labijs exultati-
onis laudabit os meum. Si memor
fui tui super stratum meum: in matu-
tinis meditabor in te: quia fuisti ad-
iutor meus. Et in uelamento ala-
rum tuarū exultabo: adhesit anima
mea post te: me suscepit dextera tua.
Ipsi uero inuanum quesierunt ani-
mam meam: introibunt in inferiora
terre: tradentur in manus gladij: par-
tes uulpium erunt. Rex uero letabiē
in deo: laudabuntur omnes qui iu-
rant in eo: q̄a obstructū ē os loquēti-
um iniqua. In finē psalmꝰ dd. lxiii.
Exaudi deus orationem meam
cum deprecor: a timore inimici
eripe animam meam. Protexisti me
a conuentu malignantium: a multi-
tudine operantiū iniquitatē. Qui-
a exacuerunt ut gladium linguas su-
as: intenderūt arcum rem amaram:
ut sagittent in occultis immaculatū.
Subito sagittabūt eum et nō time-
bunt: firmauerunt sibi sermonem ne-
quam. Narrauerunt ut absconderēt
laqueos: dixerunt quis uidebit eos?
Scrutati sunt iniquitates: defecerūt
scrutantes scrutinio. Accedet homo

et cor altū: ⁊ exaltabit deus. Sagitte
paruulorum facte sunt plage eorum:
et infirmate sunt contra eos lingue
eorum. Conturbati sunt omēs qui
uidebāt eos: ⁊ timuit omnis homo.
Annunciauerunt opera dei: ⁊ facta
eius intellexerunt. Letabitur iustus
in domino ⁊ sperabit in eo: et lauda-
buntur omnes recti corde. In finē ps
dauid. canticū aggei ieremie et e-
zechiel de v̄bo peregrinacionis et de
pplo trāsmigracōis cū inciperēt pficisci.
Te decet ymnus deus in syon: et
tibi reddetur uotum in ierusalē.
Exaudi orationem meam: ad te o-
mnis caro ueniet. Verba iniquorū
preualuerunt super nos: et impietati-
bus nostris tu propitiaberis. Beat⁹
quē elegisti et assumpsisti: inhabita-
bit in atrijs tuis. Replebimur in bo-
nis domus tue: sanctum est templū
tuum mirabile in equitate. Exaudi
nos deus salutaris noster: spes omni-
um finium terre ⁊ in mari lōge. Pre-
parans montes in uirtute tua accin-
ctus potentia: qui conturbas profun-
dum maris sonū fluctuum ei⁹. Tur-
babuntur gentes ⁊ timebunt qui ha-
bitant terminos a signis tuis: exitus
matutini ⁊ uesperi delectabis. Visita-
sti terram ⁊ inebriasti eam: multipli-
casti locupletare eam. Flumen dei
repletum est aquis: parasti cibum il-
lorum quoniam ita est p̄paratio eius.
Riuos eius inebria: multiplica ge-
nimina eius: ī stillicidijs eius letabi-
tur germinās. Benedices corone an-
ni benignitatis tue: ⁊ campi tui reple-
buntur ubertate. Pinguescent specio-
sa deserti: ⁊ exultatione colles accingen-
tur. Induti sunt arietes ouium: et
ualles habūdabūt frumēto: clamabūt

etenī ymnū dicēt. In finē cāticū psal-
Iubilate deo omnis mi resurrectiōis lxv.
terra: psalmum dicite nomini eius:
date gloriam laudi eius. Dicite deo
quā terribilia sunt opera tua domine:
in multitudine uirtutis tue mentiēt
tibi inimici tui. Omnis terra adoret
te ⁊ psallat tibi: psalmum dicat no-
mini tuo. Venite ⁊ uidete opera dei:
terribilis in cōsilijs sup filios hominū.
Qui conuertit mare in aridam: in
flumine pertransibunt pede: ibi letabi-
mur in ipso. Qui dominatur in uir-
tute sua in eternū: oculi eius sup gen-
tes respiciunt: qui exasperant non ex-
altent in semetipsis. Benedicite gen-
tes deum nostrum: et auditam facite
uocem laudis eius. Qui posuit ani-
mam meam ad uitam: ⁊ non dedit
in commotionem pedes meos. Quo-
niam probasti nos deus: igne nos
examinasti sicut examinatur argentū.
Induxisti nos in laqueum: posui-
sti tribulationes in dorso nostro: im-
posuisti homines super capita nostra.
Transiuimus per ignem ⁊ aquam:
et eduxisti nos ī refrigerium. Introi-
bo in domum tuam in olocaustis:
reddam tibi uota mea que distinxerūt
labia mea. Et locutum est os meū:
in tribulatione mea. Olocausta me-
dullata offeram tibi cum incensu ari-
etum: offeram tibi boues cum hircis.
Venite audite ⁊ narrabo omēs q̄ ti-
metis deū: quanta fecit anime mee.
Ad ipsum ore meo clamaui: et exul-
taui sub lingua mea. Iniquitatem
si aspexi in corde meo: non exaudiet
dominus. Propterea exaudiuit de-
us: ⁊ attendit uoci deprecationis mee.
Benedictus deus: qui nō amouit o-
ratione mea et misericordiā suā a me.

In finē in ymnis ps cantici dd. lxvi.

Deus misereatur nostri et benedi-
cat nobis : illuminet vultum
suum super nos : ⁊ misereatur nostri.
Ut cognoscamus in terra viam tu-
am : in omnibus gentibus salutare
tuum. Confiteantur tibi populi de-
us : confiteantur tibi populi omnes.
Letentur et exultent gentes : quoni-
am iudicas populos in equitate : et
gentes in terra dirigis. Confiteant̄
tibi populi deus : confiteantur tibi po-
puli omnes : terra dedit fructum suū.
Benedicat nos deus deus noster be-
nedicat nos deꝰ : ⁊ metuant eū omēs
fines terre. In finē ps cātici dd. lxvii.

Exurgat deus ⁊ dissipentur ini-
mici eius : et fugiant qui ode-
runt eum a facie eius. Sicut deficit
fumus deficiant : sicut fluit cera a fa-
cie ignis sic pereant peccatores a faci-
e dei. Et iusti epulentur et exultent in
conspectu dei : et delectentur in leticia.
Cantate deo psalmum dicite nomi-
ni eius : iter facite ei qui ascendit super
occasum : dominus nomen illi. Ex-
ultate in conspectu eius : turbabuntur
a facie eius patris orphanorum ⁊ iu-
dicis viduarum. Deus in loco san-
cto suo : deus qui inhabitare facit uni-
us moris in domo. Qui educit vin-
ctos in fortitudine : similiter eos qui
exasperant qui habitant in sepulcris.
Deus cum egredereris in conspectu
populi tui : cum pertransires in deserto.
Terra mota est : etenim celi distilla-
verunt a facie dei synai a facie dei isra-
hel. Pluviam voluntariam segrega-
bis deus hereditati tue : et infirmata
est : tu vero perfecisti eam. Animalia
tua habitabunt in ea : parasti in dul-
cedine tua pauperi deus. Dominus
dabit verbum evangelizantibus vir-
tute multa. Rex virtutum dilecti di-
lecti : et speciei domus dividere spolia.
Si dormiatis inter medios cleros
penne columbe deargentate : ⁊ poste-
riora dorsi eiꝰ in pallore auri. Dum
discernit celestis reges super eam nive
dealbabuntur in selmon : mons dei
mons pinguis. Mons coagulatus
mons pinguis : ut quid suspicamini
montes coagulatos. Mons ī quo
beneplacitum est deo habitare in eo :
etenim dominus habitabit in finem.
Currus dei decem milibꝫ multiplex :
milia letantium : dominus in eis ī sy-
nai in sancto. Ascendisti in altum
cepisti captivitatem : accepisti dona
in hominibus. Etenim non creden-
tes : inhabitare dominum deū. Be-
nedictus dominus die quotidie : pro-
sperum iter faciet nobis deus saluta-
rium nostrorum. Deus noster deus
salvos faciendi : et domini domini
exitus mortis. Veruntamen deꝰ con-
fringet capita inimicorum suorum :
verticem capilli perambulantium in
delictis suis. Dixit dominus ex ba-
san convertam : convertam in ꝓfun-
dum maris. Ut intinguatur pes tu-
us in sanguine : lingua canum tuo-
rum ex inimicis ab ipso. Viderunt
ingressus tuos deus : ingressus dei
mei regis mei qui est in sancto. Pre-
venerunt principes coniuncti psallen-
tibus : in medio iuvencularum tympa-
nistriarum. In ecclesiis benedicite de-
o : domino de fontibus israhel. Ibi
beniamin adolescentulus : in mētis
excessu. Principes iuda duces eorū :
principes zabulon ⁊ principes nepta-
lim. Manda deus virtuti tue : confir-
ma hoc deus quod operatus es in

nobis. A templo tuo in iherusalem:
tibi offerent reges munera. Increpa
feras arundinis: congregatio thau-
rorum in vaccis populorum: ut ex-
cludant eos qui probati sunt argen-
to. Dissipa gentes que bella volunt:
venient legati ex egipto: ethiopia pre-
veniet manus eius deo. Regna terre
cantate deo: psallite domino. Psal-
lite deo: qui ascendit super celum celi
ad orientem. Ecce dabit voci sue vo-
cem virtutis: date gloriam deo super
israhel magnificentia eius et virtus
eius in nubibus. Mirabilis deus in
sanctis suis: deus israhel ipse dabit
virtutem et fortitudinem plebi sue: be-
nedictus deus. In finē pro hiis qui
cōmutabūtur ps ipi david. lxviii.
Salvum me fac deus: quo-
niam intraverunt aque
usq; ad animam meam.
Infixus sū in limo pro
fundi: et non est substantia. Veni
in altitudinem maris: et tempestas
dimersit me. Laboravi clamans
rauce facte sunt fauces mee: defece-
runt oculi mei dum spero in deum me-
um. Multiplicati sunt sup capillos
capitis mei: qui oderunt me gratis.
Confortati sunt qui persecuti sunt
me inimici mei iniuste: que nō rapui
tunc exsolvebam. Deus tu scis insi-
pientiam meam: et delicta mea a te
nō sunt abscondita. Non erubescāt
in me qui expectant te domine: domi-
ne virtutum. Non confundantur
super me: qui querunt te deus israhel.
Quoniam propter te sustinui oppro-
brium: operuit confusio faciem meā.
Extraneus fact⁹ sum fratribus me-
is: et peregrinus filiis matris mee.
Quoniam zelus dom⁹ tue comedit
me: et opprobria exprobrantium tibi
ceciderunt super me. Et operui in ie-
iunio animam meam: et factum est
in opprobrium michi. Et posui vesti-
mentum meum cilicium: et factus sū
illis in parabolam. Adversum me
loquebantur qui sedebāt in porta: et
in me psallebant qui bibebant vinū.
Ego vero orationē meam ad te do-
mine: tempus beneplaciti deus. In
multitudine misericordie tue: exaudi
me in veritate salutis tue. Eripe me
de luto ut non infigar: libera me ab
hiis qui oderūt me et de profundis a-
quarum. Non me dimergat tempe-
stas aque: neq; absorbeat me profun-
dum: neq; urgeat super me pute⁹ os
suum. Exaudi me domine quoniā
benigna ē misericordia tua: secundū
multitudinem miserationum tuarū
respice me. Et ne avertas faciem tu-
am a puero tuo: quoniam tribulor
velociter exaudi me. Intende anime
mee et libera eam: propter inimicos
meos eripe me. Tu scis improperiū
meum et confusionem meam: et reve-
rentiam meam. In conspectu tuo
sunt omnes qui tribulant me et im-
properium expectavit cor meum et mi-
seriam. Et sustinui qui simul con-
tristaretur et nō fuit: et qui consolare-
tur et non inveni. Et dederūt in escā
meam fel: et in siti mea potaverunt
me aceto. Fiat mensa eorum corā
ipsis in laqueum: et in retributiones
et in scandalum. Obscurentur oculi
eorum ne videant: et dorsum eorum
semper incurva. Effunde super eos i-
ram tuam: et furor ire tue comprehen-
dat eos. Fiat habitatio eorum de-
serta: et in tabernaculis eorum non
sit qui inhabitet. Quoniam quē tu

percussisti persecuti sunt: et super dolorem vulnerum eorum addiderunt. Appone iniquitatem super iniquitatem eorum: et non intrent in iusticiam tuam. Deleantur de libro viventium: et cum iustis non scribantur. Ego sum pauper et dolens: salus tua deus suscepit me. Laudabo nomen dei cum cantico: et magnificabo eum in laude. Et placebit deo super vitulum novellum: cornua producentem et ungulas. Videant pauperes et letentur: querite deum et vivet anima vestra. Quoniam exaudivit pauperes dominus: ⁊ vinctos suos non despexit. Laudent illum celi et terra: mare et omnia reptilia in eis. Quoniam deus salvam faciet syon: et edificabuntur civitates iude. Et inhabitabunt ibi: ⁊ hereditate acquirent eam. Et semen servorum eius possidebit eã: ⁊ q̄ diligunt nomẽ ei9 habitabũt ĩ ea.

In finẽ ps̄ dd̄ in rememoratiõe q̄ salvũ fecit eũ dñs. lxix.

Deus ĩ adiutorium meum intende: domine ad adiuvandum me festina. Confundantur et revereantur: qui querũt animam meam. Avertantur retrorsum et erubescant: qui volũt michi mala. Avertantur statim et erubescentes: qui dicunt michi euge euge. Exultẽt ⁊ letẽtur in te omnes qui querunt te: et dicant semper magnificetur dominus qui diligunt salutare tuum. Ego vero egenus et pauper sum: deus adiuva me. Adiutor meus et liberator meus es tu: domine ne moreris.

Psalm9 dd̄ filior ionadab et prior captivor. lxx.

In te domine speravi non confundar in eternum: in iusticia tua libera me et eripe me. Inclina ad me aurem tuam: et salva me. Esto michi in deum protectorem et in locum munitum: ut salvum me facias. Quoniam firmamentum meum: ⁊ refugium meum es tu. Deus meus eripe me de manu peccatoris: et de manu cõtra legem agentis et iniqui. Quoniam tu es paciencia mea domine: domine spes mea a iuventute mea. In te confirmatus sum ex utero: de ventre matris mee tu es protector meus. In te cantatio mea semper: tanq̄ prodigium factus sum multis et tu adiutor fortis. Repleatur os meum laude ut cantem gloriam tuam: tota die magnitudinem tuam. Ne proicias me in tempore senectutis: cum deficiet virtus mea ne derelinq̄s me. Quia dixerunt inimici mei michi: ⁊ qui custodiebant animam meam consilium fecerunt in unum. Dicentes deus dereliquit eum: persequimini et comprehendite eum: quia nõ est qui eripiat. Deus ne elongeris a me: deus meus in auxilium meum respice. Confundantur et deficiant detrahentes anime mee: operiantur confusione et pudore qui querunt mala michi. Ego autem semper sperabo: et adiciam super omnem laudem tuam. Os meum annũciabit iusticiam tuam: tota die salutare tuum. Quoniam non cognovi litteraturã introibo in potencias domini: domine memorabor iusticie tue solius. Deus docuisti me a iuventute mea et usq; nunc: pronunciabo mirabilia tua. Et usq; in senectam ⁊ seniũ: deus ne derelinquas me. Donec annunciem brachium tuum: generationi omni que ventura est. Potenciam tuam et iusticiam tuam deus

usq̃ in altissima que fecisti magnali-
a: deus quis similis sit tibi? Quan-
tas ostendisti michi tribulaciões mul-
tas et malas: et conuersus viuifica-
sti me: et de abissis terre iterum redu-
xisti me. Multiplicasti magnificenti-
am tuam: et conuersus consolatus
es me. Nam et ego confitebor tibi
in vasis psalmi veritatem tuam deus:
psallam tibi in cythara sanctus isra-
hel. Exultabunt labia mea cum can-
tauero tibi et aĩa mea quã redemisti.
Sed et lingua mea tota die meditabit
iusticiã tuã: cum cõfusi et reuereti fuerit
q̃ querũt mala michi. In salomonẽ.
Deus iudicium tuum regi da: et
iusticiam tuã filio regis. Iu-
dicare populum tuum in iusticia: et
pauperes tuos in iudicio. Suscipi-
ant montes pacem populo: et colles
iusticiam. Iudicabit pauperes po-
puli et saluos faciet filios pauperum:
et humiliabit calumniatorem. Et
permanebit cum sole et ante lunam:
ĩ generationẽ et generationẽ. Descen-
det sicut pluuia in vellus: et sicut stil-
licidia stillantia super terram. Orie-
tur ĩ diebus eius iusticia et abundan-
tia pacis: donec auferatur luna. Et
dominabitur a mari usq̃ ad mare:
et a flumine usq̃ ad terminos orbis
terrarum. Coram illo procident e-
thiopes: et inimici eius terram lin-
gent. Reges tharsis et insule mune-
ra offerent: reges arabum et saba do-
na adducent. Et adorabunt eum
omnes reges: omnes gentes seruient
ei. Quia liberabit pauperem a poten-
te: et pauperem cui non erat adiutor.
Parcet pauperi et inopi: et animas
pauperum saluas faciet. Ex usuris
et iniquitate redimet animas eorum:
et honorabile nomen eorum coram
illo. Et viuet et dabitur ei de auro
arabie: et adorabunt de ipso semper:
tota die benedicẽt ei. Erit firmamen-
tum in terra in summis montium: su-
perextolletur super libanũ fructus ei9: et
florebũt de ciuitate sicut fenũ terre. Sit
nomẽ ei9 benedictũ in secula: ante solẽ
permanet nomẽ eius. Et benedicen-
tur in ipso oĩes tribus terre: omnes
gentes magnificabunt eum. Bene-
dictus dominus deus israhel: qui fa-
cit mirabilia solus. Et benedictum
nomen maiestatis eius in eternum:
et replebit maiestate ei9 oĩs terra: fiat fi-
at. Defecerũt ymni dd filij iesse. Psalm9
Quam bonus isra- asaph. terci.
hel deus: hijs qui recto sunt cor-
de. Mei autem pene moti sunt pedes:
pene effusi sunt gressus mei. Quia ze-
laui super iniquos: pacem peccato-
rum videns. Quia non est respectus
morti eorum: et firmamentum ĩ pla-
ga eorum. In labore hominum
non sunt: et cum hominibus non
flagellabuntur. Ideo tenuit eos su-
perbia: operti sunt iniquitate et impi-
etate sua. Prodijt quasi ex adipe in-
iquitas eorum: transierunt in affe-
ctum cordis. Cogitauerunt et locuti
sunt nequiciam: iniquitatem in excel-
so locuti sunt. Posuerunt in celum
os suum: et lingua eorum transiuit
in terra. Ideo conuertetur populus
meus hic: et dies pleni inuenientur
in eis. Et dixerunt quomodo scit de-
us: et si est sciencia in excelso. Ecce
ipsi peccatores et abundantes in se-
culo: obtinuerunt diuicias. Et dixi
ergo sine causa iustificaui cor meum:
et laui inter innocentes manus me-
as. Et fui flagellatus tota die:

et castigatio mea in matutinis. Si
dicebā narrabo sic: ecce nationē filioꝝ
tuorum reprobaui. Existimabam
ut cognoscerem: hoc labor est ante
me. Donec intrem in sanctuarium
dei: et intelligam in nouissimis eo-
rum. Veruntamen propter dolos po-
suisti eis: deiecisti eos dum alleuaren-
tur. Quomodo facti sunt in desola-
tionem: subito defecerunt: perierunt
propter iniquitatem suam. Velut so-
mnium surgentium: domine in ciui-
tate tua ymaginem ipsorum ad nichi-
lum rediges. Quia inflammatum ē
cor meum: et renes mei commutati
sunt: et ad nichilum redactus sum ⁊
nesciui. Ut iumentum factus sum a-
pud te: et ego semper tecum. Tenui-
sti manum dexteram meam: et in uo-
luntate tua deduxisti me. et cum glo-
ria suscepisti me. Quid enim michi
est in celo: et a te quid uolui super ter-
ram? Defecit caro mea et cor meū:
deus cordis mei et pars mea deus in e-
ternum. Quia ecce qui elongāt se a te
peribūt: pdidisti oēs q̄ fornicant̄
abs te. Michi autē adherere deo bonū
est: ponere in dn̄o deo spē meā. Ut
ānunciam omnes predicationes tu-
as: in portis filie syon. In finē intel-
Ut quid deus repu- lcēs asaph. lxxiii.
listi in finē: irat⁹ ē furor tu⁹ su-
per oues pascue tue? Memor esto con-
gregationis tue: quam possedisti ab
inicio. Redemisti uirgam heredita-
tis tue: mons syon in quo habitasti
in eo. Leua manus tuas in superbi-
as eorum ī finem: quanta maligna-
tus est inimicus in sancto? Et glo-
riati sunt qui oderunt te: in medio so-
lemnitatis tue. Posuerunt signa su-
a signa et non cognouerunt: sicut in
exitu super summum. Quasi in silua
lignorum securibus exciderunt ianu-
as eius in idipm̄: in securi ⁊ ascia de-
iecerunt eam. Incenderunt igni san-
ctuarium tuum in terra: polluerunt
tabernaculum nominis tui. Dixerūt
in corde suo cognacio eorum simul:
quiescere faciamus omnes dies festos
dei a terra. Signa nostra non uidi-
mus: iam non est propheta: et nos
nō cognoscet amplius. Usquequo
deus improperabit inimicus: irritat
aduersarius nomen tuum in finem.
Ut quid auertis manum tuam et
dexteram tuam: de medio sinu tuo in
finem. Deus autem rex noster ante
secula: operatus est salutem in medio
terre. Tu confirmasti in uirtute tua
mare: contribulasti capita draco-
num in aquis. Tu confregisti capi-
ta draconis: dedisti eum escam popu-
lis ethiopum. Tu dirupisti fontes
et torrentes: tu siccasti fluuios ethan.
Tuus est dies et tua est nox: tu fabri-
catus es auroram et solem. Tu feci-
sti omnes terminos terre: estatem et
uer tu plasmasti ea. Memor esto hu-
ius: inimicus improperauit domino:
et populus insipiens incitauit nomē
tuum. Ne tradas bestijs animam
confitentem tibi: et animas paupe-
rum tuorum ne obliuiscaris ī finem.
Respice ī testamentum tuū: quia re-
pleti sunt qui obscurati sunt terre do-
mibus iniquitatum. Ne auertatur
humilis factus confusus: pauper et
inops laudabunt nomē tuum. Ex-
surge deus iudica causam tuam: me-
mor esto improperiorum tuorum eo-
rum qui ab insipiente sunt tota die.
Ne obliuiscaris uoces inimicorum
tuorum: superbia eorum q̄ te oderūt

ascendit semper. In finem ne corrumpas psalmus
Confitebimur cantici asaph. lxxiv.
tibi deus confitebimur: et invo-
cabimus nomen tuum. Narrabi-
mus mirabilia tua: cum accepero
tempus ego iusticias iudicabo. Li-
quefacta est terra et omnes qui habi-
tant in ea: ego confirmavi columnas
eius. Dixi iniquis nolite inique age-
re: et delinquentibus nolite exaltare
cornu. Nolite extollere in altum cor-
nu vestrum: nolite loqui adversum
deum iniquitatem. Quia neque ab o-
riente neque ab occidente neque a deser-
tis montibus: quoniam deus iudex
est. Hunc humiliat et hunc exaltat:
quia calix in manu domini vini me-
ri plenus mixto. Et inclinavit ex
hoc in hoc: veruntamen fex eius non
est exinanita: bibent ex eo omnes pec-
catores terre. Ego autem annunci-
abo in seculum: cantabo deo iacob.
Et omnia cornua peccatorum con-
fringam: et exaltabuntur cornua iu-
sti. In finem in carminibus canticum assirio-
rum. psalmus asaph. lxxv.
Notus in iudea deus: in israhel
magnum nomen eius. Et fa-
ctus est in pace locus eius: et habita-
tio eius in syon. Ibi confregit po-
tencias arcuum: scutum gladium et
bellum. Illuminans tu mirabili-
ter a montibus eternis: turbati sunt
omnes insipientes corde. Dormie-
runt somnum suum: et nichil inve-
nerunt viri diviciarum in manibus
suis. Ab increpatione tua deus ia-
cob: dormitaverunt qui ascenderunt
equos. Tu terribilis es et quis resi-
stet tibi? ex tunc ira tua. De celo audi-
tum fecisti iudicium: terra tremuit et
quievit. Cum exurgeret in iudicium

deus: ut salvos faceret omnes man-
suetos terre. Quoniam cogitatio ho-
minis confitebitur tibi: et reliquie co-
gitationis diem festum agent tibi.
Vovete et reddite domino deo ve-
stro: omnes qui in circuitu eius affer-
tis munera. Terribili et ei qui aufert
spiritum principum: terribili apud o-
mnes reges terre. In finem pro idithum. lxxvi.
Voce mea ad dominum clama-
vi: voce mea ad deum et inten-
dit michi. In die tribulationis me-
e deum exquisivi manibus meis no-
cte contra eum: et non sum deceptus.
Renuit consolari anima mea: me-
mor fui dei et delectatus sum: et exer-
citatus sum et defecit spiritus meus.
Anticipaverunt vigilias oculi mei:
turbatus sum et non sum locutus.
Cogitavi dies antiquos: et annos
eternos in mente habui. Et medita-
tus sum nocte cum corde meo: et exer-
citabar et scopebam spiritum meum.
Nunquid in eternum proiciet deus:
aut non apponet ut complacitior sit
adhuc? Aut in finem misericordiam
suam abscidet: a generatione in ge-
nerationem? Aut obliviscetur misere-
ri deus: aut continebit in ira sua mi-
sericordias suas? Et dixi nunc cepi:
hec mutatio dextere excelsi. Memor
fui operum domini: quia memor ero
ab inicio mirabilium tuorum. Et
meditabor in omnibus operibus tu-
is: et in adinventionibus tuis exerce-
bor. Deus in sancto via tua: quis
deus magnus sicut deus noster? tu
es deus qui facis mirabilia. Notam
fecisti in populis virtutem tuam: re-
demisti in brachio tuo populum tu-
um: filios iacob et ioseph. Viderunt
te aque deus viderunt te aque et timuerunt:

et turbate sunt abissi. Multitudo so-
nitus aquarum: vocem dederunt nu-
bes. Etenim sagitte tue transeunt:
vox tonitrui tui in rota. Illuxerunt
choruscationes tue orbi terre: com-
mota est et contremuit terra. In ma-
ri via tua et semite tue in aquis mul-
tis: ⁊ vestigia tua non cognoscentur.
Deduxisti sicut oves populū tuū: in
manu moysi ⁊ aarō. Intellcūs asaph.
lxxvii. Attendite popule meus legem me-
am: inclinate aurem vestram
in verba oris mei. Aperiam in para-
bolis os meum: loquar propositio-
nes ab inicio. Quanta audivimus
et cognovimus ea: et patres nostri
narraverunt nobis. Non sunt oc-
cultata a filiis eorum: ī generatione
altera. Narrantes laudes domini
et virtutes eius: ⁊ mirabilia eius que
fecit. Et suscitavit testimonium in
iacob: et legem posuit ī israhel. Quan-
ta mandavit patribus nostris nota
facere ea filiis suis: ut cognoscat ge-
neratio altera. Filii qui nascentur ⁊
exsurgent: et narrabūt filiis suis. Ut
ponant in deo spem suam: et non
obliviscantur operum dei: et manda-
ta eius exquirant. Ne fiant sicut pa-
tres eorum: generatio prava ⁊ exaspe-
rans. Generatio que non direxit cor
suum: ⁊ non est creditus cum deo spi-
ritus eius. Filii effrem intendentes ⁊
mittentes arcum: conversi sunt in di-
e belli. Non custodierunt testamen-
tum dei: ⁊ in lege eius noluerunt am-
bulare. Et obliti sunt benefactorum
eius: et mirabilium eius que osten-
dit eis. Coram patribus eorum fe-
cit mirabilia in terra egipti: in campo
thaneos. Interrupit mare et perdu-
xit eos: et statuit aquas quasi ī utre.

Et deduxit eos in nube diei: et tota
nocte in illuminatione ignis. In-
terrupit petram ī heremo: et adaqua-
vit eos velut in abisso multa. Et e-
duxit aquam de petra: et deduxit tan-
q̄ flumina aquas. Et apposuerunt
adhuc peccare ei: in iram excitave-
runt excelsum in inaquoso. Et tem-
ptaverunt deum in cordibus suis: ut
peterent escas animabus suis. Et
male locuti sunt de deo: dixerūt num-
quid poterit deus parare mensam in
deserto? Quoniam percussit petram
et fluxerunt aque: et torrentes inun-
daverunt. Numquid et panem pote-
rit dare: aut parare mensam popu-
lo suo? Ideo audivit dominus et
distulit: ⁊ ignis accensus est in iacob:
et ira ascendit in israhel. Quia non
crediderunt in deo: nec speraverunt
in salutari eius. Et mandavit nu-
bibus desuper: ⁊ ianuas celi aperuit.
Et pluit illis manna ad mandu-
candum: et panem celi dedit eis. Pa-
nem angelorum manducavit homo:
cibaria misit eis in abundantiam.
Transtulit austrum de celo: ⁊ indu-
xit in virtute sua affricum. Et pluit
super eos sicut pulverem carnes: et
sicut arenam maris volatilia penna-
ta. Et ceciderunt in medio castrorū
eorum: circa tabernacula eorū. Et
manducaverunt et saturati sunt ni-
mis: et desiderium eorum attulit e-
is: non sunt fraudati a desiderio su-
o. Adhuc esce eorum erant in ore
ipsorum: et ira dei ascendit super eos.
Et occidit pingues eorum: ⁊ electos
israhel impedivit. In omnibus hiis
peccaverunt adhuc: et non credide-
runt in mirabilibus eius. Et defe-
cerunt in vanitate dies eorum: ⁊ ani

eorum cum festinatione. Cum occi-
deret eos querebant eum: et reuerte-
bantur et diluculo veniebant ad eum.
Et rememorati sunt quia deus ad-
iutor est eorum: ⁊ deus excelsus redem-
ptor eorum est. Et dilexerunt eum in
ore suo: et lingua sua mentiti sunt ei.
Cor autem eorum non erat rectum
cum eo: nec fideles habiti sunt in te-
stamento eius. Ipse autem est mise-
ricors et propicius fiet peccatis eorū:
et non disperdet eos. Et abundauit
ut auerteret iram suam: et non accen-
dit omnem iram suam. Et recorda-
tus est quia caro sunt: spiritus va-
dens et non rediens. Quotiens exa-
cerbauerunt eum in deserto: in iram
concitauerunt eum in inaquoso. Et
conuersi sunt et temptauerunt deum:
et sanctum israhel exacerbauerunt.
Non sunt recordati manus eius:
die qua redemit eos de manu tribu-
lantis. Sicut posuit in egipto signa
sua: et prodigia sua in campo thane-
os. Et conuertit in sanguinem flu-
mina eorum: et ymbres eorum ne bi-
berent. Misit ī eos cynomiam ⁊ com-
edit eos: et ranam et disperdidit eos.
Et dedit erugini fructus eorum: et
labores eorum locuste. Et occidit
in grādine vineas eoꝝ: ⁊ moros eoꝝ
in pruina. Et tradidit grandini iu-
menta eorum: et possessionem eorū
igni. Misit in eos iram indignatio-
nis sue: indignationem et iram et
tribulationem: immissiones per an-
gelos malos. Viam fecit semite
ire sue: non pepercit a morte anima-
rum eorum: ⁊ iumenta eorum in mor-
te conclusit. Et percussit omne pri-
mogenitum in terra egipti: primici-
as omnis laboris eoꝝ in tabernaculis
cham. Et abstulit sicut oues popu-
lum suum: et perduxit eos tamq̄ gre-
gem in deserto. Et deduxit eos in
spe et non timuerunt: et inimicos
eorum operuit mare. Et induxit e-
os in montem sanctificationis sue:
montem quem acquisiuit dextera e-
ius. Et eiecit a facie eorum gentes:
et sorte diuisit eis terram in funiculo
distributionis. Et habitare fecit in
tabernaculis eorum: tribus israhel.
Et temptauerunt et exacerbauerunt
deum excelsum: et testimonia eius
non custodierunt. Et auerterunt se
et non seruauerunt pactum: quemad-
modum patres eorum conuersi sunt
in arcum prauum. In iram conci-
tauerunt eum in collibus suis: et in
sculptilibus suis ad emulationem e-
um prouocauerunt. Audiuit deus
et spreuit: et ad nichilum redegit val-
de israhel. Et repulit tabernaculū
sylo: tabernaculum suum ubi habi-
tauit in hominibus. Et tradidit
in captiuitatem virtutem eorum: et
pulcritudinem eorum in manus ini-
mici. Et conclusit in gladio po-
pulum suum: et hereditatem suam
spreuit. Iuuenes eorum comedit i-
gnis: et virgines eorum non sunt la-
mentate. Sacerdotes eorum in gla-
dio ceciderunt et vidue eorum non
plorabantur. Et excitatus est tan-
q̄ dormiens dominus: tamq̄ potēs
crapulatus a vino. Et percussit ini-
micos suos in posteriora: opprobri-
um sempiternum dedit illis. Et re-
pulit tabernaculum ioseph: et tri-
bum effraim non elegit. Sed elegit
tribum iuda: montem syon quem

dilexit. Et edificauit sicut vnicor-
nium sanctificium suum: in terra
quam fundauit in secula. Et ele-
git dauid seruum suum: et sustu-
lit eum de gregibus ouium: de
post fetantes accepit eum. Pasce-
re iacob seruum suum: et israhel
hereditatem suam. Et pauit eos in
innocentia cordis sui: et in intellecti-
bus manuum suarum deduxit eos.
Deus venerunt p̄s asaph. lxxviii.
gentes in hereditatem tuam:
polluerunt templum sanctum tuum:
posuerunt iherusalem in pomorum
custodiam. Posuerunt morticini-
a seruorum tuorum escas volatili-
bus celi: carnes sanctorum tuorum
bestijs terre. Effuderunt sangui-
nem ipsorum tanquam aquam in
circuitu iherusalem: et non erat qui
sepeliret. Facti sumus opprobri-
um vicinis nostris: subsannatio
et illusio hijs qui in circuitu nostro
sunt. Usquequo domine irasceris
in finem: accendetur velut ignis ze-
lus tuus? Effunde iram tuam in
gentes que te non nouerunt: et in
regna que nomen tuum non inuo-
cauerunt. Quia comederunt iacob:
⁊ locum eius desolauerunt. Ne me-
mineris iniquitatum nostrarum an-
tiquarum: cito anticipent nos mise-
ricordie tue: quia pauperes facti su-
mus nimis. Adiuua nos deus
salutaris noster: et propter glori-
am nominis tui domine libera nos.
Et propitius esto peccatis no-
stris propter nomen tuum: ne forte
dicant in gentibus vbi est deus e-
orum. Et innotescant in natio-
nibus coram oculis nostris: vltio
sanguinis seruorum suorum qui
effusus est. Introeat in conspe-
ctu tuo: gemitus compeditorum.
Secundum magnitudinem brachij
tui: posside filios mortificatoꝝ. Et
redde vicinis nostris septuplum in
sinu eorum: improperium ipsorum
quod exprobrauerunt tibi domine.
Nos aūt populus tu⁹ ⁊ oues pascu-
e tue: confitebimur tibi in seculum.
In generatione et generatione: an-
nunciabimus laudem tuam. In fi-
nē pro hijs qui cōmutabūtur p̄s as-
sirioꝝ testimonium asaph.
Qui regis israhel in- lxxix.
tende: qui deducis velut o-
uem ioseph. Qui sedes super cheru-
bin manifestare coram ephraim ben-
iamin et manasse. Excita potenti-
am tuam et veni: vt saluos facias
nos. Deus conuerte nos: et ostende
faciem tuam et salui erimus. Domi-
ne deus virtutum: quousq; irasceris
super orationem serui tui? Cibabis
nos pane lacrimarum: et potum da-
bis nobis in lacrimis in mensura.
Posuisti nos in contradictionem
vicinis nostris: et inimici nostri sub-
sannauerunt nos. Deus virtutum
conuerte nos: et ostende faciem tu-
am et salui erimus. Uineam de egi-
pto transtulisti: eiecisti gentes ⁊ plan-
tasti eam. Dux itineris fuisti in con-
spectu eius: et plantasti radices eius
et impleuit terram. Operuit mon-
tes vmbra eius: et arbusta eius ce-
dros dei. Extendit palmites suas
vsq; ad mare: et vsq; ad flumen pro-
pagines ei⁹. Ut quid destruxisti ma-
ceriam eius: et vindemiant eam o-
mnes qui pretergrediuntur viam.

Exterminauit eã aper de silua: ⁊ sin-
gularis ferus depastus ẽ eam. Deus
virtutũ conuertere: respice de celo et vi-
de et visita vineã istam. Et perfice eã
quam plantauit dextera tua: et super
filium quẽ cõfirmasti tibi. Incensa i-
gni et suffossa: ab increpatione vult⁹
tui peribũt. Fiat manus tua sup vi-
rum dextere tue: ⁊ super filiũ hominis
quẽ cõfirmasti tibi. Et nõ discedim⁹
a te: viuificabis nos ⁊ nomen inuo-
cabimus. Domine de⁹ virtutũ con-
uerte nos: ⁊ ostende faciẽ tuam ⁊ salui
erimus. In finẽ pro torcularibꝫ psal-
mus ipi asaph quĩta sabbti. lxxx.
Exultate deo adiutori nr̃o:
iubilate deo iacob. Su-
mite psalmũ et date tym-
panũ: psalteriũ iocundũ
cum cythara. Bucinate in neomenia
tuba: in insigni die solemnitatis ve-
stre. Quia preceptũ ĩ isrl' est: ⁊ iudiciũ
deo iacob. Testimoniũ in ioseph po-
suit illud: cum exiret de terra egipti lin-
guam quã nõ nouerat audiuit. Di-
uertit ab oneribꝫ dorsum ei⁹: manus
eius ĩ cophino seruierũt. In tribulati-
one inuocasti me ⁊ liberaui te: exaudi-
ui te in abscondito tempestatis: proba-
ui te apud aquã cõtradictionis. Au-
di populus meus ⁊ cõtestabor te: isra-
hel si audieris me nõ erit in te deus re-
cens: neqꝫ adorabis deum alienum.
Ego eni sum dñs deus tuus q̃ eduxi
te de terra egipti: dilata os tuũ et im-
plebo illud. Et non audiuit ꝑplus
meus vocẽ meam: ⁊ isrl' non intendit
michi. Et dimisi eos scd'm desideria
cordis eoꝝ: ibunt in adinuentionibꝫ
suis. Si ꝑplus me⁹ audisset me: isrl'
si ĩ viis meis ãbulasset. Pro nichilo
forsitan inimicos eorũ humiliassem:
et sup tribulãtes eos misissem manũ
meã. Inimici dñi mentiti sunt ei: ⁊
erit tempus eorum in secula. Et ci-
bauit illos ex adipe frumẽti: et de petra
melle saturauit eos. Ps asaph. lxxxi.
Deus stetit in synagoga deorũ:
in medio autem deos diiudicat.
Usquequo iudicatis iniquitatem:
et facies peccatorum sumitis. Iudi-
cate egeno ⁊ pupillo: humilẽ ⁊ paupe-
rem iustificate. Eripite pauperẽ: et e-
genum de manu peccatoris liberate.
Nescierũt neqꝫ intellexerũt ĩ tenebris
ambulãt: mouebunt omnia funda-
menta terre. Ego dixi dii estis: ⁊ filii
excelsi omnes. Uos autẽ sicut homi-
nes moriemini: ⁊ sicut unus de prin-
cipibꝫ cadetis. Surge de⁹ iudica ter-
ram: qm̃ tu hereditabis in omnibus
gentibus. Canticũ ps' asaph. lxxxii.
Deus quis similis erit tibi: ne ta-
ceas neqꝫ cõpescaris de⁹. Quo-
niam ecce inimici tui sonauerũt: et q̃
oderunt te extulerunt caput. Super
populũ tuũ malignauerunt cõsilium:
cogitauerũt aduersus sanctos tuos.
Dixerunt venite et disperdamus eos
de gente: ⁊ non memoret nomen isrl'
vltra. Quoniã cogitauerunt unani-
miter: simul aduersum te testamentũ
disposuerũt tabernacl'a ydumeoꝝ et is-
mahelite. Moab et aggareni gebal
et amon ⁊ amalech: alienigene cũ ha-
bitantibꝫ tyrum. Etenim assur venit
cum illis: facti sunt in adiutoriũ fili-
is loth. Fac illis sicut madian et sy-
sare: sicut iabin ĩ torrẽte cyson. Di-
sperierunt in endor: facti sunt ut sterc⁹
terre. Pone principes eoꝝ sicut oreb
et zeb: ⁊ zebee et salmana. Omnes
principes eoꝝ: qui dixerunt hereditate
possideamus sanctuariũ dei. Deus

me⁹ pone illos ut rotā: et sicut stipu-
lam āte faciē venti. Sicut ignis qui
comburit siluā: ⁊ sicut flamma com-
burens mōtes. Ita psequeris illos
in tempestate tua: ⁊ ī ira tua turbabis
eos. Imple facies eoꝝ ignominia:
et querent nomē tuū dn̄e. Erubescāt
et conturbent̄ in seculum seculi: ⁊ con-
fundant̄ et pereant. Et cognoscant
quia nomē tibi dn̄s: tu solus altissi-
mus super omnem terram. In finē p
torcularibꝫ filijs chore ps. lxxxiii.
Quam dilecta tabernacula tua dn̄e
virtutū: cōcupiscit ⁊ deficit ani-
ma mea ī atrio dn̄i. Cor meū ⁊ caro
mea: exultauerūt in deū viuū. Etenī
passer inuenit sibi domū: ⁊ turtur ni-
dū sibi ubi ponat pullos suos. Al-
taria tua dn̄e virtutum: rex meus et
deus meus. Beati qui habitant ī do-
mo tua domine: in secula seculoꝝ lau-
dabunt te. Beatus vir cuius est auxi-
lium abs te: ascensiones in corde suo
disposuit in valle lacrimarū: in loco
quē posuit. Etenim benedictionem
dabit legislator: ibunt de virtute ī vir-
tutem: videbitur deus deorū in syon.
Domine deus virtutum exaudi ora-
tionem meam: auribus pcipe deus
iacob. Protector noster aspice deus:
et respice in faciē xp̄isti tui. Quia me-
lior est dies una in atrijs tuis: super
milia. Elegi abiectus esse in domo
dei mei: magis quā habitare in taber-
naculis peccatoꝝ. Quia misericordiam et
veritatē diligit de⁹: gratiā ⁊ glām da-
bit dn̄s. Non priuabit bonis eos qui
ābulāt ī innocētia: dn̄e virtutū beat⁹
homo q̄ sperat ī te. In finē filijs chorē.
lxxxiiii. Benedixisti dn̄e terram tuā: auer-
tisti captiuitatē iacob. Remisi-
sti iniquitatē plebis tue: operuisti oīa

peccata eoꝝ. Mitigasti omnem irā tu-
am: auertisti ab ira indignationis
tue. Conuerte nos de⁹ salutaris no-
ster: ⁊ auerte irā tuā a nobis. Num-
quid in eternū irasceris nobis: aut ex-
tendes iram tuā a generatione ī gene-
rationē? Deus tu cōuersus viuifica-
bis nos: et plebs tua letabitur in te.
Ostende nobis dn̄e misericordiam tuā:
et salutare tuū da nobis. Audiam
quid loquat̄ in me dn̄s de⁹: quoniā
loquetur pacē ī plebē suam. Et sup
sanctos suos: et in eos qui ꝯuertant̄
ad cor. Veruntamen prope timentes
eū salutare ipsius: ut inhabitet glo-
ria in terra nostra. Misericordia et ve-
ritas obuiauerunt sibi: iusticia ⁊ pax
osculate sunt. Veritas de terra orta
est: et iusticia de celo prospexit. Ete-
nim dominus dabit benignitatē: et
terra nostra dabit fructum suum. Iu-
sticia ante eum ambulabit: et ponet
in via gressus suos. Orō dd. lxxxv.
Inclina domine aurē tuam et ex-
audi me: quoniā inops et pau-
per sum ego. Custodi animā meam
quoniā sanctus sum: saluū fac seruū
tuū deus me⁹ sperantē in te. Miserere
mei domine qm̄ ad te clamaui tota
die: letifica animā serui tui quoniam
ad te dn̄e animā meā leuaui. Quo-
niam tu dn̄e suauis et mitis: ⁊ mlte
misericordie oīb; inuocantibus te.
Auribꝫ pcipe dn̄e orationem meā:
et intende voci depcationis mee. In
die tribulatōnis mee clamaui ad te:
quia exaudisti me. Non est similis
tui in dijs domine: ⁊ nō est secundū
opera tua. Omnes gētes quascunqꝫ
fecisti venient ⁊ adorabunt coram te
domine: ⁊ glorificabunt nomen tu-
um. Quoniā magn⁹ es tu ⁊ faciens

mirabilia: tu es deus solus. Deduc
me dñe in via tua: ⁊ ingrediar ĩ veri-
tate tua: letet cor meum ut timeat no-
men tuũ. Confitebor tibi dñe deus
meus ĩ toto corde meo: et glorificabo
nomẽ tuũ in eternũ. Quia misericor-
dia tua magna ẽ super me: ⁊ eruisti a-
nimã meam ex inferno inferiori. De-
us iniqui insurrexerũt sup me: ⁊ syna-
goga potentiũ quesierũt aĩam meã:
et non proposuerũt te ĩ conspectu suo.
Et tu dñe de⁹ miserator ⁊ misericors:
patiens ⁊ multe miscdie et verax. Re-
spice ĩ me ⁊ miserere mei: da imperiũ
tuũ puero tuo: ⁊ saluũ fac filiũ ancil-
le tue. Fac mecum signũ in bonũ ut
videãt q̃ oderunt me et confundant:
quoniã tu dñe adiuuisti me ⁊ cõsola-
tus es me. Ps cãtici filiis chore.
xvi. Fundamenta ei⁹ ĩ mõtib⁹ sanctis:
diligit dñs portas syon sup o-
mnia tabernacula iacob. Gloriosa
dicta sunt de te: ciuitas dei. Memor
ero raab et babilonis: scientium me.
Ecce alienigene ⁊ tyrus et pplus ethi-
opũ: hij fuerũt illic. Nunquid syon
dicet homo: ⁊ homo natus est in ea:
et ipẽ fundauit eam altissim⁹. Domi-
nus narrabit ĩ scripturis pplorum et
principũ: horũ q̃ fuerũt in ea. Sicut
letãtiũ omniũ: habitatio ĩ te. Cãticũ
ps' filiis chore ĩ finẽ p melech ad re-
spõdendũ intellcs heman ezraite. 87.
Domine de⁹ salutis mee: in die
clamaui ⁊ nocte coram te. In-
tret in conspectu tuo oratio mea: incli-
na aurẽ tuã ad p̃cem meã. Quia re-
pleta ẽ malis anima mea: ⁊ vita me-
a inferno appropinquauit. Estima-
tus sum cũ descendentibus in lacum:
factus sum sicut homo sine adiutorio
inter mortuos liber. Sicut vulnerati
dormientes ĩ sepulcris quorũ non es
memor amplius: ⁊ ipĩ de manu tua
repulsi sunt. Posuerũt me in lacu in-
feriori: in tenebrosis ⁊ ĩ umbra mor-
tis. Super me confirmatus est furor
tuus: ⁊ omnes fluctus tuos induxisti
super me. Longe fecisti notos meos
a me: posuerũt me abominationem
sibi. Tradit⁹ sum ⁊ nõ egrediebar:
ocli mei languerũt pre inopia. Cla-
maui ad te dñe: tota die expandi ad
te man⁹ meas. Nunquid mortuus
facies mirabilia: aut medici suscita-
bunt ⁊ cõfitebunt tibi. Nunquid nar-
rabit aliquis ĩ sepulcro misericordiã
tuã: ⁊ veritatẽ tuã ĩ pditionẽ. Nun-
quid cognoscent in tenebris mirabi-
lia tua: ⁊ iusticia tua in terra obliuio-
nis. Et ego ad te domine clamaui:
et mane oratio mea preueniet te. Ut
quid dñe repellis oratõnẽ meã: auer-
tis faciẽ tuam a me. Pauper sũ ego
et in laborib⁹ a iuuentute mea: exal-
tatus aũt humiliatus sum et contur-
batus. In me transierunt ire tue: et
terrores tui cõturbauerũt me. Circun-
dederũt me sicut aqua tota die: circun-
dederunt me simul. Elongasti a me
amicum et proximum: et notos me-
os a miseria. Intellcs ethã ezraite.
Misericordias dñi: in eternũ can- .lxxxviii.
tabo. In generatione et gene-
rationẽ: ãnũciabo veritatẽ tuã in ore
meo. Quoniã dixisti in eternũ: mise-
ricordia edificabit in celis: pparabit
veritas tua in eis. Disposui testamen-
tũ electis meis: iuraui dauid seruo me-
o usq; ĩ eternũ pparabo semẽ tuũ. Et
edificabo ĩ generatione ⁊ generatõnẽ:
sedẽ tuã. Confitebunt celi mirabilia
tua dñe: etenĩ veritatẽ tuã in ecclesia
sanctorũ. Quoniã quis in nubibus

equabit᷑ dn̄o: similis erit deo in filijs
dei. Deus qui glorificat᷑ in consilio
sanctoꝝ: magnus ⁊ terribilis super o-
mnes q̄ in circuitu eiꝰ sunt. Domine
deus virtutū quis similis tibi: potens
es domine: ⁊ veritas tua ī circuitu tuo.
Tu dn̄aris potestati maris: motū
autē fluctuū eiꝰ tu mitigas. Tu hu-
miliasti sicut vulneratū superbum: in
brachio virtutis tue dispersisti inimi-
cos tuos. Tui sunt celi ⁊ tua ē terra:
orbē terre ⁊ plenitudinē eiꝰ tu fundasti:
aq̄lonē ⁊ mare tu creasti. Thabor et
hermon ī nomine tuo exultabūt: tuū
brachiū cum potētia. Firmet᷑ manꝰ
tua ⁊ exaltet᷑ dextera tua: iusticia et iu-
diciū ꝑparatio sedis tue. Misericordi-
a et veritas p̄cedent faciē tuā beatꝰ po-
pulus qui scit iubilationem. Domi-
ne in lumine vultus tui ambulabūt:
et in noīe tuo exultabūt tota die: et in
iusticia tua exaltabunt᷑. Quoniam
gloria virtutis eoꝝ tu es: et ī beneplaci-
cito tuo exaltabit᷑ cornu nostrū. Qui-
a dn̄i ē assumptio nr̄a: ⁊ sancti isrl̄ re-
gis nr̄i. Tunc locutus es in visione
sanctis tuis: ⁊ dixisti posui adiutoriū
in potēte: ⁊ exaltaui electū de plebe mea.
Inueni dauid seruū meū: oleo sancto
meo unxi eum. Manꝰ enim mea au-
xiliabitur ei: et brachium meum con-
firmabit eū. Nichil pficiet inimicus
ī eo: ⁊ filiꝰ iniq̄tatis nō apponet nocere
ei. Et cōcidā a facie ipsius inimicos
eius: et odiētes eos in fugā conuertā.
Et veritas mea ⁊ misericordia mea cum
ipo: ⁊ in nomine meo exaltabitur cor-
nu eius. Et ponā in mari manum
eiꝰ: ⁊ in fluminibꝫ dexterā eius. Ipse
inuocabit me pater meꝰ es tu: deꝰ meꝰ
⁊ susceptor salutis mee. Et ego p̄mo-
genitū ponā illū: excelsū p̄ regibꝫ terre.

In eternū seruabo illi misericordiā meā:
et testamentū meū fidele ipi. Et ponā
in seculū seculi semen eiꝰ: et thronū eiꝰ
sicut dies celi. Si autē dereliquerint
filij eiꝰ legem meā: ⁊ in iudicijs meis
nō ambulauerint. Si iusticias meas
prophanauerint: ⁊ mādata mea non
custodierint. Visitabo ī virga iniqui-
tates eorū: ⁊ in verberibꝫ peccata eorū.
Misericordiā aūt meā nō dispergam
ab eo: neqꝫ nocebo in veritate mea.
Neqꝫ prophanabo testamentū meū:
et q̄ procedūt de labijs meis nō faciā
irrita. Semel iuraui ī sancto meo si
dauid mentiar: semen eiꝰ ī eternū ma-
nebit. Et thronus eiꝰ sicut sol ī con-
spectu meo: et sicut luna ꝑfecta in eter-
num: et testis ī celo fidelis. Tu vero
repulisti ⁊ despexisti: distulisti xpistum
tuū. Euertisti testamentū serui tui:
prophanasti in terra sanctuariū eius.
Destruxisti omēs sepes eius: posui-
sti firmamētū eius formidinem. Di-
ripuerūt eū omēs transeūtes viā: fa-
ctus ē opprobriū vicinis suis. Exal-
tasti dexterā deprimentiū eū: letificasti
omēs inimicos eiꝰ. Auertisti adiu-
toriū gladij eiꝰ ⁊ non es auxiliatus ei
in bello. Destruxisti eū ab emundati-
one: et sedem eiꝰ in terra collisisti. Mi-
norasti dies temporis eiꝰ: perfudisti
eū ꝯfusione. Vsquequo dn̄e auertis
in finē: exardescit sicut ignis ira tua?
Memorare que mea substātia nun-
quid enim vane cōstituisti omnes fili-
os hominū? Quis est homo qui vi-
uet ⁊ non videbit mortem: eruet ani-
mam suā de manu inferi? Vbi sunt
misericordie tue antique domine: si-
cut iurasti dauid ī veritate tua? Me-
mor esto dn̄e opprobrij seruoꝝ tuoꝝ:
qd̄ cōtinui in sinu meo multaꝝ gentiū.

Quod exprobrauerunt inimici tui
dñe: qđ exprobrauerūt cōmutationē
xpisti tui. Benedictus dñs ī eternum:
fiat fiat. Oracio moysi hoīs dei. 89.
Domine refugiū fact⁹ es nobis:
a generatione in generationem.
Priusq̄ȝ montes fierēt aut formaretꝰ
terra et orbis: a seculo ⁊ ī seculū tu es
deus. Ne auertas hominē ī humili-
tatem: ⁊ dixisti cōuertimini filij homi-
num. Quoniā mille āni āte oculos
tuos: tanq̄ȝ dies hesterna que preterijt.
Et custodia in nocte: q̄ pro nichilo
habentꝰ eoꝝ āni erunt. Mane sicut her-
ba transeat: mane floreat et trāseat:
vespere decidat induret ⁊ arescat. Qui-
a defecim⁹ ī ira tua: ⁊ ī furore tuo tur-
bati sum⁹. Posuisti iniq̄tates nr̄as
in cōspectu tuo: seculū nr̄m ī illumina-
tione vult⁹ tui. Quoniā omēs dies
nostri defecerūt: et in ira tua defecimus.
Anni nr̄i sicut aranea meditabuntꝰ:
dies ānoꝝ nostroꝝ in ip̄is septuagita
anni. Si autē ī potentatib3 octogita
āni: ⁊ ampli⁹ eoꝝ labor ⁊ dolor. Quo-
niā superuenit mansuetudo: ⁊ corripie-
mur. Quis nouit potestatē ire tue: ⁊
pre timore tuo irā tuā dinumerare?
Dexterā tuā sic notā fac: ⁊ eruditos
corde ī sapiētia. Conuertere dñe vsque-
quo: ⁊ dep̄cabilis esto sup seruos tuos.
Repleti sumus mane misc̄dia tua:
et exultauim⁹ ⁊ delectati sum⁹ ī omīb3
dieb3 nr̄is. Letati sum⁹ pro diebus
quib3 nos humiliasti: ānis q̄b3 vidi-
mus mala. Respice ī seruos tuos et ī
opera tua: ⁊ dirige filios eoꝝ. Et sit
splendor domini dei nostri sup nos:
et opera manuū nr̄aꝝ dirige sup nos:
et opus manuū nr̄arū dirige. Laus
Qui habitat in cātici ip̄i dd. 90.
adiutorio altissimi: ī p̄tectione
dei celi commorabitꝰ. Dicet domino
susceptor meus es tu ⁊ refugiū meum
deus meus: sperabo in eū. Quoniā
ip̄e liberabit me de laqueo venantiū:
et a verbo aspero. Scapulis suis ob-
umbrabit tibi: ⁊ sub pennis ei⁹ spera-
bis. Scuto circumdabit te veritas ei⁹:
nō timebis a timore nocturno. A sa-
gitta volante in die: a negocio pam-
bulāte in tenebris: ab incursu ⁊ demo-
nio meridiano. Cadent a latere tuo
mille: et decem milia a dextris tuis:
ad te aūt non appropinquabit. Ve-
runtamē oclis tuis cōsiderabis: ⁊ re-
tributionē peccatoꝝ videbis. Quoni-
am tu es dñe spes mea: altissimū po-
suisti refugiū tuū. Non accedet ad te
malū: ⁊ flagellū nō appropinquabit
tabernaculo tuo. Quoniā angelis su-
is mandauit de te: ut custodiāt te in
omīb3 vijs tuis. In manib3 porta-
bunt te: ne forte offendas ad lapidem
pedē tuū. Super aspidē ⁊ basiliscum
ambulabis: ⁊ cōculcabis leonem et
draconē. Quoniā in me sperauit libe-
rabo eū: protegā eū qm̄ cognouit no-
men meum. Clamauit ad me ⁊ ego
exaudiā eū: cum ip̄o sum ī tribulati-
one: eripiā eū ⁊ glorificabo eū. Lon-
gitudine dieꝝ replebo eū: et ostendā
illi salutare meū. P̄s cātici in die sab-
Bonū est confiteri dño: bati. 91.
⁊ psallere nomini tuo altissime.
Ad annūciandū mane misc̄diam
tuā: ⁊ veritatē tuā p noctē. In deca-
cordo psalterio: cum cātico ī cythara.
Quia delectasti me dñe ī factura tua:
et in operibus manuū tuaꝝ exultabo.
Quā magnificata sūt opera tua do-
mine: nimis profunde facte sunt cogi-
tationes tue. Vir insipiēs nō cognos-
cet: ⁊ stult⁹ nō intelliget hec. Cum

exorti fuerint peccatores sicut fenū: et
apparuerūt omnes q operant iniqtatē.
Ut intereāt in seculū seculi: tu autem
altissim⁹ in eternū dn̄e. Quoniā ecce
inimici tui dn̄e qm̄ ecce inimici tui peri-
bunt: ⁊ dispergent omnes q operātur
iniqtatem. Et exaltabit sicut unicor-
nis cornu meū: et senectus mea in mi-
sericordia uberi. Et despexit oculus
meus inimicos meos: ⁊ insurgētib3
in me malignātib3 audiet auris me-
a. Iustus ut palma florebit: sicut
cedrus libani mltiplicabit. Plātati
in domo dn̄i: in atrijs dom⁹ dei nr̄i
florebunt. Adhuc mltiplicabuntur
in senecta uberi: et bene paciētes erūt
et annūcient. Quoniā rectus domi-
nus deus noster: ⁊ non est iniquitas
in eo. Laus cātici dd̄ in die ante sab
batū qn̄ fundata est terra. xcij.
Dominus regnauit decorē indu-
tus est: indut⁹ ē dn̄s fortitudinē
et p̄cinxit se. Etenī firmauit orbem
terre: q nō commouebit. Parata se-
des tua ex tūc: a seculo tu es. Eleua-
uerūt flumina dn̄e: eleuauerūt flumi-
na uocem suā. Eleuauerūt flumina
fluctus suos: a uocib3 aquar mltar.
Mirabiles elationes maris: mira-
bilis in altis dn̄s. Testimonia tua
credibilia facta sūt nimis: domū tuā
decet sanctitudo domine in longitu-
dinē dierū. Ps dd̄ qrta sabbti. xciij.
Deus ultionū dn̄s: deus ultionū
libere egit. Exaltare q iudicas
terrā: redde retributionē superbis. Us-
quequo peccatores dn̄e: usquequo
peccatores gloriabunt: Effabunt
et loquent iniqtatē: loquentur omnes
qui operant iniusticiā. Populum
tuū dn̄e humiliauerūt: ⁊ hereditatem
tuā uexauerunt. Uiduā ⁊ aduenam
interfecerūt: ⁊ pupillos occiderūt. Et
dixerūt nō uidebit dn̄s: nec intelliget
de⁹ iacob. Intelligite insipientes in
ppl̄o: ⁊ stulti aliquando sapite. Qui
plātauit aurē nō audiet: aut q finxit
oculū nō cōsiderat. Qui corripit gen-
tes nō arguet: qui docet hominē sci-
entiā. Dominus scit cogitationes
hominū: qm̄ uane sūt. Beat⁹ homo
quē tu erudieris dn̄e: ⁊ de lege tua do-
cueris eū. Ut mitiges ei a dieb3 ma-
lis: donec fodiatur peccatori fouea.
Quia nō repellet dn̄s plebē suā: et
hereditatē suā non derelinquet. Quo-
adusq3 iusticia cōuertat in iudicium:
et qui iuxta illā: omnes q recto sunt
corde. Quis cōsurget michi aduersus
malignātes: aut qs stabit mecū ad-
uersus operātes iniquitatem. Nisi
qa dn̄s adiuuit me: paulominus ha-
bitasset in inferno anima mea. Si
dicebā mot⁹ ē pes me⁹: misericordia
tua dn̄e adiuuabat me. Secundum
mltitudinē dolor meor in corde meo:
cōsolationes tue letificauerūt animā
meā. Numquid adheret tibi sedes ini-
quitatis: qui fingis laborē in p̄cepto.
Captabunt ī aīam iusti: et sangui-
nem innocentē cōdemnabūt. Et fact⁹
est michi dn̄s ī refugiū: ⁊ de⁹ me⁹ in
adiutorium spei mei. Et reddet illis
iniquitatē ipor: ⁊ in malicia eorum
disperdet eos: disperdet illos dominus
deus noster. Laus cātici ipi dd̄. xciiij.
Uenite exultem⁹ dn̄o: iubilemus
deo salutari nostro. Preocupe-
mus faciē eius in cōfessione: et ī psal-
mis iubilemus ei. Quoniam deus
magnus dominus: ⁊ rex magnus
sup omnes deos. Quia in manu ei⁹
sunt omnes fines terre: et altitudines
montiū ipi⁹ sunt. Quoniā ipsius ē

mare ⁊ ipe fecit illud: ⁊ siccā man⁹ ei⁹
formauerūt. Venite adorem⁹ et pro-
cidamus ⁊ ploremus āte dn̄m q̄ fecit
nos: quia ipe ē de⁹ noster. Et nos
pplus pascue ei⁹: ⁊ oues manus eius.
Hodie si vocē eius audieritis: noli-
te obdurare corda vr̄a. Sicut in irri-
tatione: scd̄m diē temptationis in de-
serto. Ubi temptauerūt me pr̄es vr̄i:
probauerūt me ⁊ viderunt opera mea.
Quadraginta annis offensus fui ge-
nerationi illi: ⁊ dixi semp errāt corde.
Et isti nō cognouerūt vias meas:
ut iuraui in ira mea si introibunt in
requiem meā. Psalm⁹ dd̄ qn̄ domus
edificabatur post captiuitatē. xcv.
Cantate dn̄o canticū nouū: can-
tate dn̄o om̄is terra. Cantate
dn̄o et benedicite nomini ei⁹: annunci-
ate de die in diē salutare ei⁹. Annun-
ciate inter gentes gl'am ei⁹: in om̄ib⁊
pplis mirabilia ei⁹. Quoniā magn⁹
dn̄s et laudabilis nimis: terribilis est
sup om̄es deos. Quoniā om̄es dii
gentiū demonia: dn̄s autē celos fecit.
Confessio ⁊ pulcritudo i cōspectu ei⁹:
sanctimonia ⁊ magnificētia i sanctifi-
catione ei⁹. Afferte dn̄o patrie gentiū:
afferte dn̄o gloriā et honorē: afferte
dn̄o gloriā nomini ei⁹. Tollite hosti-
as et introite in atria eius: adorate
dominū in atrio sancto ei⁹. Commo-
ueat̄ a facie ei⁹ vniu̇sa terra: dicite in
gentib⁊ quia domin⁹ regnauit. Et-
enim correxit orbē terre qui non com-
mouebitur: iudicabit populos in e-
quitate. Letentur celi et exultet terra:
commoueat̄ mare ⁊ plenitudo eius:
gaudebūt campi ⁊ omnia que in eis
sūt. Tunc exultabūt oīa ligna silua-
rum a facie domini q̄a venit: qm̄ ve-
nit iudicare trā. Iudicabit orbē trre

in equitate: ⁊ pplos i veritate sua. Ps
dd̄ qn̄ terra eius r̄stituta est ei. xcvi.
Dominus regnauit exultet terra:
letentur insule multe. Nubes
⁊ caligo in circuitu ei⁹: iusticia ⁊ iudi-
ciū correctio sedis ei⁹. Ignis ante i-
psum pcedet: ⁊ inflammabit in circu-
itu inimicos ei⁹. Illuxerunt fulgura
eius orbi terre: vidit ⁊ commota ē ter-
ra. Montes sicut cera fluxerūt a facie
dn̄i: a facie dn̄i om̄is terra. Annūci-
auerūt celi iusticiā ei⁹: ⁊ viderūt om̄es
ppli gl'am ei⁹. Confundātur om̄es
qui adorāt sculptilia: ⁊ q̄ gl'ant̄ in si-
mulacris suis. Adorate eū omnes
angeli eius: audiuit ⁊ letata est syon.
Exultauerūt filie iude: pp̄ter iudicia
tua dn̄e. Quoniā tu dn̄s altissimus
sup omnē terrā: nimis exaltat⁹ es su-
pr om̄es deos. Qui diligitis dn̄m o-
dite malū: custodit dn̄s aīas sancto-
rum suoꝝ: de manu peccatoris libera-
uit eos. Lux orta est iusto: et rectis
corde leticia. Letamini iusti in do-
mino: et confitemini memorie san-
ctificationis eius. Psalm⁹ dd̄. xcvii.
Cantate domino canticum
nouū: quia mirabilia fe-
cit. Saluauit sibi dexte-
ra ei⁹: ⁊ brachiū sanctum
eius. Notum fecit dn̄s salutare suū:
in cōspectu gentiū reuelauit iusticiam
suā. Recordatus ē misericordie sue: ⁊
veritatis sue domui isrl̄. Viderūt
om̄es termini terre salutare dei nostri:
iubilate domino om̄is terra: cātate ⁊ ex-
ultate ⁊ psallite. Psallite domino in
cythara in cythara et voce psalmi: in
tubis ductilibus et voce tube cornee.
Iubilate in cōspectu regis domini:
moueat̄ mare ⁊ plenitudo eius: orbis
terrarꝝ ⁊ q̄ habitant in eo. Flumina

plaudēt manu simꝉ: montes exulta-
bunt a cōspectu dñi: qm̄ venit iudicare
terrā. Iudicabit orbē terrarꝫ ĩ iusticí-
a: ⁊ ꝑplos in equitate. Ps dd. xcviii.

Dominꝰ regnavit irascant̄ ꝑpli:
qui sedet sup̄ cherubin moveat̄
terra. Dominus in syon magnus: ⁊
excelsus super oēs ꝑplos. Confite-
ant̄ nomini tuo magno qm̄ terribile
et sanctū ē: ⁊ honor regis iudiciū dili-
git. Tu parasti directiones: iudiciū
et iusticiā ĩ iacob tu fecisti. Exaltate
dñm deū nr̄m: ⁊ adorate scabellū pe-
dum eiꝰ qm̄ sanctū ē. Moyses ⁊ aarō
in sacerdotibꝫ eiꝰ: ⁊ samuel inter eos q̄
invocāt nomē eiꝰ. Invocabāt dñm
et ip̄e exaudiebat eos: ĩ colūna nubis
loquebat̄ ad eos. Custodiebāt testi-
monia eiꝰ: ⁊ p̄ceptum quod dedit illis.
Domine deꝰ noster tu exaudiebas e-
os: deꝰ tu propitius fuisti eis: ⁊ ulci-
scens ĩ oēs adinventiōes eoꝝ. Ex-
altate dñm deum nr̄m: ⁊ adorate in
monte sācto eiꝰ: quoniā sanctꝰ dñs
deus noster. Ps in cōfessione. xcix.

Iubilate dño oīs terra: servite dño in le-
ticia. Introite in cōspectu eiꝰ: in exul-
tatione. Scitote qm̄ dñs ip̄e ē deus:
ip̄e fecit nos et nō ip̄i nos. Populꝰ
eius et oves pascue eiꝰ introite portas
eius ĩ cōfessione: atria eius in ymnis
confitemini illi. Laudate nomen eiꝰ
qm̄ suavis est dñs: ĩ eternū misericor-
dia eiꝰ: ⁊ usqꝫ ĩ generationē et genera-
tionē veritas eiꝰ. Ps ip̄i dd. c.

Misericordiā ⁊ iudicium cantabo
tibi dñe: psallā et intelligam ĩ
via immaculata quādo venies ad me.
Perambulabā ĩ innocencia cordis
mei: in medio domꝰ mee. Non pro-
ponebā ante oculos meos rem iniustā:
facientes p̄varicationes odivi. Non
adhesit michi cor pravū: declinantem
a me malignum non cognoscebam.
Detrahentem secreto proximo suo:
hūc p̄sequebar. Superbo oculo et in-
saciabili corde: cū hoc nō edebā. Ocu-
li mei ad fideles terre: ut sedeat mecū:
ambulās ĩ via immaculata hic michi
ministrabat. Non habitabit ĩ medio
domus mee q̄ facit sup̄biā: q̄ loquit̄
iniqua nō direxit ĩ cōspectu oculoꝝ me-
orum. In matutino interficiebam o-
mnes peccatores terre: ut disperderem
de civitate dñi oēs operātes iniqui-
tatem. Orō pauperis cū anxiatꝰ ē et
corā dño effudit p̄cē suā. ci.

Domine exaudi orationē meā: ⁊
clamor meꝰ ad te veniat. Non
avertas faciē tuā a me: in quacunqꝫ
die tribulor inclina ad me aurē tuā.
In quacūqꝫ die invocavero te: ve-
lociter exaudi me. Quia defecerunt
sicut fumus dies mei: et ossa mea si-
cut cremiū aruerunt. Percussus sum
ut fenū ⁊ aruit cor meum: q̄a oblitus
sum comedere panē meū. A voce ge-
mitus mei: adhesit os meū carni mee.
Similis factus sum pellicano solitu-
dinis: factꝰ sū sicut nicticorax in domi-
cilio. Vigilavi: et factus sum sicut
passer solitarius ĩ tecto. Tota die ex-
probrabāt michi inimici mei: et qui
laudabant me adv̄sum me iurabant.
Quia cinerē tanq̄ panē māducabā:
et poculū meū cū fletu miscebā. A fa-
cie ire indignationis tue: q̄a elevās
allisisti me. Dies mei sicut umbra
declinaverunt: et ego sicut fenū arui.
Tu aūt dñe in eternū permanes: et
memoriale tuū in generatione ⁊ gene-
ratione. Tu exurgens misereberis sy-
on q̄a tempus miserendi eiꝰ q̄a venit
tempus. Quoniā placuerunt servis

tuis lapides ei⁹ : ⁊ terre ei⁹ miserebun-
tur. Et timebūt gentes nomen tuū
dñe : et omnes reges terre gloriā tuā.
Quia edificauit dñs syon ⁊ videbit
in gloria sua. Respexit in oracionē
humiliū : et non sprevit p̄cem eorum.
Scribant͂ hec in generacōne altera :
et p̄plus qui creabitur laudabit dñm.
Quia prospexit de excelso sancto suo :
dñs de celo in terrā aspexit. Ut audi-
ret gemitus cōpeditoꝝ : ut solueret fi-
lios interemptorū. Ut ānuncient in
syon nomen dñi : et laudē ei⁹ ī ihrlm.
In cōueniendo p̄plos in unū : et re-
ges ut seruiāt dño. Respōdit ei ī via
virtutis sue : paucitatē dieꝝ meoꝝ nū-
cia michi. Ne reuoces me ī dimidio
dierū meoꝝ in generacionē ⁊ generaci-
onem anni tui. Initio tu dñe terrā
fundasti : ⁊ opera manuū tuaꝝ sunt
celi. Ipsi peribūt tu aūt p̄manes : et
om̄es sicut vestimentū veterascēt. Et
sicut opertorium mutabis eos et muta-
bunt͂ : tu aūt idem ipse es : ⁊ anni tui
non deficiēt. Filij seruorum tuorum
habitabunt et semen eorum in secu-
lum dirigetur. Psalm⁹ ip̄i dd. cii.
Benedic aīa mea dño : et omnia
q̄ intra me sūt nomini sācto ei⁹.
Benedic anima mea dño : ⁊ noli ob-
liuisci omnes retribuciones ei⁹. Qui
propiciatur om̄ibꝫ iniq̄tatibꝫ tuis : q̄
sanat om̄es infirmitates tuas. Qui
redimit de interitu vitā tuā : q̄ coronat
te ī misc̄dia et miseracionibꝫ. Qui re-
plet in bonis desideriū tuū : renouabit
ut aquile iuuent⁹ tua. Faciens mi-
sericordias dñs : ⁊ iudiciū omnibus
iniuriā pacientibꝫ. Notas fecit vias
suas moysi : filijs isrl̄ voluntates suas.
Miserator et misericors dominus :
longanimis et multū misericors. Non
in p̄petuū irascet͂ : neq; in eternū cōmi-
nabitur. Non scd̄m peccata nr̄a fecit
nobis : neq; scd̄m iniq̄tates nr̄as re-
tribuit nobis. Quoniā scd̄m altitu-
dinē celi a terra : corroborauit miseri-
cordiā suā sup timentes se. Quantū
distat ortus ab occidente : longe fecit
a nobis iniq̄tates nr̄as. Quomodo
miseret͂ pater filioꝝ misertus est dñs ti-
mentibꝫ se : qm̄ ipse cognouit figmen-
tum nr̄m. Recordat⁹ ē quoniam pul-
uis sumus : homo sicut fenū dies ei⁹ :
tanq̄ flos agri sic efflorebit. Quoniā
spirit⁹ p̄transibit ī illo ⁊ nō subsistet :
et nō cognoscet ām̄pli⁹ locū suū. Mise-
ricordia aūt dñi ab eterno ⁊ usq; ī eter-
num : sup timentes eū. Et iusticia il-
lius in filios filioꝝ : hijs q̄ seruant te-
stamentū ei⁹. Et memores sūt man-
datoꝝ ipius : ad faciendū ea. Domi-
nus in celo parauit sedē suā : ⁊ regnū
ip̄ius om̄ibus dominabitur. Benedi-
cite dño om̄es angeli ei⁹ potentes vir-
tute : facientes verbū illi⁹ ad audiendā
vocē sermonū ei⁹. Benedicite dño o-
mnes virtutes ei⁹ : ministri ei⁹ q̄ faciti͂s
voluntatē ei⁹. Benedicite dño om̄ia
op̄a ei⁹ : ī om̄i loco dn̄acionis ei⁹ be-
nedic aīa mea dño. Ps ip̄i dd. ciii.
Benedic anima mea dño : dñe de-
us meus magnificatus es vehe-
menter. Confessionē ⁊ decorē indu-
isti amict⁹ lumine sicut vestimento. Ex-
tendens celū sicut pellē : q̄ tegis aquis
superiora ei⁹. Qui ponis nubem ascen-
sum tuū : q̄ ambulas sup pennas ven-
torum. Qui facis angelos tuos spi-
ritus : et ministros tuos ignē urentē.
Qui fundasti terrā sup stabilitatē su-
am : non inclinabitur in seculū seculi.
Abissus sicut vestimentū amictus
eius : sup mōtes stabunt aque. Ab

increpacione tua fugient : a voce toni-
trui tui formidabũt. Ascendũt mon-
tes et descendunt campi : ĩ locum quē
fundasti eis. Terminũ posuisti quē
nõ trãsgredient : neqꝫ ↄuertentur ope-
rire terram. Qui emittis fontes ĩ con-
uallibus : inter mediũ montiũ ꝑtrans-
ibunt aque. Potabũt omnes bestie
agri : expectabunt onagri in siti sua.
Super ea volucres celi habitabunt :
de medio petrarum dabũt voces. Ri-
gans montes de superioribꝫ suis : de
fructu operũ tuoꝝ saciabitᷣ terra. Pro-
ducens fenũ iumētis : ⁊ herbã seruituti
hominũ. Ut educas panē de terra :
et vinũ letificet cor hominis. Ut exhi-
laret faciē ĩ oleo : ⁊ panis cor hominis
cõfirmet. Saturabunt ligna cãpi et
cedri libani q̃s plãtauit : illic passeres
nidificabũt. Herodii domꝰ dux est
eoꝝ : mõtes excelsi ceruis : petra refugi-
um herinaciis. Fecit lunam ĩ tempo-
re : sol cognouit occasũ suũ. Posui-
sti tenebras et facta est nox : in ipa per-
transibũt omnes bestie silue. Catuli
leonũ rugiētes ut rapiãt : et querant
a deo escã sibi. Ortus ē sol ⁊ ↄgregati
sunt : ⁊ in cubilibꝫ suis collocabũtur.
Exibit homo ad opꝰ suũ : ⁊ ad opera-
cionē suã usqꝫ ad vesperũ. Quã ma-
gnificata sunt opera tua dñe : omnia
in sapiētia fecisti : impleta ē terra pos-
sessione tua. Hoc mare magnum et
spaciosũ manibꝫ : illic reptilia quoꝝ
non ē numerus. Animalia pusilla
cũ magnis : illic naues ꝑtransibunt.
Draco iste quē formasti ad illuden-
dum ei : oĩa a te expectant ut des illis
escam ĩ tẽpe. Dante te illis colligēt : a-
periēte te manũ tuã oĩa implebunt bo-
nitate. Auertente autē te faciē turba-
buntur : auferes spiritũ eoꝝ ⁊ deficiēt :

et ĩ puluerē suũ reuertent. Emittes spi-
ritũ tuũ ⁊ creabunt : ⁊ renouabis faci-
em terre. Sit glã dñi ĩ seculũ : letabi-
tur dñs in operibꝫ suis. Qui respicit
terrã ⁊ facit eã tremere : q̃ tangit mon-
tes ⁊ fumigãt. Cantabo dño in vita
mea : psallã deo meo q̃diu sum. Io-
cundũ sit ei eloquiũ meũ : ego vero de-
lectabor ĩ domino. Deficiēt peccato-
res a terra et iniqui ita ut non sint : be-
nedic anima mea domino. Alla. ciiii.
Confitemini dño ⁊ inuocate no-
men eiꝰ : annunciate inter gentes
opera eius. Cantate ei ⁊ psallite ei :
narrate oĩa mirabilia eiꝰ : laudamini
in noĩe sãcto eiꝰ. Letet cor querentiũ
dñm : querite dñm et cõfirmamini :
querite faciē eiꝰ semꝑ. Mementote mi-
rabiliũ eiꝰ q̃ fecit : prodigia eiꝰ ⁊ iudi-
cia oris eiꝰ. Semen abrahã serui eiꝰ :
filii iacob electi eiꝰ. Ipse dñs deꝰ no-
ster : ĩ uniuersa terra iudicia eiꝰ. Memor
fuit ĩ seculũ testamenti sui : verbi quod
mãdauit ĩ mille generaciones. Quod
disposuit ad abrahã : ⁊ iuramenti sui
ad ysaac. Et statuit illud iacob in
preceptũ : ⁊ isrl̃ in testamentũ eternum.
Dicens tibi dabo terrã chanaan : fu-
niculũ hereditatis vr̃e. Cum essent
numero breui : paucissimi et incole eiꝰ.
Et ꝑtransierũt de gēte in gentē : ⁊ de
regno ad ꝑplm alterũ. Non reliquit
hoīem nocere eis : ⁊ corripuit pro eis
reges. Nolite tangere cristos meos :
et in ꝓphetis meis nolite malignari.
Et vocauit famē sup terrã : ⁊ omne
firmamentũ panis ↄtriuit. Misit ante
eos virũ : in seruũ venundatꝰ ẽ ioseph.
Humiliauerũt in cõpedibꝫ pedes eiꝰ :
ferrũ ꝑtransiit aīam eiꝰ donec veniret
verbũ eiꝰ. Eloquiũ dñi inflãmauit
eũ : misit rex et soluit eum : princeps

ipsorū et dimisit eū. Constituit eum
dñm domꝰ sue: ⁊ principē oīs posses-
sionis sue. Ut erudiret pricipes eius
sicut semetipm̄: ⁊ senes eiꝰ prudētiam
doceret. Et intrauit isrl' in egiptū: et
iacob accola fuit ī terra cham. Et au-
xit pplm̄ suum vehemēter: et firmauit
eū sup inimicos eius. Conuertit cor
eoꝝ ut odirent pplm̄ eius: ⁊ dolum
facerēt ī seruos eiꝰ. Misit moysen ser-
uum suū: aaron quē elegit ipm̄. Po-
suit in eis verba signoꝝ suoꝝ ⁊ prodi-
giorū: ī terra cham. Misit tenebras
et obscurauit: ⁊ nō exacerbauit sermo-
nes suos. Conuertit aquas eorū in
sanguinē: et occidit pisces eoꝝ. Et e-
didit terra eoꝝ ranas: ī penetrabilibꝫ
regū ipsoꝝ. Dixit et venit cinomia et
sciniphes ī omībꝫ finibꝫ eorū. Po-
suit pluuias eorū grandinē: ignem
comburentē in terra ipsoꝝ. Et percus-
sit vineas eoꝝ ⁊ ficulneas eoꝝ: et con-
triuit lignū finium eoꝝ. Dixit et venit
locusta et bruchus: cuius non erat nu-
merus. Et comedit oē fenū ī terra
eoꝝ: ⁊ comedit omnē fructū terre eoꝝ.
Et percussit oē primogenitū in terra
eoꝝ: primitias oīs laboris eoꝝ. Et e-
duxit eos cū argento et auro: et non
erat in tribubꝫ eorū infirmus. Leta-
ta est egiptus ī profectione eoꝝ: quia
incubuit timor eoꝝ sup eos. Expan-
dit nubem ī protectionē eorū: ⁊ ignē ut
luceret eis p noctem. Pecierunt et ve-
nit coturnix: ⁊ pane celi saturauit eos.
Dirupit petram et fluxerunt aque:
abierunt in sicco flumina. Quoniā
memor fuit verbi sancti sui: quod ha-
buit ad abraham puerū suū. Et edu-
xit pplm̄ suū in exultatione: et electos
suos ī leticia. Et dedit illis regiones
gentiū: ⁊ labores pplōꝝ possederūt. Ut
custodiant iustificationes eius: ⁊ le-
gem eius requirāt. Alla. cv.
Confitemini dño quō bonꝰ: quo-
niā ī seculū misericordia eiꝰ. Quis
loquetur potētias dñi: auditas fa-
et omēs laudes eiꝰ. Beati q̄ custodi-
unt iudiciū: et faciūt iusticiā in omi
tēpore. Memento nri dñe in benepla-
cito ppli tui: visita nos ī salutari tuo.
Ad videndū in bonitate electorū tuo-
rum: ad letandū in leticia gētis tue:
ut lauderis cū hereditate tua. Pecca-
uimus cum prībꝫ nrīs: iniuste egimꝰ
iniquitatem fecimꝰ. Patres nostri in e-
gipto nō intellexerunt mirabilia tua:
nō fuerūt memores multitudinis mise-
ricordie tue. Et irritauerūt ascenden-
tes in mari mari rubro: ⁊ saluauit e-
os ppter nomen suū: ut notā faceret
potentiā suā. Et increpuit mare ru-
brum ⁊ exsiccatū est: ⁊ deduxit eos in
abissis sicut ī deserto. Et saluauit e-
os de manu odientiū: ⁊ redemit eos
de manu inimici. Et operuit aqua
tribulantes eos: vnus ex eis nō remā-
sit. Et crediderūt verbis eius: et lau-
dauerunt laudē eius. Cito fecerūt ob-
liti sūt operū eius: non sustinuerunt
consiliū eius. Et concupierūt concupi-
scentiā in deserto: et temptauerūt deū
in inaquoso. Et dedit eis peticionē
ipsoꝝ: ⁊ misit saturitatē in aīas eorū.
Et irritauerūt moysen ī castris: aa-
ron sanctū dñi. Aperta est terra ⁊ de-
glutiuit dathan: ⁊ operuit sup cōgre-
gationē abiron. Et exarsit ignis
in synagoga eorū: flamma combussit
peccatores. Et fecerūt vitulū ī oreb:
et adorauerūt sculptile. Et mutaue-
runt gloriā suā in similitudinē vituli
comedentis fenū. Obliti sunt deum
qui saluauit eos: q̄ fecit magnalia

in egipto mirabilia ĩ terra cham: terri-
bilia in mari rubro. Et dixit ut dis-
perderet eos: si nõ moyses electus eiꝰ
stetisset ĩ ɔfractione in ɔspectu eiꝰ. Ut
auerteret iram eiꝰ ne disperderet eos:
et pro nichilo habuerũt terrã desiderabi-
lem. Non crediderũt verbo eius: et
murmurauerũt ĩ tabernaculis suis: nõ
exaudierũt vocẽ dñi. Et leuauit ma-
nũ suã sup eos: ut pſterneret eos ĩ de-
serto. Et ut deiceret semẽ eoꝝ ĩ natoni-
bꝫ: ⁊ dispgeret eos ĩ regionibꝫ. Et in-
iciati sũt beelphegor: ⁊ comederũt sacri-
ficia mortuoꝝ. Et irritauerunt eũ in
adinuentionibꝫ suis: ⁊ mltiplicata ẽ
in eis ruina. Et stetit phinees et pla-
cauit: et cessauit quassatio. Et repu-
tatũ ẽ ei in iusticiã: ĩ generatione et ge-
neratione usqꝫ ĩ sempiternũ. Et irri-
tauerũt eũ ad aquã ɔtradictionis: et
uexatꝰ ẽ moyses pp̃ter eos: q̃a exacer-
bauerũt spiritũ eiꝰ. Et distinxit ĩ la-
biis suis: nõ disperdiderũt gẽtes quas
dixit dñs deꝰ illis. Et commixti sũt
inter gentes: ⁊ didicerunt opera eoꝝ ⁊
seruierũt sculptilibꝫ eoꝝ: ⁊ factũ ẽ illis
in scandalũ. Et immolauerũt filios
suos ⁊ filias suas: demoniis. Et ef-
fuderũt sanguinẽ innocentẽ sanguinẽ
filioꝝ suoꝝ ⁊ filiaꝝ suaꝝ: q̃s sacrifica-
uerũt sculptilibꝫ chanaan. Et interfe-
cta est terra ĩ sanguinibꝫ: ⁊ ɔtaminata
est in operibꝫ eoꝝ: ⁊ fornicati sũt in ad-
inuentionibꝫ suis. Et iratꝰ ẽ furore
dñs in pplm suũ: ⁊ abhominatus ẽ he-
reditatẽ suã. Et tradidit eos in ma-
nus gentiũ: ⁊ dñati sunt eoꝝ q̃ oderũt
eos. Et tribulauerũt eos inimici eo-
rum: ⁊ humiliati sunt sub manibꝰ e-
oꝝ: sepe liberauit eos. Ipsi autẽ ex-
acerbauerũt eũ in ɔsilio suo: et humili-
ati sunt ĩ iniquitatibꝫ suis. Et vidit

cũ tribularent: ⁊ audiuit orationem
eoꝝ. Et memor fuit testamẽti sui: et
penituit eũ scḋm mltitudinẽ miſcḋie
sue. Et dedit eos ĩ miſcḋias: in con-
spectu omniũ q̃ ceperãt eos. Saluos
fac nos dñe deꝰ noster: ⁊ ɔgrega nos
de nationibus. Ut ɔfiteamur nomi-
ni sancto tuo: ⁊ gloriemur in laude tua.
Benedictꝰ dominus deus isrl' a secu-
lo et usqꝫ in seculum: et dicet omnis
populus fiat fiat. Alleluia. Alla. cvi.
Confitemini dño qm̃ bonꝰ: qm̃
in seculũ miſcḋia eiꝰ. Dicant q̃
redempti sunt a dño: quos redemit
de manu inimici: de regionibus con-
gregauit eos. A solis ortu ⁊ occasu:
ab aquilone et mari. Errauerũt ĩ so-
litudine ĩ inaquoso: viã ciuitatis ha-
bitaculi nõ inuenerũt. Esurientes et si-
tientes: aĩa eoꝝ in ipis defecit. Et
clamauerũt ad dñm cũ tribularentur:
et de necessitatibꝫ eoꝝ eripuit eos. Et
deduxit eos in viã rectã: ut irent in ci-
uitatẽ habitationis. Confiteantur
dño miſcḋie eiꝰ: ⁊ mirabilia eiꝰ filiis
hominũ. Quia saciauit aĩam ina-
nem: ⁊ aĩam esurientem saciauit bo-
nis. Sedentes in tenebris et umbra
mortis: uinctos ĩ mendicitate ⁊ ferro.
Quia exacerbauerũt eloquia dei: et
consilium altissimi irritauerunt. Et
humiliatum est in laboribus cor eo-
rum: infirmati sũt nec fuit q̃ adiuua-
ret. Et clamauerũt ad dñm cũ tribu-
larent: ⁊ de necessitatibus eoꝝ libera-
uit eos. Et eduxit eos de tenebris ⁊
umbra mortis: ⁊ uincula eorũ disru-
pit. Confiteantur dño miſcḋie eiꝰ: et
mirabilia eiꝰ filiis hominũ. Quia cõ-
triuit portas ereas: ⁊ uectes ferreos cõ-
fregit. Suscepit eos de via iniquitatis
eorum: propter iniusticias enĩ suas

humiliati sũt. Omnē escā abomina-
ta est aīa eoꝝ: ⁊ appropinquauerunt
usq; ad portas mortis. Et clamaue-
runt ad dñm cū tribularent̄: et de ne-
cessitatibꝫ eoꝝ liberauit eos. Misit ver-
bum suū ⁊ sanauit eos: ⁊ eripuit eos
de interitionibꝫ eoꝝ. Confiteant̄ do-
mino misericordie eiꝰ: ⁊ mirabilia eiꝰ
filijs hominū. Et sacrificent sacrifi-
cium laudis: ⁊ annunciēt opera eius
in exultatione. Qui descendūt mare
in nauibꝫ: faciētes operationē ī aquis
multis. Ipsi viderūt opera dñi: ⁊ mi-
rabilia eiꝰ in profundo. Dixit ⁊ stetit
spiritꝰ procelle: ⁊ exaltati sūt fluctus
eius. Ascendunt usq; ad celos et de-
scendūt usq; ad abissos: aīa eorū in
malis tabescebat. Turbati sunt et
moti sunt sicut ebriꝰ: ⁊ omīs sapienti-
a eoꝝ deuorata ē. Et clamauerūt ad
dñm cū tribularent̄: ⁊ de necessitatibꝫ
eoꝝ eduxit eos. Et statuit procellam
eius in aurā: ⁊ siluerunt fluctus eius.
Et letati sūt quia siluerūt: ⁊ deduxit
eos in portū voluntatis eoꝝ. Confite-
antur dño misericordie eius: ⁊ mirabilia
eius filijs hominū. Et exaltent eum ī
ecclesia plebis: ⁊ in kathedra seniorꝝ
laudēt eū. Posuit flumina ī desertū:
et exitus aquaꝝ in sitim. Terrā fructi-
feram ī salsuginē: a malicia inhabi-
tantiū in ea. Posuit desertū ī stagna
aquaꝝ: ⁊ terrā sine aqua in exitus a-
quaꝝ. Et collocauit illic esurientes:
et constituerunt ciuitatē habitationis.
Et seminauerūt agros ⁊ plātauerūt
vineas: ⁊ fecerūt fructum natiuitatis.
Et benedixit eis ⁊ multiplicati sunt
nimis: ⁊ iumēta eoꝝ nō minorauit.
Et pauci facti sūt: ⁊ vexati sunt a tri-
bulatione maloꝝ ⁊ dolore. Effusa
est contemptio super principes: ⁊ errare
fecit eos in inuio ⁊ non ī via. Et ad-
iuuit pauperē de inopia: ⁊ posuit si-
cut oues familias. Videbunt recti
⁊ letabunt̄: ⁊ omīs iniquitas oppila-
bit os suū. Quis sapiēs et custodiet
hec: et intelliget misericordias dñi?
Alleluia. Canticū ps' ipi dauid.
Paratū cor meū deꝰ paratum cor .cvii.
meū: cātabo ⁊ psallā ī glā mea.
Exurge psalteriū et cythara: exsur-
gam diluculo. Confitebor tibi ī ppłis
dñe: ⁊ psallā tibi ī nationibꝫ. Quia
magna sup celos misericordia tua: ⁊ usq;
ad nubes veritas tua. Exaltare sup
celos deꝰ: ⁊ super omnē terrā glā tua:
ut liberent̄ dilecti tui. Saluū fac dexte-
ra tua ⁊ exaudi me: deꝰ locutus est in
sancto suo. Exultabo ⁊ diuidā sichi-
mam: ⁊ conuallē tabernaculorū dime-
tiar. Meus ē galaad ⁊ meꝰ ē manas-
ses: ⁊ ephraim susceptio capitis mei.
Iuda rex meꝰ: moab lebes spei mee.
In ydumeā extendā calciamentum
meū: michi alienigene amici facti sūt.
Quis deducet me ī ciuitatem muni-
tam: quis deducet me usq; in ydume-
am? Nonne tu deꝰ q̄ repulisti nos:
et non exibis deꝰ in virtutibꝫ nr̄is?
Da nobis auxiliū de tribulatione:
quia vana salus hominis. In deo
facienꝰ virtutē: ⁊ ipse ad nichilū dedu-
cet inimicos nr̄os. In finē ps dd.
Deus laudē meam ne taci- cviii.
teris: quia os peccatoris ⁊ os do-
losi sup me apertū est. Locuti sunt
aduersum me lingua dolosa: ⁊ sermo-
nibꝫ odij circumdederūt me ⁊ expugna-
uerunt me gratis. Pro eo ut me di-
ligerēt detrahebāt michi: ego aūt ora-
bam. Et posuerūt aduersum me ma-
la pro bonis: ⁊ odiū pro dilectione
mea. Constitue sup eum peccatorē:

et dyabolus stet a dextris ei⁹. Cum
iudicatur exeat cōdemnat⁹: et oratio e-
ius fiat in peccatū. Fiant dies ei⁹ pau-
ci: et episcopatū eius accipiat alter.
Fiant filij ei⁹ orphani: et uxor eius
vidua. Nutantes trāsferentur filij eius
et mendicent: eiciantur de habitationibꝫ
suis. Scrutetur fenerator omnem sub-
stantiā ei⁹: et diripiāt alieni labores
eius. Non sit illi adiutor: nec sit qui
misereatur pupillis ei⁹. Fiant nati ei⁹
in interitū: i generatione una deleatur
nomē ei⁹. In memoriā redeat iniq-
tas prīm ei⁹ in cōspectu dn̄i: et peccatū
mr̄is eius nō deleatur. Fiant ɔtra do-
minū semp: et dispereat de terra memo-
ria eorū: pro eo q̄ nō est recordat⁹ fa-
cere misedīam. Et psecut⁹ ē hominē
inopē et mendicū: et compunctū corde
mortificare. Et dilexit maledictionē
et veniet ei: et noluit benedictionē et e-
longabitur ab eo. Et induit maledi-
ctionē sicut vestimentū: et intrauit si-
cut aqua i interiora ei⁹: et sicut oleū i
ossibꝫ ei⁹. Fiat ei sicut vestimentum
quo operitur: et sicut zona qua semper
precingitur. Hoc opus eorū q̄ detrahūt
michi apud dn̄m: et q̄ loquuntur mala
aduſus animā meā. Et tu dn̄e dn̄e
fac mecū propter nomen tuū: q̄a sua-
uis ē misedīa tua. Libera me q̄a ege-
nus et paup ego sū: et cor meū cōtur-
batū est intra me. Sicut umbra cum
declinat ablatus sū: et excussus sum
sicut locuste. Genua mea infirmata
sunt a ieiunio: et caro mea immuta-
ta ē propter oleū. Et ego fact⁹ sum
opprobriū illis: viderūt me et mouerūt
capita sua. Adiuua me dn̄e de⁹ me-
us: saluū me fac propter misedīam
tuā. Et sciant q̄a man⁹ tua hec: et tu
domine fecisti eā. Maledicent illi et tu
benedices: q̄ insurgūt i me ɔfundantur:
seruus aūt tuus letabitur. Induantur q̄
detrahūt michi pudore: et operiantur si-
cut dyploide cōfusione sua. Confite-
bor dn̄o nimis i ore meo: et in medio
mltorū laudabo eum. Quia astitit a
dextris pauperis: ut saluā faceret a p-
sequentibꝫ aīam meā. Psalm⁹ dd̄. cix.
Dixit dn̄s dn̄o meo: sede
a dextris meis. Donec
ponā inimicos tuos: sca-
bellum pedū tuorū. Virgā
virtutis tue emittet dn̄s ex syō: dn̄are
in medio inimicorū tuorū. Tecū prin-
cipiū i die v̄tutis tue i splēdoribꝫ sāctorū:
ex vtero ante luciferū genui te. Iura-
uit dn̄s et nō penitebit eū: tu es sacer-
dos i eternū scd̄m ordinē melchisedech.
Domin⁹ a dextris tuis: ɔfregit in die
ire sue reges. Iudicabit dn̄s in nati-
onibꝫ implebit ruinas: cōquassabit
capita in terra mltorū. De torrente in
via bibet: propterea exaltabit caput.
Confitebor tibi domine. Alleluia.
in toto corde meo: in consilio iu-
storum et congregatione. Magna
opera domini: exquisita in omnes
volūtates ei⁹. Confessio et magnifi-
cētia opus ei⁹: et iusticia eius manet
in seculū seculi. Memoriā fecit mira-
biliū suorū misericors et miserator dn̄s:
escam dedit timētibꝫ se. Memor erit in
seculū testamenti sui: virtutē operū su-
orū ānunciabit populo suo. Ut det
illis hereditatē gentiū: opera manuū
ei⁹ veritas et iudiciū. Fidelia oīa
mādata ei⁹: ɔfirmata in seculū seculi:
facta in veritate et equitate. Redēpti-
onem misit populo suo: mandauit
in eternū testamentū suū. Sanctū et
terribile nomen eius: initiū sapientie
timor dn̄i. Intellectus bon⁹ omībꝫ

faciētibꝫ eū: laudatō eiꝰ manet ī seculū
seculi. Alla. In reūsione aggei et za-
Beatꝰ vir q̄ timet dn̄m: charie. cxi.
ī mādatis eiꝰ volet nimis. Po-
tens ī terra erit semē eiꝰ: generatō recto-
rum benedicet̄. Gloria ⁊ divitie ī do-
mo eiꝰ: ⁊ iusticia eiꝰ manet in seculū
seculi. Exortū ē in tenebris lumen re-
ctis: misericors ⁊ miserator et iustus.
Iocundꝰ hō q̄ miseret̄ ⁊ commo-
dat: disponit s̄mones suos ī iudicio:
q̄a in eternum nō ɔmovebit̄. In me-
moria eterna erit iustꝰ: ab auditione
mala nō timebit. Paratū cor eiꝰ spe-
rare ī dn̄o: ɔfirmatū ē cor eius: non
cōmovebit̄ donec despiciat inimicos
suos. Dispersit dedit pauperibꝫ: iusti-
cia eiꝰ manet ī seculū seculi: cornu eiꝰ
exaltabit̄ in gloria. Peccator videbit
⁊ irascetur: dētibꝫ suis fremet ⁊ tabescet:
desideriū peccatoꝝ pibit. Alleluia. cxii.
Laudate pueri dn̄m: laudate no-
men dn̄i. Sit nomē dn̄i benedi-
ctum: ex hoc nūc ⁊ usqꝫ in seculū. A
solis ortu usqꝫ ad occasū: laudabile
nomē dn̄i. Excelsus sup̄ oēs gen-
tes dn̄s: ⁊ sup̄ celos gloria eiꝰ. Quis
sicut dn̄s deꝰ noster: q̄ in altis habi-
tat ⁊ humilia respicit ī celo ⁊ in terra?
Suscitās a terra inopē: ⁊ de stercore
erigēs pauperē. Ut collocet eum cum
pricipibꝫ: cū pricipibꝫ ppli sui. Qui
habitare facit sterilem in domo: ma-
trem filiorū letantē. Alleluia. cxiii.
In exitu israhel de egipto: domꝰ iacob
de pplo barbaro. Facta ē iudea sancti-
ficatio eiꝰ: israhel potestas eiꝰ. Mare
vidit ⁊ fugit: iordanis ɔversus ē retror-
sum. Montes exultaverūt ut arietes:
et colles sicut agni oviū. Quid ē tibi
mare q̄ fugisti: ⁊ tu iordanis q̄a con-
versus es retrorsū. Montes exultastis

sicut arietes: ⁊ colles sicut agni oviū.
A facie dn̄i mota ē t̄ra: a facie dei ia-
cob. Qui ɔvertit petrā ī stagna aquaꝝ:
et rupē in fōtes aquaꝝ. Non nobis
dn̄e nō nobis: sed nomini tuo da glo-
riam. Sup̄ misericdia tua ⁊ veritate tu-
a: ne quādo dicāt gentes ubi ē deꝰ eoꝝ.
Deus aūt noster ī celo: oīa quecūqꝫ
voluit fecit. Simulacra gentium ar-
gentū et aurū: opera manuū hoīnū.
Os habēt et nō loquent̄: oculos ha-
bent ⁊ nō videbūt. Aures habent et
nō audiēt: nares habēt ⁊ non odora-
būt. Manus habent ⁊ nō palpabūt:
pedes habēt ⁊ nō ambulabūt: non cla-
mabūt ī gutture suo. Similes illis
fiant q̄ faciūt ea: ⁊ oēs q̄ confidūt
in eis. Domus isrl̄ speravit in dn̄o:
adiutor eoꝝ ⁊ protector eoꝝ ē. Domꝰ
aaron speravit ī dn̄o: adiutor eoꝝ et
protector eoꝝ est. Qui timēt dn̄m spe-
raverūt ī dn̄o: adiutor eoꝝ ⁊ protector
eoꝝ est. Dominꝰ memor fuit nostri:
et benedixit nobis. Benedixit domui
isrl̄: benedixit domui aaron. Benedi-
xit oībꝫ qui timēt dn̄m: pusillis cū
maioribꝫ. Adiciat dn̄s sup̄ vos: su-
per vos et sup̄ filios vr̄os. Benedicti
vos a dn̄o: q̄ fecit celū et t̄rā. Celum
celi dn̄o: terrā aūt dedit filiis hoīnū.
Non mortui laudabūt te dn̄e: neqꝫ
oēs qui descendūt in infernū. Sed
nos q̄ vivimꝰ benedicimꝰ dn̄o: ex hoc
nūc ⁊ usqꝫ ī seculū. Alleluia. cxiiii.
Dilexi: quoniā exaudiet dn̄s
vocē orationis mee. Quia
inclinavit aurē suā michi: ⁊
in diebꝫ meis invocabo. Circumdede-
runt me dolores mortis: ⁊ pericula in-
ferni invenerūt me. Tribulationem
et dolorē inveni: ⁊ nomē dn̄i invoca-
vi. O dn̄e libera aīam meā: misericors

dñs ⁊ iust⁹: et de⁹ noster miseret̄. Cu-
stodiēs paruulos dñs: humiliatus
sum ⁊ liberauit me. Conuertere aīa
mea ī requiē tuā: q̄a dñs benefecit ti-
bi. Quia eripuit animam meam de
morte: oculos meos a lacrimis: pe-
des meos a lapsu. Placebo domi-
no: in regione viuoꝝ. Alleluia. Alla.
.cxv. Credidi propter qd̄ locut⁹ sū: ego
aūt humiliat⁹ sū nimis. Ego
dixi in excessu meo: om̄is homo men-
dax. Quid retribuā dño: p omībꝫ
que retribuit michi. Calicē salutaris
accipiā: et nomē dñi inuocabo. Uo-
ta mea dño reddā corā om̄i pplo ei⁹:
preciosa ī ↄspectu dñi mors sc̄oꝝ ei⁹.
O dñe q̄a ego seruus tu⁹: ego seruus
tuus ⁊ fili⁹ ancille tue. Dirupisti vin-
cula mea: tibi sacrificabo hostiā lau-
dis: ⁊ nomen dñi inuocabo. Uota
mea dño reddā ī conspectu om̄is popu-
li eius: in atrijs domus domini in
medio tui ihrlm. Alleluia. Alleluia
cxvi. Laudate dñm om̄es gentes: lau-
date eū omnes ppli. Quoniam
ↄfirmata ē sup nos mīa ei⁹: ⁊ veri-
tas dñi manet ī eternū. Alleluia. Alla.
cxvij. Confitemini dño q̄m bon⁹: q̄m
ī seculū mīa ei⁹. Dicat nūc
isrl̄ quoniā bon⁹: q̄m in sec̄lm miseri-
cordia ei⁹. Dicat nunc dom⁹ aarō:
q̄m in sec̄lm mīa ei⁹. Dicant nūc
qui timēt dñm: q̄m in sec̄lm mīa
eius. De tribulacōne inuocaui domi-
nū: et exaudiuit me ī latitudine dñs.
Dominus michi adiutor: nō time-
bo qd̄ faciat michi homo. Domin⁹
michi adiutor: ⁊ ego despiciā inimi-
cos meos. Bonū est cōfidere in dño:
q̄ȝ cōfidere ī hoīe. Bonū ē sperare in
dño: q̄ȝ sperare ī pricipibꝫ. Omnes
gentes circuierūt me: ⁊ ī nomine dñi
quia vltus sum in eos. Circundan-
tes circundederunt me: ⁊ in nomine
dñi q̄a vltus sum ī eos. Circundede-
runt me sicut apes: et exarserūt sicut i-
gnis ī spinis: ⁊ in noīe dñi q̄a vltus
sum ī eos. Impulsus euersus sum ut
caderē: et dñs suscepit me. Fortitu-
do mea ⁊ laus mea dñs: ⁊ factus est
michi ī salutē. Uox exultacōnis ⁊ sa-
lutis: ī tabernaclis iustoꝝ. Dextera
dñi fecit virtutē: dextera dñi exaltauit
me: dextera dñi fecit virtutē. Non mo-
riar sed viuā: ⁊ narrabo opera domi-
ni. Castigās castigauit me dñs: et
morti nō tradidit me. Aperite michi
portas iusticie: ingressus in eas ↄfite-
bor dño: hec porta dñi iusti intrabūt
in eā. Confitebor tibi q̄m exaudisti
me: ⁊ factus es michi in salutē. La-
pidem quē reprobauerūt edificātes: hic
factus ē in caput anguli. A domino
factū est istud: ⁊ est mirabile in oculis
nostris. Hec ē dies quā fecit dñs: ex-
ultem⁹ ⁊ letemur in ea. O dñe saluū
me fac: o domine bene prosperare: be-
nedictus q̄ venit ī nomine dñi. Bene-
diximus vobis de domo dñi: deus
dñs ⁊ illuxit nobis. Constituite diē
solemnē ī cōdensis: usqꝫ ad cornu al-
taris. Deus meus es tu ⁊ confitebor
tibi: de⁹ me⁹ es tu ⁊ exaltabo te. Con-
fitebor tibi q̄m exaudisti me: ⁊ factus
es michi in salutē. Confitemini do-
mino quoniā bon⁹: quoniā ī sec̄lm
mīa eius. Alla. Aleph. cxviij.
Beati immaculati ī via: q̄ ambu-
lant ī lege dñi. Beati q̄ scrutan-
tur testimonia ei⁹: in toto corde exqui-
runt eū. Non eni q̄ opant̄ iniq̄tatē:
in vijs eis ābulauerūt. Tu manda-
sti: mādata tua custodiri nimis. Uti-
nā dirigant̄ vie mee: ad custodiendas

iustificationes tuas. Tunc nō cōfun-
dar : cū perspexero in omībꝫ mādatis
tuis. Confitebor tibi ī directione cor-
dis : ī eo q̄ didici iudicia iusticie tue.
Iustificationes tuas custodiam :
nō me derelinquas usquequaqꝫ. Beth.
In quo corrigit adolescētior viā suā : in
custodiendo s̄mones tuos. In toto
corde meo exquisiui te : ne repellas me
a mādatis tuis. In corde meo abscō-
di eloquia tua : ut nō peccē tibi. Be-
nedict⁹ es dn̄e : doce me iustificatōnes
tuas. In labijs meis : pronūciaui
omīa iudicia oris tui. In via testi-
moniorꝫ tuorꝫ delectat⁹ sū : sicut ī omi-
bus diuitijs. In mādatis tuis exer-
cebor : ⁊ cōsiderabo vias tuas. In iu-
stificationibus tuis meditabor : nō
obliuiscar sermones tuos. Gymel.
Retribue seruo tuo : viuifica me ⁊
custodiā sermones tuos. Re-
uela oculos meos : ⁊ cōsiderabo mira-
bilia de lege tua. Incola ego sū ī ter-
ra : nō abscondas a me mandata tua.
Concupiuit aīa mea desiderare iusti-
ficationes tuas : ī omī tēpore. Incre-
pasti supbos : maledicti q̄ declinant
a mandatis tuis. Aufer a me oppro-
briū ⁊ cōtemptū : q̄a testimonia tua ex-
quisiui. Etenī sederūt pricipes et ad-
uersum me loquebant̄ : s̄uus aūt tu⁹
exercebat̄ ī iustificatōnibꝫ tuis. Nam
et testimonia tua meditatō mea ē : et
cōsiliū meū iustificationes tue. Deleth.
Adhesit pauimēto aīa mea : viuifi-
ca me scdm verbū tuū. Vias
meas enunciaui ⁊ exaudisti me : doce
me iustificationes tuas. Viā iustifi-
cationū tuarꝫ instrue me : ⁊ exercebor ī
mirabilibus tuis. Dormitauit aīa
mea pre tedio : cōfirma me in verbis
tuis. Viam iniq̄tatis amoue a me :
et de lege tua miserere mei. Viam ve-
ritatis elegi : iudicia tua nō sum obli-
tus. Adhesi testimonijs tuis dn̄e : no-
li me cōfundere. Viam mādatorū tu-
orū cucurri : cū dilatasti cor meum. He.
Legem pone michi dn̄e viā iusti-
ficationū tuarꝫ : et exquirā eam
semp. Da michi intellectū ⁊ scrutabor
legē tuā : ⁊ custodiā illā in toto corde
meo. Deduc me in semita mādatorū
tuorꝫ : q̄a ipam volui. Inclina cor
meū ī testimonia tua : ⁊ nō ī auariciā.
Auerte oculos meos ne videāt vanita-
tem : in via tua viuifica me. Statue
seruo tuo eloquiū tuū : in timore tuo.
Amputa opprobriū meū qd̄ suspica-
tus sum : q̄a iudicia tua iocūda. Ecce
cōcupiui mādata tua : ī equitate tua vi-
uifica me. Et veniat sup me uiuifica me. Vau.
misericordia tua dn̄e : salutare tuū
secundū eloquiū tuū. Et respōdebo
exprobrātibus michi verbū : quia spe-
raui in s̄monibus tuis. Et ne aufe-
ras de ore meo verbū veritatis usque-
quaqꝫ : q̄a in iudicijs tuis supsperaui.
Et custodiā legē tuā semp : ī seclm ⁊ ī
seclm seculi. Et ambulabā in latitudi-
ne : quia mandata tua exquisiui. Et
loquebar in testimonijs tuis in cōspe-
ctu regū : ⁊ nō cōfundebar. Et medi-
tabar : in mādatis tuis q̄ dilexi. Et
leuaui man⁹ meas ad mādata tua
que dilexi : ⁊ exercebor ī iustificatōnibꝫ
Memor esto verbi tui [tuis. Zay.
seruo tuo : in quo michi spem de-
disti. Hec me cōsolata ē in humilita-
te mea : q̄a eloquiū tuū viuificauit
me. Superbi inique agebant usque-
quaqꝫ : a lege autem tua nō declinaui.
Memor fui iudiciorꝫ tuorꝫ a seculo do-
mine : ⁊ cōsolat⁹ sum. Defectio tenu-
it me : pro peccatoribus derelinquētibꝫ

legem tuā. Cantabiles michi erant
iustificatōnes tue : ī loco peregrinatio-
nis mee. Memor fui nocte nominis
tui dñe : ⁊ custodiui legē tuā. Hec fa-
cta ē michi : q̄a iustificatōnes tuas ex-
Portio mea dñe : quisiui. Heth
dixi custodire legē tuā. Depre-
catus sū faciē tuā ī toto corde meo : mi-
serere mei scdm eloquiū tuū. Cogita-
ui vias meas : ⁊ ɔuerti pedes meos ī
testimonia tua. Paratus sū et non
sum turbat⁹ : ut custodiā mādata tua.
Funes peccatoꝝ circūplexi sūt me : ⁊
legē tuā nō sū oblitus. Media nocte
surgebā ad ɔfitendū tibi : sup iudicia
iustificatōnes tue. Particeps ego sū
omniū timentiū te : ⁊ custodientium
mādata tua. Misc̄dia tua dñe plena
ē fra : iustificatōnes tuas doce me. Teth.
Bonitatē fecisti cū seruo tuo dñe :
scdm verbū tuū. Bonitatem et
disciplinā ⁊ scientiam doce me : q̄a in
mādatis tuis credidi. Priusq̄ humi-
liarer ego deliqui : propterea eloquiū
tuū custodiui. Bonus es tu : ⁊ ī boni-
tate tua doce me iustificationes tuas.
Multiplicata ē sup me iniq̄tas supe-
borū : ego aūt in toto corde meo scru-
tabor mandata tua. Coagulatū est
sicut lac cor eoꝝ : ego vero legē tuā me-
ditatus sum. Bonum michi quia
humiliasti me : ut discam iustificati-
ones tuas. Bonum michi lex oris
tui : super milia auri ⁊ argenti. Ioth.
Manus tue fecerunt me ⁊ plasma-
uerūt me : da michi intellectū ut
discā mādata tua. Qui timent te vide-
bunt me ⁊ letabunt̄ : q̄a in verba tua
supsperaui. Cognoui dñe q̄a equi-
tas iudicia tua : ⁊ ī veritate tua humi-
liasti me. Fiat misc̄dia tua ut ɔsolet̄
me : secundū eloquium tuum seruo tuo.

Ueniāt michi miseratōnes tue et vi-
uam : quia lex tua meditatio mea est.
Confundant̄ superbi q̄a iniuste ini-
quitatē fecerūt ī me : ego aūt exercebor
in mādatis tuis. Conūtant̄ michi
timentes te : et qui nouerunt testimo-
nia tua. Fiat cor meū immaculatū
in iustificatōnibꝫ tuis : ut nō ɔfundar.
Defecit ī salutari tuū aīa Caph.
mea : ⁊ in verbū tuū supsperaui.
Defecerūt oculi mei ī eloquiū tuū : di-
centes quādo ɔsolaberis me. Quia
fact⁹ sum sicut uter ī pruina : iustifica-
tiones tuas nō sū oblit⁹. Quot sūt
dies serui tui : quādo facies de ꝑsequēti-
bus me iudiciū. Narrauerūt michi
iniqui fabulatiōnes : sed nō ut lex tua.
Omnia mādata tua veritas : iniqui
ꝑsecuti sunt me adiuua me. Paulo-
min⁹ ɔsumauerūt me ī terra : ego aūt
non dereliqui mādata tua. Secundū
misericordiam tuam viuifica me : et
custodiā testimonia oris tui. Lameth.
In eternū dñe : verbū tuū pmanet ī celo.
In generatione et generationē veri-
tas tua : fundasti terrā ⁊ permanet. Or-
dinatione tua ꝑseuerat dies : quoniā
oīa seruiūt tibi. Nisi q lex tua me-
ditatio mea ē : tūc forte periissem in hu-
militate mea. In eternū non obliui-
scar iustificationes tuas : q̄a in ipsis
viuificasti me. Tuus sū ego saluū
me fac : qm̄ iustificationes tuas exqui-
siui. Me expectauerunt peccatores ut
perderēt me : testimonia tua intellexi.
Omnis ɔsūmationis vidi finem : la-
tum mandatum tuum nimis. Mem.
Quomodo dilexi legē tuā dñe : to-
ta die meditatio mea ē. Super
inimicos meos prudētem me fecisti
mandato tuo : q̄a in eternū michi est.
Super oēs docentes me intellexi :

quia testimonia tua meditacō mea ē.
Super senes intellexi: q̄a mādata tu=
a quesiui. Ab omī via mala ꝓhibui
pedes meos: ut custodiam verba tua.
A iudicijs tuis nō declinaui: quia
tu legē posuisti michi. Quā dulcia
faucibꝫ meis eloquia tua: sup mel ori
meo. A mādatis tuis intellexi: ꝓpter=
ea odiui omnē viā iniquitatis. Nun.
Lucerna pedibꝫ meis verbū tuū:
et lumē semitis meis. Iuraui:
et statui custodire iudicia iusticie tue.
Humiliatꝰ sū usquequaqꝫ: dñe vi=
uifica me scdm verbū tuū: volūtaria
oris mei beneplacita fac dñe: ꝛ iudici=
a tua doce me. Anima mea in mani=
bus meis semꝑ: ꝛ legē tuā nō sum ob=
litus. Posuerūt peccatores laqueum
michi: ꝛ de mādatis tuis non erraui.
Hereditate acquisiui testimonia tua
in eternū: q̄a exultacō cordis mei sūt.
Inclinaui cor meū ad faciēdas iusti=
ficacōnes tuas i eternū: ꝓpter retributi=
Iniquos odio habui: onē. Samech.
et legē tuā dilexi. Adiutor ꝛ susceptor
meus es tu: ꝛ in verbū tuū supsperaui.
Declinate a me maligni: ꝛ scrutabor
mādata dei mei. Suscipe me scdm e=
loquiū tuū et viuā: ꝛ nō ɔfundas me
ab expectatione mea. Adiuua me ꝛ
saluus ero: et meditabor i iustificatio=
nibꝫ tuis semꝑ. Spreuisti omēs discē=
dentes a iudicijs tuis: q̄a iniusta cogi=
tacio eoꝝ. Preuaricantes reputaui
oīēs peccatores terre: ideo dilexi testimo=
nia tua. Confige timore tuo carnes
meas: a iudicijs eni tuis timui. Ain.
Feci iudiciū et iusticiā: nō tradas
me calūniātibꝫ me. Suscipe ser=
uum tuū i bonū: nō calūniētur me
supbi. Oculi mei defecerūt i salutare
tuū: et in eloquiū iusticie tue. Fac
cū seruo tuo scdm misericordiā tuā: ꝛ iusti=
ficationes tuas doce me. Seruus tuꝰ
sum ego: da michi intellectū ut sciā
testimonia tua. Tempꝰ faciēdi dñe:
dissipauerūt legē tuam. Ideo dilexi
mandata tua: sup aurū et thopazion.
Propterea ad oīa mādata tua diri=
gebar: omnē viā iniquā odio habui.
Mirabilia testimonia tua: Phe.
ideo scrutata est ea anima mea.
Declaratio sermonū tuoꝝ illuminat:
et intellectū dat paruulis. Os meū
aperui et attraxi spiritū: q̄a mādata
tua desiderabā. Aspice in me ꝛ misere=
re mei: scdm iudiciū diligenciū nomē
tuū. Gressus meos dirige scdm elo=
quiū tuū: ꝛ nō dñetur mei omīs iniu=
sticia. Redime me a calūnijs homi=
nū: ut custodiā mādata tua. Faciē
tuam illumina sup seruū tuum: et do=
ce me iustificationes tuas. Exitus
aquarum deduxerūt oculi mei: quia
non custodierunt legem tuam. Sade.
Iustꝰ es dñe: ꝛ rectū iudiciū tuū. Man=
dasti iusticiā testimonia tua: ꝛ verita=
tem tuā nimis. Tabescere me fecit ze=
lus meus: q̄a obliti sūt verba tua ini=
mici mei. Ignitū eloquiū tuū vehe=
mēter: ꝛ seruus tuꝰ dilexit illud. Ado=
lescentulus sū ego ꝛ ɔtemptꝰ: iustifica=
cōnes tuas nō sū oblitꝰ. Iusticia tua
iusticia i eternū: ꝛ lex tua veritas. Tri=
bulacō ꝛ angustia inuenerūt me: mā=
data tua meditacio mea ē. Equitas
testimoīa tua i eternū: intellectū da mi=
Clamaui i toto chi ꝛ viuā. Coph.
corde exaudi me dñe: iustificati=
ones tuas requirā. Clamaui ad te
et saluū me fac: ut custodiā mādata
tua. Preueni in maturitate ꝛ clama=
ui: i verba tua supsperaui. Preuenerūt
oculi mei ad te diluculo: ut meditarer

eloquia tua. Vocē meā audi secūdū
misericordiam tuā dn̄e: ⁊ scd̄m iudiciū tu-
um viuifica me. Appropinquauerunt
persequētes me iniq̄tati: a lege aūt tua
longe facti sūt. Prope es tu dn̄e: et
oēs vie tue veritas. Inicio cogno-
ui de testimonijs tuis: q̄a i eternū fun-
dasti ea. **Res.**
Vide humilitatem
meā et eripe me: q̄a legē tuā nō
sum oblit⁹. Iudica iudiciū meū et
redime me: ꝓpter eloquiū tuū viuifi-
ca me. Longe a peccatoribꝫ sal⁹: q̄a
iustificationes tuas nō exq̄sierūt. Mi-
sericordie tue multe dn̄e: scd̄m iudiciū tuū
viuifica me. Multi q̄ persequunt̄ me et
tribulāt me: a testimonijs tuis nō de-
clinaui. Vidi p̄uaricantes ⁊ tabesce-
bam: q̄a eloquia tua nō custodierūt.
Vide q̄m mādata tua dilexi: dn̄e in
misericordia tua viuifica me. Principiū
verborum tuorum veritas: in eter-
num omnia iudicia iusticie tue. **Sin.**
Principes persecuti sūt me gratis: ⁊
a verbis tuis formidauit cor me-
um. Letabor ego sup eloquia tua:
sicut q̄ inuenit spolia multa. Iniq̄ta-
tem odio habui et abominatus sū: le-
gem aūt tuā dilexi. Septies i die lau-
dem dixi tibi: sup iudicia iusticie tue.
Pax multa diligētibꝫ legē tuā: et nō
est illis scandalū. Expectabā saluta-
re tuū dn̄e: ⁊ mādata tua dilexi. Cu-
stodiuit aīa mea testimonia tua: et
dilexit ea vehementer. Seruaui man-
data tua et testimonia tua: quia o-
mnes vie mee in conspectu tuo. **Thau.**
Appropinquet deprecatio mea i con-
spectu tuo dn̄e: iuxta eloquium
tuū da michi intellectū. Intret postu-
latio mea i ꝯspectu tuo: scd̄m eloquiū
tuū eripe me. Eructabūt labia mea
ymnū: cū docueris me iustificationes
tuas. Pronūciabit lingua mea elo-
quiū tuū: q̄a oīa mādata tua equitas.
Fiat manus tua ut saluet me: q̄m
mādata tua elegi. Concupiui salu-
tare tuū dn̄e: et lex tua meditatio mea
est. Viuet aīa mea et laudabit te: et
iudicia tua adiuuabūt me. Erraui
sicut ouis q̄ perijt: quere seruū tuū q̄a mā-
data tua nō sū oblit⁹. **Cāticū grad̄uū.**
Ad dn̄m cū tribularer clamaui:
et exaudiuit me. Domine libe-
ra aīam meā a labijs iniquis: et a
lingua dolosa. Quid detur tibi aut q̄d
apponat̄ tibi: ad linguā dolosam?
Sagitte potētis acute: cū carbonibꝫ
desolatorijs. Heu michi q̄a incolat⁹
meus ꝓlongat⁹ e: habitaui cum habi-
tantibꝫ cedar: multū incola fuit aīa
mea. Cum hijs qui oderant pacem
eram pacificus: cū loquebar illis im-
pugnabāt me gratis. **Cāticū grad̄uū.**
Leuaui oculos meos i mōtes: vn-
de veniet auxiliū michi. Auxili-
um meū a dn̄o: q̄ fecit celū et terram.
Non det i commotionē pedē tuum:
neq; dormitet q̄ custodit te. Ecce nō
dormitabit neq; dormiet: q̄ custodit
isrl̄. Dominus custodit te: dn̄s pro-
tectio tua sup manū dexterā tuā. Per
diē sol nō uret te: neq; luna p noctem.
Domin⁹ custodit te ab omi malo:
custodiat aīam tuā dn̄s. Dominus
custodiat introitū tuū ⁊ exitū tuum: ex
hoc nūc ⁊ vsq; i seculum. **Canticū grad̄uū.**
Letat⁹ sū in hijs q̄ dicta sunt
michi: in domū dn̄i ibim⁹.
Stantes erāt pedes nostri:
in atrijs tuis ihrl̄m. Iherusalē que
edificat̄ ut ciuitas: cui⁹ participatio
eius in idipm. Illuc eni ascenderūt
tribꝫ tribꝫ dn̄i testimoniū isrl̄: ad con-
fitendū nomini dn̄i. Quia illic sederūt

sedes ĩ iudicio: sedes sup domũ david.
Rogate q̃ ad pacẽ sũt ihr̃lm: ⁊ abũ-
dantia diligẽtibꝫ te. Fiat pax ĩ virtu-
te tua: ⁊ abũdãtia ĩ turribꝫ tuis. Pro-
pter fratres meos ⁊ proximos meos:
loquebar pacẽ de te. Propt̃ domũ dñi
dei nr̃i: quesivi bona tibi. Cãticũ gra
iii. Ad te levavi oculos meos: duũ.
qui habitas ĩ celis. Ecce sicut o-
culi servoꝝ: ĩ manibꝫ dñoꝝ suoꝝ. Si-
cut oculi ãcille ĩ manibꝫ dñe sue: ita o-
culi nr̃i ad dñm deũ nr̃m donec mise-
reat̃ nostri. Miserere nostri dñe mise-
rere nostri: q̃a multũ repleti sum⁹ de-
spectione. Quia multũ repleta ẽ aĩa
nostra: opprobriũ abundantibus et
despectio supbis. Cant̃. gd̃. dd̃. cxxiii.
Nisi quia dñs erat ĩ nobis dicat
nũc isrl̃: nisi q̃a dñs erat ĩ nobis.
Cum exsurgerẽt hoĩes in nos: forte
vivos deglutissent nos. Cum irasce-
retur furor eoꝝ in nos: forsitan aque
absorbuissẽt nos. Torrentẽ ptransi-
vit aĩa nostra: forsitan ptrãsisset aĩa
nostra aquã intollerabilẽ. Benedict⁹
dñs: q̃ nõ dedit nos ĩ captionẽ dẽtibꝫ
eoꝝ. Anima nr̃a sicut passer erepta
est: de laqueo venantiũ. Laqueus
ɔtritus ẽ: ⁊ nos liberati sum⁹. Adiu-
torium nostrum ĩ nomine domini: q̃
fecit celũ et terram. Cant̃. gd̃. cxxiiii.
Qui ɔfidũt ĩ dñō sicut mõs syon:
nõ ɔmovebit̃ ĩ eternũ q̃ habitat
in ihr̃lm. Montes ĩ circuitu ei⁹: ⁊ do-
minus ĩ circuitu pp̃li sui ex hoc nunc et
usq̃ ĩ secl̃m. Quia nõ relinquet dñs
virgã peccatoꝝ sup sortẽ iustoꝝ: ut nõ
extendãt iusti ad iniq̃tatẽ manus suas.
Benefac dñe: bonis et rectis corde.
Declinantes autem in obligatio-
nes adducet dñs cũ operantibꝫ iniq̃ta-
tem: pax sup israhel. Cant̃. gd̃. cxxv.

In convertendo dñs captivitatẽ syon: fa-
cti sumus sicut ɔsolati. Tunc reple-
tum est gaudio os nr̃m: ⁊ lingua no-
stra in exultatione. Tunc dicẽt inter
gẽtes: magnificavit dñs facere cũ eis.
Magnificavit dñs facere nobiscũ:
facti sum⁹ letãtes. Converte dñe capti-
vitatẽ nr̃am: sicut torrens in austro.
Qui seminãt ĩ lacrimis: ĩ exultatio-
ne metent. Euntes ibãt ⁊ flebãt: mit-
tentes semina sua. Venientes autem
venient cũ exultatione: portãtes manipu-
los suos. Cãtic̃. gd̃uũ salomõis. cxxvi.
Nisi dñs edificaverit domum:
in vanũ laboraverunt q̃ edifi-
cãt eã. Nisi dñs custodierit
civitatem: frustra vigilat q̃ custodit
eã. Vanũ est vobis ãte lucẽ surgere:
surgite postq̃ sederitis q̃ mãducatis
panẽ doloris. Cum dederit dilectis
suis somnum ecce hereditas dñi: filii
merces fruct⁹ ventris. Sicut sagitte in
manu potentis: ita filii excussoꝝ. Be-
atus vir qui implevit desideriũ suũ ex
ipsis: nõ ɔfundetur cum loquetur ini-
micis suis in porta. Cant̃. gd̃. cxxvii.
Beati omnes qui timẽt dñm: qui
ãbulãt ĩ viis ei⁹. Labores ma-
nuum tuaꝝ q̃a mãducabis: beatus
es ⁊ bene tibi erit. Uxor tua sicut vitis
abundãs: ĩ lateribus dom⁹ tue. Fi-
lii tui sicut novelle olivarũ: ĩ circuitu
mense tue. Ecce sic benedicet̃ homo: q̃
timet dñm. Benedicat tibi dñs ex sy-
on: ⁊ videas bona ihr̃lm omnibus di-
ebꝫ vite tue. Et videas filios filioꝝ
tuoꝝ: pacẽ sup isrl̃. Cant̃. gd̃. cxxviii.
Sepe expugnaverũt me a iuventu-
te mea: dicat nũc isrl̃. Sepe ex-
pugnaverũt me a iuvẽtute mea: etenĩ
nõ potuerũt michi. Supra dorsũ meũ
fabricaverũt peccatores: plõgaverũt

iniq̄tatē suā. Dominus iustus ɔcidet cer-
uices pctōꝝ: ɔfundant᷑ ⁊ ɔūtant᷑ retror-
sū om̄es q̄ oderūt syon. Fiāt sicut fe-
nū tectorū: qd prius q̄ euellatur exaruit.
De quo nō implebit manū suā qui
metet: ⁊ sinū suū q̄ manipłos colliget.
Et nō dixerūt q̄ pteribant benedictio
dn̄i sup uos: benediximus uobis in no-
mine domini. Cant. gͣd. cxxix.
De profūdis clamaui ad te dn̄e:
dn̄e exaudi vocē meā. Fiant
aures tue intendētes: ī vocē dep̄cationis
mee. Si iniq̄tates obseruaueris dn̄e:
dn̄e quis sustinebit? Quia apud te
propiciacio ē: ⁊ pp̄ter legē tuā sustinui
te dn̄e. Sustinuit aīa mea ī vbo eius:
sperauit aīa mea ī dn̄o. A custodia
matutina usq; ad noctē: speret isrl̄ in
dn̄o. Quia apud dn̄m misericordia: ⁊ co-
piosa apud eū redēptio. Et ipse redi-
met israhel: ex omnibus iniquitatibus
eius. Cant. grad. ipsi dd. cxxx.
Domine nō ē exaltatū cor meum:
neq; elati sūt oculi mei super me.
Neq; ambulaui ī magnis: neq; ī mi-
rabilibus sup me. Si nō humiliter
sentiebā: sed exaltaui aīam meā. Si-
cut ablactatus ē sup matrē suā: ita retri-
butio ī animā meā. Speret isrl̄ ī dn̄o:
ex hoc nūc ⁊ usq; in seclm. Cant. grad.
Memento dn̄e dauid: ⁊ oīs cxxxi.
mansuetudinis eius. Sicut
iurauit dn̄o: votū vouit deo
iacob. Si introiero ī tabernaclm do-
mus mee: si ascendero ī lectū strati mei.
Si dedero somnū oculis meis: ⁊ palpe-
bris meis dormitacionē. Et requiem
tēporibus meis: donec inueniā locum
dn̄o tabernaclm deo iacob. Ecce au-
diuimus eā ī effrata: inuenimus eā in
cāpis silue. Introibimus ī tabernacu-
lum eius: adorabimus ī loco ubi steterūt
pedes eius. Surge dn̄e ī requiē tuā: tu
et archa sāctificationis tue. Sacerdo-
tes tui induant᷑ iusticia: ⁊ sācti tui ex-
ultēt. Propt̄ dauid seruū tuū: nō auer-
tas faciē xp̄i tui. Iurauit dn̄s da-
uid ueritatē ⁊ nō frustrabit᷑ eā: de fru-
ctu vētris tui ponā super sedē tuā. Si
custodierīt filij tui testamentū meū: et
testimonia mea hec q̄ docebo eos. Et
filij eoꝝ usq; ī seclm: sedebūt sup sedem
tuā. Quoniā elegit dn̄s syon: elegit
eā ī habitacionē sibi. Hec requies me-
a in seclm seculi: hic habitabo qm̄ elegi
eā. Viduā eius benedicēs benedicā: pau-
peres eius saturabo panibus. Sacerdotes
eius induā salutari: ⁊ sācti eius exultatio-
ne exultabūt. Illuc pducā cornu da-
uid: paraui lucernā xp̄o meo. Ini-
micos eius induā ɔfusione: sup ipm̄ au-
tē efflorebit sāctificacio mea. Cant.
Ecce quā bonū ⁊ quā grad. cxxxii.
iocundū: habitare frēs in unū.
Sicut ungentū ī capite: qd̄ descendit
in barbā barbā aarō. Quod descendit
in orā vestimēti eius: sicut ros hermon
qui descendit ī montē syon. Quoniā
illic mandauit dn̄s benedictionē: ⁊ ui-
tam usq; in seculū. Cant. gͣd. cxxxiii.
Ecce nūc benedicite dn̄o omnes
serui dn̄i. Qui statis in domo
dn̄i: in atrijs domus dei nr̄i. In nocti-
bus extollite manus u̅ras in sācta: ⁊ be-
nedicite dn̄m. Benedicat te dn̄s ex sy-
on: qui fecit celū et terram. Alla.
Laudate nomē dn̄i: laudate serui
dn̄m. Qui statis in domo dn̄i:
in atrijs domus dei nr̄i. Laudate dn̄m
q̄a bonus dn̄s: psallite nomini eius
qm̄ suaue. Quoniā iacob elegit sibi
dn̄s: isrl̄ ī possessionē sibi. Quia ego
cognoui qd magnus ē dn̄s: ⁊ deus no-
ster pre omnibus dijs. Omnia quecūq;

Omnia quecūq; voluit dn̄s fecit ī celo
et in terra: ī mari et in omībȝ abissis.
Educens nubes ab extremo terre: ful-
gura ut pluuiā fecit. Qui producit
vētos de thesauris suis: qui percussit
p̄mogenita egipti ab homine usq; ad
pec⁹. Emisit signa ⁊ p̄digia ī medio
tui egipte: ī pharaonē ⁊ in omnes ser-
uos ei⁹. Qui percussit gentes multas: ⁊
occidit reges fortes. Seon regem a-
morreoꝝ ⁊ og regē basan: ⁊ omīa re-
gna chanaan. Et dedit terrā eoꝝ he-
reditatē: hereditatē isrl' pplo suo. Do-
mine nomē tuū ī eternū: dn̄e memori-
ale tuum ī generatione ⁊ generationē.
Quia iudicabit dn̄s pplm suū: et in
seruis suis deprecabit̄. Simulacra gēti-
um argentū ⁊ auꝝ: opera manuū ho-
minū. Os habēt et nō loquent̄: ocu-
los habent ⁊ nō videbūt. Aures ha-
bent et nō audient: neq; eni ē spiritus
in ore ipoꝝ. Similes illis fiant q̄ fa-
ciunt ea: ⁊ omēs q̄ cōfidūt ī eis. Do-
mus isrl' benedicite dn̄o: domus aa-
ron benedicite dn̄o. Dom⁹ leui bene-
dicite dn̄o: q̄ timetis dn̄m benedicite do-
mino. Benedict⁹ dn̄s ex syon: q̄ habi-
tat in ierusalem. Alleluia. cxxxv.
Confitemini dn̄o qm̄ bon⁹: qm̄
in eternū mis̄cdia ei⁹. Confite-
mini deo deoꝝ: quoniā. Confitemi-
ni dn̄o dn̄oꝝ: qm̄. Qui facit mirabi-
lia magna solus: qm̄. Qui fecit ce-
los ī intellectu: qm̄. Qui firmauit ter-
ram sup aquas: qm̄. Qui fecit lumi-
naria magna: qm̄. Solem ī potesta-
tem diei: quoniā. Lunam ⁊ stellas
in potestatē noctis: quoniā. Qui per-
cussit egiptū cū p̄mogenitis eoꝝ: qm̄.
Qui eduxit isrl' de medio eorū: quo-
niam. In manu potenti et brachio
excelso: qm̄. Qui diuisit mare rubrū
in diuisiones: qm̄. Et eduxit isrl' per
mediū ei⁹: qm̄. Et excussit pharaonē
et virtutē ei⁹ ī mari rubro: qm̄. Qui
traduxit pplm suū p desertum: quoniā.
Qui percussit reges magnos: quoniā.
Et occidit reges fortes: qm̄. Seon
regem amorreorū: qm̄. Et og regē
basan: qm̄. Et dedit terrā eorū here-
ditatē: qm̄. Hereditatē isrl' seruo suo:
qm̄. Quia ī humilitate nr̄a memor
fuit nr̄i: qm̄. Et redemit nos ab ini-
micis nr̄is: qm̄. Qui dat escā omī
carni: qm̄. Confitemini deo celi: qm̄.
Confitemini domino dominorū:
quoniam in eternum misericordia e-
ius. Ps dd. p̄pter ieremiā. cxxxvi.
Super flumina babilonis illic sedi-
mus ⁊ fleuim⁹: dū recordaremur
tui syon. In salicibȝ ī medio eius:
suspendim⁹ organa nr̄a. Quia illic
interrogauerūt nos q̄ captiuos duxerūt
nos: verba cātionū. Et q̄ abduxerūt
nos: ymnū cātate nobis de canticis
syon. Quomō cātabim⁹ cāticū dn̄i:
in t̄ra aliena? Si oblit⁹ fuero tui ihe-
rusalē: obliuioni det̄ dextera mea. Ad-
hereat lingua mea faucibȝ meis: si nō
meminero tui. Si non p̄posuero tui
ih̄rlm: ī p̄ncipio leticie mee. Memor
esto dn̄e filioꝝ edom: ī die ih̄rlm. Qui
dicūt exinanite exinanite: usq; ad funda-
mentū ī ea. Filia babilonis misera:
beat⁹ q̄ retribuet tibi retributōnē tuā
quā retribuisti nobis. Beat⁹ q̄ tene-
bit: ⁊ allidet paruulos suos ad petrā.
Confitebor tibi Ps dd. cxxxvii.
dn̄e ī toto corde meo: quoniā
audisti verba oris mei. In
cōspectu angeloꝝ psallā tibi: adorabo
ad templū sc̄m tuū ⁊ cōfitebor nomi-
ni tuo. Sup mis̄cdia tua et veritate
tua: qm̄ magnificasti sup omē nomē

sāctū tuū. In quacūqȝ die inuocaue-
ro te exaudi me: mltiplicabis ī anima
mea virtutē. Confiteantur tibi dn̄e
oīnes reges terre: q̄a audierūt verba
oris tui. Et cantēt ī viis dn̄i: quoni-
am magna ē gl'a dn̄i. Quoniā excel-
sus dn̄s et humilia respicit: et alta a
longe cognoscit. Si ābulauero ī me-
dio tribulatōnis viuificabis me: et
sup irā inimicorū tuoꝝ extendisti ma-
num tuā: ⁊ saluū me fecit dextera tua.
Dominus retribuet ꝓ me: dn̄e mise-
ricordia tua ī seclm: opra manuū tua-
rū ne despicias. In finē ps dd. cxxxviii.

Domine probasti me et cognoui-
sti me: tu cognouisti sessionem
meā ⁊ resurrectionē meā. Intellexisti
cogitationes meas de lōge: semitam
meā ⁊ funiculū meū inuestigasti. Et
oīnes vias meas p̄uidisti: q̄a nō est
sermo ī lingua mea. Ecce dn̄e tu co-
gnouisti oīa nouissima ⁊ āntiqua: tu
formasti me ⁊ posuisti sup me manū
tuam. Mirabilis facta ē sciētia tua
ex me: ɔfortata ē et nō potero ad eam.
Quo ibo a spiritu tuo: ⁊ quo a faci-
e tua fugiā? Si ascendero in celū tu il-
lic es: si descendero ī infernū ades. Si
sumpsero pēnas meas diluculo: ⁊ ha-
bitauero ī extremis maris. Etenim
illuc manus tua deducet me: ⁊ tenebit
me dextera tua. Et dixi forsitan tene-
bre conculcabūt me: ⁊ nox illumina-
tio mea ī deliciis meis. Quia tenebre
nō obscurabunt a te: ⁊ nox sicut dies
illuminabit: sicut tenebre ei9 ita et lu-
men eius. Quia tu possedisti renes
meos: suscepisti me de vtero matris
mee. Confitebor tibi q̄a terribiliter
magnificat9 es: mirabilia opra tua:
et aīa mea cognoscet nimis. Non ē
occultatū os meum a te q̄d fecisti in
occulto: ⁊ substāntia mea ī inferioribȝ
terre. Imꝑfectū meū viderūt ocli tui:
et in libro tuo oīnes scribent: dies for-
mabunt ⁊ nemo ī eis. Michi autē ni-
mis honorificati sūt amici tui de9: ni-
mis ɔfortatus ē pricipat9 eoꝝ. Dinu-
merabo eos ⁊ sup arenā mltiplicabū-
tur: exurrexi ⁊ adhuc sum tecū. Si
occideris deus peccatores: viri sangui-
num declinate a me. Quia dicitis in
cogitatione: accipiāt ī vanitate ciui-
tates suas. Nonne q̄ oderūt te dn̄e o-
deram: ⁊ sup inimicos tuos tabescebā.
Perfecto odio oderā illos: inimici
facti sunt michi. Proba me deus et
scito cor meum: interoga me et cogno-
sce semitas meas. Et vide si via ini-
quitatis in me est: et deduc me in vi-
a eterna. In finē ps dauid. cxxxix.

Eripe me dn̄e ab homine malo:
a viro iniquo eripe me. Qui co-
gitauerūt iniq̄tates in corde: tota die
cōstituebāt prelia. Acuerūt linguam
suā sicut serpētes: venenū aspidū sub
labiis eorū. Custodi me dn̄e de ma-
nu peccatoris: et ab hominibȝ iniquis
eripe me. Qui cogitauerūt supplātare
gressus meos: abscōderunt supbi la-
queum michi. Et funes extenderūt in
laqueū: iuxta iter scandalū posuerunt
michi. Dixi dn̄o de9 me9 es tu: exau-
di dn̄e vocē dep̄cationis mee. Domi-
ne domine virtus salutis mee: obum-
brasti super caput meum in die belli.
Non tradas me dn̄e a desiderio me-
o peccatori: cogitauerūt contra me:
ne derelinquas me ne forte exaltentur.
Caput circuit9 eoꝝ: labor labiorū
ipoꝝ operiet eos. Cadent sup eos car-
bones: in ignē deiicies eos: ī miseriis
non subsistent. Vir linguosus non
dirigetur in terra: virū iniustum mala

capiēt ī interitu. Cognoui q̄a faciet
dn̄s iudicium inopis: et vindictam
pauperū. Verumtamen iusti cōfitebun-
tur nomini tuo: et habitabunt recti
cum vultu tuo. Ps dd̄. cxl.

Domine clamaui ad te exaudi
me: intende voci mee cū clamaue-
ro ad te. Dirigatur oratio mea sicut
incensū ī cōspectu tuo: eleuatio manuū
meaꝝ sacrificiū vespertinū. Pone do-
mine custodiā ori meo: et ostium cir-
cunstantie labijs meis. Non declines
cor meū in verba malicie: ad excusan-
das excusatōnes ī peccatis. Cum ho-
minibꝫ operātibꝫ iniq̄tatē: ⁊ non co-
municabo cū electis eorū. Corripiet
me iustus ī misc̄dia ⁊ increpabit me:
oleum aūt peccatoris non impinguet
caput meū. Quoniā adhuc ⁊ oratō
mea ī beneplacitis eoꝝ: absorpti sunt
iūcti petre iudices eorū. Audiēt ver-
ba mea qm̄ potuerūt: sicut crassitudo
terre erupta est super terrā. Dissipata
sunt ossa nr̄a secus infernū: q̄a ad te
dn̄e domine oculi mei: in te speraui
nō auferas aīam meā. Custodi me
a laqueo quem statuerunt michi: et a
scandalis operantiū iniq̄tatē. Cadēt
in retiaculo eiꝰ peccatores: singulariter
sum ego donec transeam. Intellectus
dd̄ cū esset in spelūca oratio. cxli.

Voce mea ad dn̄m clamaui: vo-
ce mea ad dn̄m dep̄catus sum.
Effundo ī conspectu eiꝰ orationē me-
am: tribulationē meā āte ipm̄ p̄nun-
cio. In deficiēdo ex me spiritū meū:
et tu cognouisti semitas meas. In
via hac qua ābulabā: absconderunt
laqueū michi. Considerabā ad dexte-
ram ⁊ videbā: ⁊ nō erat q̄ cognosceret
me. Periit fuga a me: ⁊ non est qui
requirat aīam meā. Clamaui ad te
dn̄e: dixi tu es spes mea: porcio mea
in terra viuenciū. Intende ad dep̄ca-
tionē meā: q̄a humiliatus sū nimis.
Libera me a p̄sequētibꝫ me: q̄a con-
fortati sunt sup me. Educ de custodi-
a aīam meā ad cōfitendū nomini tu-
o: me expectant iusti donec retribuas
michi. Ps dd̄ quādo persequebatur
eū filius suus absolon. cxlii.

Domine exaudi orationē meam
auribus p̄cipe obsecrationē me-
am: ī veritate tua exaudi me ī tua iu-
sticia. Et nō intres ī iudiciū cū seruo
tuo: q̄a nō iustificabit̄ ī cōspectu tuo
omnis viuēs. Quia p̄secutꝰ ē inimicꝰ
aīam meam: humiliauit in terra vi-
tam meam. Collocauit me ī obscu-
ris sicut mortuos seculi: ⁊ anxiatus
est sup me spiritꝰ meus: in me turba-
tum est cor meū. Memor fui dierū an-
tiquoꝝ: meditatꝰ sū in omnibus ope-
ribus tuis: ī factis manuū tuaꝝ me-
ditabar. Expandi manus meas ad
te: aīa mea sicut terra sine aqua tibi.
Velociter exaudi me dn̄e: defecit spi-
ritus meus. Non auertas faciē tuā
a me: ⁊ similis ero descendētibus ī la-
cum. Auditam fac michi mane mi-
sericordiā tuam: q̄a in te speraui. No-
tam fac michi viā in qua ambulem:
quia ad te leuaui aīam meam. Eri-
pe de inimicis meis dn̄e ad te confu-
gi: doce me facere volūtatē tuā quia
deus meꝰ es tu. Spiritus tuus bo-
nus deducet me in terrā rectā: p̄pter
nomen tuū dn̄e viuificabis me ī equi-
tate tua. Educes de tribulatione
aīam meā: ⁊ in misericordia tua dis-
perdes inimicos meos. Et perdes
omnes qui tribulant animam me-
am: quoniam ego seruus tuus sum.
Psalmꝰ dd̄ aduersus goliā. cxliii.

Benedictus dñs de⁹ me⁹ q̄ do-
cet man⁹ meas ad p̄liū: et
digitos meos ad bellū. Mi-
sericdia mea ⁊ refugiū meū: susceptoꝛ me-
us et liberatoꝛ me⁹. Protectoꝛ me⁹ ⁊ ī
ipo speraui: qui subdit ppłm meū sub
me. Domine quid ē homo quia in-
notuisti ei: aut filius hominis quia
reputas eū? Homo vanitati simil⁹
factus est: dies ei⁹ sicut umbra prete-
reunt. Domine inclina celos tuos
et descende: tange mōtes ⁊ fumigabūt.
Fulgura choruscationē ⁊ dissipabis
eos: emitte sagittas tuas ⁊ cōturbabis
eos. Emitte manū tuā de alto: eripe
me et libera me de aquis multis: ⁊ de
manu filioꝝ alienoꝝ. Quoꝝ os lo-
cutum ē vanitatem: ⁊ dextera eoꝝ dexte-
ra iniquitatis. Deus canticū nouū
cantabo tibi: in psalterio decacordo
psallam tibi. Qui das salutem regi-
bus: qui redemisti dauid seruū tuū:
de gladio maligno eripe me. Et erue
me de manu filioꝝ alienoꝝ: quoꝝ os
locutū ē vanitatē: ⁊ dextera eoꝝ dextera
iniquitatis. Quoꝝ filij sicut nouel-
le plantatiōes: ī iuuētute sua. Fili-
e eoꝝ composite: circumornate ut si-
militudo templi. Promptuaria eoꝝ
plena: eructātia ex hoc ī illud. Oues
eoꝝ fetose abundātes in egressibꝫ su-
is: boues eoꝝ crasse. Non est ruina
macerie: neq; transit⁹ neq; clamoꝛ in
plateis eoꝝ. Beatum dixerūt populū
cui hec sunt: beatus populus cuius
domin⁹ deus eius. laudacio ipi dd.
cxliiii. Exaltabo te deus me⁹ rex: et be-
nedicam nomini tuo in seculū ⁊
in seculū seculi. Per singlos dies be-
nedicam tibi: ⁊ laudabo nomen tuū ī
seclm ⁊ ī seculū seculi. Magnus dñs
et laudabilis nimis: ⁊ magnitudini⁹
eius nō est finis. Generatio et gene-
ratio laudabit opera tua: ⁊ potentiā
tuam pronūciabūt. Magnificentiā
glorie sanctitatis tue loquent̄: et mi-
rabilia tua narrabūt. Et virtutem
terribiliū tuoꝝ dicent: et magnitudi-
nem tuam narrabunt. Memoriam
abūdantie suauitatis tue eructabūt:
et iusticia tua exultabūt. Miseratoꝛ et
misericoꝛs dñs: patiens et multū mi-
sericoꝛs. Suauis dñs uniūsis: ⁊ mi-
serationes eius sup oīa opera eius.
Confiteant̄ tibi dñe oīa opera tua:
et sancti tui benedicāt tibi. Gloriam
regni tui dicent: ⁊ potentiā tuā loquen-
tur. Ut notam faciāt filijs hominū
potentiā tuā: et glām magnificentie
regni tui. Regnū tuū regnū omniū
seculoꝝ: ⁊ dñatio tua in omni genera-
tione et generatione. Fidelis dñs in
oībꝫ verbis suis: ⁊ sanct⁹ in oībꝫ
operibus suis. Alleuat dñs omnes
q̄ corruūt: ⁊ erigit oēs elisos. Ocu-
li omniū in te sperant dñe: ⁊ tu das e-
scam illoꝝ ī tempore oportuno. Ape-
ris tu manū tuā: ⁊ imples oē aīal
benedictione. Iustus dñs ī oībus
vijs suis: et sanctus ī oībus oper-
bus suis. Prope ē dñs oībus in-
uocātibus eū: oībus inuocātibus
eū in veritate. Uoluntatem timentiū
se faciet: ⁊ dep̄cationē eoꝝ exaudiet:
et saluos faciet eos. Custodit domi-
nus oēs diligentes se: ⁊ oēs pec-
catores disperdet. Laudationē dñi
loquetur os meum: et benedicat o-
mnis caro nomini sancto eius in se-
culum et in seculum seculi. Alla. cxlv.
Lauda anima mea dñm: lauda-
bo dñm ī vita mea: psallam
deo meo q̄diu fuero. Nolite cōfidere
in principibus: in filijs hominū in

quibȝ non ē salus. Exibit spirit⁹ ei⁹
et reuertet̄ in terrā suā: ī illa die peribūt
om̄es cogitationes eoȝ. Beat⁹ cui⁹
deus iacob adiutor eius: spes eius in
dn̄o deo ipīus: q̄ fecit celū ⁊ terrā ma-
re et om̄ia que in eis sunt. Qui custo-
dit veritatem ī secl'm: facit iudiciū in-
iuriā patiētibȝ: dat escam esurientibȝ.
Dominus soluit compeditos: dn̄s
illuminat cecos. Dominus erigit eli-
sos: dn̄s diligit iustos. Dominus
custodit aduenas: pupillū et viduā
suscipiet: ⁊ vias peccatorū disperdet.
Regnabit dn̄s ī secl'a: de⁹ tu⁹ syon ī
generationē ⁊ generatōnē. Alla. cxlvi.
Laudate dn̄m qm̄ bonus est psal-
mus: deo nr̄o sit iocunda deco-
raq; laudatio. Edificans ihrl'm dn̄s:
dispersiones isrl'helis congregabit.
Qui sanat cōtritos corde: ⁊ alligat
cōtritiones eoȝ. Qui numerat multi-
tudinē stellarū: ⁊ om̄ibȝ eis nomina
vocat. Magn⁹ dn̄s noster ⁊ magna
virtus eius: ⁊ sapiētie eius non ē nu-
merus. Suscipiēs mansuetos dn̄s:
humilians aūt peccatores usq; ad ter-
ram. Precinite dn̄o ī ɔfessione: psal-
lite deo nostro in cythara. Qui operit
celum nubibȝ: ⁊ parat terre pluuiam.
Qui producit ī montibȝ fenum: et
herbam seruituti hominū. Qui dat iu-
mentis escam ipoȝ: ⁊ pullis coruorū
inuocātibus eū. Non ī fortitudine e-
qui voluntatē habebit: nec ī tibijs viri
beneplacitum erit ei. Beneplacitum
est domino super timentes eum: ⁊ in
eis qui sperant super misericordia e-
ius. Alla. Alla aggei et zacharie. cxlvij.
Lauda ihrusalē dn̄m: lauda deū
tuū syon. Quoniā confortauit
seras portaȝ tuaȝ: benedixit filijs tuis
in te. Qui posuit fines tuos pacem:
et adipe frumenti saciat te. Qui emit-
tit eloquiū suum terre: velociter currit
sermo eius. Qui dat niuem sicut la-
nam: nebulam sicut cinerem spargit.
Mittit cristallum suā sicut bucellas:
ante faciē frigoris eius quis sustine-
bit? Emittet verbū suū ⁊ liquefaciet
ea: flabit spiritus eius et fluent aque.
Qui annunciat verbū suum iacob:
iusticias ⁊ iudicia sua isrl'hel. Non
fecit taliter om̄i nationi: ⁊ iudicia sua
non manifestauit eis. Alleluia. cxlviii.
Laudate dn̄m de celis: laudate eū
in excelsis. Laudate eū omnes
angeli eius: laudate eū om̄es virtutes
eius. Laudate eū sol ⁊ luna: lauda-
te eum om̄es stelle ⁊ lumen. Lauda-
te eum celi celoȝ: ⁊ aque om̄es q̄ super
celos sūt laudēt nomen dn̄i. Quia ipe
dixit ⁊ facta sunt: ipse mādauit ⁊ crea-
ta sunt. Statuit ea ī seculū ⁊ ī seculū
seculi: preceptū posuit ⁊ nō preteribit.
Laudate dn̄m de terra: dracones et
om̄es abissi. Ignis grando nix gla-
cies spiritus procellarū: q̄ faciūt ver-
bum eius. Montes ⁊ om̄es colles: li-
gna fructifera ⁊ om̄es cedri. Bestie ⁊
uniuersa pecora: serpētes ⁊ volucres
pēnate. Reges terre ⁊ om̄es ppl'i: pricī-
pes ⁊ omnes iudices terre. Iuuenes ⁊
virgines senes cū iunioribȝ laudēt no-
men dn̄i: q̄a exaltatū ē nomē ei⁹ soli⁹.
Confessio eius sup celū ⁊ terram: ⁊
exaltauit cornu ppl'i sui. Ymnus o-
mnibus sanctis eius: filijs isrl' ppl'o ap-
propinquanti sibi. Alleluia. cxlix.
Cantate dn̄o cāticū nouū: laus
eius ī ecclesia sāctoȝ. Letet̄ isrl'
in eo qui fecit eū: ⁊ filie syon exultent
in rege suo. Laudent nomē ei⁹ in cho-
ro: in tympano ⁊ psalterio psallant
ei. Quia beneplacitum ē dn̄o ī ppl'o

suo: ꝛ exaltabit mansuetos ī salutem.
Exultabūt sancti in gloria: letabun-
tur ī cubilibꝫ suis. Exultacōnes dei
in gutture eoꝝ: et gladij ancipites in
manibus eoꝝ. Ad faciendā vindictā
in nationibꝫ: increpacōnes ī populis.
Ad alligandos reges eorū ī compe-
dibꝫ: ꝛ nobiles eoꝝ ī manicis ferreis.
Ut faciāt in eis iudiciū cōscriptū: glīa
hec ē omībꝫ sāctis eius. Alleluia. cl.
Laudate dnm̄ ī sanctis eiꝰ: lauda-
te eū in firmamēto virtutis eius.
Laudate eū in virtutibꝫ eius: lauda-
te eū scdm̄ multitudinē magnitudinis
eius. Laudate eū in sono tube: lau-
date eū in psalterio ꝛ cythara. Lau-
date eū in tympano ꝛ choro: lauda-
te eū in cordis et organo. Laudate
eū in cymbalis benesonātibꝫ: lauda-
te eū ī cȳbalis iubilacōnis: oīs spiritꝰ
laudet dnm̄. Alla. Explicit psaltiꝰ

Incipit prologus sancti ieronimi
presbiteri in parabolas salomonis

Iungat epistola quos iūgit sacerdoci-
um: immo carta non diuidat: quos
xp̄i nectit amor. Cōmētarios in osee-
amos · ⁊ zachariā malachiā · q̄ po-
poscitis. Scripsissē: si licuisset pre vali-
tudine. Mittitis solacia sumptuum ·
notarios nr̄os et librarios sustenta-
tis: ut vobis potissimū nr̄m desudet
ingeniū. Et ecce ex latere frequēs turba
diuersa poscētiū: quasi aut equū sit me
vobis esuriētibꝫ alijs laborare: aut
in racione dati et accepti · cuiq̄ʒ preter
vos obnoxi⁹ sim. Itaq̄ʒ lōga egrota-
tione fractus · ne penitus hoc anno re-
ticerē · ⁊ apud vos mutus essem · tridui
opus nomini v̄ro consecraui · interp̄-
tationē videlicet triū salomonis vo-
luminū: masloth qd̄ hebrei parabolas
vulgata editio ꝓuerbia vocat: coeleth ·
quē grece ecclesiasten · latine cōcionatorē
possum⁹ dicere: sirasirim · qd̄ ī linguā
nr̄am vertitᷣ canticū cāticoꝝ. Fertur et
panarectos · ihū filij sirach liber: ⁊ ali⁹
pseudographus · qui sapientia salo-
monis inscribitᷣ. Quoꝝ priorē hebra-
icum reperi: nō ecclasticum ut apud la-
tinos: sed parabolas ꝓnotatum. Cui
iūcti erāt ecclastes · ⁊ cāticū cāticoꝝ: ut
similitudinē salomonis · nō solū nu-
mero librorū: sed etiā materiaꝝ gene-
re coequaret. Secūdus apud hebreos
nusq̄ʒ est: quia et ipse stilus grecam
eloquētiā redolet: et nōnulli scriptoꝝ
veteꝝ hūc esse iudei filonis affirmāt.
Sicut ergo iudith ⁊ thobie et macha-
beoꝝ libros · legit quidē eos eccl̄ia · sed
inter canonicas scripturas nō recipit:
sic ⁊ hec duo volumina legat ad edi-
ficationē plebis: nō ad auctoritatem
ecclasticoꝝ dogmatū cōfirmandam.
Si cui sane septuaginta interpretum
magis editio placet: habet eā a nobis
olim emendatā. Neq̄ʒ enī noua sic cu-
dim⁹: ut vetera destruam⁹. Et tamē cū
diligētissime legerit · sciat magis nr̄a
scripta intelligi: que nō in terciū vas
trāsfusa coacuerit: sed statim de prelo
purissime cōmēdata teste: suū saporē ser-
uauerit.

Incipiūt parabole salomonis. i. c.

Parabole salomonis
filij dauid regis isrl̄:
ad sciendā sapienci-
am ⁊ disciplinā: ad
intelligendā verba
prudentie et suscipi-
endā eruditionē doctrine: iusticiā
et iudiciū ⁊ equitatē: ut detur paruulis
astucia: et adolescenti sciencia et intel-
lectus. Audiēs sapiēs sapiētior erit: ⁊
intelligēs gubernacla possidebit. Ani-
aduertet parabolam et interpretatio-
nem: verba sapientū ⁊ enigmata eoꝝ.
Timor dn̄i prīcipiū sapiētie. Sapien-
tiam atq̄ʒ doctrinam stulti despiciūt.
Audi fili mi disciplinā pr̄is tui et ne
dimittas legem m̄ris tue: ut addatur
gracia capiti tuo: ⁊ torques collo tuo.
Fili mi si te lactauerit peccatores: ne ac-
quiescas eis. Si dixerit veni nobiscū ·
insidiemur sāguini · abscōdam⁹ tedi-
culas cōtra insontem frustra · degluti-
mus eū sicut infernus viuētem et inte-
grum · q̄si descendentem in lacū: omnē
preciosā substantiā reperiem⁹ · implebim⁹
domus nr̄as spolijs · sortem mitte no-
biscum · marsupiū sit unum omniū
nr̄m: fili mi ne ambules cū eis. Pro-
hibe pedem tuū a semitis eoꝝ. Pedes
enī illoꝝ ad malū currūt: ⁊ festināt ut
effundant sāguinem. Frustra autem
iacitᷣ rete ante oculos pēnatoꝝ. Ipi q̄ʒ
contra sanguinē suū insidiantur: et

moliūtur fraudes ꝯtra animas suas.
Sic semite oīs auari · animas possi-
dentiū rapiūt. Sapiētia foris p̄dicat:
in plateis dat vocē suā. In capite tur-
barū clamitat: in foribꝫ portaꝝ vrbis
profert v̄ba sua dicēs. Vsquequo par-
uuli diligitis infantiā et stulti ea q̄ si-
bi sūt noxia cupiēt: ⁊ imprudētes odi-
būt sciētiā? Cōuertimini ad correpti-
onem meā. En p̄feram vobis spiritū
meū: et ostendam vobis verba mea.
Quia vocaui ⁊ renuistis: extendi ma-
num meā et non fuit q̄ aspiceret. De-
spexistis omne cōsiliū meum: et incre-
pationes meas neglexistis. Ego q̄ꝫ in
interitu vr̄o ridebo: ⁊ subsannabo cū
vobis id quod timebatis aduenerit.
Cū irruerit repētina calamitas: ⁊ in-
teritus q̄si tēpestas ingruerit: quando
venerit super vos tribulatio et angu-
stia. Tunc inuocabūt me et non exau-
diā: mane ꝯsurgēt et non inuenient
me: eo q̄ exosam habuerint discipli-
nam et timorem dn̄i non susceperint:
nec acquieuerīt consilio meo: et detra-
xerint vniu̾se correptioni mee. Com-
edent igitur fruct⁹ vie sue: suisq̄ꝫ ꝯsilijs
saturabuntur. Auersio paruulorum
interficiet eos: et prosperitas stultorū
perdet eos. Qui aūt me audierit: absq̄ꝫ
terrore requiescet: et abūdantia p̄fruet̄:
timore malorum sublato. capitl̄m .ii.
Fili mi si susceperis sermones me-
os: et mādata mea absconderis
penes te · ut audiat sapientiam auris
tua: inclina cor tuū ad cognoscendā
prudentiā. Si eni sapientiā inuoca-
ueris ⁊ inclinaueris cor tuū prudētie:
si quesieris eam quasi pecuniā ⁊ sicut
thesauros effoderis illā: tūc intelliges
timorē dn̄i · et scientiam dei inuenies:
quia dn̄s dat sapientiā: ⁊ ex ore eius
prudētia et scientia. Custodiet rectoꝝ
salutē: et p̄teget gradiētes simpliciter.
seruās semitas iusticie: ⁊ vias sancto-
rum custodiēs. Tūc intelliges iusticiā
et iudiciū et equitatē: et omnē semitā
bonā. Si intrauerit sapiētia cor tuū et
scientia anime tue placuerit: consiliū
custodiet te · ⁊ prudētia seruabit te: ut
eruaris de via mala ⁊ ab homine qui
peruersa loquitur. Qui relinquūt iter
rectū: ⁊ ambulāt per vias tenebrosas.
Qui letant̄ cū male fecerint: et exultāt
in rebus pessimis. Quoꝝ vie peruerse
sunt · ⁊ infames gressus eorū. Ut eru-
aris a muliere aliena et ab extranea q̄
mollit s̾mones suos: et relinquit du-
cem pubertatis sue et pacti dei sui ob-
lita ē. Inclinata ē eni ad mortē dom⁹
ei⁹: ⁊ ad inferos semite ip̄ius. Om̄es
qui ingrediunt̄ ad eā nō reuertentur:
nec app̄hendent semitas vite. Ut am-
bules in via bona: et calles iustorū
custodias. Qui enim recti sūt habita-
bunt in terra: et simplices permane-
bunt in ea. Impij vero de terra p̄dent̄:
et qui inique agunt auferentur ex ea.
Fili mi ne obliuiscaris legis c. iii.
mee: et p̄cepta mea cor tuū custo-
diat. Longitudinē eni dieꝝ et annos
vite et pacem apponēt tibi. Misericor-
dia et veritas te non deserant. Circū-
da eas gutturi tuo: ⁊ describe in tabu-
lis cordis tui: ⁊ inuenies graciā et dis-
ciplinā bonā corā deo ⁊ hominibꝫ. Ha-
be fiduciā i dn̄o ex toto corde tuo: ⁊ ne
innitaris prudentie tue. In omnibus
vijs tuis cogita illum: et ipse diriget
gressus tuos. Ne sis sapiens apud te-
metip̄m. Time deum: et recede a malo.
Sanitas quippe erit vmbilico tuo: et
irrigatio ossiū tuoꝝ. Honora dn̄m
de tua substātia ⁊ de primicijs omniū

frugũ tuaꝝ da pauperibꝫ: et implebun-
tur horrea tua saturitate: ⁊ vino torcu-
laria redundabũt. Disciplinã dñi fili
mi ne abicias: nec deficias cum ab eo
corriperis. Quẽ eni diligit dñs corri-
pit: et quasi pater in filio cõplacet sibi.
Beatus homo qui inuenit sapiẽtiã:
et qui affluit prudẽtia. Meliorẽ acqui-
sitio ei⁹ negociatione auri et argenti:
primi ⁊ purissimi fruct⁹ eius. Precio-
sior est cũctis opibꝫ sapiẽtia: ⁊ omnia
que desiderant᷑ · huic nõ valẽt cõparari.
Longitudo dierũ in dextera eius: et in
sinistra illius diuitie et gloria. Vie ei⁹
vie pulcre: et omnes semite illi⁹ pacifice.
Lignũ vite est hiis qui apprehenderint
eam: ⁊ qui tenuerit eã beat⁹. Dñs sapi-
entia fundauit terrã: stabiliuit celos
prudentia. Sapiẽtia illius eruperunt
abissi: et nubes rore cõcrescũt. Fili mi
ne effluãt hec ab oculis tuis. Custodi le-
gem meã atqꝫ ɔsiliũ meũ: ⁊ erit vita a-
nime tue: ⁊ gracia faucibꝫ tuis. Tunc
ambulabis fiducialiter ĩ via tua: ⁊ pes
tuus nõ impinget. Si dormieris nõ
timebis: qesces · et suauis erit somnus
tuus. Ne paueas repentino terrore · et
irruẽtes tibi potentias impioꝝ. Dñs
eni erit ĩ latere tuo: ⁊ custodiet pedẽ tuũ
ne capiaris. Noli phibere benefacere
eum qui potest: si vales ⁊ ipe bene fac.
Ne dicas amico tuo. Vade ⁊ reuertere
⁊ cras dabo tibi: cũ statim possis dare.
Ne moliaris amico tuo malũ: cũ ille
in te habeat fiduciã. Ne ɔtendas
aduũsus hominẽ frustra: cũ ipe tibi ni-
chil mali fecerit. Ne emuleris hominẽ
iniustũ nec imiteris vias eius: quia
abominatio est dñi · omnis illusor:
et cum simplicibꝫ sermocinatio eius.
Egestas a dño in domo impij: habi-
tacula autem iustoꝝ benedicent᷑. Ipse
deludet illusores: et mansuetis dabit
graciã. Gloriã sapientes possidebunt:
stultoꝝ exultatio ignominia. ca. iiii.

Audite filij disciplinam patris: ⁊
attendite ut sciatis prudentiam.
Donũ bonũ tribuã vobis: legẽ meã
ne derelinquatis. Nã ⁊ ego filius fui
pris mei · tenellus et unigenitus corã
matre mea: et docebat me atqꝫ dicebat.
Suscipiat verba mea cor tuũ: custodi
pcepta mea ⁊ viues. Possidẽ sapienti-
am: possidẽ prudentiã. Ne obliuisca-
ris: neqꝫ declines a verbis oris mei.
Ne dimittas eã et custodiet te: dilige
eã et ɔseruabit te. Principiũ sapientie
posside sapientiã: et in omni possessi-
one tua acquire prudẽtiã. Arripe illã
et exaltabit te: glorificaberis ab ea cũ
eã fueris amplexat⁹. Dabit capiti tuo
augmẽta graciarũ: et corona inclita
proteget te. Audi fili mi et suscipe ver-
ba mea: ut multiplicent᷑ tibi anni vite.
Viã sapientie mõstrabo tibi · et ducã
te p semitas equitatis: quas cũ ingres-
sus fueris nõ artabunt᷑ gressus tui: ⁊
currens nõ habebis offendiculũ. Tene
disciplinã: ne dimittas eam. Custodi
illã: quia ipa est vita tua. Ne delecteris
in semitis impiorum: nec tibi placeat
maloꝝ via. Fuge ab ea nec transeas
per illã: declina et desere eã. Non eni
dormiũt nisi cũ male fecerint: et non
rapit᷑ somn⁹ ab eis nisi supplãtauerint.
Comedũt panem impietatis: et vinũ
iniquitatis bibũt. Iustorũ autẽ semi-
ta quasi lux splendẽs pcedit: et crescit
usqꝫ ad pfectã diẽ. Via impiorũ tene-
brosa: nesciũt ubi corruãt. Fili mi au-
sculta sermones meos: et ad eloquia
mea inclina aurẽ tuã. Ne recedant ab
oculis tuis: custodi ea ĩ medio cordis
tui. Vita eni sunt inuenientibus ea: et

vniuerse carni sanitas. Omni custo-
dia serua cor tuū: quia ex ipo vita pce-
dit. Remoue a te os prauū: ⁊ detrahen-
tia labia sint pcul a te. Oculi tui recta
videāt: ⁊ palpebre tue precedāt gressus
tuos. Dirige semitas pedibus tuis: ⁊
omnes vie tue stabilient. Ne declines
ad dexterā neq; ad sinistrā. Auerte pedē
tuū a malo. Vias eni que a dexteris
sūt nouit dns: puerse vero sūt q̄ sūt a
sinistris. Ipse eni rectos faciet gressus
tuos. Itinera autē tua in pace pducet

Fili mi attende sapientiam c. v.
meā et prudētie mee inclina au-
rem tuā: ut custodias cogitationes: ⁊
disciplinam labia tua cōseruent. Ne
intenderis fallacie mulieris. Fauus
enim distillās labia meretricis: et niti-
dius oleo guttur ei9. Nouissima au-
tem illius amara q̄si absinthiū: ⁊ lin-
gua eius acuta quasi gladius biceps.
Pedes eius descendūt in mortē: et ad
inferos gressus illi9 penetrāt. Per semi-
tam vite nō ambulāt: vagi sunt gres-
sus eius et inuestigabiles. Nūc ergo
fili mi audi me: et ne recedas a verbis
oris mei. Longe fac ab ea viam tuā:
et ne appropinques foribz dom9 eius.
Ne des alienis honorē tuū: et annos
tuos crudeli: Ne forte impleant extra-
nei viribz tuis ⁊ labores tui sint in do-
mo aliena: et gemas in nouissimis
quando cōsūpseris carnes tuas et cor-
pus tuū: et dicas. Cur detestatus sum
disciplinā: et increpationibz non ac-
quieuit cor meū: Nec audiui vocē do-
centiū me: et magistris nō inclinaui
aurē meā. Pene fui in omni malo: in
medio ecclie et sinagoge. Bibe aquā
de cisterna tua: ⁊ fluenta putei tui. Deri-
uent fōtes tui foras: et in plateis aq̄s
tuas diuide. Habeto eas solus: nec sint
alieni participes tui. Sit vena tua bene-
dicta: ⁊ letare cū muliere adolescentie tue.
Cerua carissima: ⁊ gratissim9 hinnu-
lus. Vbera eius inebrient te omni tpe:
⁊ in amore ei9 delectare iugiter. Quare
seduceris fili mi ab aliena: et foueris
in sinu alteri9? Respicit dns vias hōi-
nis: et omnes gressus ei9 considerat.
Iniquitates sue capiunt impiū: et fu-
nibus peccatorū suorū constringit. Ipse
morietr q̄a nō habuit disciplinā: et in
multitudine stulticie sue decipietr. c. vi.

Fili mi si spoponderis pro amico
tuo: defixisti apud extraneū ani-
mam tuā. Illaqueat9 es verbis oris
tui: ⁊ capt9 ppriis sermonibz. Fac ergo
qd dico fili mi ⁊ temetipm libera: quia
incidisti i manū proximi tui. Discur-
re festina: suscita amicū tuū. Ne dede-
ris somnū oculis tuis: nec dormitet
palpebre tue. Eruere quasi damula de
manu: ⁊ q̄si auis de insidiis aucupis.
Vade ad formicā o piger: ⁊ cōsidera
vias ei9: ⁊ disce sapientiā. Que cū nō
habeat ducē nec preceptorē nec principē
parat in estate cibū sibi: et congregat
in messe quod comedat. Vsquequo
piger dormies? Quando consurges
e somno tuo? paululū dormies pau-
lulum dormitabis: paululū cōseres
manus tuas ut dormias: et veniet ti-
bi quasi viator egestas: et pauperies
quasi vir armatus. Si vero impiger
fueris: veniet ut fons messis tua: et e-
gestas longe fugiet a te. Homo apo-
stata vir inutilis graditr ore puerso:
ānuit oculis: terit pede digito loquitr.
prauo corde machinat malū: ⁊ omī
tempore iurgia seminat. Huic extem-
plo veniet pditio sua ⁊ subito cōteret:
nec habebit ultra medicinā. Sex sūt
que odit dns: et septimū detestat aīa

eius. Oculos sublimes· linguā men-
dacem· manus effundentes innoxiū
sanguinē: cor machinās cogitatōnes
pessimas· pedes veloces ad currendū
in malū· proferentē mendacia testem
fallacem: et eū q̄ seminat inter fratres
discordias. Conserua fili mi precepta
patris tui et ne dimittas legem m̄ris
tue; liga ea in corde tuo iugiter: et cir-
cunda gutturi tuo. Cū ambulaueris
gradiant̄ tecū: cū dormieris custodiāt
te: ⁊ euigilans loquere cum eis. Quia
mandatū lucerna est et lex lux: et via
vite increpatio discipline: ut custodi-
ant te a muliere mala: et a blanda lin-
gua extranee. Nō concupiscat pulcritu-
dinē ei⁹ cor tuū ne capiaris nutibȝ illi-
us. Preciū eni scorti vix ē uni⁹ panis:
mulier autē viri p̄ciosā animā capit.
Nunquid potest homo abscondere i-
gnē in sinu suo ut vestimenta illi⁹ nō
ardeāt: aut ambulare super prunas·
ut nō comburant̄ plante ei⁹? Sic qui
ingredit̄ ad mulierē proximi sui: non
erit mūdus cū tetigerit eā. Nō grādis
est culpa cū quis furat⁹ fuerit. Furat̄
eni: ut esurientē impleat animā. Dep̄-
hensus quoqȝ reddet septuplū: ⁊ omnē
substantiā dom⁹ sue tradet: (et libera-
bit se.) Qui aūt adulter ē: ꝓpter cordis
inopiā pdet animā suā. Turpitudinē
et ignominiā cōgregat sibi: et oppro-
briū illi⁹ non delebit̄. Quia zelus et
furor viri nō parcet ī die vindicte: nec
acquiescet cuiuſqȝ precibus: nec susci-
piet ꝓ redēptōne dona plurima. c. vii.

Fili mi custodi sermones meos:
et p̄cepta mea reconde tibi. (Fili
honora dn̄m et valebis: p̄ter eū vero
ne timueris alienū.) Serua mandata
mea ⁊ viues: ⁊ legem meam q̄si pupil-
lam oculi tui. Liga eā in digitis tuis:
scribe illā ī tabulis cordis tui. Dic sa-
pientie soror mea es: et prudentiā vo-
ca amicā tuā. Ut custodiat te a muliere
extranea et ab aliena: que verba sua
dulcia facit. De fenestra eni dom⁹ mee
per cancellos prospexi iuuenē et video
paruulos. Considero vecordē iuuenē
qui transit ī platea iuxta āgulum:
et prope viā dom⁹ illi⁹ gradit̄ · in ob-
scuro aduesperascente die: in noctis te-
nebris et caligine. Et ecce occurrit illi
mulier in ornatu meretricio: p̄parata
ad capiendas animas: garrula et
vaga· quietis impatiēs: nec valēs in
domo cōsistere pedibȝ suis. Nūc foris
nunc in plateis: nūc iuxta angulos
insidiās. Apprehensumqȝ deosculatur
iuuenē et procaci vultu blādit̄ dicens.
Victimas pro salute devoui: hodie
reddidi vota mea. Idcirco egressa sū
in occursū tuū desiderans te videre: et
reperi. Intexui funibȝ lectulū meū: stra-
ui tapetibȝ pictis ex egipto: aspersi cu-
bile meū mirra et aloe et cinamomo.
Ueni inebriemur vberibus: ⁊ fruamur
cupitis amplexibȝ donec illucescat di-
es. Non est eni vir ī domo sua: abijt
via longissima. Sacculū pecunie secū
tulit: in die plene lune reuersur⁹ est in
domū suā. Irretiuit eū multis sermo-
nibȝ: et blandicijs labiorū protraxit
illū. Statī eā sequit̄ quasi bos duct⁹
ad victimā ⁊ quasi agnus lasciuiens
et ignorans: et nescit q̄ ad vincula
stult⁹ trahat̄: donec transfigat sagitta
iecur ei⁹. Velud si auis festinet ad la-
queū: ⁊ nescit q̄ de periculo anime illi⁹
agitur. Nūc ergo fili mi audi me: et
attende v̄bis oris mei. Ne abstrahat̄
in vijs illi⁹ mens tua: neqȝ decipiaris
semitis eius. Multos eni vulneratos
deiecit: et fortissimi quiqȝ interfecti sūt

ab ea. Vie inferi domus eius: pene-
trantes interiora mortis. cap. viii.
Nunquid nō sapientia clamitat:
et prudentia dat vocem suā? In
sūmis excelsisq; verticibus·supra viā
in medijs semitis stans: iuxta portas
civitatis·in ipīs foribȝ loquit̄ dicens.
O viri ad vos clamito: et vox mea
ad filios hominū. Intelligite parvuli
astutiā: et insipientes animadvertite.
Audite qm̄ de rebus magnis locutu-
ra sum: et aperient̄ labia mea ut recta
predicent. Veritatē meditabit̄ guttur
meū: et labia mea detestabunt̄ impiū.
Iusti sunt omnes sermones mei: nō
est in eis pravū quid neq; perversum
Recti sunt intelligentibȝ: et equi inve-
nientibȝ scientiā. Accipite disciplinā
meā ⁊ non pecuniā: doctrinā magis
q̄ȝ aurū eligite. Melior est enī sapiētia
cūctis opibus p̄ciosissimis: et omne
desiderabile ei non potest comparari.
Ego sapiētia habito in cōsilio: et eru-
ditis intersum cogitationibȝ. Timor
domini odit malū: arrogātiā et sup-
biā et viā pravā et os bilingue dete-
stor. Meū est consiliū ⁊ equitas: Mea
est prudētia: mea est fortitudo. Per me
reges regnāt: et legū cōditores iusta
decernūt. Per me principes imperāt:
et potentes decernunt iusticiā. Ego di-
ligentes me diligo: et qui mane vigi-
laverint ad me invenient me. Mecum
sunt divitie et gloria: opes superbe et
iusticia. Melior est fruct⁹ meus auro
et lapide p̄cioso: et genimina mea ar-
gento electo. In vijs iusticie ambulo·
in medio semitarum iudicij: ut ditem
diligētes me: et thesauros eorū repleā.
Domin⁹ possedit me in inicio viarū
suarū·anteq̄ȝ quicq̄ȝ faceret a principio:
ab eterno ordinata sū et ex antiquis:
anteq̄ȝ terra fieret. Nec dum erāt abissi:
⁊ ego iam concepta erā. Necdū fontes
aquarū eruperāt: necdū mōtes gravi
mole constiterāt: Ante omnes colles
ego parturiebar. Adhuc terram nō
fecerat et flumina: et cardines orbis
terre. Quādo p̄parabat celos aderam:
quādo certa lege et giro vallabat ab-
issos. Quando ethera firmabat sur-
sum: ⁊ librabat fontes aquarū. Quan-
do circundabat mari terminū suum:
et legē ponebat aquis·ne transirent
fines suos. Quādo appēdebat funda-
menta terre: cū eo erā cūcta componēs:
Et delectabar per singulos dies ludēs
coram eo omni tempore: et ludens in
orbe terrarū: et delicie mee esse cū filijs
hominum. Nūc ergo filij audite me.
Beati qui custodiūt vias meas. Au-
dite disciplinā et estote sapiētes: ⁊ no-
lite abicere eā. Beat⁹ homo qui audit
me: ⁊ qui vigilat ad fores meas quo-
tidie: et observat ad postes hostij mei.
Qui me invenerit inveniet vitā: ⁊ hau-
riet salutem a dn̄o. Qui autem in me
peccaverit: ledet animā suam. Omnes
qui me oderūt diligūt mortem. c. ix.
Sapientia edificavit sibi domū:
excidit columnas septē. Immo-
lavit victimas suas: miscuit vinū: et
proposuit mensam suā. Misit ancil-
las suas ut vocarēt ad arcem: et ad
menia civitatis. Si quis est parvulus
veniat ad me. Et insipientibȝ locuta
est. Venite comedite panē meū: et bi-
bite vinū qd miscui vobis. Relinqui-
te infantiā et vivite: et ambulate per
vias prudentie. Qui erudit derisorem
ipse iniuriā sibi facit: ⁊ qui arguit im-
piū sibi maculā generat. Noli arguē
derisorē: ne oderit te. Argue sapiētem:
⁊ diliget te. Da sapienti occasionem:

et addetur ei sapientia. Doce iustu: et
festinabit accipere. Principiu sapientie
timor dni: et sciencia sanctor prudeu-
tia. Per me eni multiplicabunt dies
tui: et addent tibi anni vite. Si sapi-
ens fueris tibimetipsi eris: si aute illu-
sor: solus portabis malum. Mulier
stulta et clamosa. plenaqz illecebris z
nichil omnino sciens. sedit in foribus
dom9 sue super sella. in excelso vrbis
loco: ut vocaret transeutes per via: et
pgentes itinere suo. Quis e paruul9:
declinet ad me. Et vecordi locuta est.
Aque furtiue dulciores sut: et panis
absconditus suauior. Et ignorauit q
ibi sint gigates: z in profundis infer-
ni conuiue eius. Qui enim applicabi-
tur illi descendet ad inferos: nam qui
abscesserit ab ea saluabitur. capl. x.

Filius sapies letificat patre: fili9 ve-
ro stultus mesticia est mris sue.
Nil pderut thesauri impietatis: iusti-
cia vero liberabit a morte. No affliget
dns fame animam iusti: et insidias
impior subuertet. Egestate operata est
man9 remissa: manus autem fortiu
diuitias parat. Qui nititur mendaciis
hic pascit ventos: idem autem ipse se-
quitur aues volates. Qui congregat
in messe fili9 sapies est: qui aute stertit
estate fili9 cofusionis. Benedictio dni
sup caput iusti: os aut impior operit
iniquitate. Memoria iusti cu laudib3:
et nome impiorum putrescet. Sapiens
corde pcepta suscipiet: stultus ceditur
labiis. Qui ambulat simpliciter am-
bulat confidenter: qui aute deprauat
vias suas manifestus erit. Qui annuit
oculo dabit dolore: et stultus labiis
verberabitur. Uena vite os iusti: et os
impior operit iniquitate. Odium suscitat
rixas: et vniuersa delicta operit caritas.

In labiis sapientis inuenit sapientia:
et virga in dorso ei9 qui indiget corde.
Sapientes abscondunt scientiam: os
aute stulti cofusioni proximu e. Sub-
stantia diuitis vrbs fortitudinis ei9:
pauor pauperu egestas eoru. Opus
iusti ad vita: fruct9 aute impii ad pec-
catu. Uia vite custodienti disciplina:
qui aute increpatoes relinquit errat.
Abscondunt odiu labia mendacia: qui
profert cotumelia insipies e. In multi-
loquio no deerit peccatu: qui autem
moderat labia sua prudentissim9 est.
Argentu electu lingua iusti: cor aute
impior pro nichilo. Labia iusti eru-
diunt plurimos: q aute indocti sunt
in cordis egestate morient. Benedictio
domini diuites facit: nec sociabit eis
afflictio. Quasi per risu stultus operat
scelus: sapientia aute est viro prudentia.
Quod timet impius veniet super eu:
desideriu suum iustis dabitur. Quasi
tempestas transies non erit impius:
iustus autem quasi fundamentu sem-
piternu. Sicut acetu dentib3 et fumus
oculis: sic piger hiis qui miserunt eu.
Timor dni apponet dies: et anni impi-
oru breuiabuntur. Expectatio iustoru
leticia: spes autem impior peribit. For-
titudo simplicis via dni: z pauor hiis
qui operantur malu. Iustus in eternu
non commouebitur: impii autem non
habitabunt in terra. Os iusti parturiet
sapientia: lingua prauorum peribit.
Labia iusti considerant placita: z os
impior puersa. capitulum xi.

Statera dolosa abominatio est a-
pud dnm: z pondus equu vo-
luntas eius. Ubi fuerit supbia ibi erit
et cotumelia: ubi autem est humilitas
ibi et sapientia. Simplicitas iustoru
diriget eos: et supplantatio puersor

uaſtabit illos. Non proderūt diuitie
in die ultionis: iuſticia autē liberabit
a morte. Juſticia ſimplicis diriget vi-
am eiꝰ: et in impietate ſua corruet im-
pius. Juſticia rectorū liberabit eos: et
in inſidijs ſuis capient̄ iniqui. Mor-
tuo hoīe impio nulla erit ultra ſpes:
et expectatio ſollicitorꝫ peribit. Juſtꝰ de
anguſtia liberatꝰ eſt: et tradet̄ impius
pro eo. Simulator ore decipit amicū
ſuū: iuſti autē liberabūtur ſciētia. In
bonis iuſtorū exaltabit̄ ciuitas: et in
perditione impiorꝫ erit laudatio. Be-
nedictione iuſtorꝫ exaltabit̄ ciuitas: et
ore impiorū ſubuertetur. Qui deſpicit
amicū ſuū indigēs corde eſt: vir aūt
prudēs tacebit. Qui ambulat fraudu-
lenter reuelat archana: qui aūt fidelis
eſt celat amici cōmiſſū. Ubi non eſt
gubernator populꝰ corruet: ſalus au-
tem ubi multa cōſilia. Affligetur malo
qui fidem facit pro extraneo: qui autē
cauet laqueos ſecurꝰ erit. Mulier gra-
cioſa inueniet gloriā: et robuſti habe-
bunt diuitias. Benefacit anime ſue
vir miſericors: qui autē crudelis eſt et
propīquos abicit. Impiꝰ facit opus
inſtabile: ſemināti autē iuſticiā mer-
ces fidelis. Clemētia ꝑparabit uitam: et
ſectatio malorū mortem. Aboīabile
dn̄o cor prauū: et volūtas eiꝰ in hijs
qui ſimpliciter ambulāt. Manꝰ ī ma-
nu nō erit innocēs malus: ſemen au-
tem iuſtorꝫ ſaluabitur. Circulꝰ aureuſ
in naribꝫ ſuis: mulier pulcra et fatua.
Deſideriū iuſtorꝫ omne bonū eſt: ꝑſto-
latio impiorꝫ furor. Alij diuidūt pro-
pria et ditiores fiūt: alij rapiūt non
ſua et ſemper in egeſtate ſūt. Anima
que benedicit impinguabit̄: et qui in-
ebriat ipē quoqꝫ inebriabit̄. Qui ab-
ſcōdit frumēta maledicetur ī populiſ:
benedictio autem ſup caput vēdentiū.
Bene cōſurgit diluculo q̄ q̄rit bona:
qui autē inueſtigator malorꝫ ē oppri-
metur ab eis. Qui cōfidit in diuicijs
ſuis corruet: iuſti autē quaſi virens
foliū germinabūt. Qui conturbat do-
mum ſuā poſſidebit uētos: et q̄ ſtultꝰ
eſt ſeruiet ſapiēti. Fructus iuſti lignū
vite: et qui ſuſcipit animas ſapiens
eſt. Si iuſtus in terra recipit: quanto
magis impius et peccator. Cap̄. xij.

Qui diligit diſciplinā diligit ſa-
ciēciā: qui autē odit increpatio-
nes inſipiens eſt. Qui bonꝰ ē hauriet
ſibi graciā a dn̄o: qui autem confidit
in cogitacōnibꝫ ſuis impie agit. Nō
roborabit̄ homo ex impietate: et radix
iuſtorū non cōmouebit̄. Mulier dili-
gens corona eſt viro ſuo: et putredo ī
oſſibus eius q̄ cōfuſione res dignas
gerit. Cogitationes iuſtorꝫ iudicia: et
conſilia impiorū fraudulēta. Uerba
impiorum inſidiantur ſāguini: os
iuſtorꝫ liberabit eos. Uerte impios et
nō erūt: domꝰ autem iuſtorū ꝑmane-
bit. Doctrina ſua noſcit̄ vir: qui autē
vanus et excors eſt patebit cōtemptui.
Melior eſt pauper et ſufficiens ſibi: q̄ꝫ
glorioſus et indigens pane. Nouit
iuſtus iumentorꝫ ſuorū aīas: viſcera
autem impiorꝫ crudelia. Qui operatur
terrā ſuā ſaciabitur panibꝫ: qui autē
ſectatur ociū ſtultiſſimꝰ ē. Qui ſuauis
eſt viuit ī moderationibꝫ: in ſuis mo-
nitionibꝫ relinquit contumeliā. De-
ſideriū impij monimentū eſt peſſimo-
rum: radix aūt iuſtorꝫ proficiet. Pro-
pter peccata labiorū ruina proximat
malo: effugiet aūt iuſtus de āguſtia.
De fructu oris ſui vnuſquiſqꝫ replebi-
tur bonis: et iuxta opera manuū ſuarꝫ
retribuetur ei. Uia ſtulti recta in oculis

eius: qui autē sapiens est audit ꝯsilia. Fatuus stati indicat irā suā: qui autem dissimulat iniuriā callid⁹ ē. Qui quod novit loquit̄ index iusticie est: qui autē mentit̄ testis est fraudulent⁹. Est qui pmittit ⁊ q̄si gladio pūgitur conscīētie: lingua autē sapientiū sanitas. Labiū veritatis firmū erit in perpetuū: qui autē testis est repentin⁹ concinnat linguā mendacij. Dolus in corde cogitantiū mala: qui aūt pacis ineūt ꝯsilia, sequit̄ eos gaudiū. Nō contristabit iustū quicqd ei acciderit: impij autem replebūtur malo. Abominatio est dn̄o labia mēdacia: qui autem fideliter agūt placēt ei. Homo versutus celat scientiā: ⁊ cor insipientium provocat stulticias. Manus fortium dn̄abitur: que autem remissa est tributis serviet. Meror ī corde viri humiliabit illū: et sermone bono letificabitur. Qui negligit damnū propter amicū iustus est: iter autem impiorū decipiet eos. Non inveniet fraudulentus lucrū: et substātia hoīs erit auri pciū. In semita iusticie vita: iter autē deviū ducit ad mortem. cap. xiii.

Filius sapiens doctrina patris: qui autē illusor ē non audit cū arguit̄. De fructu oris sui homo saciabit̄ bonis: anima autē impiorum iniqua. Qui custodit os suū custodit animā suā: qui autē incōsideratus ē ad loquendū sentiet mala. Vult et non vult piger: anima autē operantium impinguabit̄. Verbū mendax iustus detestabit̄: impius autē cōfundit et confundet̄. Iusticia custodit innocentis viā: impietas vero peccatorē supplantat. Est quasi dives cū nichil habeat: ⁊ est quasi paup cū in multis divitijs sit. Redemptio aīe viri divitie sue: qui autē pauper est increpationē non sustinet. Lux iustorū letificat: lucerna aūt impiorū extinguetur. Inter superbos semp iurgia sūt: qui autem agunt omnia cū ꝯsilio, regūtur sapientia. Substātia festinata minuetur: que autē paulatim colligitur manu multiplicabit̄. Spes que differt̄ affligit animā: lignū vite desideriū veniēs. Qui detrahit alicui rei, ipse se in futurū obligat: qui aūt timet preceptū ī pace versabit̄. Anime dolose errāt ī peccatis: iusti aūt misericordes sūt et miserantur. Lex sapiētis fons vite: ut declinet a ruina mortis. Doctrina bona dabit gratiā: in itinere cōtemptorū vorago. Astutus omnia agit cū ꝯsilio: qui autem fatuus ē aperit stulticiā. Nuncius impij cadet in malū: legat⁹ fidelis sanitas. Egestas et ignominia ei qui deserit disciplinā: qui aūt acquiescit arguēti glorificabit̄. Desideriū si compleat̄ delectat animā: detestantur stulti eos qui fugiūt mala. Qui cum sapientib; gradit̄ sapiens erit: amic⁹ stultorū similis efficiet̄. Peccatores persequitur malū: et iustis retribuentur bona. Bon⁹ relinquit heredes filios et nepotes: ⁊ custodit̄ iusto substātia peccatoris. Multi cibi in novalibus patrum: et alijs cōgregātur absq; iudicio. Qui parcit virge odit filiū suū: qui autem diligit illū instāter erudit. Iust⁹ comedit ⁊ replet aīam suā: vēter aūt impiorū insaturabilis. cap. xiiii.

Sapiēs mulier edificat domū suā: insipiēs extructā quoq; manib; destruet. Ambulans recto itinere ⁊ timēs deū: despicitur ab eo qui infami graditur via. In ore stulti virga superbie: labia sapientiū custodiūt eos. Ubi non sunt boves presepe vacuum est:

ubi autẽ apparẽt plurime segetes ibi
manifesta est fortitudo bouis. Testis
fidelis non mentiet᷑: profert autẽ men-
daciũ dolosus testis. Querit derisor sa-
pientiã ⁊ nõ inuenit: doctrina pruden-
tiũ facilis. Vade cõtra virũ stultũ: et
nescit labia prudẽtie. Sapientia
callidi ẽ intelligere viã suã: ⁊ prudẽtia
stultoꝝ errãs. Stult⁹ illudet pctm̃: et
inter iustos morabit᷑ gratia. Cor qđ
nouit amaritudinẽ aĩe sue: ĩ gaudio
eius nõ miscebitur extrane⁹. Domus
impioꝝ delebitur: tabernacula iustoꝝ
germinabũt. Est via q̃ videt᷑ homini
iusta: nouissima autẽ eius deducũt
ad mortem. Risus dolore miscebit᷑: ⁊
extrema gaudij luctus occupat. Uijs
suis replebit᷑ stultus: et sup eũ erit vir
bon⁹. Innocens credit omni verbo:
astut⁹ considerat gressus suos. Filio
doloso nichil erit boni. seruo autẽ sa-
piẽti prosperi erit actus. et dirigẽt via
ei⁹. Sapiẽs timet ⁊ declinat a malo:
stult⁹ transilit et cõfidit. Impatiẽs o-
perabit᷑ stulticiã: ⁊ vir versutus odiosus
est. Possidebũt paruuli stulticiã: et ex-
spectabũt astuti scientiã. Jacebũt mali
ante bonos: ⁊ impij ante portas iusto-
rum. Etiã proximo suo paupr odio-
sus est: amici vero diuitũ multi. Qui
despicit proximũ suũ peccat: qui autẽ
miseretur paupri beat⁹ erit. Qui credit
in dño misericordiã diligit: errãt qui
operant᷑ malũ. Misericordia ⁊ veritas
preparãt bona. In omni opere bono
erit abundãcia: ubi autem verba sũt
plima ibi frequẽter egestas. Corona
sapientiũ diuitie eoꝝ: fatuitas stultoꝝ
imprudentia. Liberat animas testis
fidelis: et profert mendacia versipellis.
In timore dñi fiducia fortitudinis: ⁊
filijs eius erit spes. Timor dñi fons

vite: ut declinet a ruina mortis. In
multitudine populi dignitas regis:
⁊ ĩ paucitate plebis ignominia prin-
cipis. Qui paciens est multa gubernat᷑
sapientia: q̃ autẽ impatiẽs est exaltat
stulticiã suã. Uita carniũ sanitas cor-
dis: putredo ossium inuidia. Qui ca-
lumniat᷑ egentẽ exprobrat factori ei⁹:
honorat aũt eũ qui miseretur paupe-
ris. In malicia sua expellet᷑ impius:
sperat aũt iust⁹ in morte sua. In cor-
de prudẽtis requiescit sapientia: et in-
doctos quoq; erudiet. Iusticia eleuat
gentem: miseros autẽ facit populos
peccatũ. Accept⁹ est regi minister intel-
ligẽs: iracũdiã ei⁹ inutilis sustinebit.
Responsio mollis frãgit ca. xv.
iram: sermo dur⁹ suscitat furo-
rem. Lingua sapiẽtiũ ornat scientiã:
os fatuoꝝ ebullit stulticiã. In omni
loco oculi dñi cõtemplãtur bonos et
malos. Lingua placabilis lignum
vite: que aũt immoderata est conteret
spiritũ. Stult⁹ irridet disciplinã pris
sui: qui autem custodit increpationes
astutior fiet. In abundãti iusticia vir-
tus maxima est: cogitationes autem
impiorũ eradicabũtur. Dom⁹ iusti
plurima fortitudo: et in fructib⁹ impij
conturbatio. Labia sapientiũ dissemi-
nabũt scientiã: cor stultorũ dissimile
erit. Victime impiorũ abominabiles
dño: vota iustorũ placabilia. Abo-
minatio ẽ dño via impij: qui sequi-
tur iusticiã diligitur ab eo. Doctrina
mala deserentiũ viã vite. qui increpa-
tiones odit moriet᷑. Infern⁹ et pditio
corã dño: quãtomagis corda filiorũ
hominũ? Nõ amat pestilens eũ qui
se corripit: nec ad sapientes graditur.
Cor gaudẽs exhilarat faciẽ: in merore
animi deicit᷑ spiritus. Cor sapientis

querit doctrinā: ⁊ os stultoꝝ pascitur
imperitia. Omēs dies pauperis mali:
secura mens quasi iuge cōuiuiū. Me-
lius est parū cū timore dñi: q̄ thesau-
ri magni et insatiabiles. Melius est
vocari ad olera cū caritate: q̄ ad vitu-
lum saginatū cū odio. Vir iracūdus
prouocat rixas: qui patiēs ē mitigat
suscitatas. Iter pigroꝝ quasi sepes spi-
narū: via iustorū absq̄ offendiculo.
Filius sapiēs letificat patrē: ⁊ stultus
homo despicit mrēm suā. Stulticia
gaudiū stulto: et vir prudēs dirigit
gressus suos. Dissipant̄ cogitatōnes
ubi nō ē cōsiliū: ubi vero sunt plures
consili⁹ cōfirmantur. Letatur homo
in sentētia oris sui: et sermo oportun⁹
est optim⁹. Semita vite sup eruditū:
ut declinet de inferno nouissimo. Do-
mum supborū demolief dñs: ⁊ firmos
faciet terminos vidue. Abominatio
dñi cogitatōnes male: ⁊ pur⁹ sermo
pulcerrim⁹ firmabitur ab eo. Contur-
bat domū suā qui sectat̄ auariciam:
qui autē odit munera viuet. (Per mi-
sericordiā et fidem purgātur peccata:
per timorē autē dñi declinat omnis
a malo.) Mens iusti meditabit̄ obedi-
enciam: os impioꝝ redundat malis.
Longe est dñs ab impijs: ⁊ oratōnes
iustoꝝ exaudiet. Lux oculorū letificat
animā: fama bona impinguat ossa.
Auris que audit increpationes vite:
in medio sapienciū cōmorabit̄. Qui
abicit disciplinā despicit animā suā:
q̄ autē acquiescit increpatōnibꝫ posses-
sor ē cordis. Timor dñi disciplina sa-
piētie: ⁊ glām p̄cedit humilitas. ca. xvi.
Hominis est animā p̄parare: et
dñi gubernare linguā. Omnes
vie hominū patent oculis eius: spiri-
tuū ponderator est dñs. Reuela dño
opera tua: et dirigent̄ cogitatōnes tue.
Uniuersa ꝓpter semetip̄m operatus ē
dñs: impiū q̄z ad diem malū. Abo-
minatio dñi est omīs arrogās: etiā
si man⁹ ad manū fuerit nō ē innocēs.
(Inicium vie bone facere iusticiā: acce-
pta est apud deū magis q̄ immolare
hostias.) Misericordia et veritate redi-
mit̄ iniquitas: et in timore domini
declinat̄ a malo. Cū placuerint dño
vie hominis: inimicos quoq̄ eius
cōuertet ad pacem. Meli⁹ est parū cū
iusticia: q̄ multi fruct⁹ cū iniquitate.
Cor hominis disponit viā suā: sed
dñi est dirigere gressus eius. Diuina-
tio in labijs regis: in iudicio nō erra-
bit os eius. Pōdus et statera iudicia
dñi sūt: et opera eius omnes lapides
seculi. Abominabiles regi qui agūt
impie: quoniā iusticia firmat̄ soliū.
Uoluntas regū labia iusta: qui recta
loquit̄ dirigetur. Indignatio regis
nūcij mortis: et vir sapiens placabit
eū. In hilaritate vult⁹ regis vita: et
clementia eius quasi imber serotinus.
Posside sapientiā quia auro melior
est: et acquire prudentiā q̄a p̄ciosior
est argento. Semita iustorū declinat
mala: custos anime sue seruat vitam
suā. Cōtritionē p̄cedit supbia: et ante
ruinā exaltabit̄ spiritus. Melius est
humiliari cū mitibꝫ: q̄ diuidere spolia
cū supbis. Eruditus in verbo reperiet
bona: et qui sperat in dño beatus est.
Qui sapiēs ē corde appellabit̄ prudēs:
et qui dulcis eloquio maiora reperiet.
Fons vite eruditio possidētis: doctri-
na stultoꝝ fatuitas. Cor sapiētis eru-
diet os eius: ⁊ labijs ei⁹ addet gratiā.
Fauus mellis composita verba: dul-
cedo anime sanitas ossiū. Est via que
videt̄ homini recta: et nouissima ei⁹

ducit ad mortē. Anima laborantis
laborat sibi: quia compulit eū os suū.
Vir insipiēs fodit malū: et in labijs
eius ignis ardescit. Homo peruersus su-
scitat lites: et verbosus separat princi-
pes. Vir iniquus lactat amicū suū: et
ducit eū per viā non bonā. Qui atto-
nitis oculis cogitat praua: mordēs
labia sua perficit malū. Corona di-
gnitatis senectus: que in vijs iusticie
reperietur. Melior est paciens viro for-
ti: et qui dominatur animo suo expu-
gnatore urbium. Sortes mittuntur
in sinū: sed a dño temperant. ca. xvii.
Melior est bucella sicca cū gaudio:
q̄ domus plena victimis cū iurgi-
o. Seruus ~~sapiens~~ dñabitur stultis (sensatus)
filijs: et inter frēs hereditatem diuidet.
Sicut igne probatur argentū et aurū
camino: ita corda probat dñs. Malus
obedit lingue inique: et fallax obtem-
perat labijs mendacibz. Qui despicit
pauperē exprobrat factori eius: et qui
in ruina letat alterius nō erit impunitus.
Corona senum filij filiorū: et gloria
filiorū pr̄es eorū. Non decet stultū vba
composita: nec principē labiū menti-
ens. Gemma gratissima expectatio pre-
stolātis: quocūq; se vertit prudenter
intelligit. Qui celat delictū querit ami-
cicias: qui altero sermone repetit sepa-
rat federatos. Plus proficit correctio
apud prudentē: q̄ centū plage apud
stultū. Semper iurgia querit malus:
angelus aūt crudelis mittet contra eū.
Expedit magis urse occurrere raptis
fetibz: q̄ fatuo confidēti sibi in stulticia
sua. Qui reddit mala pro bonis: nō
recedet malū de domo eius. Qui di-
mittit aquam caput est iurgiorū: et
anteq̄ patiat cōtumeliā iudiciū deserit.
Et qui iustificat impiū et q̄ cōdēnat
iustū: abominabilis est vterq; apud
deū. Quid pdest stulto habere diuici-
as: cū sapientiā emere nō possit? Qui
altā facit domū suā q̄rit ruinā: et qui
euitat discere incidet in malū. Omni
tempore diligit qui amicus est: et frater
in angustijs cōprobatur. Stultus homo
plaudet manibz suis: cū spopōderit
pro amico suo. Qui meditatur discor-
dias diligit rixas: et qui exaltat os
suū q̄rit ruinā. Qui puersi cordis est
nō inueniet bonū: et qui vertit linguā
incidet in malū. Natus est stultus in
ignominiā suā: sed nec pater in fatuo
letabitur. Animus gaudēs etatē flori-
dam facit: spiritus tristis exsiccat ossa.
Munera de sinu impius accipit: ut per-
uertat semitas iudicij. In facie prudē-
tis lucet sapientia: oculi stultorū in fi-
nibz terre. Ira patris filius stultus: et dolor
matris que genuit eū. Non est bonū
dampnū inferre iusto: nec percutere prin-
cipē qui recta iudicat. Qui moderatur
sermones suos doctus et prudens est:
et preciosi spiritus vir eruditus. Stultus
q̄ si tacuerit sapiēs reputabitur: et si com-
presserit labia sua intelligēs. ca. xviii.
Occasiones q̄rit qui vult recedere
ab amico: omni tpe erit expro-
brabilis. Nō recipit stultus verba pru-
dencie: nisi ea dixeris que versantur in
corde eius. Impius cū in profundū
venerit peccatorū cōtemnit: sed sequit
eum ignominia et opprobriū. Aqua
profunda vba ex ore viri: et torrens redun-
dans fons sapiētie. Accipere psonā
impij in iudicio nō est bonū: ut decli-
nes a veritate iudicij. Labia stulti mi-
scent se rixis: et os eius iurgia puocat.
Os stulti cōtricio eius: et labia ipsius
ruina anime eius. Verba biliguis q̄si
simplicia: et ipsa perueniunt usq; ad

interiora vētris. Pigrū deicit timor: a=
nime autē effeminatorū esurient. Qui
mollis et dissolut⁹ ē in opere suo: fra=
ter est sua opera dissipātis. Turris for=
tissima nomē dñi: ad ipam currit iu=
stus ⁊ exaltabitur. Substātia diuitis
vrbs roboris ei⁹: ⁊ q̄si mur⁹ validus
circūdans eū. Anteq̄ conterat̄ exalta=
tur cor hominis: ⁊ anteq̄ glorificetur
humiliat̄. Qui prius rūdet q̄ audiat
stultū se esse demōstrat: et confusione
dignū. Spirit⁹ viri sustentat imbecilli=
tatem suā: spiritū vero ad irascendum
facile quis poterit sustinere? Cor pru=
dentis possidebit sciētiā: ⁊ auris sa=
pientiū q̄rit doctrinā. Donū hominis
dilatat viam eius: et ante principes
spaciū ei facit. Justus prior est accusa=
tor sui: venit amic⁹ ei⁹ et inuestigabit
eū. Contradictiones cōprimit sors: et
inter potentes q̄ diiudicat. Frater qui
adiuuat̄ a fratre q̄si ciuitas firma: et
iudicia quasi vectes vrbium. De fru=
ctu oris viri replebitur venter ei⁹: ⁊ ge=
nimina labiorū ipsius saturabūt eū.
Mors et vita in manibꝫ lingue: qui
diligūt eā comedent fructus ei⁹. Qui
inuenit mulierē bonā inuenit bonū:
et hauriet iocunditatem a dño. Qui
expellit mulierē bonā expellit bonū: q̄
autem tenet adulteram stultus est et
insipiens. Cum obsecrationibus lo=
quitur pauper: ⁊ diues effabitur rigi=
de. Vir amabilis ad societatem:
magis amicus erit q̄ frater. cap. xix.

Melior est pauper qui ambulat in
simplicitate sua: q̄ diues tor=
quens labia sua et insipiens. Ubi nō
est sciētia anime nō est bonū: et qui
festin⁹ est pedibus offendet. Stulticia
hominis supplantat gressus eius: et
contra deū feruet animo suo. Diuitie
addūt amicos plurimos: a paupere
autē et hij quos habuit separantur.
Testis falsus nō erit impunit⁹: et qui
mendacia loquit̄ nō effugiet. Multi
colūt psonā potētis: et amici sūt dona
tribuentis. Fratres hoīs pauperis ode=
runt eū: insup et amici pcul recesserūt
ab eo. Qui tantū verba sectatur nichil
habebit: qui autē possessor est mentis
diligit animā suā: et custos prudētie
inueniet bona. Falsus testis non erit
impunit⁹: ⁊ qui loquit̄ mēdacia peribit.
Non decēt stultū delicie: nec seruum
dñari principibꝫ. Doctrina viri per
patientiā noscitur: et gloria eius est
iniqua p̄tergredi. Sicut fremit⁹ leonis
ita et regis ira: et sicut ros sup herbā
ita et hilaritas eius. Dolor patris fi=
lius stult⁹: et tecta iugiter pstillātia li=
tigiosa mulier. Dom⁹ et diuitie dātur
a parentibꝫ: a dño autē proprie vxor
prudens. Pigredo immittit soporem:
et aīa dissoluta esuriet. Qui custodit
mandatū custodit animā suam: qui
autē negligit viā suā mortificabitur.
Feneratur dño qui miseret̄ pauperi: ⁊
vicissitudinē suā reddet ei. Erudi filiū
tuū ne desperes: ad interfectionē autē
eius ne ponas animā tuā. Qui enim
impatiens est sustinebit damnū: et cū
rapuerit: aliud apponet. Audi cōsiliū
et suscipe disciplinā: ut sis sapiens in
nouissimis tuis. Multe cogitationes
in corde viri: voluntas autē domini
in eternū pmanebit. Homo indigens
misericors est: et melior est paup iust⁹
q̄ vir mendax. Timor dñi ad vitam:
et in plenitudine cōmorabitur absq;
visitatione pessimi. Abscondit piger
manū suā sub ascella: nec ad os suū
applicat eā. Pestilente flagellato stult⁹
sapientior erit: si autem corripueris

dissipabūt

sapiētem intelliget sapiētiā. Qui affli-
gĩt patrē ⁊ fugit matrē: ignominiosꝰ
erit et infelix. Non cesses audire fili do-
ctrinam: nec ignores sermones sciēn-
tie. Testis iniquus deridet iudiciū: et
os impiorꝫ deuorat iniquitatem. Pa-
rata sūt derisoribꝫ iudicia: ⁊ mallei per-
cutientes stultorū corporibus. ca. xx.

Luxuriosa res vinū: et tumultuo-
sa ebrietas. Quicunqꝫ hijs dele-
ctatur nō erit sapiens. Sicut rugitus
leonis ita et terror regis: qui puocat
eū peccat ĩ aīam suā. Honor ē homini
qui separat se a cōtentionibꝫ: omnes
aūt stulti miscentur cōtumelijs. Pro-
pter frigus piger arare noluit: mēdi-
cabit ergo estate ⁊ nō dabit̄ ei. Sicut
aqua profunda sic consiliū in corde
viri: sed homo sapiēs exhauriet illud.
Multi hoīes misericordes vocantur:
virū aūt fidelem quis inueniet? Justꝰ
qui ambulat in simplicitate sua: bea-
tos post se filios relinquit. Rex qui se-
det in solio iudicij: dissipat omne ma-
lum ĩ intuitu suo. Quis potest dicere
mundū ē cor meū: purꝰ sū a peccato?
Pōdus et pōdus. mēsura et mēsura:
utrumqꝫ abominabile ē apud deū. Ex
studijs suis intelligitur puer: si mūda
et recta sint opera eiꝰ. Aurē audiētem
et oculū vidētem: dñs fecit vtrūqꝫ. No-
li diligere somnū: ne te egestas oppri-
mat: aperi oculos tuos ⁊ saturare pa-
nibus. Malū est malū ē. dicit omnis
emptor: ⁊ cū recesserit tūc gloriabitur.
Est aurū et multitudo gemmarꝫ: vas
aūt p̄ciosum labia sciētie. Tolle vesti-
mentū eiꝰ qui fideiussor extitit alieni:
et pro extraneis aufer pignus ab eo.
Suauis ē homini panis mendacij: ⁊
postea implebitur os eiꝰ calculo. Co-
gitationes consilijs roborantur: et
gubernaculis tractāda sunt bella. Ei
qui reuelat misteria. et ambulat frau-
dulenter et dilatat labia sua: ne com-
miscearis. Qui maledicit patri suo et
matri: extinguet̄ lumen eiꝰ in medijs
tenebris. Hereditas ad quā festinatur
in principio: ĩ nouissimo bñdictione
carebit. Ne dicas reddā malum pro
malo: expecta dominū et liberabit te.
Abominatio est apud deū pondus ⁊
pondus: statera dolosa nō est bona.
A dño dirigunt̄ gressus viri. Quis
autem hominū intelligere potest viā
suā? Ruina est homini deuotare san-
ctos: et post vota retractare. Dissipat
impios rex sapiens: et incuruat super
eos fornicē. Lucerna dñi spiraculū ho-
minis: que inuestigat omnia secreta
ventris. Misericordia et veritas custo-
diunt regem: et roboratur clementia
thronꝰ eius. Exultatio iuuenū fortitu-
do eorū: et dignitas senum canicies.
Liuor vulneris absterget mala: et pla-
ge in secretioribꝫ ventris. ca. xxi.

Sicut diuisiones aquarū ita cor
regis in manū dñi: quocunqꝫ
voluerit inclinabit illud. Omnis via
viri recta sibi videtur: appēdit autem
corda dñs. Facere misericordiā et iu-
dicium. magis placet dño q̄ victime.
Exaltatio oculorū ē dilatatio cordis:
lucerna impiorꝫ peccatū. Cogitatōnes
robusti semꝑ in abūdancia: omnis
autem piger semꝑ in egestate est. Qui
cōgregat thesauros lingua mendacij
vanus et excors est: ⁊ impingetur ad
laqueos mortis. Rapine impiorum
detrahent eos: quia noluerunt facere
iudiciū. Peruersa via viri aliena est a
deo: qui autē mūdus est rectū opꝰ eiꝰ.
Melius est sedere in angulo domatis:
q̄ cū muliere litigiosa et ĩ domo cōmuni.

Anima impij desiderat malū: non
miserebit̄ proximo suo. Multato pe-
stilente sapiētior erit paruulus: et si se-
ctetur sapientē sumet scientiā. Excogi-
tat iustus de domo impij: ut detrahat
impios a malo. Qui obturat aurem
suā ad clamorē pauperis: ⁊ ipe clama-
bit ⁊ nō exaudiet̄. Munꝰ absconditū
extinguit iras: ⁊ donū ī sinu indigna-
tionē maximā. Gaudiū iusto ē facere
iudiciū: et pauor operantibꝫ iniq̄tatē.
Vir qui errauerit in via doctrine: in
cetu gigantiū cōmorabit̄. Qui diligit
epulas ī egestate erit: qui amat vinū
et pinguia nō ditabit̄. Pro iusto da-
bitur impiꝰ: ⁊ pro recto iniquꝰ. Meliꝰ
est habitare in terra deserta: q̄ꝫ cū muli-
ere rixosa et iracūda. Thesaurus desi-
derabilis et oleū in habitaculo iusti:
et imprudens homo dissipabit illud.
Qui sequit̄ iusticiā et misericordiam inue-
niet vitā et iusticiā et gloriā. Ciuitatē
fortiū ascēdit sapiēs: destruxitq̄ꝫ robur
fiducie eius. Qui custodit os suum et
⁊ linguā suā: custodit ab āgustijs ani-
mam suā. Superbus et arrogās voca-
tur indoctꝰ: qui in ira operatur superbi-
am. Desideria occidūt pigrū: noluerūt
enī quicq̄ꝫ manus eius operari. Tota
die cōcupiscit et desiderat: qui autem
iustus est tribuet et nō cessabit. Hostie
impiorū abominabiles: q̄ offerūtur
ex scelere. Testis mēdax peribit: vir obe-
diens loquetur victoriā. Vir impius
procaciter obfirmat vultū suū: q̄ au-
tem rectus est corrigit viā suā. Nō est
sapientia. nō est prudētia: nō est ꝯsiliū
contra dn̄m. Equus parat̄ ad diem
belli: dn̄s autē salutē tribuit. ca. xxii.
Melius est nomē bonū q̄ꝫ diuitie
multe: sup argentū enī et aurū
grā bona. Diues ⁊ paup obuiauerūt
sibi: vtriusq̄ꝫ operator est dn̄s. Callidꝰ
videt malū et abscondit se: innocens
pertrāsijt et afflictꝰ est damno. Finis
modestie timor dn̄i: diuitie et gloria
et vita. Arma et gladij in via superbi: ꝑuersi
custos autem aīe sue longe recedit ab
eis. Prouerbium est: adolescens iuxta
viā suā: etiā cū senuerit nō recedet ab
ea. Diues pauperibꝫ imperat: ⁊ q̄ acci-
pit mutuū seruus est fenerantis. Qui
seminat iniquitatē metet mala: ⁊ vir-
ga ire sue consūmabit̄. Qui pronus
est ad misericordiam bn̄dicetur: de panibꝫ
enī suis dedit paupi. Victoriā ⁊ ho-
norem acquiret qui dat munera: ani-
mam aūt aufert accipientiū. Ejce de-
risorem et exibit cū eo iurgiū: cessabūt
q̄ꝫ cause et cōtumelie. Qui diligit cor-
dis mūdiciā: ꝓpter grām labiorꝫ suorꝫ
habebit amicū regem. Oculi dn̄i custo-
diūt scientiā: ⁊ supplantant̄ verba ini-
qui. Dicit piger. leo ē foris: in medio
platearū occidendus sum. Fouea pro-
funda os aliene: cui iratꝰ est dominꝰ
incidet in eā. Stulticia colligata est in
corde pueri: et virga discipline fuga-
bit eā. Qui calumniat̄ pauperē ut au-
geat diuitias suas: dabit ipe ditiori
et egebit. Fili mi inclina aurē tuā: et
audi verba sapientiū. Appone autem
cor ad doctrinā meam: que pulcra erit
tibi cū seruaueris eā in ventre tuo. Et
redūdabit in labijs tuis: ut sit in dn̄o
fiducia tua. Vnde et ostendi eā tibi
hodie. Ecce descripsi eam tibi tripliciter
in cogitationibꝫ et scientia: ut ostende-
rem tibi firmitatem et eloquia verita-
tis: respōdere ex hijs illis qui miserūt te.
Nō facias violentiam pauperi quia
paup est. neq̄ꝫ cōteras egenū in porta:
quia iudicabit dn̄s causam eius: et
configet eos qui confixerūt animā eiꝰ.

Noli esse amicus homini iracundo·
neq; ambules cū viro furioso: ne for-
te discas semitas eius: et sumas scan-
dalū anime tue. Noli esse cū hiis qui
defigūt manus suas: et qui vades se
offerunt pro debitis. Si enī nō habes
unde restituas: quid cause est ut tollat
operimētū de cubili tuo? Ne trāsgredia-
ris terminos antiquos: q̄s posuerunt
prēs tui. Vidisti viꝝ velocē ī opere suo:
corā regibꝫ stabit: nec erit āte ignobiles.

Quādo sederis ut com- ca. xxiii.
edas cū pricipe· diligēter attende
q̄ sunt apposita āte faciē tuā: et statue
cultrū in gutture tuo: si tamen habes
in potestate animā tuā. Ne desideres
de cibis ei⁹: in quo est panis mēdacij.
Noli laborare ut diteris: sed prudēcie
tue pone modū. Ne erigas oclos tuos
ad opes quas nō potes habere: quia
faciēt sibi pēnas quasi aquile: ⁊ vola-
bunt in celū. Ne comedas cū homine
invido et ne desideres cibos ei⁹: q̄m in
similitudinē arioli et coniectoris esti-
mat qđ ignorat. Comede ⁊ bibe dicet
tibi: et mens eius non est tecū. Cibos
quos comederas evomes: et perdes
pulcros sermones tuos. In auribus
insipientiū ne loquaris: q̄a despiciēt
doctrinā eloquij tui. Ne attingas par-
vuloꝝ terminos: ⁊ agrū pupilloꝝ ne
introeas. Propinquus enī illoꝝ fortis
est: ⁊ ipse iudicabit ɔtra te causā illorū.
Ingrediat̄ ad doctrinā cor tuū: et au-
res tue ad verba sciencie. Noli subtra-
here a puero disciplinā: si enī percusseris
eū virga· nō morietur. Tu virga pcutis
eū: ⁊ animā eius de inferno liberabis.
Fili mi si sapiens fuerit anim⁹ tuus
gaudebit tecū cor meū: et exultabunt
renes mei cū locuta fuerint recta labia
tua. Nō emulet̄ cor tuū pctores· sed in
timore dn̄i esto tota die: quia habebis
spem in novissimo: et p̄stulatio tua
nō auferetur. Audi fili mi ⁊ esto sapi-
ens: ⁊ dirige in via animū tuū. Noli
esse in conviuijs potatorum· nec in
comessationibus eorum qui carnes
ad vescendū conferūt: quia vacantes
potibꝫ et dantes simbola ɔsumētur:
et vestiet̄ pannis dormitatio. Audi
patrē tuū qui genuit te: ⁊ ne ɔtemnas
cū senuerit mater tua. Veritatē eme: et
noli vēdere sapientiā et doctrinā et in-
telligentiā. Exultat gaudio pater iusti:
qui sapientē genuit letabit̄ in eo. Gau-
deat pater tuus et mater tua: ⁊ exultet
qui genuit te. Prebe fili mi cor tuum
michi: et oculi tui vias meas custodi-
ant. Fovea enī profunda est meretrix:
et puteus angustus aliena. Insidiat̄
in via quasi latro: et quos incautos
invenerit interficiet. Cui ve? cui⁹ patri
ve? cui rixe? cui fovee? cui sine causa vul-
nera? cui suffusio oculoꝝ? Nōne hiis
q̄ cōmorant̄ in vino et studēt calicibꝫ
epotādis? Ne intuearis vinū quādo
flavescit: cū splēduerit ī vitro color ei⁹.
Ingredit̄ blāde et in novissimo mor-
debit ut coluber: et sicut regulus vene-
na diffundet. Oculi tui videbūt extra-
neas: et cor tuū loquētur perversa. Et
eris sicut dormiens in medio mari: ⁊
quasi sopitus gubernator amisso cla-
vo: ⁊ dices. Verberaverūt me sed nō do-
lui: traxerūt me ⁊ ego nō sensi. Quādo
evigilabo: ⁊ rursus vina repperiam?

Ne emuleris viros cap. xxiiii.
malos nec desideres esse cū eis:
quia rapinas meditat̄ mens eoꝝ: et
fraudes labia eoꝝ locūtur. Sapiētia
edificabit̄ dom⁹: et prudentia robora-
bitur. In doctrina replebūtur cellaria:
universa substātia p̄ciosa ⁊ pulcerrima.

Vir sapiens fortis est·et vir doctꝰ ro-
bustus et validus: quia cū dispositi-
one initur bellū:et erit salus ubi multa
cōsilia sunt. Excelsa stulto sapientia:
in porta nō aperiet os suū. Qui cogi-
tat mala facere·stultꝰ vocabit̄. Cogi-
tatio stulti peccatū ē: et abominatio
hoīm detractor. Si desperaveris lassus
in die angustie: imminuet̄ fortitudo
tua. Erue eos qui ducūtur ad mortē:
et qui trahunt̄ ad interitū liberare ne
cesses. Si dixeris vires nō suppetunt:
qui inspector est cordis ipse intelligit·et
servatorē aīe tue nichil fallit: redderq;
homini iuxta opera sua. Comede fili
mi mel q̄a bonū ē: ⁊ favū dulcissimū
gutturi tuo. Sic et doctrina sapientie
anime tue: quā cū inveneris habebis
in novissimis spem: et spes tua non
peribit. Ne insidieris et q̄ras impieta-
tem in domo iusti: neq; vastes requiē
eius. Septies enī in die cadet iustus
et resurget: impij autē corruēt in ma-
lum. Cū ceciderit inimicꝰ tuus ne gau-
deas·et in ruina eiꝰ ne exultet cor tuū:
ne forte videat dominꝰ et displiceat ei:
et auferat ab eo iram suā. Ne conten-
das cū pessimis·nec emuleris impios:
quoniā nō habēt futurorū spē mali:
et lucerna impiorū extinguetur. Time
dnm fili mi ⁊ regē: ⁊ cū detractoribus
nō cōmiscearis. Quoniā repente con-
surget pditio eorū: et ruinam utriusq;
quis novit? Hec q̄q; sapiētibꝫ. Cogno-
scere psonā in iudicio nō est bonum.
Qui dicūt impio iustꝰ es·maledicent
eis ppli: ⁊ detestabunt̄ eos tribus. Qui
arguūt eū laudabuntur: et super eos
veniet benedictio. Labia deosculabit̄:
q̄ recta verba rūdet. Prepara foris opꝰ
tuū: ⁊ diligēter exerce agrū tuū: ⁊ postea
edifices domum tuam. Ne sis testis
frustra contra proximū tuū: ne lactes
quenq̄ꝫ labijs tuis. Ne dicas quomō
fecit michi sic faciā ei: et reddā unicui-
q; scdm opꝰ suū. Per agrū hominis
pigri transivi: et per vineā viri stulti. Et
ecce totū repleverāt urtice: et operuerāt
supficiē eius spine: et maceria lapidū
destructa erat. Quod cū vidissem po-
sui in corde meo: ⁊ exemplo didici disci-
plinam. Usquequo piger dormies:
usquequo de somno cōsurges? Parū
inquā dormies·modicū dormitabis:
pauxillū manꝰ cōseres ut quiescas et
veniet tibi quasi cursor egestas tua: et
mēdicitas q̄si vir armatꝰ. Hee quoq;
pabole salomonis: quas transtulerūt
viri ezechie regis iuda. cap. xxv.

Gloria dei est celare verbū: ⁊ gl'a
regū investigare sermonē. Celū
sursū ⁊ terra deorsū: et cor regū inscru-
tabile. Aufer rubiginē de argento: et
egredietur vas purissimū. Aufer impie-
tatē de vultu regis: ⁊ firmabit̄ iusticia
thronꝰ eiꝰ. Ne gl'osus appareas corā
rege: et in loco magnorū ne steteris.
Meliꝰ est enī ut dicat̄ tibi ascende huc:
q̄ꝫ ut humilieris corā pricipe. Que vi-
derunt oculi tui ne pferas in iurgio ci-
to: ne postea emēdare nō possis cum
dehonestaveris amicū tuū. Causam
tuā tracta cū amico tuo·et secretū extra-
neo ne reveles: ne forte insultet tibi cū
audierit: et exprobrare nō cesset. Gra-
⁊ amicicia liberāt: quas tibi serva·ne
exprobrabilis fias. Mala aurea in
lectis argēteis: qui loquit̄ verbū ī tpe
suo. Inauris aurea ⁊ margaritū ful-
gens: qui arguit sapientē et aurē obe-
dientē. Sicut frigꝰ nivis ī die messis:
ita legatus fidelis ei qui misit eum:
animam ipsius requiescere facit. Nu-
bes et ventus et pluvie nō sequentes:

vir gloriosus et promissa nõ cõplēs.
Pacientia leniet princeps: et lingua
mollis confringet duriciã. Mel inue-
nisti, comede qđ sufficit tibi: ne forte
saciat᷒ euomas illud. Subtrahe pedē
tuū de domo proximi tui: nequando
saciat᷒ oderit te. Jaculū et gladius et
sagitta acuta: homo qui loquit̄ cõtra
proximū suū falsū testimoniū. Dens
putrid᷒ et pes lassus · qui sperat super
infideli in die angustie: et amittit pal-
liū in die frigoris. Acetū in nitro: qui
cantat carmina cordi pessimo. Sicut
tinea vestimento et vermis ligno: ita
tristicia viri nocet cordi. Si esurierit
inimic᷒ tu᷒ ciba illū: si sitit da ei aquã
bibere. Prunas eñ cõgregabis super
caput eius: et dñs reddet tibi. Uentus
aquilo dissipat pluuias: et facies tri-
stis linguã detrahentē. Meli᷒ ē sedere
in angulo domatis: q̃ cū muliere liti-
giosa · et in domo cõmuni. Aqua fri-
gida aīe sitienti: et nūcius bonus de
terra longinqua. Fons turbat᷒ pede
et vena corrupta: iust᷒ cadens coram
impio. Sicut qui mel comedit mltū
nõ est ei bonū: sic qui scrutator est ma-
iestatis opprimet̄ a glã. Sicut urbs
patēs et absq3 muroꝝ ābitu: ita vir q̃
nõ potest ī loquēdo cohibere spiritū suū.

Quomodo nix in estate ca. xxvi.
et pluuie in messe: sic indecens ē
stulto glã. Sicut auis ad alta trans-
uolãs: et passer quolibet vadens: sic
maledictū frustra platū in quēpiã su-
perueniet. Flagellū equo et chamus
asino: et virga in dorso imprudentiū.
Ne rūdeas stulto iuxta stulticiã suã:
ne efficiaris ei similis. Respõde stulto
iuxta stulticiã suã: ne sibi sapiens esse
videat̄. Claudus pedib3 et iniquitatē
bibens: qui mittit verba per nunciū
stultū. Quomõ pulcras frustra habet
claudus tibias: sic indecēs est in ore
stultoꝝ parabola. Sicut q̃ mittit lapi-
dem ī aceruū mercurij: ita q̃ tribuit insi-
pienti honorem. Quomõ si spina na-
scatur in manu temulēti: sic parabola
in ore stultorū. Judicium determinat
causas: et qui imponit stulto silentiū
iras mitigat. Sicut canis qui reuerti-
tur ad vomitū suū: sic imprudēs qui
iterat stulticiã suã. Vidisti hominem
sapientē sibi videri: magis illo spem
habebit insultus. Dicit piger, leo est
in via: et leena in itinerib3. Sicut osti-
um vertit̄ in cardine suo: ita piger in
lectulo suo. Abscondit piger manus
sub ascella suã: et laborat si ad os su-
um eas cõuerterit. Sapiētior sibi stul-
tus videt̄: septē viris loquētib3 senten-
cias. Sicut qui apphendit auribz ca-
nem: sic qui transit et impaciens com-
miscetur rixe alteri᷒. Sicut noxius ē q̃
mittit sagittas et lanceas in mortem:
ita vir qui fraudulenter nocet amico
suo; et cū fuerit dephensus dicit ludēs
feci. Cū defecerit ligna extinguet̄ ignis:
et susurrone subtracto iurgia cõquiesc-
cunt. Sicut carbones ad prunas et
ligna ad ignem: sic homo iracūdus
suscitat rixas. Uerba susurronis q̃si
simplicia: et ipa perueniūt ad intima
cordis. Quomõ si argēto sordido or-
nare velis vas fictile: sic labia tumen-
cia cum pessimo corde sociata. Labijs
suis intelligit̄ inimic᷒: cū in corde tra-
ctauerit dolos. Quādo submiserit vo-
cem suã ne credideris ei: quoniã septem
nequicie sūt in corde illi᷒. Qui operit
odiū fraudulēter: reuelabitur malicia
eius ī cõcilio. Qui fodit foueã incidet
in eã: et q̃ voluit lapidē reuertet̄ ad eū.
Lingua fallax nõ amat veritatem et

os lubricū operat̄ ruinas. cap̄. xxvii.
Ne glorieris in crastinū: ignorās
quid superventura pariat dies.
Laudet te alien⁹ ⁊ nō os tuū: extrane⁹
et nō labia tua. Grave est saxū et one-
rosa arena: sed ira stulti utroq; gravi-
or. Ira nō habet misericordiam: nec erum-
pens furor; et impetū cōcitati spiritus
ferre quis poterit? Melior ē manifesta
correptio: q̄ʒ amor abscōdit⁹. Meliora
sunt vulnera diligentis: q̄ʒ fraudulen-
ta oscula odientis. Anima saturata
calcabit favū: et aīa esuriēs etiā ama-
rum p dulci sumet. Sicut avis trans-
migrās de nido suo: sic vir qui dere-
linquit locū suū. Unguēto et variis
odoribʒ delectat̄ cor: et bonis amici
consiliis anima dulcoratur. Amicū
tuū et amicū prīs tui ne dimiseris: et
domū fratris tui ne ingrediaris ī die
afflictionis tue. Melior ē vicin⁹ iuxta:
q̄ʒ frater procul. Stude sapiētie fili mi
et letifica cor meū: ut possis exprobrāti
rńdere sermonē. Astut⁹ videns malū
abscondit⁹ est: parvuli transeūtes su-
stinuere dispendia. Tolle vestimentū
ei⁹ qui spopōdit pro extraneo: et pro
alienis aufer ei pignus. Qui bńdicit
proximo suo voce grādi denocte con-
surgens: maledicēti similis erit. Tecta
perstillantia in die frigoris et litigiosa
mulier cōparant̄. Qui retinet eam q̄si
qui ventū teneat: ⁊ oleū dextre sue evo-
cabit. Ferrū ferro acuitur: ⁊ homo ex-
acuit faciem amici sui. Qui servat ficū
comedet fruct⁹ ei⁹: ⁊ qui custos est dñi
sui glorificabit̄. Quomodo ī aquis re-
splendēt vult⁹ prospicientiū: sic corda
hominū manifesta sunt prudentibʒ.
Infernus et perditio nunq̄ʒ replentur:
similiter ⁊ oculi hominū insatiabiles.
Quomō probat̄ ī cōflatorio argentū
et in fornace aurū: sic pbatur homo
ore laudantis. Cor iniqui exquirit
mala: cor autē rectū inquirit sciētiā.
Si cōtuderis stultū ī pila quasi ptisa-
nas feriente desup pilo: nō auferetur
ab eo stultitia ei⁹. Diligenter agnosce
vultū pecoris tui: tuosq; greges consi-
dera. Nō enī habebis iugiter potesta-
tem: sed corona tribuet̄ tibi in genera-
tione generationē. Aperta sūt prata
et apparuerūt herbe virentes: ⁊ collecta
sunt fena de montibʒ. Agni ad vesti-
mentum tuū: et hedi ad agri precium.
Sufficiat tibi lac caprarum in cibos
tuos et in necessaria domus tue: et
ad victum ancillis tuis. ca. xxviii.
Fugit impius nemine psequente:
iust⁹ autem quasi leo confidens
absq; terrore erit. Propter peccata terre
multi principes ei⁹: et pter hominis
sapientiā et horū sciētiā q̄ dicunt̄: vita
ducis lōgior erit. Vir paup calumni-
ans pauperes: similis ē imbri vehemē-
ti ī quo parat̄ fames. Qui derelinquūt
legē laudant impiū: qui custodiunt
succendunt̄ cōtra eū. Viri mali non
cogitant iudiciū: qui autē inquirunt
dñm animadvertūt omnia. Melior
est paup ambulās ī simplicitate sua:
q̄ʒ dives pravis itineribus. Qui custo-
dit legē fili⁹ sapiēs est: q̄ aūt cōmessa-
tores pascit confundit patrem suum.
Qui coacervat divitias usuris et feno-
re liberali: in pauperes cōgregat eas.
Qui declinat aures suas ne audiat
legem: oratio ei⁹ erit execrabilis. Qui
decipit iustos in via mala in interitu
suo corruet: et simplices possidebunt
bona ei⁹. Sapiēs sibi videt̄ vir dives:
pauper autē prudens scrutabitur eum.
In exultatione iustorū multa gloria
est: regnātibus impiis ruine hominū.

Qui abscondit scelera sua nō dirigetᷣ:
qui aūt cōfessus fuerit et reliquerit ea
misericordiam cōsequetur. Beatꝰ homo q̄
semꝑ est pauidꝰ: qui vero mentis est
dure·corruet in malū. Leo rugiens et
ursus esuriēs: princeps impius super
ꝓplm pauperē. Dux indigēs pruden-
tia·multos opprimet per calumniam:
qui aūt odit auariciā·longi fient di-
es eius. Hominē qui calumniatᷣ aīe
sanguinē eius: si usq; ad lacū fugerit
nemo sustinet. Qui ambulat simpli-
citer saluꝰ erit: qui ꝑuersis gradiē viis
concidet semel. Qui operatᷣ terram suā
saciabitᷣ panib;: qui aūt sectatᷣ ocium
replebitᷣ egestate. Vir fidelis multum
laudabitur: qui autē festinat ditari·
nō erit innocens. Qui cognoscit in iu-
dicio faciē nō bene facit: iste et pro bu-
cella panis deserit veritatem. Vir qui
festinat ditari ⁊ aliis inuidet: ignorat
ꝙ egestas superueniet ei. Qui corripit
hominē: graciā postea inueniet apud
eū: magis ꝙ̄ ille qui per lingue blādi-
menta decipit. Qui subtrahit aliquid
a patre suo et a matre et dicit hoc nō
esse peccm: particeps homicide est. Qui
se iactat et dilatat iurgia concitat: qui
vero sperat in dn̄o saluabitᷣ. Qui cōfi-
dit in corde suo stultus est: qui autem
gradiē sapienter ipē laudabitur. Qui
dat pauperi nō indigebit: qui despicit
deprecantē sustinebit penuriā. Cū surre-
xerint impii abscōdētur hoīes: cū illi pe-
rierint mltiplicabūtur iusti. xxix cap.

Viro qui corripientē dura ceruice
cōtemnit·repentinꝰ ei superueniet
interitꝰ: et eū sanitas nō sequetur. In
mltiplicatione iustoꝝ letabitᷣ vulgꝰ:
cū impii sumpserit principatū gemet
ꝓplus. Vir qui amat sapientiā letifi-
cat prēm suū: qui autē nutrit scortum
perdet substātiā. Rex iustꝰ erigit terrā:
vir auarus destruet eam. Homo qui
blādis fictisq; sermonib; loquitᷣ ami-
co suo: rete expādit gressib; eius. Pec-
cantē virū iniquū inuoluet laqueus:
et iustꝰ laudabitᷣ atq; gaudebit. No-
uit iustꝰ causam pauperū: impiꝰ igno-
rat scientiā. Homines pestilentes dissi-
pant ciuitatē: sapientes vero auertūt
furorem. Vir sapiēs si cū stulto conten-
derit: siue irascatur siue rideat nō inue-
niet requiē. Viri sanguinū oderunt
simplicē: iusti aūt querūt animā eiꝰ.
Totū spiritū suū ꝓfert stultꝰ: sapiens
differt et reseruat in posterum. Prin-
ceps qui libēter audit verba mēdacii:
oēs ministros habet impios. Pauꝑ
et creditor obuiauerunt sibi: utriusq;
illuminator est dn̄s. Rex q̄ iudicat in
veritate pauperes: thronꝰ eiꝰ ī eternū fir-
mabitur. Virga atq; correctio tribuit
sapientiā: puer aūt qui dimittitur vo-
luntati sue cōfundit matrem suā. In
multiplicatione impiorū multiplica-
būtur scelera: et iusti ruinas eorū vide-
bunt. Erudi filiū tuū ⁊ refrigerabit te:
et dabit delicias aīe tue. Cū ꝓphetia
defecerit dissipabitur ꝓplus: qui vero
custodit legem beatꝰ ē. Seruus verbis
nō potest erudiri: quia qđ dicit intelli-
git et rn̄dere cōtemnit. Vidisti hoīem
velocē ad loquendū: stulticia magis
sperāda ē ꝙ̄ illiꝰ correctio. Qui delicate
a pueritia sua nutrit seruū suū: postea
sentiet eū contumacem. Vir iracūdꝰ pro-
uocat rixas: et qui ad indignandū
facilis est·erit ad peccata procliuior.
Superbū sequitur humilitas: ⁊ humi-
lem spiritu suscipiet gloria. Qui cum
fure participat odit animā suā: adiu-
rantem audit ⁊ nō indicat. Qui timet
hominē cito corruet: qui sperat ī dn̄o

sublevabitur. Multi requirūt faciem
principis: et iudiciū a dño egreditur
singulorū. Abhominant iusti virū
impiū: ⁊ abhominātur impij eos qui
in recta sunt via. (Verbū custodiens
fili⁹ extra pdicionem erit) cap. xxx.
Verba cōgregantis filij vomētis.
Visio quā locut⁹ est vir cū quo
est deus: et qui deo secū morāte confor=
tat⁹ ait. Stultissim⁹ sū virorū: ⁊ sapi=
encia hominū nō ē mecū. Nō didici
sapientiā: et noui sciētiā sanctorum.
Quis ascendit in celū atq; descendit?
Quis cōtinuit spiritū ī manib; suis?
Quis colligauit aquas quasi ī vesti=
mento? Quis suscitauit oēs termi=
nos terre? Quod nomē ē ei⁹: et quod
nomē filij eius si nosti? Omnis sermo
dei ignit⁹: clipeus est omnib; speran=
tibus in se. Ne addas quicq; verbis
illi⁹ et arguaris: inueniarisq; mēdax.
Duo rogaui te: ne deneges michi an=
teq; moriar. Vanitatem et vba men=
dacia longe fac a me. Mendicitatem
et diuitias ne dederis michi. Tribue
tantū victui meo necessaria: ne forte
saciat⁹ illiciar ad negandū ⁊ dicam.
quis est dñs: aut egestate compulsus
furer ⁊ piurem nomē dei mei. Ne accu=
ses seruū ad dñm suū: ne forte maledi=
cat tibi et corruas. Generacio q̄ patri
suo maledicit: et q̄ mrī sue nō bñdicit.
Generacio que sibi mūda videtur: et
tamen nō ē lota a sordib; suis. Gene=
racio cui⁹ excelsi sunt oculi: et palpebre
ei⁹ in alta subrecte. Generacio q̄ pro
dentib; gladios habet et cōmandit
molarib; suis: ut comedat inopes de
terra: et pauperes ex hominib;. San=
guissuge due sūt filie: dicētes affer af=
fer. Tria sunt insaturabilia: ⁊ quartū
qd nūq; dicit sufficit. Infernus et os
vulue et terra q̄ nō saciat aqua: ignis
vero nūq; dicit sufficit. Oculum qui
subsannat patrē et qui despicit partū
matris sue: effodiāt eū corui de tor=
rentib;: et comedāt eū filij aq̄le. Tria
sunt difficilia michi: et quartū penit⁹
ignoro. Viā aquile in celo. viā colu=
bri sup petrā: viā nauis in medio ma=
ri: et viā viri in adolescentia. Talis ē
et via mulieris adultere que comedit:
et tergēs os suū dicit. Non sū operata
malū. Per tria mouet terra et quartū
quod nō potest sustinere. Per seruum
cū regnauerit. per stultū cū saturatus
fuerit cibo: ⁊ p odiosā mlierē cū i ma=
trimonio fuerit assūpta: et p ancillā
cū fuerit heres dñe sue. Quatuor sunt
minima terre: et ipa sūt sapientiora
sapientibus. Formice ppls infirmus:
qui pparāt in messe cibū sibi. Lepuscu=
lus plebs inualida: qui collocat in
petra cubile suū. Regē locusta nō habet:
et egredit vniūsa per turmas. Stellio
manib; nititur: et morat in edibus
regis. Tria sunt q̄ bene gradiūtur: et
qrtū qd incedit feliciter. Leo fortissimus
bestiarū: ad nulli⁹ pauebit occursum.
Gallus succinct⁹ lūbos suos ⁊ aries:
nec est rex qui resistat ei: et qui stultus
apparuerit. postq̄ eleuat⁹ est in sblime.
Si eni intellexisset: ori suo imposuisset
manū. Qui autē fortiter premit vbera
ad eliciendū lac: exprimit butirū: et q̄
vehemēter emūgit. elicit sanguinē: et
q̄ puocat iras producit discordias.
Verba lamuelis regis. ca. xxxi.
Visio qua erudiuit eum mater
sua. Quid dilecte mi? quid dilecte ute=
ri mei? quid dilecte votorū meorū? Ne
dederis mulierib; substanciā tuam: et
diuitias tuas ad delendos reges. No=
li regibus o lamuel. noli regib; dare

vinū: quia nullū secretū ē ubi regnat
ebrietas. Ne forte bibāt et obliuiscan-
tur iudiciorꝫ: ⁊ mutēt causā filiorꝫ pau-
peris. Date siceā merentibus: et vinū
hijs qui amaro sūt animo. Bibant
et obliuiscant̄ egestatis sue: et doloris
sui nō recordent̄ amplius. Aperi os
tuū muto: et causis omniū filiorꝫ qui
pertranseūt. Aperi os tuū: decerne quod
iustū est: et vindica inopē et pauperē.
Aleph. Mulierē fortē quis inueniet?
procul et de ultimis finibꝫ preciū eius.
Beth. Cōfidit in ea cor viri sui: ⁊ spo-
lijs non indigebit. Gimel. Reddet ei
bonū ⁊ nō malū: omībꝫ diebꝫ vite sue.
Deleth. Quesiuit lanā et linū: et ope-
rata est cōsilio manuū suarū. He. Fa-
cta est quasi nauis institoris: de lōge
portās panē suū. Vau. Denocte sur-
rexit. deditqꝫ predā domesticis suis: ⁊
cibaria ancillis suis. Zay. Cōsidera-
uit agrū et emit eū: de fructu manuū
suarꝫ plātauit vineā. Heth. Accinxit
fortitudine lumbos suos: et robora-
uit brachiū suū. Theth. Gustauit ⁊ vi-
dit quia bona est negociacio eius: nō
extinguet̄ in nocte lucerna eius. Joth.
Manū suā misit ad fortia: et digiti
eius apprehenderūt fusū. Caph. Ma-
num suā aperuit inopi: ⁊ palmas suas
extēdit ad pauperem. Lamech. Nō time-
bit domui sue a frigore niuis: omēs
enī domestici ei⁹ vestiti sunt duplicibꝫ.
Mem. Stragulatā vestē fecit sibi: bis-
sus ⁊ purpura indumentū eius. Nun.
Nobilis in portis vir ei⁹: quādo sede-
rit cū senatoribꝫ terre. Samech. Sin-
donē fecit et vēdidit: et cingulū tradi-
dit chananeo. Ayn. Fortitudo ⁊ decor
indumentū eius: et ridebit in die no-
uissimo. Phe. Os suū aperuit sapiētie:
et lex clementie in lingua eius. Sade.

Cōsiderauit semitas dom⁹ sue: ⁊ panē
ociosa non comedit. Coph. Surrexe-
runt filij ei⁹ ⁊ beatissimā p̄dicauerūt: vir
ei⁹ ⁊ laudauit eā. Res. Multe filie cōgre-
gauerūt diuicias: tu supgressa es vni-
uersas. Syn. Fallax gracia et vana ē
pulcritudo: mulier timens dūm ipsa
laudabit̄. Thau. Date ei de fructu ma-
nuū suarū: ⁊ laudēt eā in portis opa
eius.

Incipit plogus in ecclesiasten

Memini me ante hoc ferme
quinquenniū: cū adhuc
rome essem et ecclesiasten
sancte blesille legerē ut eā
ad contemptū mūdi hui⁹ puocarē et
omne quod in mūdo cerneret putaret
esse p nichilo. rogatū ab ea: ut i morē
cōmentarioli. obscura queqꝫ dissererē:
ut absqꝫ me posset intelligere que lege-
bat. Itaqꝫ qm̄ in procinctu nr̄i opis
subita morte subtracta est. et ubi non
meruim⁹ o paula et eustochiū talem
vite nr̄e habere cōsortē: tanto vulnere
tūc percussus obmutui: nūc in bethle-
em posit⁹ augustiore videlicet ciuita-
te ⁊ illi⁹ memorie ⁊ vobis reddo qd̄ de-
beo. Hoc breuiter āmonēs qd̄ nullius
auctoritatē secut⁹ sū: sed de hebreo trās-
ferēs magis me septuaginta interpretū
cōsuetudini coaptaui: i hijs dūta-
xat q̄ nō multū ab hebraicis discrepa-
bant. Interdū aquile qꝫ ⁊ symachi ⁊ the-
odocionis recordat⁹ sū: ut nec nouita-
te nimia lectoris studiū deterrerem: nec
rursū cōtra cōsciētiā meā fonte veritatis
omisso: opinionū riuulos cōsectarer.

Explicit plogus Incipit liber ecclesiastes. c. i

Verba ecclesiastes filij da-
uid regis ihrlm. Va-
nitas vanitatum dixit
ecclesiastes: vanitas va-
nitatū ⁊ omīa vanitas.

Quid habet ampliꝰ homo de uniūſo
labore ſuo quo laborat ſub ſole? Ge-
neratio p̄terit et generatio advenit: ter-
ra autē in eternū ſtat. Orit̄ ſol et occi-
dit. et ad locū ſuū revertit̄: ibiq; rena-
ſcens girat per meridiē: et flectitur ad
aquilonē. Luſtrās univ̄ſa in circuitu
pgit ſpiritꝰ: ⁊ in circulos ſuos revtit̄.
Omnia flumina intrant in mare: et
mare non redūdat. Ad locum unde
exeūt flumina revertunt̄: ut iterū fluāt.
Cūcte res difficiles: non poteſt eas ho-
mo explicare ſmone. Nō ſaturat̄ oculꝰ
viſu: nec auris auditu implet̄. Quid
eſt qđ fuit? Ipm qđ futurū eſt. Quid eſt
qđ factū ē? Ipm qđ fiendū ē. faciendū.
Nichil ſub ſole novū: nec valet quiſ-
quā dicere: ecce hoc recens ē. Iam enī
p̄ceſſit in ſeculis: que fuerūt ante nos.
Nō eſt priorū memoria: ſed nec eorū
quidē que poſtea futura ſūt erit recor-
datio apud eos qui futuri ſūt i noviſ-
ſimo. Ego eccleſiaſtes fui rex iſrahel in
ihr̄lm: et poſui in animo meo q̄rere
et inveſtigare ſapiēter de omībus que
fiūt ſub ſole. Hāc occupacōnē peſſimā
dedit deus filijs hoīm: ut occuparent̄
in ea. Vidi que fiūt cuncta ſub ſole: et
ecce univ̄ſa vanitas et afflictio ſpiritꝰ.
Perverſi difficile corrigunt̄: et ſtultoꝝ
infinitus eſt numerꝰ. Locutꝰ ſum in
corde meo dicēs. Ecce magnꝰ effectus
ſum et p̄ceſſi omēs ſapiētia q̄ fuerunt
ante me in ihr̄lm et mens mea cōtem-
plata ē multa ſapiēter et didici: dediq;
cor meū ut ſcirē prudentiā atq; doctri-
nam: erroreſq; et ſtulticiā. Et agnovi
ꝙ i hijs q̄ꝫ eſſet labor ⁊ afflictio ſpiritꝰ:
eo ꝙ i multa ſapiētia multa ſit indigna-
cio: et q̄ addit ſciētiā addit ⁊ laborē.
Dixi ergo in corde meo. Vadā c. ii.
et affluā delicijs: et fruar bonis.
Et vidi ꝙ hoc q̄ꝫ eſſet vanitas. Riſum
reputavi errorē: et gaudio dixi. Quid
fruſtra decipis? Cogitavi i corde meo.
abſtrahere a vino carnē meā. ut ani-
mum meū trāſferrē ad ſapientiā devi-
taremq; ſtulticiā: donec viderē qđ eſſet
utile filijs hoīm: quo facto opus eſt
ſb ſole numero dierum vite ſue. Ma-
gnificavi opera mea. Edificavi michi
domos et plātavi vineas: feci ortos
et pomeria et conſevi ea cūcti generis
arboribus: et extruxi michi piſcinas
aquaꝝ ut irrigarē ſiluā lignoꝝ germi-
nantium. Poſſedi ſervos ⁊ ancillas.
multāq; familiā habui: armenta q̄ꝫ ⁊
magnos oviū greges: ultra omnes
q̄ fuerūt ante me i ihr̄lm. Coacervavi
michi argentū et auꝝ: et ſubſtancias
regū et p̄uinciaꝝ. Feci michi cātores
et cātatrices et delicias filiorū hoīm:
ſciphos et urceolos in miniſterio ad
vina fundēda: et ſupgreſſus ſū opibꝫ
omnes qui ante me fuerunt in ihr̄lm.
Sapiētia q̄ꝫ pſeveravit mecū: ⁊ omīa
q̄ deſideraverūt oculi mei nō negavi
eis: nec prohibui cor meū quin omni
voluptate frueret̄: et oblectaret ſe i hijs
que p̄paraverā. Et hāc ratus ſū partē
meā: ſi uterer labore meo. Cūq; me con-
vertiſſem ad univerſa opera q̄ fecerāt
manꝰ mee. et ad labores in quibus
fruſtra ſudaverā: vidi in omnibꝫ va-
nitatē et afflictionē animi: et nichil per-
manē ſub ſole. Trāſivi ad cōtēplan-
dam ſapientiā: erroreſq; et ſtulticiam.
Quid eſt inquā homo: ut ſequi poſſit
regē factorē ſuū? Et vidi ꝙ tantū p̄ce-
deret ſapiētia ſtulticiā: quantū differt
lux a tenebris. Sapientis oculi in ca-
pite eiꝰ: ſtultꝰ in tenebris ambulat. Et
didici ꝙ unꝰ utriuſq; eſſet interitus: ⁊
dixi in corde meo. Si unus et ſtulti et

meus occasus erit: quid michi ꝓdest
ꝙ maiorē sapiencie dedi operā? Locu-
tusq; cū mēte mea: animaduerti ꝙ hoc
q̄ʒ esset vanitas. Nō eni erit memoria
sapiētis silit ut stulti in ppetuū: et
futura opa obliuioni cūcta pariter ope-
rient. Moritur doctꝰ similiter ut indoctꝰ:
et idcirco teduit me vite mee videntem
mala vniuersa esse sub sole: et cuncta
vanitatē et afflictionē spiritꝰ. Rursus
detestatꝰ sum omnē industriā meam
qua sub sole studiosissime laboraui:
habiturꝰ heredē post me: quē ignoro
utrū sapiēs an stultꝰ futurꝰ sit: et do-
minabit in laboribʒ meis quibus de-
sudaui et sollicitꝰ fui. Et ē quicq̄ʒ tam
vanū? Vnde cessaui: renūciauitq; cor
meū ultra laborare sub sole. Nam cū
aliꝰ laboret in sapiētia et doctrina et
sollicitudine: homini ocioso quesita
dimittit. Et hoc g° vanitas: ⁊ magnū
malū. Quid eni proderit homini de
vniūso labore suo et afflictione spiri-
tus: qua sub sole cruciatꝰ est? Cuncti
dies eiꝰ doloribʒ et erumnis pleni sūt:
nec per noctē mente requiescit. Et hoc
nōne vanitas ē? Nōne meliꝰ ē come-
dere et bibere: et ostendere anime sue
bona de laboribʒ suis? et hoc de ma-
nu dei ē. Quis ita deuorabit et delicijs
affluet ut ego? Homini bono in con-
spectu suo dedit deus sapientiā et scien-
tiā et intelligentiam: peccatori autem
dedit afflictionem et curā supfluam:
ut addat et congreget et tradat ei qui
placuit deo. Sed et hoc vanitas est:
et cassa sollicitudo mentis. cap. iii.

Omnia tempꝰ habēt: ⁊ suis spacijs
transeūt vniuersa sub celo. Tem-
pus nascēdi: et tempꝰ moriendi. Tem-
pus plātandi: et tempꝰ euellendi qd̄
plantatū est. Tempꝰ occidendi: et tps
sanandi. Tempꝰ destruendi: et tempꝰ
edificādi. Tempꝰ flendi: et tps ridendi.
Tempꝰ plāgendi: et tps saltādi. Tem-
pus spargēdi lapides: et tps colligēdi.
Tempꝰ amplexandi: et tps longe fieri
ab āplexibʒ. Tempꝰ acquirendi: et
tps pdendi. Tempꝰ custodiendi: ⁊ tps
abiciendi. Tempꝰ scindendi: et tempꝰ
cōsuendi. Tempꝰ tacendi: ⁊ tempus lo-
quendi. Tempꝰ dilectionis: ⁊ tps odij.
Tempꝰ belli: et tps pacis. Quid habet
ampliꝰ homo de labore suo? Vidi
afflictionē quā dedit deus filijs hoīm:
ut distendant in ea. Cuncta fecit bona
in tpe suo: et mundū tradidit dispu-
tationi eorū: ut non inueniat homo
opꝰ quod operatus est deus ab inicio
usq; ad finē. Et cognoui ꝙ non esset
melius nisi letari: et facere bene in vita
sua. Omnis eni homo qui comedit
et bibit et videt bonū de labore suo:
hoc donū dei est. Didici ꝙ omīa ope-
ra que fecit deus pseuerēt in ppetuū.
Non possumꝰ eis quicq̄ʒ addere nec
auferre: que fecit deus ut timeat. Qd̄
factū est: ipm pmanet. Que futura sūt
iam fuerūt: ⁊ deus instaurat qd̄ abijt.
Vidi sub sole in loco iudicij impieta-
tem: ⁊ in loco iusticie iniquitatē: ⁊ dixi
in corde meo. Iustū ⁊ impiū iudicabit
dn̄s: et tps omnis rei tūc erit. Dixi in
corde meo de filijs hoīm: ut probaret
eos deꝰ: et ostenderet similes esse bestijs.
Idcirco unꝰ interitꝰ est hoīs ⁊ iumen-
torū: et equa utriusq; cōdicio. Sicut
moritur homo: sic et illa moriuntur. Si-
militer spirāt omnia: et nichil habet
homo iumēto ampliꝰ. Cuncta subiacēt
vanitati: et omīa pgūt ad unū locū.
De terra facta sunt: et in terrā pariter
reuertentur. Quis nouit si spiritꝰ filiorū
adam ascendat sursum: ⁊ si spiritus

iumētorū descēdat deorsū? Et deprehendi
nichil esse meli⁹ q̄ letari hoīem in ope
suo: ⁊ hāc esse partē illi⁹. Quis eni eum
adducet . ut post se futura cognoscat.
Verti me ad alia: et vidi ca. iiii.
calumnias q̄ sub sole gerunt̄: ⁊
lacrimas innocentiū et neminē cōso-
latorē: nec posse resistere eoꝝ violentie.
cūctorū auxilio destitutos. Et laudaui
magis mortuos q̄ viuētes: ⁊ feliciorē
utroq; iudicaui qui necdū natus est:
nec vidit mala q̄ sub sole fiūt. Rursū
contemplat⁹ sū oīes labores hoīm:
et industrias animaduti patere inui-
die proximi. Et in hoc ergo vanitas:
et cura supflua est. Stultus cōplicat
man⁹ suas: et comedit carnes suas
dicens. Melior ē pugillus cū requie:
q̄ plena utraq; man⁹ cū labore ⁊ affli-
ctione animi. Cōsiderās reperi ⁊ aliā
vanitatē sub sole. Un⁹ est et secundū
nō habet: nō filiū nō frēm . et tamē la-
borare nō cessat. nec saciant̄ oculi ei⁹
diuitijs: nec recogitat dicēs. Cui labo-
ro: et fraudo animā meā bonis? In
hoc q̄ vanitas ē: et afflictio pessima.
Meli⁹ est ergo duos esse simul. q̄ unū:
habēt eni emolumentū societatis sue.
Si un⁹ ceciderit: ab altero fulciet̄. Ve
soli: quia cū ceciderit nō habet suble-
uantē se. Et si dormierit duo: fouebun-
tur mutuo. Un⁹ quomō calefiet? Et
si quispiā pualuerit cōtra unū: duo
resistunt ei. Funiculus triplex difficile
rūpitur. Melior est puer paup ⁊ sapi-
ens rege sene et stulto. qui nescit puidē
in posterū: q̄ de carcere cathenisq; in-
terdū quis egrediat̄ ad regnū: et aliu⁹
nat⁹ in regno inopia cōsumat̄. Vidi
cūctos viuētes. qui ambulāt sub sole
cū adolescente secūdo: qui cōsurget p
eo. Infinit⁹ numer⁹ est pli omniū q̄

fuerūt ante eū: et qui postea futuri sūt
nō letabunt̄ in eo. Sed ⁊ hoc vanitas:
et afflictio spirit⁹. Custodi pedē tuū in-
grediens domū dei: et appropinqua
ut audias. Multo enim melior ē obe-
diencia q̄ stultorum victime: qui ne-
sciunt quid faciunt mali. cap. v.
Ne temere quid loquaris: neq; cor
tuū sit velox ad pferendū sermo-
nem corā deo. Deus eni in celo et tu
sup terrā: idcirco sint pauci sermones
tui. Multas cu[illegible] sequnt̄ somnia: ⁊
in mltis sermonibz inuenit̄ stulticia.
Si qd vouisti deo: ne moreris reddere.
Displicet eni ei infidelis et stulta pro-
missio. Sed quodcūq; voueris redde.
Multoq; meli⁹ est nō vouere: q̄ post
votū pmissa nō reddere. Ne dederis
os tuū ut peccare facias carnem tuā:
neq; dicas corā angelo nō ē puiden-
cia: ne forte irat⁹ dñs cōtra sermones
tuos dissipet cūcta opera manuū tuaꝝ.
Ubi mlta sūt somnia plurime sunt
vanitates: et sermones innumeri. Tu
vero deū time. Si videris calumnias
egenoꝝ et violenta iudicia ⁊ subuerti
iusticiā ī puincia. nō mireris sup hoc
negocio: q̄a excelso excelsior est alius:
et super hos quoq; eminētiores sunt
alij: et insup uniuerse terre rex imperat
seruienti. Auar⁹ nō implebit̄ pecunia:
et q̄ amat diuitias. fructū non capiet
ex eis. Et hoc ergo vanitas. Ubi mlte
sunt opes: mlti et qui comedunt eas.
Et quid pdest possessori: nisi q cernit
diuitias oculis suis? Dulcis ē somnus
operāti siue paꝝ siue multū comedat:
saturitas autē diuitis nō sinit eū dor-
mire. Est et alia infirmitas pessima:
quā vidi sub sole. Diuitie conseruate
in malū dñi sui. Pereūt eni ī afflictio-
ne pessima. Generauit filiū: q ī summa

egestate erit. Sicut egressus ē nud⁹ de
utero mr̄is sue sic reuertē: ⁊ nichil aufe-
ret secum de labore suo. Miserabilis
prorsus infirmitas. Quō venit: sic re-
uertē. Quid ergo ꝓdest ei ꝙ laborauit
in ventū? Cūctis dieb; vite sue comedit
ī tenebris ⁊ ī curis multis: ⁊ ī erumna
atq; tristicia. Hoc itaq; visū est michi
bonū: ut comedat quis ⁊ bibat ⁊ frua-
tur leticia ex labore suo quo laborauit
ipē sub sole numero dier; vite sue quos
dedit ei de⁹: ⁊ hec ē pars illi⁹. Et omni
homini cui dedit de⁹ diuitias atq; sub-
stanciā: potestatemq; ei tribuit ut co-
medat ex eis et fruat parte sua et letet
de labore suo: hoc ē donum dei. Non
enim satis recordabitur dier; vite sue:
eo ꝙ de⁹ occupet deliciis cor ei⁹. c. vi.
Est et aliud malū quod vidi sub
sole: et quidem frequens apud
homines. Vir cui dedit deus diuitias
et substanciā ⁊ honorē ⁊ nichil deest aīe
sue ex omnibus q̄ desiderat: nec tribuit
ei potestatem deus ut comedat ex eo:
sed homo extrane⁹ vorabit illud. Hoc
vanitas et magna miseria est. Si ge-
nuerit quispiā centū liberos et vixerit
multos annos et plures dies etatis
habuerit ⁊ anima illi⁹ nō utat bonis
substācie sue sepulturaq; careat: de hoc
ego pronūcio ꝙ melior illo sit abor-
tiuus. Frustra enī venit ⁊ pgit ad tene-
bras: et obliuione delebit nomē eius.
Nō vidit solē neq; cognouit distan-
ciā boni et mali: eciā si duob; milib;
annis vixerit: ⁊ nō fuit pfruitus bonis.
Nōne ad vnū locū properāt omnia?
omnis labor hoīs in ore ei⁹: sed aīa il-
li⁹ nō implebit. Quid habet ampli⁹
sapiens a stulto: et quid paup nisi ut
pgat illuc ubi est vita? Meli⁹ ē videre
quod cupias: quā desiderare quod

bonis

nescias. Sed ⁊ hoc vanitas est: et pre-
sumptio spirit⁹. Qui futurus est: iam
vocatū est nomē eius: et scit ꝙ homo
sit: et nō possit cōtra fortiorē se in iudi-
cio cōtendere. Verba sunt plurima:
multāq; in disputādo habēcia vanitatē.
Quid necesse est homini c. vii.
maiora se querere: cum ignoret
quid cōducat sibi ī vita sua numero
dier; peregrinacionis sue et tpe quod
velut umbra preterit? Aut quis ei pote-
rit indicare: qd post eū futur; sub sole
sit? Melius est nomē bonū q̄ vngen-
ta preciosa: ⁊ dies mortis die natiuita-
tis. Meli⁹ est ire ad domū luct⁹: q̄ ad
domū ꝯuiuij. In illa enī finis cūctor;
admonet hoīm: ⁊ viuēs cogitat quid
futurū sit. Melior est ira risu: quia per
tristiciā vultus corrigit anim⁹ delin-
quentis. Cor sapienciū ubi tristicia ē:
et cor stultor; ubi leticia. Melius est a
sapiēte corripi q̄ stultor; adulacione
decipi: q̄a sicut sonit⁹ spinar; ardenciū
sub olla: sic risus stulti. Sed ⁊ hoc va-
nitas. Calumnia cōturbat sapientē:
et pdet robur cordis eius. Melior est
finis oracionis: q̄ principiū. Melior
est paciēs arrogāte. Ne sis velox ad
irascendū: quia ira ī sinu stulti requi-
escit. Ne dicas: quid putas cause est
ꝙ priora tēpora meliora fuere q̄ nūc
sunt? Stulta est enī huiusmodi inter-
rogacio. Vtilior ē sapiēcia cū diuitiis:
et magis ꝓdest videntib; solē. Sicut
enī ꝓtegit sapiēcia: sic ꝓtegit pecunia.
Hoc autē plus habet erudicio et sapi-
encia: ꝙ vitam tribuūt possessori suo.
Considera opera dei: ꝙ nemo possit
corrigere quē ille despexerit. In die bo-
na fruere bonis: et malā diē precaue.
Sicut enī hanc sic et illā fecit deus: ut
nō inueniat homo contra eū iustas

querimonias. Hec q3 vidi in dieb3 va-
nitatis mee. Iust9 perit in iusticia sua:
et impi9 multo vivit tpe in malicia sua.
Noli esse iust9 multū: neq3 plus sapi-
as q3 necesse est· ne obstupescas. Ne
impie agas multū: 7 noli esse stult9:
ne moriaris in tpe nō tuo. Bonū est
te sustentare iustū: sed 7 ab illo ne sub-
trahas manū tuā: quia qui timet de-
um nichil negligit. Sapiētia confor-
tavit sapientē: super decē principes civi-
tatis. Nō est enī homo iust9 in terra: q
faciat bonū et nō peccet. Sed et cūctis
sermonib3 q dicunt̄: ne accomodes
cor tuū: ne forte audias servū maledi-
centē tibi. Scit enī cōsciencia tua: quia
et tu crebro maledixisti aliis. Cuncta
temptavi in sapientia. Dixi. Sapiēs
efficiar: et ipa lōgi9 recessit a me multo
magis q3 erat. Et alta profunditas:
quis inveniet eā? Lustravi universa
animo meo: ut scirem et cōsiderarē et
quererem sapientiā et racionē: et ut co-
gnoscerē impietatē stulti et errorē im-
prudentiū. Et inveni amariorē morte
mulierē: que laqueus venatorū est: et
sagena cor ei9. Vincula sunt manus
illi9. Qui placet deo effugiet illā: qui
autē peccator est capiet̄ ab illa. Ecce hoc
inveni dixit ecclesiastes· unū 7 alterū· ut
invenirem racionē quā adhuc querit
aīa mea: et nō inveni. Virū de mille
unū repperi: mulierē ex omnib3 non in-
veni. Solūmodo hoc inveni· qd fecerit
deus hominē rectū: et ipse se infinitis
miscuerit qstionib3. Quis talis ut sa-
piēs ē? Et qs cognovit solucionē verbi?

Sapiencia hominis lucet ca. viii.
in vultu ei9: et potentissim9 faciē
illi9 cōmutabit. Ego os regis observo:
et pcepta iuramēti dei. Ne festines rece-
dere a facie ei9: neq3 pmaneas in ope
malo: quia omne qd voluerit faciet:
et sermo illi9 potestate plenus est. Nec
dicere ei quisquā potest: quare ita fa-
cis? Qui custodit pceptū: nō experietur
quicq3 mali. Tempus 7 responsionē cor
sapiētis intelligit. Omni negocio tps
est et oportunitas: et multa hoīs affli-
ctio quia ignorat preterita: et futura
nullo scire potest nūcio. Nō est ī hoīs
potestate phibere spiritū· nec habet po- ditione
testatē ī die mortis: nec sinit̄ quiescere
ingruēte bello: neq3 salvabit impietas
impiū. Omnia hec cōsideravi: 7 dedi
cor meū in cūctis operib3 q fiūt sub sole.
Interdū dñatur homo homini ī ma-
lum suū. Vidi impios sepultos: qui
etiā cū adhuc viverent· in loco sancto
erāt: et laudabant̄ ī civitate qsi iusto-
rum operū. Sed et hoc vanitas ē. Et-
enī quia nō profert̄ cito cōtra malos
sentēcia: absq3 timore ullo filii hoīm
perpetrāt mala. At tamē peccator ex eo q
centies facit malū et per pacientiam
sustentatur: ego cognovi q erit bonū
timentib3 deū: qui verent̄ faciē ei9. Nō
sit bonū impio nec prolongent̄ dies
ei9: sed quasi umbra transeāt: qui nō
timēt faciē dñi. Est et alia vanitas q
fit sup terrā. Sūt iusti quibus mala
proveniūt quasi opera egerīt impiorū:
et sunt impii qui ita securi sunt: quasi
iustorū facta habeāt. Sed et hoc vanis-
simū iudico. Laudavi igit̄ leticiā: q
nō esset homini bonū sub sole· nisi q
comederet et biberet atq3 gauderet: et
hoc solū secum auferret de labore suo
omnib3 diebus vite sue quos dedit ei
deus sub sole. Et apposui cor meū ut
scirē sapientiā: et intelligerē distētionē
q versat̄ in terra. Est homo qui dieb3
et noctib3 somnū nō capit oculis. Et
intellexi: q oim operū dei nullā possit

homo invenire racionē eorū que fiūt
sub sole: et quāto plus laboraverit ad
querendū-tanto min⁹ inveniat: min⁹.
Etiā si dixerit sapiēs se nosse: nō pote-
rit reperire. Omnia hec tractavi in cor-
de meo: ut curiose intelligerem. c. ix.
Sunt iusti atq; sapientes: et opa
eorū ī manu dei. Et tamē nescit ho-
mo utrū amore an odio dign⁹ sit: sed
oīa ī futurū servant̄ incerta: eo q̄ univer-
sa eque eveniāt iusto et impio-bono et
malo-mūdo et immūdo: immolāti vi-
ctimas: et sacrificia cōtemnenti. Sicut
bon⁹ sic peccator: ut periurus sic ille
qui verū deierat. Hoc est pessimū inter
omnia que sub sole fiūt: quia eadem
cunctis eveniūt. Unde et corda filiorū
hominum implentur malicia et con-
temptu in vita sua: et post hec ad infe-
ros deducent̄. Nemo est q̄ semp vivat:
et qui huiusmodi rei habeat fiduciā.
Melior est canis viv⁹ leone mortuo.
viventes enim sciūt se esse morituros:
mortui vero nichil noverunt āplius.
Nec habent ultra mercedē: quia obli-
vioni tradita ē memoria eorū. Amor
quoq; et odiū et invidię simul pierūt:
nec habent partē in hoc seculo: et ī ope
quod sub sole gerit̄. Vade ergo et come-
de in leticia panē tuū: et bibe cū gaudio
vinū tuū: quia deo placent opera tua.
Omni tpe sint vestimēta tua cādida:
et oleū de capite tuo nō deficiat. Perfru-
ere vita cū uxore quā diligis-cūctis di-
ebus vite instabilitatis tue: qui dati
sunt tibi sub sole omni tpe vanitatis
tue. Hec est eni pars in vita: et in labo-
re tuo quo laboras sub sole. Quod-
cumq; facere potest man⁹ tua instāter
operare: quia nec opus nec racio-nec
sapiētia nec sciētia erit apud inferos:
quo tu ppas. Verti me ad aliud: et

vidi sub sole-nec velociū esse cursū-nec
fortiū bellū-nec sapiētiū panē-nec do-
ctorū divitias-nec artificū grām: sed
temp⁹ casumq; in omnibȝ. Nescit ho-
mo finē suū: sed sicut pisces capiūtur
hamo-et sicut aves laqueo cōprehendunt̄:
sic capiūtur hoīes in tpe malo: cū eis
extemplo supvenerit. Hanc quoq; sub
sole vidi sapiētiā: et pbavi maximā.
Civitas parva: et pauci ī ea viri. Ve-
nit cōtra eā rex magn⁹ et vallavit eā:
extruxitq; municiones p gyrū: et pfecta
ē obsidio. Inventusq; ē in ea vir pau-
per et sapiēs: et liberavit urbē p sapien-
ciā suā: et null⁹ deinceps recordatus ē
hoīs illi⁹ pauperis. Et dicebam ego
meliorem esse sapientiam fortitudine.
Quomō ergo sapientia pauperis con-
tempta ē-et verba eius nō sūt audita?
Verba sapientiū audiunt̄ in silencio:
plus q̄ clamor principis inter stultos.
Melior est sapiencia q̄ arma bellica;
et qui ī uno peccaverit-multa bona pdet.
Muscę morientes pdūt suavi- ca. x.
tatē unguenti. Preciosior ē sapien-
cia: parvaq; gl'a ad tps stulticia. Cor
sapientis in dextera eius: et cor stulti in
sinistra illius. Sed et in via stult⁹ am-
bulans: cum ipē insipiens sit omnes
stultos estimat. Si spirit⁹ potestatem
habētis ascenderit sup te-locū tuum ne
dimiseris: quia curacio faciet cessare
peccata maxima. Est malū quod vi-
di sub sole: quasi per errorem egrediēs
a facie principis. Positū stultū in di-
gnitate sublimi: et divites sedere deorsū.
Vidi servos in equis: et prīcipes am-
bulātes sup terram quasi servos. Qui
fodit foveā incidet in eam: et qui dissi-
pat sepem mordebit eum coluber. Qui
transfert lapides affligetur in eis: et q̄
scindit ligna vulnerabitur ab eis. Si

retusū fuerit ferrū· et hoc nō ut priꝰ sed
hebetatū fuit· multo labore exacuet̃: et
post industriā sequetur sapiencia. Si
mordeat serpens in silencio: nichil eo
minꝰ habet qui occulte detrahit. Uer-
ba oris sapiētis gratia: ⁊ labia insipi-
entis precipitabūt eū. Iniciū verbor̄ eiꝰ
stulticia: et nouissimū oris illiꝰ error
pessimꝰ. Stultꝰ vba multiplicat. Igno-
rat homo quid ante se fuit: ⁊ qd̄ post
futur̄ sit q̄s ei poterit indicare? Labor
stultor̄ affliget eos: qui nesciūt ī urbē
pergere. Ve tibi terra cuiꝰ rex est puer:
et cuiꝰ principes mane comedūt. Bea-
ta terra cuiꝰ rex nobilis est: et cuiꝰ prin-
cipes vescūtur ī tpe suo· ad reficiendū·
et nō ad luxuriā. In pigriciis humili-
abitur cōtignacio: ⁊ ī infirmitate ma-
nuū pstillabit domꝰ. In risū faciunt
panē et vinū: ut epulent̄ bibentes. Et
pecunie obediūt omnia. In cogitaci-
one tua regi ne detrahas: et in secreto
cubiculi tui ne maledixeris diviti: q̄a
et aues celi portabūt vocē tuā: et qui
hūt pennas annūciabūt sentenciā. c. xi.

Mitte panem tuū sup transeuntes
aq̄s: q̄a post multa tpa invenies
illū. Da partes septē necnō ⁊ octo: q̄a
ignoras quid futur̄ sit mali sup terrā.
Si replete fuerit nubes: imbrē sup ter-
ram effundēt. Si ceciderit lignum ad
austrū aut ad aquilonē: in quocūq̄
loco ceciderit ibi erit. Qui obseruat ven-
tum nō seminat: ⁊ qui cōsiderat nubes
nūq̄ metet. Quomō ignoras que sit
via spiritꝰ· ⁊ qua racione cōpingant̄
ossa in ventre pregnātis: sic nescis opa
dei qui fabricator est omniū. Mane
semina semen tuum ⁊ vespere ne cesset
manus tua: quia nescis quid magis
oriat̄ hoc aut illud: ⁊ si utrūq̄ simul·
melius erit. Dulce lumen: ⁊ delectabile
est oculis videre solem. Si ānis multis
vixerit homo et in hiis omnibȝ letus
fuerit: meminisse debet tenebrosi tpis
et dier̄ multor̄: q̄ cū venerit· vanitatis
arguent̄ pterita. Letare ergo iuuenis ī
adolescentia tua· ⁊ in bono sit cor tuū
in diebȝ iuuentutis tue: et ambula in
viis cordis tui· et in intuitu oculorū
tuorum: et scito φ pro omnibus hiis
adducet te deus in iudicium. c. xii.

Aufer irā a corde tuo: et amoue
maliciā a carne tua. Adolescen-
cia eī ⁊ volūptas· vana sunt. Memen-
to creatoris tui in diebȝ iuuētutis tue:
anteq̄ veniat tempꝰ afflictionis tue: ⁊
appropinquent anni de quibȝ dicas·
nō michi placēt. Anteq̄ tenebrescant
sol· ⁊ lumē· ⁊ stelle· et luna: ⁊ reuertant̄
nubes post pluuiā. Quādo cōmoue-
bunt̄ custodes domꝰ et nutabūt viri
fortissimi: et ociose erunt molentes im-
minuto numero: et tenebrescēt videntes
per foramina: et claudēt ostia in pla-
tea ī humilitate vocis molētis: ⁊ con-
surgēt ad vocē volucris: ⁊ obsurdescēt
omnes filie carminis. Excelsa quoq̄
timebūt. et formidabūt ī via. Florebit
amigdalū: impinguabit̄ locusta: et
dissipabit̄ capparis. Quoniā ibit ho-
mo ī domū eternitatis sue: ⁊ circuibūt
in platea plangentes. Anteq̄ rumpat̄
funis argenteus· et recurrat vitta au-
rea: ⁊ cōterat̄ ydria sup fontē· ⁊ cōfrin-
gatur rota sup cisternā· et reuertatur
puluis in terrā suā unde erat: et spiritꝰ
redeat ad deū qui dedit illū. Vanitas
vanitatū dixit ecclesiastes: et omnia
vanitas. Cūq̄ esset sapientissimꝰ eccle-
siastes· docuit plebē et enarrauit que fe-
cerat: et investigans cōposuit parabolas
multas. Quesiuit verba utilia: et cōscri-
psit sermones rectissimos: ac veritate

plenos. Verba sapientiũ sicut stimu-
li: et quasi claui in altũ defixi: que per
magistroꝝ cõsiliũ data sunt a pastore
uno. His ampli⁹ fili mi ne requiras.
Faciẽdi plures libros null⁹ est finis:
frequensq; meditatio · carnis afflictio
est. Finem loquẽdi pariter omnes audi-
amus. Deũ time: ⁊ mãdata ei⁹ obserua.
Hoc est enim omnis homo. Cuncta q̃ fiũt
adducet deus in iudicium pro omni
errato: siue bonum siue malum sit.
Explic. lib ecclesiastes. Incipiũt cantica cant.
Osculet me osculo o-
ris sui. Quia melio-
ra sunt ubera tua vi-
no: fragrãtia ungẽ-
tis optimis. Oleum
effusum nomẽ tuũ:
ideo adolescentule dilexerũt te. Trahe
me post te. Curremus in odore unguen-
torũ tuoꝝ. Introduxit me rex in cella-
ria sua. Exultabim⁹ et letabimũ in te:
memores uberũ tuorũ sup vinũ. Recti
diligũt te. Nigra sũ sed formosa filie
ierusalẽ · sicut tabernacula cedar: si-
cut pelles salomonis. Nolite me con-
siderare q̧ fusca sim: q̄a decolorauit
me sol. Filij matris mee pugnauerũt
cõtra me: posuerũt me custodẽ vineis.
Vineã meam nõ custodiui. Indica
michi quẽ diligit aĩa mea · ubi pascas
ubi cubes ĩ meridie: ne vagari incipiã
post greges sodaliũ tuoꝝ. Si ignoras
te o pulcerrima inter mulieres: egredere
⁊ abi post vestigia gregũ: ⁊ pasce hedos
tuos iuxta tabernacula pastoꝝ. Equi-
tatui meo ĩ curribꝫ pharaonis · assimi-
laui te amica mea. Pulcre sunt gene
tue sicut turturis: collum tuũ sicut mo-
nilia. Murenulas aureas faciemus
tibi: vermiculatas argẽto. Cũ esset rex ĩ
accubitu suo: nardus mea dedit odorẽ
suũ. Fasciculus mirre dilect⁹ me⁹ michi:
inter ubera mea cõmorabit. Botrus
cipri dilect⁹ meus michi: in vineis en-
gaddi. Ecce tu pulcra es amica mea:
ecce tu pulcra: oculi tui columbaꝝ. Ecce
tu pulcer es dilecte mi · et decor⁹. Lectul⁹
noster florid⁹: tigna domoꝝ nostraꝝ
cedrina: laquearia nostra cipressina.
Ego flos campi: et liliũ con- ca. ii.
uallium. Sicut liliũ inter spinas:
sic amica mea inter filias. Sicut mal⁹
inter ligna siluaꝝ: sic dilectus meus
inter filios. Sub umbra illius quem
desideraueraã sedi: et fructus ei⁹ dulcis
gutturi meo. Introduxit me rex ĩ cellã
vinariã: ordinauit in me caritatem.
Fulcite me floribꝫ · stipate me malis:
quia amore langueo. Leua ei⁹ sub ca-
pite meo: ⁊ dextera illius amplexabit
me. Adiuro vos filie ierusalem · per
capreas ceruosq; campoꝝ: ne suscitetis
neq; vigilare faciatis dilectã: quoad-
usq; ipsa uelit. Vox dilecti mei. Ecce
iste venit saliens in montibꝫ: trãsiliẽs
colles. Similis est dilectus me⁹ capree
hynnuloq; ceruoꝝ. En ipse stat post
parietẽ nostrũ · respiciẽs per fenestras:
prospiciẽs per cancellos. En dilectus
meus loquit michi. Surge propera
amica mea · columba mea · formosa
mea ⁊ veni. Iam enĩ hiemps transijt:
imber abijt et recessit. Flores apparue-
runt in terra: tps putationis aduenit.
Vox turturis audita est in terra nr̃a:
ficus protulit grossos suos: vinee flo-
rentes dederũt odorẽ suũ. Surge pro-
pera amica mea speciosa et veni: co-
lumba mea in foraminibus petre in
cauerna macerie. Ostende michi faciẽ
tuã: sonet vox tua ĩ auribꝫ meis. Vox
enim tua dulcis: et facies tua decora.
Capite nobis vulpes paruulas: que

demoliunt̄ vineas. Nā vinea nostra
floruit. Dilect⁹ meus michi ⁊ ego illi:
q̄ pascit̄ inter lilia: donec aspiret dies·
et inclinent̄ umbre. Revertere: similis
esto dilecte mi capree hinnuloq; cervo-
rum: super montes bethel. cap̄. iii.
In lectulo meo per noctē quesivi quem
diligit anima mea. Quesivi illū: ⁊ nō
inveni. Surgā et circuibo civitatem
per vicos et plateas: querā quē diligit
anima mea. Quesivi illū: ⁊ nō inveni.
Invenerūt me vigiles: qui custodiūt
civitatē. Num quē diligit aīa mea vi-
distis? Paululū cū pertrāsissem eos:
inveni quē diligit anima mea. Tenui
eū· nec dimittā: donec introducā illū
in domū matris mee: ⁊ in cubiculum
genitricis mee. Adiuro vos filie ihru-
salē p capreas cervosq; cāpoꝝ: ne susci-
tetis neq; evigilare faciatis dilectam:
donec ipa velit. Que est ista q̄ ascēdit
p desertū· sicut virgula fumi ex aroma-
tibus mirre et thuris: et universi pul-
veris pigmētarij? En lectulū salomo-
nis sexaginta fortes ābiunt· ex fortissi-
mis isrl': omnes tenētes gladios: et ad
bella doctissimi. Uniuscuiusq; ensis
sup femur suū: ꝑpter timores noctur-
nos. Ferculū fecit sibi salomō de lignis
libani. Columnas ei⁹ fecit argenteas·
reclinatoriū aureū: ascensū purpureū:
media caritate cōstravit· ꝑpter filias
ihrl'm. Egredimini filie syon: ⁊ videte
regē salomonē in diademate: quo co-
ronavit illū mater sua· in die dispon-
sationis illi⁹: et ī die leticie cordis eius.
Quā pulcra es amica mea: ca. iiii.
quam pulcra es. Oculi tui colum-
barū: absq; eo quod intrinsecus latet.
Capilli tui sicut greges caprarū: que
ascenderūt de monte galaad. Dentes
tui sicut greges tonsaꝝ: que ascēderūt
de lavacro. Omnes gemellis fetibꝫ: et
sterilis non est inter eas. Sicut vitta
coccinea labia tua: et eloquiū tuum
dulce. Sicut fragmen mali punici ita
gene tue: absq; eo qđ intrinsecus latet.
Sicut turris david collū tuū: q̄ edifi-
cata est cū ꝓpugnaculis. Mille clipei
pendent ex ea: omnis armatura fortiū.
Duo ubera tua sicut duo hinnuli ca-
pree gemelli: q̄ pascunt̄ in lilijs: donec
aspiret dies· et inclinent̄ umbre. Va-
dam ad montē mirre: ⁊ ad collē thuris.
Tota pulcra es amica mea: et macla
nō est in te. Veni de libano spōsa mea:
veni de libano veni. Coronaberis de
capite amana· de vertice sanir· et her-
mon: de cubilibꝫ leonū· de montibꝫ
pardorū. Vulnerasti cor meū· soror
mea sponsa: vulnerasti cor meū ī uno
oculorū tuorū: et in uno crine colli tui.
Quam pulcre sūt māme tue soror me-
a sponsa. Pulcriora sūt ubera tua vi-
no: ⁊ odor ungentoꝝ tuoꝝ sup oīa
aromata. Favus distillās labia tua
sponsa: mel et lac sub lingua tua: et
odor vestimētoꝝ tuoꝝ sicut odor thuris.
Ort⁹ cōclusus soror mea spōsa: ortus
cōclusus fons signatus. Emissiones
tue paradisus maloꝝ punicoꝝ: cum
pomoꝝ fructibꝫ. Cipri cū nardo· nar-
dus et crocus: fistula et cinamomū cū
univ̄sis lignis libani: mirra et aloes
cū omnibꝫ primis ungentis. Fons
ortoꝝ puteus aquarū viventiū: q̄ fluūt
impetu de libano. Surge aquilo et
veni auster: perfla ortum meum: et
fluent aromata illius. cap̄. v.
Veniat dilect⁹ meus in ortū suū:
ut comedat fructū pomoꝝ suoꝝ.
Veni in ortū meū soror mea sponsa:
messui mirrā meā cū aromatibꝫ meis.
Comedi favum cum melle meo: bibi

vinū meum cum lacte meo. Comedite
amici et bibite: et inebriamini cariſſi-
mi. Ego dormio: ⁊ cor meum vigilat.
Vox dilecti mei pulſantis. Api michi
ſoror mea amica mea columba mea
immaculata mea: q̄a caput meū ple-
num ē rore: et cincinni mei guttis no-
ctiū. Expoliaui me tunica mea: quō
induar illa? Laui pedes meos: quō
quo inquinabo illos? Dilect⁹ meus
miſit manū ſuā ꝑ foramen: ⁊ venter
meus intremuit ad tactū ei⁹. Surrexi
ut apirē dilecto meo. Manus mee ſtil-
lauerūt mirrā: et digiti mei pleni mir-
ra probatiſſima. Peſſulū hoſtij mei
apui dilecto meo: at ille declinauerat
atq; tranſierat. Anima mea liq̄facta
eſt: ut dilect⁹ locut⁹ eſt. Queſiui ⁊ non
inueni illū: vocaui: et non respondit
michi. Inuenerunt me cuſtodes qui
circuierūt ciuitatem. Percuſſerūt me ⁊
vulnerauerūt me: tulerūt palliū meū
cuſtodes murorū. Adiuro vos filie
iħrſalē: ſi inueneritis dilectū meum
ut nunctietis ei quia amore langueo.
Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto: o
pulcerrima mulierū? Qualis ē dilect⁹
tu⁹ ex dilecto: quia ſic adiuraſti nos?
Dilectus meus candid⁹ et rubicūdus:
elect⁹ ex milib;. Caput eius aurū opti-
mum: come eius ſicut elate palmarū:
nigre q̄ſi coruus. Oculi ei⁹ ſicut colūbe
ſup riuulos aquaꝝ que lacte ſūt lote:
⁊ reſidēt iuxta fluēta pleniſſima. Gene
illi⁹ ſicut areole aromatum: conſite a
pigmētarijs. Labia ei⁹ lilia diſtillan-
tia mirrā primā. Man⁹ illi⁹ tornati-
les: auree: plene iacīctis. Venter ei⁹
eburneus: diſtinctus ſaphiris. Crura
illius columne marmoree: q̄ fundate
ſunt ſup baſes aureas. Species eius
ut libani: elect⁹ ut cedri. Guttur illius
ſuauiſſimū: et tot⁹ deſiderabilis. Tali⁹
eſt dilect⁹ meus: et ipſe eſt amic⁹ meus
filie iħrlm. Quo abijt dilect⁹ tuus o
pulcerrima mulierū: quo declinauit
dilect⁹ tuus? Et queram⁹ eū tecū. ca. vi
Dilectus meus deſcendit in ortum
ſuū ad areolā aromatū: ut ibi
paſcat in ortis: et lilia colligat. Ego
dilecto meo: ⁊ dilect⁹ meus michi: qui
paſcitur inter lilia. Pulcra es amica
mea: ſuauis et decora ſicut iħrſalē:
terribilis ut caſtrorū acies ordinata.
Auerte oculos tuos a me: quia ipſi
me auolare fecerunt. Capilli tui ſicut
grex capraꝝ: q̄ apparuerūt de galaad.
Dentes tui ſicut greges ouiū: q̄ aſcen-
derūt de lauacro. Omnes gemellis fe-
tib;: ⁊ ſterilis nō eſt in eis. Sicut cortex
mali punici ſic gene tue: abſq; occultiſ
tuis. Sexaginta ſūt regine: ⁊ octogin-
ta cōcubine: et adoleſcentularum nō
eſt numerus. Una eſt columba mea
pfecta mea: una eſt matri ſue: electa ge-
nitrici ſue. Viderunt eam filie ſyon et
beatiſſimā pdicauerūt: regine et cōcu-
bine laudauerūt eā. Que eſt iſta que
progredit quaſi aurora conſurgens:
pulcra ut luna: electa ut ſol: terribilis
ut caſtrorū acies ordinata? Deſcendi
in ortū nucū ut viderē poma cōuallīū:
et inſpicerē ſi floruiſſet vinea: ⁊ germi-
naſſēt mala punica. Neſciui. Anima
mea cōturbauit me: ꝓpter quadrigas
aminadab. Reuertere reuertere ſunami-
tis: reuertere reuertere ut intueamur te.
Quid videbis in ſunamite: c. vii.
niſi choros caſtrorū? Quā pul-
cri ſunt greſſus tui i calciamētis filia
principis. Iunctura feminū tuoꝝ ſicut
monilia: que fabricata ſūt manu ar-
tificis. Umbilicus tuus crater torna-
tilis: nūq̄ indigens poculis. Venter

tuus sicut aceru⁹ tritici: vallatus liliis.
Duo ubera tua sicut duo hinnuli ge-
melli capree. Collū tuū sicut turris ebur-
nea: oculi tui sicut piscine ī esebon: q̄ sūt
in porta filie multitudinis. Nasus tu-
us sicut turris libani: q̄ respicit cōtra
damascū. Caput tuum ut carmelus:
⁊ come capitis tui sicut purpura regis
iuncta canalibꝫ. Quam pulcra es et
q̄ decora carissima in delicijs. Statu-
ra tua assimilata est palme: et ubera
tua botris. Dixi. Ascendā in palmā:
et apphendā fruct⁹ eius. Et erūt ubera
tua sicut botri vinee: et odor oris tui
sicut odor malor̄: guttur tuū sicut vi-
num optimū. Dignū dilecto meo ad
potandū: labijsq̄ et dentibꝫ illius ad
ruminandū. Ego dilecto meo: et ad
me cōuersio ei⁹. Veni dilecte mi egredi-
amur in agrū: cōmoremur in villis.
Mane surgam⁹ ad vineas: videam⁹
si floruit vinea - si flores fruct⁹ parturi-
unt: si floruerunt malapunica. Ibi
dabo tibi ubera mea. Mandragore de-
derūt odorē ī portis nr̄is. Omnia poma
noua et vetera dilecte mi seruaui tibi.

Quis michi det te fratrem ca. viii.
meū sugentē ubera matris mee:
ut inueniā te foris et deosculer et iam
me nemo despiciat? Apphendā te et
ducā ī domū matris mee: et ī cubiculū
genitricis mee. Ibi me docebis: ⁊ dabo
tibi poculū ex vino cōdito: et mustū
malor̄ granator̄ meorū. Leua ei⁹ sub
capite meo: et dextera illi⁹ amplexabit̄
me. Adiuro vos filie ihr̄lm: ne susci-
tetis neq̄ euigilare faciatis dilectā: do-
nec ipsa velit. Que est ista que ascendit
de deserto delicijs affluēs: innixa sup
dilectū suū? Sub arbore malo susci-
taui te. Ibi corrupta est mater tua: ibi
violata est genitrix tua. Pone me ut
signaculū sup cor tuū - ut signaculum
sup brachiū tuū: q̄a fortis est ut mors
dilectio: dura sicut infernus emulatio,
lampades ei⁹ - ut lampades ignis at-
q̄ flāmarū. Aque multe nō potuerūt
extinguere caritatē: nec flumina obruēt
illā. Si dederit homo omnē substan-
ciā dom⁹ sue pro dilectione: q̄si nichil
despiciet eā. Soror nr̄a parua: et ubera
nō habet. Quid faciem⁹ sorori nostre:
in die quādo alloquenda est? Si mu-
rus est edificem⁹ super eū ꝓpugnacula
argētea. Si ostiū ē: cōpingam⁹ illud
tabulis cedrinis. Ego mur⁹: et ubera
mea sicut turris: ex quo facta sū corā
eo q̄si pacē repiens. Vinea fuit pacifi-
co: in ea que habet ꝑplos. Tradidit eā
custodibꝫ: vir affert pro fructu ei⁹ mil-
le argēteos. Vinea mea coram me est.
Mille tui pacifici: et ducēti hijs q̄ custo-
diūt fruct⁹ ei⁹. Que habitas in ortis.
amici auscultāt: fac me audire vocē
tuā. Fuge dilecte mi: et assimilare ca-
pree hinnuloq̄ ceruorū sup montes
aromatū. Explicit cantica cāticorū.

Incipit liber sapiencie.

Diligite iusticiā: qui
iudicatis terrā. Sen-
tite de dn̄o in boni-
tate: et ī simplicitate
cordis querite illū:
quoniā inuenit̄ ab
hijs q̄ non temptāt illū: apparet autē
eis qui fidem habent in illū. Peruerse
enī cogitationes separant a deo: pro-
bata autē virt⁹ corripit insipientes.
Quoniā ī maliuolā animā nō intro-
ibit sapiēcia: nec habitabit in corpore
subdito peccatis. Spirit⁹ enī sanctus
discipline effugiet fictum: et auferet se
a cogitationibꝫ q̄ sunt sine intellectu:
et corripiet̄ a superueniēte iniquitate.

Benign9 est enī spirit9 sapiētie et non
liberabit maledicū a labijs suis: qm̄
renū illi9 testis est deus. et cordis illius
scrutator est ver9: et lingue ei9 auditor.
Quoniā spirit9 dnī repleuit orbē terra-
rum: et hoc qd cōtinet omnia sciētiā
habet vocis. Propter hoc qui loquit̄
iniqua nō potest latere: nec p̄teriet illū
corripiēs iudiciū. In cogitationibus
enī impij interogatio erit: sermonū
autē illi9 auditio ad deū veniet: et ad
correptionē iniquitatū illi9. Quoniā
auris zeli audit omnia: et tumultus
murmurationū nō abscōdet. Custo-
dite ergo vos a murmuratione. que
nichil p̄dest: et a detractione parcite
lingue. Quia sermo obscur9 in vacuū
nō ibit: os autē qd mentitur occidit
animā. Nolite zelare mortē in errore
vite vrē: neq3 acquiratis pdicionem i
operib3 manuū vestrarū. Quoniā deus
mortē nō fecit: nec letat̄ in perdicione
vivorū. Creavit enī ut essent omnia:
et sanabiles fecit natōnes orbis terra-
rum: et nō est in illis medicamentum
exterminij nec inferorū regnū in terra.
Iusticia enī ꝑpetua ē et immortalis: in-
iusticia autē mortis acquisitio. Impij
autē manib3 et verbis accersierūt illā:
et estimātes illā amicam defluxerunt.
et sponsiones posuerūt ad illā: quo-
niā morte digni sūt q̄ sūt ex parte illi9.

Dixerūt enī impij cogitan- ca. ii.
tes apud se non recte. Exiguū et
cū tedio est temp9 vite nostre: et nō est
refrigeriū in fine hoīs: et non est qui
agnit9 sit reuersus ab inferis. Quia ex
nichilo nati sum9: et post hoc erimus
tanq3 nō fuerimus. Quoniā fumus
afflat9 est in narib3 nostris: et sermo
scintille ad cōmouendū cor nostrum.
Quia extinct9 cinis erit corp9 nostrū: et
spirit9 diffundetur tanq3 mollis aer.
Et trāsibit vita nr̄a tanq3 vestigium
nubis: et sicut nebula dissoluet. que
fugata est a radijs solis: et a calore
illi9 aggravata. Et nomē nostrū obli-
vionē accipiet per temp9: et nemo ha-
bebit memoriā opꝝ nostrorū. Umbre
enī transit9 est temp9 nostrū: et non ē
reuersio finis nr̄i. qm̄ cōsignata est: et
nemo reuertit̄. Venite ergo et fruamur
bonis q̄ sūt: et utamur creatura tanq3
in iuuentute celeriter. Uino p̄cioso et
unguentis nos impleam9: et nō p̄tere-
at nos flos tp̄is. Coronem9 nos ro-
sis anteq3 marcescant: nullū p̄tū sit
qd nō ptranseat luxuria nr̄a. Nemo
vestrū exsors sit luxurie nostre. Ubiq3
relinquam9 signa leticie: qm̄ hec ē pars
nr̄a: et hec est sors nr̄a. Opprimamus
pauperē iustū: et non parcam9 vidue
nec veterano: nec reuereamur canos
mlti temporis. Sit autē fortitudo nr̄a
lex iusticie. Quod enī infirmū ē inuti-
le inuenit̄. Circūueniam9 ergo iustū.
qm̄ inutilis est nobis. et cōtrari9 est
operib3 nostris: et improperat nobis
peccata legis: et diffamat in nos pec-
cata discipline nr̄e. Promittit se sciē-
tiā dei habere: et filiū dei se nominat.
Fact9 est nobis intraductionē cogita-
tionū nostrarū. Grauis ē nobis eciā
ad videndū: qm̄ dissimilis ē alijs vi-
ta illi9: et immutate sūt vie ei9. Tanq3
nugaces estimati sum9 ab illo: et ab-
stinet se a vijs nr̄is tanq3 ab immun-
dicijs: et p̄fert nouissima iustorum: et
gloriat̄ patrē se habere deū. Videam9
ergo si sermones illius veri sint: et tem-
ptem9 que ventura sunt illi: et sciemus
que erūt nouissima illi9. Si enī ē ver9
filius dei suscipiet illū: et liberabit illū
de manib3 cōtrariorū. Contumelia et

tormento interrogem⁹ eū: ut sciamus
reuerentiā ei⁹: ⁊ probem⁹ paciētiā illi⁹.
Morte turpissima cōdēnem⁹ eū. Erit
eīn ei respect⁹ ex sermonibꝫ illius. Hec
cogitauerūt et errauerūt: excecauit eīn
illos malicia eoꝝ. Et nesciērūt sacra-
menta dei: neqꝫ mercedē sperauerunt
iusticie: nec iudicauerūt honorē aīaꝝ
sanctaꝝ. Quoniā deus creauit hoīem
inexterminabilē: et ad imaginē simitu-
dinis sue fecit illū. Inuidia autē dia-
boli mors introiuit in orbem terrarū:
imitant̄ autē illū q̄ sūt ex parte illius.
Iustorū autem anime in manu c. iii.
dei sunt: et non tanget illos tormen-
tum mortis. Uisi sunt oculis insipi-
entiū mori: et estimata est afflictio exi-
tus illoꝝ. Et ab itinere iusto abierunt
in exterminiū: ⁊ qđ a nobis est iter exter-
minij: illi autē sunt in pace. Et si corā
hoībus tormēta passi sunt: spes illoꝝ
inmortalitate plena ē. In paucis vex-
ati: in multis bene disponent̄: quoniā
deus temptauit illos: et inuenit illos
dignos se. Tanq̄ꝫ aurū ī fornace pba-
uit illos: et quasi olocausti hostiam
accepit illos: ⁊ in tpe erit respect⁹ illoꝝ.
Fulgebūt: et tanq̄ꝫ scintille in arundi-
neto discurrēt. Iudicabūt nationes ⁊
dn̄abunt̄ pplis: et regnabit dn̄s illoꝝ
in ppetuū. Qui cōfidunt in illo intelli-
gent veritatē: et fideles in dilectione
acquiescēt illi: q̄m donū et pax ē electis
ei⁹. Impij autē secundū q̄ cogitauerūt
correpcōnē habebūt: q̄ neglexerūt iustū:
⁊ a dn̄o recesserūt. Sapientiā enī ⁊ disci-
plinā q̄ abicit infelix ē: ⁊ vacua ē spes
illoꝝ: ⁊ labores sine fructu: ⁊ inutilia o-
pera eoꝝ. Mulieres eoꝝ insensate sūt: et
nequissimi filij illoꝝ. Maledcā creatura
eorū: Quoniā felix ē sterilis ⁊ incoinq̄-
nata: q̄ nescinit thoꝝ ī delicto: habebit

fructū ī respectōne aīaꝝ sanctaꝝ. Et spa-
do q̄ nō opatus ē per man⁹ suas ini-
quitatē: nec cogitauit adūsus deū ne-
quissima. Dabit̄ enim illi fidei donū
electū: et sors in tēplo dei acceptissima.
Bonoꝝ enī laboꝝ glo͛sus est fructus:
et que nō cōcidat radix sapiētie. Filij
autē adulteroꝝ ī cōsummatione erūt:
et ab iniquo thoro semen extermina-
bit̄. Et si quidē lōge vite erūt: in nichi-
lum cōputabūtur: et sine honore erit
nouissima senect⁹ illoꝝ. Et si celerius
defuncti fuerit: nō habebūt spem: nec
ī die agnitionis allocutionē. Natio-
nes enī inique dire sūt consūmacōnis.

O quam pulcra ē casta ge- c. iiii.
neracō cū claritate. Immortalis
ē enī memoria illi⁹: q̄m et apud deum
nota est et apud hoīes. Cū p̄sens est
imitant̄ illā: et desiderāt eā cū se edux-
erit: et in perpetuū coronata triūphat.
incoinq̄natorū certaminū p̄miū vin-
cens. Multigena autē impioꝝ multi-
tudo nō erit utilis: et spuria vitulami-
na nō dabūt radices altas: nec stabile
firmamentū collocabūt. Et si ī ramis
in tpe germinauerit: infirmiter posita
a vento cōmouebūtur: et a nimietate
ventoꝝ eradicabūtur. Cōfringent̄ enī
rami incōsummati: et fruct⁹ illorū in-
utiles et acerbi ad mādu caudū: et ad
nichilū apti. Ex iniquis enī omēs filij
q̄ nascūtur testes sūt nequicie adūsus
parentes in interrogatione sua. Iustus
autē si morte p̄occupat⁹ fuerit: in refri-
gerio erit. Senectus enī venerabilis ē:
non diuturna: neqꝫ numero annorū
cōputata. Cani autē sunt sensus hoīs:
et etas senectutis: vita immaculata.
Placens deo factus dilectus: et viuens
inter peccatores translatus est. Rapt⁹
est ne malicia mutaret intellectū eius:

aut ne fictio deciperet animam illius. Fascina-
tio enim nugacitatis obscurat bona: et
inconstantia concupiscentie transvertit
sensum sine malicia. Consummatus in
brevi explevit tempora multa. Placita enim
erat deo anima illius: propter hoc properavit
educere illum de medio iniquitatum. Po-
puli autem videntes et non intelligentes:
nec ponentes in precordiis talia: quoniam
gratia dei et misericordia est in sanctos eius:
et respectus in electos illius. Condempnat
autem iustus mortuus vivos impios: et
iuventus celerius consummata longam
vitam iniusti. Videbunt enim finem sapientis:
et non intelligent quid cogitaverit de illo
deus: et quare munierit illum dominus. Vide-
bunt enim et contempnent eum: illos autem deus
irridebit. Et erunt post hec decidentes
sine honore: et in contumelia inter mor-
tuos in perpetuum. Quoniam disrumpet
illos inflatos sine voce: et commovebit
illos a fundamentis: et usque ad supremum
desolabuntur. Et erunt gementes: et memo-
ria illorum peribit. Venient in cogitatione
peccatorum suorum timidi: et traducent illos
ex adverso iniquitates ipsorum. c. v.

Tunc stabunt iusti in magna con-
stantia adversus eos qui se an-
gustiaverunt: et qui abstulerunt labores
eorum. Videntes turbabuntur timore
horribili: et mirabuntur in subitatione
insperate salutis gementes pre angustia
spiritus: dicentes intra se penitentiam agen-
tes et pre angustia spiritus gementes.
Hii sunt quos habuimus aliquando in
derisum et in similitudinem improperii;
nos insensati vitam illorum estimabamus
insaniam: et finem illorum sine honore. Ecce
quomodo computati sunt inter filios dei:
et inter sanctos sors illorum est. Ergo er-
ravimus a via veritatis: et iusticie lumen
non luxit nobis: et sol intelligentie non
est ortus nobis. Lassati sumus in via
iniquitatis et perditionis: et ambulavimus
vias difficiles: viam autem domini ignora-
vimus. Quid nobis profuit superbia: aut
divitiarum iactantia quid contulit nobis?
Transierunt omnia illa tamquam umbra
et tamquam nuncius percurrens. Et tamquam na-
vis que pertransit fluctuantem aquam: cuius
cum preterierit non est vestigium invenire:
neque semitam carine illius in fluctibus: aut
avis que transvolat in aere: cuius nullum
invenitur argumentum itineris illius: sed
tantum sonitus alarum verberans levem ventum
et scindens per vim itineris aerem: commo-
tis alis transvolavit: et post hoc nullum
signum invenitur itineris illius: aut tamquam
sagitta emissa in locum destinatum: divi-
sus aer continuo in se reclusus est ut
ignoretur transitus illius; sic et nos nati
continuo desivimus esse: et virtutis quidem
nullum signum valuimus ostendere: in ma-
lignitate autem nostra consumpti sumus.
Talia dixerunt in inferno hii qui peccave-
runt: quoniam spes impii tamquam lanugo est
que a vento tollitur: et tamquam spuma gra-
cilis que a procella dispergitur: et tamquam
fumus qui a vento diffusus est: et tamquam
memoria hospitis unius diei pretereuntis.
Iusti autem in perpetuum vivent: et apud
dominum est merces eorum: et cogitatio illorum
apud altissimum. Ideo accipient regnum
decoris et diadema speciei de manu
domini: quoniam dextera sua teget eos: et in bra-
chio sancto suo defendet illos. Et acci-
piet armaturam zelus illius: et armabit
creaturam ad ultionem inimicorum. Induet
pro torace iusticiam: et accipiet pro galea
iudicium certum. Sumet scutum inexpu-
gnabile equitatem: acuet autem diram iram
in lanceam: et pugnabit cum illo orbis ter-
rarum contra insensatos. Ibunt directe
emissiones fulgurum: et tamquam a bene

curuato arcu nubiũ exterminabunt;
⁊ ad certũ locũ insilient. Et a petrosa ira
plene mittentur grandines: et excandescet i
illos aqua maris: ⁊ flumina cõcurrent
duriter. Contra illos stabit spiritus
virtutis: ⁊ tanq̃ turbo venti diuidet
illos: ⁊ ad heremũ perducet omnem ter-
ram iniquitatis illorũ: et malignitas
euertet sedes potentium. cap̃. vi.

Melior est sapiẽtia q̃ vires: et vir
prudẽs magis q̃ fortis. Audite
ergo reges ⁊ intelligite: discite iudices
finiũ terre. Prebete aures vos q̃ conti-
netis multitudines ⁊ placetis vobis i
turbis nationũ: qm̃ data est a dño
potestas vobis et virtus ab altissimo:
qui interrogabit opa vestra ⁊ cogita-
tiones scrutabitur: qm̃ cum essetis mini-
stri regni illius nõ recte iudicastis nec
custodistis legẽ iusticie: neq̃ secundũ
volũtatẽ dei ambulastis. Horrende
et cito apparebit vobis: qm̃ iudicium
durissimũ in hijs qui psunt fiet. Exi-
guo enĩ cõceditur misericordia: potentes autẽ
potenter tormenta patientur. Nõ enĩ
subtrahet psonã cuiusq̃ deus (qui est
omniũ dñator) nec verebitur magnitu-
dinem cuiusq̃: qm̃ pusillũ et magnũ
ipse fecit: ⁊ equaliter cura ẽ illi de omnibus.
Fortioribus autem fortior instat crucia-
tio. Ad vos ergo reges sũt hij sermo-
nes mei: ut discatis sapientiã: et ne ex-
cidatis. Qui enĩ custodierit iusticiam:
iuste iustificabuntur: et q̃ didicerint ista
inuenient quid respõdeant. Cõcupiscite
ergo sermones meos ⁊ diligite illos:
et habebitis disciplinã. Clara est et q̃
nunq̃ marcescit sapientia: ⁊ facile videtur
ab hijs qui diligũt eã: et inuenitur ab
hijs qui querũt illã. Preoccupat qui
se cõcupiscunt: ut illis se prior ostendat.
Qui de luce vigilauerit ad illam non
laborabit: assidentẽ enĩ illã foribus
suis inueniet. Cogitare ergo de illa
sensus est consũmatus: ⁊ qui vigilaue-
rit ppter illã cito erit securus. Quoniã
dignos se circuit ipsa querẽs: et in vijs
suis ostendet se illis hilariter: ⁊ i omni
prouidẽtia occurret illis. Iniciũ enim
illius verissima est discipline cõcupiscen-
tia. Cura ergo discipline dilectio est:
⁊ dilectio custodia legũ illius est. Custo-
ditio autẽ legũ consũmatio incorru-
ptionis est: incorruptio autẽ facit esse
proximũ deo. Cõcupiscentia itaq̃ sa-
pientie deducet ad regnũ ppetuũ. Si
ergo delectamini sedibus et sceptris o
reges ppli: diligite sapientiã ut in per-
petuũ regnetis. Diligite lumẽ sapien-
tie: omnes qui preestis ppls. Quid est
autẽ sapientia ⁊ quẽadmodũ facta sit
referã ⁊ non abscondã a vobis sacra-
menta dei: sed ab inicio natiuitatis
inuestigabo: et ponã in luce scientiã
illius ⁊ nõ pteribo veritatẽ: neq̃ cũ inui-
dia tabescente iter habebo: quoniã talis
homo nõ erit particeps sapiẽtie. Mul-
titudo autẽ sapientiũ sanitas ẽ orbis
terrarũ: ⁊ rex sapiẽs ppli stabilimentũ
est. Ergo accipite disciplinã p sermones
meos: et proderit vobis. cap̃. vii.

Sum quidẽ ⁊ ego mortalis homo
similis omnibus ⁊ ex genere terre-
ni illius qui prior factus est: ⁊ in ventre
matris figuratus sum caro: decẽ mensiũ
tpe coagulatus sũ in sanguine ex semi-
ne hoĩs: et delectamẽto somni conue-
niente. Et ego natus accepi cõmunem
aerẽ: et insimiliter factã decidi terram:
et primã vocẽ similẽ omnibus emisi
plorãs. In inuolumẽtis nutritus sũ ⁊
magnis curis. Nemo enĩ ex regibus
aliud habuit natiuitatis iniciũ. Unus
ergo introitus est omnibus ad vitam: et

silis exitꝰ. Propter hoc optaui et datꝰ
est michi sensus: et inuocaui et venit
in me spiritꝰ sapiētie. Et pposui illam
regnis ⁊ sedibꝫ: ⁊ diuitias nichil esse
duxi in cōparatione illiꝰ. Nec cōpara-
ui illi lapidē preciosum: quoniā omne
aurū in cōparatione illiꝰ arena est exi-
gua: et tamq̄ lutū estimabit̄ argentū
in cōspectu illiꝰ. Sup salutē et speciem
dilexi illā: ⁊ pposui pro luce habere illā:
quonī inextinguibile est lumē illiꝰ. Ue-
nerūt autē michi oīa bona pariter
cū illa: ⁊ innumerabilis honestas p
manꝰ illiꝰ. Et letatꝰ sum in omnibꝫ:
quoniā antecedebat me ista sapiētia:
et ignorabā qm̄ hoꝝ omniū mater ē.
Quā sine fictione didici: et sine inui-
dia cōmunico: et honestatē illius nō
abscondo. Infinitꝰ enī thesaurus est
hominibꝫ: quo q̄ vsi sunt participes
facti sūt amicicie dei: pter discipline
dona cōmendati. Michi autem dedit
deꝰ dicere ex sentēcia et p̄sumere digna
hoꝝ que michi dant̄: qm̄ ipe sapiētie
dux est: et sapientiū emēdator. In ma-
nu enī illiꝰ et nos ⁊ sermones nostri:
et omnis sapientia ⁊ operum sciencie
disciplina. Ipse enī dedit michi horū
scienciā verā q̄ sunt: ut sciā dispositio-
nem orbis terraꝝ ⁊ virtutes elemētoꝝ:
iniciū ⁊ consūmationē ⁊ medietatem
temporū: vicissitudinū pmutationes:
⁊ consūmationes temporū ⁊ morum
mutationes: diuisiones temporū: an-
ni cursus: et stellaꝝ dispositiones: na-
turas animaliū: et iras bestiaꝝ: vim
ventoꝝ et cogitationes hoīm: differen-
tias virgultoꝝ ⁊ virtutes radicum: et
quecūq̄ sunt absconsa et improuisa
didici. Omniū enī artifex docuit me
sapiētia. Est enī in illa spiritus intelli-
gentie sanctus: vnicus: multiplex: subtilis:

disertꝰ: mobilis: incoinquinatꝰ: certꝰ:
suauis: amās bonū: acutus: q̄ nichil
vetat benefacere: humanꝰ: benignus:
stabilis: certꝰ: securꝰ: omnē habēs vir-
tutē: oīa prospiciens: et qui capiat
omnes spiritꝰ intelligibiles: mundꝰ:
subtilis. Omnibꝫ enī mobilibꝫ mobi-
lior est sapiētia. Attingit autem vbiq̄
propter suā mūdiciā. Uapor est enim
virtutis dei: ⁊ emanatio quedā ē clari-
tatis omīpotentis dei sincera: et ideo
nichil inqnatū in eā incurrit. Candor
ē enī lucis eterne ⁊ speculū sine macula
dei maiestatis: ⁊ imago bonitatis illiꝰ.
Et cū sit vna: omnia potest: et perma-
nens in se omnia innouat: ⁊ per nati-
ones in aīas sanctas se trāsfert: ami-
cos dei et pphetas cōstituit. Neminē
enī diligit deus: nisi eū q̄ cū sapiētia in-
habitat. Est enī hec speciosior sole: ⁊ su-
per omnē dispositionē stellaꝝ: luci com-
parata inuenit̄ prior. Illi enī succedit
nox: sapiētiā autē nō vincit malicia.

Cap. viii.

Attingit ergo a fine vsq̄
ad finē fortiter: ⁊ disponit oīa
suauiter. Hanc amaui et exquisiui eā
a iuuētute mea: et q̄siui sponsā michi
eā assumere: et amator factꝰ sū forme
illiꝰ. Generositatē illiꝰ glorificat con-
tuberniū habēs dei: sed ⁊ omniū dn̄s
dilexit illā. Doctrix enī ē discipline dei:
et electrix operū illiꝰ. Et si diuitie appe-
tunt̄ ī vita: quid sapiētia locupletius
que opat̄ oīa? Si autē sensus ope-
ratur: quis hoꝝ q̄ sunt magis quam
illa ē artifex? Et si iusticiā q̄s diligit:
labores huiꝰ magnas habēt virtutes.
Sobrietatē enī ⁊ prudentiā docet: et
iusticiā ⁊ virtutē: quibꝫ vtilius nichil
est in vita hominibꝫ. Et si multitudinē
sciencie desiderat quis: scit preterita et de
futuris estimat: scit versucias sermonū

et dissolutiones argumētoꝝ; signa ⁊
monstra scit anteq̄ fiant · et euentus
tempoꝝ · et seculoꝝ. Proposui ergo hāc
adducere michi ad cōuiuendū: sciens
quoniā mecū cōmunicabit de boniſ:
et erit allocutio cogitationis · et tedij
mei. Habebo ꝓpter hāc claritatem ad
turbas: et honorē apud seniores. Iu-
uenis ⁊ acut⁹ inueniar in iudicio: et ī
cōspectu potentiū ammirabilis ero: et
facies principū mirabunt̄ me. Tacen-
tem me sustinebūt: loquentē me respi-
cient: et sermocinātē me plura · man⁹
ori suo imponēt. Preterea habebo ꝑ
hāc immortalitatē: ⁊ memoriā eternā
hijs qui post me futuri sūt relinquā.
Disponā ꝓplos: ⁊ nacōnes michi erūt
subiecte. Timebūt me audiētes reges
horrendi: et ī multitudine bon⁹ videbor:
et in bello fortis. Intrās in domū meā
cōquiescā cū illa. Nō enī habet amari-
tudinē cōuersatio illius: nec tediū con-
uictus illi⁹: sed leticiā et gaudiū. Hec
cogitās apud me · et cōmemorans in
corde meo · qm̄ immortalis est in cogi-
tatione sapiētia · et in amicicia illius
delectatio bona: et in operibꝫ manuū
illi⁹ honestas sine defectione: et in cer-
tamine loquele illi⁹ sapiētia · et ꝑclari-
tas in cōmunicatione ſmonū ipsius:
circuibā querēs · ut michi illā assume-
rem. Puer autē erā ingeniosus ⁊ sorti-
tus sū aīam bonā. Et cū essem magis
bon⁹: veni ad corpus incoinquinatū. Et
ut sciui qm̄ aliter nō possū esse ɔtinēs
nisi deus det: ⁊ hoc ipm̄ erat sūma sa-
pientie scire · cui⁹ esset hoc donū: adij
dominū et deprecat⁹ sum illū: et dixi
ex totis precordijs meis. cap. ix.

Deus patrū meorū et dn̄e misericordie ·
qui fecisti oīa verbo tuo: et sa-
piētia tua cōstituisti hoīem · ut dn̄aret̄
creature que a te facta est · ut disponat
orbē terrarū in equitate et iusticia · ⁊ in
directione cordis iudiciū iudicet: da
michi sediū tuaꝝ assistricē sapientiā: ⁊
noli me reprobare a pueris tuis · qm̄
seru⁹ tuus sum ego · et fili⁹ ancille tue:
homo infirm⁹ ⁊ exigui tp̄is: et minor
ad intellectū iudicij et legū. Et si quis
erit consūmat⁹ inter filios hoīm: si ab-
fuerit ab illo sapientia tua · in nichilū
cōputabit̄. Tu autē elegisti me regem
ꝓplo tuo: et iudicē filioꝝ tuoꝝ et filiarū:
Et dixisti me edificare templū ī monte
sancto tuo: et in ciuitate habitationiſ
tue altare: similitudinē tabernacli sancti
tui qd̄ ꝑparasti ab inicio ⁊ tecū sapien-
tia tua · que nouit opa tua: q̄ ⁊ affuit
tūc cū orbē terraꝝ faceres · et sciebat qd̄
esset placitū oculis tuis: ⁊ quid directū
in preceptis tuis. Mitte illam de celis
sanctis tuis · et a sede magnitudinis
tue: ut mecū sit et mecū laboret: et sciā
quid acceptū sit apud te. Scit enī illa
omnia et intelligit: et deducet me in
opibus meis sobrie: et custodiet me ī
sua potētia. Et erūt accepta opa mea:
et disponā ꝓplm̄ tuū iuste: ⁊ ero dign⁹
sediū patris mei. Quis enim hoīnū
poterit scire consiliū dei? Aut quis po-
terit cogitare quid velit deus? Cogi-
tationes enī mortaliū timide: ⁊ incerte
prouidētie nr̄e. Corp⁹ enī qd̄ corrum-
pitur aggrauat aīam: ⁊ terrena inha-
bitatio deprimit sensū multa cogitantē.
Et difficile estimam⁹ que in terra sūt:
et que in ꝓspectu sunt inuenim⁹ cum
labore. Que in celis sunt autem quis
inuestigabit? Sensū autem tuū quis
sciet nisi tu dederis sapientiā ⁊ miseris
spiritū sanctum tuū de altissimis: et sic
correcte sint semite eoꝝ q̄ sunt in terris.
et que tibi placēt didicerit hoīes? Nā

per sapientiā sanati sūt quicūq; placu-
erunt tibi domine a principio. ca. x.
Hec illū qui prim⁹ formatus est a
deo pater orbis terrarȝ. cū solus
esset creat⁹ custodiuit: et eduxit illū a
delicto suo. Et eduxit illū de limo terre.
et dedit illi virtutem cōtinendi omnia.
Ab hac ut recessit iniust⁹ in ira sua:
per irā homicidij fraternitas deperijt.
Propter qđ cū aqua deleret terrā: sa-
nauit iterū sapientia: per cōtemptibile
lignū iustū gubernās. Hec ₇ ī cōsensu
supbie cū se nationes cōtulissent: sciuit
iustū: ₇ cōseruauit sine q̄rela deo: ₇ in
filijs misericordiam fortē custodiuit. Hec
iustū a pereuntibȝ impijs liberauit fu-
gientem. descendēte igne ī pentapolim:
quibus in testimoniū nequicie fumi-
gabūda cōstat deserta terra: et in certo
tpe fruct⁹ habentes arbores: et incredi-
bilis anime memoria stās figmentū
salis. Sapientiā eni pretereuntes non
tantū in hoc lapsi sūt ut ignorarent
bona: sed ₇ insipiētie sue reliquerunt
hominibȝ memoriā: ut in hijs q̄ pecca-
uerūt. nec latere potuissent. Sapiētia
autē hos qui se obseruāt a doloribus
liberabit. Hec autē profugū ire fratris
iustū deduxit p vias rectas: ₇ ostendit
illi regnū dei: et dedit illi scientiā san-
ctorū. Honestauit illū in laboribȝ: et
cōpleuit labores illius. In fraude cir-
cumuenientiū illū affuit illi: et hone-
stum fecit illū. Custodiuit illū ab ini-
micis: et a seductoribȝ tutauit illū. Et
certamen forte dedit illi ut vinceret: et
sciret qm̄ omniū potētior ē sapientia.
Hec venditū iustū nō dereliquit: sed a
peccatoribȝ liberauit illū. descenditq; cū
illo in foueā et in vinculis nō dereliqt
illū: donec afferret illi sceptrū regni. et
potentiā aduersus eos q̄ eū deprimebāt:
et mendaces ostendit q̄ maculauerūt
illū: et dedit illi claritatē eternā. Hec
ppłm iustū et semē sine querela libera-
uit a nationibȝ que illū deprimebāt.
Intrauit in animam serui dei: et stetit
cōtra reges horrendos in portentis et
signis. Et reddidit iustis mercedem
laborū suorū: et deduxit illos in via
mirabili. Et fuit illis in velamēto diei:
et ī luce stellarȝ per nocte. Et trāstulit il-
los p mare rubrū: ₇ trāsuexit illos per
aquā nimiā. Inimicos autē illorū de-
mersit ī mare: ₇ ab altitudine infero-
rum eduxit illos. Ideo iusti tulerūt spo-
lia impiorȝ: et decātauerūt dn̄e nomē
sanctum tuū: et victricem manū tuam
laudauerunt pariter. Quoniam sapi-
entia aperuit os mutorum: et linguas
infantium fecit disertas. cap. xi.
Direxit opa eorȝ in manibȝ pphete
sancti. Iter fecerunt per deserta q̄
nō habitant̄: et in locis desertis fixerūt
casas. Steterūt cōtra hostes: et de ini-
micis se vindicauerūt. Sitierunt ₇ in-
uocauerūt te: et data est illis aqua de
petra altissima: ₇ requies sitis de lapide
duro. Per q̄ eni penas passi sūt inimi-
ci illorȝ a defectione pot⁹ sui: in eis cū
abundarēt filij isrl̄ letati sunt. Per hec
cū illis deessent: bene cū illis actum est.
Nā pro fonte quidem sempiterni flu-
minis humanū sanguinem dedisti
iniustis. Qui cū minuerent̄ in tradu-
ctione infantiū occisorū. dedisti illis
abundantē aquā insperate: ostendēs
per sitim que tunc fuit. quēadmodū
tuos exaltares: et aduersarios illorū
necares. Cum enim temptati sunt: et
quidē cum misericordia disciplinā accipi-
entes. sciebāt quēadmodū cū ira iudi-
cati impij tormenta paterentur. Hos
quidem tamq̄ pater monens pbasti:

Illos autē tanq̄ durꝰ rex interrogās
condemnasti. Absentes enī et p̄sentes
similiter torquebant̄. Duplex enī illos
acceperat tediū: et gemitꝰ cū memoria
p̄teritorū. Cū enī audirent per sua tor-
menta bene secū agi cōmemorati sūt
dn̄m: admirantes in finē exitus. Quē
enī i expositione praua proiectū derise-
runt. in finē euentꝰ mirati sunt. Non
similiter iniustis faciēs: pro cogitati-
onibꝫ autē insensatis iniq̄tatis illoꝝ,
q̄d quidā errantes colebāt mutos ser-
pentes ⁊ bestias sup vacuas: immisisti
illis multitudinē mutoꝝ animaliū in
vindictā: ut scirēt quia per que peccat
quis per hec ⁊ torquet̄. Non enī impos-
sibilis erat omnipotens manꝰ tua q̄
creauit orbē terrarū ex materia inuisa
immittere illis multitudinē vrsorū. aut
audaces leones. aut noui generis ira
plenas ⁊ ignotas bestias: aut vaporē
igniū spirātes: aut fumi odorē profe-
rentes: aut horrendas ab oculis scin-
tillas emittentes: quaꝝ nō solū lesura
poterat illos exterminare: sed ⁊ aspectꝰ
per timorē occidere. Nam et sine hijs
vno spiritu poterāt occidi p̄secutionē
passi ab ipis factis suis: et dispersi per
spiritū virtutis tue: sed om̄ia i mensu-
ra ⁊ numero ⁊ pōdere disposuisti. Mul-
tum enī valere tibi soli superat semper:
et virtuti brachij tui q̄s resistet? Quo-
niā tanq̄ momentū statere sic ē ante
te orbis terrarū: et tanq̄ gutta roris
antelucani qui descendit in terrā. Et
misereris omniū. q̄m omnia potes:
et dissimulas peccata hoīm propter peni-
tentiā. Diligis enī omnia que sunt et
nichil odisti eoꝝ que fecisti; nec enim
odiens aliquid cōstituisti. aut fecisti.
Quomō autē posset aliquid p̄manere
nisi tu voluisses: aut q̄d a te vocatum
non esset conseruarēt? Parcis autem
omnibꝫ: q̄m tua sūt dn̄e q̄ amas aīas.
O quam bonꝰ et suauis est c.xii.
dn̄e spiritꝰ tuꝰ in omnibꝫ. Ideoq̄
hos qui exerrāt partibꝫ corripis: et de
quibꝫ peccāt admones: et alloqueris
ut relicta malicia credāt in te domine.
Illos enim antiquos inhabitatores
terre sancte tue quos exhorruisti q̄m
odibilia opa tibi faciebāt per medica-
mina et sacrificia iniusta: et filiorum
suorum necatores sine misericordia.
et comestores viscerum hominum et
deuoratores sanguinis. ⁊ auctores pa-
rentes aīarū inauxiliataꝝ p̄dere volu-
isti. a medio sacramēto tuo. p manus
parentū nostroꝝ. ut dignā perciperēt
peregrinationē puerorū dei: que tibi
omniū carior ē terra. Sed et hijs tam-
q̄ hominibꝫ pepercisti: et misisti ante-
cessores exercitus tui vespas: ut illos
paulatim exterminarēt. Non quia im-
potens eras in bello subicere impios
iustis. aut bestijs seuis. aut vbo duro
simul exterminare: sed partibus iudi-
cans dabas locū penitentie. nō igno-
rans q̄m nequā est natio eoꝝ. et natu-
immunis a delicto. Si enim secutus
fueris nõ apphendes: ⁊ nõ effugies si
ꝑcucurreris. Est homo laborãs ⁊ festi-
nans et dolens impius: et tantoma-
gis non abundabit. Est homo mar-
cidus egens recuperatione plus defici-
ens virtute et abundans paupertate:
et oculus dei respexit illum in bono et
erexit eum ab humilitate ipsius: et ex-
altavit caput eius; et mirati sunt in
illo multi et honoraverũt deum. Bo-
na et mala. vita et mors. paupertas
et honestas: a deo sunt. Sapientia

disciplina et sciẽcia legis apud dñm:
dilectio et vie bonoꝝ apud ipm. Error
⁊ tenebre peccoribꝫ cõcreata sunt. Qui
autē exultãt in malis cõsenescũt ĩ ma-
lo. Datũ dei iustis ꝑmanet: ⁊ ꝓfectꝰ il-
liꝰ successus habebit ineternũ. Est q̃ lo-
cupletatur parce agendo: et hec pars
mercedis illiꝰ in eo qꝫ dicit. Inveni re-
quiem michi et nunc manducabo de
bonis meis solus: et nescit qđ tempꝰ
preteriat ⁊ mors apropinquet: ⁊ relin-
quat omnia aliis et moriatur. Sta
in testamento tuo ⁊ ĩ illo colloquere:
et in opere mandatoꝝ tuoꝝ veterasce.
Ne manseris ĩ operibꝫ peccatoꝝ. Con-
fide autem in deo: ⁊ mane ĩ loco tuo;
facile ē enĩ in oculis dei subito honesta-
re pauperem. Benedictio dei ĩ mercedem
iusti festinat: et in honore veloci pro-
cessus illiꝰ fructificat. Ne dicas. quid
est michi opꝰ: et q̃ erunt michi ex hoc
bona? Ne dicas. Sufficiẽs michi sũ.
et quid ex hoc pessimabor? In die bo-
noꝝ ne immemor sis maloꝝ: et ĩ die
maloꝝ ne immemor sis bonoꝝ: qñ
facile ē corã deo ĩ die obitus retribue-
re unicuiqꝫ scđm vias suas. Malicia
hore oblivionē facit luxurie magne:
et in fine hominis denudatio operũ
illius. Ante mortē ne laudes homi-
nem quẽquã: qm̃ ĩ filiis suis agnosci-
tur vir. Non omnē hominē inducas
in domũ tuã: multe enĩ sunt insidie
dolosi. Sicut enim eructuãt ꝑcordia
fetãcium et sicut perdix inducitur in a fero. tns
caveam ⁊ ut caprea ĩ laqueũ sic ⁊ cor
supboꝝ: et sicut prospector videns ca-
sum ꝓximi sui. Bona enim in mala
cõvertens insidiatur: et ĩ electis impo-
net maculam. Ab scintilla enĩ una
augetur ignis: et ab uno doloso au-
getur sanguis: homo vero peccator

sanguini insidiatur. Attende tibi a
pestifero. fabricat enim mala: ne forte
inducat super te subsannacionem in
perpetuum. Admitte ad te alienige-
nam et subvertet te in turbine: et ab-
alienabit te a viis propriis. ca. xii.
Si benefeceris scito cui feceris: et erit
gratia in bonis tuis multa. Be-
nefac iusto: et invenies retribucionem
magnam: et si non ab ipso: certe a domino.
Non est enim bene qui assiduus est in ma-
lis et elemosinas non danti: quoniam et
altissimus odio habet peccatores: et mi-
sertus est penitentibus. Da misericordi-
et ne suscipias peccatorem: et impiis
et peccatoribus reddet vindictam: custodi-
ens eos in diem vindicte. Da bono et
non receperis peccatorem: benefac humi-
li et non dederis impio. Prohibe pa-
nes illi dare: ne in ipsis potencior te
sit. Nam duplicia mala invenies in
omnibus bonis (quecumque feceris illi) quo-
niam et altissimus odio habet peccato-
res: et impiis reddet vindictam. Non
agnoscetur in bonis amicus: et non
abscondetur in malis inimicus. In
bonis viri inimici illius: in tristicia et
in malicia illius. amicus agnitus est.
Non credas inimico tuo in eternum. Sicut
enim eramentum eruginat nequicia il-
lius: et si humiliatus vadat curvus
abice animum tuum: et custodi te ab illo.
Non statuas illum penes te nec sede-
at ad dexteram tuam. ne conversus stet
in loco tuo: ne forte conversus in locum
tuum inquirat cathedram tuam: et in novis-
simo cognoscas verba mea et in sermo-
nibus meis stimuleris. Quis misere-
bitur incantatori a serpente percusso: et o-
mnibus qui appropiant bestiis? Sic et
qui comitatur cum viro iniquo: et ob-
volutus est in peccatis eius. Una hora
tecum permanebit: si autem declinave-
ris non supportabit. In labiis suis
indulcat inimicus: et in corde suo insidi-
atur ut subvertat te in foveam. In ocu-
lis suis lacrimatur inimicus: et si inve-
nerit tempus. non saciabitur sanguine:
et si incurrerint tibi mala. invenies eum
illic priorem. In oculis suis lacrima-
tur inimicus: et quasi adiuvans suffodi-
et plantas tuas. Caput suum mo-
vebit et plaudebit manu: et multa su-
surrans commutabit vultum suum. ca. xiii.
Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea:
et qui communicaverit superbo indu-
et superbiam. Pondus super se tollit qui ho-
nestiori se communicat: et ditiori te ne
socius fueris. Quid communicabit ca-
cabus ad ollam? Quando enim se colli-
serint confringetur. Dives iniuste egit
et fremebit: pauper autem lesus tacebit.
Si largitus ei fueris assumet te: et si
non habueris derelinquet te. Si habes
convivet tecum et evacuabit te: et ipse non
dolebit super te. Si necessarius illi fueris
supplantabit te: et subridens spem dabit tibi
narrans tibi ~~omnia~~ bona et dicet quid
opus est tibi: et confundet te in cibis suis.
donec te exinaniat bis et ter: et in novis-
simo deridebit te. Et postea videns dere-
linquet te: et caput suum movebit ad
te. Humiliare deo: et expecta manus
eius. Attende ne seductus in stulticia
humilieris. Noli esse humilis in sapi-
encia tua: ne humiliatus in stulticiam
seducaris. Advocatus a potentiore
discede: ex hoc enim magis te advo-
cabit. Ne improbus sis ne impinga-
ris: et ne longe sis ab eo: ne eas in obli-
vionem. Ne retineas ex equo loqui cum
illo: nec credas multis verbis illius.
Ex multa enim loquela temptabit te: et
subridens interrogabit te. De absconditis

tuus immitis animus illi⁹ cōseruabit
verba tua: et non parcet de malicia et
de vinculis. Caue tibi ⁊ attende diligen-
ter auditui tuo: quoniā cū subūsione
tua ambulas. Audiēs vero verba illa
quasi ī somnis vide: ⁊ vigilabis. Omī
vita tua dilige deum: et inuoca illū
in salute tua. Omne animal diligit
simile sibi: sic ⁊ omnis homo proximū
sibi. Omnis caro ad similem sibi con-
iungetur: et oīs homo simili sibi sociabitur.
Si cōmunicabit lup⁹ agno aliquan-
do: sic peccator iusto. Que cōmunicatio
sancto homini ad canem: aut q̄ pars
bona diuiti ad pauperem? Venatio le-
onis onager in heremo: sic et pascua
sunt diuitū paupres. Et sicut abomi-
natio ē superbo humilitas: sic et execra-
tio diuiti pauper. Diues cōmot⁹ con-
firmatur ab amicis suis: humilis au-
tem cum ceciderit expelletur et a notis.
Diuiti decepto multi recuperatores:
locutus est superba: ⁊ iustificauerūt illū.
Humilis deceptus est: insuper et argu-
itur. Locut⁹ est sensate: et non est ei da-
tus locus. Diues locutus est et oēs
tacuerūt: et verbū illius usq; ad nubes
perducent. Paup locutus est: et dicūt.
Quis est hic? Et si offenderit: subuer-
tent illū. Bona est substātia cui non
est peccatū in cōsciētia: ⁊ nequissima
est paupertas in ore impii. Cor hoīs im-
mutat faciē illi⁹: siue ī bona siue ī ma-
la. Vestigiū cordis boni ⁊ faciē bonā
difficile inuenies. ⁊ cū labore. c. xiiii.

Beatus vir qui nō est lapsus ver-
bo ex ore suo: et nō est stimulat⁹
in tristicia delicti. Felix qui nō habuit
animi sui tristiciā: et nō excidit a spe
sua. Viro cupido ⁊ tenaci sine ratōne
ē substātia: et homini liuido ad qd aurū?
Qui aceruat ex animo suo iniuste
aliis congregat: et in bonis illi⁹ alius
luxuriabitur. Qui sibi nequā est: cui
alii bonus erit? Et non iocūdabitur
ī bonis suis. Qui sibi inuidet nichil
est illo nequius: et hec ē redditō malicie
illi⁹. Et si benefecerit: ignorāter ⁊ nō vo-
lēs facit: et ī nouissimo manifestat ma-
liciam suā. Nequā est oculus liuidi:
et auertens faciem suam et despiciens
animam suam. Insaciabilis oculus
cupidi in parte iniquitatis: non saci-
abitur donec cōsumat arefaciēs ani-
mam suā. Oculus malus ad mala:
et non saciabitur pane indigens: et
in tristicia erit sup mensam suā. Fili si
habes benefac tecū: et deo dignas ob-
lationes offer. Memor esto quoniā
mors non tardat: et testamentū infe-
rorum: quia demonstratū est tibi. Testa-
mentū enī hui⁹ mundi morte morie-
tur. Ante mortem benefac amico tuo:
et scdm vires tuas exporrigēs da pau-
peri. Non defrauderis a die bono: et
particula diei boni nō te pretereat. Non-
ne aliis relinques dolores ⁊ labores tu-
os? In diuisione sortis da et accipe:
et iustifica aīam tuā. Ante obitū tuū
operare iusticiā: quoniā nō est apud
inferos inuenire cibū. Omnis caro si-
cut fenū veterascet: et sicut foliū fructifi-
cans ī arbore viridi. Alia generātur
et alia deiciūtur: sic generatio carnis
⁊ sanguinis: alia finitur: ⁊ alia nascitur.
Omne opus corruptibile in fine defi-
ciet: et qui illud operatur ibit cum illo.
Et omē opus electum iustificabitur:
et qui operatur illud honorabitur ī
illo. Beatus vir qui in sapientia mo-
rabitur: et qui ī iusticia meditabitur:
et in sensu cogitabit circūspectionē dei.
Qui excogitat vias illius ī corde suo:
et ī absconditis suis intelligēs: vadēs

post illam quasi investigator: ⁊ ī viijs
illius consistens. Qui respicit per fene-
stras illius: et in ianuis illi⁹ audiens.
Qui requiescit iuxta domū illi⁹: et in
parietibꝫ illius figens palum. Statu-
et casulam suā ad man⁹ illi⁹: et requi-
escent in casula illius bona per euum.
Statuet filios suos sub tegimine illi-
us: ⁊ sub ramis illius morabit̄. Pro-
tegetur sub tegimine illius a fervore:
et in gloria eius requiescet. ca. xv.

Qui timet deum faciet bona: et qui
cōtinēs ē iusticie apphēdet illā:
et obviabit illi quasi mater honorifi-
cata: et q̄si mulier a virginitate suscipi-
et illum. Cibabit illū pane vite et in-
tellect⁹: ⁊ aqua sapientie salutaris po-
tabit illū. Et firmabitur in illo ⁊ non
flectetur: et continebit illū et nō cōfun-
detur: et exaltabit illum apud ꝓximos
suos. Et ī medio ecclesie aperiet os ei⁹:
et adimplebit illū spiritu sapientie et
intellectus: et stola glorie vestiet eum.
Iocūditatē et exultationē thesauriza-
bit super illū: et nomine eterno heredi-
tabit illū. Homines stulti nō apphen-
dent illam: ⁊ homines sensati obvia-
bunt illi. Homines stulti nō videbūt
eam: lōge enī abest a supbia et dolo.
Viri mendaces nō erunt illius memo-
res: et viri veraces inveniētur ī illa:
et successum habebūt usqꝫ ad inspectio-
nem dei. Nō est speciosa laus ī ore pec-
catoris: quoniā a deo profecta est sapi-
entia. Sapientie enī dei astabit laus:
⁊ in ore fideli abundabit: ⁊ dominator
dabit eā illi. Nō dixeris. p deū abest:
q̄ enim odit ne feceris. Non dicas illi-
me implanavit: nō enī necessarij sūt
ei homines impij. Omne execramentū
erroris odit domin⁹: et nō erit amabi-
le timētibꝫ eū. Deus ab inicio ꝯstituit
hominē: et reliquit illū in manu con-
silij sui. Adiecit mandata et precepta
sua. Si volueris mandata conservare
conservabūt te: ⁊ in perpetuū fidē pla-
citam facere. Apposuit tibi aquam
et ignem: ad qđ volueris porrige ma-
num tuā. Ante hominē vita ⁊ mors:
bonū et malū. Quod placuerit ei dabi-
tur illi: quoniā multa sapientia dei.
⁊ fortis in potentia: videns omnes si-
ne intermissione. Oculi domini ad ti-
mentes eū: ⁊ ipse agnoscit omnē operā
hominis. Nemini mādavit impie age-
re: et nemini dedit spacium peccandi.
Non enim concupiscit multitudinem
filiorꝫ infidelium ⁊ inutilium. c. xvi.

Ne iocūderis ī filijs impijs si mul-
tiplicentur: nō oblecteris sup ip-
sos: si non est timor dei in illis. Non
credas vite illorꝫ: nec respexeris in labo-
res eorꝫ. Melior est enim unus timens
deū: q̄ꝫ mille filij impij. Et utile ē mori
sine filijs: q̄ꝫ relinquere filios impios.
Ab uno sensato inhabitabit̄ patria:
et a tribꝫ impijs deseret̄. Multa talia
vidit oculus meus: et fortiora horū
audivit auris mea. In sinagoga pec-
cantiū exardebit ignis: ⁊ ī gente incre-
dibili exardescet ira. Non exoraverūt
pro peccatis suis antiqui gigātes qui
destructi sunt confidentes sue virtuti:
⁊ nō pepcit peregrinacōni illorꝫ: sed per-
cussit eos: ⁊ execrat⁹ ē eos p̄ supbia ubi
illorꝫ. Non misertus ē illis totā gentē
perdens: ⁊ extollentē se in peccatis suis.
Et sicut sexcenta milia peditū qui con-
gregati sunt in duricia cordis sui: ⁊ si
unus fuisset cervicatus mirū si fuisset
immunis. Misericordia enī et ira est
cum illo. potens exoratio ⁊ effundens
iram. secūdū misericordiā suā: sic cor-
rectio illius. hominē secūdum opera

sua iudicat. Non effugiet in rapina
peccator: ⁊ non retardabit sufferentia
misericordiā facientis. Omnis miseri-
cordia faciet locū unicuiq; scd̄m meri-
tum operū suoꝝ: et scd̄m intellectū pere-
grinationis illi⁹. Non dicas. A deo
abscōdar: ⁊ ex summo quis opis mei
memorabitur? In ppl̄o magno non
agnoscar. Que est enī anima mea in
tā immēsa creatura? Ecce celū ⁊ celi ce-
loꝝ · abissus ⁊ uniuersa terra et q̄ in eis
sūt ī cōspectu illi⁹ cōmouebūtur: mon-
tes simul ⁊ colles ⁊ fundamenta terre:
et cum cōspexerit illa deus tremore con-
cutientur. Et ī omnib; hiis insensatū
est cor: ⁊ omne cor intelligit̄ ab illo: et
vias illius q̄s intelligit. Et procellā
quā nec oculus vidit hominis? Nā
plurima illi⁹ opera sunt in absconsis:
sed opera iusticie eius quis enūciabit.
aut quis sustinebit? Longe enī ē testa-
mentū a quibusdā: ⁊ interrogatio ho-
minū in consummacōne est. Qui mi-
noratˀ corde cogitat inania: ⁊ vir im-
prudēs ⁊ errās cogitat stulta. Audi me
fili et disce disciplinā sensus: et ī verbis
meis attende in corde tuo: et dicam ī
equitate disciplinam et scrutabor enar-
rare sapiētiam: et ī verbis meis atten-
de in corde tuo: et dico in equitate spi-
ritus · virtutes quas posuit deus ī ope-
ra sua ab inicio: et in veritate enūcio
scientiam ei⁹. In iudicio dei opera ipsi-
us ab inicio: et ab institutione homi-
num ipoꝝ distinxit partes illoꝝ: ⁊ ini-
cia eoꝝ ī gentib; suis. Ornauit opera
illoꝝ: nec esurierūt nec laborauerūt: ⁊
non destiterunt ab operib; suis. Unus-
quisq; proximū sibi nō angustiabit
usq; ī eternū. Nō sis incredibilis vbo
illi⁹. Post hec in terrā deus respexit: et
impleuit illā bonis suis. Anima aūt
omnis vitalis denūciauit ante faciē
ipsius: ⁊ ip̄a iterū reuersio illoꝝ. c. xvii.
Deus creauit de terra hominem: et
scd̄m imaginem suam fecit illū.
Et iterū conuertit illū ī ipsam: et scd̄m
se vestiuit illū virtute. Numerū dierū
et temp⁹ dedit illi: et dedit illi potestatē
eoꝝ q̄ sunt sup terrā. Posuit timorem
illius sup omnē carnem: ⁊ dominat⁹
est bestiaꝝ ⁊ volatiliū. Creauit ex ip̄o
adiutorium simile sibi: consiliū ⁊ lin-
guam et oculos et aures et cor dedit
illis excogitandi: et disciplina intelle-
ctus repleuit illos. Creauit illis scienti-
am spirit⁹: sensu impleuit cor illorū:
et mala ⁊ bona ostēdit illis. Posuit
oculū ipoꝝ sup corda ipsoꝝ ostendē illis
magnalia operū suoꝝ ut nomē sāctifi-
cacōnis collaudent: ⁊ gloriari in mi-
rabilib; illi⁹: ut magnalia enarrēt ope-
rū ei⁹. Addidit illis disciplinā: ⁊ legē
vite hereditauit illos. Testamētū eternū
cōstituit cū illis: ⁊ iusticiā ⁊ iudicia sua
ostendit illis. Et magnalia honoris
eius vidit oculus illoꝝ: et honorē vo-
cis audierūt aures illoꝝ: et dixit illis.
Attēdite ab omni iniquo. Et mādauit
illis: unicuiq; de proximo suo. Vie il-
loꝝ corā illo sūt semp: nō sūt abscon-
se ab oculis ipsi⁹. In unāquāq; gen-
tē ppo suit rectorē: et pars dei isrl̄ facta ē
manifesta. Et omnia opera illoꝝ velut
sol ī cōspectu dei: ⁊ oculi ei⁹ sine intermissi-
one inspicientes ī viis eoꝝ. Non sunt
absconsa testamenta per iniquitatem
illoꝝ: Et omnes iniquitates eoꝝ in con-
spectu dei. Elemosina viri q̄si sacculus
cum ip̄o: ⁊ graciā hoīs quasi pupillā
cōseruabit: et postea resurget ⁊ retribuet
illis retribucōnem unicuiq; in caput
ipoꝝ: et conuertet ī inferiores partes ter-
re. Penitentib; autem dedit viā iusticie:

et confirmauit deficientes sustinere: et destinauit illis sortem veritatis. Conuertere ad dominum et relinque peccata tua: precare ante faciem domini: et minue offendicula. Reuertere ad dominum et auertere ab iniusticia tua: et nimis odito execracionem: et cognosce iusticias et iudicia dei: et sta in sorte proposicionis et oracionis altissimi dei. In partes vade seculi sancti: cum viuis et dantibus confessionem deo. Non demoreris in errore impiorum: ante mortem confitere. A mortuo quasi nichil perit confessio. Confiteberis viuens: viuus et sanus confiteberis: et laudabis deum: et gloriaberis in miseracionibus eius. Quam magna misericordia domini: et propiciacio illius conuertentibus ad se. Nec enim omnia possunt esse in hominibus: quoniam non est immortalis filius hominis: et in vanitate malicie placuerunt. Quid lucidius sole? Et hic deficiet. Aut quid nequius excogitauit caro et sanguis? Et hoc arguetur. Virtutem altitudinis celi ipse conspicit: et omnes homines terra et cinis. c. xviii.

Qui viuit in eternum creauit omnia simul. Deus solus iustificabitur: et manet inuictus rex in eternum. Quis sufficiet enarrare opera illius? Quis enim inuestigabit magnalia eius? Virtutem autem magnitudinis eius quis enunciabit? Aut quis adiciet enarrare misericordiam eius? Non est minuere neque addicere: nec est inuenire magnalia dei. Cum consummauerit homo tunc incipiet: et cum quieuerit operabitur. Quid est homo et que est gracia illius: et quid est bonum aut quid nequam illius? Numerus dierum hominum ut multum centum anni: quasi gutte aque maris deputati sunt: et sicut calculus arene sic exigui anni in die eui. Propter hoc paciens est deus in illis: et effundit super illos misericordiam suam. Vidit presumpcionem cordis eorum quoniam mala est: et cognouit subuersionem illorum quoniam nequam est. Ideo adimpleuit propiciacionem suam in illis: et ostendit illis viam equitatis. Miseracio hominis circa proximum suum: misericordia autem dei super omnem carnem. Qui misericordiam habet: docet et erudit quasi pastor gregem suum. Miseratur excipiens doctrinam miseracionis: et qui festinant in iudiciis eius. Fili in bonis non des querelam: et in omni dato non des tristiciam verbi mali. Nonne ardorem refrigerabit ros? Sic et verbum melius quam datum. Nonne ecce verbum super datum bonum? Sed utraque cum homine iustificato. Stultus acriter improperabit: et datus indisciplinati tabescere facit oculos. Ante iudicium para iusticiam tibi: et antequam loquaris disce. Ante languorem adhibe medicinam: et ante iudicium interroga teipsum: et in conspectu dei inuenies propiciacionem. Ante languorem humilia te: et in tempore infirmitatis ostende conuersacionem tuam. Non impediaris orare semper: et ne verearis usque ad mortem iustificari: quoniam merces dei manet in eternum. Ante oracionem prepara animam tuam: et noli esse quasi homo qui temptat deum. Memento ire in die consummacionis: et tempus retribucionis in conuersacione faciei. Memento paupertatis in tempore abundancie: et necessitatem paupertatis in die diuiciarum. A mane usque ad vesperam immutabitur tempus: et hec omnia citata in oculis dei. Homo sapiens in omnibus metuit: et in diebus delictorum attendet ab inercia. Omnis astutus agnoscit sapienciam: et inuenienti eam dabit confessionem. Sensati in verbis et ipsi sapienter egerunt: et intellexerunt veritatem

et iusticiã: ⁊ imploraverũt ꝓbibia ⁊ in-
dicia, post cõcupiscẽtias tuas nõ eas:
et a volũtate tua avertere. Si prestes
aĩe tue cõcupiscẽtias eius: faciet te in
gaudiũ inimicis tuis. Ne oblecteris ĩ
turbis: nec in modicis. Assidua eñi ẽ
cõmissio eorũ. Ne fueris mediocris in
cõtẽtiõne ex fenore: ⁊ nõ ẽ tibi nichil ĩ
seculo. Eris eñi inuid⁹ aĩe tue. c. xix.
Operari⁹ ebriosus non locupleta-
bitur: ⁊ q̃ spernit modica paulati
decidet. Vinũ et mulieres apostatare
faciũt sapientes: et arguent sensatos:
et q̃ se iungit fornicariis erit nequam.
Putredo ⁊ vermes hereditabũt illum:
et extolletur in exemplũ maius: ⁊ tolle-
tur de numero anima ei⁹. Qui credit
cito levis corde est ⁊ minorabitur: et
qui delinquid in animam suam insu-
per habebitur. Qui gaudet ad iniqui-
tatem denotabitur: ⁊ qui odit correp-
tionẽ minuetur vita: et q̃ odit loqua-
citatem extinguit maliciã. Qui peccat
in animã suam nõ penitebit: ⁊ qui io-
cundatur in malicia denotabitur. Ne
iteres verbũ durũ ⁊ nequã: ⁊ nõ mino-
raberis. Amico et inimico noli narra-
re sensum tuũ: et si est tibi delictũ noli
denudare. Audiet enim te ⁊ custodiet
te: ⁊ quasi defendens peccatũ odiet te:
et sic aderit tibi semp. Audisti verbũ
adversus ꝓximũ tuũ: cõmoriatur in
te: fidens quoniã nõ te dirũpet. A fa-
cie verbi parturit fatu⁹: tanq̃ gemit⁹ par-
tus infãtis. Sagitta infixa femori ca-
nis: sic verbũ in corde stulti. Corripe a-
micũ: ne forte non intellexerit et dicat
non feci: aut si fecerit: ne iterũ addat fa-
cere. Corripe ꝓximũ ne forte non dixe-
rit: et si dixerit ne forte iteret. Corripe
amicũ: sepe enim fit cõmissio: et non
omni v̾bo credas. Est q̃ labit̃ lingua
sua: sed non ex animo. Quis est enim
qui non deliquerit in lingua sua?
Corripe amicũ anteq̃ commineris: et
da locũ timori altissimi: q̃a omnis sa-
pientia timor dei: Et in illa timere de-
um: ⁊ in omni sapientia dispositio le-
gis. Et non est sapientia nequicie dis-
ciplina: et non est cogitatus peccato-
rum prudentia. Est prudẽtie nequicia
et in ipsa execratio: et est insipiens qui
minuitur sapientia. Melior ẽ homo
qui minuitur sapientia et deficiẽs sen-
su in timore dei: q̃ qui abundat sen-
su ⁊ trãsgreditur legẽ altissimi. Est so-
lercia certa ⁊ ipsa iniqua: et ẽ qui emit-
tit verbũ certum enarrans veritatem.
Est qui nequiter humiliat se et interi-
ora eius plena sunt dolo: et ẽ iustus
qui se nimiũ submittit a multa humi-
litate: et est iustus qui inclinat faciem
suam et fingit nõ videre se qd ignora-
tum est. Et si ab imbecillitate virium
vetetur peccare: si invenerit temp⁹ ma-
le faciendi male faciet. Ex visu cognos-
citur vir: et ab occursu faciei cognosci-
tur sensat⁹. Amictus corporis ⁊ risus
dentiũ ⁊ ingressus hoĩs enũciãt de illo.
Est correptio mẽdax ĩ ira cõtumeliosi:
et est iudiciũ qd nõ ꝓbatur esse bonũ:
et est tacẽs et ipẽ est prudẽs. cap. xx.
Quam bonũ ẽ arguere quã irasci:
et cõfitentem ĩ oratione nõ ꝓhi-
bere. Concupiscẽtia spadonis devirgina-
vit iuvenculã: sic q̃ facit ꝑ vim iudici-
um iniquũ. Quam bonũ est correptũ
manifestare penitẽtiam: sic eñi effugi-
es voluntariũ peccatũ. Est tacẽs qui
invenitur sapiens: et est odibilis qui
procax est ad loquendũ. Est autem ta-
cens et nõ habens sensũ loq̃le: et ẽ ta-
cens sciens tempus apti tẽporis. Ho-
mo sapiens tacebit usq̃ ad tempus:

lasciuꝰ autē et imprudens nō seruabūt
tempus. Qui multis utitur verbis le-
det animā suam: et qui potestatē sibi
sumit iniuste odietur. Est processio ī
malis viro indisciplinato: et ē inuen-
tio in detrimentū. Est datū quod nō
ē vtile: et ē datū cuiꝰ retributio duplex.
Est propter gloriā minoracō: ⁊ ē qui
ab humilitate leuabit caput. Est qui
multa redimat modico precio: et resti-
tuens ea in septuplū. Sapiens in ver-
bis seipsum amabilē facit: gratie au-
tem fatuorꝫ effundētur. Datus insipi-
entis non erit vtilis tibi: oculi enī illi-
us septemplices sunt. Exigua dabit et
multa improperabit: et apertio oris
illius inflāmatio ē. Hodie feneratur
quis ⁊ cras expetit: et odibilis ē homo
huiusmodi. Fatuo nō erit amicꝰ: ⁊ nō
erit gratia in bonis illius. Qui enim
edunt panem illius false lingue sunt.
Quociens et quāti irridebūt eū? Neqꝫ
enim quod habendū erat directo sen-
su distribuit: similit̄ ⁊ quod non erat
habendū. Lapsus false lingue quasi
qui in pauimento cadens: sic casus il-
lorꝫ malorꝫ festinanter veniet. Homo
acharis quasi fabula vana: et in ore
indisciplinatorū assidua erit. Ex ore
fatui reprobabitur parabola: non enī
dicit illam in tempore suo. Est qui ve-
tatur ab inopia peccare: ⁊ in requie sua
stimulabitur. Est qui pdet animam
suam pre confusione: et ab imprudenti
ti psona pdet eā: psone autē acceptio-
ne pdet se. Est q̄ pre ꝯfusione pmittit
amico: ⁊ lucratus ē eū inimicū gratis.
Obprobriū nequā ī homine mēdaciū:
et in ore indisciplinatorū assidue erit.
Potior fur quā assiduitas viri men-
dacis: pditionem autē ambo heredita-
bunt. Mores hominū mēdaciū sine

honore: ⁊ confusio illorꝫ cū ipsis sine
intermissione. Sapiens ī verbis pro-
ducit seipsum: et homo prudens pla-
cebit magnatis. Qui operatur terrā
suā inaltabit aceruū frugū: ⁊ q̄ opera-
tur iusticiā ipē exaltabit̄: q̄ vero placet
magnatis effugiet iniq̄tatē. Xenia ⁊
dona excecāt oculos iudicum ⁊ quasi
mutꝰ in ore auertit correctiones eorū.
Sapiētia abscōsa ⁊ thesaurꝰ inuisus:
que utilitas in utrisqꝫ? Melior est qui
celat insipientiā suā: quā homo qui
abscondit sapientiam suam. c. xxi.

Fili peccasti: nō adiicias iterū: sed
de priscinis deprecare ut tibi di-
mittant̄. Quasi a facie colubri fuge
pccā: et si accesseris ad illa suscipiēt te.
Dentes leonis dentes eius: interficien-
tes animas hominū. Quasi rūphea
bis acuta omnis iniquitas: plage il-
lius non est sanitas. Obiurgatio et
iniurie annullabūt substantiā: ⁊ do-
mus q̄ nimis locuples ē annullabit̄
supbia: sic substātia supbi eradicabit̄.
Depcatio pauperis ex ore usqꝫ ad au-
res eiꝰ perueniet: et iudicium festinato
adueniet illi. Qui odit correptionem
vestigiū est peccatoris: ⁊ qui timet de-
um conuertetur ad cor suum. Notus a
longe potens lingua audaci: et sensa-
tus scit labi se ab ipo. Qui edificat do-
mum suam impendiis alienis: quasi
q̄ colligit lapides suos ī hieme. Stup-
pa collecta sinagoga peccantiū: ⁊ con-
summacō illorꝫ flamma ignis. Via
peccantiū cōplantata lapidibꝫ: et in
fine illorꝫ inferi et tenebre et pene. Qui
custodierit iusticiā cōtinebit sensum
eius: consummatio timoris dei sapi-
entia ⁊ sensus. Non erudietur q̄ non
est sapiens in bono. Est autē insipien-
tia que abundat in malo: et non est

sensus ubi ē amaritudo. Sapiētis sci
entia tanq̄ȝ inundatio abundabit:
et consiliū illius sicut fons vite pma-
net. Cor fatui quasi vas confractum:
⁊ omnē sapientiā non tenebit. Verbū
sapiens qd̄cūq; audierit scius lauda-
bit: ⁊ adiciet: audiuit luxuriosus ⁊ dis-
plicebit illi: et piciet illud post dorsū
suum. Narratio fatui quasi sarcina ī
uia: nam ī labijs sensati inuenietur gra-
tia. Os prudentis queritur in ecclesia:
et verba illi⁹ cogitabūt ī cordibꝫ suis.
Tanq̄ȝ dom⁹ exterminata sic fatuo sa-
pientia: et scientia insensati inenarra-
bilia verba. Compedes in pedibꝫ do-
ctrina stulto: et quasi vincula manuū
sup manū dextram. Fatuus in risu in-
altat vocem suā: vir autē sapiens vix
tacite ridebit. Ornamentū aureū pru-
denti doctrina: et q̄si brachiale ī brachi-
o dextro. Pes fatui facilis ī domum
proximi: et homo peritus confundetur
a psona potentis. Stultus a fenestra
respiciet in domū: vir autem eruditus
foris stabit. Stulticia hoīs auscultare
re p ostiū: ⁊ prudens grauabitur cōtu-
melia. Labia imprudentiū stulta nar-
rabūt: verba autem prudentiū statera
pōderabūtur. In ore fatuorꝫ cor illorꝫ:
et in corde sapientiū os illorꝫ. Dū ma-
ledicit impius diabolum maledicit
ipse animā suam. Susurro coinqui-
nabit animā suam et in omnibꝫ odi-
etur: ⁊ qui pmanserit odiosus erit; ta-
cit⁹ ⁊ sensat⁹ honorabitur. ca. xxii.
In lapide luteo lapidat⁹ piger: ⁊ omnes
loquentur sup aspnacōnē illi⁹. De ster-
core boum lapidat⁹ ē piger: ⁊ omnis
qui tetigerit eum excuciet man⁹. Con-
fusio patris ē de filio indisciplinato:
filia aūt fatua ī deminoracōnē fiet. Fi-
lia prudens hereditas viro suo: nam
que cōfundit cōtumelia est genitoris.
Et patrē ⁊ virū cōfundit audax: ⁊ ab
impijs non minorabitur: ab vtrisq;
autem inhonorabitur. Musica in lu-
ctu importuna narratio: flagella ⁊ do-
ctrina in omni tpore sapientia. Qui
docet fatuū: quasi q̄ cōglutinat testā.
Qui narrat verbū nō audienti: quasi
qui excitat dormientē de graui somno.
Cum dormiente loquitur q̄ enarrat
stulto sapientiā: ⁊ in fine narrationis
dicit. Quis est hic? Supra mortuū
plora: defecit eni lux eius: et supra fa-
tuū plora: defecit enim sensus eius. Mo-
dicum plora supra mortuū: quoniā
requieuit. Nequissimi eni nequissima
vita sup mortem fatui. Luct⁹ mortui
septem dieb⁹: fatui autē et impij omnes
dies vite illorꝫ. Cum stulto ne multū
loquaris: ⁊ cum insensato ne abieris.
Serua te ab illo ut non molestiā ha-
beas: ⁊ non coinquinaberis ī peccato
illi⁹. Deflecte ab illo ⁊ inuenies requi-
em: ⁊ non accidiaberis ī stulticia illi⁹.
Sup plumbū quid grauabitur? Et
quod illi aliud nomē quam fatuus?
Arenā ⁊ salem ⁊ massam ferri facili⁹
est ferre: q̄ȝ hominē imprudentē ⁊ fatu-
um et impiū. Sicut loramentū ligne-
um colligatū fundamento edificij nō
dissoluetur: sic et cor confirmatū ī co-
gitatione consilij. Cogitat⁹ sensati ī
omni tempore nec metu nō deprauā-
bitur. Sicut ornatus arenosus ī pa-
riete limpido: et sicut palee in excelsis
et cementa sine impensa posita contra
faciem venti non pmanebūt: sic ⁊ cor
timidū ī cogitatione stulti cōtra impe-
tum timoris nō resistet. Sic et cor tre-
pidū in cogitatione fatui omni tēpo-
re non metuet: sic ⁊ qui in pceptis dei
pmanet semp. Pungēs oculū deducit

lacrimas: et q̄ pungit cor ꝓfert sensū.
Mittens lapides in volatilia deiciet il-
la: et qui conviciatur amico dissolvit
amiciciā. Ad amicum ⁊ si ꝓduxeris
gladiū non desperes: ē enim regressus
ad amicum. Si aperuerit os triste ne
timeas: ē eni cōcordatio: excepto con-
vicio et improperio et superbia et mi-
sterij revelatione et plaga dolosa. In
hijs omnibꝫ effugiet amicꝰ. Fidē pos-
side cum amico in paupertate illiꝰ: ut ⁊
in bonis illius leteris. In tempore tri-
bulationis illiꝰ ꝑmane illi fidelis: ut
in hereditate illius coheres sis. Ante
ignem camini vapor et fumus ignis
ī altatur: sic et ante sanguinē maledi-
cta et contumelie ⁊ mine. Amicū salu-
tare non confundaris: A facie illius
non me abscondam: et si mala michi
evenerit ꝑ illū· sustinebo. Omnis qui
audiet cavebit se ab eo. Quis dabit
ori meo custodiā· et sup labia mea si-
gnaculū certum: ut non cadā ab ipis
et lingua mea perdat me? c. xxiii.

Domine pater et dominator vite
mee ne derelinquas me in cogi-
tatu et cōsilio illoꝝ: nec sinas me cade-
re ī illa exprobratiōne. Quis superponit
ī cogitatu meo flagella: ⁊ in corde meo
doctrinā sapiētie· ut ī ignorationibꝫ
eoꝝ nō parcant michi· et nō appareāt
delicta eoꝝ· et ne adincrescāt ignoran-
tie mee et multiplicentur delicta mea
et peccata mea abundent: et incidam
ī conspectu adversarioꝝ meoꝝ· ⁊ gau-
deat inimicus meus? Domine pater
et deus vite mee ne derelinquas me ī
cogitatu illoꝝ. Extollentiā oculoꝝ me-
oꝝ ne dederis michi: et omne desideriū
averte a me. Aufer a me ventris con-
cupiscētias: et concubitꝰ cōcupiscentie
ne apphēdāt me: et anime irreverēti
et infrunite ne tradas me. Doctrinā
oris audite filij: ⁊ qui custodierit illā
non periet labijs suis· nec scandaliza-
bitur ī operibꝫ nequissimis. In vani-
tate sua apphenditur peccator: ⁊ supbꝫ
et maledictus scandalizabitur in illis.
Iurationi non assuescat os tuū: mul-
ti enim casus in illa. Nominatio vero
dei non sit assidua in ore tuo: ⁊ nomi-
nibꝫ sanctoꝝ ne admiscearis: quoniā
non eris immunis ab eis. Sicut eni
servus interrogatus assidue a livore
nō minuitur: sic omnis iurans et no-
minans in toto a peccato nō purga-
bitur. Vir multū iurans implebitur
iniquitate: et non discedet a domo
illiꝰ plaga. Et si frustraverit fratrem·
delictū illiꝰ supra ipm erit: et si dissimi-
laverit delinquit dupliciter: et si in vacu-
um iuraverit nō iustificabitur. Reple-
bitur enim retributione domꝰ illius.
Est et alia loq̄la contraria morti: nō
inveniatur in hereditate iacob. Eteni
a misericordibus omnia hec auferen-
tur: et ī delictis nō volutabūt. In di-
sciplinose loq̄le nō assuescat os tuū:
est enim in illa verbū peccati. Memen-
to patris et matris tue· in medio enim
magnatoꝝ consistis: ne forte oblivis-
catur te deus in conspectu illoꝝ: et assi-
duitate tua infatuatus improperium
patiaris: ⁊ maluisses non nasci: ⁊ di-
em nativitatis tue maledicas. Homo
assuetꝰ ī verbis improperij· ī omnibꝫ di-
ebꝫ suis nō erudietur. Duo genera ab-
undāt in peccatis: et terciū adducit irā
et pdicionē. Anima calida q̄si ignis
ardens· nō extinguetur donec aliquid
glutiat: et homo nequam in ore car-
nis sue· non desinet donec incendat
ignem. Homini fornicario oīs pa-
nis dulcis: nō fatigabit trāsgrediens

usq; ad finem. Omnis homo q̄ trans-
greditur lectum suum contemnens in
animā suam et dicens quis me videt:
tenebre circundant me ꝛ parietes co-
periūt me et nemo circūspicit me quē
vereor: delictoꝝ meoꝝ nō memorabit
altissim⁹: et non intellexit qm̄ omnia
videt oculus illius: qm̄ expellit a se ti-
morē dei huiusmodi hominis timor
et oculi hominū timentes illū: et nō co-
gnouit qm̄ oculi dn̄i multoplus luci-
diores sup solē sūt · circūspicientes o-
mnes vias hoīm et ꝓfundū abissi ꝛ ho-
minū corda: intuentes in abscōditas
partes. Domino enī deo ātequā crearen-
tur omnia sunt agnita: sic et post per-
fectum respicit omnia. Hic et ī plateis
ciuitatis vindicabitur: quasi pullus
equin⁹ fugabitur: et ubi non sperauit
apphendetur. Et erit dedecus omnibꝫ:
eo q̄ non intellexerit timorem domini.
Sic et mulier omnis relinquēs virū
suum: et statuēs hereditatem ex alieno
matrimonio. Primo enim in lege al-
tissimi incredibilis fuit: ꝛ scdo virum
suum dereliquit: tercio ī adulterio for-
nicata est · et ex alio viro filios statuit
sibi. Hec in ecclesiā adducetur: et in fi-
lios eius respicietur. Non tradent filij
eius radices: et rami eius non dabūt
fructum. Et derelinquet in maledictū
memoriā illius: et dedecus illius non
delebit. Et agnoscēt q̄ derelicti sūt · qm̄
nichil melius est q̄z timor dei: et nichil
dulci⁹ q̄z respicere ī mandatis domini.
Gloria magna ē sequi dominū: lōgi-
tudo enī dierꝫ assumet ab eo. cap. xxiiii.
Sapientia laudabit animā suā:
et in domino honorabitur. Et
in medio populi sui gloriabitur: et in
ecclesijs altissimi aperiet os suū. Et ī
conspectu virtutis illius gloriabitur:
et in medio populi sui exaltabitur. Et
in plenitudine sancta admirabitur: ꝛ
ī multitudine electoꝝ habebit laudē:
et inter benedictos benedicetur dicens.
Ego ex ore altissimi ꝓdiui: primoge-
nita ante omnē creaturam. Ego feci ī
celis ut oriretur lumen indeficiens: ꝛ
sicut nebula texi omnē carnem. Ego ī
altissimis habitaui: ꝛ thronus meus
in columna nubis. Girū celi circuiui
sola et ꝓfundū abissi penetraui: et in
fluctibus maris ambulaui: ꝛ ī omni
terra steti. Et in omni populo ꝛ ī oīni
gente primatū habui: et oīm excellen-
tium et humilium corda virtute cal-
caui. Et in hijs omnibꝫ requiem que-
siui: ꝛ in hereditate domini morabor.
Tunc precepit et dixit michi creator o-
mnium: et qui creauit me requieuit ī
tabernaculo meo: ꝛ dixit michi. In ia-
cob inhabita. et in israhel hereditare:
ꝛ in electis meis mitte radices. Ab in-
icio et ante secula creata sum: et usq;
ad futurū seculū non desinā: et in ha-
bitatione sancta corā ipo ministraui.
Et sic in syon firmata sū: et ī ciuitate
sanctificata similit̄ requieui: et in ihe-
rusalē potestas mea. Et radicaui ī po-
pulo honorificato: et ī partes dei mei
hereditas illius: ꝛ in plenitudine san-
ctoꝝ detencō mea. Quasi cedrus exalta-
ta sum in libano: ꝛ quasi cipressus ī
monte syon. Quasi palma exaltata
sum in cades: et quasi plantatio rose
ī iericho. Quasi oliua speciosa ī cam-
pis: ꝛ quasi platan⁹ exaltata sū iuxta
aquā ī plateis. Sicut cinamomū et
balsamū aromatizans odorē dedi, et
quasi mirra electa dedi suauitatē odo-
ris. Et quasi storax et galban⁹ · et un-
gula ꝛ gutta, et quasi libanus non
incisus vaporaui habitationē meā:

et quasi balsamū non mixtum odor
meus. Ego quasi therebintus extendi
ramos meos: et rami mei honoris
et gratie. Ego quasi vitis fructificavi
suavitatem odoris: et flores mei fru-
ctus honoris et honestatis. Ego ma-
ter pulcre dilectionis et timoris et a-
gnitionis ⁊ sancte spei. In me gratia
omnis vie et veritatis: in me omnis
spes vite et virtutis. Transite ad me
omnes qui cōcupiscitis me: et a gene-
rationibȝ meis implemini. Spiritꝰ e-
nim meus sup mel dulcis: ⁊ hereditas
mea sup mel ⁊ favū; memoria mea i
generacōnes seculoꝝ. Qui edūt me ad-
huc esurient: ⁊ qui bibunt me adhuc
sitient. Qui audit me non confundetᷣ:
et qui operanẗ in me non peccabunt:
qui elucidant me vitam eternam ha-
bebunt. Hec omnia liber vite: et testa-
mentum altissimi et agnitio veritatis.
Legem mandavit moyses in p̄ceptis
iusticiaꝝ: et hereditatē domui iacob
et israhel ꝑmissiones. Posuit david
puero suo excitare regem ex ipso fortis-
simū: et in throno honoris sedentem
in sempiternū. Qui implet quasi phi-
son sapientiā: et sicut tigris in diebus
novoꝝ. Qui adimplet quasi eufrates
sensum: qui multiplicat quasi iorda-
nis ĩ tempore messis. Qui mittit disci-
plinam sicut lucem: et assistens quasi
geon in die vindemie. Qui pficit pri-
mus scire ipām: et infirmior nō inve-
stigabit eam. A mari enim abunda-
bit cogitatio eius: et consiliū illius in
abisso magna. Ego sapientia effudi
flumina: ego q̄si trāmes aque immense
de fluvio. Ego quasi fluvius dorix:
et sicut aqueductus exivi de paradiso.
Dixi: rigabo ortum plātacionum: et
inebriabo partꝰ mei fructum. Et ecce
factus est michi trames abundans:
fluviꝰ meus appropīquavit ad mare.
Quoniā doctrinā quasi antelucanū
illumino omībȝ: ⁊ enarrabo illā usqȝ
ī longinquū. Penetrabo omēs in-
feriores partes terre: et inspiciā omēs
dormientes: ⁊ illuminabo omēs spe-
rantes in domino. Adhuc doctrinā
quasi prophetiā effundā: ⁊ relinquā
illā querētibȝ sapientiā: ⁊ non desinam
in ꝓgenies illoꝝ usqȝ ĩ evū sanctum.
Videte qm̄ nō soli michi laboravi:
sed omībȝ exquirētibȝ veritatē. c. xxv.
In tribus placitum ē spiritui meo: que
sunt ꝓbata coram deo et hominibȝ.
Concordia fratrum: et amor ꝓximo-
rum: et vir et mulier bene sibi cōsenti-
entes. Tres species odivit anima mea
et aggravor valde anime illoꝝ: pau-
perem supbum: et divitem mendacē:
et senem fatuū et insensatum. Que in
iuventute tua nō congregasti: quomo-
do in senectute tua invenies ea? Quā
speciosum canicie iudiciū: et presbite-
ris cognoscere consiliū. Quā speciosa
veteranis sapientia: ⁊ gloriosis intel-
lectꝰ et consilium. Corona senum in
multa pericia: ⁊ gloria illoꝝ timor dei.
Novē insuspicabilia cordis magnifi-
cavi: et decimū dicam in lingua homi-
nibus. Homo qui iocūdatur in filijs:
vivens et vidēs subūsionē inimicoꝝ
suoꝝ. Beatus qui habitat cū muliere
sensata: ⁊ qui lingua sua nō ē lapsus:
⁊ qui non servivit indignis se. Beatꝰ
qui invenit amicū verum: et qui enar-
rat iusticiam auri audienti. Quā ma-
gnus qui invenit sapientiā ⁊ scientiā:
sed non est sup timentē deum. Timor
dei super omnia se superposuit. Beatus
homo: cui donatū est habere timorē
dei. Qui tenet illū: cui assimilabitur?

Timor dei iniciũ dilectionis eius: fidei
autẽ iniciũ agglutinãdũ ẽ ei. Omnis
plaga tristicia cordis est: et omnis ma-
licia nequitia mulieris. Et omnẽ pla-
gam et non plagã videbit cordis: et
omnẽ nequitiã et non nequitiã muli-
eris. et omnẽ obductũ et nõ obductũ
odiencium: ⁊ omnẽ vindictã ⁊ nõ vindi-
ctam inimicoꝝ. Non est caput nequiꝰ
sup caput colubri: et nõ ẽ ira sup irã
mulieris. Cõmorari leoni et draconi
placebit: quã habitare cum muliere
nequã. Nequitia mulieris immutat
faciem eiꝰ: ⁊ obcecabit vultum suum
tanq̃ ursus: et quasi saccũ ostendet ĩ
medio ꝓximoꝝ. Ingemuit vir eiꝰ: et
audiens suspirauit modicũ. Breuis
omnis malicia sup maliciã mulieris:
sors peccatoꝝ cadat sup illam. Sicut
ascensus arenosus in pedibus vetera-
ni: sic mulier linguata homini quieto.
Ne respicias in mulieris speciẽ: et nõ
concupiscas mulierem in specie. Mu-
lieris ira. et irreuerẽtia. et confusio ma-
gna. Mulier si ꝑmatũ habeat. cõtra-
ria est viro suo. Cor humile. et facies
tristis ⁊ plaga mortis: mulier nequã.
Manus debiles et genua dissoluta:
mulier que nõ beatificat virum suum.
A muliere iniciũ factum est peccati: et
per illam omnes morimur. Non des
aque tue exitum nec modicum: nec
mulieri nequã veniã ꝓdeũdi. Si non
ambulauerit ad manũ tuã: cõfundet
te in cõspectu inimicoꝝ. A carnibꝫ tuis
abscide illã: ne semp te abutat̃. c. xxvi.

Mulieris bone beatus vir: nume-
rus enim annoꝝ illorũ duplex.
Mulier fortis oblectat virũ suum: et
ãnos vite illiꝰ ĩ pace implebit. Pars
bona mulier bona: ĩ parte bona timẽti-
um deũ dabit̃ viro pro factis bonis.

Diuitis aũt ⁊ pauperis cor bonũ: in
omni tempore vultus illoꝝ hylaris. A
tribus timuit cor meum: ⁊ in quarto
facies mea metuit. Delaturã ciuitatis
et collectionẽ ppli ⁊ calũniam menda-
cem: sup mortem omnia grauia. Do-
lor cordis et luctus: mulier zelotipa.
In muliere zelotipa flagellum lĩgue:
omnibꝫ cõmunicans. Sicut boum
iugum qđ mouetur: ita et mulier ne-
quam: qui tenet illã. quasi qui appre-
hendit scorpionẽ. Mulier ebriosa ira
magna: ⁊ cõtumelia et turpitudo illi-
us non tegetur. Fornicacõ mulieris
in extollencia oculoꝝ: et in palpebris
illiꝰ agnoscetur. In filia nõ auertẽte
se. firma custodiã: ne inuenta occasio-
ne abutatur se. Ab omni irreuerentia
oculoꝝ eius caue: et ne mireris si te ne-
glexerit. Sicut viator sitiens. ad fon-
tem os aperiet. et ab omni aqua pxi-
ma bibet: ⁊ contra omnẽ palũ sedebit:
et contra omnẽ sagittam aperiet pha-
retram donec deficiat. Gratia mulie-
ris sedule delectabit virũ suum: ⁊ ossa
illius impinguabit. Disciplina illiꝰ
datũ dei est. Mulier sensata et tacita:
nõ est immutacõ erudite anime. Gra-
tia sup gratiam: mulier sancta et pu-
dorata. Omnis enim ponderacõ nõ
est digna cõtinẽtis anime. Sicut sol
oriens mũdo. ĩ altissimis dei: sic mu-
lieris bone species in ornamentũ do-
mus eius. Lucerna splendẽs sup can-
delabrũ sanctũ: et species faciei super
etatem stabilem. Columne auree sup
bases argenteas: et pedes firmi super
plantas stabilis mulieris. Fũdamen-
ta eterna supra petrã solidã: et man-
data dei in corde mulieris sancte. In
duobꝫ contristatũ est cor meum: ⁊ in
tercio iracũdia michi aduenit. Vir

bellator deficiens p inopiā: et vir sen-
satus contemptus: et qui transgredit̄
a iusticia ad peccatū. Deus parauit
eum ad rūmpheam. Due species dif-
ficiles et periculose michi apparuerūt.
Difficile exuitur negocians a neglien-
cia sua: et non iustificabitur caupo
a peccatis labiorum. ca. xxvii.

Propt̄ inopiam multi deliq̄rūt:
et qui querit locupletari auertit
oculū suum. Sicut in medio cōpagi-
nis lapidū palus figitur: sic et inter
medium venditionis et emptionis
angustiabitur peccatis. Cōteretur cū
delinquēte delictum. Si non in timo-
re domini tenueris te instant̄: cito sub-
uertetur domus tua. Sicut in percus-
ra cribri remanebit puluis: sic aporia
hominis in cogitatu illius. Vasa fi-
guli probat fornax: et homines iu-
stos temptacō tribulationis. Sicut
rusticacō de ligno ostendit fructum
illius: sic verbum excogitatu cordis
hominis. Ante sermonē nō collaudes
virū: hec enim temptacio est hominū.
Si sequaris iusticiā apprehēdes illā
⁊ indues quasi podere honoris: ⁊ in-
habitabis cum ea ⁊ proteget te in sem-
piternū: et in die agnicionis inuenies
firmamētū. Volatilia ad sibi similia
cōueniūt: ⁊ veritas ad eos q̄ operant̄
illā reuertetur. Leo venacōni insidiat̄
semp: sic peccata operantibꝫ iniquita-
tē. Homo sanctus in sapientia ma-
net sicut sol: nam stultus sicut luna i-
mutatur. In medio insensatoꝝ serua
verbū tempori: i medio aūt cogitan-
tium assiduus esto. Narracō peccātiū
odiosa: et risus illoꝝ in delictis peccati.
Loquela multum iurans horripila-
tionē capiti statuet: et irreuerentia ipsi-
us obturacō auriū. Effusio sanguinis
in rixa superboꝝ: ⁊ maledictio illoꝝ au-
ditus grauis. Qui denudat archana
amici fidem pdit: et nō inueniet ami-
cum ad animū suū. Dilige pximū:
et coniūgere fide cū illo. Quod si denu-
daueris absconsa illius: nō psequeris
post eū. Sicut enī homo qui perdit
amicū suū: sic et q̄ pdit amiciciā pro-
ximi sui. Et sicut qui dimittit auē de
manu sua: sic qui reliquisti proximū
tuū: ⁊ nō eum capies. Non illū sequa-
ris: quoniā longe abest. Effugit enī
quasi caprea de laqueo: quoniā vul-
nerata est anima ei⁹. Ultra eum nō
poteris colligare: et maledicti est con-
cordacō. Denudare autem amici mi-
steria: desperatio est anime infelicis.
Annuens oculo fabricat iniqua: et
nemo eum abiciet. In cōspectu oculoꝝ
tuoꝝ condulcabit os suū: et sup s̄mo-
nes tuos admirabitur. Nouissime
autem peruertet os suū: et in verbis tuis
dabit scandalū. Multa audiui et nō
coequaui ei: ⁊ domin⁹ odiet illū. Qui
in altum mittit lapidem sup caput e-
ius cadet: et plaga dolosa dolosi di-
uidet vulnera. Et qui foueam fodit
incidet in eam: et qui statuit lapidem
proximo offendet in eo: ⁊ qui laqueum
alij ponit peribit i illo. Facienti nequis-
simū consiliū sup ipsum deuoluetur:
et nō agnoscet unde adueniat illi. Il-
lusio et improperiū superboꝝ: et vindi-
cta sicut leo insidiabitur illi. Laqueo
peribūt qui oblectantur casu iustorū:
dolor aūt cōsumet illos anteq̄ mori-
ant̄. Ira et furor vtraq; execrabilia sūt:
⁊ vir peccator cōtinēs erit illoꝝ. ca. xxviii.

Qui vindicari vult a dn̄o inueni-
et vindictam: ⁊ peccata illi⁹ ser-
uans seruabit. Relinque proximo tuo
nocenti te: et tūc deprecāti tibi peccata

solueutur. Homo homini seruat irã:
et a deo querit medelam? In hominē
similem sibi non habet misericordiā:
et de peccatis suis deprecatur? Ipse dū
caro sit reseruat iram: ⁊ ppiciationem
petit a deo? Quis exorabit pro delictis
illius? Memēto nouissimorum: ⁊ desine
inimicari. Tabitudo enim et mors im-
minēt in mandatis eius. Memorare
timorem domini: et nō irascaris pxi-
mo. Memorare testamentū altissimi:
et despice ignorantiam pximi. Absti-
ne te a lite: et minues peccata. Homo
enī iracundus incendit litem: et vir pec-
cator cōturbabit amicos: ⁊ in medio
pacem habentiū immittit inimiciciā.
Scdm enī ligna silue · sic ignis exar-
descit: et scdm virtutem hominis sic i-
racundia illius erit: et scdm substātiā
suam exaltabit iram suam. Certamē
festinatum incendit ignem: et lis festi-
nans effundet sanguinē: et lingua te-
stificans adducet mortem. Si suffla-
ueris quasi ignis exardebit: ⁊ si expu-
eris sup illā extinguet. Utraqz ex ore
proficiscuntur. Susurro et bilinguis
maledictus: multos enī turbauit pace
pacem habentes. Lingua tercia multos
cōmouit: et dispsit illos de gente i gen-
tem. Ciuitates muratas diuitum de-
struxit: et domos magnatorum effodit.
Uirtutes pplorum cōcidit et gentes fortes
dissoluit. Lingua tercia mulieres vira-
tas eiecit: ⁊ puauit illas laboribz suis.
Qui respicit illam nō habebit requiē:
nec habebit amicum i quo requiescat.
Flagelli plaga liuorem facit: plaga
autē lingue cōminuet ossa. Multi ce-
ciderunt in ore gladij: sed non sic q̄si
qui interierunt p linguam suam. Bea-
tus est qui tectus ē a lingua nequam:
qui in iracundia illius nō transiuit ·
et qui nō attraxit iugū illius: et in vin-
culis eius non ē ligatus. Iugum enī
illius iugum ferreum est: et vinculum
illius vinculū ereum ē. Mors illius
mors nequissima: ⁊ utilis potius in-
fernus quā illa. Perseuerātia illius non
permanebit: sed obtinebit vias iniu-
storum: In flamma sua non comburet
iustos: qui relinquūt deum incident
in illā: Et exardebit i illis et nō extin-
guetur: et immittetur in illos q̄si leo:
et quasi pardus ledet illos. Sepi au-
res tuas spinis ⁊ linguā neq̄uā noli
audire: et ori tuo facito ostia: et seras
auribz tuis. Aurū tuum et argentū
tuū cōfla et verbis tuis facito staterā
et frenos ori tuo rectos: et attende ne
forte labaris i lingua ⁊ cadas i cōspectu
inimicorum insidiantiū tibi: ⁊ sit casus
tuus insanabilis i mortem. c. xxix

Qui facit misericordiā fenerat
proximo suo: ⁊ qui preualet ma-
nu mandata seruat. Fenerare pximo
tuo in tempore necessitatis illius: et iter
redde proximo i tēpore suo. Cōfirma
verbum et fideliter age cum illo: et in
omni tempore inuenies qd tibi neces-
sariū est. Multi quasi inuentionem
estimauerūt fenus: et prestiterūt mole-
stiam hijs qui se adiuuerunt. Donec
accipiant osculantur manus dantis:
et in pmissionibz humiliāt vocē suā.
Et in tempore redditionis postulabit
tempus: et loquetur verba tedij et mur-
murationū: ⁊ tempus causabit. Si au-
tem potuerit reddere aduersabitur: so-
lidi vix reddet dimidiū: ⁊ cōputabit
illud quasi inuentionē. Sin autē frau-
dabit illū pecunia sua · et possidebit il-
lum inimicū gratis: et cōuicia et ma-
ledicta reddet illi: et pro honore ⁊ be-
neficio reddet illi cōtumeliam. Multi

non causa nequitie nō fenerari sunt:
sed fraudari gratis timuerūt. Verun-
tamen sup humilem animo fortior e-
sto: ⁊ pro elemosina nō trahas illum.
Propter mandatū assume pauperem:
et propt̄ inopiam eius ne dimittas e-
um vacuū. Perde pecuniā ꝓpter fratrē
et amicū tuū: et nō abscondas illam
sub lapide in ꝑditionē. Pone thesau-
rum tuum in p̄ceptis altissimi: et pro-
derit tibi magis ꝙ̄ aurū. Conclude e-
lemosinam in sinu pauperis et hec ꝓ
te exorabit ab omī malo. Elemosina
viri quasi sacculꝰ cum ipso: et gratiā
hominis quasi pupillam cōseruabit:
⁊ postea resurget et retribuet illis retri-
butionē unicuiqꝫ ī caput illoꝝ. Sup
scutum potentis ⁊ sup lanceam adver-
sus inimicū tuū pugnabit. Vir bonꝰ
fidem facit ꝓximo suo: et qui ꝑdiderit
cōfusionē derelinquet sibi. Gratiam
fideiussoris ne obliuiscaris: dedit enī
pro te animā suam. Repromissorem
fugit peccator ⁊ immūdus. Bona re-
promissoris sibi ascribit peccator: et
ingratus sensu derelinquit liberantē
se. Vir repromittit de proximo suo:
et cū ꝑdiderit reuerentiam derelinquetur
ab eo. Repromissio nequissima mul-
tos ꝑdidit dirigētes: et cōmouit illos
quasi fluctus maris. Viros potentes
gyrans migrare fecit: et vagati sunt
in gentibꝫ alienis. Peccator trāsgredi-
ens mandatū domini incidet in pro-
missionē nequam: et ꝗ conat̄ multa
agere incidet in iudiciū. Recupera pro-
ximū tuū scdm virtutem tuā: ⁊ attende
tibi ne incidas. Initiū vite hominis
aqua et panis ⁊ vestimētū: et domus
protegens turpitudinē. Melior est vi-
ctus pauperis sub tegmine asserū: ꝙ̄ e-
pule splendide ī peregre sine domicilio.

Minimum pro magno placeat tibi:
et improperium peregrinationis nō
audies. Vita nequā hospitandi de
domo in domum: et ubi hospitatur
nō fiducialit̄ aget: nec aperiet os. Ho-
spitabit̄ et pascet ⁊ potabit ingratos:
et ad hec amara audiet. Trāsi hospes
et orna mensam: et que ī manu habes
ciba ceteros. Exi a facie honoris ami-
coꝝ meoꝝ: necessitudine domus mee
hospitio michi factꝰ es frater. Grauia
hec homini habēti sensum: correptio
domꝰ ⁊ improperiū feneratoris. c. xxx.
Qui diligit filiū suum assiduat
illi flagella: ut letetur in nouissi-
mo suo: et non palpet ꝓximoꝝ ostia.
Qui docet filium suū laudabitur in
illo: ⁊ in medio domesticoꝝ ī illo glo-
riabitur. Qui docet filiū suum in zelū
mittit inimicū: et ī medio amicorum
gloriabitur in illo. Mortuus ē pater
illius: ⁊ quasi nō est mortuus. Simi-
lem enim reliquit sibi post se. In vita
sua vidit: et letatus est in illo. In obi-
tu suo non est cōtristatus: nec cōfusus
est coram inimicis. Reliquit enī defen-
sorem domꝰ contra inimicos: et ami-
cis reddentē gratiā. Pro animabꝫ fi-
lioꝝ colligabit vulnera sua: et super
omnē vocem turbabūtur viscera eiꝰ.
Equus indomitus euadet durus: et
filius remissus euadet preceps. Lacta
filiū tuū ⁊ pauentem te faciet: lude cū
eo et contristabit te. Non corrideas il-
li ne doleas: et ī nouissimo obstupescēt
dentes tui. Non des illi potestatē in
iuuentute: et ne despicias cogitatꝰ illiꝰ.
Curua ceruicem eiꝰ in iuuentute ⁊ tun-
de latera eius dum infans est: ne forte
induret et non credat tibi: et erit tibi
dolor anime. Doce filiū tuū ⁊ operare
in illo: ne ī turpitudinē illiꝰ offendas.

Melior est pauper sanus et fortis viribus:
quam dives imbecillis et flagellatus mali-
cia. Salus anime in sanctitate iusticie:
et melior est omni auro et argento: et cor-
pus validum quam census immensus. Non est
census super censum salutis corporis:
et non est oblectamentum super cordis
gaudium. Melior est mors quam vita a-
mara: et requies eterna quam languor per-
severans. Bona abscondita in ore clau-
so: quasi appositiones epularum circum-
posite sepulcro. Quid proderit libatio
ydolo? Nec enim manducabit nec odo-
rabit. Sic qui effugatur a domino:
et comportans mercedes iniquitatis.
Videns oculis et ingemiscens: sicut spa-
do complectens virginem et suspirans. Tri-
sticiam non des anime tue: et non affligas
temetipsum in consilio tuo. Iocunditas
cordis hec est vita hominis: et thesau-
rus sine defectione sanctitatis: et exulta-
tio viri est longevitas. Miserere anime
tue placens deo: et contine et congrega
cor tuum in sanctitate eius: et tristiciam
longe repelle a te. Multos enim occidit
tristicia: et non est utilitas in illa. Ze-
lus et iracundia minuent dies: et ante
tempus senectam adducet cogitatus.
Splendidum cor bonum in epulis: epule
enim illius diligenter fiunt. ca. xxxi.

Vigilia honestatis tabefaciet car-
nes: et cogitatus illius auferet so-
mnum. Cogitatus prescientie avertit
sensum: et infirmitas gravis sobriam
facit animam. Laboravit dives in congre-
gatione substantie: et in requie sua reple-
bitur bonis suis. Laboravit pauper
in diminutione victus: et in fine inops fit.
Qui aurum diligit non iustificabitur:
et qui insequitur consumptionem replebi-
tur ex ea. Multi dati sunt in auri ca-
sus: et facta est in specie illius perditio
illorum. Lignum offensionis est aurum sacrifi-
cantium: ve illis qui sectantur illud: et
omnis imprudens deperiet in illo. Be-
atus est dives qui inventus est sine ma-
cula: et qui post aurum non abiit: nec spe-
ravit in pecunia et thesauris. Quis
est hic et laudabimus eum? Fecit enim mira-
bilia in vita sua. Qui probatus est in
illo: et perfectus inventus est: et erit illi in
gloria eterna. Qui potuit transgredi
et non est transgressus: et facere mala
et non fecit. Ideo stabilita sunt bona
illius in domino: et elemosinas illius
enarrabit omnis ecclesia sanctorum. Su-
pra mensam magnam sedisti: non aperi-
as super illam faucem tuam prior. Non
dicas si multa sunt que super illam sunt.
Memento quoniam malus est oculus
nequam. Nequius oculo quid creatum
est? Ideo ab omni facie sua lacrimabi-
tur cum viderit. Ne extendas manum
tuam prior: et invidia contaminatus
erubescas. Ne comprimaris in convivio
vino. Intellige que sunt proximi tui ex
teipso. Utere quasi homo frugi hiis que
tibi apponuntur: et non cum manducas
multum odio habearis. Cessa prior
causa discipline: et noli nimius esse ne
forte offendas. Et si in medio multorum
sedisti prior illis ne extendas manum
tuam: nec prior poscas bibere. Quam
sufficiens est homini erudito vinum ex-
iguum: et in dormiendo non laborabis
ab illo: et non senties laborem. Vigilia
et colera et tortura viro infrunito: so-
mnus sanitatis in homine parco. Dor-
miet usque mane: et anima illius cum
ipso delectabitur. Et si coactus fueris
in edendo multum: surge e medio et
vome et refrigerabit te: et non adduces
corpori tuo infirmitatem. Audi me fili
et non spernas me: et in novissimo

inuenies verba mea. In omĩbus op=
ribus tuis esto velox: et omĩs infirmi=
tas non occurret tibi. Splendidũ in
panibus benedicent labia multoꝝ: et
testimoniũ veritatis illi⁹ fidele. In ne=
quissimo pane murmurauit ciuitas:
et testimoniũ nequicie illius verũ est.
Diligentes in vino noli prouocare:
multos enĩ exterminauit vinũ. Ignis
probat ferrum durũ: sic vinum corda
supborum arguet in ebrietate potatũ.
Equa vita hominibus·vinum in so=
brietate: si bibas illud moderate eris
sobrius. Que est vita que minuitur
vino? Quid defraudat vitã? Mors.
Vinũ in iocũditatẽ creatũ est: nõ in e=
brietatẽ·ab inicio. Exultacio anime
et corporis: vinũ moderate potatum.
Sanitas ẽ anime et corpori·sobri⁹ pot⁹.
Vinũ multum potatũ irritationem et
iram·et ruinas multas facit. Amari=
tudo anime: vinũ multũ potatũ. Ebrie=
tatis animositas imprudentis offen=
sio: minorans virtutẽ et faciens vul=
nera. In cõuiuio vini nõ arguas pro=
ximũ: et nõ despicias eũ in iocũditate
illi⁹. Verba improperij nõ dicas illi:
et nõ pmas illũ ĩ repetendo. c. xxxii.

Rectorem te posuerunt noli extol=
li: esto in illis quasi vn⁹ ex ipsis.
Curã illorum habe et sic considera: ⁊
omni cura tua explicita recũbe·ut lete=
ris ꝓpter illos: et ornamentũ gratie
accipias coronã: et dignationẽ cõse=
quaris corrogationis. Loquere ma=
ior natu: decet enĩ te. Primũ verbum
diligenti scientiam: et nõ impedias
musicã. Vbi auditus nõ est nõ effun=
das sermonem: et importune noli ex=
tolli in sapientia tua. Gemmula car=
bunculi ĩ ornamento auri: ⁊ cõparacõ
musicorũ in conuiuio vini. Sicut in
fabricacõne auri signũ ẽ smaragdi:
sic numer⁹ musicoꝝ in iocũdo et mo=
derato vino. Audi tacens: ⁊ pro reue=
rentia accedet tibi bona gratia. Ado=
lescens loquere ĩ tua causa vix. Si bis
interogat⁹ fueris: habeat caput respon=
sum tuũ. In multis esto quasi inscī⁹:
⁊ audi tacẽs simul et querens. In me=
dio magnatoꝝ non ꝑsumas: et ubi
sunt senes nõ multũ loquaris. Ante
grandinẽ preibit choruscatio: ⁊ ante
verecũdiã preibit gratia: ⁊ pro reueren=
tia accedet tibi bona gratia: et hora
surgendi nõ te trices. Precurre autem
prior in domũ tuã et illic auocare: et
illic lude: et age cõceptiones tuas: et
non in delictis et verbo supbo. Et su=
per hijs omnibꝫ benedicito dominũ q̃
fecit te: et inebriãtem te ab omnibꝫ bo=
nis suis. Qui timet deum excipiet do=
ctrinã eius: ⁊ qui vigilauerint ad illũ
inuenient benedictionẽ. Qui querit le=
gem replebitur ab ea: et qui insidiose
agit scandalizabitur in ea. Qui timẽt
deum inuenient iudiciũ iustũ: ⁊ iusti=
cias quasi lumen accendent. Peccator
homo deuitabit correptionẽ: ⁊ scḋm
voluntatẽ suam inueniet cõparati=
onem. Vir consilij non dispdet intel=
ligentiã: alien⁹ et supbꝫ nõ ptimescet
timorẽ. Etiam postq̃ꝫ fecit cũ eo sine
consilio: et suis insectationibꝫ arguet.
Fili sine consilio nichil facias: et post
factum nõ penitebis. In via ruine nõ
eas: et non offendes ĩ lapides: nec cre=
das te vie laboriose: ne ponas anime
tue scandalũ. Et a filijs tuis caue: et
a domesticis tuis attende. In omni
opere tuo crede ex fide anime tue: hec
est enĩ cõseruacõ mãdatoꝝ. Qui credit
deo attendit mãdatis: ⁊ q̃ cõfidit ĩ illo
non minorabitur. cap. xxxiii.

Timēti deū nō occurrēt mala: sed
in tēptatione deus illum cōserua-
bit: et liberabit a malis. Sapiens nō
odit mādata et iusticias: et non illi-
detur quasi in procella nauis. Homo
sensatus credit legi dei: et lex illi fidelis.
Qui interrogationē manifestat para-
bit verbū: et sic deprecatꝰ exaudietur: et
cōseruabit disciplinā et tūc responde-
bit. Precordia fatui quasi rota carri:
et quasi axis versatilis cogitatꝰ illius.
Equus emissariꝰ sic et amicꝰ subsan-
nator: sub omni supra sedente hinnit.
Quare dies diem superat: et iterū lux
lucē et ānus annū a sole? A dñi sciē-
tia separati sunt, facto sole et preceptū
custodiente. Et immutauit tempora
et dies festos ipsoꝝ: et ī illis dies festos
celebrauerūt ad horam. Ex ipsis exal-
tauit et magnificauit deus: et ex ipsis
posuit in numerō dierū: et omnes ho-
mines de solo: et ex terra unde creatus
est adam. In multitudine discipline
dñi separauit eos: ⁊ immutauit vias
eoꝝ. Ex ipsis benedixit ⁊ exaltauit: ⁊ ex
ipsis sanctificauit et ad se applicauit;
et ex ipsis maledixit et humiliauit: et
cōuertit illos ad separationem ipsoꝝ;
quasi lutum figuli in manu ipsius:
plasmare illud et disponere. Omnes
vie eius scdm dispositionē eius: sic ho-
mo in manu illius qui se fecit: et red-
det illi scdm iudiciū suū. Contra ma-
lum bonū est et contra mortem vita: sic
et cōtra virū iustum peccator: et sic in-
tuere ī omnia opa altissimi. Duo con-
tra duo: et unū contra unū. Et ego no-
uissimꝰ euigilaui: ⁊ quasi qui colligit
acinos post vindemiatores. In bene-
dictione dei et ipse speraui: et quasi qui
vindemiat repleui torcular. Respicite
quoniā non michi soli laboraui: sed
omnibꝫ exquirentibꝫ disciplinā. Audi-
te me magnati ⁊ omnes ppli: et rectores
ecclesie auribꝫ pcipite. Filio et mulieri
fratri ⁊ amico nō des potestatē sup te
in vita tua: ⁊ non dederis alii possessi-
onē tuam: ne forte peniteat te ⁊ depre-
ceris pro illis. Dum adhuc superes ⁊
aspiras: non immutabit te omnis ca-
ro. Melius est enī ut filii tui te rogent:
qꝫ te respicere in manus filiorū tuorū.
In omnibus opribus tuis precellēs esto.
Ne dederis maculā in gloriam tuam.
In die cōsummationis dierꝫ vite tue:
et in tempore exitus tui distribue here-
ditatem tuā. Cibaria et virga ⁊ onus
asino: panis ⁊ disciplina et opꝰ seruo.
Operatur in disciplina et querit requies-
cere: laxa manꝰ illi ⁊ querit libertatem.
Iugū ⁊ lorum curuāt collū durum: ⁊
seruū inclināt operatiōes assidue. Ser-
uo maliuolo tortura et compedes:
mitte illū in operatiōnē ne vacet. Mul-
tam enī maliciam docuit ociositas.
In opera constitue eum: sic enī cōdecet
illum. Quod si non obaudierit curua il-
lum compedibus: ⁊ nō amplifices su-
per omnē carnē. Verū sine iudicio ni-
chil facias graue. Si ē tibi seruus fide-
lis: sit tibi quasi anima tua. Quasi
fratrem sic eum tracta: quoniā in san-
guine anime eum cōparasti. Si lese-
ris illū iniuste in fugam cōuertetur: et
si extollens discesserit quē querās et in q̄
via queras illū nescis. Cap. xxxiiii

Uana spes ⁊ mendaciū insensato
viro: et somnia extollūt impru-
dentes. Quasi qui apprehendit umbrā
et psequitur ventū: sic et qui attendit
ad visa mendacia. Hoc scdm hoc vi-
sio somnioꝝ. Ante faciē hoīs simili-
tudo alteriꝰ hominis. Ab immūdo
quid mūdabitur? Et a mendace qd

verũ dicetur? Diuinatio erroris ⁊ au-
guria mendacia et somnia male faci-
entiũ vanitas est. Et sicut parturientis-
cor tuum fantasias patitur: nisi ab
altissimo fuerit emissa visitatio. Ne
dederis in illis cor tuũ. Multos eni er-
rare fecerũt somnia: et exciderũt sperãtes
in illis. Sine mendacio cõsummabi-
tur verbũ legis: et sapiẽcia in ore fide-
lis complanabitur. Qui nõ ẽ teptatꝰ
qd scit? Vir ĩ multis expertꝰ cogitabit
multa: ⁊ qui multa didicit enarrabit
intellectum. Qui non est expertus pau-
ca recognoscit: qui autẽ in multis fa-
ctus est· multiplicauit maliciam. Qui
temptatꝰ non est qualia scit? Qui im-
planatꝰ est abũdabit nequicia. Mul-
ta vidi enarrando: et plurimas verbo-
rum consuetudines. Aliquotiẽs usqꝫ
ad mortem periclitatus sum horꝫ cau-
sa: et liberatꝰ sum gratia dei. Spiritꝰ
timentiũ deum queritur: et in respectu
illius benedicetur. Spes eni illorũ in
saluãtem illos: ⁊ oculi dei in diligen-
tes se. Qui timet dñm nichil trepida-
bit: et nõ pauebit qm̃ ipe est spes eiꝰ.
Timentis dñm beata est anima eius:
ad quẽ respicit. ⁊ qui ẽ fortitudo eius.
Oculi domini sup timentes eum: pro-
tector potẽtie firmamẽtũ virtutis: teg-
men ardoris et umbraculũ meridia-
ni: deprecatio offensionis· ⁊ adiutori-
ũm casus: exaltãs animã ⁊ illuminãs
oculos: dans sanitatem ⁊ vitã ⁊ bene-
dictionẽ. Immolantis ex iniquo ob-
latio ẽ maculata: ⁊ nõ sũt beneplacite
subsannationes iniustorꝫ. Dñs solꝰ
sustinentibꝫ se ĩ via veritatis ⁊ iusticie.
Dona iniquorꝫ nõ probat altissimꝰ:
nec respicit in oblationes iniquorũ:
nec ĩ multitudine sacrificiorꝫ· eorꝫ pro-
piciabit peccatis. Qui offert sacrificiũ
ex substancia pauperũ: quasi qui victi-
mat filiũ ĩ cõspectu patris sui. Panis
egentiũ vita pauperũ ẽ: qui defraudat
illũ homo sanguinis est. Qui aufert
in sudore panem: quasi qui occidit
proximũ suũ. Qui effundit sanguinẽ·
et qui fraudẽ facit mercennario fratres
sunt. Unus edificans ⁊ unꝰ destruens:
quid prodest illis nisi labor? Unus
orans ⁊ unus maledicens: cuiꝰ voci
exaudiet deꝰ? Qui baptizatur a mor-
tuo et iterꝫ tangit eũ: qd proficit laua-
tio illius? Sic homo qui ieiunat in
peccatis suis ⁊ iterꝫ eadẽ faciens: quid
proficit humiliando se? Orationem
illius quis exaudiet? ca. xxxv.
Qui cõseruat legem: multiplicat vbũ
orationẽ. Sacrificiũ salutare ẽ
attendere mandatis et discedere ab o-
mni iniquitate: et propiciationẽ lita-
re sacrificijs sup iniusticias: ⁊ depreca-
tio pro peccatis· recedere ab iniusticia.
Retribuet gratiã q̃ offert similaginẽ:
⁊ qui facit misericordiã offert sacrifici-
um. Beneplacitũ est domino recedere
ab iniquitate. Non apparebis ante
conspectũ domini vacuus. Hec enim
omĩa propter mãdata dei fiunt. Ob-
latio iusti impinguat altare: ⁊ odor
suauitatis est in conspectu altissimi.
Sacrificiũ iusti acceptũ ẽ: et memoriã
eius nõ obliuiscetur dominꝰ. Bono
animo gloriã redde deo: ⁊ nõ minu-
as primitias manuũ tuarꝫ. In omi
dato hylarem fac vultum tuũ: ⁊ in ex-
ultatõne sanctifica decimas tuas. Da
altissimo secundũ datũ eius: et in bo-
no oculo adinuentionẽ facito manuum
tuarꝫ: quoniã dominꝰ retribuens est-
et septies tantũ reddet tibi. Noli offer-
re munera praua: nõ eni suscipiet illa.
Et noli inspicere sacrificiũ iniustum:

quoniā dominus est iudex: et non est
apud illū gloria psone. Nō accipiet
dñs psonam in pauperem: et depcatio-
nem lesi exaudiet. Non despiciet pces
pupilli: nec viduā si effundat loquelam
gemitus. Nōne lacrime vidue ad ma-
xillam descendunt: et exclamatio eius
sup deducentē eas? A maxilla enim
ascendūt usq; ad celū: et dñs exaudi-
tor non delectabitur in illis. Qui ado-
rat deū in oblectatione suscipietur: et
deprecatio illius usq; ad nubes propin-
quabit. Oratio humiliantis se nubes
penetrabit: et donec ppinquet nō con-
solabitur: et non discedet donec altissi-
mus aspiciat. Et dñs nō elongabit:
sed iudicabit iustos et faciet iudiciū:
et fortissimus nō habebit i illis patientiā:
ut cōtribulet dorsum ipoꝝ et gentibꝫ
reddet vindictam: donec tollat pleni-
tudinē supboꝝ: et sceptra iniquoꝝ con-
tribulet: donec reddat hominibꝫ scdm
actus suos: et secundum opera ade
et secundū psumptionē illius: donec
iudicet iudiciū plebis sue: et oblecta-
bit iustos misericordia. ca. xxxvi.
Speciosa misericordia dei in tempo-
re tribulationis: q̄si nubes plu-
vie in tpe siccitatis. Miserere nrī deus
omniū et respice nos: et ostende nobis
lucem miserationū tuaꝝ: et immitte ti-
morē tuū sup gentes que non exquisi-
erunt te: ut cognoscāt quia nō est deus
nisi tu. ut enarrēt magnalia tua. Al-
leva manū tuā sup gētes alienas: ut
videāt potētiam tuā. Sicut enī in con-
spectu eoꝝ sanctificatus es in nobis:
sic in cōspectu nostro magnificaberis
in illis: ut cognoscant te. sicut et nos
cognovimus: quia nō est deus pter te
dñe. Innova signa: et immuta mira-
bilia. Glorifica manū: et brachium
dextrū. Excita furorē: et effunde irā. Extol-
le adūsariū: et afflige inimicū. Festi-
na tēpus et memēto finis: ut enarrēt mi-
rabilia tua. In ira flāme devoretur
qui salvatur: et qui pessimāt plebem
tuam inveniāt pditionē. Contere ca-
put principum et inimicoꝝ: dicentiū
nō est alius pter nos. Cōgrega omēs
tribus iacob: et cognoscant quia nō
ē deus nisi tu. ut enarrent magnalia
tua: et hereditabis eos sicut ab initio.
Miserere plebi tue sup quā invocatū
est nomen tuum: et isrl quē coequasti
pmogenito tuo. Miserere civitati san-
ctificationis tue ihrlm: civitati requiei
tue. Reple syon inenarrabilibꝫ virtuti-
bus tuis: et gloria tua ppłm tuū. Da
testimoniū qa ab initio creature tue
sunt: et suscita pdicatōnes quas locuti
sūt in nomine tuo pphete priores. Da
mercedem dñe sustinentibus te ut pro-
phete tui fideles inveniant: et exaudi
orationes servoꝝ tuoꝝ. Secundū bene-
dictionē aaron da populo tuo et diri-
ge nos in viā iusticie: ut sciant omēs
qui habitant terram: quia tu es deus
cōspector seculoꝝ. Omnē escam man-
ducabit venter: et est cibus cibo melior.
Fauces cōtingūt cibū fere: et cor insen-
satum verba mendacia. Cor pravū
dabit tristiciā: et homo peritus resistet
illi. Omnē masculū excipiet mulier: et
est filia melior filie. Species mulieris
exhilarat faciem viri sui: et sup omnē
concupiscentiam hominis supducet
desideriū. Si est lingua curationis: et
mitigationis et misericordie: non est
vir illius secundū filios hominū. Qui
possidet mulierē bonā inchoat posses-
sionem: adiutoriū scdm illū est: et co-
lumnā ut requies. Ubi non est sepes
diripietur possessio: et ubi nō ē mulier

ingemiscit egenus. Cui credit qui non
habet nidū: et deflectens ubicūq; ob-
scurauerit: q̄si succinct⁹ latro exiliens
de ciuitate in ciuitatem. ca. xxxvii.
Omnis amicus dicet. et ego ami-
ciciam copulaui: sed est amicus
solo noīe amic⁹. Nōne tristicia inest
usq; ad mortem? Sodalis autem et
amicus · ad inimiciciā conuertentur.
O p̄sumptio nequissima: unde creata
es cooperire aridā maliciā et dolosi-
tate illi⁹? Sodalis amico coniocun-
dabitur in oblectatione: et in tēpore
tribulationis aduersarius erit. Soda-
lis amico condolet causa uentris: et
contra hostem accipiet scutū. Non ob-
liuiscaris amici tui in animo tuo: et
nō immemor sis illius in operibȝ tuis.
Noli cōsiliari cū socero tuo: et a zelan-
tibus te absconde cōsiliū. Omnis con-
siliari⁹ prodit cōsiliū: sed ē cōsiliari⁹
in semetipso. A consiliario serua ani-
mam tuā. Prius scito que sit illi⁹ ne-
cessitas: et ipse eni animo suo cogita-
bit: Ne forte mittat sudem in terram:
et dicat tibi bona est uia tua: et stet e-
cōtrario uidere quid tibi eueniat. Cū
uiro irreligioso tracta de sanctitate: et
cum iniusto de iusticia: et cū muliere
de hijs que emulatur. Cū timido de bel-
lo: cū negociatore de traiectione. Cū
ēptore de uendicione: cū uiro liuido de gra-
tijs agendis. Cū impio de pietate: cū
inhonesto de honestate. Cū operario
agrario de omi opere: cū operario an-
nuali de cōsūmatione āni: cū seruo pi-
gro de multa operatione. Nō attendas
his i omi cōsilio. Sed cū uiro sācto as-
siduus esto: quecūq; cognoueris obser-
uantē timorē dei: cui⁹ aīa ē scdm aīam
tuā. Quicūq; titubauerit i tenebris nō
cōdolebit tibi: et cor boni cōsilij statuet
tecum. Non ē eni tibi aliud plus illo.
Anima uiri sancti enūciat aliquādo
uera: q̄ septem circūspectores sedentes
in excelso ad speculandū. Et in hijs o-
mnibȝ dep̄care altissimū: ut dirigat
in ueritate uiā tuā. Ante omīa opera
uerbum uerax p̄cedat te: et āte omnem
actum consiliū stabile. Verbū nequā
immutabit cor: ex quo partes q̄tuor
oriuntur: bonū et malū uita et mors:
et dominatrix illorū ē assidua lingua.
Vir peritus multos erudiuit: et anime
sue suauis est. Qui sophistice loquit
odibilis ē: omi re defraudabitur. Nō
est eni illi data a domino gratia: o-
mni eni sapientia defraudat⁹ est. Est
sapiens anime sue sapiens: et fructus
sensus illi⁹ laudabil. Vir sapiēs im-
plebit benedictionibȝ: et uidentes illū
laudabūt. Vita uiri in numero dierū:
dies aūt isrl' innumerabiles sūt. Sa-
piens in p̄plo hereditabit honorem: et
nomen illius erit uiuens in eternū. Fi-
li i uita tua tempta animā tuam: et si
fuerit nequam nō des illi potestatem.
Non eni omnia omnibȝ expediūt: et
non omni anime omne gen⁹ placet.
Noli auidus esse in omi epulatōne:
et non te effūdas sup omnem escam.
In multis enim escis erit infirmitas:
et auiditas appropinquabit usq; ad
colerā. Propt crapulā multi obierūt:
q̄ aūt abstinēs ē adiciet uitā. c. xxxviii.
Honora medicū ppter necessitatē:
etenī creauit altissim⁹. A deo ē illū
eni omis medela: et a rege accipiet do-
nationē. Disciplina medici exaltabit
caput illi⁹: et in cōspectu magnatorū
collaudabitur. Altissim⁹ creauit de ter-
ra medicinā: et uir prudens non ab-
horrebit illā. Nōne a ligno indulca-
ta ē aqua amara? Ad agnitionem

Vir sapiēs plebē suā erudit: et fructus sensus illi⁹ fideles sūt

hominū virtꝰ illoꝝ; et dedit homini-
bus ſciētiā altiſſimꝰ: honorari ī mi-
rabilibus ſuis. In hijs curās mitiga-
bit dolorem: et vngentarius faciet
pigmēta ſuauitatis ⁊ vnctiones con-
ficiet ſanitatis: et nō cōſummabūtur
opera eius. Pax enī dei ſup faciē terre.
Fili in tua infirmitate nō deſpicias te-
ipſum: ſed ora dn̄m et ipſe curabit te.
Auerte a delicto et dirige manus: et
ab omni delicto munda cor tuū. Da
ſuauitatē et memoriā ſimilaginis et
impīgua oblationē: ⁊ da locū medico.
etenī illū dn̄s creauit: et nō diſcedat a
te quia opera eiꝰ ſunt neceſſaria. Eſt
enim tempus quādo in manibꝫ illoꝝ
incurras: ipſi vero dn̄m deprecabūtur
ut dirigat requiē eoꝝ ⁊ ſanitatē ꝓpter
cōuerſationē illoꝝ. Qui delinquit in
cōſpectu eius qui fecit eū: incidet ī ma-
nus medici. Fili ī mortuū ꝑduc lacri-
mas et q̄ſi dira paſſus incipe plorare:
⁊ ſcd̄m iudiciū cōtege corpus illius: ⁊
nō deſpicias ſepulturam illiꝰ. Propt
delaturā aūt amare fer luctū illiꝰ vno
die: et cōſolare propter triſticiā: ⁊ fac
luctū ſcd̄m meritū eiꝰ vno die vel duo-
bus propt detractionē. A triſticia enī
feſtinat mors ⁊ cooperiet virtutem: ⁊
triſticia cordis flectit ceruicem. In ab-
ductione ꝑmanet triſticia: et ſubſtan-
tia inopis ſcd̄m cor eius. Nō dederis
in triſticia cor tuū: ſed repelle eā a te: ⁊
memēto nouiſſimoꝝ. Noli obliuiſci,
neqꝫ enī eſt cōuerſio: ⁊ huic nichil pro-
deris: et teipſum peſſimabis. Memor
eſto iudicij mei: ſic enī erit ⁊ tuum. Mi-
chi heri: et tibi hodie. In requie mor-
tui requieſcere fac memoriam eius: et
conſolare illū ī exitu ſpiritus ſui. Sa-
pientiā ſcribe in tempore vacuitatis:
et q̄ minorat̄ actu ſapientiā percipiet:
quia ſapientia replebitur. Qui tenet
aratrū ⁊ qui gloriat̄ in iaculo ſtimu-
lo boues agitat: et conuerſatur ī ope-
ribus eoꝝ: ⁊ narratio eius in filijs tau-
roꝝ. Cor ſuū dabit ad verſandos ſul-
cos: ⁊ vigilia eius in ſagina vaccarū.
Sic omīs faber et architectus q̄ noctē
tanq̄ꝫ diē tranſigit: qui ſculpit ſigna-
cula ſculptilia: ⁊ aſſiduitas eiꝰ variat
picturā. Cor ſuū dabit in ſimilitudinē
picture: et vigilia ſua perficit opus.
Sic faber ferrariꝰ ſedēs iuxta incudē:
et conſiderās opus ferri. Vapor ignis
vrit carnes eius: et in calore fornacis
concertatur. Vox mallei innouat au-
rem eius: et contra ſimilitudinē vaſis
oculus eiꝰ. Cor ſuū dabit in conſum-
mationē operꝫ: et vigilia ſua ornabit
impfectionem. Sic figulus ſedens ad
opus ſuū conuertens pedibus ſuis ro-
tam: qui in ſollicitudine poſitus eſt
ſemꝑ propter opus ſuū: et innumera
eſt omīs operatio eius. In brachio
ſuo formabit lutū: et ante pedes ſuos
curuabit virtutem ſuam. Cor ſuū da-
bit vt conſummet linitionē: ⁊ vigilia
ſua mūdabit fornacē. Omnes hij in
manibꝫ ſuis ſperauerūt: ⁊ vnuſquiſqꝫ
ī arte ſua ſapiēs eſt. Sine hijs omni-
bus nō edificatur ciuitas: et nō inha-
bitabūt nec ambulabūt: et ī eccleſiā
non tranſilient. Sup ſellam iudicis
non ſedebūt et teſtamentū iudicij nō
intelligent: neqꝫ palam facient iudici-
um et diſciplinā et in parabolis nō
inuenientur: ſed creaturā eui cōfirma-
bunt: et deprecatio illoꝝ in operatio-
ne artis: accōmodātes animā ſuā ⁊
cōquirētes ī lege altiſſimi. c. xxxix

Sapientiā omniū ātiquoꝝ exqui-
ret ſapiens: et in prophetis va-
cabit. Narratōnē viroꝝ nominatoꝝ

conseruabit: et in versutias pabolaꝝ
simul introibit. Occulta puerbiorum
exquiret: et in absconditis pabolarū
conuersabitur. In medio magnatoꝝ
ministrabit: et ī conspectu p̄sidis appa-
rebit: et in terram alienigenaꝝ gentiū p-
transiet. Bona enī et mala in omībꝫ
temptabit. Cor suū tradet ad vigilan-
dum diluculo ad dn̄m qui fecit illū: ⁊
in conspectu altissimi deprecabit̄. Ap-
eriet os suū in oratione: ⁊ pro delictis
suis dep̄cabitur. Si enī dn̄s magnus
voluerit spiritu intelligentie replebit
illū: et ip̄e tanq̄ꝫ imbres mittet eloq̄a
sapientie sue: et in oratione cōfitebit̄
dn̄o. Et ip̄e diriget consiliū ei⁹ ⁊ disci-
plinā: et in absconditis suis consilia-
bitur. Ipse palam faciet disciplinam
doctrine sue: et in lege testamenti dn̄i
gloriabitur. Collaudabūt multi sa-
pientiā ei⁹: et usq̄ꝫ ī seculū nō delebitur.
Non recedet memoria eius: ⁊ nomē
eius requiretur a generatōne in gene-
rationē. Sapientiā eius enarrabūt
gentes: et laudē eius enunciabit eccle-
sia. Si p̄manserit nomē ei⁹ derelinquet
plus quā mille: et si requieuerit prode-
rit illi. Adhuc cōsiliabor ut enarrē: ut
furore enī repletus sum. In voce dicit.
Obaudite me diuini fructus: et quasi
rosa plātata sup̄ riuos aquaꝝ fructi-
ficate. Quasi libanus odorē suauitatis
habete. Florete flores quasi lilium ⁊
date odorem: et frondete in gratiam.
⁊ collaudate canticū: et benedicite dn̄m
in operibus suis. Date nomini eius
magnificentiā: ⁊ cōfitemini illi ī voce
labiorꝫ vestroꝫ. et in canticis labiorū
et cytharis: et sic dicetis in cōfessione:
opera dn̄i vniu̇sa bona valde. In ver-
bo enī eius stetit aqua sicut congeries:
⁊ in sermone oris illi⁹ sicut exceptoria
aquaꝝ: quoniā in p̄cepto ip̄i⁹ placor
fit: et nō est minoratio in salute ip̄i⁹.
Opera omīs carnis coram illo: ⁊ nō
est quicq̄ꝫ absconditū ab oculis eius.
A seculo usq̄ꝫ ī seculū respicit: ⁊ nichil
est mirabile in conspectu eius. Nō est
dicere: quid ē hoc aut quid est illud:
omnia enī in tempore suo querentur.
Benedictio illius quasi fluui⁹ inunda-
bit: et quomodo cataclismus aridā
inebriauit: sic ira ip̄i⁹ gentes q̄ non
exquisierūt eum hereditabit. Quomō
conuertit aquas in siccitatem et sicca-
ta est terra: et vie illius viis illorū di-
recte sunt: sic peccatoribꝫ offensiones
in ira eius. Bona bonis creata sunt
ab initio: sic nequissimis bona ⁊ ma-
la. Initiū necessarie rei vite hominū.
aqua. ignis. et ferrū: sal. lac. et panis
similagine⁹: et mel. et botrus vue. et
oleum. et vestimentū. Hec omnia sanctis
in bona: sic et impiis et peccatoribus
in mala conuertent̄. Sunt spiritus q̄
ad vindictā creati sunt: et ī furore suo
confirmauerūt tormenta sua. Et ī tem-
pore cōsummatōnis effundēt virtutē:
et furorem eius qui fecit illos confun-
dent. Ignis. grando. fames. ⁊ mors:
omnia hec ad vindictam creata sunt.
Bestiarum dentes. et scorpii. et serpen-
tes: et rumphea vindicans in exter-
miniū impios. In mandatis eius
epulabūtur: ⁊ sup̄ terram ī necessitate
p̄parabuntur: et in temporibꝫ suis nō
p̄terient verbū. Propterea ab initio
confirmatus sum. ⁊ consiliatus sum.
et cogitaui: et scripta dimisi. Omnia
opera dn̄i bona: et omne opus hora
sua subministrabit. Nō ē dicere: hoc
illo nequius ē: omnia enī ī tp̄e suo cōpro-
babūtur. Et nūc ī omni corde et ore col-
laudate: ⁊ benedicite nomē dn̄i. c. xl.

Occupatio magna creata ē omni-
bus hominibꝫ: ⁊ iugum graue
super filios adam a die exitus de ven-
tre matris eoꝝ· usqꝫ in diem sepulture
in matrem omnium. Cogitatiōes e-
orum ⁊ timores cordis: adinuentio ex-
spectationis· ⁊ dies finitionis: residētes
sup sedem gloriosam· usqꝫ ad humi-
liatū in terram et cinerem: ab eo qui v-
titur iacintho ⁊ portat coronam· usqꝫ
ad eum qui operitur lino crudo: furor·
zelus· tumultus· fluctuatio· et timor
mortis: iracūdia pseuerans· et cōten-
tio: et in tempore refectionis in cubili
somnus noctis immutat sciētiā eius.
Modicū autem tanq̄ꝫ nichil ī requie:
et ab eo in somnis q̄si in die respectus.
Conturbat⁹ ē in visu cordis sui: tan-
quā qui euaserit in die belli. In tempo-
re salutis sue exsurrexit· et admirans
ad nullū timorē· cū omni carne ab ho-
mine usqꝫ ad pecus: ⁊ sup peccatores
septuplum. Ad hec mors sanguis·
contentio· et rumphea: oppressiones·
fames· et contritio· et flagella. Su-
per iniquos creata sunt hec omnia:
et propt̄ illos factus est cathaclismus.
Omnia que de terra sunt in terrā
conuertētur: et aque omnes in mare
cōuertent̄. Omne munus et iniquitas
delebitur: et fides ī seculū stabit. Sub-
stantie iniustoꝝ sicut fluui⁹ siccabun-
tur: et sicut tonitruū magnū ī pluuia
psonabit. In aperiendo manus suas
letabitur: sic p̄uaricatores in consum-
matione tabescent. Nepotes impioꝝ
non multiplicabūt ramos: et radices
īmūde super cacumen petre sonāt.
Sup omnem aquam viriditas: et ad
oram fluminis· ante omne fenum
euelletur. Gratia sicut paradisus in
benedictionibꝫ: et misericordia in secl̄m

permanet. Vita sibi operarij suffici-
entis cōdulcabitur: et in ea inuenies
thesaurū. Edificatio ciuitatis cōfirma-
bit nomē: ⁊ sup hāc mulier immacu-
lata computabit̄. Vinū et musica le-
tificant cor: et sup utrūqꝫ dilectio sapi-
entie. Tibie et psalteriū suauem faciūt
melodiā: ⁊ sup utrūqꝫ lingua suauis.
Gratiam et spēm desiderabit oculus
tuus: ⁊ sup hoc virides satiōes. Ami-
cus ⁊ sodalis in tempore conuenientes:
et sup utrosqꝫ mulier cū viro. Fratres
ī adiutoriū in tempore tribulationis:
et sup eos misericordia liberabit. Au-
rum ⁊ argentū constitutio pedū: ⁊
sup utrūqꝫ cōsiliū beneplacitū. Facul-
tates et virtutes exaltant cor: et super
hec timor dn̄i. Non est in timore dn̄i
minoratio: et non est in eo inquirere
adiutoriū. Timor dn̄i sicut paradisus
benedictionis: et sup omnē gloriā o-
peruerūt illū. Fili in tempore vite tue
ne indigeas. Meli⁹ ē enī mori q̄ꝫ in-
digere. Vir respiciēs ī mensā alienā:
nō est vita eius in cogitatione vict⁹.
Alit enim animā suam cibis alienis.
Vir autē disciplinat⁹ ⁊ erudit⁹ custodi-
et se. In ore imprudētis cōdulcabitur
inopia: ⁊ ī ventre ei⁹ ignis ardebit. c. xli.
O mors q̄ꝫ amara ē memoria tua
homini pacem habenti in sub-
stantijs suis: viro quieto· et cui⁹ vie
directe sunt in omnibꝫ: ⁊ ad huc valēti
accipere cibū. O mors· bonū ē iudici-
um tuū homini indigenti· et qui mi-
noratur viribꝫ: defecto etate· et cui de
omnibus cura est: ⁊ incredibili q̄ pdit
sapientiā. Noli metuere iudiciū mor-
tis. Memento que ante te fuerunt: ⁊ q̄
superuētura sunt tibi: hoc iudicium a
domino omni carni: et qui superuenient
tibi in beneplacito altissimi: siue decē

Fili

siue centū siue mille anni. Non ē enī
in inferno accusatio vite. Filij abo-
minationū ~~fiunt~~ filij peccatorū: ⁊ qui
conuersantur secus domos impiorū.
filiorū peccatorū peribit hereditas: et cū
semine illorum assiduitas opprobrij.
De patre impio queruntur filij: quoni-
am ppter illū sūt ī opprobrio. Ve vo-
bis viri impij: qui dereliquistis legem
dñi altissimi. Et si nati fueritis in ma-
ledictione nascemini: et si mortui fueri-
tis: in maledictione erit pars vestra.
Omnia que de terra sunt in terrā con-
uertent: sic impij a maledicto in perdi-
tionē. Luct9 hominū in corpore ipsorū:
nomē aūt impiorū delebit. Curā habe
de bono noīe: hoc enī magis pmane-
bit tibi: q̄ mille thesauri magni ⁊ pre-
ciosi. Bone vite numerus dierū: bonū
autē nomē pmanebit ī euū. Discipli-
nā in pace cōseruate filij. Sapientia
enī abscondita et thesaurus inuisus:
que vtilitas ī vtrisq;? Melior ē homo
qui abscondit stulticiam suā: quam
homo qui abscondit sapientiā suam.
Verūtamen reuertimini in hijs que
procedūt de ore meo. Non est enī bo-
nū omnē irreuerenciā obseruare: ⁊ nō
oīa omnibus bene placent in fide.
Erubescite a patre et a matre de forni-
catione: et a presidente et a potente de
mendacio: a principe et a iudice de de-
licto: a sinagoga et plebe de iniquitate:
a socio et amico de iniusticia: de loco
in quo habitas de furto: de veritate
dei et testamēto: de discubitu ī panibȝ:
et ab obfuscatione dati et accepti: a
salutantibȝ de silencio: a respectu mu-
lieris fornicarie: et ab auersione vult9
cognati. Ne auertas faciem a proximo
tuo: et ab auferendo partem: et non
restituendo. Ne respicias mulierem
alieni viri: ⁊ ne scruteris ancillam ei9:
neq; steteris ad lectum eius. Caue ab
amicis de sermonibus improperij: et
cum dederis ne improperes. c. xlii.
Non duplices sermonē auditus
de reuelatione sermonis abscon-
diti: et eris vere sine cōfusione: et inue-
nies graciā in cōspectu omniū homi-
nū. Ne pro hijs omnibȝ cōfundaris:
et ne accipias personā ut delinquas:
De lege altissimi et testamēto: et de iu-
dicio iustificare impiū: de verbo sociorū
et viatorū: et de datione hereditatis
amicorū: de equalitate statere ⁊ ponde-
rum: de acquisitione multorū ⁊ pau-
corum: de corruptione emptionis et
negociatorum: ⁊ de multa disciplina
filiorū: et seruo pessimo latus sangui-
nare. Sup mulierem nequā: bonū est
signū. Vbi man9 multe sūt claude: ⁊
quodcūq; trades numera et appende:
datū vero et acceptum omne describe.
De disciplina insensati et fatui: et de
senioribus qui iudicantur ab adole-
scentibus: et eris eruditus ī omnibus:
et pbabilis ī conspectu omniū virorū.
Filia patris abscondita est: vigilia ⁊
solicitudo eius aufert somnū: ne forte
in adolescencia sua adultera efficiat:
et cum viro cōmorata odibilis fiat:
nequādo polluat in virginitate sua:
et ī paternis suis grauida inueniatur:
ne forte cū viro cōmorata transgredi-
atur: aut certe sterilis efficiatur. Sup
filiā luxuriosam cōfirma custodiam:
nequādo faciat te ī opprobriū venire
inimicis: a detractione ī ciuitate et ab-
iectione plebis: et cōfundat te in mul-
titudine ppli. Omni homini noli in-
tendere in specie: et ī medio mulierum
noli cōmorari. De vestimentis enim
procedit tinea: et a muliere iniquitas

viri. Melior ē enim iniquitas viri q̄
benefaciēs mulier: et mulier cōfundens
in opprobriū. Memor ero igitur operū
dñi: et quē vidi annūciabo. In sermo-
nibus dñi opera ei9. Sol illuminans
per omnia respexit: et gloria dñi plenū
est opus eius. Nōne dñs fecit sanctos
enarrare omnia mirabilia sua: q̄ con-
firmauit dñs omnipotens stabiliri in
gloria sua? Abissum et cor hominū
investigauit: et in astucia eorū excogi-
tauit. Cognouit enī dñs omnē scien-
tiam: et inspexit in signū eui: annūcians
que preterierūt et que superventura sunt:
revelans vestigia occultorū. Nō preterit
illū omnis cogitat9: et nō abscondit se
ab eo ullus sermo. Magnalia sapien-
tie sue decorauit: q̄ est ante seculū et usqz
in seculū: neqz adiectū ē neqz minuetur:
et nō eget alicui9 cōsilio. Quā deside-
rabilia omnia opera eius: et tanquā
scintilla que ē considerare. Omnia hec
vivūt et manent in seculū: et in omni
necessitate omnia obaudiūt ei. Omnia
duplicia: unum contra unum: et nō
fecit quicq̄ deesse. Uniuscuiusqz con-
firmabit bona. Et quis saciabitur
videns gloriam eius? cap. xliii.

Altitudinis firmamentū pulcri-
tudo eius: species celi in visione
glorie. Sol in aspectu annuncians in
exitu: vas ammirabile opus excelsi.
In meridiano exurit terrā: et in conspe-
ctu ardoris eius quis poterit sustine-
re? Fornacē custodiens in operibus
ardoris, tripliciter sol exurens mōtes:
radios igneos exsufflans: et refulgēs
radijs suis obcecat oculos. Magnus
dñs qui fecit illū: et in sermonibz eius
festinauit iter. Et luna in omnibz in
tempore suo: ostensio tēporis et signū
eui. A luna signū diei festi: luminare
qd minuit̄ in consummatōne. Men-
sis scd̄m nomē eius est: crescens mira-
biliter in cōsummatonem. Vas castrorū
in excelsis: in firmamento celi resplen-
dens gloriose. Species celi gloria stel-
larū: mūdum illuminās in excelsis do-
minus. In verbis sancti stabūt ad iu-
dicium: et nō deficient in vigilijs suis.
Vide arcū: et benedic eū qui fecit illum.
Valde speciosus est in splendore suo.
Gyrauit celum in circuitu glorie sue:
man9 excelsi aperuerūt illum. Imperio
suo accelerauit nivē: et accelerat corus-
cationes emittere iudicij sui. Propter-
ea aperti sunt thesauri: et evolauerūt
nebule sicut aves. In magnitudine
sua posuit nubes: et cōfracti sunt lapi-
des grandinis. In cōspectu eius com-
mouebūtur montes: et in voluntate
ei9 aspirauit nothus. Vox tonitrui e-
ius verberauit terrā: tempestas aquilo-
nis et cōgregatio spirit9: et sicut avis
deponēs ad sedendū aspergit nivē: et
sicut locusta demergens descensus ei9.
Pulcritudinē candoris eius ammirabi-
tur oculus: et sup ymbrem eius expa-
vescit cor. Gelu sicut salem effundet su-
per terrā: et dū gelauerit fiet tanq̄ cacu-
mina tribuli. Frigid9 ventus aquilo
flauit: et gelauit cristallus ab aqua.
Sup omnē cōgregationē aquarum
requiescet: et sicut lorica induet se aquis.
Et devorabit mōtes et exuret desertum:
et extinguet viride sicut ignem. Medi-
cina omniū in festinatione nebule: et
ros obuiās ab ardore venienti humi-
lem efficiet eum. In sermone ei9 siluit
ventus: et cogitatione sua placauit
abissum: et plantauit illum dominus
ihesus. Qui navigant mare enarrāt
pericula eius: et audientes auribz nr̄is
ammirabimur. Illic p̄clara et mirabilia

opera varia

varia bestiaꝝ genera et omniū pecoꝝ
et creatura beluarū. Propter ipsum
cōfirmatus est itineris finis: et in ser-
mone eius cōposita sunt omnia. Mul-
ta dicemus et deficiemus verbis: con-
summacio autem sermonū: ipse est. In
omnibus. Gloriantes ad quid vale-
bimus? Ipse enī omnipotens super
omnia opera sua. Terribilis dominus
et magnus vehementer: et mirabilis
potentia ipsius. Glorificantes domi-
num quantūcunqȝ potueritis supua-
lebit adhuc: et ammirabilis magni-
ficencia eius. Benedicētes dominum
exaltate illū quātum potestis: maior ē
enī omni laude. Exaltātes eū replemini
virtute. Ne laboretis: nō enī compre-
hendetis. Quis videbit eū sicut est ab
inicio? Multa abscondita sūt maio-
ra hiis. Pauca enī vidim⁹ opeꝝ eius.
Omnia autem dominus fecit: et pie
agentibus dedit sapiētiā. c. xliiii.

Laudem⁹ viros gloriosos et pa-
rentes nostros in generatione
sua. Multā gloriā fecit dn̄s magnifi-
centia sua a seculo. Dominātes ī po-
testatibus suis: homines magni vir-
tute ⁊ prudentia sua p̄diti: nūciantes
in ꝓphetis dignitatem ꝓphetaꝝ: et im-
perantes in p̄senti ꝑplo et virtute pru-
dentie ꝑplis sanctissima verba. In pu-
ericia sua requirētes modos musicos:
⁊ narrātes carmina scripturaꝝ. Homi-
nes divites in virtute: pulcritudinis
studiū habentes: pacificantes in domi-
bus suis. Omnes isti in generationi-
bus gentis sue gloriā adepti sunt: et
in diebꝫ suis habentur in laudibus.
Qui de illis nati sunt: reliquerūt no-
men narrandi laudes eoꝝ. Et sūt quo-
rum nō est memoria. Perierūt quasi
qui nō fuerint: et nati sunt quasi non
nati: et filij ipsoꝝ cū ipsis. Sed illi viri
misericordie sunt: quoꝝ pietates non de-
fecerūt. Cū semine eoꝝ ꝑmanēt bona:
hereditas sancta nepotes eoꝝ. Et in
testamētis stetit semē eorū: et filij eorū
propter illos usqȝ ineternū manēt. Se-
men eoꝝ et gloria eoꝝ nō derelinquet.
Corpora ipsoꝝ ī pace sepulta sunt: et
nomen eorum vivet in generationē ⁊
generationē. Sapientiā ipsoꝝ narrāt
ꝑpli: et laudem eorum nunciet ecclesia.
Enoch placuit deo: et translatus est ī
paradisum ut det gentibus sapiētiā.
Noe inuentus est ꝑfectus iustus: et in
tēpore iracūdie factus est recōciliatio.
Ideo dimissum est reliquum terre: cū
factum est diluuiū. Testamenta seculi
posita sūt aput illū: ne deleri possit di-
luuio omīs caro. Abraham magn⁹
pater multitudinis gentiū: et non est
inuent⁹ similis illi ī gloria. Qui con-
seruauit legem excelsi: et fuit ī testamen-
to cū illo. In carne ei⁹ stare fecit testa-
mentū: et in temptatione inuentus est
fidelis. Ideo iureiurando dedit illi glo-
riam in gente sua: crescere illū q̄si ter-
re cumulū et ut stellas exaltare semen
eius: ⁊ hereditare illos a mari usqȝ ad
mare et a flumine usqȝ ad terminos
terre. Et ysaac fecit eodē modo: ꝓpter
abraham patrem eius. Benedictionē
omniū gentiū dedit illi dominus: et te-
stamentū suū confirmauit sup caput
iacob. Agnouit eū ī benedictionibꝫ su-
is: et dedit illi hereditatē: et diuisit illi
partem ī tribubꝫ duodecī. Et cōserua-
uit illi hoīes misericordie: inuenientes grati-
am ī cōspectu omīs carnis. c. xlv.

Dilectus deo et hominibus moy-
ses: cui⁹ memoria ī benedictione
ē. Similē illū fecit in gloria sanctoꝝ:
⁊ magnificauit eū ī timore inimicoꝝ:

et in verbis suis mōstra placauit. Glo-
rificauit illū in conspectu regū: ⁊ iussit
illi coram pplo suo: ⁊ ostendit illi glo-
riā suā. In fide et lenitate ipsi⁹ sanctū
fecit illū: ⁊ elegit eū ex omni carne. Au-
diuit eni eū et vocem ipsi⁹: ⁊ induxit
illū in nubem. Et dedit illi cor ad pre-
cepta et legem vite ⁊ discipline: docere
iacob testamentū suū: ⁊ iudicia sua i-
srahel. Excelsum fecit aaron fratrē suū:
et similē sibi de tribu leui. Statuit illi
testamentū eternū: ⁊ dedit illi sacerdo-
tium gentis: et beatificauit illū i glo-
ria. Et circūcinxit eū zona iusticie: et
induit eam stolā glorie: ⁊ coronauit
eum in vasis virtutis. Circūpedes et
femoralia et humerale posuit ei: ⁊ cin-
xit illū tintinabulis aureis plurimis
in giro: dare sonitū in incessu suo: au-
ditū facere sonitū in templo in memo-
riā filijs gentis sue. Stola sancta au-
ro et iacincto ⁊ purpura opus textile
viri sapientis iudicio ⁊ veritate predi-
ti. Torto cocco opus artificis: gemmis
pciosis figuratis in ligatura auri et
opere lapidarij sculptis in memoriā:
scdm numerū tribuū israhel. Corona
aurea sup mitram ei⁹ expressa signo
sctitatis: gloria honoris et opus
virtutis: desiderio oculoꝝ ornata. Sic
pulcra ante ipm nō fuerūt talia: usqꝫ
ad originē. Non est indutus illa alie-
nigena aliquis: sed tantū filij ipsius
soli et nepotes eius per omē tempus.
Sacrificia ipsi⁹ consūmata sūt igni
cottidie. Compleuit moyses manus
eius: ⁊ unxit illū oleo sancto. Factum
est illi i testamentū eternū et semini eius
sicut dies celi: fungi sacerdotio et ha-
bere laudē: et glorificare pplm suū in
nomine suo. Ipsū elegit ab omni vi-
uente: offerre sacrificiū deo: incensum
et bonū odorem: in memoriā placare
pro pplo suo. Et dedit illi i preceptis
suis potestatem: in testamentis iudici-
orum docere iacob testimonia: et in
lege sua lucem dare isrl. Quia contra
illū steterūt alieni: et pter inuidiā cir-
cundederūt illū homines in deserto qui
erant cū dathan ⁊ abiron: et congre-
gatio chore in iracundia. Vidit dns
deus et non placuit illi: et cōsumpti
sunt in impetu iracundie. Fecit illis
mōstra: et consumpsit illos i flāma i-
gnis. Et addidit aaron gloriā: ⁊ de-
dit illi hereditatē: et primicias frugū
terre diuisit illi. Panē ipsi⁹ in primis
parauit in sacietatem: nam et sacrifi-
cia dni edent: que dedit illi et semini
eius. Ceterū inter gentes nō heredita-
bit: ⁊ pars nō est illi in gente. Ipse est
eni pars ei⁹ ⁊ hereditas. Phinees fili⁹
eleazari tercius in gloria imitando eū
i timore dei: ⁊ stare i reuerentia gētis: i
bonitate et alacritate anime sue pla-
cuit deo isrl. Ideo statuit illi testamen-
tum pacis: et principē sanctoꝝ ⁊ gen-
tis sue: ut sit illi et semini ei⁹ sacerdotij
dignitas ineternū. Et testamentū da-
uid regi filio yesse de tribu iuda: here-
ditas ipi et semini eius: ut daret sapi-
entiā in cor nostrū iudicare gentē suā
i iusticia ne abolerent bona ipoꝝ: et
gloriā ipoꝝ i gētē eoꝝ eternā fecit. c.xlvi.
Fortis in bello ihesus naue succes-
sor moysi in pphetis: qui fuit
magnus scdm nomē suū: maximus
in salutem electorū dei: expugnare in-
surgentes hostes ut cōsequeretur here-
ditatem isrl. Quā gloriā adeptus est
in tollendo manus suas: ⁊ iactando
cōtra ciuitates romphea. Quis an-
te illū sic restitit? Nam hostes ipe dns
pcussit. Aut non in iracundia eius

impeditus est sol · et una dies facta est quasi duo? Invocavit altissimum potentem in oppugnando inimicos undique: et audivit illum magnus et sanctus deus · in saxis grandinis virtutis valde fortis. Impetum fecit contra gentem hostilem · et in descensu perdidit contrarios: ut cognoscant gentes potentiam eius · quia contra deum pugnare non est facile: et secutus est a tergo potentes. Et in diebus moysi misericordiam fecit ipse et caleph filius iephone · stare contra hostem: et prohibere gentem a peccatis: et perfringere murmur malicie. Et ipsi duo constituti · a periculo liberati sunt a numero sexcentorum milium peditum: inducere illos in hereditatem: in terram que manat lac et mel. Et dedit dominus ipsi caleph fortitudinem: et usque in senectutem permansit illi virtus · ut ascenderet in excelsum terre locum: et semen ipsius optinuit hereditatem. Et viderunt omnes filii israel: quia bonum est obsequi sancto deo. Et iudices singuli suo nomine · quorum non est corruptum cor: qui non aversi sunt a domino · ut sit memoria illorum in benedictione. Et ossa eorum pullulant de loco suo: et nomen eorum permanet in eternum: permanente ad filios illorum sanctorum virorum gloria. Dilectus a deo suo samuel propheta domini · renovavit imperium: et unxit principes in gente sua. In lege domini congregationem iudicavit: et vidit deum iacob: et in fide sua probatus est propheta. Et cognitus est in verbis suis fidelis: quia vidit deum lucis. Et invocavit dominum omnipotentem in oppugnando hostes circumstantes undique: in oblatione viri inviolati. Et intonuit de celo dominus: et in sonitu magno auditam fecit vocem suam: et contrivit principes tyriorum et omnes duces philistiim. Et ante tempus finis vite sue et seculi testimonium prebuit in conspectu domini et christi: pecunias et usque ad calciamenta ab omni carne non accepit: et non accusavit illum homo. Et post hoc dormivit · et notum fecit regi et ostendit illi finem vite sue: et exaltavit vocem eius de terra in prophetia delere impietatem gentis. Capitulum xlvii.

Post hec surrexit nathan propheta in diebus david. Et quasi adeps separatus a carne: sic david a filiis israel. Cum leonibus lusit quasi cum agnis: et in ursis similiter fecit sicut in agnis ovium. In iuventute sua numquid non occidit gigantem: et abstulit opprobrium de gente? In tollendo manum in saxo funde deiecit exultationem golie: ubi invocavit dominum omnipotentem. Et dedit in dextera eius tollere hominem fortem in bello: et exaltare cornu gentis sue. Sic in decem milibus glorificavit eum: et laudavit illum in benedictionibus domini: in offerendo illi coronam glorie. Contrivit enim inimicos undique: et extirpavit philistiim contrarios usque in hodiernum diem. Contrivit cornu ipsorum usque in eternum. In omni opere dedit confessionem sancto: et excelso in verbo glorie. De omni corde suo laudavit dominum: et dilexit deum qui fecit illum: et dedit illi contra inimicos potentiam. Et stare fecit cantores contra altare: et in sono eorum dulces fecit modos. Et dedit in celebrationibus decus: et ornavit tempora usque ad consummationem vite: ut laudarent nomen sanctum domini et amplificarent mane dei sanctitatem. Christus purgavit peccata illius: et exaltavit in eternum cornu eius. Et dedit illi testamentum regni: et sedem glorie in israhel. Post ipsum surrexit filius sensatus: et propter illum deiecit omnem potentiam inimicorum.

Salomon imperauit in diebꝫ pacis:
cui subiecit deus om̄es hostes ut con-
deret domū in nomine suo: ⁊ pararet
sanctitatē i sempiternū quēadmodū
eruditꝰ est ī iuuentute sua. Et impletꝰ
est quasi flumē sapientia: et terrā rete-
xit anima sua. Et replesti in cōparati-
onibꝫ enigmata: ad insulas longe
deuulgatū est nomē tuū: et dilectus es
in pace tua. In cantilenis et in puer-
bijs ⁊ cōparationibꝫ et interpretatōibꝫ
mirate sunt terre: et in nomine dn̄i
cui est cognomē deus isrl̄. Collegisti
quasi auricalcū aurū: ⁊ ut plumbum
complesti argentū: et inclinasti femo-
ra tua mulieribus. Potestatem habu-
isti in corpore tuo. Dedisti maculam
in gloria tua: et prophanasti semē tuū
inducere iracūdiā ad liberos tuos et
in ceteris stulticiā tuam: ut faceres im-
periū bipertitū et ex effraym imperare
imperiū durū. Deus aūt nō derelinquet
misericordiā suā et nō corrūpet neqꝫ
delebit opera sua: neqꝫ perdet a stirpe
nepotes electi sui: et semē eius qui dili-
git dn̄m non corrūpet. Dedit autem
reliquū iacob et dauid de ipā stirpe: ⁊
finē habuit salomon cū patribꝫ suis.
Et dereliquit post se de semine suo gētisꝰ
stulticiā ⁊ imminutū a prudētia robo-
am: qui auertit gentē consilio suo: et
ieroboam filiū nabath qui peccare fe-
cit isrl̄: et dedit uiā peccādi effraym: et
plurima redūdauerūt peccata ipsorū.
Valde enī auerterūt illos a terra sua:
Et quesiuit om̄es nequicias usqꝫ dū
perueniret ad illos defensio: et ab o-
mnibus peccatis liberauit eos. c. xlviii.

Et surrexit helias propheta q̄si ignis:
et verbū ipsius quasi facula ar-
debat. Qui induxit in illos famē: et i-
mitantes illū inuidia sua pauci facti
sunt. Nō enī poterāt sustinere p̄cepta
dn̄i. Verbo dn̄i cōtinuit celū: et deiecit
a se ignē terre. Sic āplificatꝰ ē helias
in mirabilibus suis. Et quis potest
similiter gloriari tibi? Qui sustulisti
mortuū ab inferis de sorte mortis in
verbo dn̄i dei: qui deiecisti reges ad
perniciē: et confregisti facile potentiā
ipsorū: et gloriosos de lecto suo. Qui
audis in syna iudiciū: et in oreb iudi-
cia defensionis. Qui ungis reges ad
penitentiam: ⁊ prophetas facis succes-
sores tuos post te. Qui receptus es in
turbine ignis in curru equorū igneorū:
qui inscriptꝰ es in iudicijs temporū: le-
nire iracūdiam dn̄i: conciliare cor pa-
tris ad filiū: et restituere tribus iacob.
Beati sunt qui te viderūt: ⁊ ī amicicia
tua decorati sūt. Nā nos vita viuimꝰ
tantū: post mortem aūt non erit tale
nomē nostrū. Helias qui in turbine
tectus est: et in heliseo completus est
spiritus eius. In diebꝫ suis nō pertimu-
it principē: et potentia nemo vicit il-
lum. Nec superauit illū verbū aliqd:
et mortuū prophetauit corpus eius. In
vita sua fecit monstra: et in morte ope-
ratus est mirabilia. In om̄ibus istis
non penituit populus et non recesserūt a
peccatis suis: usqꝫ dum abiecti sunt de
terra sua et dispsi sunt in omnē terrā:
et relicta est gens pauca: et princeps
in domo dauid. Quidam ipsorū fece-
runt qd placeret deo: alij aūt multa
cōmiserunt peccata. Ezechias muni-
uit ciuitatem suam et induxit ī mediū
eius aquam: et fodit ferro rupem: et
edificauit ad aquam puteū. In diebꝫ
ipsiꝰ ascendit sennacherib et misit ra-
psacen et sustulit manū suam contra
illos: et extulit manū suam in syon: ⁊
supbus factus est potentia sua. Tunc

mota sūt corda ⁊ manꝰ ipsoꝝ: et dolue-
runt q̄si parturientes mulieres. Et in-
uocauerūt dn̄m misericordē: ⁊ expādē-
tes manꝰ suas extulerūt ad celum: et
sanctus dn̄s deus audiuit cito vocem
ipsoꝝ. Non est cōmemoratꝰ peccatoꝝ
ipsoꝝ: neq3 dedit illos inimicis suis:
sed purgauit illos ī manu ysaie sācti
prophete. Deiecit castra assirioꝝ: et
cōtriuit illos angelus dn̄i. Nā fecit
ezechias qđ placuit deo: et fortiter iuit ī
via dauid pr̄is sui: quā mandauit illi
ysaias ꝑpheta magnus et fidelis ī con-
spectu dei. In diebꝫ ipsiꝰ retro rediit sol:
⁊ addidit regi vitā. Spiritu magno
vidit vltima: et consolatꝰ ē lugentes
syon·vsq3 ī sempiternū. Ostendit futu-
ra ⁊ abscōdita: ātequā euenirēt. c.xlix

Memoria iosie ī compositione odo-
ris facta: opus pigmentarij. In
omī ore q̄si mel indulcabit eiꝰ memo-
ria: et ut musica ī conuiuio vini. Ipse
est directꝰ diuinitꝰ in penitentia gētis:
et tulit abominationes impietatis:
⁊ ad dn̄m gubernauit cor ipsiꝰ: ⁊ ī die-
bus peccatoꝝ corroborauit pietatem.
Preter dauid ⁊ ezechiam ⁊ iosyam o-
mnes peccatū commiserūt: nā reliquē-
runt legem altissimi reges iuda: ⁊ con-
tempserūt timorem dei. Dederūt eni re-
gnum suū alijs: et gloriā suā alieni-
gene genti. Incenderūt electā ciuitatē
sanctitatis: ⁊ desertas fecerūt vias ipsiꝰ
ī manu ieremie. Nam male tractaue-
runt illū·q̄ a ventre matris consecratꝰ
est ꝑpheta·euertere et eruere ⁊ ꝑdere: et
iterū edificare ⁊ renouare. Ezechiel·qui
vidit cōspectum glorie: quā ostendit
illi in curru cherubin. Nam cōmemo-
ratus est inimicoꝝ in ymbri: benefacere
illis qui ostenderūt rectas vias. Et
duodecim ꝓphetaꝝ ossa pullulant de
loco suo. Nā corroborauerūt iacob:
et redemerūt se ī fide virtutis. Quomō
amplificemꝰ zorobabel? Nam et ipse
quasi signū ī dextera manu isrl̄. Et ihe-
sum filiū iosedech? Qui in diebꝫ suis
edificauerūt domū: et exaltauerūt tem-
plum sanctum dn̄o: paratū in gloriā
sempiternā. Et neemias in memoria
multi temporis: qui erexit nobis mu-
ros euersos·⁊ stare fecit portas ⁊ seras:
q̄ erexit domos nostras. Nemo natꝰ
est in terra qualis enoch: nā et ipse re-
ceptꝰ est a terra. Et ioseph qui natꝰ est
homo princeps fratrū·firmamētum
gētis·rector fratrū·stabilimētum ꝑplī:
⁊ ossa ipsiꝰ visitata sunt: ⁊ post mortē
ꝓphetauerūt. Seth·et sem apud ho-
mines gloriā adepti sūt: et sup omnē
animā in origine adam. cap. l.

Simon onie filius sacerdos ma-
gnus: qui in vita sua suffulsit
domū: et ī diebus suis corroborauit
templū. Templi etiā altitudo ab ipso
fundata est: duplex edificatō·et excelsa
parietes templi. In diebus ipsius ema-
nauerunt putei aquaꝝ: et quasi mare
adimpleti sunt supra modū. Qui cu-
rauit gentem suā: et liberauit eā a per-
ditōne. Qui ꝑualuit amplificare ciui-
tatem: q̄ adeptus est gloriā ī cōuersati-
one gētis: et ingressum domus ⁊ atrij
amplificauit. Quasi stella matutina
in medio nebule: et quasi luna plena
in diebus suis lucet: ⁊ quasi sol reful-
gens·sic ille effulsit ī templo dei. Qua-
si arcꝰ refulgens int̄ nebulas glorie:
et quasi flos rosaꝝ in diebus vernis·⁊
quasi lilia que sunt in transitu aque:
⁊ q̄si thus redolēs ī diebꝫ estatis. Qua-
si ignis effulgens et thus ardens in i-
gne: q̄si vas auri solidū ornatū omī
lapide p̄cioso. Quasi oliua pullulās:

⁊ cipressus ī altitudine se extollēs. In
accipiendo ipm stolā glorie ⁊ vestiri
eū in consūmatōne virtutis: ī ascensu
altaris sancti gloriā dedit sanctitatis
amictū. In accipiendo aūt partes de
manu sacerdotū et ipe stans iuxta a-
ram: et circa illū corona fratrū quasi
plantatō cedri ī mōte libano: sic circa
illū steterūt quasi rami palme et omēs
filij aaron in gloria sua. Oblatō au-
tem dūi in manibus ipsoꝝ corā omī
sinagoga isrl: ⁊ cōsūmatione fungēs
in aram- amplificare oblationē excel-
si regis porrexit manū suā ī libatōne.
et libauit de sanguine uve. Effudit ī
fundamēta altaris odorem diuinū
excelso principi. Tunc exclamauerunt
filij aaron: et in tubis ꝑductilibus so-
nuerūt: et auditā fecerūt vocē magnā
in memoriā coram deo. Tunc omnis
ꝑplus simul ꝑperauerūt: et ceciderūt in
faciē sup terram adorare dūm deum
suū: ⁊ dare pces omīpotenti deo excelso.
Et amplificauerūt psallentes in voci-
bus suis: et ī magna domo auctus est
sonꝰ suauitatis plenus. Et rogauit
ꝑplus dūm excelsum in pce usq; dum
pficeretur honor dūi: et munꝰ suū pfe-
cerūt. Tunc descendēs- manꝰ suas extu-
lit in omnē cōgregatōnem filioꝝ isrl:
dare gloriā deo a labijs suis: ⁊ in no-
mine ipsiꝰ gloriari. Et iterauit orati-
onem suā: volens ostendere virtutem
dei. Et plus orauit deum omniū: qui
magna fecit in omī terra: qui auxit di-
es nostros a ventre matris nostre et
fecit nobiscū scdm suā misericordiā.
Det nobis iocūditatē cordis ⁊ fieri pa-
cem ī diebꝫ nostris in isrl p dies sempi-
ternos: credere isrl misericordiam dei esse
nobiscum: ut liberet nos in diebꝫ suis.
Duas gentes odit anima mea: tercia
autem nō est gens quā oderim. Qui
sedent in monte seyr- et philistiim: et
stultꝰ ꝑplus qui habitat in sychimis.
Doctrinā sapiētie ⁊ discipline scripsit
ī codice isto ihesꝰ filiꝰ syrach iherosoli-
mita: q renouauit sapientiā de corde
suo. Beatus qui ī istis versatꝰ bonis.
Qui ponit illa in corde suo: sapiēs erit
semp. Si eni hec fecerit ad omia vale-
bit: quia lux dei vestigium eius est.

Oracio ihesu filij syrach

Confitebor tibi dñe rex: et collau-
dabo te deum saluatorē meum.
Cōfitebor nomini tuo qm adiu-
tor et protector factus es michi: et libe-
rasti corpꝰ meū a pdicione- a laqueo
lingue inique- et a labijs operantiū
mendaciū: et in cōspectu astantiū factꝰ
es michi adiutor. Et liberasti me secun-
dum multitudinem misericordie no-
minis tui a rugiētibꝫ ꝑparatis ad escā.
de manibus querentiū animā meam.
et de portis tribulatōnum que circum-
dederunt me: a pressura flamme que
circumdedit me: et ī medio ignis nō
sum estuatꝰ. De altitudine ventris in-
feri et a lingua coinquinata ⁊ a verbo
mendacij: a rege iniquo: et a lingua
iniusta. Laudabit usq; ad mortē ani-
ma mea dūm: et vita mea appropin-
quās erat inferno deorsum. Circumde-
derūt me undiq;: ⁊ nō erat q adiuua-
ret. Respiciēs erā ad adiutoriū hominū:
et nō erat. Memoratꝰ sū misericordie
tue dñe et cooperatōnis tue que a se-
culo sunt: qm̄ eruis sustinentes te do-
mine- ⁊ liberas eos de manu gentiū.
Exaltasti sup terram habitationem
meam: ⁊ pro morte defluētē deprecatꝰ
sum. Inuocaui dominū patrē domini
mei: ut nō derelinquat me ī die tribu-
latōnis mee- et in tempore suꝑborum

sunt adiutorio, laudabo nomē tuum
assidue: et collaudabo illud in cōfessio-
ne: et exaudita est oratio mea. Et libe-
rasti me de pdicione: et eripuisti me de
tempore iniquo. Propterea cōfitebor
et laudem dicā tibi: et benedicā nomi-
ni dn̄i cū adhuc iunior sum. Priusq̄
oberrarem quesiui sapientiā palam ī
oratione mea: āte temp⁹ postulabā p
illa: et usq; in novissimis inquirā eā.
et florebit tanq̄ p̄cox uua. Letatū ē cor
meū in ea: ambulauit pes me⁹ iter re-
ctum: ī iuuentute mea investigabam
eā. Inclinaui modice aurem meā: et
excepi illā. Multam inueni in meme-
tipso sapientiam: et multū profeci ī ea.
Danti michi sapientiā dabo gloriā.
Consiliatus sū eni ut facerem illā: ze-
latus sum bonū et non confundar.
Colluctata est anima mea ī illa: et in
faciendo eā cōfirmatus sum. Manus
meas extendi ī altū: et in sapientia ei⁹
luxit aīa mea: et ignorātias meas il-
luminauit. Animā meam direxi ad
illam: et in agnitione inueni eā. Pos-
sedi cum ipa cor ab initio: pp̄ter hoc
nō derelinquar. Venter meus contur-
batus ē querendo illā: ppterea bonā
possidebo possessionē. Dedit eni mi-
chi dn̄s linguam mercedem meam:
et in ipa laudabo eū. Appropiate ad
me indocti: et congregate vos ad do-
mum discipline. Quid adhuc retar-
datis: et quid dicitis in hijs? Anime
vestre sitiūt vehemēter. Aperui os me-
um: et locut⁹ sum. Comparate vobis
sine argento sapientiā: et collū vestrū
subicite iugo eius: et suscipiat anima
vestra disciplinā. In proximo est eni
invenire eam. Videte oculis vestris
quia modicū laboraui: et inueni mi-
chi multā requiē. Assumite disciplinā
in multo numero argenti: et copi-
osum aurū possidete in ea. Letetur ani-
ma vr̄a in misericordia eius: et non
cōfundemini in laude ei⁹. Operamini
opus vr̄m āte temp⁹: et dabit vobis
mercedē vestram in tp̄e suo. Explicit
liber ecclesiasticus. Oratio salomonis.

Et inclinauit salomō genua sua ī
conspectu totius ecclesie israhel:
et aperuit man⁹ suas ad celum
et dixit. Dn̄e deus isrl' nō est tibi sīilis
deus in celo sursum neq; in terra deor-
sum: qui custodis testamentū tuū et
misericordiā pueris tuis euntibus in
conspectu tuo in toto corde. Seruans pue-
ro tuo dauid que locut⁹ es illi: et locu-
tus es in ore tuo et in manu tua im-
plesti, sicut dies iste. Et nūc dn̄e de⁹ isra-
hel custodi puero tuo dauid patri me-
o que locut⁹ es illi dicens. Non dee-
rit tibi vir a facie mea sedens in thro-
no isrl'. Verūtamē si custodierint filij
tui legem meam: et ī p̄ceptis meis am-
bulent, sicut ābulauerunt ī conspectu
meo fideles. Et nūc dn̄e deus israhel
creditū ē verbū qd̄ locut⁹ es puero tu-
o dauid: quā si vere habitauit deus
cū hominibꝫ ī terra. Si celū celi nō suffi-
ciāt tibi: quāto magis dom⁹ hec quā e-
dificaui. Sed respicias ad orōnē servi
tui, et deprecationē ei⁹: ut exaudias dn̄e
placationē orationis, quā puer tuus
orat corā te hodie, ut sint oculi tui sup
domū hāc die ac nocte, ī locū quē di-
xisti invocari nomē tuū: et exaudias
oratōnē quā puer tu⁹ orat ī hoc loco.
et exaudias precatōnē pueri tui et ppli
tui isrl', si orauerit ī loco isto: et exaudi-
as ī loco habitationis de celo et exau-
dias et ppici⁹ sis, si peccauerit vir ī te.
Explicit oratio salomonis. Incipit
prologus in ysaiam prophetam.

Nemo cum prophetas versibus viderit esse descriptos metro eos estimet apud hebreos ligari et aliquid simile habere de psalmis vel operibus salomonis. Sed quod in demostene et tullio solet fieri: ut per cola scribantur et commata: qui utique prosa et non versibus conscripserunt. Nos quoque utilitati legentium providentes: interpretationem novam novo scribendi genere distinximus. Ac primum de ysaia sciendum quod in sermone suo disertus sit: quippe ut vir nobilis et urbane elegantie: nec habens quicquam in eloquio rusticitatis ammixtum. Unde accidit: ut pre ceteris florem sermonis eius translatio non potuerit conservare. Deinde etiam hoc adiciendum: quod non tam propheta dicendus sit quam evangelista. Ita enim universa christi ecclesieque misteria ad liquidum persecutus est: ut non eum putes de futuro vaticinari: sed de preteritis historiam texere. Unde conicio noluisse tunc temporis septuaginta interpretes fidei sue sacramenta perspicue ethnicis prodere: ne sanctum canibus et margaritas porcis darent: que cum hanc editionem legeritis ab illis animadvertetis abscondita. Nec ignoro quanti laboris sit prophetas intelligere: nec facile quempiam posse iudicare de interpretatione: nisi intellexerit ante que legerit. Nos quoque patere morsibus plurimorum: qui stimulante invidia quod consequi non valent despiciunt. Sciens ergo et prudens in flammam mitto manum: et nichilominus hoc a fastidiosis lectoribus precor: ut quomodo greci post septuaginta translatores aquilam et symachum et theodotionem legunt: vel ob studium doctrine sue: vel ut septuaginta magis ex collatione eorum intelligant: sic et isti saltem unum post priores habere dignentur interpretem. Legant prius et postea despiciant: ne videantur non ex iudicio: sed ex odii presumptione ignorata dampnare. Prophetavit autem ysaias in iherusalem et in iudea necdum decem tribubus in captivitatem ductis: ac de utroque regno nunc commixtim nunc separatim texit oraculum. Et cum interdum ad presentem respiciat historiam et post babilonie captivitatem reditum populi significet in iudeam: tamen omnis eius cura de vocatione gentium et de adventu christi est. Quem quanto plus amatis o paula et eustochium: tanto magis ab eo petite: ut pro obtrectatione presenti qua me indesinenter emuli laniant: ipse michi mercedem restituat in futuro: qui scit me ob hoc in peregrine lingue eruditione sudasse: ne iudei de falsitate scripturarum ecclesiis eius diutius insultarent.

Explicit prologus. Incipit ysaias propheta. c. i.

Visio ysaie filii amos: quam vidit super iudam et iherusalem in diebus ozie ioathan achaz et ezechie regum iuda. Audite celi et auribus percipe terra: quoniam dominus locutus est. Filios enutrivi et exaltavi: ipsi autem spreverunt me. Cognovit bos possessorem suum: et asinus presepe domini sui. Israhel autem me non cognovit: et populus meus non intellexit. Ve genti peccatrici: populo gravi iniquitate: semini nequam: filiis sceleratis. Dereliquerunt dominum: blasphemaverunt sanctum israhel: abalienati sunt retrorsum. Super quo percutiam vos ultra: addentes prevaricationem? Omne caput languidum: et omne cor merens. A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas. Vulnus et livor et plaga tumens: non est circumligata nec curata medicamine: neque

sora oleo. Terra vestra deserta: ciuitates
vestre succense igni. Regionē vestram
coram vobis alieni deuorant: et deso-
labitur sicut in vastitate hostili. Et de-
relinquetur filia syon ut umbraculū ī
vinea: et sicut tuguriū ī cucumerario:
sicut ciuitas que vastatur. Nisi dñs
exercituū reliquisset nobis semen qua-
si sodoma fuissemꝰ: ⁊ quasi gomorra
similes essemus. Audite verbum dñi
principes sodomoꝝ: pcipite auribus
legem dei vestri ꝑplus gomorre. Quo
michi multitudinē victimaꝝ vr̄aꝝ di-
cit dñs? Plenus sum. Holocausta ari-
etum ⁊ adipem pinguiū et sanguinem
vitulorꝝ ⁊ agnorꝝ et hircoꝝ nolui. Cū
veniretis ante cōspectū meū: quis que-
siuit hec de manibꝫ vestris · ut ambu-
laretis ī atrijs meis? Ne offeratis ul-
tra sacrificiū frustra. Incensū abomi-
natio est michi. Neomeniā ⁊ sabbatū
et festiuitates alias non ferā. Iniqui
sunt cetus vestri. Kalendas vestras · ⁊
solemnitates vestras odiuit anima
mea. Facta sunt michi molesta. Labo-
raui sustinens. Et cū extenderitis ma-
nus vestras auertam oculos meos a
vobis: et cū multiplicaueritis oratio-
nem nō exaudiā. Manꝰ enī vestre san-
guine plene sūt. Lauamini · mūdi esto-
te: auferte malū cogitationū vestraꝝ
ab oculis meis. Quiescite agere puer-
se: discite benefacere. Querite iudicium ·
subuenite oppresso · iudicate pupillo ·
defendite viduā: et venite et arguite
me dicit dñs. Si fuerint peccata vr̄a
ut coccinum · quasi nix dealbabūtur:
et si fuerint rubra quasi vermiculus:
velut lana alba erūt. Si volueritis et
audieritis me: bona terre comedetis.
Qđ si nolueritis · et me ad iracūdiam
prouocaueritis: gladius deuorabit
vos: quia os dñi locutū est. Quomō
facta est meretrix ciuitas fidelis: plena
iudicij? Iusticia habitauit in ea: nūc
autem homicide. Argentū tuū versū
est in scoriam: vinū tuū mixtū ē aqua.
Principes tui infideles: socij furum.
Omnes diligūt munera: secūtur retri-
butiones. Pupillo nō iudicāt: ⁊ cau-
sa vidue non ingredit̄ ad illos. Pro-
pter hoc ait dñs deus exercituū fortis
israhel. Heu ego consolabor sup hosti-
bus meis: et vindicabor de inimicis
meis. Et cōuertā manū meā ad te: et
excoquā ad purū scoriā tuā: ⁊ auferā
omne stānum tuū: et restituā iudices
tuos ut fuerūt prius · ⁊ cōsiliarios tu-
os sicut ātiquitꝰ. Post hec vocaberis
ciuitas iusti: urbs fidelis. Syon ī iu-
dicio redimetur: ⁊ reducent eā in iusti-
ciam. Et conteret scelestos ⁊ peccatores
simul: et qui dereliquerūt dñm consu-
mentur. Confundentur enī ab ydolis
quibꝫ sacrificauerūt. Et erubescetis su-
per ortis q̄s elegeratis: cū fueritis ve-
lut quercus defluentibꝫ folijs: ⁊ velut
ortꝰ absqꝫ aqua. Et erit fortitudo vr̄a
ut fauilla stuppe: et opus vestrū qua-
si scintilla: et succendetur utrūqꝫ si-
mul: et non erit qui extinguat. c. ii.
Verbū qđ vidit ysaias filiꝰ amos
sup iudā ⁊ iherusalē. Et erit in
nouissimis diebꝫ ꝑparatꝰ mons do-
mus domini ī vertice mōtiū: et eleua-
bit̄ super colles. Et fluent ad eū omnes
gentes: et ibūt ꝑpli multi ⁊ dicent. Ve-
nite ascendamꝰ ad montem dñi · et ad
domū dei iacob: et docebit nos vias
suas et ambulabimꝰ in semitis eius:
quia de syon exibit lex: et verbū dñi de
iherusalē. Et iudicabit gentes: ⁊ argu-
et ꝑplos multos. Et conflabūt gladios
suos ī vomeres: ⁊ lanceas suas in falces

Non leuabit gens cõtra gentem gla-
dium: nec exercebuntur ultra ad ꝓliũ.
Domus iacob: venite et ambulemus
in lumine dei nostri. ꝓiecisti eñi ꝑlm
tuũ domũ iacob: quia repleti sunt ut
olim: et augures habuerũt ut phili-
stijm: ⁊ pueris alienis adheserũt. Re-
pleta est terra argẽto et auro: et non
est finis thesauroꝝ eius. Et repleta ẽ
terra eiꝰ equis: et innumerabiles qua-
drige eius. Et repleta est terra eiꝰ ydo-
lis. Opus manuũ suaꝝ adorauerũt:
qđ fecerũt digiti eoꝝ. Et incuruauit se
homo: ⁊ humiliatꝰ est vir. Ne ergo
dimittas eis. Ingredere in petrã ⁊ ab-
scondere ĩ fossa humo a facie timoris
dñi ⁊ a gloria maiestatis eius. Oculi
sublimis hominis humiliati sunt: ⁊
incuruabit altitudo viroꝝ. Exaltabit
aũt dñs solus in die illa: quia dies
dñi exercituũ sup omnẽ supbum et ex-
celsũ ⁊ sup omnẽ arrogantẽ ⁊ humili-
abit: et sup om̃es cedros libani subli-
mes ⁊ erectas ⁊ sup oẽs quercꝰ basan
et sup oẽs mõtes excelsos ⁊ sup om̃es
colles eleuatos: et sup omnẽ turrẽ ex-
celsã et sup omnẽ muꝝ munitũ: ⁊ sup
om̃es naues tharsis: ⁊ sup om̃e qđ vi-
su pulcrum est. Et incuruabitur om̃is
sublimitas hominũ: ⁊ humiliabitur
altitudo viroꝝ. Et eleuabit dñs solus
in die illa: ⁊ ydola penitus cõterentur.
Et introibũt in speluncas petraꝝ et ĩ
voragines terre a facie formidinis do-
mini ⁊ a gloria maiestatis eius: cum
surrexerit ꝑcutere terrã. In die illa ꝓiciet
et homo ydola argenti sui et simula-
cra auri sui que fecerat sibi: ut adora-
ret talpas et vespertiliones. Et ingredi-
etur scissuras petraꝝ et ĩ cauernas saxo-
rum a facie formidinis domini et a
gloria maiestatis eius: cum surrexerit
percutere terram. Quiescite ergo ab ho-
mine cuius spiritus in naribus eius
est: qꝛ excelsus reputatꝰ est ipse. c. iii.
Ecce eñi dñator dñs exercituũ au-
feret ab ierusalẽ ⁊ ab iuda vali-
dum et fortẽ: omne robur panis et o-
mne robur aque: et fortem et virũ bel-
latorem: ⁊ iudicem et prophetam et a-
riolũ et senem: principẽ sup quinqua-
ginta et honorabilem vultu: ⁊ consi-
liariũ et sapientem de architectis: et
prudentem eloquij mistici. Et dabo
pueros principes eorum: ⁊ effeminati
dñabunt eis. Et corruet ꝑplus vir ad
virũ: unusquisqꝫ ad ꝓximũ suũ. Tu-
multuabit puer contra senem: et igno-
bilis contra nobilem. Apprehendet e-
nim vir fratrem suũ domesticũ patris
sui: et dicet. Vestimentũ tibi est: prin-
ceps esto noster: ruina autem hec sub
manu tua. Respondebitqꝫ in die illa
dicens. Non sum medicus: et ĩ domo
mea non est panis neqꝫ vestimentum.
Nolite constituere me principem ꝑpli.
Ruit enim ierusalẽ ⁊ iudas cõcidit:
quia lingua eoꝝ et adinuentiones eo-
rum contra dñm: ut ꝓuocarent ocu-
los maiestatis eius. Agnitio vultus
eoꝝ respondebit eis: et peccatũ suum
q̄si sodoma ꝑdicauerũt: nec abscõde-
runt. Ve aĩe eoꝝ: qm̄ reddita sunt eis
mala. Dicite iusto qm̄ bene: qm̄ fructũ
adinuentionũ suaꝝ comedet. Ve im-
pio in malũ. Retributio enim manuũ
eiꝰ fiet ei. Populũ meũ exactores sui
spoliauerũt: ⁊ mulieres dñate sunt eis.
Popule meus qui te beatũ dicũt ipi
te decipiũt: et viã gressuũ tuoꝝ dissi-
pant. Stat ad iudicandũ dñs: ⁊ stat
ad iudicandos ꝑplos. Dñs ad iudi-
cium veniet cum senibꝰ ꝑpli sui ⁊ prin-
cipibꝰ eius. Vos enim depasti estis

uineam meā: et rapina pauperis ī do-
mo vestra. Quare atteritis ppl'm meū:
⁊ facies pauperū cōmolitis dicit dñs
deus exercituū? Et dixit dñs deus. Pro
eo q elevate sunt filie syon et ābulaue-
runt extento collo · ⁊ nutibꝫ oculorū
ibant et plaudebant · et ambulabāt ·
et pedibus suis composito gradu ince-
debant: decalvabit dñs verticem fili-
arum syon: ⁊ dñs crinem earꝫ nudabit.
In die illa auferet dñs ornamentum
calciamētorꝫ ⁊ lunulas et torques et
monilia et armillas ⁊ mitras ⁊ discri-
minalia ⁊ periscelidas et murenulas
et olfactoriola et inaures et anulos
et gemmas in fronte pēdentes: et mu-
tatoria · et palliola · ⁊ linteamina et a-
cus et specula · et sindones et uittas et
theristra. Et erit p suaui odore fetor: et
pro zona funiculus: et pro crispanti
crine caluicium. Pulcherrimi quoqꝫ ui-
ri tui gladio cadent: et fortes tui in
plio. Et merebūt atqꝫ lugebunt porte
eius: et desolata in terra sedebit. c. iiii.

Et apprehendent septem mulieres
virū unū ī die illa dicentes. Pa-
nem nostrū comedemꝰ · et vestimentis
nostris operiemur: tantummodo in-
uocetur nomen tuum sup nos: aufer
opprobriū nostrū. In die illa erit ger-
men dñi in magnificentia ⁊ gloria: ⁊
fructus terre sublimis: et exultatio hijs
qui saluati fuerint de israhel. Et erit o-
mnis qui relictus fuerit in syon et resi-
duus in iherusalē: sanctus vocabitur
omīs qui scriptus est in vita in iheru-
salem. Si abluerit dñs sordē filiarꝫ sy-
on et sanguinem iherusalem lauerit
de medio eius: in spiritu iudicij et spi-
ritu ardoris. Et creabit dñs sup omnē
locū mōtis syon · ⁊ ubi inuocatꝰ ē nu-
bem p diē: ⁊ fumū ⁊ splendorem ignis
flāmantis ī nocte. Sup omnē enim
gloriā protectio: ⁊ tabernaculū erit ī um-
braculū diei ab estu: et ī securitatem et
abscōsionē a turbine ⁊ a pluuia. c. v.

Cantabo dilecto meo canticū pa-
truelis mei · vinee sue. Vinea fa-
cta est dilecto meo in cornu filio olei.
Et sepiuit eā: et lapides elegit ex illa:
et plantauit vineam electam. Et edifi-
cauit turrem in medio eiꝰ: et torcular
extruxit in ea. Et expectauit ut faceret
uuas: et fecit labruscas. Nunc ergo
habitatores iherusalē et viri iuda iu-
dicate inter me ⁊ inter vineam meam.
Quid ē q ultra facere debui vinee mee
et nō feci ei? An q expectaui ut faceret
uuas: et fecit labruscas? Et nūc osten-
dam vobis quid ego faciā vinee mee.
Auferam sepem eius et erit ī direptio-
nem: diruā maceriā eius et erit in cōculca-
tionē: et ponā eam desertā. Nō puta-
bitur ⁊ non fodietur: ⁊ ascendent sup
eam vepres ⁊ spine: et nubibus man-
dabo ne pluāt sup eam ymbrem. Vi-
nea autem dñi exercituū domus isrl'
est: et vir iuda germē eius delectabile.
Et expectaui ut faceret iudiciū et ecce
iniquitas: et iusticiam: et ecce clamor.
Ve qui cōiungitis domū ad domū:
et agrū agro copulatis usqꝫ ad termi-
num loci. Numquid habitabitis vos
soli in medio terre? In auribus meis
sunt hec: dicit dñs exercituū. Nisi domꝰ
multe deserte fuerint grandes et pul-
cre: et absqꝫ habitatore. Decem enim
iugera vinearꝫ faciēt lagunculā unā:
et triginta modij sementis facient mo-
dios tres. Ve q̄ consurgitis mane ad
ebrietatem sectandā: et potandū usqꝫ
ad vesperam ut vino estueris. Cythara
⁊ lira ⁊ tympanū et tybia et vinū ī
cōuiuijs vestris: ⁊ opus domini non

respicitis: nec opera manuū eius con-
sideratis. Propterea captiuus ductꝰ
est ppłs meus quia nō habuit sciē-
tiam: et nobiles eiꝰ interierunt fame:
⁊ multitudo eiꝰ siti exaruit. Propterea
dilatauit infernus animā suā: ⁊ ape-
ruit os suū absqꝫ ullo termino. Et de-
scendēt fortes eiꝰ: ⁊ ppłs eiꝰ ⁊ sublimes
gloriosiqꝫ eiꝰ ad eū. Et incuruabit ho-
mo et humiliabitur vir: ⁊ oculi subli-
miū deprimentur. Et exaltabitur do-
minus exercituū in iudicio: ⁊ deꝰ san-
ctus sanctificabitur in iusticia. Et pas-
centur agni iuxta ordinē suū: ⁊ deserta
in vbertatem versa aduene comedent.
Ve qui trahitis iniquitatem in fu-
niculis vanitatis: ⁊ quasi vinculum
plaustri peccatū. Qui dicitis festinet ⁊
cito veniat opus eius ut videamus:
et appropiet et veniat consiliū sancti
israhel: et sciemus illud. Ve qui dicitis
malū bonū ⁊ bonū malū: ponentes
tenebras lucem ⁊ lucem tenebras: po-
nentes amarū in dulce ⁊ dulce ī amarū.
Ve qui sapientes estis in oculis vr̄is:
et coram vobismetipsis prudētes. Ve
qui potentes estis ad bibendū vinū:
et viri fortes ad miscendam ebrietatē.
Qui iustificatis impiū p muneribꝫ: ⁊
iusticiā iusti auferetis ab eo. Propter
hoc sicut deuorat stipulā lingua ignis:
et calor flāme exurit: sic radix eorū q̄si
fauilla erit: ⁊ germen eorū ut puluis
ascendet. Abiecerūt enī legem domini
exercituū: ⁊ eloquiū sancti isrl̄ blasphe-
mauerūt. Ideo iratus est furor dn̄i in
ppłm suū: ⁊ extendit manū suā sup eū:
et percussit eū. Et cōturbati sunt mōtes:
⁊ facta sunt morticina eorū quasi ster-
cus in medio platearū. In hijs omībꝫ
non est auersus furor eius: sed adhuc
manus eiꝰ extenta. Et eleuabit signū
in nationibus procul: ⁊ sibilabit ad eū
de finibus terre et ecce festinus velocit
veniet. Non est deficiens neqꝫ laborās
in eo: non dormitabit neqꝫ dormiet:
neqꝫ soluetur cingulū renū eius: nec
rumpetur corrigia calciamēti eiꝰ. Sa-
gitte eius acute: et omēs arcus eiꝰ ex-
tenti. Vngule equorū eius ut silex: ⁊ ro-
te eius quasi impetꝰ tempestatis. Ru-
gitus eius ut leonis: rugiet ut catuli
leonū. Et frendet ⁊ tenebit predam: et
amplexabitur ⁊ non erit qui eruat: et
sonabit sup eum in die illa sicut soni-
tus maris. Aspiciemus in terram et
ecce tenebre tribulationis: et lux ob-
tenebrata est in caligine eius. c. vi.
In anno quo mortuus est rex ozyas
vidi dn̄m sedentem sup soliū excelsum
et eleuatū: ⁊ plena erat domus a maie-
state eius: et ea que sub ip̄o erant im-
plebāt templū. Seraphin stabant su-
per illud: sex ale uni: et sex ale alteri.
Duabꝫ velabāt faciē eiꝰ: ⁊ duabꝫ vela-
bant pedes eiꝰ: ⁊ duabꝫ volabāt. Et cla-
mabāt alter ad alterū: et dicebāt. San-
ctus sanctus sanctꝰ dn̄s deus exerci-
tuum: plena est omīs terra gloria eiꝰ.
Et cōmota sunt sup liminaria car-
dinū a voce clamātis: ⁊ domus reple-
ta ē fumo. Et dixi. Ve michi q̄a tacui:
q̄a vir pollutꝰ labijs ego sum: et ī me-
dio ppłi polluta labia habentis ego
habito: et regem dn̄m exercituū vidi o-
culis meis. Et volauit ad me unus
de seraphin ⁊ in manu eius calculꝰ
quē forcipe tulerat de altari: ⁊ tetigit os
meū et dixit. Ecce tetigi hoc labia tua:
et auferetur iniquitas tua: et peccatū
tuū mūdabitur. Et audiui vocē dn̄i
dicentis. Quē mittam: ⁊ quis ibit no-
bis? Et dixi. Ecce ego: mitte me. Et
dixit. Vade: ⁊ dices ppło huic. Audite

audientes ⁊ nolite intelligere: ⁊ videte
visionem et nolite cognoscere. Exceca
cor ppli huiꝰ et aures eius aggraua- ⁊
oculos eius claude: ne forte videat o-
culis suis et auribus suis audiat et
corde suo intelligat: ⁊ conuertatur et
sanē eum. Et dixi. Vsquequo dn̄e? Et
dixit. Donec desolent̄ ciuitates absq;
habitatore: et domꝰ sine homine. Et
terra relinquet̄ deserta: et longe faciet
dn̄s homines. Et multiplicabitur q̄
derelicta fuerat ī medio terre: ⁊ adhuc
in ea decimatio. Et cōuertet̄ et erit ī o-
stensionē sicut therebintꝰ: ⁊ sicut quercꝰ
q̄ expādit ramos suos. Semen san-
ctum erit id qd̄ steterit in ea. cap. vii.

Et factum est in dieb; achaz filij
ioathan filij ozie regis iuda a-
scendit rasin rex syrie ⁊ facee filiꝰ rome-
lie rex israhel ī ihrusalē ad p̄liandū
cōtra eam: ⁊ nō potuerūt debellare eā.
Et nūciauerūt domui dauid dicētes.
Requieuit syria sup effraim: ⁊ cōmotū
est cor eius ⁊ cor ppli eiꝰ sicut mouent̄
ligna siluaꝝ a facie venti. Et dixit do-
minus ad ysaiam. Egredere ī occursū
achaz tu ⁊ qui derelictus est iasub filiꝰ
tuus ad extremū aqueductus piscine
superioris ī via agri fullonis: ⁊ dices
ad eum. Vide ut sileas. Noli timere:
et cor tuū ne formidet a duabus cau-
dis ticionū fumigantium istoꝝ ī ira
furoris rasin regis syrie ⁊ filij romelie:
eo q cōsiliū inierit cōtra te syria ī ma-
lum: effraim et filius romelie dicentes.
Ascendamꝰ ad iudam ⁊ suscitemus
eum: et auellamus eū ad nos: ⁊ pona-
mus regem in medio eius filiū tabeel.
Hec dicit dn̄s deꝰ. Nō stabit ⁊ nō erit
istud: sed caput syrie damascꝰ: et caput
damasci rasin. Et adhuc sexaginta ⁊
quinq; āni et desinet effraim esse ppls:
et caput effraim samaria: et caput sa-
marie filius romelie. Si non credide-
ritis: non pmanebitis. Et adiecit do-
minus loqui ad achaz dicēs. Pete ti-
bi signū a dn̄o deo tuo in pfundū in-
ferni: siue in excelsū supra. Et dixit a-
chaz. Nō petā: ⁊ nō temptabo dominū.
Et dixit. Audite ergo domus dauid.
Nunquid paꝝ vobis est molestos es-
se hominib;: quia molesti estis ⁊ deo
meo? Propter hoc dabit dn̄s ipse vobis
signū. Ecce virgo cōcipiet et pariet fi-
liū: ⁊ vocabitur nomē eiꝰ emmanuel.
Butirū et mel comedet: ut sciat repro
bare malū ⁊ eligere bonū. Quia ante-
q̄ sciat puer reprobare malum et elige-
re bonum: derelinquetur terra quā tu
detestaris a facie duorum regum su-
orum. Adducet dominus super te et
sup ppl'm tuū ⁊ sup domum patris tui
dies: qui non venerūt a dieb; separati-
onis effraim a iuda cum rege assirioꝝ.
Et in die illa sibilabit dominꝰ musce
que est in extremo fluminū egipti et a-
pi que est in terra assur: ⁊ venient ⁊ re-
quiescent om̄es in torrentib; vallium
et in cauernis petraꝝ ⁊ in omnib; fru-
tectis et in uniuersis foraminib;. In
die illa radet dominus in nouacula
conducta in hijs qui trans flumē sūt
in rege assirioꝝ caput ⁊ pilos pedū: ⁊
barbam uniuersam. Et erit in die illa
nutriet homo vaccam boum et duas
oues: et p̄ ubertate lactis comedet bu-
tirū. Butirū enim ⁊ mel mādiucabit o-
mnis homo q̄ relictꝰ fuerit ī medio ter-
re. Et erit ī die illa om̄is locus ubi fue-
rint mille vites mille argenteis: ⁊ in
spinas ⁊ in vepres erūt. Cum sagittis
⁊ arcu ingredient̄ illuc. vepres eni ⁊ spi-
ne erūt ī uniūsa terra. Et om̄es mon-
tes q̄ ī sarculo sarient̄ nō veniet illuc

terroꝛ spinaꝝ ⁊ vepriū: ⁊ erit in pascuā
bovis ⁊ in cōculcatōnē pecoris. c. viii.

Et dixit dn̄s ad me. Sume tibi li-
brum grādē: et scribe in eo stilo
hoīs: velocit spolia detrahe· cito pre-
dare. Et adhibui michi testes fideles:
uriam sacerdotem· ⁊ zachariam filiū
barachie. Et accessi ad ꝓphetissam: et
cōcepit ⁊ peperit filiū. Et dixit dominꝰ
ad me. Voca nomē eius· accelera spo-
lia detrahere· festina ꝑdari: quia ante-
quā sciat puer vocare patrē suū ⁊ ma-
trem suā: auferetur fortitudo damasci
et spolia samarie corā rege assyriorū.
Et adiecit dn̄s loqui ad me adhuc
dicens. Pro eo ꝙ abiecit ꝑplus iste a-
quas syloe que vadūt cum silentio· ⁊
assumpsit magis rasin ⁊ filium rome-
lie: ꝓpter hoc ecce adducet dominus
sup eos aquas fluminis fortes ⁊ mul-
tas: regem assyrioꝝ et omnē gloriam
eius. Et ascendet sup omnes rivos e-
ius· et fluet sup universas ripas eius:
et ibit per iudam inundans: ⁊ trāsiens
usqꝫ ad collū veniet. Et erit extensio a-
larum eius implēs latitudinem terre
tue o emmanuel. Congregamini ꝑpli
et vincimini: ⁊ audite univ̄se ꝑcul ter-
re. Confortamini et vincimini: accin-
gite vos ⁊ vincimini: inite consiliū et
dissipabitur: loquimini verbū et non
fiet: quia nobiscū deus. Hec enim ait
dn̄s ad me. Sicut in forti manu eru-
divit me: ne irem in via ꝑpli huius di-
cens. Non dicatis coniuratō. Omnia
enim que loquitur ꝑpls iste cōiuratō
est: Et timorē eius ne timeatis: neqꝫ
paveatis. Dominū exercituū ipm san-
ctificate: ⁊ ipe pavoꝛ vester et ipe terroꝛ
vester: et erit vobis in sanctificationē:
in lapidē aūt offensionis ⁊ in petram
scandali duabus domibus isrl̄:
in laqueum et in ruinā habitantibus
ierusalē. Et offendēt ex eis plurimi:
et cadent et conterent: et irretientur et
capientur. Liga testimoniū· signa legē
in discipulis meis: et expectabo dn̄m
qui abscōdit faciē suā a domo iacob:
et prestolaboꝛ eum. Ecce ego et pueri
mei: quos dedit michi dn̄s i signū et i
portentū isrl̄: a dn̄o exercituū qui
habitat in monte syon. Et cū dixerint
ad vos querite a phitonibus et a di-
vinis qui strident in incantationibꝫ
suis: nūquid nō ꝑplus a deo suo requi-
ret visionē ꝓ vivis ac mortuis? Ad
legē magis et ad testimoniū. Quod
si non dixerint iuxta verbū hoc: non
erit eis matutina lux. Et transibit per
eam ⁊ corruet et esuriet: et cū esurierit
irascet: et maledicet regi suo et deo su-
o. Et suspiciet sursū ⁊ ad terrā intuebi-
tur: ⁊ ecce tribulatō ⁊ tenebre ⁊ dissolu-
tio et āgustia et caligo ꝑsequēs: et nō
poterit avolare de āgustia sua. c. ix.

Primo tempore alleviata est tra
zabulon ⁊ tra neptalim: et no-
vissimo aggravata ē via maris trās
iordanem galilee gentiū. ꝑplus q̄ ābu-
labat i tenebris vidit lucem magnā:
habitantibus in regione umbre mor-
tis· lux orta est eis. Multiplicasti gen-
tem: non magnificasti leticiam. Leta-
buntur coram te sicut qui letantur in
messe: sicut exultant victores capta
preda quando dividūt spolia. Jugū
enim oneris eius· et virgam humeri
eius et sceptrū exactoris eius superasti:
sicut in die madyan. Quia omnis vio-
lenta ꝑdatio cum tumultu ⁊ vestimen-
tum mixtum sanguine erit in combu-
stionem: et cibus ignis. Parvulus e-
nim natus est nobis: filius datus est
nobis. Et factus est principatus sup

humerū eius: et vocabitur nomē eiꝰ āmirabilis·consiliarius·deus·fortis·pater futuri seculi: princeps pacis. Multiplicabitur eius imperiū et pacis nō erit finis: sup soliū david et super regnum eius: ut cōfirmet illud et corroboret in iudicio et iusticia amodo et usqꝫ ī sempiternū. Zelus dn̄i exercituum faciet hoc. Verbū misit dominus in iacob: et cecidit in israhel. Et sciet omnis ꝑplus ephraim et habitantes samariam in supbia ⁊ magnitudine cordis dicentes. Lateres ceciderūt sed q̄dris lapidibꝫ edificabimꝰ: sicomoros succiderunt: sed cedros immutabimꝰ. Et elevabit dn̄s hostes rasin sup eū ⁊ inimicos eiꝰ in tumultū vertet: syriam ab oriente et philistijm ab occidente: et devorabunt israhel toto ore. In omnibꝫ hijs nō est aversus furor eius: sed adhuc manus eiꝰ extenta. Et ꝑpls nō est reversus ad percutientem se: ⁊ dominū exercituū nō inquisierūt. Et disperdet dn̄s ab israhel caput ⁊ caudā: incurvātem et depravantem die una. Longevꝰ et honorabilis ip̄e ē caput: et ꝓpheta docens mendaciū ip̄e ē cauda. Et erūt qui beatificant ꝑplm istū seducentes: et qui beatificant̄ p̄cipitati. Propter hoc sup adolescentulis eiꝰ non letabitur dn̄s: et pupillorꝫ eius et viduarꝫ nō miserebitur. Quia omnis ypocrita ē et nequā: et universum os locutū est stulticiā. In omnibus hijs non est aversus furor eius: sed adhuc manus eius extenta. Succensa est enī q̄si ignis impietas: veprē ⁊ spinā vorabit. Et succendetur ī densitate saltꝰ: et convolvetur ī supbia fumi. In ira domini exercituū cōturbata est terra: ⁊ erit ꝑplus quasi esca ignis. Vir fratri suo nō parcet: et declinabit ad dextrā et esuriet: et comedet ad sinistram· et nō saturabit̄. Unusquisqꝫ carnē brachij sui vorabit: manasses ephraim· ⁊ ephraim manassen: et simul ipi cōtra iudam. In omībꝫ hijs nō ē aversus furor eiꝰ: sed adhuc manꝰ eiꝰ extēta. c. x.

Ve qui condūt leges iniquas· et scribentes iniusticiam scripserūt: ut opprimerēt ī iudicio paupres ⁊ vim facerent cause humiliū ꝑpli mei: ut essent vidue preda eorꝫ et pupillos diriperent. Quid facietis in die visitaciōis et calamitatis de lōge venientis? Ad cuiꝰ cōfugietis auxiliū et ubi derelinquetis gloriā vestrā: ne incurvemini sub vinculo· et cū interfectis cadatis? Super omībꝫ hijs nō ē aversus furor eiꝰ: sed adhuc manus eius extenta. Ve assur. Virga furoris mei ⁊ baculus ipse est: In manu eorꝫ indignatio mea. Ad gentem fallacem mittam eū· ⁊ contra ꝑplm furoris mei mādabo illi: ut auferat spolia ⁊ diripiat p̄dam: ⁊ ponat illum in cōculcationē quasi lutū platearꝫ. Ip̄e autē nō sic arbitrabitur· et cor eius non ita estimabit: sed ad conterendū erit cor eius: ⁊ ad internicionē gentiū nō paucarꝫ. Dicet enī. Nunq̄d non principes mei simul reges sunt? Nūquid nō ut charchamis sic calanno: et ut arphath sic emath? Nunq̄d nō ut damascꝰ sic samaria? Quomō invenit manus mea regna ydoli: sic et simulacra eorꝫ de iherusalem ⁊ de samaria. Nūquid nō sicut feci samarie et ydolis eiꝰ: sic faciā iherusalē ⁊ simulacris eius? Et erit cū impleverit dominꝰ cūcta opera sua in monte syon et in iherusalē· visitabo sup fructum magnifici cordis regis assur: et sup gloriā altitudinis oculorꝫ eiꝰ. Dixit enim. In fortitudine manus mee feci:

et in sapientia mea intellexi. Et abstu-
li terminos ppłoꝝ: ⁊ principes eoꝝ de-
predatus sum: et detraxi quasi potens
in sublimi residentes. Et invenit q̃si
nidũ manus mea fortitudinẽ ppłoꝝ:
et sicut colliguntur oua que derelicta
sunt· sic uniuersam terrã ego cõgrega-
ui: ⁊ non fuit qui moueret pennã et a-
periret os ⁊ ganniret. Numquid gloria-
bitur securis cõtra eum qui secat ĩ ea:
aut exaltabitur serra contra eũ a quo
trahitur? Quomodo si eleuetur virga
contra eleuantẽ se: et exaltetur baculus
qui utiq3 lignũ est. Propter hoc mit-
tet dominator dñs exercituũ ĩ pingui-
bus eius tenuitatem· ⁊ subtus gloriã
eius succensa ardebit q̃si combustio
ignis: et erit lumẽ israhel ĩ igne ⁊ san-
ctus eius in flãma: et succendetur et
deuorabitur spina ei⁹ et vepres in die
una: et gloria saltus eius et carmeli
eius ab anima usq3 ad carnem consu-
metur. Et erit terrore pfugus: ⁊ reliq̃e
ligni saltus eius pre paucitate nume-
rabũtur: ⁊ puer scribet eos. Et erit in
die illa non adiciet residuũ isrł· ⁊ hij
qui fugerint de domo iacob inniti su-
per eo qui percutit eos: sed innitetur sup
dominũ sanctũ israhel. In veritate re-
liquie cõuertentur: reliquie inquã iacob
ad deum fortem. Si enim fuerit ppłs
tuus israhel quasi harena maris: re-
liquie conuertentur ex eo. Cõsummatio
abbreuiata inundabit iusticiã. Con-
summationẽ enĩ et abbreuiationẽ do-
minus deus exercituũ faciet ĩ medio
omnis terre. Propter hoc hec dicit dñs
deus exercituum. Noli timere populus
meus habitator syon ab assur: In vir-
ga enĩ percutiet te: ⁊ baculũ suũ leuabit
sup te in via egipti. Adhuc enĩ paulu-
lum modicũq3: et consummabitur
indignatio· et furor meus sup scelus
eoꝝ. Et suscitabit sup eum dñs exerci-
tuũ flagellũ iuxta plagã madyan in
petra oreb: et virgã suã sup mare: et le-
uabit eã in via egipti. Et erit ĩ die illa
auferetur onus eius de humero tuo:
et iugum eius de collo tuo: et compu-
trescet iugum a facie olei. Veniet in a-
ioth· transibit in magron: apud ma-
gmas cõmendabit vasa sua. Transi-
erũt cursim: gabee sedes nostra. Ob-
stupuit rama: gabaa saulis fugit.
Hynni voce tua filia gallim: attende
laysa paupcula anatoth. Migrauit
medemena: habitatores gebin cõforta-
mini. Adhuc dies: ut in nob stetur.
Agitabit manũ suã sup mõtem filie
syon· et collẽ ierusalẽ. Ecce enĩ domi-
nator dñs exercituũ cõfringet lagun-
culã ĩ terrore: et excelsi statura succiden-
tur: et sublimes humiliabuntur. Et
subuertentur cõdensa saltus ferro: et
libanus cum excelsis cadet. ca. xi

Et egredietur virga de radice ies-
se· et flos de radice ei⁹ ascendet:
et requiescet sup eũ spiritus dñi· spiri-
tus sapientie et intellectus· spirit⁹ con-
silij et fortitudinis· spiritus sciencie et
pietatis: ⁊ replebit eũ spirit⁹ timoris
dñi. Non scdm visionẽ oculoꝝ iudi-
cabit· neq3 scdm auditũ auriũ arguet.
Sed iudicabit in iusticia pauperes: ⁊
arguet in equitate pro mãsuetis terre.
Et percutiet terrã virga oris sui:
⁊ spiritu labioꝝ suoꝝ interficiet impiũ.
Et erit iusticia cingulũ lũboꝝ eius: ⁊ fi-
des cinctoꝝ renum eius. Habitabit lu-
pus cũ agno: et pardus cum hedo ac-
cubabit. Vitulus et leo et ouis simul
morabuntur: et puer paruulus mina-
bit eos. Vitul⁹ ⁊ ursus pascentur simul:
requiescent catuli eoꝝ. Leo quasi bos

comedet paleas: et delectabitur infãs
ab ubere sup foramina aspidis: et ĩ ca-
uerna reguli qui ablactat⁹ fuerit ma-
num suã mittet. Non nocebũt et nõ
occident ĩ uniuerso mõte sancto meo:
quia repleta est terra sciencia domini:
sicut aque maris operientis. In die il-
la radix iesse qui stat in signũ ꝑplorũ·
ipm gentes deprecabũtur: et erit sepul-
crum eius gloriosum. Et erit in die il-
la · adiciet dñs manũ suã ad possiden-
dum residuũ ꝑpli sui· qđ relinquet ab
assyriis ⁊ ab egipto et ab aphetros et
ab ethiopia · et ab elam et a sennaar
et ab emath ⁊ ab insulis maris. Et le-
uabit signũ ĩ nationes: ⁊ cõgregabit
profugos israhel. Et dispsos iuda col-
liget a quattuor plagis terre: et aufere-
tur zelus ephraim: et hostes iuda pe-
ribunt. Ephraim nõ emulabitur iu-
dam: et iudas nõ pugnabit contra
ephraim. Et uolabũt ĩ humeros phi-
listiim p mare: simul p̃dabuntur fili-
os orientis. Ydumea ⁊ moab p̃ceptũ
manus eorũ: et filii amon obedientes
erunt. Et desolabit dñs linguam ma-
ris egipti: ⁊ eleuabit manum suã su-
per flumen in fortitudine spiritus sui:
et percutiet eum in septem riuis · ita ut
transeant per eum calciati. Et erit uia
residuo populo meo qui relinquetur
ab assyriis: sicut fuit israheli in die
qua ascendit de terra egipti. c. xii.
Et dices in die illa. Confitebor ti-
bi dñe quoniã iratus es michi:
cõuersus est furor tuus: et cõsolatus
es me. Ecce deus saluator meus: fidu-
cialiter agam et non timebo. Quia
fortitudo mea ⁊ laus mea dñs: et fa-
ctus est michi in salutem. Haurietis
aquas in gaudio de fontibus salua-
toris: et dicetis in illa die confitemini
domino: et inuocate nomẽ eius. No-
tas facite in ꝑplis adinuentiones ei⁹:
mementote qm̃ excelsum est nomẽ ei⁹.
Cantate dño qm̃ magnifice fecit: an-
nunciate hoc ĩ uniũsa terra. Exulta et
lauda habitatio syon: quia magnus
in medio tui sanctus israhel. c. xiii.
Onus babilonis: qđ uidit ysaias
filius amos. Super mõtem ca-
liginosũ leuate signũ: exaltate uocẽ.
leuate manũ: et ingrediantur portas
duces. Ego mãdaui sanctificatis me-
is: et uocaui fortes meos ĩ ira mea · ex-
ultantes in gloria mea. Vox multi-
tudinis in mõtibus quasi populorũ
frequẽtiũ: uox sonitus regum gentiũ
cõgregatarũ. Domin⁹ exercituũ p̃cepit
militie belli: uenientibus de terra ꝓcul.
A summitate celi dñs et uasa furoris
eius: ut disperdat omnẽ terrã. Ulula-
te quia ꝓpe ẽ dies dñi: quia uastitas a
dño ueniet. Propter hoc omnes ma-
nus dissoluentur: et omne cor homi-
nis tabescet ⁊ conteretur. Torsiones et
dolores tenebũt: quasi parturiens do-
lebũt. Unusquisq; ad ꝓximũ suũ stu-
pebit: facies combuste uult⁹ eorũ. Ecce
dies domini ueniet crudelis et indigna-
tionis plenus et ire furorisq;: ad po-
nendam terrã ĩ solitudinẽ ⁊ peccatores
eius conterendos de ea: quoniã stelle
celi et splendor earũ non expandent lu-
men suũ. Obtenebratus est sol in ortu
suo: et luna non splendebit ĩ lumine
suo. Et uisitabo sup orbis mala: et
contra impios iniquitatem eorũ. Et
quiescere faciã supbiã infidelium: et ar-
rogãtiã fortiũ humiliabo. Preciosior
erit uir auro: et homo mũdo obrizo.
Super hoc celũ turbabo: et mouebitur
terra de loco suo: ꝓpter indignationẽ
domini exercituũ · et ꝓpter diẽ ire furoris

eius. Et erit quasi dāmula fugiens et
quasi ouis: et non erit qui congreget.
Unusquisq; ad ppl'm suū cōuertetur:
et singuli ad terrā suam fugiēt. Omīs
q̄ inuent⁹ fuerit occidet: et omīs q̄ su-
peruenerit cadet in gladio. Infantes e-
orum allidētur ī oculis eoꝝ: diripien-
tur domus eoꝝ: et uxores eoꝝ viola-
buntur. Ecce ego suscitabo super eos
medos · qui argentū non querāt nec
auꝝ velint: sed sagittis paruulos in-
terficiēt · ⁊ lactantibus uteris non mi-
serebūtur: et sup filios non parcet o-
culus eoꝝ. Et erit babilon illa ciuitas
gloriosa in regnis · inclita in supbia
chaldeoꝝ: sicut subuertit dn̄s sodomā
et gomorrā. Nō habitabit usq; ī finē:
et non fundabitur usq; ad generati-
onem et generationem. Nec ponet
ibi tentoria arabs · nec pastores requi-
escent ibi: sed requiescent ibi bestie: ⁊ re-
plebūtur domus eoꝝ draconibus. Et
habitabūt ibi strucionēs ⁊ pilosi salta-
būt ibi: et respōdebūt ibi vlule ī edib3
ei⁹: ⁊ sirene ī delubris voluptatis. c. xiiii

Prope est ut veniat tempus eius:
et dies ei⁹ nō elongabūtur. Mi-
serebit enī dn̄s iacob et eliget adhuc
de israhel: ⁊ requiescere eos faciet sup
humū suā. Adiūget aduena ad eos:
et adherebit domui iacob. Et tenebūt
eos ppli: et adducent eos ī locū suum.
Et possidebit eos domus israhel sup
terrā dn̄i in seruos et ācillas: et erunt
capientes eos qui se ceperāt: et subici-
ent exactores suos. Et erit in die illa
cum requiē dederit tibi deus d̄ labore
tuo · et a cōcussione tua · et a seruitute
dura qua ante seruisti: sumes parabo-
lam istam cōtra regem babilonis ⁊ di-
ces. Quomō cessauit exactor: quieuit
tributū? Cōtriuit dn̄s baculū impioꝝ ·
virgam dominanciū cedentem pplos ī
indignatione · plaga insanabili: sub-
icientem in furore gentes: psequentem
crudeliter. Conquieuit et siluit omnis
terra: gauisa est et exultauit: abietes q̄3
letate sūt sup te · ⁊ cedri libani. Ex quo
dormisti nō ascendit q̄ succidat nos
Infernus subter te conturbatus est: in
occursum aduent⁹ tui suscitabit tibi
gigantes. Om̄es principes terre. Sur-
rexerūt de solijs suis · omnes principes
nationū: vniuersi respondebūt ⁊ dicēt
tibi. Et tu vulneratus es sicut et nos:
nostri similis effectus es. Detracta est
ad inferos supbia tua: concidit cada-
uer tuū. Subter te sternetur tinea: ⁊ o-
perimentū tuū erūt vermes. Quomō
cecidisti de celo lucifer qui mane orie-
baris? Corruisti in terram qui vulne-
rabas gentes: qui dicebas in corde tuo.
In celum cōscendā · sup astra dei exal-
tabo soliū meū: sedebo in monte testa-
menti · in lateribz aquilonis: ascendā
sup altitudinē nubiū · similis ero altis-
simo. Verūtamē ad infernū detraheris:
in pfundū laci. Qui te viderint ad te
inclinabūtur: teq; pspicient. Nunquid
iste est vir qui conturbauit terram · qui
concussit regna: qui posuit orbem de-
sertum · ⁊ urbes eius destruxit? Vinctis
ei⁹ nō aperuit carcerem. Om̄es reges
gentiū · vniuersi dormierūt in gloria
vir in domo sua · tu aūt piectus es de
sepulcro tuo quasi stirps inutilis: pol-
lutus et obuolutus · cum hijs qui in-
terfecti sunt gladio: et descenderunt
usq; ad fundamēta laci. Quasi cada-
uer putridū nō habebis cōsortiū: neq;
cum eis in sepultura. Tu enim terram
disperdidisti: tu ppl'm occidisti. Nō vo-
cabitur ineternū semen pessimorum.
Preparate filios eius occisioni: in

iniquitate patrū eorū. Nō cōsurgent:
nec hereditabūt terrā: neq; implebūt
faciem orbis ciuitatū. Et consurgam
sup eos dicit dominus exercituum: et
pdam babilonis nomē et reliquias.
et germen et ꝓgeniem dicit dominus.
Et ponā eā in possessionē ericij: ⁊ in
paludes aquarū: et scopabo eam ī sco-
pa terens dicit dn̄s exercituū. Iurauit
dn̄s exercituū dicens. Si non ut puta-
ui ita erit: et quomō mente tractaui
sic eueniet: ut conterā assirium in terra
mea: et in mōtibȝ meis conculcē eum:
et auferetur ab eis iugum eius: et on⁹
illius ab humero eorū tolletur. Hoc
consiliū qd̄ cogitaui sup omnē terrā:
et hec est manus extenta super uniuer-
sas gentes. Dn̄s exercituū decreuit: et
quis poterit infirmare? Et manus
eius extenta: et quis auertet eam? In
anno quo mortuus est rex achas fa-
ctum est onus istud. Ne leteris phili-
stea om̄is tu: quoniā comminuta est
virga percussoris tui. De radice enim
colubri egredietur regulus: et semen e-
ius absorbens uolucrem. Et pascent̄
primogeniti pauperū: et pauperes fi-
ducialiter requiescent: et interire faciā
in fame radicem tuam: et reliquias
tuas interficiam. Ulula porta: clama
ciuitas: ꝓstrata est philistea omnis.
Ab aquilone enim fumus ueniet: et
non est qui effugiat agmen eius. Et
quid respondebitur nunciis gentis?
Quia dominus fundauit syon: et in
ipā sperabūt pauperes ppli ei⁹. c. xv.
Onus moab. Quia nocte uasta-
ta est ar moab conticuit: quia
nocte uastatus est murus moab con-
ticuit. Ascendit domus dybon ad ex-
celsa in planctū: sup nabo ⁊ sup meda-
ba moab ululabit. In cūctis capitibȝ
eius caluiciū: ⁊ om̄is barba radetur. In
triuiis ei⁹ accincti sūt sacco: sup tecta e-
ius et ī plateis ei⁹ om̄is ululat⁹ descē-
det in fletum. Clamauit esebon et ele-
ale: usq; iasa audita est uox eorū. Su-
per hoc expediti moab ululabūt: ani-
ma ei⁹ ululabit sibi. Cor meū ad mo-
ab clamabit: uectes eius ad segor uitu-
lam cō ternātem. Per ascensum enim
luith flens ascendet: ⁊ ī uia oronaym
clamorē contritionis leuabūt. Aque
enim nemrim deserte erūt: quia aruit
herba: defecit germē: uiror omnis inte-
riit. Secundū magnitudinē operis: ⁊
uisitatio eorū. Ad torrentē salicum du-
cent eos: quoniā circuiuit clamor ter-
minū moab. Usq; ad gallim ulula-
tus ei⁹: et usq; ad puteū helim clamor
ei⁹: qr̄ aque dybon replete sūt sangui-
ne. Ponam enim super dybon ad-
ditamenta: hiis qui fugerint de mo-
ab leonem: et reliquiis terre. c. xvi.
Emitte agnum dominatorē terre:
de petra deserti ad montē filie sy-
on. Et erit sicut auis fugiens: et pulli
de nido auolātes: sic erunt filie moab
in transcensu arnon. Ini consiliū: co-
ge cōsiliū: pone q̄si noctē umbrā tuā
ī meridie. Abscōde fugientes: et uago
ne prodas. Habitabūt apud te ꝓfugi
mei. Moab esto latibulum eorū a facie
uastatoris. Finitus est enim puluis:
cōsummatus est miser: defecit qui con-
culcabat terram. Et ꝑparabitur ī mise-
ricordia soliū: ⁊ sedebit sup eum in ue-
ritate in tabernaculo dauid: iudicans
et querens iudiciū: et uelociter reddens
qd̄ iustum est. Audiuim⁹ supbiā mo-
ab: superbus est ualde. Superbia eius et
arrogantia eius et indignatio eius:
plusq; fortitudo ei⁹. Idcirco ululabit
moab ad moab uniuersus ululabit.

His qui letātur sup muros cocti lateris
loquimini plagas suas: qm̄ subur-
bana esebon deserta sunt. Et vineā sa-
bama: domini gentiū exciderunt. Fla-
gella eius usq; ad iazer puenerūt: erra-
uerūt in deserto: ppagines eius relicte
sunt: trāsierūt mare. Sup hoc plora-
bo ī fletu iazer vineā sabama. Inebria-
bo te lacrima mea esebon et eleale: qm̄
super vindemiam tuā et sup messem
tuam vox clamantiū irruit. Et aufere-
tur leticia ⁊ exultatio de carmelo: ⁊ in
vineis nō exultabit neq; iubilabit. Vi-
nū in torculari nō calcabit qui calca-
re consueuerat: vocē calcātiū abstuli.
Sup hoc venter meus ad moab qua-
si cithara sonabit: et viscera mea ad
murū cocti lateris. Et erit cū apparue-
rit qd laborauit moab super excelsis
suis: ingredietur ad sancta sua ut ob-
secret: et nō valebit. Hoc verbū quod
locutus est dñs ad moab extūc: ⁊ nūc
locutus est dicens. In tribꝫ ānis qua-
si anni mercenarii: auferet gloria mo-
ab sup omni populo multo: et relin-
quetur in eo sicut racemus paruus et
modicus: nequaquā multus. c. xvii.

Onus damasci. Ecce damascus
desinet esse ciuitas: et erit sicut a-
ceruus lapidū in ruina. Derelicte ciui-
tates aroer gregibꝫ erūt: et requiescent
ibi: et non erit qui exterreat. Et cessabit
adiutoriū ab ephraim: et regnū a da-
masco: et reliquie syrie sicut gloria fili-
orū isrl' erūt: dicit dñs exercituū. Et erit
in die illa attenuabit' gloria iacob: et
pingues carnes ei' marcescent: et erit
sicut cōgregās in messe qd restiterit: et
brachiū eius spicas leget. Et erit sicut
querens spicas in valle raphaim: ⁊ re-
linquet' in eo sicut racemus: et sicut ex-
cussio olee: duarū vel triū oliuarū in
summitate rami: siue q̄tuor aut quin-
q;. In cacuminibꝫ eius fructus eius:
dicit dñs deus isrl'. In die illa inclina-
bitur homo ad factorem suū: et oculi
eius ad sanctū isrl' respicient: et nō in-
clinabitur ad altaria que fecerūt ma-
nus eius: ⁊ que operati sunt digiti ei': ⁊
nō respicient lucos et delubra. In die
illa erūt ciuitates fortitudinis ei' dere-
licte: sicut aratra et segetes que derelicte
sunt a facie filiorꝫ israhel: et eris deser-
ta: quia oblita es dei saluatoris tui: ⁊
fortis adiutoris tui non es recordata.
Propterea plantabis plantationem
īfidelem: et germē alienū seminabis.
In die plantationis tue labrusca: et
mane semē tuum florebit. Ablata est
messis in die hereditatis: et dolebit
grauiter. Ve multitudī pplorū multo-
rum ut multitudo maris sonantis: et
tumultus turbarꝫ sicut sonitus aquarꝫ
multarꝫ. Sonabūt ppli sicut sonitus
aquarꝫ inundantiū: et increpabit eū
et fugiet pcul: et rapietur sicut puluis
montiū a facie venti: et sicut turbo co-
ram tempestate. In tempore vespere: et
ecce turbatio: in matutino: et non sub-
sistet. Hec est pars eorꝫ q̄ vastauerunt
nos: ⁊ sors diripientiū nos. c. xviii.

Ve terre cymbalo alarꝫ que ē trans
flumina ethiopie: que mittit in
mari legatos: et in vasis papiri sup
aquas. Ite āgeli veloces ad gentem
conuulsam ⁊ dilaceratā: ad ppl'm terri-
bilem post quē non est alius: gentem
expectantem et cōculcatā: cui' diripue-
runt flumina terram eius. Omnes ha-
bitatores orbis q̄ moramini in terra:
cum eleuatū fuerit signū in mōtibus
videbitis: et clāgorem tube audietis:
q̄a hec dicit dñs ad me. Quiescam et
vniuersa q̄ inuenta sunt in thesauris
ei⁹. Non fuit verbū qd̄ nō ostenderet
eis ezechias in domo sua: et in omni
potestate sua. Introiuit autem ysaias
propheta ad ezechiam regem et dixit
ei. Quid dixerūt viri isti: et unde vene-
rūt ad te? Et dixit ezechias. De terra lon-
ginqua venerūt ad me: de babilone.
Et dixit. Quid viderūt in domo tua?
Et dixit ezechias. Oīa q̄ in domo
mea sūt viderūt. Nō fuit res quā non
ostenderim eis in thesauris meis. Et
dixit ysaias ad ezechiam. Audi verbū
dñi exercituū. Ecce dies venient: et au-
ferentur omnia que in domo tua sunt
et que thezaurizauerūt patres tui usqȝ
ad diem hanc in babilonē. Non relin-
quetur quicq̄: dicit dñs. Et de filijs tu-
is q̄ exibūt de te quos genueris tollēt: et
erūt eunuchi ī palatio regis babilonis.
Et dixit ezechias ad ysaiam. Bonū
verbū dñi qd̄ locut⁹ est. Et dixit. Fiat
tantū pax et veritas ī diebꝫ meis. c. xl.
Consolamini consolamini ꝑle
meus: dicit deus vester. Loqui-
mini ad cor ierusalē et aduocate eā:
quoniā completa est malicia eius: di-
missa est iniquitas illius. Suscepit de
manu dñi duplicia pro oībus pec-
catis suis. Vox clamātis in deserto.
Parate viā dñi: rectas facite ī solitu-
dine semitas dei nr̄i. Omīs vallis exal-
tabit̄ et oīs mōs et collis humilia-
bitur: et erūt praua in directa: et aspe-
ra ī vias planas. Et reuelabitur glo-
ria dñi: et videbit omnis caro pariter
qd̄ os domini locutū est. Vox dicen-
tis. Clama. Et dixi. Quid clamabo?
Omnis caro fenū: et omnis gloria e-
ius quasi flos agri. Exsiccatū ē fenū

et cecidit flos: quia spiritus dñi suffla-
uit in eo. Vere fenū est ppłus. Exicca-
tum est fenū et cecidit flos: verbū autē
manet domini stabit in eternū. Sup mōtem
excelsum ascende tu qui euangelizas
syon: exalta in fortitudine vocem tuā
qui euangelizas ierusalē. Exalta: no-
li timere. Dic ciuitatibus iude, ecce de-
us vester. Ecce dñs deus in fortitudi-
ne veniet: et brachiū eius dominabit.
Ecce merces eius cum eo: et opus illius
corā illo. Sicut pastor gregem suum
pascet: in brachio suo congregabit a-
gnos· et in sinu suo leuabit: fetas ipse
portabit. Quis mensus est pugillo a-
quas: et celos palmo ponderauit?
Quis appendit tribus digitis molem
terre: et librauit in pondere montes et
colles in statera? Quis adiuuit spiri-
tum dñi: aut quis consiliarius eius fuit
et ostendit illi? Cum quo iniit consili-
um et instruxit eum· et docuit eū semitā
iusticie· et erudiuit eum scientia: et viā
prudētie ostendit illi? Ecce gentes q̄si
stilla situle: et quasi momentū statere
reputate sunt. Ecce insule q̄si puluis
exiguus: et libanus non sufficiet ad
succendendū: et animalia eius nō suffi-
cient ad olocaustū. Omēs gentes q̄si
nō sint sic sunt corā eo: et quasi nichi-
lum et inane reputate sunt ei. Cui igit̄
similē fecistis deum: aut quā ymagi-
nem ponetis ei? Nūquid sculptile con-
flabit faber: aut aurifex auro figura-
bit illud· et laminis argenteis argēta-
rius? Forte lignū et imputribile elegit
artifex sapiens: querit quomō statu-
at simulacrū qd nō moueatur. Nun-
quid non scitis? Nunquid nō audi-
stis? Nunquid nō ānunciatū ē vobis
ab inicio? Nunquid nō intellexistis
fundamenta terre? Qui sedet sup girū
terre: et habitatores eius sunt quasi lo-
custe. Qui extendit velut nichilū celos:
et expandit eos sicut tabernaculū ad
inhabitandū. Qui dat secretorū scruta-
tores quasi non sint: iudices terre ve-
lut inane fecit. Et quidē neq3 plantati
neq3 sati: neq3 radicati in terra trun-
co eorū. Repente flauit in eos et are-
runt: et turbo quasi stipulam auferet
eos. Et cui assimilastis me· et adequa-
stis dicit sanctus? Leuate in excelsum
oculos vestros· et videte quis creauit
hec. Qui educit in numero militiam
eorū: et omnes ex nomine vocat. Pre
multitudine fortitudinis et roboris
virtutisq3 eius: neq3 unum reliquum
fuit. Quare dicis iacob et loq̄ris isra-
hel· abscondita ē via mea a domino:
et a deo meo iudiciū meum transibit?
Nunquid nescis: aut non audisti?
Deus sempiternus dñs. qui creauit ter-
minos terre: et non deficiet neq3 labo-
rabit: nec est inuestigatio sapientie e-
ius. Qui dat lasso virtutem: et hijs q̄
nō sūt: fortitudinē et robur multiplicat.
Deficiēt pueri et laborabūt: et iuuenes
in infirmitate cadēt. Qui aūt sperant
ī dño mutabūt fortitudinē: assument
pēnas sicut aquile· current et nō labora-
bunt: ābulabūt et nō deficiēt. ca. xli.
Taceant ad me insule: et gentes
mutent fortitudinem. Accedāt
et tūc loquantur: simul ad iudicium
propinquemus. Quis suscitauit ab ori-
ente iustum: vocauit eum ut sequeret̄
se? Dabit ī cōspectu eius gentes: et reges
obtinebit. Dabit q̄si puluerē gladio
eius: sicut stipulā vento raptam arcui
eius. Persequet̄ eos: trāsibit ī pace: semi-
ta in pedibus eius nō apparebit. Quis hec
operatus est et fecit: vocās generatiōes
ab exordio? Ego dominus: primus et

nouissimus ego sũ. Viderũt insule et
timuerũt: extrema terre obstupuerunt:
et appropinquauerũt et accesserũt. Unus-
quisq; ꝓximo suo auxiliatur: et fratri
suo dicet confortare. Cõfortauit faber
erarius percutiens malleo eũ qui cude-
bat tũc temporis: dicens glutino bo-
num est: et confortauit eum clauis ut
nõ moueatur. Et tu israhel serue me⁹:
iacob quẽ elegi: semen abraham ami-
ci mei-in quo apprehendi te. Ab extre-
mis terre ⁊ a longinquis eius vocaui
te: ⁊ dixi tibi. Seruus meus es tu: elegi
te et non abieci te. Ne timeas quia te-
cum ego sum: ne declines: quia ego
deus tuus. Confortaui te et auxilia-
tus sum tui: et suscepit te dextera iusti
mei. Ecce confundentur et erubescent
omnes qui pugnãt aduersũ te. Erũt
quasi non sint: et peribũt viri qui con-
tradicunt tibi. Queres eos et nõ inue-
nies viros rebelles tuos: et erunt q̃si
non sint ⁊ veluti cõsumptio hominis
bellantis aduersum te: quia ego dñs
deus tuus apprehendens manũ tuã
dicensq; tibi. Ne timeas: ego adiuui
te. Noli timere vermis iacob: qui mor-
tui estis ex israhel. Ego auxiliat⁹ sum
tui dicit dominus: et redemptor tuus
sanct⁹ israhel. Ego posui te q̃si plau-
strum triturans nouũ: habens rostra
serrantia. Et triturabis mõtes et com-
minues: et colles quasi puluerẽ pones.
Uentilabis eos et ventus tollet ⁊ tur-
bo disperget eos: et tu exultabis ĩ domi-
no: in sancto israhel letaberis. Egeni
et pauperes querũt aquas et non sũt:
lingua eorũ siti aruit. Ego dominus
exaudiã eos: deus israhel. nõ derelin-
quam eos. Aperiã in supinis collibꝫ
flumina: et in medio campoꝝ fontes.
Ponam desertum in stagna aquarũ:
et terram inuiã in riuos aquarũ. Da-
bo in solitudinẽ cedrũ: et spinam et
mirtum et lignũ oliue. Ponã in deser-
to abietem vlmũ ⁊ buxũ simul ut vide-
ant et sciãt et recogitent et intelligant
pariter: quia man⁹ dñi fecit hoc: et san-
ctus isrl' creauit illud. Prope facite iu-
dicium vestrũ dicit dominus: afferte si
quid forte habetis dixit rex iacob. Ac-
cedãt: et nũcient nobis quecunq; ven-
tura sunt. Priora que fuerũt nuncia-
te: et ponem⁹ cor nostrũ et sciemus: no-
uissima eorũ et que ventura sunt indi-
cate nobis. Annunciate que ventura
sunt ĩ futurũ: et sciem⁹ q̃a dii vos estis.
Bene quoq; aut male si potestis faci-
te: et loquamur et videam⁹ simul. Ec-
ce vos estis ex nichilo: et opus vestrũ
ex eo qđ non est. Abominatio est qui
elegit vos. Suscitaui ab aquilone: et
veniet ab ortu solis. Vocabit nomen
meum: et adducet magistratus quasi
lutum: et velut plastes conculcãs hu-
mum. Quis annũciauit ab exordio
ut sciamus: ⁊ a principio ut dicam⁹
iustus es? Non est neq; annuncians
neq; ꝑdicens: neq; audiens sermones
vestros. Primus ad syon dicet ecce as-
sunt: et ihrusalẽ euangelistã dabo. Et
vidi: ⁊ nõ erat neq; ex istis quisq̃ q̃ ini-
ret cõsiliũ ⁊ interrogat⁹ respõderet verbũ.
Ecce omnes iniusti: et vana opera eoꝝ:
vent⁹ ⁊ inane simulacra eoꝝ. c.xlii.

Ecce seruus meus suscipiã eum: e-
lectus meus: cõplacuit sibi in il-
lo anima mea. Dedi spiritũ meũ sup
eum: iudiciũ gentibꝫ ꝓferet. Non cla-
mabit neq; accipiet ꝑsonã: nec audie-
tur rex eius foris. Calamũ quassatũ vox
non conteret: et linũ fumigans non
extinguet. In veritate educet iudiciũ:
non erit tristis neq; turbulent⁹ donec

ponat in terra iudiciū: ⁊ legē eiꝰ insule
expectabūt. Hec dicit dominus deus
creans celos et extendens eos: firmās
terram ⁊ que germināt ex ea: dās fla-
tum ꝑplo qui est sup terrā: et spiritum
calcantibꝫ eam. Ego dominus voca-
ui te in iusticia: et apphendi manum
tuam: ⁊ seruaui te. Et dedi te in fedus
populi: in lucem gentiū: ut aperires o-
culos cecoꝝ ⁊ educeres de conclusione
vinctū: de domo carceris sedentes in
tenebris. Ego dñs: hoc est nomē meū.
Gloriā meā alteri nō dabo: et laudē
meā sculptilibꝫ. Que pma fuerūt ecce
venerunt: noua quoqꝫ ego annūcio: ante-
qꝫ oriātur audita vobis faciā. Cātate
dño canticū nouū: laus eius ab extre-
mis terre. Qui descenditis in mare et
plenitudo eius insule et habitatores
earū. Subleuetur desertum ⁊ ciuitates
eius: i domibus habitabit cedar. Lau-
date habitatores petre: de vertice mon-
tiū clamabūt. Ponent dño gloriā:
et laudem eius in insulis nūciabūt.
Dominꝰ sicut fortis egredietur: sicut
vir preliator suscitabit zelū. Vociferā-
bitur et clamabit: sup inimicos suos
cōfortabitur. Tacui-semp silui: paciēs
fui: sicut parturiēs loquar. Dissipabo
et absorbebo simul: desertos faciā mon-
tes ⁊ colles: et omē gramē eoꝝ exsicca-
bo. Ponā flumina in insulas: et sta-
gna arefaciā. Et ducā cecos in viā
quā nesciūt: et in semitis quas igno-
rauerūt ambulare eos faciā. Ponā
tenebras coram eis in lucē: et praua
in recta. Hec verba feci eis: et non de-
reliqui eos. Cōuersi sunt retrorsū. Con-
fundātur cōfusione qui confidunt in
sculptili: qui dicunt conflatili vos dij
nři. Surdi audite: et ceci intuemini
ad vidēdū. Quis cecꝰ nisi seruꝰ meꝰ:
et surdus nisi ad quē nuncios meos
misi? Quis cecus: nisi qui venundatꝰ
est? Et quis cecus: nisi seruus dñi?
Qui vides multa: nonne custodies?
Qui apertas habes aures: nonne audi-
es? Et dñs voluit ut sanctificaret eū ⁊
magnificaret legem et extolleret: ipse
aūt ꝑpls direptus et vastatus. Laque-
us iuuenū omnes simul: et in domi-
bus carcerū abscōditi sunt. Facti sunt
in rapinā nec est qui eruat: in direpti-
onem: nec est qui dicat redde. Quis ē
in vobis qui audiat hoc: attendat et
auscultet futura? Quis dedit i direpti-
onem iacob: et israhel vastantibus?
Nōne dñs ipse cui peccauimꝰ? Et no-
luerūt in vijs eius ambulare: non au-
dierūt legem eius. Et effudit sup eum
indignationē furoris sui ⁊ forte belli:
et combussit eū i circuitu et nō cogno-
uit: et succendit eū ⁊ nō intellexit. ca. xliii.
Et nunc hec dicit dominꝰ creās te
iacob: et formās te israhel. No-
li timere quia redemi te: et vocaui te
nomine tuo. Meus es tu. Cum trāsi-
eris p aquas tecū ero: et flumina non
operient te. Cum ambulaueris in igne
non combureris: et flāma nō ardebit
in te: quia ego dominꝰ deus tuus sāc-
tus israhel saluator tuus. Dedi ꝓpi-
ciationē tuā egiptū: et ethiopiam et
saba pro te. Ex quo honorabilis factꝰ
es in oculis meis: et gloriosus: ego di-
lexi te. Et dabo homines pro te: ⁊ po-
pulos pro anima tua. Noli timere:
quia ego tecū sum. Ab oriēte adducā
semen tuū: et ab occidente cōgregabo
te. Dicam aquiloni da: ⁊ austro noli
prohibere. Affer filios meos de lon-
ginquo: ⁊ filias meas ab extremis ter-
re. Et omnē qui inuocat nomē meū:
in gloriam meam creaui eū: formaui

cum et feci eum. Educ foras populū
cecū ⁊ oculos habentem: surdū· et au-
res ei sunt. Omnes gentes congrega-
te sunt simul: et collecte sūt tribꝫ. Quis
in vobis annūciet istud: et que pͥma
sūt audire nos faciet? Dēt testes eoꝝ
et iustificentur: et audiant et dicant.
Vere vos testes mei dicit dñs: ⁊ seruus
meus quē elegi: ut sciatis et credatis
michi· et intelligatis quia ego ipe sū.
Ante me non est formatus deus: et
post me nō erit. Ego sum ego sum do-
minus: et non est absq; me saluator.
Ego annunciaui et saluaui: auditū
feci: et non fuit in vobis alienus. Vos
testes mei dicit dominus: et ego deus.
Et ab inicio ego ipse: et non est qui de
manu mea eruat. Operabor: et quis a-
uertet illud? Hec dicit dñs redemptor
vester sanctus israhel. Propter vos e-
misi in babilonem: et detraxi uectes uni-
uersos: et chaldeos in nauibus suis
gloriantes. Ego dñs sanctꝰ vester: cre-
ans israhel: rex vester. Hec dicit dñs
qui dedit in mari viam: et in aquis
torrentibꝫ semitā. Qui eduxit q̄drigā
et equum: agmē et robustum. Simul
obdormierūt nec resurgent: cōtriti sūt
quasi linū: et extincti sunt. Ne memi-
neritis prioꝝ: ⁊ ātiqua ne intueamini.
Ecce ego facio noua· et nunc orient̄:
utiq; cognoscetis ea. Ponā in deserto
viam: ⁊ in inuio flumina. Et glorifi-
cabit me bestia agri: dracones ⁊ stru-
tiones: quia dedi ī deserto aquas ᵉᵗ flu-
mina in inuio: ut darem potū populo
meo electo meo. Populū istū formaui
michi: laudē meā narrabit. Non me
inuocasti iacob: nec laborasti in me
israhel. Non obtulisti michi arietem
olocausti tui: et victimis tuis nō glori-
ficasti me. Nō te s̄uire feci ī oblatōne:
nec laborem tibi p̄bui in thure. Non
emisti michi argento calamū: ⁊ adipe
victimaꝝ tuaꝝ nō inebriasti me. Verū-
tamen seruire me fecisti in peccatis tu-
is: p̄buisti michi laborem in iniquita-
tibus tuis. Ego sum· ego sum ipse· q̄
deleo iniquitates tuas ꝓpter me: ⁊ pec-
catoꝝ tuoꝝ nō recordabor. Reduc me
in memoriā et iudicemur simul: nar-
ra si quid habes ut iustificeris. Pater
tuus primus peccauit: et interp̄tes tui
preuaricati sunt in me. Et cōtamina-
ui pͥcipes sc̄os: dedi ad internicionē
iacob: ⁊ isrl' ī blasphemiā. ca. xliiii.

Et nunc audi iacob serue meus:
et israhel quē elegi. Hec dicit do-
minus faciens ⁊ formans te: ab utero
auxiliator tuus. Noli timere serue me-
us iacob: et rectissime quē elegi. Effun-
dam enim aquas sup sitientem: et flu-
enta sup aridā. Effundā spiritū meū
sup semen tuū: et benedictionē meā su-
per stirpem tuā: et germinabunt inter
herbas quasi salices iuxta p̄terfluen-
tes aquas. Iste dicet dñi ego sum: et
ille vocabit in nomine iacob. Et hic
scribet manu sua domino: et in noīe
israhel assimilabitur. Hec dicit dñs
rex israhel ⁊ redemptor eius: dominꝰ
exercituū. Ego primus et ego nouissi-
mus: ⁊ absq; me nō est deus. Quis si-
milis mei? Vocet et annunciet: ⁊ or-
dinē exponat michi· Exquo constitui
pplm antiquū: ventura ⁊ q̄ futu-
ra sunt ānunciēt eis. Nolite timere:
neq; cōturbamini. Ex tunc audire te fe-
ci: et annunciaui. Vos estis testes mei.
Nunquid est deus absq; me· ⁊ forma-
tor quē ego nō nouerim? Plaste ydo-
li omnes nichil sunt: ⁊ amātissima e-
orū nō ꝓderūt eis. Ipsi sunt testes eoꝝ:
quia non vident neq; intelligunt: ut

confundantur. Quis formavit deum: et
sculptile conflavit ad nichil utile? Ecce
omnes participes eius confundentur.
Fabri enim sunt ex hominibus. Conve-
nient omnes: stabunt et pavebunt: et con-
fundentur simul. Faber ferrarius lima o-
peratus est: in prunis et in malleis for-
mavit illud: et operatus est in brachi-
o fortitudinis sue. Esuriet et deficiet:
non bibet aquā et lassescet. Artifex li-
gnari⁹ extendit normā: formavit illud
in runcina. Fecit illud ī angularibus:
et ī circino tornavit illud: et fecit yma-
ginem viri quasi speciosum hominē
habitantem in domo. Succidit cedros:
tulit ilicem et quercū que steterat inter
ligna saltus. Plantavit pinū quā plu-
via nutrivit: et facta est hominibus in
focū. Sumpsit ex eis et calefactus est:
et succendit et coxit panes: de reliquo
autē operat⁹ est deū et adoravit: fecit
sculptile et curvat⁹ est ante illud. Me-
dium eius combussit igni: et de medio
coxit eius carnes coxit et comedit pulmentū
et saturatus ē: et calefactus est et dixit.
Vah calefact⁹ sum: vidi focū. Reliquū
autē eius deū fecit et sculptile sibi. Cur-
vatur ante illud: et adorat illud et ob-
secrat dicens. Libera me: quia deus me-
us es tu. Nescierūt neque intellexerunt.
Obliti enim sunt ne videāt oculi eorū:
et ne intelligant corde suo. Non reco-
gitant in mente sua: neque cognoscunt
neque sentiūt ut dicant. Medietatē ei⁹
combussi igni: et coxi sup carbones e-
ius panes. Coxi carnes et comedi: et
de reliquo eius ydolum faciā? Ante
truncū ligni procidam? Pars ei⁹ cinis
est. Cor insipiens adorabit illud: et
non liberabit animā suā: neque dicet,
forte mendaciū est in dextera mea. Me-
mento horū iacob et israhel: quoniā

servus me⁹ es tu. Formavi te: servus
meus es tu israhel, nō oblivisceris
mei. Delevi ut nubē iniquitates tuas:
et quasi nebulā peccata tua. Revertere
ad me: quoniā redemi te. Laudate celi
quoniā misericordiā fecit dūs: iubila-
te extrema terre. Resonate montes lau-
dationem: saltus et omne lignū eius.
Quoniā redemit dūs iacob: et israhel
gloriabitur. Hec dicit dūs redemptor
tuus: et formator tuus ex utero. Ego do- su
minus faciens omnia: extendens celos
solus. Stabiliens terrā et nullus me-
cū: irrita faciēs signa divinorū: et ario-
los ī furorē vertens. Convertēs sapiētes
retrorsū: et scientiā eorū stultā faciens.
Suscitās verbū servi sui: et consiliū
nunciorū suorū complēs. Qui dico ihrlm
habitaberis: et civitatibus iude edi-
ficabimini: et deserta eius suscitabo.
Qui dico profundo desolare: et flu-
mina tua arefaciam. Qui dico cyro
pastor me⁹ es: et omnē volūtatē meā
complebis. Qui dico iherusalem edi-
ficaberis: et templo fūdaberis. c. xlv.

Hec dicit dūs cristo meo cyro cui⁹
apprehendi dexteram ut subiciam
ante faciem eius gentes: et dorsa re-
gum vertā. Et aperiā corā eo ianuas:
et porte nō claudentur. Ego ante te i-
bo: et gloriosos terre humiliabo. Por-
tas ereas cōteram: et vectes ferreos con-
fringā. Et dabo tibi thesauros abscon-
ditos et archana secretorū: ut scias quia
ego dūs qui voco nomē tuū deus isra-
hel: propter servū meū iacob et israhel
electū meū. Et vocavi te noīe tuo: as-
similavi te: et nō cognovisti me. Ego
domin⁹: et non est āplius. Extra me
non est deus. Accinxi te: et nō cogno-
visti me, ut sciant hii qui ab ortu solis
et qui ab occidente quoniā absque me

non est deus. Ego dominꝰ et non est
alter, formās lucem et creās tenebras:
faciens pacem ⁊ creans malum. Ego
dominus faciens omnia hec. Rorate
celi desuper et nubes pluant iustū: ape-
riatur terra ⁊ germinet saluatorem: et
iusticia oriatur simul, ego dñs creaui
eū. Ve qui cōtradicit fictori suo: testa
de samiis terre. Numquid dicet lutum
figulo suo: qd facis: et opꝰ tuū absqꝫ
manibꝫ est? Ve qui dicit patri qd ge-
neras: et mulieri quid parturis. Hec
dicit dñs sanctus israhel: plastes eiꝰ.
Uentura interrogate me super filios
meos: et sup opꝰ manuū mearꝫ man-
date michi. Ego feci terrā: ⁊ hominē su-
per eam creaui. Ego, et manus mee te-
tenderūt celos: et omni milicie eorum
mādaui. Ego suscitaui eū ad iusticiā:
⁊ omnes uias eius dirigam. Ipē edi-
ficabit ciuitatem meā: ⁊ captiuitatem
meā dimittet non in pcio neqꝫ in mu-
neribꝫ: dicit dñs deus exercituū. Hec di-
cit dñs. Labor egipti et negociatio ethi-
opie ⁊ sabaim uiri sublimes: ad te trās-
ibunt ⁊ tui erūt, et post te ambulabūt:
Uincti manicis pgent: et te adora-
bunt teqꝫ depcabūtur. Tantū in te est
deus: et non est deus absqꝫ te. Vere tu
es deus absconditus: deus isrł salua-
tor. Confusi sunt ⁊ erubuerūt omnes
simul: abierūt in confusione fabrica-
tores errorꝫ. Israhel saluatus est in do-
mino salute eterna. Non cōfundemi-
ni ⁊ non erubescetis usqꝫ in seculū secu-
li: quia hec dicit dñs creās celos. Ipe
deus formās terrā ⁊ faciens eam: ipe
plastes eius. Non in uanū creauit eā:
ut habitaretur formauit eam. Ego do-
minus: ⁊ non est alius. Non i abscō-
dito locutꝰ sū: in loco terre tenebroso.
Nō dixi semini iacob frustra: qrite me.
Ego dominus loquens iusticiā: an-
nuncians recta. Congregamini ⁊ ueni-
te: et accedite simul qui saluati estis ex
gentibus. Nescierunt q̄ leuant signū
sculpture sue: et rogant dūm non sal-
uantem. Annūciate ⁊ uenite: ⁊ consili-
amini simul. Quis auditū fecit hoc
ab inicio: ex tunc pdixi illud. Numqd
non ego dominus: ⁊ non est ultra de-
us absqꝫ me? Deus iustus et saluans
non est pter me. Conuertimini ad me
et salui eritis omnes fines terre: quia
ego deus ⁊ non est aliꝰ. In memetipo
iuraui: egredietur de ore meo iusticie
uerbū: et non reuertetur: quia michi
curuabitur omne genu: et iurabit o-
mnis lingua. Ergo in domino dicet.
Mee sunt iusticie et imperiū. Ad eum
uenient: et confundentur omnes qui
repugnant ei. In domino iustificabit̄
et laudabit̄ omē semē israhel. c. xlvi.

Confractus est bel cōtritus ē nabo:
facta sunt simulacra eorꝫ bestiis
et iumētis. Onera uestra graui pon-
dere usqꝫ ad lassitudinem cōtabuerūt:
et contrita sunt simul. Non potuerūt
saluare portantē: et anima eorꝫ in ca-
ptiuitatem ibit. Audite me domus
iacob: et omē residuū domꝰ isrł. Qui
portamini a meo utero: q̄ gestamini
a mea uulua. Usqꝫ ad senectā ego ipse:
et usqꝫ ad canos ego portabo. Ego fe-
ci et ego ferā: et ego portabo et salua-
bo. Cui assimilastis me ⁊ adequastis:
et comparastis me et fecistis similem?
Qui confertis aurū de sacculo: ⁊ argē-
tum statera ponderatis. Conducētes
artificem ut faciat deum: et pcidunt ⁊
adorant. Portant illum in humeris
gestantes: et ponentes in loco suo. Et
stabit: ac de loco suo nō mouebitur.
Sed et cum clamauerint ad eum non

audiet: de tribulatione nō saluabit e-
os. Mementote istud ⁊ cōfundamini:
redite p̄uaricatores ad cor. Recorda-
mini p̄oris seculi quoniā ego sum de⁹
et nō est ultra deus: nec est similis mei
annūcians ab exordio nouissimum:
et ab inicio q̄ necdū facta sūt. Dicēs.
cōsiliū meum stabit: ⁊ omīs volūtas
mea fiet. Vocans ab oriente iustum:
et de terra longinqua virū volūtatis
mee. Et locutus sum ⁊ adducā illud:
creaui et faciā illud. Audite me duro
corde: qui longe estis a iusticia. Pro-
pe feci iusticiā meā: nō elōgabit᷑: et sal⁹
mea nō morabitur. Dabo ī syon salu-
tem: et isrāhel gloriā meā. ca. xlvii.
Descende: sede in puluere virgo fi-
lia babylon: sede in terra. Non
est soliū filie caldeoꝝ: quia ultra non
vocaberis mollis et tenera. Tolle mo-
lam et mole farinā: denuda turpitudi-
nem tuā. Discoopeti humerū: reuela
crura: trāsi flumina. Reuelabit᷑ igno-
minia tua: et videbit᷑ obprobriū tuū.
Ultionē rapiā: et nō resistet michi ho-
mo. Redēptor noster dn̄s exercituū: no-
men illi⁹ sanct⁹ isrāhel. Sede tacens ⁊
intra in tenebras filia chaldeoꝝ: quia
non vocaberis ultra domina regno-
rum. Iratus sum sup p̄plm meū: cōta-
minaui hereditatem meā. Et dedi eos
in manu tua: nō posuisti eis misericor-
dias. Sup senem aggrauasti iugum
tuū valde: ⁊ dixisti. In sempiternū ero
domina. Non posuisti hec sup cor tuū:
neq; recordata es nouissimi tui. Et nūc
audi hec delicata et habitans cōfiden-
ter: que dicis ī corde tuo ego sū: et nō ē
preter me ap̄lius. Non sedebo vidua:
et ignorabo sterilitatem. Venient tibi
duo hec subito in die vna: sterilitas et
viduitas. Vniuersa venerunt super te
propter multitudinē maleficiorū tuo-
rum: et p̄pter duriciā incantatoꝝ tuo-
rum vehementē. Et fiduciā habuisti in
malicia tua: et dixisti. Non est qui vi-
deat me. Sapientia tua et sciētia tu-
a hec decepit te. Et dixisti in corde tu-
o. Ego sum: et p̄ter me non est altera.
Veniet sup te malū: et nesciēs ortum
ei⁹: et irruet sup te calamitas quā nō
poteris expiare. Veniet sup te repente
miseria quā nescies. Sta cū incātato-
ribus tuis ⁊ cum multitudine malefi-
cioꝝ tuoꝝ in quibus laborasti ab ado-
lescentia tua: si forte q̄d p̄sit tibi: aut
si possis fieri fortior. Defecisti in multi-
tudine cōsilioꝝ tuoꝝ. Stent et saluēt
te augures celi qui contemplabantur
sydera et supputabāt menses: ut ex eis
ānunciarent ventura tibi. Ecce facti sūt
q̄si stipula: ignis combussit eos. Nō
liberabūt animā suā de manu flāme:
nō sūt prune quib; calefiāt: nec foc⁹
ut sedeāt ad eū. Sic facta sūt tibi: ī q̄bus-
cunq; laborateras. Negociatores tui
ab adolescētia tua: vnusquisq; ī via su-
a errauerūt, nō ē q̄ saluet te. ca. xlviii.
Audite hec domus iacob qui vo-
camini noīe isrāhel ⁊ de aquis
iuda existis: qui iuratis in noīe dn̄i et
dei isrāhel recordamini: non in veritate
neq; in iusticia. De ciuitate enim san-
cta vocati sunt: et sup deū isrāhel cōsta-
biliti sunt. Domin⁹ exercituū nomen
eius. Priora ex tunc annūciaui et ex
ore meo exierūt: ⁊ audita feci ea: repen-
te operatus sum et venerūt. Sciui enī
quia dur⁹ es tu: et neruus tuus ferre⁹
ceruix tua: et frōs tua erea. Predixi tibi
ex tūc: anteq̄; venirent indicaui tibi: ne
forte diceres ydola mea fecerūt hec: et
sculptilia mea et cōflatilia mea māda-
uerunt ista. Que audisti vide omnia.

Vos autem non annūciastis. Audi-
ta feci tibi noua ex tunc: et conseruata
que nescis. Modo creata sunt et non
ex tūc: et ante diem: et non audisti ea:
ne forte dicas ecce cognoui ea. Neqꝫ
audisti neqꝫ cognouisti: neqꝫ ex tunc
apta est auris tua. Scio enim quia
p̄uaricās p̄uaricaberis: ⁊ trāsgressorē
ex vētre vocaui te. Propter nomen
meū longe faciā furorem meū: ⁊ laude
mea infrenabo te ne intereas. Ecce ex-
coxi te sed nō quasi argentū: elegi te in
camino paupertatis. Propter me ꝓpter
me faciā ut non blasphemer: et glori-
am meā alteri nō dabo. Audi me ia-
cob: ⁊ israhel quē ego voco. Ego ipse:
ego primus ⁊ ego nouissim⁹. Man⁹
quoqꝫ mea fundauit terrā: et dextera
mea mensa ē celos. Ego vocabo eos:
et stabūt simul. Cōgregamini om̄es
vos et audite. Quis de eis annuncia-
uit hec? Dominus dilexit eum: faciet
voluntatē suā in babilone: et brachi-
um suū in chaldeis. Ego ego locutus
sum et vocaui eum: adduxi eum: et di-
recta est via eius. Accedite ad me: ⁊ au-
dite hoc. Nō a principio in abscōdito
locutus sum. Ex tempore anteq̄ fieret
ibi eram: et nūc dn̄s deus misit me et
spirit⁹ eius. Hec dicit dn̄s deus redem-
ptor tuus sanctus isrł. Ego dn̄s deus
tuus docens te utilia: gubernās te in
via qua ambulas. Utinā attendisses
mādata mea. Facta fuisset sicut flumē
pax tua: et iusticia tua sicut gurgites
maris. Et fuisset quasi harena semen
tuum: et stirps uteri tui ut lapilli eius.
Non interisset et non fuisset attritum
nomen eius a facie mea. Egredimini
de babilone: fugite a chaldeis. In voce
exultationis ānunciate: auditū facite
hoc: efferte illud usqꝫ ad extrema terre.

Dicite. Redemit domin⁹ seruū suū ia-
cob. Non sitierūt in deserto cū educeret
eos. Aquā de petra ꝓduxit eis: et scidit
petram et fluxerūt aque. Non est pax
impijs dicit dominus. c. xlix.

Audite insule: et attendite ppli de-
lōge. Dominus ab utero voca-
uit me: de vētre matris mee recordat⁹
est nominis mei. Et posuit os meum
quasi gladiū acutū: in umbra man⁹
sue ꝓtexit me: ⁊ posuit me sicut sagittā
electā. In pharetra sua abscondit me:
et dixit michi. Seruus me⁹ es tu isrł:
quia ī te glorificabor. Et ego dixi. In-
uacuum laboraui: sine causa ⁊ vane
fortitudinē meā cōsumpsi. Ergo iudi-
ciū meū cum dn̄o: ⁊ opus meū cū deo
meo. Hec dicit dn̄s formās me ex ute-
ro seruū sibi: ut reducā iacob ad eum:
et isrł ad eum cōgregabitur. Et glori-
ficat⁹ sum in oculis dn̄i: et deus meus
factus est fortitudo mea. Et dixit. Pa-
rum est ut sis michi seruus ad suscitā-
das tribꝫ iacob: ⁊ feces isrł cōuertendas.
Ecce dedi te in lucem gentiū: ut sis sa-
lus mea usqꝫ ad extremū terre. Hec di-
cit dn̄s redemptor israhel sanct⁹ ei⁹:
ad cōtēptibilē animā ad abominatā
gentem ad seruū dominorꝫ. Reges vi-
debūt et cōsurgent principes: ⁊ adora-
bunt ꝓpter dn̄m quia fidelis est: ⁊ san-
ctum isrł q̄ elegit te. Hec dicit dn̄s. In
tempore placito exaudiui te: et in die
salutis auxiliat⁹ sum tui. Et seruaui
te et dedi te in fedus ppli ut suscitares
terrā et possideres hereditates dissipa-
tas: ut diceres hijs qui vincti sunt exi-
te: et hijs q̄ ī tenebris reuelamini. Su-
per vias pascentur: et in omnibꝫ pla-
nis pascua eorꝫ. Non esurient neqꝫ si-
tient: et nō percutiet eos estus et sol: q̄a
miserator eorꝫ reget eos: et ad fontes

aquaꝝ potabit eos. Et ponā omnes
montes meos in uiā: et semite mee ex-
altabunt. Ecce isti de longe uenient: et
ecce illi ab aquilone et mari: et isti de
terra australi. Laudate celi et exultet ter-
ra: iubilate mōtes laudē: quia conso-
latus est dñs pplm suū: et pauperū su-
orū miserebitur. Et dixit syon. Dereli-
quit me dñs: et domin⁹ oblit⁹ est mei.
Numquid obliuisci potest mulier in-
fantem suū: ut nō misereatur filio uteri
sui? Et si illa oblita fuerit: ego tamen
nō obliuiscar tui. Ecce ī manib3 meis
descripsi te: muri tui coram oculis me-
is semꝑ. Venerūt structores tui: destru-
entes te et dissipātes a te exibūt. Leua
in circuitu oculos tuos et uide: omēs
isti cōgregati sunt: uenerūt tibi. Viuo
ego dicit dñs: quia omnibus hijs ue-
lut ornamento uestieris: et circūdabis
tibi eos q̄si sponsa. Quia deserta tua
et solitudines tue et terra ruine tue nūc
angustę erūt pre habitatorib3: et lōge
fugabuntur qui absorbebāt te. Adhuc
dicent ī aurib3 tuis filij sterilitatis tue.
Angustus est michi locus: fac spaciū
michi ut habitem. Et dices in corde tu-
o. Quis michi genuit istos? Ego steri-
lis et nō pariens: trāsmigrata et capti-
ua: et istos quis enutriuit? Ego destitu-
ta et desolata: et isti ubi hic erāt? Hec di-
cit dñs de⁹. Ecce leuabo ad gētes ma-
num meā: et ad pplos exaltabo signū
meū. Et afferent filios tuos in ulnis:
et filias tuas sup humeros portabūt.
Et erūt reges nutricij tui: et regine nu-
trices tue. Vultu in terra dimisso ado-
rabūt te: et puluerē pedū tuoꝝ lingent.
Et scies quia ego dñs: sup quo non
confundentur qui expectant eū. Numqd
tolletur a forti preda: aut qd captum
fuerit a robusto saluum esse poterit?

Quia hec dicit dñs. Equidē et captiui-
tas a forti tolletur: et qd ablatū fuerit
a robusto saluabitur. Eos vero qui iu-
dicauerūt te ego iudicabo: et filios tuos
ego saluabo. Et cibabo hostes tuos
carnibus suis: et quasi musto sangui-
ne suo inebriabuntur. Et sciet omnis
caro quia ego dominus saluans te:
et redemptor tuus fortis iacob. c. l.

Hec dicit dñs. Quis est hic liber re-
pudij matris vestre: quo dimisi
eam? Aut quis est creditor meus: cui
uendidi vos? Ecce enim in iniquitatibus
vestris uendicti estis et ī scelerib3 vestris
dimisi matrem vrām: quia veni et nō
erat vir: vocaui et nō erat qui audiret.
Numquid abbreuiata et paruula facta
est manus mea ut nō possim redime-
re: aut nō est in me virtus ad liberan-
dum? Ecce in increpatione mea deser-
tum faciā mare: ponā flumina in sic-
cum. Cōputrescēt pisces sine aqua: et
morientur ī siti. Induā celos tenebris: et
saccū ponā operimentū eoꝝ. Domin⁹
dedit michi linguā eruditā: ut sciam
sustentare eū q̄ lassus est verbo. Erigit
mane mane erigit michi aurē: ut au-
diam quasi magistrū. Dominus de-
us aperuit michi aurē: ego autem nō
cōtradico: retrorsum non abij. Corp⁹
meū dedi percucientibus et genas meas
uellentibus: faciem meā nō auerti ab
increpantibus et conspuentibus in me. dñs
deus auxiliator meus: ideo non sum
confusus. Ideo posui faciem meā ut
petrā durissimā: et scio quoniā non
cōfundar. Iuxta ē q̄ iustificat me. Quis
cōtradicit michi? Stem⁹ simul. Quis
est aduersari⁹ meus? Accedat ad me.
Ecce dñs deus auxiliator me⁹. Quis
est qui cōdemnet me? Ecce omēs quasi
vestimentū cōterentur: tinea comedet eos.

Quis ex vobis timens dñm audiens
vocē servi sui? Quis ambulavit in te-
nebris: et non est lumen ei? Speret in
nomine domini: et innitatˀ sup deū
suū. Ecce vos omēs accēdentes ignē.
accincti flāmis: Ambulate in lumi-
ne ignis vestri: et in flāmis quas suc-
cendistis. De manu mea factū est hoc
vobis. In doloribus dormietis. c.li.
Audite me q̄ sequimini qd̄ iustū
est: et queritis dñm. Attendite
ad petrā unde excisi estis: ⁊ ad cavernā
laci de qua p̄cisi estis. Attendite ad a-
braham patrē vestrū: et ad saram que
peperit vos. Quia unū vocavi eū: et
benedixi ei: et multiplicavi eum. Cōso-
labitur ergo dñs syon: et cōsolabitur
omnes ruinas eius. Et ponet desertū
eius quasi delicias: et solitudinē eius
quasi ortū dñi. Gaudiū ⁊ leticia inve-
nietur in ea: gratiaꝝ actio et vox lau-
dis. Attendite ad me ꝑplus meus: et
tribꝫ mea me audite. Quia lex a me ex-
iet: et iudiciū meū in lucem ꝑplorū re-
quiescet. Prope ē iustus meꝰ: egressus
est salvator meus: ⁊ brachia mea po-
pulos iudicabunt. Me insule expecta-
bunt: et brachiū meū sustinebūt. Leva-
te in celū oculos vestros: ⁊ videte sub
terra deorsum. Quia celi sicut fumꝰ li-
quescent: ⁊ terra sicut vestimentū atte-
retur: ⁊ habitatores eiꝰ sicut hec interi-
bunt. Salus aūt mea in sempiternū
erit: et iusticia mea non deficiet. Audi-
te me qui scitis iustū: ꝑpls meꝰ lex me-
a ī corde eoꝝ. Nolite timere obprobri-
um hominū: et blasphemias eoꝝ ne
metuatis. Sicut enim vestimentū sic
comedet eos vermis: et sicut lanā sic
devorabit eos tinea. Salus aūt mea
in sempiternū erit: et iusticia mea ī ge-
nerationes generatonum. Consurge
consurge: induere fortitudinē brachi-
um dñi. Consurge sicut in diebꝫ anti-
quis: in generatonibꝫ seculorū. Num-
quid non tu ꝑcussisti superbum: vulne-
rasti draconē? Numquid non tu sicca-
sti mare: aquam abyssi vehementis?
Qui posuisti ꝓfundū maris viā: ut
transirent liberati. Et nūc q̄ redempti
sunt a dño revertentur: ⁊ venient in sy-
on laudātes: et leticia sempiterna su-
per capita eoꝝ. Gaudiū et leticiā tene-
bunt: fugiet dolor et gemitꝰ. Ego ego
ipse cōsolabor vos. Quis tu ut time-
res ab homine mortali et a filio ho-
minis: qui quasi fenū ita arescet? Et
oblitꝰ es domini factoris tui qui teten-
dit celos ⁊ fundavit terrā: et formidasti
iugiter tota die a facie furoris eius q̄
te tribulabat: et paraverat ad ꝑdendū.
Ubi nūc est furor tribulātis? Cito ve-
niet gradiens ad aperiendū: et non
interficiet usqꝫ ad internecionē: nec de-
ficiet panis eius. Ego enim sum dñs
deus tuus qui conturbo mare et intu-
mescunt fluctus eius: dominus exerci-
tuū nomen meū. Posui verba mea in
ore tuo: et ī umbra manꝰ mee ꝓtexi te:
ut plātes celos ⁊ fundes terrā: et dicas
ad syon: ꝑpls meꝰ es tu. Elevare eleva-
re: consurge ihrlm: q̄ bibisti de manu
dñi calicē ire eiꝰ. Usqꝫ ad fundū cali-
cis soporis bibisti: ⁊ potasti usqꝫ ad fe-
ces. Non ē qui sustentet eā ex omnibus
filiis quos genuit: et non ē qui appre-
hendat manū eius ex omnibus filiis
quos enutrivit. Duo sunt q̄ occurre-
runt tibi. Quis contristabitur sup te?
Vastitas ⁊ cōtricio et fames et gladi-
us: quis cōsolabitur te? Filii tui ꝓie-
cti sūt: dormierūt in capite omniū viaꝝ
sicut bestia illaqueata: pleni indigna-
tione domini, increpatione dei tui.

Idcirco audi hoc paupercula: et ebria
non a vino. Hec dicit dominator tu-
us dñs: et deus tuus qui pugnavit p
populo suo. Ecce tuli de manu tua
calicem soporis: fundum calicis indi-
gnationis mee. Non adiciẽt ut bi-
bas illum ultra. Et ponam illum in
manu eorum qui te humiliaverunt: et
dixerunt anime tue incurvare ut trã-
seamus; et posuisti ut terram corpus
tuũ: et quasi viam trãseuntibus. c. lii.
Consurge consurge: induere for-
titudine tua syon. Induere vesti-
mẽtis glorie tue ihrusalẽ civitas san-
cti: quia non adiciet ultra ut ptranse-
at per te incircũcisus et immũdus. Ex-
cutere de pulvere: cõsurge sede ihrlm.
Solve vincula colli tui captiva filia
syon: q̃a hec dicit dñs. Gratis venũda-
ti estis: et sine argẽto redimemini. Qui-
a hec dicit dñs de⁹. In egiptũ descendit
pplus meus in principio ut colonus
esset ibi: et assur absq; ulla causa ca-
lumniat⁹ est eũ. Et nunc q̃d michi est
hic dicit dñs? Quoniã ablat⁹ ẽ ppls
me⁹ gratis. Dominatores ei⁹ inique
agunt dicit dñs: et iugiter tota die no-
men meũ blasphemat̃. Propter hoc sci-
et ppls meus nomen meũ in die illa:
quia ego ipse qui loquebar ecce assum.
Quã pulcri sup mõtes pedes ãnunci-
antis et p̃dicantis pacem: ãnuncian-
tis bonũ p̃dicantis salutem: dicentis
syon. Regnabit deus tuus. Vox specu-
latorũ tuorũ. Levaverũt vocẽ: simĺ lau-
dabũt: quia oculo ad oculũ videbũt
cum cõverterit dñs syon. Gaudete et
laudate simul deserta ihrusalẽ: quia
consolatus est dñs pplm suũ: redemit
ihrusalẽ. Paravit dñs brachiũ san-
ctum suũ ĩ oculis omniũ gentiũ: et vi-
debũt omnes fines terre salutare dei
nr̃i. Recedite recedite: exite inde: pollutũ
nolite tãgere. Exite de medio ei⁹: mun-
damini qui fertis vasa dñi. Quoniã
non in tumultu exibitis: nec in fuga
properabitis. Precedet enim vos dñs:
et cõgregabit vos deus israhel. Ecce
intelliget servus me⁹: exaltabit̃ et eleva-
bitur: et sublimis erit valde. Sicut ob-
stupuerũt sup te multi: sic inglorius e-
rit inter viros aspect⁹ ei⁹: et forma ei⁹ inter
filios hoĩm. Iste asperget gẽtes multas:
sup ipm cõtinebũt reges os suũ. Quia
quib; nõ ẽ narratũ de eo videbunt: et q̃
non audierunt cõtemplati sũt. c. liii.
Quis credidit auditui nostro: et
brachiũ dñi cui revelatũ est? Et
ascendit sicut virgultũ corã eo: et sicut
radix de terra sitienti. Non est species
ei neq; decor. Et vidimus eum et non
erat aspectus: et desideravimus eum
despectũ et novissimũ virorũ: virũ dolo-
rum et scientem infirmitatẽ. Et q̃si ab-
sconditus vultus ei⁹ et despectus: un-
de nec reputavim⁹ eum. Vere languo-
res nostros ipse tulit: et dolores nr̃os
ipse portavit. Et nos putavim⁹ eum
quasi leprosum: et pcussum a deo et
humiliatũ. Ipse aũt vulnerat⁹ ẽ pp̃ter
iniquitates nostras: attritus est pp̃ter
scelera nostra. Disciplina pacis nostre
sup eum: et livore eius sanati sumus
Omnes nos q̃si oves erravim⁹: unus-
quisq; in viã suã declinavit: et dñs po-
suit in eo iniquitatem omniũ nostrũ.
Oblatus est quia ipse voluit: et non
aperuit os suũ. Sicut ovis ad occisi-
onem ducetur: et quasi agnus coram
tondente se obmutescet: et nõ aperiet os
suũ. De angustia et de iudicio subla-
tus est. Generationẽ eius quis enarra-
bit? Quia abscisus est de terra viven-
tium. Propter scelus ppli mei pcussi

rum. Et dabit impios ꝓ sepultura et
diuitē pro morte sua: eo ꝙ iniquitatē
non fecerit· neq; dolus fuerit in ore ei⁹:
et dñs voluit cōterere eū ī infirmitate.
Si posuerit pro peccato animā suā vi-
debit semen longeuū: et volūtas dñi
in manu eius dirigetur. Pro eo ꝙ la-
borauit anima ei⁹: videbit et satura-
bitur. In sciētia sua iustificabit ipse
iustus seruos meos multos: ⁊ iniqui-
tates eoꝝ ipē portabit. Ideo dispciā ei
plurimos ⁊ fortiū diuidet spolia: ꝓ eo
ꝙ tradidit ī mortē animā suā: ⁊ cū sce-
leratis reputat⁹ ē. Et ipē pcca multoꝝ vt nō peri-
tulit: ⁊ ꝓ trāsgressoribꝫ rogauit rent c. liiii.
Lauda sterilis que non paris: de-
canta laudē ⁊ hinni que nō pa-
riebas: quoniā multi filij deserte magis
ꝗ̄ eius que habet virum dicit domi-
nus. Dilata locū tentorij tui: et pelles
tabernaculoꝝ tuoꝝ extende, ne parcas.
Longos fac funiculos tuos: ⁊ clauos
tuos cōsolida. Ad dexterā enim et ad
leuam penetrabis: et semen tuū gentes
hereditabit: ⁊ ciuitates desertas inha-
bitabit. Noli timere quia non cōfun-
deris neq; erubesces. Non enim te pu-
debit· quia confusionis adolescentie
tue obliuisceris: et obprobrij viduita-
tis tue non recordaberis āplius. Quia
dominabitur tui qui fecit te: domin⁹
exercituū nomē eius: et redemptor tu⁹
sanctus isrl· deus omnis terre vocabi-
tur. Quia ut mulierem derelictā et me-
rentem spiritu vocauit te dñs: et vxo-
rem ab adolescentia abiectā. Dixit de-
us tuus. Ad punctum in modico de-
reliqui te: et in miserationibꝫ magnis
cōgregabo te. In momento indigna-
tionis abscondi faciē meā parumper
a te: et ī misericordia sempiterna miser-
tus sum tui. Dixit redemptor tu⁹ dñs.

Sicut in diebꝫ noe istud michi est: cui diluuij
iuraui ne inducerem aquas ultra su-
pra terrā: sic iuraui ut nō irascar tibi
et nō increpē te. Montes eni cōmoue-
buntur ⁊ colles cōtremiscent: misericor-
dia aūt mea nō recedet a te: et fed⁹ pa-
cis mee non mouebitur. Dixit mise-
rator tuus dñs. Paupercula tempesta-
te conuulsa absq; ulla consolatione;
ecce ego sternā per ordinem lapides tu-
os: et fundabo te in saphiris. Et po-
nam iaspidē ꝓpugnacula tua: et por-
tas tuas in lapides sculptos: et om̄es
terminos tuos in lapides desiderabi-
les; vniuersos filios tuos doctos a do-
mino: et multitudinē pacis filijs tuis:
et in iusticia fundaberis. Recede procul
a calumnia quia nō timebis: et a pa-
uore: q̄a nō appropiquabit tibi. Ecce
accola veniet qui nō erat mecū: adue-
na quondā tuus adiūgetur tibi. Ecce
ego creaui fabrum sufflantem in igne
prunas: et proferentem vas in opus
suū: et ego creaui interfectorē ad disp-
dendū. Omne vas qđ fictum est· con-
tra te non dirigetur: et omnē linguā
resistentē tibi ī iudicio iudicabis. Hec
est hereditas seruorum domini: et iu-
sticia eoꝝ apud me dicit domin⁹. c. lv.
Omnes sitientes venite ad aquas:
et qui nō habetis argentū ꝓpera-
te: Emite et cōedite; venite emite absq;
argento: et absq; ulla cōmutatōne vi-
num et lac. Quare appenditis argen-
tum nō ī panibꝫ: et laborem vestrū nō
in saturitate? Audite audientes me
et comedite bonū: ⁊ delectabitur in cras-
situdine anima vestra. Inclinate au-
rem vestrā ⁊ venite ad me: audite ⁊ vi-
uet anima vestra, et feriā vobiscū pa-
ctum sempiternū: misericordias dauid
fideles. Ecce testem ꝓplis dedi eū: ducē

ac preceptorē gentibꝫ. Ecce gentē quā
nesciebas vocabis: et gentes q̄ non co-
gnouerunt te ad te current ꝓpter dn̄m
deū tuū ⁊ sanctū isrl̄: quia glorificauit
te. Querite dn̄m dū inueniri potest: in-
uocate eū dū ꝓpe est. Derelinquat im-
pius viam suam· ⁊ vir iniquus cogi-
tacōnes suas: et reuertatur ad dn̄m ⁊
miserebitur eius: et ad deū nostrū quo-
niam multus est ad ignoscendū. Nō
enim cogitationes mee cogitationes
vestre: neqꝫ vie vestre vie mee dicit dn̄s.
Quia sicut exaltantur celi a terra sic ex-
altate sunt vie mee a vijs vr̄is: ⁊ cogi-
tationes mee a cogitationibꝫ vestris.
Et quomō descendit ymber et nix de ce-
lo ⁊ illuc vltra non reuertitur: sed ine-
briat terram et infundit eam et germi-
nare eā facit et dat semen serenti et pa-
nem comedenti: sic erit verbū meū qd̄
egredietur de ore meo. Non reuertetur
ad me vacuū: sed faciet quecūqꝫ volui:
et ꝓsperabitur in hijs ad q̄ misi illud.
Quia in leticia egrediemini: et in pace
deducemini. Montes ⁊ colles cātabūt
corā vobis laudem: et om̄ia ligna re-
gionis plaudēt manu. Pro saliunca
ascendit abies: et ꝓ vrtica crescet mir-
tus. Et erit dominus nominatus in
signū eternū: qd̄ non auferetur. c. lvi.
Hec dicit dn̄s. Custodite iudiciū
et facite iusticiā: quia iuxta ē sa-
lus mea ut veniat: et iusticia mea ut
reueletur. Beatus vir qui facit hoc: et
filius hoīs qui apprehendet istud, cu-
stodiens sabbatū ne polluat illud: cu-
stodiens manus suas ne faciat om̄e
malū. Et nō dicat filius aduene qui
adheret dn̄o dicens: separatione diui-
det me dn̄s a ꝑplo suo. Et nō dicat eu-
nuchus: ecce ego lignū aridū. Quia
hec dicit dn̄s eunuchis, q̄ custodierint
sabbata mea. ⁊ elegerint que volui. et
tenuerint fedus meū. Dabo eis in do-
mo mea et in muris meis locū: et no-
men meliꝰ a filijs et filiabus. Nomē
sempiternū dabo eis: qd̄ nō peribit. Et
filios aduene qui adherent domino
ut colant eum: ⁊ diligant nomē eiꝰ ut
sint ei in seruos: omnē custodientem
sabbatū ne polluat illud et tenentem
fedus meū: adducā eos in mōtem san-
ctum meū· et letificabo eos in domo
oracōnis mee. Holocausta eoꝝ et victi-
me eoꝝ placebūt michi sup altari me-
o: q̄a domꝰ mea domꝰ orationis vo-
cabit̄ cunctis ꝑplis. Ait dominus deꝰ
qui cōgregat dispsos israhel. Adhuc
congregabo ad eum congregatos eiꝰ.
Omnes bestie agri venite ad deuoran-
dum: vniuerse bestie saltus. Specula-
tores eiꝰ ceci omnes: nescierūt vniuer-
si. canes muti nō valētes latrare: vidē-
tes vana· dormientes et amantes so-
mnia: et canes inpudētissimi nescierūt
saturitatem. Ipsi pastores ignoraue-
runt intelligenciā: omnes in viā suā
declinauerunt: vnusquisqꝫ ad auarici-
am suam a summo vsqꝫ ad nouissi-
mum. Venite sumamus vinum et
impleamur ebrietate: et erit sicut ho-
die sic et cras: et multo ampliꝰ. c. lvii.
Iustus perit ⁊ nō ē est qui recogitet in
corde suo: et viri misericordie colligun-
tur: quia nō est qui intelligat. A facie
enī malicie collectus ē iustus. Veniat
pax: requiescat in cubili suo· q̄ ambu-
lauit in directione sua. Vos aūt acce-
dite huc filij auguratricis: semē adul-
teri et fornicarie, sup quē lusistis? super
quē dilatastis os· et eiecistis linguā?
Numqd̄ nō vos filij scelesti. semē men-
dax, q̄ cōsolamini in dijs subter om̄e
lignū frondosū immolātes paruulos

in torrentibꝫ subter imīnētes petras.
In partibus torrentis pars tua: hec
est sors tua. Et ipsis effudisti libamē:
obtulisti sacrificiū. Nūquid sup hijs
non indignabor? Sup mōtem excel-
sum et sublimē posuisti cubile tuū: et
illuc ascendisti ut immolares hostias.
Et post ostiū et retro postem posuisti
memoriale tuū: quia iuxta me discoope-
ruisti et suscepisti adulterū. Dilatasti
cubile tuū: ⁊ pepigisti cū eis fedus. Di-
lexisti stratū eoꝝ manu aperta: ⁊ orna-
sti te regio unguento: et multiplicasti
pigmenta tua. Misisti legatos tuos
procul: et humiliata es usqꝫ ad infe-
ros. In multitudine uie tue laborasti:
non dixisti quiescā. Uitā manus tue
inuenisti: ꝓpterea non rogasti. Pro
quo sollicita timuisti. quia mentita es
et mei nō es recordata: neqꝫ cogitasti
in corde tuo quia ego tacens et quasi
non uidens: et mei oblita es. Ego an-
nunciabo iusticiā tuā: et opera tua nō
proderūt tibi. Cū clamaueris liberent
te congregati tui. Et omnes eos aufe-
ret uentus: tollet aura. Qui aūt fidu-
ciam habet mei hereditabit terrā: ⁊ possi-
debit mōtem sanctū meū: et dicā. Ui-
am facite: ꝑbete iter: declinate de semi-
ta: auferte offendicula de uia ꝑpli mei.
Quia hec dicit excelsus et sublimis ha-
bitans eternitatē et sanctū est nomē e-
ius. in excelso ⁊ in sancto habitans. ⁊
cum cōtrito et humili spiritu: ut uiuifi-
cet spiritū humiliū ⁊ uiuificet cor cōtri-
toꝝ. Nō enim in sempiternū litigabo
neqꝫ usqꝫ ad finē irascar: quia spiritꝰ
a facie mea egredietur et faciā ego fla-
tus. Propter iniquitatē auaricie eius
iratus sum: et percussi eum. Abscondi:
et indignatus sum. Et abijt merens ī
uia cordis sui. Uias eiꝰ uidi ⁊ sanaui

eum: et reduxi eum: et reddidi cōsolati-
ones ipsi et lugentibꝫ eius. Creaui fru-
ctum labioꝝ pacem: pacem ei qui lon-
ge est: et qui ꝓpe dixit dn̄s: et sanaui e-
um. Impij aūt quasi mare feruēs qd
quiescere non potest: et redundāt flu-
ctus eius ī cōculcationē ⁊ lutū. Nō est
pax impijs dicit deꝰ meus. c. lviii.

Clama: ne cesses: quasi tuba exalta
uocem tuā ⁊ annūcia ꝑplo meo
scelera eorum: et domui iacob peccata
eoꝝ. Me etenim de die in diem querūt
et scire uias meas uolūt: quasi gens
que iusticiā fecerit: et qͥ iudiciū dei sui
non dereliquerit. Rogant me iudicia
iusticie: appropinquare deo uolūt. Qua-
re ieiunauimꝰ ⁊ non aspexisti: humili-
auimꝰ animas nr̄as et nescisti? Ecce
in die ieiunij uestri inuenitur uolūtas
uestra: et omnes debitores uestros re-
petitis. Ecce ad lites et cōtentiones ie-
iunatis: ⁊ percutitis pugno impie. No-
lite ieiunare sicut usqꝫ ad hanc diem:
ut audiatur in excelso clamor uester.
Nūquid tale est ieiuniū qd elegi: ꝑ di-
em affligere hominē animam suam?
Nūquid cōtorquere quasi circulū caput
suū: et saccū et cinerē sternere? Nūquid
istud uocabis ieiuniū. ⁊ diē acceptabilē
domino? Nōne hoc est magis ieiuniū
qd elegi? Dissolue colligationes impi-
etatis: solue fasciculos deprimentes.
Dimitte eos qui cōfracti sunt liberos:
et omne onus dirūpe. Frange esurienti
panē tuū: et egenos uagosqꝫ induc in
domū tuā. Cū uideris nudū operi eū:
et carnē tuā ne despexeris. Tunc erum-
pet quasi mane lumē tuū: et sanitas
tua citiꝰ orietur. Et anteibit faciē tuā iu-
sticia tua: et gloria dn̄i colliget te. Tūc
inuocabis ⁊ dn̄s exaudiet: clamabis:
⁊ dicet ecce assū. Si abstuleris de medio

quia misericors sum dn̄s deꝰ tuus

tui cathenā: et desieris extendere digitū.
et loqui qd nō ꝓdest. Cū effuderis esu-
rienti animā tuā. et animā afflictam
repleueris: orietur in tenebris lux tua:
et tenebre tue erūt sicut meridies. Et re-
quiē tibi dabit dn̄s deus tuus semꝑ:
et implebit splendoribꝫ animā tuam:
et ossa tua liberabit. Et eris q̄si ortus
irriguus: et sicut fons aquaꝝ cuiꝰ nō
deficiēt aque. Et edificabūtur in te de-
serta seculoꝝ: fundamēta generatōnis
et generatōnis suscitabis. Et vocabe-
ris edificator sepiū: auertēs semitas ī
quietem. Si auerteris a sabbato pedē
tuū facere voluntatē tuā in die sancto
meo: et vocaueris sabbatū delicatum
et sanctū domini gloriosum: et glori-
ficaueris eū dum nō facis vias tuas
et non inuenit̄ volūtas tua ut loqua-
ris sermonē: tunc delectaberis suꝑ do-
mino. et sustollam te suꝑ altitudines
terre: et cibabo te hereditate iacob pris
tui. Os eni dn̄i locutū est. ca. lix.

Ecce non est abbreuiata manus
domini ut saluare nequeat: neqꝫ
aggrauata est auris eius ut nō exau-
diat: sed iniquitates vestre diuiserunt
inter vos et deū vestrū: et peccata vr̄a
abscōderūt faciē eius a vobis ne exau-
diret. Manus eni vestre pollute sunt
sanguine: et digiti vr̄i iniquitate. La-
bia vr̄a locuta sunt mēdaciū: ⁊ lingua
vestra iniquitatem fatur. Non est qui
inuocet iusticiā. neqꝫ est qui iudicet ve-
re: sed confidūt in nichili: ⁊ loquūtur
vanitates. Conceperūt laborē: et pepe-
rerūt iniquitatē. Oua aspidū ruperūt:
et telas aranee texuerūt. Qui comederit
de ouis eoꝝ morietur: ⁊ qd confotum
est erumpet in regulū. Tele eoꝝ nō erūt
in vestimentū: neqꝫ operient̄ operibus
suis. Opera eoꝝ opera inutilia: ⁊ opus
iniquitatis in manibꝫ eoꝝ. Pedes eoꝝ
ad malū currūt: et festināt ut effundāt
sanguinē innocentem. Cogitationes
eoꝝ cogitationes inutiles. Vastitas ⁊
contritio in viis eoꝝ: viam pacis nesci-
erunt: et nō est iudiciū in gressibus eo-
rum. Semite eoꝝ incuruate sunt eis:
omīs qui calcat in eis ignorat pacē.
Propter hoc elōgatū est iudiciū a vo-
bis: et nō apprehendet vos iusticia. Ex-
pectauimus lucē ⁊ ecce tenebre: splendo-
rem: et in tenebris ambulauimꝰ. Pal-
pauimꝰ sicut ceci parietē: ⁊ quasi absqꝫ
oculis attrectauimus. Impegimus
meridie quasi in tenebris: in caligosis
quasi mortui. Rugiemus quasi ursi o-
mnes: ⁊ quasi colūbe meditātes geme-
mus. Expectauimꝰ iudiciū ⁊ nō est: sa-
lutē ⁊ elōgata ē a nobis. Multiplica-
te sūt eni iniquitates nr̄e corā te: et pec-
cata nr̄a respōderūt nobis. Quia scele-
ra nostra nobiscū: et iniquitates nr̄as
cognouimus. peccare et mentiri cōtra
dominū: ⁊ auersi sumꝰ ne iremus post
tergū dei nr̄i ut loq̄remur calūniam
et transgressionē. Concepimꝰ et locuti
sumus de corde verba mēdacii: ⁊ con-
uersum ē retrorsum iudiciū: et iusticia
longe stetit. Quia corruit in platea ve-
ritas: et equitas nō potuit ingredi. Et
facta est veritas in obliuione: et qui re-
cessit a malo prede patuit. Et vidit do-
minus et malū apparuit in oculis eiꝰ:
quia nō est iudiciū. Et vidit deꝰ quia
non est vir: et aporiatus est quia nō
est qui occurrat. Et saluabit sibi bra-
chiū suū: et iusticia eiꝰ ipsa cōfirmabit
eum. Indutus est iusticia ut lorica: et
galea salutis in capite eius. Indutus
est vestimētis ultionis: et opertus est
quasi pallio zeli sicut ad vindictam:
quasi ad retributionē indignationis

hoſtibus ſuis · et viciſſitudinē inimicis
ſuis. Inſulis vicem reddet. Et timebūt
qui ab occidente · nomen dñi. et qui ab
ortu ſolis gloriam eius: Cum venerit
quaſi fluuius violentus quē ſpiritus
dñi cogit: et venerit ſyon redemptor: et
eis qui redeunt ab iniquitate in iacob
dicit dñs. Hoc fedus meū cū eis dicit
dñs. Spiritꝰ meꝰ qui ē inte ⁊ verba me=
a · que poſui in ore tuo · nō recedent de
ore tuo · ⁊ de ore ſeminis tui dicit dñs:
amodo ⁊ uſq; in ſempiternum. c. lx.
Surge illuminare iheruſalē quia
venit lumē tuū: et gloria dñi ſu=
per te orta ē. Quia ecce tenebre operiēt
terrā · et caligo ꝑplos: ſup te autē orietᷣ
dominus: et gloria eius in te videbitᷣ.
Et ambulabūt gentes ī lumine tuo:
et reges in ſplendore ortus tui. Leua ī
circuitu oculos tuos et vide: omnes
iſti congregati ſunt: venerūt tibi. Filij
tui de lōge veniēt: et filie tue de latere ſur=
gent. Tūc videbis ⁊ afflues ⁊ mirabitᷣ ⁊
dilatabitᷣ cor tuū. quādo cōuerſa fuerit
ad te multitudo maris: fortitudo gentiū
venerit tibi. Inundatio camelorꝝ ope=
riet te: dromedarij madian et effa. O=
mnes de ſaba venient aurū et thus de=
ferentes: et laudem dño annūciantes.
Omne pecus cedar cōgregabitᷣ tibi: a=
rietes nabaioth miniſtrabūt tibi. Of=
ferentur ſup placabili altari meo: ⁊ do=
mū maieſtatis mee glorificabo. Qui
ſunt iſti qui ut nubes volāt: et quaſi
colūbe ad feneſtras ſuas? Me eni in=
ſule expectabūt ⁊ naues maris ī prin=
cipio: ut adducā filios tuos de longe.
Argentū eorꝝ et aurū eorꝝ cum eis no=
mini dñi dei tui et ſancto iſrahel: quia
glorificauit te. Et edificabūt filij pere=
grinorꝝ muros tuos: et reges eorꝝ mi=
niſtrabūt tibi. In indignatione enim
mea percuſſi te: et in recōciliatione mea
miſertus ſum tui. Et aperientur porte
tue iugiter: die ac nocte nō claudentur:
ut afferatᷣ ad te fortitudo gentiū et re=
ges earꝝ adducātur. Gens enim et re=
gnū qđ nō ſeruierit tibi peribit: et gen=
tes ſolitudine vaſtabuntur. Gloria
libani ad te veniet: abies et buxus et
pinus ſimul ad ornādū locū ſanctifi=
cationis mee: et locū pedū meorꝝ glo=
rificabo. Et veniēt ad te curui filij eorꝝ
qui humiliauerūt te: et adorabūt ve=
ſtigia pedū tuorꝝ omnes qui detrahe=
bant tibi: et vocabūt te ciuitatem dñi
ſyon ſancti iſrahel. Pro eo ꝙ fuiſti dere=
licta ⁊ odio habita et non erat q̇ per te
tranſiret: ponā te in ſupbiā ſeculorū:
gaudiū in generationē ⁊ generationē.
Et ſuges lac gentiū: et mamilla regū
lactaberis. Et ſcies quia ego dominus
ſaluās te: et redemptor tuus fortis ia=
cob. Pro ere afferā aurū · et pro ferro af=
feram argentū: et pro lignis es: ⁊ pro
lapidibus ferrum. Et ponam viſita=
tionem tuā pacem: ⁊ ꝑpoſitos tuos iu=
ſticiam. Non audietur vltra iniqui=
tas in terra tua · vaſtitas et contritio
in terminis tuis: et occupabit ſalus
muros tuos: et portas tuas laudatio.
Nō erit tibi amplꝰ ſol ad lucendū ꝑ
diē: nec ſplēdor lune illuminabit: ſed
erit tibi dñs in lucem ſempiternam: et
deus tuus in gloriam tuā. Non occi=
det vltra ſol tuus et luna tua non mi=
nuetur: quia dominus erit tibi in lu=
cem ſempiternā: et cōplebuntur dies
luctus tui. Populus autem tuꝰ omnes
iuſti in ꝑpetuū hereditabunt terrā: ger=
men plātationis mee: opus manus
mee ad glorificandū. Minimꝰ erit in
mille: et paruulꝰ ī gentē fortiſſimā. Ego
dñs: in tpe eiꝰ ſubito faciā iſtud. c. lxi.

Spiritus domini super me: eo q
unxerit me. Ad annūciandum
mansuetis misit me: ut mederer cōtritis
corde et p̄dicarem captiuis indulgen-
tiam et clausis apertionē: ut p̄dicarē
annū placabilē dño et diē ultionis de-
o nostro: ut cōsolarer oēs lugentes:
et ponerem fortitudinē lugentibus sy-
on: ⁊ darem eis coronā pro cinere: ole-
um gaudij pro luctu: palliū laudis
pro spiritu meroris. Et vocabūtur in
ea fortes iusticie: plātatio dñi ad glo-
rificandū. Et edificabūt deserta a secu-
lo: et ruinas āntiquas erigēt: ⁊ instau-
rabūt ciuitates desertas ⁊ dissipatas
in generationē et generationē. Et sta-
bunt alieni ⁊ pascent pecora vestra: et
filij peregrinorꝫ agricole et vinitores
vestri erūt. Vos autē sacerdotes dñi vo-
cabimini: ministri dei nostri dicetᷣ vo-
bis. Fortitudinē gentiū comedetis: et
in gloria eorꝫ superbietis. Pro cōfusio-
ne vestra duplici ⁊ rubore: laudabunt
partem eorꝫ. Propter hoc in terra sua
duplicia possidebūt: leticia sempiter-
na erit eis. Quia ego dñs diligens iu-
diciū: et odio habens rapinā in olo-
caustū. Et dabo opus eorꝫ in veritate:
et fedus ꝑpetuū feriā eis. Et scietur in
gentibꝫ semen eorꝫ: et germē eorꝫ in me-
dio ꝑplorū. Omnes qui viderint eos
cognoscent illos: quia isti sunt semen
cui benedixit dñs. Gaudens gaudebo
in dño: ⁊ exultabit anima mea in deo
meo. Quia induit me vestimentis sa-
lutis: ⁊ indumento iusticie circumdedit
me: q̄si sponsum decoratū corona et
quasi spōsam ornatā monilibꝫ suis.
Sicut enim terra pfert germē suū: et si-
cut ortus semen suum germinat: sic
dominus deꝰ germinabit iusticiam
et laudē corā uniuersis gētibus. c. lxii.

Propter syon non tacebo et ꝑpter
ierusalē nō quiescā: donec egre-
diatur ut splendor iustus eius: et sal-
uator eius ut lampas accendatur. Et
videbūt gentes iustū tuū: et cūcti reges
inclitū tuū. Et vocabitur tibi nomen
nouū: qđ os dñi nominauit. Et eris
corona glorie in manu dñi: et dyade-
ma regni in manu dei tui. Non voca-
beris ultra derelicta: et terra tua nō vo-
cabitᷣ ampliꝰ desolata. Sed vocaberis
voluntas mea in ea: et terra tua inha-
bitabitᷣ. Quia cōplacuit dño in te: et
terra tua inhabitabitᷣ. Habitabit enī
iuuenis cū virgine: et habitabūt in te
filij tui. Et gaudebit spōsus sup spon-
sam: et gaudebit sup te deꝰ tuus. Su-
per muros tuos ierusalē constitui cu-
stodes: tota die ⁊ tota nocte in ꝑpetuū
non tacebunt. Qui reminiscimini dñi
ne taceatis. ⁊ ne detis silentium ei: do-
nec stabiliat et donec ponat ierusalē
laudē in terra. Iurauit dñs in dextera
sua: et in brachio fortitudinis sue. Si
dedero triticū tuū ultra cibū inimicis
tuis: et si biberint filij alieni vinū tuū
in quo tu laborasti. Quia qui congre-
gabūt illud comedēt et laudabūt do-
minū: et q̄ cōportāt illud bibēt i atrijs
sanctis meis. Trāsite trāsite ꝑ portas:
ꝑparate viā ꝑplo. Planū facite iter: et
eligite lapides: ⁊ eleuate signū ad ꝑplos.
Ecce dñs auditū fecit in extremis terre.
Dicite filie syon ecce saluator tuꝰ venit:
ecce merces eiꝰ cū eo: et opus eiꝰ corā il-
lo. et vocabunt eos populus sanctus
redempti a dño. Tu autem vocaberis
quesita ciuitas ⁊ nō derelicta. c. lxiii.
Quis est iste q̄ venit de edom tin-
ctis vestibꝫ de bosra? Iste formo-
sus in stola sua: gradiens in multitu-
dine fortitudinis sue. Ego q̄ loquor

iusticiã: et ꝓpugnator sũ ad saluan-
dum. Quare ergo rubrũ est indumen-
tum tuũ: et vestimenta tua sicut calcã-
tium ĩ torculari? Torcular calcaui so-
lus: et de gentibꝫ nõ est vir mecũ. Cal-
caui eos in furore meo: et conculcaui
eos in ira mea. Et aspsus est sanguis
eoꝝ sup vestimenta mea: et omnia in-
dumenta mea inquinaui. Dies enim
ultionis in corde meo: annꝰ retributi-
onis mee venit. Circũspexi et nõ erat
auxiliator: quesiui-et non fuit qui ad-
iuuaret. Et saluauit michi brachium
meũ: et indignatio mea ipa auxiliata
est michi. Et conculcaui ꝑplos in furo-
re meo: ⁊ inebriaui eos indignatione
mea: et detraxi in terrã virtutem eorum.
Miserationũ dñi recordabor: laudẽ
dñi sup omnibꝫ q̃ reddidit nobis dñs:
et sup multitudine bonoꝝ domꝰ isrl'
que largitus est eis scd̃m indulgenti-
am suã et scd̃m multitudinẽ misericor-
diaꝝ suaꝝ. Et dixit. Verũtamẽ ꝑplus
meus est: filij non negantes. Et factꝰ
est eis saluator. In omni tribulatione
eoꝝ non ẽ tribulatꝰ: et ãgelus faciei e-
ius saluauit eos. In dilectione sua et
ĩ indulgentia sua ipse redemit eos: et
portauit eos ⁊ leuauit eos cunctis di-
ebus seculi. Ipsi aũt ad iracundiam
prouocauerũt: et afflixerũt spiritũ san-
cti eius. Et cõuersus ẽ eis in inimicũ:
et ipse debellauit eos. Et recordatꝰ est
dieꝝ seculi: moysi et ꝑpli sui. Ubi ẽ qui
eduxit eos de mari cũ pastoribus gre-
gis sui? Ubi est q̃ posuit ĩ medio eius
spiritũ sancti sui? Qui eduxit ad dexte-
ram moysen brachio maiestatis sue:
qui scidit aquas ante eos: ut faceret
sibi nomẽ sempiternũ. Qui eduxit eos
per abissos quasi equũ in deserto nõ
impingentẽ: quasi animal in campo
descendens. Spiritus dñi ductor eius
fuit. Sic adduxisti ꝑplm tuũ: ut faceres
tibi nomẽ glorie. Attende de celo: et
vide de habitaculo sancto tuo: et glorie de solio
tue. Ubi est zelus tuꝰ et fortitudo tua?
Multitudo viscerũ tuorũ et miseratio-
num tuaꝝ sup me cõtinuerunt se. Tu e-
nim pater noster: et abraham nesciuit
nos: et isrl' ignorauit nos. Tu dñe pa-
ter noster: redemptor noster: a seculo
nomẽ tuũ. Quare errare nos fecisti do-
mine de vijs tuis: indurasti cor no-
strum ne timeremꝰ te? Cõuertere ꝓpter
seruos tuos: tribꝫ hereditatis tue. Qua-
si nichilũ possederũt ꝑplm sanctũ tuũ
hostes nostri: conculcauerũt sanctifi-
cationẽ tuã. Facti sumꝰ quasi in prin-
cipio cũ nõ dñareris nr̃i: neqꝫ inuoca-
retur nomẽ tuũ sup nos. ca. lxiiij.
Utinam dirũperes celos et descen-
deres. A facie tua mõtes deflue-
rent: sicut exustio ignis tabescerent at-
qꝫ arderent igni-ut notũ fieret nomen
tuũ inimicis tuis: a facie tua gentes
turbarentur. Cum feceris mirabilia
nõ sustinebimꝰ. Descendisti: et a facie
tua mõtes defluxerũt. A seculo nõ au-
dierũt: neqꝫ auribus ꝑceperũt. Oculus
non vidit deus absqꝫ te: que ꝑparasti
expectantibus te. Occurristi letanti et
facienti iusticiã: in vijs tuis recordabũ-
tur tui. Ecce tu iratus es ⁊ peccauimꝰ:
in ipis fuimꝰ semp: ⁊ saluabimur. Et
facti sumꝰ ut immũdi omnes nos: et
quasi pannꝰ menstruate vniuerse iu-
sticie nr̃e. Et cecidimꝰ quasi foliũ vni-
uersi: et iniquitates nostre q̃si ventus
abstulerũt nos. Non est qui inuocet
nomẽ tuũ: qui consurgat et teneat te.
Abscondisti faciẽ tuã a nobis: et alli-
sisti nos in manu iniquitatis nostre.
Et nũc domine pater noster es tu-nos

vero lutum: et fictor noster tu: et opera
manuū tuaꝝ omnes nos. Ne irasca-
ris dn̄e satis: ⁊ ne ultra memineris in-
iquitatis nostre. Ecce respice: ppl's tu⁹
om̄es nos. Civitas sancti tui facta ē
deserta: syon deserta facta est. Jherusa-
lem desolata: dom⁹ sanctificationis
nostre ⁊ glorie nostre ubi laudaverūt
te patres nostri: facta est in exustionē i-
gnis: et omnia desiderabilia nostra
versa sunt in ruinas. Numquid super
hiis continebis te dn̄e: tacebis et affli-
ges nos vehementer? Quesierunt me

cap^m lxv Quesierunt

qui ante non interrogabant: invene-
runt qui non quesierunt me. c.lxv.
Dixi. Ecce ego: ecce ego ad gentem
que non invocabat nomē me-
um. Expādi man⁹ meas tota die ad
ppl'm incredulū: qui graditur in via
nō bona post cogitationes suas. Po-
pulus qui ad iracundiā ꝓvocat me
ante faciem meā semꝑ: qui immolant
in ortis et sacrificāt suꝑ lateres: qui ha-
bitant in sepulcris et in delubris ydo-
loꝝ dormiūt: qui comedūt carnē suil-
lam: ⁊ ius ꝓfanū in vasis eoꝝ: qui di-
cunt recede a me: nō appropinques mi-
chi: q̄a immūdus es. isti fum⁹ erūt ī fu-
rore meo: ignis ardēs tota die. Ecce
scriptū est corā me. Nō tacebo: sed red-
dam et retribuā in sinu eoꝝ iniquita-
tes vestras et iniquitates patrū vestro-
rum simul dicit dn̄s: q̄ sacrificaverūt
suꝑ mōtes ⁊ suꝑ colles exprobraverūt
michi: et remetiar opus eoꝝ primū in
sinu eoꝝ. Hec dicit dn̄s. Quomō si in-
veniatꝰ granū in botro et dicatꝰ ne dis-
sipes illud quoniā benedictio est: sic fa-
ciam ꝓpter servos meos ut non disꝑ-
dam totū. Et educam de iacob semē:
et de iuda possidentem montes meos.
Et hereditabunt eam electi mei: et servi
mei habitabūt ibi. Et erunt cāpestria
in caulas gregū: et vallis achor in cu-
bile armentoꝝ ppl'o meo qui requisie-
runt me. Et vos q̄ dereliquistis dn̄m
qui obliti estis montē sanctū meū: qui
ponitis fortune mensam et libatis su-
per eā: numerabo vos in gladio: et o-
mnes ī cede corruetis: pro eo qd̄ voca-
vi et nō respōdistis michi: locut⁹ sum
et nō audistis: et faciebatis malū in o-
culis meis: ⁊ que nolui elegistis. Pro-
pter hoc hec dicit dn̄s de⁹. Ecce servi mei
comedent: et vos esurietis. Ecce servi
mei bibent: ⁊ vos sitietis. Ecce servi mei
letabūtur: ⁊ vos confundemini. Ecce
servi mei laudabunt pre exultatione
cordis: et vos clamabitis pre dolo-
re cordis: et pre contritione spiritus ulu-
labitis: et dimittetis nomē vestrū ī iu-
ramentū electis meis. Et interficiet te
dn̄s deus: et servos suos vocabit no-
mine alio. In quo qui benedictus est
suꝑ terrā: benedicetur ī deo amen. Et
qui iurat in terra: iurabit in deo amē.
Quia oblivioni tradite sunt āgustie
priores: et quia abscondite sunt ab o-
culis nr̄is. Ecce enī ego creo celos no-
vos: et terrā novā: ⁊ nō erūt in memo-
ria priora et non ascendēt suꝑ cor: sed
gaudebitis et exultabitis usq; ī sempi-
ternū in hiis que ego creo. Quia ecce e-
go creo ihrl'alē exultationē: et ppl'm e-
ius gaudiū: et exultabo in ihrl'alē et
gaudebo in ppl'o meo: et nō audietur
in eo ultra vox fletus et vox clamoris.
Non erit ibi amplius infans dieꝝ et
senex qui nō impleat dies suos: quo-
niam puer centū annoꝝ morietur: et
peccator centū annoꝝ maledictus erit.
Et edificabūt domos ⁊ habitabunt: et
plantabūt vineas ⁊ comedent fruct⁹
eaꝝ. Nō edificabūt et ali⁹ habitabit:

nō plantabūt et ali⁹ comedet. Secūdum
enim dies ligni erunt dies ppli mei: et
opera manuū eoꝝ inueterabūt. Electi
mei nō laborabunt frustra: neq; gene-
rabūt in conturbatione: quia semen
benedictoꝝ dñi est et nepotes eoꝝ cum
eis. Eritq; anteq̄ clament ego exaudi-
am: adhuc illis loquentibꝰ ego audi-
am. Lupus ꝛ agnus pascentur simul:
et leo et bos comedent paleas: et ser-
penti puluis panis eius. Non noce-
bunt neq; occident in omni monte
sancto meo dicit dominus. c. lxvi

Hec dicit dñs. Celū sedes mea est:
et terra scabellū pedū meoꝝ. Que l' autē
est ista dom⁹ quā edificabitis michi:
et quis iste locus requietionis mee?
Omnia hec manus mea fecit: et facta
sunt vniuersa ista dicit dñs. Ad quē
aūt respiciā: nisi ad pauperculū et con-
tritū spiritu et trementem sermones me-
os? Qui immolat bouem: quasi qui
interficiat virum. Qui mactat pecus:
quasi qui excerebret canē. Qui offert
oblationem: quasi qui sanguinē suil-
lum offerat. Qui recordatur thuris:
quasi qui benedicat ydolo. Hec omnia
elegerūt in vijs suis: et in abominati-
onibus suis anima eoꝝ delectata est.
Unde et ego eligam illusiones eorū:
et que timebant adducā eis: quia vo-
caui et non erat qui responderet: locut⁹
sum et nō audierūt. Feceruntq; malum
in oculis meis: ꝛ que nolui elegerunt.
Audite verbū dñi: qui tremitis ad ver-
bum eius. Dixerūt fratres vestri odiē-
tes vos: et abijcientes ꝓpter nomē meū.
Glorificet dñs: et videbim⁹ in leticia
vestra: ipi aūt cōfundentur. Vox ppli de
ciuitate: vox de templo: vox domini
reddentis retributionem inimicis su-
is. Anteq̄ parturiret peperit: anteq̄
veniret partus ei⁹ peperit masculum.
Quis audiuit vnq̄ tale: ꝛ quis vidit
huic simile? Numquid parturiet terra
in die vna: aut parietur gens simul?
quia parturiuit et peperit syon filios
suos? Numquid ego qui alios parere
facio: ipe nō pariā dicit dñs? Si ego
qui generationē ceteris tribuo sterilis
ero: ait dñs deus tuus? Letamini cū
ierusalē: et exultate in ea omnes qui
diligitis eam. Gaudete cū ea gaudio
vniuersi qui lugetis sup eā: ut sugatis
et repleamini ab vbere cōsolationis e-
ius: ut mulgeatis et delicijs affluatis
ab omnimoda gloria eius. Quia hec
dicit dñs. Ecce ego declinabo sup eam
quasi fluuiū pacis: ꝛ quasi torrentem
inundātem gloriā gentiū quā sugetis.
Ad vbera portabimini: ꝛ sup genua
blandientur vobis. Quomō si cui ma-
ter blandiatur ita ego cōsolabor vos:
et in ierusalē consolabimini. Videbi-
tis et gaudebit cor vestrū: et ossa vr̄a
q̄si herba germinabunt. Et cognoscet
man⁹ dñi seruis ei⁹: et indignabitur ini-
micis suis. Quia ecce dñs i igne veni-
et: et quasi turbo quadrige ei⁹ reddere
in indignatione furorem suū: et incre-
pationē suā in flāma ignis. Quia in
igne dñs diiudicabit: et i gladio suo
ad omnē carnē: ꝛ multiplicabuntur in-
terfecti a dño. Qui sanctificabantur et
mundos se putabūt i ortis post ianu-
am intrinsecus: qui comedebāt carnē
suillā et abominationē et murem: si-
mul consumentur dicit dñs. Ego autē
opera eoꝝ et cogitationes eoꝝ venio
ut cōgregē cū omnibꝫ gentibꝫ et linguis:
et venient ꝛ videbūt gloriā meā. Et po-
nam in eis signū: et mittā ex eis q̄ sal-
uati fuerint ad gentes in mare. i affri-
cam in lidiam: tenentes sagittam in

italiam ⁊ greciā ad insulas lōge: ad eos qui non audierunt de me et non viderūt gloriā meā. Et annūciabūt gloriā meā gentibꝫ: et adducēt om̄es fratres vestros de cunctis gentibꝫ donum dño in equis et in quadrigis et in lecticis ⁊ in mulis et in carrucis ad mōtem sanctū meū iherusalē dicit dominus: quomō si inferant filij israhel munus in vase mundo in domū domini. Et assumā ex eis i sacerdotes ⁊ leuitas dicit dñs: quia sicut celi noui et terra noua que ego facio stare corā me dicit dñs deus sic stabit semen vestrum ⁊ nomē vestrū. Et erit mensis ex mense: et sabbatū ex sabbato. Veniet omnis caro: ut adoret corā facie mea dicit dñs. Et egredient: et videbūt cadauera viroꝝ qui p̄uaricati sunt i me. Vermis eoꝝ nō morief: et ignis eoꝝ non extinguetur: et erūt usqꝫ ad satietatē visionis omī carni. Explicit ysaias. Incipit plogus in iheremiā p̄phē.

Iheremias p̄pheta cui hic plogus scribitur: simone quidē apud hebreos ysaie et osee ⁊ quibusdā aliis p̄phetis videt esse rusticior: sed sensibꝫ par est: quippe qui eodem spiritu p̄phetauerit. Porro simplicitas eloquij de loco ei in quo natus est accidit. Fuit enim anathotites q̄ est usqꝫ hodie viculꝰ tribꝫ ab iherosolimis distās milibus: sacerdos ex sacerdotibus ⁊ in matris utero sanctificatus: virginitate sua euangelicum virū cristi ecclesie dedicās. Hic vaticinari exorsus ē puer: ⁊ captiuitatē urbis atqꝫ iudee non solū spiritu · sed et oculis carnis intuitus est. Iam decem tribus israhel assyrii i medos trāstulerāt: iam terras eaꝝ coloni gentiū possidebant. Unde i iuda tantū et i beniamin prophetauit: et ciuitatis sue ruinas q̄druplici plāxit alphabeto: q̄d nos mensure metri versibusqꝫ reddidimus. Preterea ordinē visionum qui apud grecos et latinos omnino cōfusus est ad pristinā fidē correximꝰ. Librū aūt baruch notarij eius · qui apud hebreos nec legitur nec habet̄ p̄termisimꝰ: pro hiis omnibꝫ maledicta ab emulis p̄stolantes: quibus me necesse est per singula opuscula respōdere. Et hoc patior: quia vos cogitis. Ceterū ad compendiū mali rectius fuerat modū furori eorū silentio meo ponere: q̄ cottidie novi aliquid scriptitantem inuidorꝫ insaniam prouocare. Explicit prologus. Incipit iheremias p̄pheta. C. primū

Verba iheremie p̄phete filij helchie de sacerdotibꝫ q̄ fuerūt in anathoth in terra beniamin. Quod factū ē verbū dñi ad eū i diebꝫ iosie filij amos regis iuda in terciodecimo āno regni eius: et factum est in diebus ioachim filij iosie regis iuda usqꝫ ad consummationē undecimi āni sedechie filij iosie regis iuda · usqꝫ ad trāsmigrationem iherusalem in mense quinto. Et factū est verbū dñi ad me dicēs. Prius q̄ te formarē i utero noui te: ⁊ anteq̄ exires de vulua sanctificaui te: et prophetā in gentibꝫ dedi te. Et dixi. A a a dñe deus. Ecce nescio loqui: q̄a puer ego sū. Et dixit dñs ad me. Noli dicere quia puer sū: quoniā ad omnia q̄ mittam te ibis: et uniuersa quecūqꝫ mādauero tibi loqueris. Ne timeas a facie eoꝝ: quia ego tecū sum ut eruā te dicit dñs. Et misit dñs manū suā: et tetigit os meum: et dixit ad me. Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce constitui te hodie sup gentes et sup regna ut euellas et destruas ⁊ disp̄das ⁊ dissipes: ⁊ edifices

et plātes. Et factū ē verbū dn̄i ad me
dicens. Quid tu vides iheremia? Et
dixi. Virgā vigilātem ego video. Et
dixit dn̄s ad me. Bene vidisti: quia vi-
gilabo ego sup verbō meū ut faciam
illud. Et factum est verbū dn̄i scđo ad
me dicens. Quid tu vides? Et dixi. Ol-
lam succensam ego video: et faciem
eius a facie aquilonis. Et dixit dn̄s
ad me. Ab aquilone pandetur om̄e
malum sup omnes habitatores terre.
Quia ecce ego cōuocabo om̄es cogna-
tiones regnoꝝ aquilonis dicit dn̄s: ⁊
venient ⁊ ponent unusquisq; solium
suū ī introitu portaꝝ iherusalē et sup
omnes muros eius in circuitu et sup
universas urbes iuda. Et loquar iu-
dicia mea cū eis sup omnē maliciam
eoꝝ qui dereliquerūt me et libaverunt
dijs alienis: ⁊ adoraverūt opus ma-
nuū suaꝝ. Tu ergo accinge lūbos tuos
et surge: ⁊ loquere ad eos omnia que
ego ꝑcipio tibi. Ne formides a facie e-
orū: nec enim timere te faciā vultū eoꝝ.
Ego quippe dedi te hodie in civitatem
munitam et ī columnā ferreā et ī mu-
rum ereū sup omnē terrā regibus iuda
principibus eius ⁊ sacerdotibꝫ ⁊ om̄i
populo terre: et bellabunt adversum
te et non prevalebunt: quia ego te-
cum sum ait domin⁹ ut liberē te. ca. ii.

Et factum est verbū dn̄i ad me di-
cens. Vade ⁊ clama in auribus
iherusalē dicens. Hec dicit dn̄s. Recor-
datus sum tui miserās adolescentiā
tuam et caritatem desponsationis tue
quādo secuta es me in deserto: ī terra
que nō seminat. Sanct⁹ israhel dn̄o:
primitie frugū eius. Omnes qui devo-
rant eū delinquūt: mala venient sup
eos dicit dn̄s. Audite verbū dn̄i do-
mus iacob: et omnes cognationes

domus israhel. Hec dicit dn̄s. Quid
invenerūt patres vestri in me iniquita-
tis quia elōgaverūt a me et ābulave-
runt post vanitatē et vani facti sūt?
Et nō dixerūt ubi ē dn̄s qui ascende-
re nos fecit de terra egipti: qui tradu-
xit nos per desertū per terrā inhabita-
bilē et inviā · ꝑ terrā sitis et ymaginē
mortis: per terrā in qua nō ambula-
vit vir neqꝫ habitavit homo. Et indu-
xi vos in terrā carmeli: ut comederetis
fructū ei⁹ et optima illius. Et ingressi
contaminastis terrā meā: et hereditatē
meā posuistis in abominationē. Sa-
cerdotes nō dixerūt ubi est dn̄s: ⁊ tenē-
tes legem nescierūt me: et pastores pre-
varicati sunt in me. Et ꝓphete ꝓpheta-
verūt in baal: ⁊ ydola secuti sunt. Pro-
pterea adhuc iudicio contendā vobis-
cum ait dn̄s: et cum filijs vestris disce-
ptabo. Trāsite ad insulas cethim et vi-
dete: et ī cedar mittite et cōsiderate vehe-
menter: ⁊ videte si factū ē huiuscemodi:
si mutavit gens deos suos: ⁊ certe ipsi
nō sūt dij. Populus vero me⁹ muta-
vit gloriā suā ī ydolū. Obstupescite ce-
li sup hoc: et porte ei⁹ desolamini ve-
hementer dicit dn̄s. Duo enī mala fe-
cit ꝓpls meus. Me dereliquerūt fontē
aque vive: et foderūt sibi cisternas dis-
sipatas que cōtinere nō valent aquas.
Numquid servus est israhel aut verna-
culus? Quare ergo fact⁹ est ī ꝑdam?
Sup eū rugierūt leones et dederūt vo-
cem suā: posuerūt terrā eius ī solitudi-
nem. Civitates eius exuste sunt: et nō
est qui habitet in eis. Filij q̈ȝ memphe-
os et taphneos constupraverūt te us-
q; ad verticē. Nūquid nō istud factū ē
tibi: quia dereliquisti dn̄m deum tuū eo
tempore quo ducebat te ꝑ viam? Et
nunc q̄d tibi vis ī via egipti: ut bibas

aquā turbidā? Et q̄d tibi cū via assiri-
oꝝ: et ut bibas aquā fluminis? Argu-
et te malicia tua: ⁊ auersio tua increpabit
te. Scito ⁊ vide q̄a malū et amarū ē re-
liquisse te dn̄m deum tuū: et nō esse ti-
morem eius apud te dicit dn̄s deus
exercituū. A seculo confregisti iugum
meū: rupisti vīcula mea et dixisti. Nō
seruiā. In omī enī colle sublimi ⁊ sub
omī ligno frōdoso tu prosternabaris
meretrix. Ego aūt plātaui te vineā ele-
ctam: omē semē veꝝ. Quomō ergo con-
uersa es ī prauū vinea aliena? Si la-
ueris te nitro ⁊ multiplicaueris tibi her-
bam borith: maculata es ī iniquitate tu-
a corā me dicit dn̄s de⁹. Quomō di-
cis nō sum polluta: post baalim nō
ambulaui? Vide vias tuas in cōual-
le: scito quid feceris. Cursor leuis expli-
cans vias tuas: onager assuetus ī so-
litudine: in desiderio anime sue attra-
xit uentū amoris sui. Nullus auertet
eam. Omnes qui querūt eā nō defici-
ent: in menstruis eius inuenient eam.
Prohibe pedē tuū a nuditate: ⁊ guttur
tuū a siti. Et dixisti. Desperaui: nequa-
q̄ʒ faciā. Adamaui quippe alienos: ⁊
post eos ambulabo. Quomō cōfun-
ditur fur quādo dep̄hendit̄ sic con-
fusi sunt domus israhel. ipi ⁊ reges e-
orū principes et sacerdotes et ꝓphete
eorū: dicentes ligno pater me⁹ es tu:
et lapidi tu me genuisti. Verterūt ad
me tergū et non faciē: et in tēpore affli-
ctionis sue dicent: surge et libera nos.
Ubi sūt dij tui quos fecisti tibi? Sur-
gant et liberent te. in tempore afflictio-
nis tue. Secundū numerū quippe ciui-
tatum tuaꝝ erant dij tui iuda. Quid
vultis mecū iudicio cōtendere? Omnes
dereliquistis me dicit dominus. Fru-
stra percussi filios vr̄os: disciplinam

non receperunt. Deuorauit gladius
vester ꝓphetas vestros: q̄si leo vastator
generatio vestra. Videte verbum dn̄i.
Numquid solitudo fact⁹ sum israheli:
aut terra serotina? Quare ergo dixit
pplus meus: recessimus. non veniem⁹
ultra ad te? Numquid obliuiscetur vir-
go ornamenti sui: aut sponsa fascie pe-
ctoralis sue? Populus vero meus ob-
litus est mei diebꝫ innumeris. Quid
niteris bonā ostendere viam tuā: ad
querendā dilectionē? Que insup ⁊ ma-
licias tuas docuisti vias tuas: et in a-
lis tuis inuent⁹ est sanguis animaꝝ
pauperū ⁊ innocentiū. Non ī fossis in-
ueni eos: sed in omnibus q̄ supra me-
moraui. Et dixisti. Absq; peccato et
innocens ego sum: et ꝓpterea auertat̄
furor tuus a me. Ecce ego iudicio con-
tendā tecum: eo q̄ dixeris non peccaui.
Quā vilis facta es nimis: iterans vi-
as tuas. Et ab egipto confunderis: si-
cut cōfusa es ab assur. Nam ⁊ ab ista
egredieris et man⁹ tue erūt sup caput
tuū: quoniā obtriuit domin⁹ cōfiden-
tiā tuā: ⁊ nichil habebis ꝓsperū. c. iii.
Vulgo dicit̄. Si dimiserit vir uxo-
rem suā et recedēs ab eo duxerit
virū alterū: numq̄d reuertet̄ ad eā ultra?
Numquid nō polluta erit ⁊ contamina-
ta mulier illa? Tu aūt fornicata es cū
amatoribus multis: tamen reuertere
ad me dicit dn̄s. Leua oculos tuos ī
directū: et vide ubi nō ꝓstrata sis. In
vijs sedebas expectās eos quasi latro
insidiās ī solitudine: ⁊ polluisti terrā
in fornicatōnibus tuis et in malicijs
tuis. Quāobrem prohibite sunt stille
pluuiaꝝ: et serotinus ymber non fuit.
Frons mulieris meretricis facta ē tibi:
noluisti erubescere. Ergo saltē amodo
voca me pater me⁹: dux virginitatis

mei tu es. Numquid irasceris in perpe-
tuū: aut pseuerabis in finem? Ecce lo-
cuta es et fecisti mala: ⁊ potuisti. Et di-
xit dominꝰ ad me ī diebus iosie regis.
Numqd vidisti que fecerit aversatrix
israhel? Abijt sibimet super omnem
montem excelsum et sub omni ligno
frondoso: et fornicata est ibi. Et dixi
cum fecisset hec omnia · ad me reverte-
re: et nō est reversa. Et vidit pvarica-
trix soror eiꝰ iuda qa pro eo qđ mecha-
ta esset aversatrix israhel dimisissem
eam ⁊ dedissem ei libellū repudij: ⁊ nō
timuit pvaricatrix iuda soror eiꝰ · sed
abijt ⁊ fornicata est etiā ipa: ⁊ facilita-
te fornicationis sue cōtaminavit ter-
ram: ⁊ mechata ē cum lapide ⁊ ligno.
Et in omnibꝫ hijs non est reversa ad
me pvaricatrix soror eius iuda ī toto
corde suo: sed ī mendacio ait dñs. Et
dixit dñs ad me. Justificavit animā
suā aversatrix isrl' cōparacōne pvari-
catricis iude. Vade ⁊ clama sermones
istos contra aquilonē et dices. Rever-
tere aversatrix israhel ait dñs et non a-
vertam faciē meā a vobis: qa sanctꝰ
ego sum dicit dñs: et non irascar in
ppetuū. Verūtamen scito iniquitatem
tuā: quia in dñm deū tuū pvaricata
es. Et dispsisti vias tuas alienis sub
omni ligno frondoso: et vocem meā
non audisti ait dñs. Cōvertimini filij
revertentes dicit dñs: quia ego vir ve-
ster. Et assumā vos · unū de civitate ⁊
duos de cognacōne: et introducā vos
in syon. Et dabo vobis pastores iu-
xta cor meū: et pascent vos sciencia et
doctrina. Cumqꝫ multiplicati fueritis
⁊ creveritis in terra in diebꝫ illis ait do-
minus nō dicent ultra archa testamē-
ti dñi: neqꝫ ascendet sup cor neqꝫ recor-
dabūtur illiꝰ: nec visitabitur nec fiet
ultra. In tempore illo vocabūt iheru-
salē soliū dñi: et cōgregabūtur ad eā
omnes gentes in nomine dñi in ihe-
rusalē: ⁊ nō ambulabūt post pravita-
tem cordis sui pessimi. In diebus illis
ibit domus iuda ad domū israhel: ⁊
venient simul de terra aquilonis ad terrā
quā dedi patribꝫ vestris. Ego aūt dixi.
Quomō ponā te in filios: et tribuā ti-
bi terrā desiderabilē hereditatē pclarā
exercituū gentiū? Et dixi. Patrē voca-
bis me: ⁊ post me ingredi nō cessabis.
Sed quomō si cōtemnat mulier ama-
torē suū: sic contempsit me domꝰ isrl'
dicit dñs. Vox in vijs audita est plo-
ratus ⁊ ululatus filiorꝫ israhel: quoni-
am iniqꝫ fecerūt viam suā: obliti sunt
domini dei sui. Cōvertimini filij rever-
tentes: ⁊ sanabo aversiones vrās. Ecce
nos venimus ad te. Tu eni es dñs de-
us noster. Vere mendaces erāt colles
et multitudo mōtiū. Vere in domino
deo nostro salus isrl'. Confusio come-
dit laborē patrū vr̄orꝫ ab adolescen-
tia nrā: greges eorꝫ et armēta eorꝫ: fili-
os eorꝫ et filias eorꝫ. Dormiemꝰ ī con-
fusione nrā et operiet nos ignominia
nostra: quoniā dño deo nrō peccavi-
mus nos et patres nostri ab adolescen-
tia nostra usqꝫ ad diem hanc: et non
audivimꝰ vocē dñi dei nostri. ca. iiii.
Si reverteris ad me israhel ait do-
minus: ad me cōvertere. Si ab-
stuleris offendicula tua a facie mea nō
commoveberis. Et iurabis vivit do-
minus in veritate ⁊ in iudicio et in iu-
sticia: ⁊ benedicent eū gētes ipmqꝫ lau-
dabūt. Hec eni dicit dñs viro iuda ⁊ ha-
bitatori ihr'lm. Novate vobis nova-
le: ⁊ nolite serere sup spinas. Circūcidi-
mini dño: ⁊ auferte pputia cordiū vro-
rum viri iuda et habitatores ihrusalē:

ne forte egrediaꝛ ut ignis indignatio
mea et succendatur· et nō sit qui extin-
guat. Omnia autem hec mala venient
propter maliciā cogitatōnū vestrarū.
Annūtiate in iuda · et in iherusalem·
auditum facite: loquimini ⁊ canite tu-
ba ĩ terra: clamate fortiẽ et dicite. Con-
gregamini et ingrediemur civitates
munitas: levate signum in syon. Con-
fortamini nolite stare: quia malum
ego adducā ab aquilone et contritio-
nem magnam. Ascendit leo de cubili
suo: et predo gentiū se levavit. Egres-
sus est de loco suo: ut ponat terrā tuā
in desolationem. Civitates tue vasta-
buntur: remanētes absq; habitatore.
Sup hoc accingite vos ciliciis: plan-
gite et ululate: quia nō est aversa ira
furoris dñi a vobis. Et erit in die illa
dicit dñs· peribit cor regis et cor princi-
pum: et obstupescēt sacerdotes: et pro-
phete cōsternabūtur. Et dixi. Heu· heu·
heu· dñe deus. Ergo ne decepisti popu-
lum istū ⁊ iherusalē dicēs: pax erit vo-
bis? Et ecce pervenit gladiꝰ usq; ad ani-
mam. In tempore illo dicet pplo huic
et iherusalē, ventus urens in viis q̄ sūt
in deserto: vie filie ppli mei nō ad ven-
tilandū ⁊ ad purgandū. Spiritꝰ ple-
nus ex hiis veniet michi. Et nūc ego:
sed loquar iudicia mea cum eis. Ecce
quasi nubes ascendet: et quasi tempe-
stas currus eius. Velociores aquilis
equi illius. Ve nobis: quoniā vastati
sumus. Lava a malicia cor tuū iheru-
salem: ut salva fias. Usquequo mora-
būtur in te cogitationes noxie? Vox
enī annūtiātis a dan: et notū facientis
ydolū de mōte ephraim. Dicite gētibꝰ.
Ecce auditū est in ihrlm· custodes veni-
re de terra longinqua: ⁊ dare sup civi-
tates iuda vocem suā. Quasi custodes
agrorū facti sunt sup eam ĩ giro: quia
me ad iracūdiā provocavit dicit do-
minus. Vie tue ⁊ cogitatōnes tue fece-
runt hec tibi. Ista malicia tua quia a-
mara: quia tetigit cor tuū. Ventrē me-
um ventrem meū doleo: sensus cordis
mei turbati sunt in me. Non tacebo:
quoniā vocē bucine audivit anima
mea: clamorē prelii. Cōtritio sup con-
tritōnem vocata ē: et vastata ē omnis
terra. Repente vastata sunt tabernacu-
la mea: subito pelles mee. Usquequo
videbo fugiētem: audiā vocē bucine?
Quia stultus pplus meus me non co-
gnovit: filii insipiētes sunt· et vecordes.
Sapiētes sunt ut faciāt mala: bene
autē facere nescierūt. Aspexi terrā ⁊ ecce
vacua erat· et nichil: et celos· ⁊ nō erat
lux ĩ eis. Vidi mōtes et ecce moveban-
tur: et omnes colles cōturbati sunt. In-
tuitꝰ sum et nō erat homo: et omne vo-
latile celi recessit. Aspexi et ecce carmelꝰ
desertꝰ: ⁊ omnes urbes eiꝰ destructe sūt a
facie dñi et a facie ire furoris eiꝰ. Hec
enī dicit dñs. Deserta erit omnis terra:
sed tamen cōsumatōnē nō faciā. Luge-
bit terra. et merebūt celi desup: eo q̄ lo-
cutus sum. Cogitavi et non penituit
me: nec aversus sum ab eo. A voce e-
quitis et mittētis sagittā fugit omnis
civitas. Ingressi sunt ardua: et ascen-
derunt rupes. Universe urbes derelicte
sunt: et non habitat in eis homo. Tu
autē vastata quid facies? Cum vestie-
ris te coccino. cū ornatu fueris monili
aureo: ⁊ pinxeris stibio oculos tuos:
frustra componeris. Contempserūt te
amatores tui: animā tuam querent.
Vocem enim quasi parturientis au-
divi: et angustias ut puerpere. Vox
filie syon inter morientis expandentis-
q; manus suas. Ve michi: q̄a defecit

anima mea propter interfectos. c. v.
Circuite vias iherusalē et aspicite:
et cōsiderate et querite in plateis
eius · an inveniatis virū facientem iu-
diciū · et querentem fidem: et ꝓpicius e-
ro ei. Quod si etiā vivit dñs dixerint:
et hoc falso iurabunt. Domine oculi
tui respiciūt fidē. Percussisti eos et nō
doluerūt: attrivisti eos et renuerunt
accipere disciplinā. Induraverūt faci-
es suas supra petrā: et noluerūt reverti.
Ego aūt dixi. Forsitan pauperes sunt
et stulti: ignorātes viā dñi et iudiciū
dei sui. Ibo ergo ad optimates et lo-
quar eis. Ipi enim cognoverūt viam
dñi: iudiciū dei sui. Et ecce magis hij
simul cōfregerūt iugū: ruperūt vincula.
Idcirco ꝑcussit eos leo de silua: lupꝰ
ad vesperā vastavit eos: pardꝰ vigilās
sup civitates eoꝝ. Omnis qui ingres-
sus fuerit ex eis capietur: quia multe
sunt ꝑvaricatōnes eoꝝ: confortate sūt
aversiones eoꝝ. Sup quo ꝓpiciꝰ tibi
esse potero? Filij tui dereliquerūt me: et
iurant in hijs · qui nō sunt dij. Satu-
ravi eos et mechati sunt: et i domo me-
retricis luxuriabātur. Equi amatores
in feminas: et emissarij facti sūt: unus-
quisq; ad uxorē ꝓximi sui hinniebat.
Nūquid sup hijs non visitabo dicit
dñs: et in gente tali nō ulciscetur ani-
ma mea? Ascendite muros eius et dis-
sipate: consūmationē aūt nolite face-
re. Auferte ꝓpagines eorū: quia non
sūt dñi. Prevaricatōne eni ꝑvaricata
est in me domꝰ israhel et domꝰ iuda
ait dñs. Negaverūt dñm: et dixerunt.
Non est ipē: neq; veniet sup nos ma-
lum: gladiū et famē non videbimus.
Prophete fuerūt in ventū loquti: et re-
spōsum nō fuit in eis. Hec ergo eveni-
ent illis. Hec dicit dñs deus exercituū.

Quia loquti estis verbū istud: ecce ego
do verba mea in ore tuo in ignem et
ꝑplm istū i ligna: et vorabit eos. Ecce
ego adducā sup vos gentem de lōgin-
quo domus israhel ait dñs: gentē ro-
bustā gentem antiquā gentem cuius
ignorabis linguā: nec intelliges qd
loquatur. Pharetra eius q̄si sepulcrum
patens: universi fortes. Et comedet se-
getes tuas et panē tuū devorabit: fili-
os tuos et filias tuas comedet · gregē
tuū et armēta tua: et comedet vineam
tuā et ficū tuā: et conteret urbes muni-
tas tuas in quibus tu habes fiduciā
gladio. Verūtamē in diebz illis ait do-
minus nō faciam vos in consūmati-
onem. Quod si dixeritis quare fecit do-
minus deus noster nobis hec omnia:
dices ad eos. Sicut dereliquistis me et
servistis deo alieno in terra vestra: sic
servietis alienis in terra nō vestra.
Annūciate hec domui iacob: et audi-
tum facite in iuda dicētes. Audi po-
pule stulte qui nō habes cor: qui haben-
tes oculos nō videtis · et aures et non
auditis. Me ergo non timebitis ait
dñs: et a facie mea nō dolebitis? Qui
posui arenam terminū mari · ꝑceptū
sempiternū qd nō ꝑteribit: et cōmove-
buntur et nō poterunt: et intumescent
fluctus eius et nō transibūt illud. Po-
pulo aūt huic factū ē cor incredulū et
exasperās. Recesserūt et abierunt: et nō
dixerunt in corde suo. Metuamꝰ dñm
deū nostrū qui dat nobis pluviā tem-
poraneā et serotinā in tempore suo:
plenitudinē annue messis custodientē
nobis. Iniquitates nrē declinaverūt
hec: et peccata nostra ꝓhibuerūt bonū
a nobis: qa inventi sunt in ꝑplo meo
impij insidiātes q̄si aucupes: laqueos
ponētes et pedicas ad capiēdos viros.

sicut decipula plena auibꝫ: sic domus
eoꝝ plene dolo. Ideo magnificati sūt
et ditati: incrassati sunt et impingua-
ti: et preterierūt sermones meos pessime.
Causam vidue nō iudicauerunt: cau-
sam pupilli nō direxerūt: et iudicium
pauperū nō iudicauerūt. Numquid su-
per hijs nō visitabo dicit dñs: aut su-
per gentem huiuscemodi nō ulciscetur
anima mea? Stupor et mirabilia fa-
cta sunt in terra. Prophete ꝓphetabāt
mendaciū: et sacerdotes applaudebāt
manibꝫ suis: et ppls meꝰ dilexit talia.
Quid igit̄ fiet in nouissimo eiꝰ? c. vi.

Confortamini filij beniamin in
medio ierusalē: et ī thecua clan-
gite bucina: et sup bethacarem leuate
vexillū: quia malū visum est ab aqui-
lone et contritio magna. Speciose et
delicate assimilaui filiā syon: ad eam
venient pastores et greges eoꝝ. Fixerūt
in ea tentoria in circuitu: pascet vnus-
quisq; eos q̄ sb manu sua sunt. San-
ctificate sup eā bellū: cōsurgite et ascen-
damus in meridie. Ve nobis quia de-
clinauit dies: quia lōgiores facte sūt
umbre vesperi. Surgite et ascendamꝰ
in nocte: et dissipemus domus eius:
quia hec dicit dñs exercituū. Cedite li-
gnum eius: et fundite circa ierusalem
aggerem. Hec est ciuitas visitationis:
omnis calūnia in medio eius. Sicut
frigidā facit cisterna aquā suā: sic fri-
gidam fecit maliciā suā. Iniquitas et
vastitas audietur ī ea corā me semp:
infirmitas et plaga. Erudire ierusa-
lem ne forte recedat anima mea a te:
ne forte ponā te desertam terrā inha-
bitabilem. Hec dicit dñs exercituum.
Usq; ad racemū colligent quasi ī vinea
reliquias israhel. Conuerte manum
tuā quasi vindemiator ad cartallum.

Cui loquar: et quē contestabor ut au-
diat? Ecce incircūcise aures eoꝝ: et au-
dire nō possūt. Ecce verbū dñi factū ē
eis in obprobriū: et nō suscipient illud.
Idcirco furore dñi plenus sum: labo-
raui sustinens. Effunde sup paruulū
furorem et sup cōcilium iuuenū simul.
Vir enim cū muliere capietur: senex cū
pleno dierū. Et transibūt domus eorū
ad alteros agri et vxores pariter: quia
extendam manū meā sup habitantes
terrā dicit dñs. A minore quippe usq;
ad maiorem omnes auaricie student:
et a ꝓpheta usq; ad sacerdotem cuncti
faciūt dolū. Et curabāt contritionē filie
ppli mei cum ignominia, dicentes pax
pax: et nō erat pax. Confusi sunt q̄a
abominationē fecerunt: quin potius
confusione non sunt cōfusi: et erubesce-
re nescierūt. Quāobrem cadent inter
ruentes: in tempore visitationis sue cor-
ruent dicit dominus. Hec dicit domi-
nus. State super vias et videte et in-
terrogate de semitis antiquis que sit
via bona et ambulate in ea: et inue-
nietis refrigerium animabus vestris.
Et dixerūt. Nō ambulabimꝰ. Et con-
stitui super vos speculatores. Et dixi.
Audite vocem tube. Et dixerūt. Non
audiemus. Ideo audite gentes et co-
gnosce cognacio: quāta ego faciā eis.
Audi terra. Ecce ego adduco mala su-
per ꝓplm istū fructū cogitationū eius:
quia verba mea nō audierunt: et legē
meā proiecerunt. Ut quid michi thus
de saba affertis: et calamū suaue olen-
tem de terra longinqua? Holocausto-
mata vestra nō sūt accepta: et victime
vestre nō placuerūt michi. Propterea
hec dicit dñs. Ecce ego dabo in ꝓplm
istū ruinas: et ruent in eis patres et fi-
lij simul: vicinus et proximus peribunt.

hec dicit dominus. Ecce venit ppłus de
terra aquilonis: ⁊ gens magna cõsur-
get a finibꝫ terre: sagittã ⁊ gladiũ arri-
piet: crudelis est et nõ miserebit. Uox
eius quasi mare sonabit: et sup equos
ascendent: pparati quasi vir ad preliũ
aduersum te filia syon. Audiuim⁹ fa-
mam eius: dissolute sunt manus no-
stre. Tribulatio apphendit nos: dolo-
res ut parturientem. Nolite exire ad a-
gros: et in viã ne ãbuletis: quoniã
gladius inimici pauor in circuitu. Fi-
lia ppłi mei accingere cilicio: et cõsper-
gere cinere: luctũ unigeniti fac tibi plã-
ctum amarũ: quia repente veniet va-
stator sup vos. Probatorẽ dedi te in
populo meo robustũ: et scies et proba-
bis vias eorũ. Oñes isti principes de-
clinãtes: ãbulantes fraudulenter. Es
et ferrũ: vniuersi corrupti sunt. Defecit
sufflatoriũ in igne: cõsumptũ ẽ plum-
bum. Frustra conflauit cõflator: ma-
licie enim eorum non sunt cõsumpte.
Argentum reprobũ vocate eos: quia
dominus proiecit illos. cap. vii.

Uerbũ quod factũ est ad iheremiã
a domino dicens. Sta in porta
domus dñi: et pdica ibi verbũ istud ⁊
dic. Audite verbũ dñi oñis iuda: qui
ingredimini p portas has ut adore-
tis dñm. Hec dicit dñs exercituũ deus
israhel. Bonas facite vias vestras et
studia vr̃a: et habitabo vobiscũ in lo-
co isto. Nolite confidere ĩ verbis men-
dacij: dicentes templũ dñi: templũ dñi:
templũ dñi est. Quoniã si benedixeritis
vias vr̃as et studia vr̃a: si feceritis iu-
diciũ inter virũ et pximũ eius: aduene
et pupillo et vidue non feceritis calu-
mniã: nec sanguinẽ innocentẽ effude-
ritis in loco hoc: et post deos alienos
nõ ãbulaueritis ĩ malũ vobismetipsis:
habitabo vobiscũ in loco isto in terra
quã dedi patribus vr̃is a seculo ⁊ usqꝫ
in seculũ. Ecce vos cõfiditis vobis in
sermonibꝫ mẽdacij qui nõ proderunt
vobis: furari: occidere: adulterare: iu-
rare mẽdaciter: libare baalim: et ire
post deos alienos quos ignoratis.
Et venistis ⁊ stetistis corã me ĩ domo
hac in qua inuocatũ est nomẽ meum:
et dixistis. Liberati sum⁹ eo qđ fecerimus
oñes abominatiões istas. Ergo spe-
lunca latronũ facta est domus ista: ĩ
qua inuocatũ est nomẽ meũ in oculis
vestris? Ego ego sũ: ego vidi dicit do-
minus. Ite ad locũ meũ in sylo ubi ha-
bitauit nomẽ meũ a principio: et vide-
te que fecerim ei ppter maliciã ppłi mei
israhel. Et nũc quia fecistis oñia op-
ra hec dicit dñs: ⁊ locut⁹ sum ad vos
mane consurgens et loquens et non
audistis: et vocaui vos ⁊ nõ respõdi-
stis: faciã domui huic in qua inuoca-
tum est nomẽ meũ ⁊ in qua vos habe-
tis fiduciã ⁊ loco quẽ dedi vobis et pa-
tribꝫ vestris sicut feci sylo: ⁊ pijciã vos
a facie mea sicut pieci oñes fratres ve-
stros vniuersum semen ephraim. Tu
ergo noli orare pro ppło hoc: nec assu-
mas pro eis laudem ⁊ orationẽ: et nõ
obsistas michi: quia nõ exaudiam te.
Nõne vides quid isti faciũt ĩ ciuitati-
bus iuda: et in plateis ihrusalẽ? Filij
colligunt ligna: et patres succendunt
ignẽ: et mulieres cõspergunt adipem
ut faciãt placentas regine celi et libẽt
dijs alienis: et me ad iracundiã puo-
cent. Nunquid me ad iracundiã pro-
uocant dicit dñs? Nõne semetipsos ĩ
confusionẽ vultus sui? Ideo hec dicit
dñs deus. Ecce furor meus ⁊ indigna-
tio mea conflatur sup locũ istũ: sup vi-
ros et super iumenta et super lignum

regionis· et sup̄ fruges terre: et succen-
detur ⁊ nō extinguetur. Hec dicit dn̄s
exercituū deus israhel. Olocaustoma-
ta vestra addite victimis vr̄is et com-
edite carnes: quia non sum locut⁹ cū
patribꝫ vestris et non p̄cepi eis in die
qua eduxi eos de terra egipti de verbo
olocaustomatū ⁊ victimarū: sed hoc
verbū p̄cepi eis dicens. Audite vocem
meā ⁊ ero vobis deus ⁊ vos eritis mi-
chi ppl's: ⁊ ambulate in om̄i via quā
mādaui vobis: ut bene sit vobis. Et
non audierūt nec inclinauerunt aurē
suā: sed abierūt in voluptatibus et in
prauitate cordis sui mali: factiq; sūt
retrorsum et non in ante a die qua e-
gressi sūt patres eoꝝ de terra egipti usq;
ad diem hanc. Et misi ad eos omnes
seruos meos ꝓphetas per diem· cōsur-
gens diluculo· ⁊ mittens: et nō audie-
runt me nec inclinauerunt aurem suā
sed indurauerūt ceruicem suā: ⁊ peius
operati sunt q̄ȝ patres eoꝝ. Et loqueris
ad eos omnia verba hec et non audi-
ent te: et vocabis eos et non respōde-
bunt tibi. Et dices ad eos. Hec ē gens
q̄ non audiuit vocem dn̄i dei sui: nec
recepit disciplinā. Periit fides: et abla-
ta est de ore eoꝝ. Tonde capillū tuū et
proice· et sume in directū planctū: q̄a
proiecit dn̄s et reliquit generationem
furoris sui: quia fecerūt filii iuda ma-
lum in oculis meis dicit dn̄s. Posue-
runt offendicula sua in domo in qua
inuocatū est nomē meū ut polluerent
eam: et edificauerūt excelsa thophet q̄
est in valle filii ennon: ut incenderent
filios suos et filias suas igni· que nō
p̄cepi nec cogitaui in corde meo. Ideo
ecce dies veniunt dicit dn̄s: et nō dicet̄
amplius tophet et vallis filii ennon
sed vallis interfectionis: et sepelient̄ i
thophet eo q̄ nō sit locus. Et erit mor-
ticinū ppl'i hui⁹ in cibos volucribꝫ celi
et bestiis terre: et non erit qui abigat.
Et quiescere faciam de urbibus iuda
et de plateis ih'rlm vocē gaudii ⁊ vocē
leticie: vocem sponsi ⁊ vocē spōse. In
desolatione enim erit terra. ca. viii.

In tempore illo ait dn̄s· eicient ossa re-
gis iuda et ossa principū eius et ossa
sacerdotū et ossa ꝓphetaꝝ et ossa eorū
qui habitauerūt iherusalē de sepulcris
suis: et expandent ea ad solē et lunā ⁊
omnē miliciā celi que dilexerunt ⁊ qui-
bus seruierūt et post que ambulauerūt:
et que quesierūt et adorauerūt. Nō col-
ligent̄ et non sepelientur: in sterquili-
niū sup̄ faciem terre erūt. Et eligēt ma-
gis mortē q̄ȝ vitā omnes q̄ residui fu-
erint de cognatione hac pessima: in
uniuersis locis que derelicta sunt ad
que eieci eos dicit dn̄s exercituū. Et di-
ces ad eos. Hec dicit dn̄s: Nunquid
qui cadit nō resurget: ⁊ qui auersus ē
non reuertetur? Quare ergo auersus
est ppl's iste in iherusalē auersione con-
tentiosa? Apprehenderunt mendaciū:
et noluerūt reuerti. Attendi et ausculta-
ui: nemo quod bonū est loquit̄. Nul-
lus est qui agat penitenciā sup̄ peccato
suo dicens. Quid feci? Omnes cōuersi
sunt ad cursum suū: quasi equus im-
petu vadens in p̄liū. Miluus in celo
cognouit tempus suū: turtur ⁊ hirun-
do ⁊ ciconia custodierunt tempus ad-
uentus sui: ppl's aūt me⁹ nō cogno-
uit iudiciū dn̄i. Quomō dicitis sapiē-
tes nos sumus: ⁊ lex dn̄i nobiscū est?
Vere mendaciū operat⁹ est stilus men-
dax scribaꝝ. Confusi sunt sapientes:
perterriti et capti sūt. Verbū enī dn̄i pro-
iecerūt: ⁊ sapientia nulla est ī eis. Pro-
pterea dabo mulieres eoꝝ exteris: agros

eoꝝ heredibꝫ. Quia a minimo uſqꝫ ad
maximū omnes auariciā ſequuntur: a
propheta uſqꝫ ad ſacerdotem cūcti fa-
ciunt mendaciū. Et ſanabāt contriti-
ones filie ppli mei ad ignominiā dicē-
tes pax pax: cum non eſſet pax. Cōfu-
ſi ſunt quia abominationē fecerunt:
quin ymmo confuſione nō ſunt cōfu-
ſi: ⁊ erubeſcere neſcierunt. Idcirco cadēt
inter corruentes: in tempore viſitatio-
nis ſue corruent dicit dominus. Con-
gregans congregabo eos ait dominꝰ.
Nō ē uua in vitibꝫ ⁊ non ſunt ficus in
ficulnea; foliū defluxit: ⁊ dedi eis q̄ p̄ter-
greſſa ſunt. Quare ſedemꝰ? Cōuenite
et ingrediamur ciuitatem munitam.
et ſileamꝰ ibi: quia dn̄s deus noſter ſi-
lere nos fecit: et potum dedit nobis a-
quam fellis. Peccauimus enim domi-
no. Expectauimus pacem et non erat
bonum: tempus medele et ecce formi-
do. A dan auditus eſt fremitus equo-
rum eius: a voce hinnituum pugna-
toꝝ eiꝰ cōmota eſt omnis terra. Et ve-
nerūt et deuorauerūt terrā ⁊ plenitudi-
nem eius: urbem et habitatores eius.
Quia ecce ego mittam vobis ſerpētes
regulos quibus non eſt incantatio:
et mordebūt vos ait dn̄s. Dolor me-
us ſup dolorem: in me cor meū merēs.
Ecce vox clamoris filie ppli mei de ter-
ra longinqua. Nūquid dn̄s non eſt
in ſyon. aut rex eiꝰ nō ē in ea? Quare
ergo me ad iracundiā concitauerūt i
ſculptilibꝫ ſuis: ⁊ in vanitatibus alie-
nis? Tranſijt meſſis: finita eſt eſtas: ⁊
nos ſaluati non ſumus. Sup contri-
tione filie ppli mei contritꝰ ſum ⁊ con-
triſtatꝰ: ſtupor obtinuit me. Nūquid
reſina nō eſt in galaad. aut medicus
non eſt ibi? Quare ergo non ē obdu-
cta cicatrix filie populi mei? cap̄ ix.

Quis dabit capiti meo aquam: ⁊
in oculis meis fontē lacrimaꝝ?
Et plorabo die et nocte interfectos fi-
lie ppli mei? Quis dabit me in ſolitu-
dine diuerſoꝝ viatoꝝ? Et derelinqꝫ
ppl̄m meū ⁊ recedā ab eis: quoniam o-
mnes adulteri ſunt ⁊ cetus p̄uaricato-
rum: et extenderunt linguā ſuā quaſi
arcum mendacij et nō veritatis. Con-
fortati ſunt in terra: quia de malo ad
malū egreſſi ſunt: ⁊ me non cognoue-
runt dicit dn̄s. Vnuſquiſqꝫ ſe a p̄xi-
mo ſuo cuſtodiat: ⁊ in omī fratre ſuo
non habeat fiduciā: quia omīs frater
ſupplantans ſupplantabit: et omīs a-
micus fraudulenter incedet: et vir fra-
trem ſuū deridebit ⁊ veritatem non lo-
quent. Docuerūt enim linguā ſuā lo-
qui mendaciū: ut inique agerent labo-
rauerūt. Habitatio tua in medio doli:
in dolo renuerunt ſcire me dicit dn̄s.
Propterea hec dicit dn̄s exercituū. Ec-
ce ego conflabo et probabo eos. Quid
enim aliud faciā a facie filie ppli mei?
Sagitta vulnerans lingua eoꝝ: dolū
locuta eſt. In ore ſuo pacem cū amico
ſuo loquit᷑. ⁊ occulte ponit ei inſidias.
Nūquid ſup hijs nō viſitabo dicit do-
minus: aut in gente huiuſcemodi nō
vlciſcetur anima mea? Sup montes
aſſumā fletū ac lamentū et ſup ſpecio-
ſa deſerti planctū: quoniā incenſa ſūt
eo q nō ſit vir pertranſiens: ⁊ nō audie-
runt vocem poſſidentis. A volucre celi
uſqꝫ ad pecora tranſmigrauerūt et re-
ceſſerūt. Et dabo iheruſalē in aceruos
arene et cubilia draconū: et ciuitates
iuda dabo in deſolationē eo q nō ſit
habitator. Quis eſt vir ſapiens qui
intelligat hoc. et ad quē verbū oris do-
mini fiat: ut annunciet iſtud: quare
perierit terra et exuſta ſit q̄ſi deſertū eo

ꝓ non sit qui ptrāseat ? Et dixit dñs.
Quia dereliquerūt legem meā quam
dedi eis · ⁊ non audierūt vocem meā · ⁊
non ambulauerunt in ea; et abierunt
post prauitatē cordis sui · et post ba-
alim: quod didicerunt a patribꝫ suis;
Idcirco hec dicit dñs exercituū de9 isrl.
Ecce ego cibabo ꝑplm istū absinthio ⁊
potū dabo eis aquā fellis : et dispgā
eos in gentibus quas non nouerunt
ipsi ⁊ patres eoꝝ: et mittā post eos gla-
dium donec ꝯsumant. Hec dicit do-
minus exercituū. Cōtemplamini ⁊ vo-
cate lamentatrices r t veniāt: et ad eas
que sapientes sunt mittite et ꝓperent:
festinēt et assumāt sup nos lamentū,
deducāt oculi nr̄i lacrimas: et palpebre
nostre defluāt aquis : quia vox lamē-
tationis audita est de syon. Quomō
vastati sumus : ⁊ ꝯfusi vehementer ?
Quia dereliquim9 terrā: quoniā deiec-
ta sunt tabernacula nostra. Audite
ergo mulieres verbū dñi · et assumat au-
ris vestra sermonē oris eius: ⁊ docete
filias vestras lamentum et vnaqueqꝫ
proximā suā planctū : quia ascendit
mors per fenestras nr̄as · ingressa est
domos nr̄as: dispdere paruulos defo-
ris · iuuenes de plateis. Loquere. Hec
dicit dñs. Et cadet morticinū hominis
quasi stercus sup faciē regionis: et sicu
fenū post tergū metentis: et nō est qui
colligat. Hec dicit dñs. Non glorie-
sapiens in sapientia sua · et nō glorie-
tur fortis in fortitudine sua · et nō glo-
rietur diues in diuicijs suis: sed ī hoc
glorietur qui gloriatur · scire et nosse
me: quia ego sum dñs qui facio mise-
ricordiam et iudiciū et iusticiā in terra.
Hec enim placent michi ait dominus.
Ecce dies veniunt dicit dñs · ⁊ visitabo
sup omnē q̄ incircūcisū habet ꝓpuciū ·
sup egiptū et sup iudā et sup edom · et
sup filios ammon et sup moab: et su-
per omēs q̄ attonsi sūt ī comam habi-
tantes in deserto : quia omnes gentes
habent ꝓpucium: omnis aūt domus
israhel incircumcisi sunt corde. ca. x.
Audite verbū qđ locutus est dñs
sup vos domus israhel. Hec di-
cit dñs. Iuxta vias gentiū nolite dis-
cere: et a signis celi nolite metuere que
timent gentes : quia leges ꝑplorū va-
ne sunt. Quia lignū de saltu ꝑcidit:
opus manus artificis in ascia. Argē-
to et auro decorauit illud : clauis et
malleis ꝯpegit ut nō dissoluatur. In
similitudinē p-alme fabricata sunt · et
nō loquent: portata tollent: quia ince-
dere nō valent. Nolite ergo timere ea:
quia nec male possunt facere nec bene.
Non est similis tui dñe : magnus es
tu : ⁊ magnū nomen tuū ī fortitudine.
Quis non timebit te o rex gentiū ? Tu-
um est enim decus. Inter cunctos sapi-
entes gentiū · ⁊ in vniuersis regnis eo-
rum · nullus est similis tui: pariter in-
sipientes et fatui ꝓbabuntur. Doctri-
na vanitatis eoꝝ lignū est. Argentū
inuolutū de tharsis affertur : et aurū
de ophaz: opus artificis ⁊ manus era-
rij : iacinctus et purpura indumentū
eoꝝ. Opus artificū vniuersa hec: dñs
aūt deus verus est. Ipse est de9 viuēs:
et rex sempiternus. Ab indignatōne
eius cōmouebit terra: ⁊ nō sustinebūt
gentes cōminationē ei9. Sic ergo di-
cetis eis. Dij qui celos ⁊ terrā non fece-
runt · pereant de terra: et de hijs q̄ sub
celo sunt. Qui facit terrā ī fortitudine
sua preparat orbē in sapientia sua · et
prudentia sua extendit celos: ad vocē
suā dat multitudinem aquaꝝ in celo:
et eleuat nebulas ab extremitatibus

terre. Fulgura in pluuiā facit: et edu-
xit ventū de thesauris suis. Stultꝰ factꝰ
ē omīs homo a sciētia sua: confusus
est artifex omnis in sculptili: quoniā
falsum est qđ cōflauit et non ē spiritꝰ
in eis. Vana sunt: et opus eoꝝ risu di-
gnum. In tēpore visitationis sue pe-
ribunt. Non est hiis similis pars ia-
cob. Qui enim formauit omnia ipse
est: et israhel virga hereditatis eius.
Dominus exercituū nomē illi. Cōgre-
ga de terra cōfusionē tuā que habitas
in obsidione: quia hec dicit dn̄s. Ecce
ego longe ꝓiciā habitatores terre in
hac vice: et tribulabo eos ita ut nō in-
ueniant. Ve michi sup cōtritione me-
a: pessima plaga mea. Ego autē dixi.
Plane hec infirmitas mea ē: et porta-
bo illā. Tabernaculū meū vastatū est:
omnes funiculi mei dirupti sunt. Fi-
lii mei exierunt a me: ⁊ non subsistunt.
Non est qui extendat vltra tentorium
meū ⁊ erigat pelles meas: quia stulte
egerūt pastores et dominū nō quesie-
runt: ꝓpterea nō intellexerūt: et omīs
grex eoꝝ dispsus est. Vox auditōnis
ecce venit: et cōmotō magna de terra
aquilonis: ut ponat ciuitates iuda so-
litudinē et habitacula draconū. Scio
dn̄e quia non est hominis via eius:
nec viri est ut ambulet et dirigat gres-
sus suos. Corripe me dn̄e. verūtamen
in iudicio ⁊ non in furore tuo: ne forte
ad nichilū redigas me. Effunde indi-
gnationē tuā sup gentes: que non co-
gnouerūt te: et sup ꝓuincias q̄ nomē
tuū nō inuocauerūt: quia comederūt
iacob. ⁊ deuorauerūt eū et consumpse-
runt illū: et decꝰ eiꝰ dissipauerūt. ca. xi.

Verbū qđ factū est ad iheremiā a
dn̄o dicens. Audite verba pacti
huius: et loquimini ad viros iuda et
ad habitatores iherusalē: et dices ad
eos. Hec dicit dn̄s deus israhel. Male-
dictus vir qui non audierit verba pa-
cti huius: qđ p̄cepi patribꝫ vestris i di-
e qua eduxi eos de terra egipti de for-
nace ferrea dicens. Audite vocem me-
am ⁊ facite omnia que p̄cepi vobis: ⁊
eritis michi in ppl'm et ego ero vobis i
deū: ut suscitem iuramentū qđ iuraui
patribus vr̄is daturū me eis terrā fluē-
tem lacte et melle sicut est dies hec. Et
respondi et dixi. Amē dn̄e. Et dixit do-
minus ad me. Vociferare omnia ver-
ba hec in ciuitatibus iuda ⁊ foris ihe-
rusalē dicens. Audite verba pacti huiꝰ
et facite illa: quia cōtestans cōtestatꝰ
sum patres vestros in die qua eduxi
vos de terra egipti usqꝫ ad diem hanc.
Mane consurgens contestatus sum
et dixi audite vocem meā: ⁊ nō audie-
runt nec inclinauerūt aurem suā: sed
abierūt vnusquisqꝫ in prauitate cordis
sui mali. Et induxi sup eos omīa ver-
ba pacti huiꝰ: quod precepi ut facerent
et non fecerunt. Et dixit dominꝰ ad
me. Inuenta est cōiuratio in viris iu-
da et in habitatoribus iherusalē. Re-
uersi sunt ad iniquitates patrum su-
orum priores: qui noluerunt audire
verba mea. Et hii ergo abierunt post
deos alienos ut seruirent eis. Irritū
fecerunt domus israhel et domus iu-
da pactum meū: qđ pepigi cum patri-
bus eoꝝ. Quamobrem hec dicit dn̄s.
Ecce ego inducā sup eos mala de qui-
bus exire nō poterunt: et clamabunt
ad me et nō exaudiā eos. Et ibūt ciui-
tates iuda et habitatores iherusalem
et clamabūt ad eos quibus libant: ⁊
non saluabūt eos in tempore afflicti-
onis eoꝝ. Secundū eni numerū ciuita-
tum tuaꝝ erāt dii tui iuda: et secundū

numerū viaȝ iherusalē posuisti aras
confusionis: aras ad libandum baa-
lim. Tu ergo noli orare pro ꝑplo hoc:
et ne assumas pro eis laudem et ora-
tionē: quia non exaudiā in tempore
clamoris eoȝ ad me: in tempore affli-
ctionis eoȝ. Quid est ꝙ dilectus meus
ī domo mea fecit scelera multa? Nun-
quid carnes sancte auferent a te mali-
cias tuas: in quibȝ gloriata es? Oli-
uam uberem pulchram fructiferā speci-
osam vocauit dñs nomen tuū. Ad
vocem loquele grandis exarsit ignis
in ea: ⁊ combusta sunt fructeta eiꝰ. Et
dominꝰ exercituū qui plātauit te locu-
tus est sup te malū: pro malis domꝰ
israhel et domus iuda que fecerūt si-
bi ad irritandū me libantes baalim.
Tu autē dñe demonstrasti michi et co-
gnoui: tu ostendisti michi studia eo-
rum: et ego quasi agnus mansuetus
qui portatur ad victimā. Et non co-
gnoui quia cogitauerūt sup me cōsi-
lia dicentes: mittamus lignū in panē
eius ⁊ eradamus eum de terra viuen-
tiū: et nomen eius nō memoretur am-
plius. Tu autē dñe sabaoth qui iudi-
cas iuste ⁊ probas renes ⁊ corda: vide-
am vltionē tuam ex eis. Tibi enī reue-
laui causam meā. Propterea hec dicit
dominꝰ ad viros anathot: qui que-
runt animā tuā ⁊ dicunt. Non ꝓphe-
tabis in nomine dñi: et non morieris
in manibus nr̄is. Propterea hec dicit
dominꝰ exercituū. Ecce ego visitabo
sup eos. Iuuenes morientur ī gladio:
filij eorū et filie eorū morientur in fa-
me: et reliquie non erunt ex eis. Indu-
cam enim malum super viros ana-
thot: annū visitationis eorum. c. xii.
Iustus quidem tu es dñe si disputē tecū:
verūtamē iusta loquar ad te. Quare
via impioȝ ꝓsperatur: bene est omni-
bus q̄ ꝑuaricantur et inique agūt?
Plantasti eos ⁊ radicem miserūt: pro-
ficiūt et faciūt fructū. Prope es tu ori
eoȝ: et longe a renibus eoȝ. Et tu dñe
nosti me: vidisti me ⁊ probasti cor me-
um tecum. Cōgrega eos quasi gregē
ad victimā: et sanctifica eos in die oc-
cisionis. Vsqȝ quo lugebit terra: et her-
ba omīs regionis siccabitur: ꝓpter ma-
liciā habitantiū in ea? Consumptū ē
animal ⁊ volucre: quoniā dixerūt nō
videbit nouissima nostra. Si cū pedi-
tibus currens laborasti: quomō con-
tendere poteris cum equis? Cum autē
in terra pacis secura fueris: quid facies
in supbia iordanis? Nam et fratres
tui ⁊ domus patris tui etiā ipi pugna-
uerūt aduersum te: ⁊ clamauerūt post
te plena voce. Ne credas eis: cū locuti
fuerint tibi bona. Reliqui domū meā:
dimisi hereditatem meā. Dedi dilectā
animā meā in manū inimicoȝ eius:
facta est michi hereditas mea q̄si leo ī
silua. Dedit contra me vocem: ideo o-
diui eam. Nunquid auis discolor here-
ditas mea michi? Nunquid auis tin-
cta p totū? Venite cōgregamini omēs
bestie terre: properate ad deuorandum.
Pastores multi demoliti sunt vineā
meā: conculcauerūt partem meā. De-
derūt porcionē meā desiderabilem in
desertū solitudinis: posuerūt eam in
dissipationē: luxitqȝ sup me. Desolati-
one desolata est omīs terra: quia nul-
lus ē qui recogitet corde. Sup omēs
vias deserti venerūt omēs vastatores:
quia gladius dñi deuorabit ab extre-
mo terre vsqȝ ad extremū eius. Nō est
pax vniuerse carni. Seminauerūt tri-
ticum ⁊ spinas messuerūt: hereditatem
acceperunt: ⁊ nō ꝓderit. Confundemini

fructibus vestris: ꝓpter irã furoris
dñi. Hec dicit dñs adversum omnes
vicinos meos pessimos: qui tangũt
hereditatẽ quã distribui ꝑplo meo isrl̃.
Ecce ego euellã eos de terra eoꝝ: et do-
mum iuda euellam de medio eoꝝ. Et
cum euulsero eos cõuertar et miserebor
eoꝝ: et reducã eos virũ ad hereditatem
suã: et virũ in terram suã. Et erit: si eru-
diti didicerint vias ꝑpli mei ut iurent
in nomine meo viuit dñs: sicut docu-
erunt ꝑplm meũ iurare in baal: edifica-
buntᷣ in medio ꝑpli mei. Quod si nõ
audierint: euellã gentẽ illã euulsione
et perditione ait dominus. ca. xiii.
Hec dicit dñs ad me. Vade et possi-
de tibi lumbare lineũ: et pones
illud sup lumbos tuos: et ĩ aquã nõ
inferes illud. Et possedi lũbare iuxta
verbũ dñi: ⁊ posui circa lumbos meos.
Et factus est sermo dñi ad me secũdo
dicens. Tolle lũbare qd̃ possedisti qd̃
est circa lũbos tuos: et surgens vade
ad eufraten: ⁊ abscõde ibi illud in fo-
ramine petre. Et abiȷ̃ et abscondi illud
in eufraten: sicut p̃ceperat michi dñs.
Et factũ est post dies plurimos: dixit
domin⁹ ad me. Surge et vade ad eu-
fraten: ⁊ tolle inde lũbare qd̃ p̃cepi tibi
ut absconderes illud ibi. Et abiȷ̃ ad eu-
fraten: et fodi et tuli lumbare de loco
ubi absconderã illud. Et ecce compu-
truerat lumbare: ita ut nulli usui aptũ
esset. Et factũ est verbum dñi ad me di-
cens. Hec dicit dñs. Sic putrescere fa-
ciam supbiã iuda: ⁊ supbiã iherusalẽ
multã: ꝑplm istũ pessimũ: qui nolunt
audire verba mea: et ambulãt ĩ pra-
uitate cordis sui: abierũtq; post deos
alienos ut seruirẽt eis ⁊ adorarẽt eos.
Et erunt sicut lumbare istud: qd̃ nulli
usui aptũ est. Sicut eni adheret lũbare
ad lũbos viri: sic agglutinaui michi
omnẽ domũ israhel et omnẽ domũ
iuda dicit dñs ut essent michi in ꝑplm
et in nomen ⁊ in laudẽ ⁊ in gloriã: et
non audierunt. Dices ergo ad eos ser-
monẽ istũ. Hec dicit dñs deus israhel.
Omnis laguncula implebitᷣ vino. Et
dicent ad te. Nunquid ignoram⁹ qa o-
mnis laguncula implebitᷣ vino? Et
dices ad eos. Hec dicit dñs. Ecce ego
implebo omnes habitatores terre hui⁹
et reges qui sedent de stirpe dauid su-
per thronũ ei⁹: et sacerdotes et ꝓphetas
et omnes habitatores iherusalẽ ebrieta-
te: et dispgam eos virũ a fratre suo: et
patres ⁊ filios pariter ait dñs. Non
parcã ⁊ non concedã: neq; miserebor
ut non dispdam eos. Audite et auri-
bus pcipite: nolite eleuari: quia dñs
locutus est. Date dño deo vestro glo-
riã ãteq; cõtenebrescat: et anteq; offen-
dant pedes vestri ad montes calig̃o-
sos. Expectabitis lucem: et ponet eam
in umbrã mortis: ⁊ in caliginẽ. Qđ si
hoc nõ audieritis: in abscondito plo-
rabit anima mea a facie supbie. Plo-
rans plorabit et deducet oculus me⁹
lacrimã: quia captus ẽ grex domini.
Dic regi et dñatrici. Humiliamini: se-
dete in terra quoniã descendet de capi-
te vestro corona glorie vestre. Ciuita-
tes austri clause sunt: ⁊ non ẽ qui ape-
riat. Trãslata est omnis iuda transmi-
gratione pfecta. Leuate oculos vros
et videte: q̃ venitis ab aquilone. Ubi ẽ
grex qui datus est tibi: pecus inclitũ
tuũ? Quid dices cum visitauerit te?
Tu enim docuisti eos aduersum te: et
erudisti in caput tuũ. Nunquid non
dolores apphendẽt te quasi mulierẽ
parturientẽ? Quod si dixeris ĩ corde
tuo quare venerunt michi hec: ꝓpter

multitudinē iniquitatis tue revelata
sunt verecūdiora tua: pollute sunt plā
te tue. Si mutare potest ethiops pellē
suam aut pardus varietates suas: et
vos poteritis benefacere cū didiceritis
malū. Et disseminabo eos q̄si stipulā
que vento raptat̄ in deserto. Hec sors
tua parsq; mensure tue a me dicit do-
minus: quia oblita es mei et confisa
es in mēdacio. Unde et ego nudaui
femora tua cōtra faciē tuā: ⁊ apparuit
ignominia tua: adulteria tua et hin-
nitus tuus et scelus fornicationis tue.
Sup colles in agro vidi abominatio-
nes tuas. Ve tibi ihrlm. Nō mūdabe-
ris post me. Usq; quo adhuc? c. xiiii.
Verbū dn̄i qd̄ factū est ad iheremi-
am de sermonibz siccitatis. Lu-
xit iudea: et porte eius corruerūt et ob-
scurate sunt in terra: et clamor ihrlm
ascendit. Maiores miserūt minores
suos ad aquā: venerūt ad hauriendū.
Nō inuenerūt aquā: reportauerūt va-
sa sua vacua. Cōfusi sūt et afflicti: et o-
peruerūt capita sua ꝓpter terre vastita-
tem: q̄a nō venit pluuia in terrā. Con-
fusi sūt agricole: operuerūt capita sua.
Nam et cerua in agro peperit et reli-
quit quia nō erat herba: et onagri ste-
terūt in rupibz: traxerūt ventū quasi
dracones: defecerūt oculi eoꝝ quia nō
erat herba. Si iniquitates nr̄e respon-
derint nobis: dn̄e fac ꝓpter nomē tuū:
quoniā multe sunt auersiones nr̄e. Ti-
bi peccauim⁹ expectatio isrl̄: saluator ei⁹
noster ī tempore tribulationis. Qua-
re quasi colonus futurus es in terra:
et quasi viator declinans ad manen-
dum? Quare futurus es velut vir va-
gus: ut fortis qui non potest saluare?
Tu aūt ī nobis es dn̄e: ⁊ nomē tuū in-
uocatū ē sup nos: ne derelinquas nos.
Hec dicit domin⁹ p̄plo huic qui dilexit
mouere pedes suos ⁊ non quieuit: et
domino nō placuit. Nūc recordabit̄
iniquitatū eoꝝ: et visitabit peccata eo-
rum. Et dixit dn̄s ad me. Noli orare
pro p̄plo isto in bonū. Cum ieiunaue-
rint nō exaudiā p̄ces eoꝝ: ⁊ si obtulerit
olocaustomata et victimas nō susci-
piam ea: quoniā gladio et fame ⁊ pe-
ste ego cōsumā eos. Et dixi. A a a do-
mine deus. Prophete dicūt eis. Non
videbitis gladiū et fames non erit in
vobis: sed pacem veram dabit vobis
in loco isto. Et dixit domin⁹ ad me.
Falso prophete vaticināt̄ in nomi-
ne meo. Non misi eos: et non precepi
eis: neq; locutus sum ad eos. Visionē
mendacē et diuinationē fraudulentā
et seductionē cordis sui prophetant
vobis. Idcirco hec dicit dn̄s de ꝓphe-
tis qui ꝓphetāt in noīe meo quos ego
non misi: dicentes gladius et fames
non erit ī terra hac. In gladio ⁊ fame
cōsumentē prophete illi: et p̄pli quibus
prophetāt erūt ꝓiecti in viis iherusalē
pre fame ⁊ gladio: ⁊ nō erit qui sepeli-
at eos ipi ⁊ uxores eoꝝ filii et filie eoꝝ:
et effundā sup eos malū suū. Et dices
ad eos verbum istud. Deducāt oculi
mei lacrimā ꝑ noctē et diē et non tace-
ant: quoniā cōtritione magna cōtri-
ta est virgo filia p̄pli mei: plaga pessi-
ma vehemēter. Si egressus fuero ad a-
gros ecce occisi gladio: et si introie-
ro ī ciuitatē ecce attenuati fame. Pro-
pheta nāq; ⁊ sacerdos abierūt in terrā
quam ignorabāt. Nunquid ꝓiciens
abiecisti iudā: aut syon abominata ē
anima tua? Quare ergo ꝑcussisti nos
ita: ut nulla sit sanitas? Expectauim⁹
pacem et nō est bonū: et tempus cura-
tionis: et ecce turbatio. Cognouim⁹

domine impietates nr̃as: iniquitates
patrū nostroꝝ quia peccauimus tibi.
Ne des nos in obprobrium ꝑpter no-
men tuū: neq; facias nobis contume-
liā. Solij glorie tue recordare: ne irri-
tum facias fed⁹ tuū nobiscū. Nūquid
sunt ĩ sculptilibꝫ gẽtiū q̃ pluāt: aut ce-
li possūt dare ymbres nisi tu volueris?
Nōne tu es dñs de⁹ noster quē expe-
ctauim⁹? Tu enī fecisti oĩa hec. c. xv.
Et dixit dñs ad me. Si steterint
moyses et samuel corā me: nō
est anima mea ad ꝑplm istū. Eice illos
a facie mea: et egrediant̄. Qđ si dixerit
ad te quo egrediemur: dices ad eos.
Hec dicit dñs. Qui ad mortē ad mor-
tem. et qui ad gladiū ad gladiū: ꝫ qui
ad famem ad famem: et qui ad capti-
uitatem ad captiuitatem. Et visitabo
sup eos quatuor species dicit domin⁹:
Gladiū ad occisionē. et canes ad la-
cerandū: ꝫ volatilia celi ꝫ bestias terre
ad deuorandū ꝫ dissipandū: ꝫ dabo
eos in feruorem vniuersis regnis terre
propter manassen filium ezechie regis
iuda sup oĩbus que fecit in iherusa-
lem. Quis enim miserebit̄ tui iherusa-
lem? Aut quis cōtristabitur pro te?
Aut quis ibit ad rogandū pro pace
tua? Tu reliquisti me dicit dñs: retror-
sum abisti. Et extendā manū meā sup
te: ꝫ interficiā te. laboraui rogans: Et
dispgam eos ventilabro ĩ portis terre.
Interfeci ꝫ disꝑdidi ꝑplm meū: ꝫ tamē
a vijs suis nō sunt reuersi. Multipli-
cate sunt michi vidue eius. sup hare-
nam maris. Induxi eis sup matrem
adolescentis vastatorem meridie: mi-
si sup ciuitates repēte terrorē. Infirma-
ta est q̃ peperit septem: defecit anima e-
ius. Occidit ei sol cum adhuc esset di-
es: confusa est ꝫ erubuit. Et residuos
eius in gladiū dabo in conspectu ini-
micoꝝ eoꝝ ait domin⁹ deus. Ve michi
mater mea. Quare genuisti me virū
rixe: virū discordie in vniuersa terra?
Nō feneraui: nec fenerauit michi quis-
q̃. Oĩes maledicūt michi, dicit dñs:
Si nō reliquie tue ĩ bonū: si nō occur-
ri [illegible] tibi in tempore afflictionis: et in
tēpore tribulationis aduersum inimi-
cum. Nunquid federabitur ferrū ferro
ab aquilone et es? Diuitias tuas et
thesauros tuos in direptionem dabo
gratis in oĩbus peccatis tuis: et in
oĩbus terminis tuis. Et adducam
inimicos tuos de terra quā nescis: q̃a
ignis succensus est in furore meo: ꝫ su-
per vos ardebit. Tu scis domine: recor-
dare mei ꝫ visita me: et tuere me ab hijs
qui ꝑsecunt̄ me. Noli in patientia tu-
a suscipere me. Scito quoniā sustinui
pro te obprobrium. Inuenti sunt ser-
mones tui: et comedi eos. Et factum
est michi verbū tuū in gaudiū et ĩ leti-
ciam cordis mei: quoniā inuocatū est
nomen tuū sup me. domine de⁹ exerci-
tuū. Nō sedi in cōcilio ludentiū: ꝫ glo-
riat⁹ sum a facie manus tue. Solus
sedebam: quoniā cōminatōne replesti
me. Quare factus ē dolor me⁹ ꝑpetuus:
et plaga mea desperabilis? Renuit cu-
rari: Facta est michi quasi mendaciū
aquaꝝ infideliū. Propter hoc hec di-
cit domin⁹. Si conuerteris cōuertam
te. et ante faciē meā stabis: et si separa-
ueris ꝑciosum a vili. q̃si os meū eris.
Cōuertent̄ ipi ad te: et tu nō conuertē-
ris ad eos. Et dabo te ꝑplo huic ĩ mu-
rum ereum fortem: et bellabūt aduer-
sum te et non preualebunt: quia ego
tecum sum ut saluem te et eruam te di-
cit dñs. Et liberabo te de manu pessi-
moꝝ: ꝫ redimā te de manu fortiū. c. xvi.

Et factum est verbū dn̄i ad me di-
cens. Non accipies uxorem: et
non erunt tibi filij et filie in loco isto.
Quia hec dicit dominꝰ sup filios et fi-
lias qui generant̄ in loco isto: et sup
matres eoꝝ que genuerūt eos: et super
patres eoꝝ de quoꝝ stirpe sunt nati ī
terra hac. Mortibus egrotationū mo-
rientur. Non plangent̄ et nō sepelien-
tur: in sterquiliniū sup faciē terre erunt.
Et gladio ⁊ fame cōsumentur: et erit
cadaver eoꝝ in escam volatilibꝫ celi et
bestijs terre. Hec enī dicit dn̄s. Ne in-
grediaris domū cōuiuij neqꝫ vadas
ad plangendū: neqꝫ consoleris eos
quia abstuli pacem meam a ꝑplo isto
dicit dn̄s: misericordiā et miseratōnes.
Et morientur grandes ⁊ parui ī terra
ista: non sepelient̄ neqꝫ plangentur: ⁊
non se incident neqꝫ caluiciū fiet pro
eis. Et nō frangent inter eos lugenti
panem ad consolandū sup mortuo:
et nō dabūt eis potū calicis ad conso-
landū sup patre suo et matre. Et do-
mum cōuiuij nō ingredieris ut sede-
as cum eis ⁊ comedas et bibas: quia
hec dicit dominus exercituū deus isrl'.
Ecce ego auferā de loco isto in oculis
vestris et ī diebꝫ vestris vocem gaudij
et vocem leticie: vocem sponsi et vocē
spōse. Et cū annūciaveris ꝑplo huic o-
mnia verba hec et dixerit tibi. quare
locutꝰ est dn̄s sup nos omne malum
grāde istud. que nostra iniquitas et
quod peccatū nostrū qd̄ peccavimus
domino deo nr̄o: dices ad eos. Quia
dereliquerūt me patres vestri ait dn̄s:
et abierunt post deos alienos ⁊ servie-
runt eis. ⁊ adoraverūt eos: ⁊ me dere-
liquerūt ⁊ legem meā nō custodierunt.
Sed et vos peius operati estis ꝗ̄ pa-
tres vestri. Ecce enī ābulat vnusquisqꝫ

post pravitatē cordis sui mali: ut me
non audiat. Et eiciā vos de terra hac
in terrā quā ignoratis vos et patres
vestri: ⁊ servietis ibi dijs alienis die ac
nocte q̇ nō dabūt vobis requiē. Pro-
pterea ecce dies venient dicit dominꝰ:
et nō dicetur ultra vivit dominꝰ qui
eduxit filios israhel de terra egipti. sed
vivit dominꝰ qui eduxit filios isrl' de
terra aquilonis. ⁊ de universis terris
ad quas ieci illos: ⁊ reducam eos ī
terrā suā quā dedi patribus eoꝝ. Ecce
ego mittā piscatores multos dicit do-
minus: ⁊ piscabūtur eos. Et post hec
mittam eis multos venatores ⁊ vena-
buntur eos de omni mōte ⁊ de omni
colle ⁊ de cavernis petraꝝ: quia oculi
mei sup om̄es vias eoꝝ. Non sūt abs-
condite a facie mea: ⁊ non fuit occul-
tata iniquitas eoꝝ ab oculis meis. Et
reddā primū duplices iniquitates et
peccata eoꝝ: quia cōtaminaverūt ter-
ram meā in morticinis ydoloꝝ suoꝝ:
et abominationibꝫ suis impleverunt
hereditatem meā. Domine fortitudo
mea ⁊ robur meū: ⁊ refugiū meū ī die
tribulationis. Ad te gentes venient ab
extremis terre ⁊ dicent. Vere mendaciū
possederūt patres nostri: vanitatem ꝗ̄
eis nō ꝓfuit. Nunquid faciet sibi ho-
mo deos? Et ipi nō sunt dij. Idcirco
ecce ego ostendā eis per vicem hanc:
ostendā eis manū meā ⁊ virtutē meā:
et sciēt quia nomē michi dn̄s. c. xvij.

Peccatū iuda scriptū est stilo ferreo
in ungue adamantino: exaratū
sup latitudinē cordis eoꝝ: et in cordi-
bus araꝝ eoꝝ. Cum recordati fuerint
filij eoꝝ araꝝ suaꝝ ⁊ lucoꝝ suoꝝ ligno-
rumqꝫ frondentiū ī mōtibus excelsis
sacrificantes in agro: fortitudinē tuā
et om̄es thesauros tuos ī direptionē

dabo: excelsa tua ꝑpter peccata in uni-
uersis finibus tuis. Et relinqueris so-
la ab hereditate tua quā dedi tibi: et
seruire te faciā inimicis tuis ī terra quā
ignoras. Quoniā ignē succendisti in
furore meo: usqꝫ in eternū ardebit. Hec
dicit dn̄s, maledictus homo q̄ cōfidit
in homine: et ponit carnē brachium
suū: et a dn̄o recedit cor ei⁹. Erit enim
quasi mirice in deserto: ⁊ non videbit
cum venerit bonū: sed habitabit ī sic-
citate in deserto in terra salsuginis et
inhabitabili. Benedictus vir q̄ con-
fidit in dn̄o: et erit dominus fiducia
eius, et erit quasi lignū qd̄ transplan-
tatur sup aquas: qd̄ ad humorē mit-
tit radices suas: ⁊ nō timebit cū vene-
rit estus. Et erit foliū eius viride: et in
tempore siccitatis non erit sollicitum:
nec aliquando desinet facere fructum.
Prauū est cor hominis et inscrutabi-
le. Quis cognoscet illud? Ego domin⁹
scrutans cor ⁊ probans renes: qui do
unicuiqꝫ iuxta viā suā: et iuxta fructū
adinuētionū suaꝝ. Perdix fouit q̄ nō
peperit: fecit diuitias ⁊ nō in iudicio.
In dimidio dieꝝ suoꝝ derelinquet eas:
et in nouissimo suo erit insipiēs. So-
liū glorie altitudinis a principio: lo-
cus sanctificationis nostre expectatio
israhel. Domine oīes qui te derelin-
quunt cōfundentur; recedētes a te in ter-
ra scribentur: quoniā dereliquerūt venā
aquaꝝ viuentiū dn̄m. Sana me dn̄e
et sanabor: saluū me fac ⁊ saluus ero:
quoniā laus mea tu es. Ecce ipsi dicūt
ad me. Ubi est verbū dn̄i? Veniat. Et
ego non sum turbatus te pastorem se-
quens: et diē hominis nō desideraui.
Tu scis q̄ egressum est de labijs meis:
rectum in conspectu tuo fuit. Non sis
michi tu formidini: spes mea tu in die
afflictionis. Cōfundātur qui me per-
sequūtur et non confundar ego: paueāt
illi: ⁊ non paueam ego. Induc sup eos
diē afflictionis: ⁊ duplici contritione
contere eos. Hec dicit domin⁹ ad me.
Vade ⁊ sta in porta filioꝝ ppli tui per
quā ingrediūtur reges iuda. et egredi-
untur: et in cūctis portis ierusalem: ⁊
dices ad eos. Audite verbū dn̄i reges
iuda. et oīis iudea cunctiqꝫ habitato-
res ierusalē: q̄ ingredimini p portas
istas. Hec dicit domin⁹. Custodite a-
nimas vr̄as: ⁊ nolite portare pōdera
in die sabbati. nec inferatis p portas
ierusalē: ⁊ nolite eicere onera de domi-
bus vr̄is in die sabbati et oīe opus
nō facietis. Sanctificate diē sabbati
sicut p̄cepi patribus vr̄is: Et nō audi-
erūt nec inclinauerūt aurem suā: sed
indurauerūt ceruicem suā ne audirent
me: ⁊ ne acciperent disciplinā. Et erit
si audieritis me dicit domin⁹. ut nō
inferatis onera per portas ciuitatis
hui⁹ in die sabbati ⁊ si sanctificaueritis
diē sabbati ne faciatis in ea oīe op⁹:
ingredientur p portas ciuitatis hui⁹ re-
ges ⁊ principes sedentes sup soliū da-
uid. ⁊ ascendentes in curribus et equis
ipsi et principes eoꝝ viri iuda ⁊ habita-
tores ierusalē: ⁊ habitabitur ciuitas
hec in sempiternū. Et venient de ciuita-
tibus iuda de circuitu ierusalem et de
terra beniamin et de campestribus et
de montuosis et ab austro portantes
olocaustum et victimam et sacrificiū
et thus: et inferent oblationem in do-
mum domini. Si autem non audi-
eritis me ut sanctificetis diē sabbati et
ne portetis onus et ne inferatis per
portas ierusalē in die sabbati: succen-
dam ignē ī portis ei⁹ et deuorabit do-
mos ierl̄m: ⁊ nō extinguetur. Ca. xviii.

Verbū qđ factū est ad iheremiā a
dn̄o dicens. Surge ⁊ descende
in domum figuli: et ibi audies verba
mea. Et descendi ī domū figuli: ⁊ ecce
ipse faciebat opus sup rotā: et dissipa-
tum est vas qđ ip̄e faciebat e luto ma-
nibus suis. Cōuersusq; fecit illud vas
alterū: sicut placuerat in oculis eiꝰ ut
faceret. Et factum est verbū dn̄i ad me
dicens. Nūquid sicut figulus iste nō
potero vobis facere domꝰ israhel ait
dominꝰ? Ecce sicut lutū in manibus
figuli: sic vos domꝰ isrł in manu mea.
Repente loquar adversum gentem et
adversus regnū: ut eradicē ⁊ destruā ⁊
disperdam illud. Si penitentiam egerit
gens illa a malo suo qđ locutus sum
adversus eam: agā et ego penitentiā
sup malo qđ cogitavi ut facerem ei: et
subito loquar de gēte ⁊ regno: ut edifi-
cem et plantem illud. Si fecerit malū
in oculis meis ut non audiat vocem
meā: penitentiā agam sup bono qđ
locutus sum ut facerem ei. Nunc ergo
dic viro iuda et habitatori ierusalē
dicens. Hec dicit dn̄s. Ecce ego fingo
contra vos malū: ⁊ cogito cōtra vos
cogitationē. Revertat̄ unusquisq; a
via sua mala: ⁊ dirigite vias vestras
et studia vestra. Qui dixerūt. Despera-
vimus. Post cogitationes enī nr̄as
ibimꝰ: ⁊ unusquisq; pravitatē cordis
sui mali facienꝰ. Ideo hec dicit dn̄s.
Interrogate gētes. Quis audivit talia
horribilia: q̄ fecit nimis virgo israhel?
Nūquid deficiet de petra agri nix liba-
ni: aut evelli possūt aque erūpentes fri-
gide et defluētes? Quia oblitꝰ ē mei po-
pulus meus: frustra libātes et impin-
gentes in viis suis: et in semitis seculi:
ut ambularent ꝑ eas in itinere nō tri-
to: ut fieret terra eorū in desolationem

et in sibilū sempiternū. Omnis q̄ p̄terie-
rit per eam obstupescet: et movebit ca-
put suū. Sicut ventus urens dispgā
eos corā inimicis: dorsum et nō faciē
ostendā eis in die ꝑditionis eorū. Et
dixerūt. Venite et cogitemꝰ contra ihe-
remiā cogitationes. Non enī peribit
lex a sacerdote: neq; consiliū a sapiēte:
nec sermo a ꝓpheta. Venite et percutia-
mus eū lingua: ⁊ nō attendamus ad
universos sermones eius. Attende do-
mine ad me: ⁊ audi vocem adversari-
orū meoꝝ. Nunquid redditur ꝓ bo-
no malū: quia foderūt foveā anime
mee? Recordare q̄ steterim in cōspectu
tuo ut loquerer pro eis bonū: ⁊ averte-
rem indignatōnē tuā ab eis. Propter-
ea da filios eoꝝ ī famē: et deduc eos in
manꝰ gladii. Fiant uxores eoꝝ absq;
liberis et vidue: et viri eaꝝ interficiā-
tur morte. Iuvenes eoꝝ confodiātur
gladio in p̄lio: audiatur clamor de
domibus eoꝝ. Adduces enim sup eos
latronē repente: quia foderūt foveam
ut caperēt me: ⁊ laqueos absconderūt
pedibus meis. Tu aūt dn̄e scis omne
consiliū eoꝝ adversum me in mortem.
Ne propicieris iniquitati eorū: et pec-
catum eorū a facie tua non deleatur.
Fiant corruentes in conspectu tuo: in
tēpore furoris tui abutere eis. ca. xix

Hec dicit dn̄s. Vade ⁊ accipe lagū-
culā figuli testē a senioribꝫ ꝓpli ⁊
a senioribꝫ sacerdotū: et egredere ad val-
lem filiorū ennon que ē iuxta introitū
porte fictilis: ⁊ p̄dicabis ibi verba que
ego loquor ad te et dices. Audite ver-
bum dn̄i reges iuda: et habitatores
ierusalē. Hec dicit dominꝰ exercituū
deus israhel. Ecce ego inducā affficti-
onem sup locū istū: ita ut omnis qui
audierit illā tinniant aures eiꝰ. eo q̄

dereliquerint me · et alienū fecerūt locū
istū : et libauerūt in eo diis alienis q̄s
nescierūt ipi ⁊ patres eoꝝ et reges iude:
et repleuerūt locū istū sanguine inno-
centiū: ⁊ edificauerūt excelsa baalim ad
comburendos filios suos igni ī olo-
caustū que non p̄cepi: nec locut⁹ sum
nec ascenderūt in cor meū. Propterea
ecce dies venient dicit dn̄s : ⁊ non vo-
cabitur amplius locus iste thophet ⁊
vallis filij ennon: sed vallis occisionis.
Et dissipabo cōsiliū iuda et iherusalē
in loco isto: et subuertā eos gladio in
conspectu inimicoꝝ suorū et in manu
querentiū animas eoꝝ: et dabo cada-
uera eoꝝ escas volatilibꝫ celi ⁊ bestiis
terre: ⁊ ponā ciuitatem hanc in stupo-
rem ⁊ in sibilū. Omnis qui p̄terierit per
eam obstupescet: et sibilabit sup vniuer-
sa plaga eius. Et cibabo eos carnibꝫ
filioꝝ suoꝝ ⁊ carnibus filiaꝝ suaꝝ; et
vnusquisqꝫ carnē amici sui comedet ī
obsidione et in angustia in qua con-
cludent eos inimici eoꝝ: et qui querūt
animas eoꝝ. Et conteres lagunculā
in oculis viroꝝ qui ibūt tecū : ⁊ dices
ad eos. Hec dicit dn̄s exercituū. Sic
conterā pp̄lm istū ⁊ ciuitatem istā: sicut
conterit vas figuli qđ nō potest vltra
instaurari. Et in thophet sepelientur:
eo q̄ nō sit alius locus ad sepeliendū.
Sic faciā loco huic ait dn̄s ⁊ habita-
toribus ei⁹ : ut ponā ciuitatem istam
sicut thophet. Et erūt dom⁹ iherusalē
et dom⁹ regū iuda sicut loc⁹ thophet
immūde: omnes dom⁹ in quaꝝ do-
matibus sacrificauerūt omni milicie
celi: ⁊ libauerūt libamina diis alienis.
Venit aūt iheremias de thophet quo
miserat eum dn̄s ad ꝓphetandū: ⁊ ste-
tit in atrio dom⁹ dn̄i: ⁊ dixit ad omnē
pp̄lm. Hec dicit dn̄s exercituū de⁹ isrl̄.
Ecce ego inducam sup ciuitatem hanc
et sup omnes vrbes ei⁹ vniuersa ma-
la que locutus sum aduersum eam:
quoniam indurauerunt ceruicem suā
ut nō audirēt s̄mones meos. ca. xx.

Et audiuit phassur filius emmer
sacerdos qui cōstitut⁹ erat prin-
ceps in domo dn̄i iheremiā ꝓphetan-
tem sermones istos: ⁊ percussit phassur
iheremiā ꝓphetā : et misit eū in neruū
qđ erat in porta beniamin superiori
in domo dn̄i. Cūqꝫ illuxisset ī crastinū
eduxit phassur iheremiam de neruo:
et dixit ad eū iheremias. Nō phassur
vocauit domin⁹ nomē tuū sed pauo-
rem undiqꝫ: quia hec dicit dominus.
Ecce ego dabo te in pauorem et omnes
amicos tuos: ⁊ corruent gladio inimi-
coꝝ suoꝝ: ⁊ oculi tui videbūt. Et omnē
iudā dabo in manu regis babilonis:
⁊ traducet eos ī babilonē: et percutiet eos
gladio. Et dabo vniuersam substan-
tiam ciuitatis hui⁹ · ⁊ omnē laborem
ei⁹ omneqꝫ p̄ciū et cunctos thesauros
regū iuda dabo in manu inimicorū
eoꝝ: et diripient eos et tollent: et ducēt
in babilonē. Tu aūt phassur et omnes
habitatores dom⁹ tue ibitis in capti-
uitatem: et ī babilonē venies ⁊ ibi mo-
rieris : ibiqꝫ sepelieris tu et omnes ami-
ci tui quibus ꝓphetasti mendaciū. Se-
duxisti me dn̄e ⁊ seductus sum: fortior
me fuisti et inualuisti. Factus sum in
derisum tota die. Omnes subsanna-
bant me quia iam olim loquor voci-
ferās : iniquitatē et vastitatē clamito.
Et fact⁹ ē michi s̄mo dn̄i ī obprobriū
et ī derisū tota die. Et dixi. Nō recorda-
bor eius: neqꝫ loquar vltra ī nomine
illius. Et factus est ī corde meo quasi
ignis exestuans: claususqꝫ in ossibus
meis: ⁊ defeci ferre nō sustinens. Audiui

enim cõtumelias multorꝫ et terrorem
in circuitu·ꝑsequimini ⁊ ꝑsequamur
eum: ab omnibus viris qui erãt pacifi-
ci mei ⁊ custodientes latus meum: Si
quo modo decipiatur ⁊ ꝑualeam⁹ ad-
uersus eũ: et consequamur ultionem
ex eo. Domin⁹ aũt mecũ est quasi bel-
lator fortis: Idcirco qui ꝑsequũtur me
cadent et infirmi erunt et confundent
vehementer: quia non intellexerũt ob-
probriũ sempiternũ qḋ nunqȝ delebit.
Et tu dñe exercituũ ꝓbator iusti qui vi-
des renes ⁊ cor: videã queso ultionem
tuã ex eis. Tibi enim reuelaui causam
meã. Cantate dño·laudate dñm: qȝ
liberauit animã pauperis de manu
malorꝫ. Maledicta dies in qua nat⁹
sum: dies ĩ qua peperit me mater mea
non sit benedicta. Maledictus vir q̄
annũciauit patri meo dicens natus
est tibi puer masculus: ⁊ quasi gaudi-
o letificauit eũ. Sit homo ille ut sunt
ciuitates quas subuertit dñs: et non
penituit eum. Audiat clamorem ma-
ne et ululatũ ĩ tempore meridiano: qȝ
non me interfecit a uulua ut fieret mi-
chi mater mea sepulcrũ: et uulua eius
cõcept⁹ etern⁹. Quare de uulua egressus
sum ut viderẽ laborẽ ⁊ dolorẽ: et consu-
merent̄ ĩ cõfusione dies mei? ca. xxi.

Verbũ qḋ factũ est ad iheremiam
a dño: quãdo misit ad eũ rex se-
dechias phassur filiũ melchie ⁊ soph-
niam filiũ maasie sacerdotem dicens.
Interroga pro nobis dominũ: quia
nabuchodonosor rex babilonis pre-
liatur aduersum nos: si forte faciat
dominus nobiscũ scḋm omnia mira-
bilia sua et recedat a nobis. Et dixit
iheremias ad eos. Sic dicetis sedechie.
Hec dicit dñs deus israhel. Ecce ego con-
uertã vasa belli que in manibus vris
sunt et quibus vos pugnatis aduer-
sum regem babilonis et caldeos qui
obsident vos ĩ circuitu murorꝫ: ⁊ con-
gregabo ea in medio ciuitatis hui⁹.
et debellabo ego vos in manu extenta
et in brachio forti ⁊ in furore ⁊ in indi-
gnatione ⁊ in ira grandi: et percutiam
habitatores ciuitatis hui⁹. Homines
et bestie pestilentia magna morientur.
Et post hec ait dñs· dabo sedechiam
regem iuda ⁊ seruos eius ⁊ ꝓplm eius
et qui derelicti sunt ĩ hac ciuitate a peste
et gladio et fame in manu nabucho-
donosor regis babilonis et in manu
inimicorꝫ eorꝫ et in manu querentiũ a-
nimã eorꝫ: ⁊ percutiet eos in ore gladii:
et non mouebit̄ neqȝ parcet nec mise-
rebitur. Et ad ꝓplm hunc dices. Hec
dicit domin⁹. Ecce ego do corã vobis
viã vite et viam mortis. Qui habita-
uerit in urbe hac morietur gladio et
fame et peste: qui aũt egressus fuerit et
transfugerit ad caldeos qui obsident
vos viuet: et erit ei anima sua quasi
spoliũ. Posui enim faciẽ meã sup ciui-
tatem hanc in malũ et non in bonũ
ait dñs. In manu regis babilonis da-
bitur: ⁊ exuret eam igni. et domui regis
iuda. Audite verbũ dñi dom⁹ dauid.
Hec dicit dñs. Iudicate mane iudiciũ·
et eruite vi oppressum de manu calu-
mniantis: ne forte egrediatur ut ignis
indignatio mea et succendat̄ et nõ sit
qui extinguat: ꝓpter maliciã studiorꝫ
vestrorũ. Ecce ego ad te habitatricem
uallis solide atqȝ campestris ait domi-
nus: qui dicitis quis percutiet nos
et quis ingredietur domus nostras:
et visitabo super vos iuxta fructum
studiorũ vestrorũ dicit domin⁹: et suc-
cendam ignem in saltu eius et deuo-
rabit omnia in circuitu eius. c. xxii.

Hec dicit dominꝰ. Descende ī do-
mum regis iuda: et loqueris ibi
verbum hoc ⁊ dices. Audi verbū dñi
rex iuda qui sedes sup soliū dauid: tu
et serui tui ⁊ ꝑplus tuus qui ingredimi-
ni per portas istas. Hec dicit dominꝰ.
Facite iudiciū et iusticiā et liberate vi
oppressum de manu calumniatoris:
et aduenā et pupillū et viduā nolite
contristare neqꝫ opprimatis inique: ⁊
sanguinē innocentem ne effūdatis
in loco isto. Si enim facientes feceritis
verbū istud·ingredient̄ per portas do-
mus huiꝰ regis sedentes de genere da-
uid super thronū eius: et ascendentes
currus et equos: ipsi et serui et ꝑplus e-
orū. Qđ si nō audieritis verbū hec: in
memetipso iuraui dicit dñs: quia in
solitudinē erit domus hec. Quia hec
dicit dñs sup domū regis iuda. Ga-
laad tu michi caput libani: Si non
posuero te solitudinē. urbes inhabi-
tabiles. Et sanctificabo sup te interfi-
cientem virū et arma eius: et succident
electas cedros tuas et ꝑcipitabūt in i-
gnem: et ptransibūt gentes multe per
ciuitatem hāc et dicet unusquisqꝫ ꝓxi-
mo suo. Quare sic fecit dominꝰ ciuita-
ti huic grandi? Et respōdebūt. Eo q
reliquerint pactū dñi dei sui: ⁊ adora-
uerint deos alienos: et seruierint illis.
Nolite flere mortuū: neqꝫ lugeatis su-
per eū fletu. Plangite eū qui egreditur:
quia non reuertetur ultra. nec videbit
terram natiuitatis sue. Quia hec dicit
dñs ad sellū filiū iosie regē iuda q re-
gnauit pro iosia patre suo q egressus
est de loco isto. Nō reuertetur huc am-
plius: sed in loco ad quē transtuli eū
ibi morietur: ⁊ terrā istam nō videbit
amplius. Ve qui edificat domū suā i
iniusticia: ⁊ cenacula sua nō i iudicio.

Amicū suū opprimet frustra: et merce-
dem non reddet ei. Qui dicit edificabo
michi domū latam et cenacula spaci-
osa: qui aperit sibi fenestras et facit la-
quearia cedrina: pingitqꝫ sinopide.
Nunquid regnabis: quoniā confers
te cedro? Pater tuꝰ nūquid nō come-
dit et bibit et fecit iudiciū et iusticiā:
tūc cū bene erat ei? Iudicauit causam
pauperis et egeni in bonū suū. Nun-
quid non ideo: quia cognouit me di-
cit dñs? Tui vero oculi ⁊ cor ad auarici-
am et ad sanguinē innocentē funden-
dum et ad calūniā: et ad cursū mali
opis. Propterea hec dicit dñs ad io-
achim filiū iosie regem iuda. Nō plā-
gent eū ve frater et ve soror: nō concre-
pabūt ei ve dñe et ve inclite. Sepultu-
ra asini sepelietur: putrefactꝰ ⁊ piectꝰ
extra portas iherusalē. Ascende liba-
num et clama: et in basan da vocem
tuā ⁊ clama ad transeūtes: quia con-
triti sunt omēs amatores tui. Locutꝰ
sum ad te in abundantia tua: dixisti
non audiam. Hec est via tua ab ado-
lescentia tua: quia non audisti vocem
meam. Omnes pastores tuos pascet
ventus: ⁊ amatores tui in captiuitatē
ibunt. Et tunc cōfunderis ⁊ erubesces
ab omni malicia tua: que sedes in li-
bano et nidificas in cedris. Quomō
cōgemuisti cum venissent tibi dolores
quasi dolores parturientis? Viuo e-
go dicit dñs: quia si fuerit iechonias
filius ioakim regis iuda anulus in
manu dextera mea inde euellam eum.
Et dabo te ī manu querentiū animā
tuā et in manu quoꝝ tu formidas fa-
ciem: et in manu nabuchodonosor
regis babilonis: et ī manus caldeoꝝ.
Et mittam te et matrē tuā que genuit
te in terrā alienā in qua nati nō estis:

ibiq; moriemini. Et in terram ad quã
ipsi levãt animã suã ut revertant illuc:
nõ reuertent. Numquid vas fictile atq;
contritũ vir iste iechonias? Numquid
vas absq; omni voluptate? Quare
abiecti sunt ipe et semen eius: et piecti ĩ
terrã quã ignorauerũt? Terra terra ter-
ra audi sermonem dñi. Hec dicit dñs.
Scribe virũ istũ sterilem: virũ qui in
diebꝫ suis nõ pspabit. Nec enim erit de
semine eiꝰ vir q̃ sedeat sup soliũ david:
& potestatẽ habeat ultra ĩ iuda. c. xxiii.
Ve pastoribꝫ: qui disperdunt & dila-
cerant gregem pascue mee dicit
dñs. Ideo hec dicit dñs deus israhel
ad pastores qui pascunt pplm meum.
Vos dispsistis gregem meũ & eiecistis
eos: & non visitastis eos. Ecce ego visi-
tabo sup vos maliciã studiorũ vrorũ
ait dñs. Et ego congregabo reliquias
gregis mei de omnibus terris ad quas
eiecero eos illuc: & cõuertã eos ad rura
sua & crescẽt & multiplicabũtur: & susci-
tabo sup eos pastores & pascẽt eos. Nõ
formidabũt ultra et nõ pauebũt: & nul-
lus queretur ex numero dicit dñs. Ec-
ce dies veniunt dicit dñs: & suscitabo
david germen iustũ: et regnabit rex et
sapiens erit: et faciet iudiciũ & iusticiã
in terra. In diebus illis saluabitur iu-
da: & israhel habitabit confidenter. Et
hoc est nomẽ qđ vocabũt eũ: dominꝰ
iustus noster. Propter hoc ecce dies
veniunt dicit dominꝰ: et non dicent
ultra vivit dominꝰ q̃ eduxit filios isra-
hel de terra egipti: sed vivit dominus
q̃ eduxit et adduxit semẽ domꝰ isrl de
terra aquilonis et de cũctis triis ad q̃s
eiecerã eos illuc: et habitabunt in
terra sua. Ad pphetas. Contritũ est
cor meũ in medio mei: cõtremuerunt
omnia ossa mea. Factus sum quasi
vir ebrius: et quasi homo madidus
a vino a facie domini et a facie verbo-
rum sanctorũ eius: quia adulteriis re-
pleta est terra: quia a facie maledictio-
nis luxit terra: arefacta sunt arua de-
serti. Factus est cursus eorũ malus: et
fortitudo eorũ dissimilis. Propheta
namq; & sacerdos polluti sunt: & in do-
mo mea inveni malũ eorũ ait dominꝰ.
Idcirco via eorũ erit quasi lubricũ in
tenebris: impellentur enim et corruent ĩ
ea. Afferam enĩ sup eos mala: annũ
visitationis eorũ ait dñs. Et in pphe-
tis samarie vidi fatuitatem: & ppheta-
bant in baal: et decipiebãt pplm meũ
israhel. Et in pphetis iherusalẽ vidi si-
militudinem adulterantiũ et iter men-
dacii: & confortauerũt manus pessimo-
rum: ut non cõuerteretur unusquisq; a
malicia sua. Facti sunt michi omnes
ut zodoma: et habitatores eiꝰ q̃si go-
morra. Propterea hec dicit dñs exerci-
tuũ ad pphetas. Ecce ego cibabo eos
absinthio: & potabo eos felle. A pphe-
tis enim iherusalem egressa est pollutio
sup omnẽ terram. Hec dicit dominus
exercituũ. Nolite audire verba ppheta-
rum qui prophetãt vobis & decipiũt
vos. Visionẽ cordis sui locuntur: non
de ore domini. Dicũt hiis q̃ blasphe-
mant me locutus est dominꝰ: pax erit
vobis: et omni qui ambulat in pra-
vitate cordis sui dixerunt: non veniet
sup vos malũ. Quis enĩ affuit in con-
silio dñi: & vidit et audivit sermonem
eius? Quis cõsideravit verbũ illiꝰ et
audivit? Ecce turbo dominice indigna-
tionis egredietur: & tempestas erũpẽs
sup caput impiorũ veniet. Non reuer-
tetur furor dñi usq; dum faciat: & usq;
dũ cõpleat cogitationẽ cordis sui. In
novissimis diebus intelligetis cõsiliũ

eius. Non mittebā ꝓphetas et ipi cur-
rebant: non loquebar ad eos· et ipsi
prophetabāt. Si stetissent in consilio
meo et nota fecissent verba mea ꝑplo
meo: avertissem utiq; eos a via sua
mala ⁊ cogitationibus suis pessimis.
Putasne deus e vicino ego sum dicit
dn̄s: et non deus de longe? Si occul-
tabitur vir in absconditis: et ego nō
videbo eū dicit dn̄s? Nūquid nō celū
et terrā ego impleo ait dn̄s? Audivi
que dixerūt ꝓphete: ꝓphetantes in no-
mine meo mendaciū atq; dicētes. So-
mniavi: somniavi. Usq;quo istud ē i
corde ꝓphetarꝫ vaticinātiū mēdaciū: ⁊
prophetātiū seductiones cordis sui.
Qui volūt facere ut obliviscat̄ ꝑplus
meꝰ nois mei· ꝓpter somnia eoꝝ que
narrāt unusquisq; ad ꝓximū suū: si-
cut obliti sunt patres eorū nois mei
propter baal? Propheta qui habet
somniū narret somniū: et qui habet
sermonē meū loquat̄ sermonē meum
vere. Quid paleis ad triticū dicit dn̄s?
Nūquid non verba mea sunt quasi i-
gnis ait dn̄s: et quasi malleus conte-
rens petrā? Propterea ecce ego ad pro-
phetas ait dn̄s: q̄ furant̄ verba mea
unusquisq; a ꝓximo suo. Ecce ego ad
prophetas ait dn̄s qui assumūt lin-
guas suas: ⁊ aiūt dicit dn̄s. Ecce ego
ad prophetas somniantes mēdaciū
dicit dn̄s: qui narraverūt ea et seduxe-
runt ꝑplm meū in mendacio suo et in
miraculis suis: cū ego nō misissē eos:
nec mandassem eis: q̄ nichil ꝓfuerūt
ꝑplo huic dicit dn̄s. Si igitur interro-
gaverit te ꝑplus iste vel ꝓpheta aut sa-
cerdos dicens· qd̄ est onus dn̄i: dices
ad eos. Vos estis vobis onꝰ. Proiciā
quippe vos dicit dominꝰ: et ꝓpheta et
sacerdos et ꝑplus qui dicit onus dn̄i:

visitabo sup virū illū et sup domū eiꝰ.
Hec dicens unusquisq; ad ꝓximum ⁊
ad fratrem suū. Quid respōdit dn̄s?
Et quid locutꝰ est dominꝰ? Et onus
domini ultra non memorabitur: q̄a
onus erit unicuiq; s̄mo suus. Et ꝑver-
tistis verba dei viventis: domini exer-
cituum dei nostri. Hec dices ad ꝓphe-
tam. Quid respōdit tibi dominꝰ: ⁊ qd̄
locutus est dominꝰ? Si aūt onus do-
mini dixeritis: ꝓpter hoc hec dicit do-
minus. Quia dixistis sermonē istū o-
nus domini: ⁊ misi ad vos dicēs· no-
lite dicere onus domini: ꝓpterea ecce e-
go tollā vos portans· ⁊ derelinquam
vos ⁊ civitatē quā dedi vobis ⁊ prib;
vr̄is a facie mea: et dabo vos ī oppro-
briū sempitnū: et ī ignominiā eternā
q̄ nūq; oblivione delebit̄. Cap. xxiiii
Ostendit michi dominꝰ: ⁊ ecce duo
calathi pleni ficis positi āte tem-
plum dn̄i: postq; transtulit nabuchq-
donosor rex babilonis iechoniā filiū
ioakim regem iuda ⁊ principes eius ⁊
fabrum ⁊ inclusorem de ierusalē ⁊ ad-
duxit eos in babilonē. Calathus unꝰ
ficus bonas habebat nimis: ut solent
ficus esse p̄mi tēporis. Et calathus u-
nus ficus habebat malas nimis: que
comedi nō poterāt eo q̄ essēt male. Et
dixit dominꝰ ad me. Quid tu vides ihe-
remia? Et dixi. Ficus bonas· bonas
valde: ⁊ malas· malas valde: q̄ come-
di nō possunt eo q̄ sint male. Et factū
est verbū dn̄i ad me dicens. Hec dicit
dominꝰ deus israhel. Sicut ficus hee bo-
ne sic cognoscā transmigrationē iuda
quā emisi de loco isto in terrā caldeoꝝ
in bonū: et ponā oculos meos sup eos
ad placādū: et reducā eos in terram
hanc: ⁊ edificabo eos et nō destruā: et
plantabo eos et non evellam: et dabo

cis cor ut sciant me quia ego sum do-
minus. Et erũt michi in ppl̄m: et ego
ero eis in deũ: quia reuertentur ad me
in toto corde suo. Et sicut fic⁹ pessime
que comedi nõ possũt eo ꝙ sint male:
hec dicit domin⁹ sic dabo sedechiam
regem iuda et principes eius et reliq̃s
de iherusalẽ qui remãserũt in urbe hac:
et qui habitant in terra egipti. Et da-
bo eos in uexationẽ afflictionemq; o-
mnibus regnis terre: in opprobriũ et
in parabolã et in ꝓuerbiũ et in male-
dictionẽ in uniuersis locis ad quos
eieci eos: et mittã in eis gladiũ ⁊ famẽ
⁊ pestem donec cõsumãtur de t̃ra quã
dedi eis et patribus eorum. ca. xxv.

Verbũ qđ factũ ẽ ad iheremiã de o-
mni ppl̄o iude in anno quarto
ioakim filij iosie regis iuda: ipe ẽ an-
nus primus nabuchodonosor regis
babilonis. Et locutus est iheremias
propheta ad omnẽ ppl̄m iuda et ad
uniũsos habitatores iherusalẽ dicẽs.
A tercio decimo ãno iosie filij ãmon
regis iuda usq; ad diem hanc iste est
tercius ⁊ uicesim⁹ annus. factũ est uer-
bum dñi ad me: et locutus sum ad
uos de nocte consurgens et loquens
et non audistis. Et misit domin⁹ ad
uos omnes seruos suos ꝓphetas con-
surgens diluculo mittensq; ⁊ non au-
distis: neq; inclinastis aures uestras
ut audiretis cum diceret. Reuertimini
unusquisq; a uia sua mala. et a pessi-
mis cogitacõnibus uestris: et habita-
bitis ĩ terra quã dedit dñs uobis et pa-
tribus uestris a seculo ⁊ usq; in seculũ.
Et nolite ire post deos alienos ut ser-
uiatis eis adoretisq; eos: neq; me ad
iracũdiam ꝓuocetis in operibus ma-
nuũ uestrar̃: ⁊ non affligam uos. Et
non audistis me dicit domin⁹: ut me

ad iracũdiam ꝓuocaretis in operib;
manuũ uestrarũ in malũ uestrũ. Pro-
pterea hec dicit dñs exercituũ. Pro eo
ꝙ non audistis uerba mea: ecce ego
mittam et assumã uniuersas cogna-
cõnes aquilonis ait dñs ⁊ nabucho-
donosor regẽ babilonis seruũ meũ ⁊ ad-
ducã eos sup terrã istã et sup habitato-
res eius et sup omnes naciones que ĩ
circuitu eius sunt: et interficiã eos ⁊ po-
nam eos in stuporem et in sibilũ et in
solitudines sempiternas. Perdamq;
ex eis uocem gaudij et uocem leticie:
uocem sponsi ⁊ uocem sponse: uocem
mole ⁊ lumẽ lucerne. Et erit uniuersa
terra eius in solitudinẽ ⁊ in stuporem:
et seruient omnes gentes iste regi ba-
bilonis septuaginta ãnis. Cumq; im-
pleti fuerint anni septuaginta. uisita-
bo sup regem babilonis ⁊ sup gentem
illã dicit dñs iniquitatem eor̃: et sup
terrã caldeor̃: et ponã illã in solitudi-
nes sempiternas. Et adducã sup terrã
illã omnia uerba mea que locut⁹ sum
cõtra eam: omne qđ scriptũ est ĩ libro
isto. quecũq; ꝓphetauit iheremias ad-
uersum omnes gentes: quia seruierũt
eis cũ essent gẽtes multe ⁊ reges magni.
Et reddã eis sc̃dm opera eor̃: et secundũ
facta manuũ suar̃. Quia sic dicit dñs
exercituũ deus israhel. Sume calicem
uini furoris hui⁹ de manu mea: ⁊ ꝓpi-
nabis de illo cunctis gentibus ad q̃s e-
go mittam te et bibent: ⁊ turbabunt̃
et insanient a facie gladij quẽ ego mit-
tam inter eos. Et accepi calicẽ de ma-
nu dñi. ⁊ ꝓpinaui cunctis gentibus ad
quas misit me dñs: iherusalẽ ⁊ ciuita-
tibus iude et regibus eius et principi-
bus ei⁹ ut darem eos in solitudinem
et in stuporem et in sibilũ et in male-
dictionẽ sicut ẽ dies ista: ⁊ pharaonĩ

regi egipti et seruis eius ⁊ pri̅cipibus
eius et omni̅ p̲p̲lo ei⁹: et uniuersis ge-
neraliter cunctis regibus terre ausiti-
dis· et cu̅ctis regibꝫ terre philistijm et
ascalonis et gaze et accaroni et reli-
quis azoti: ydumee ⁊ moab et filijs
a̅mon et cu̅ctis regibus tyri et uniuer-
sis regibus sydonis et regibꝫ t̅re insu-
larꝫ q̄ sunt trans mare: et dedan et the-
man et buz et uniuersis q̄ attonsi su̅t
in comam et cu̅ctis regibus arabie et
cu̅ctis regibus occide̅tis q̄ habita̅t in
deserto: et cu̅ctis regibus zambri ⁊ cun-
ctis regibus elam et cu̅ctis regibꝫ me-
dorꝫ et cu̅ctis q̄ꝫ regibus aquilonis de-
prope ⁊ delonge. unicuiqꝫ co̅tra fratre̅
suu̅: ⁊ omnibus regnis terre que super
facie̅ eius sunt. Et rex sesach bibet post
eos. Et dices ad eos. Hec dicit dn̅s ex-
ercituu̅ deus israhel. Bibite et inebria-
mini. et uomite et cadite: neqꝫ surgatis
a facie gladij que̅ ego mitta̅ inter vos.
Cu̅qꝫ noluerint accipere calicem de
manu tua ut biba̅t: dices ad eos. Hec
dicit domin⁹ exercituu̅. Bibentes bibe-
tis. Quia ecce in ciuitate in qua inuo-
catu̅ e̅ nome̅ meu̅ ego incipio affligere-
re: et vos quasi innocentes et immu-
nes eritis? Non eritis immunes. Gla-
diu̅ eni̅ ego voco sup omnes habita-
tores terre: dicit dn̅s exercituu̅. Et tu
prophetabis ad eos om̅ia verba hec:
⁊ dices ad illos. Dominus de excelso
rugiet: et de habitac̲lo s̅cto suo dabit
vocem sua̅. Rugiens rugiet sup deco-
rem suu̅. Celeuma q̄si calcantiu̅ conci-
netur aduersus omnes habitatores
terre. Peruenit sonit⁹ usqꝫ ad extrema
terre: quia iudiciu̅ dn̅o cu̅ ge̅tibus. Iu-
dicat̄ ip̄e cu̅ omni carne. Impios tra-
didi gladio dicit dn̅s. Hec dicit dn̅s
exercituu̅. Ecce afflictio egredietur de ge̅te
in gentem: et turbo magnus egredie-
tur de su̅mitatibus terre: et erunt inter-
fecti dn̅i in die illa a summo terre usqꝫ
ad summu̅ eius. No̅ plangent̄: et no̅
colligent̄ neqꝫ sepelient̄: i̅ sterquilinio
sup facie̅ terre iacebu̅t. Ululate pasto-
res et clamate· et asp̄gite vos cinere o-
ptimates gregis: quia co̅pleti sunt di-
es vestri ut interficiamini: et dissipa-
tiones vestre· ⁊ cadetis quasi vasa p̄ci-
osa. Et peribit fuga a pastoribus: et
salu-atio ab optimatibꝫ gregis. Vox
clamoris pastorꝫ ⁊ ululatus optima-
tum gregis: q̄a vastauit dn̅s pascua
eorꝫ: ⁊ co̅ticuerunt arua pacis a facie ire
furoris dn̅i. Dereliquit q̄si leo umbra-
culum suu̅: facta est terra eorum in de-
solationem a facie ire columbe: et a
facie ire furoris domini. cap. xxvi.

In principio regni ioachim filij iosie re-
gis iuda factu̅ e̅ verbu̅ istud a dn̅o di-
cens. Hec dicit dn̅s. Sta in atrio do-
mus dn̅i: et loqueris ad omnes ciui-
tates iuda de quibꝫ veniu̅t ut adore̅t
in domo dn̅i uniuersos sermones: q̄s
ego mandaui tibi ut loquaris ad eos.
Noli subtrahere verbu̅: si forte audia̅t
⁊ co̅uertant̄ unusquisqꝫ a via sua ma-
la: et peniteat me mali q̄d cogito face-
re eis p̲pter malicia̅ studiorꝫ eoru̅. Et
dices ad eos. Hec dicit dn̅s. Si non
audieritis me ut a̅buletis in lege mea
qua̅ dedi vobis ut audiatis sermone̅
seruorꝫ meorꝫ p̲phetaru̅ quos ego misi
ad vos de nocte co̅surgens et dirige̅s
et no̅ audistis: dabo domu̅ ista̅ sicut
sylo: et urbe̅ ha̅c dabo i̅ maledictione̅
cu̅ctis ge̅tibus terre. Et audieru̅t sacer-
dotes et p̲phete et om̅is p̲plus ieremi-
am loquentem verba hec in domo do-
mini. Cu̅qꝫ complesset ieremias lo-
quens omnia que p̄ceperat ei domin⁹

ut loqueret̃ ad universum pplm: ap-
prehenderūt eū sacerdotes et pphete ⁊ om̄is
pplus dicens. Morte moriat̃. Quare
prophetavit in noīe dn̄i dicens: sicut
sylo erit domus hec · et urbs ista deso-
labitur eo q̄ nō sit habitator? Et con-
gregatus est omnis pplus adversus
iheremiā ī domo dn̄i. Et audierūt prin-
cipes iuda verba hec: et ascenderūt de
domo regis in domū dn̄i: ⁊ sederūt in
introitu porte domus dn̄i nove. Et lo-
cuti sunt sacerdotes et pphete ad prīci-
pes ⁊ ad omnē pplm dicentes. Iudici-
um mortis est viro huic: quia pphetā-
vit adversus civitatem istam sicut au-
distis auribȝ vestris. Et ait iheremias
ad om̄es principes et ad universum
pplm dicens. Dn̄s misit me ut pphetā-
rem ad domū istā et ad civitatē hanc
om̄ia verba que audistis. Nunc ergo
bonas facite vias vestras ⁊ studia ve-
stra: et audite vocem dn̄i dei vestri: et
penitebit dn̄m mali qd̄ locut? est ad-
versum vos. Ego aūt ecce in manibȝ
vestris sum: facite michi qd̄ bonū et
rectū est in oculis vestris. Verūtamen
scitote et cognoscite: si occideritis me
sanguinē innocentem tradetis contra
vosmetipos: ⁊ contra civitatem istā et
habitatores eius. In veritate enī mi-
sit me dn̄s ad vos: ut loquerer ī auri-
bus vestris omnia verba hec. Et dixe-
runt principes et om̄is pplus ad sacer-
dotes et ad pphetas. Non ē viro huic
iudiciū mortis: qr in noīe dn̄i dei no-
stri locut? est ad nos. Surrexerūt ergo
viri de senioribus terre: et dixerunt ad
omnē cetū ppli loquētes. Micheas de
morasthi fuit pphetā ī diebȝ ezechie
regis iuda: et ait ad omnē pplm iude
dicens. Hec dicit dn̄s exercituū. Syon
quasi ager arabitur: ⁊ ihrusalem in
acervū lapidū erit: et mons domus dn̄i
in excelsa silvarū. Nūquid morte con-
dēnavit eū ezechias rex iuda et om̄is
iuda? Nūquid nō timuerūt dominū
et deprecati sūt faciē dn̄i: et penituit dn̄m
mali qd̄ locut? fuerat adversum eos?
Itaqȝ non faciam? malū grāde cōtra
animas nr̄as. Fuit quoqȝ vir pphetās
in noīe dn̄i urias filius semei de cari-
athiarim: et pphetavit adv̄sus civita-
tem istā · et adversus terrā hanc iuxta
om̄ia verba iheremie. Et audivit rex
ioachim ⁊ om̄es potentes ⁊ principes
eius verba hec: et quesivit rex interfice-
re eū. Et audivit urias ⁊ timuit: fugit-
qȝ et ingressus est egiptū. Et misit rex
ioachim viros in egiptum helnathan
filiū achobor et viros cū eo in egiptū.
Et eduxerūt uriam de egipto: et addu-
xerūt eum ad regem ioachim et pcussit
eum gladio: et piecit cadaver eius in
sepulcris vulgi ignobilis. Igitur ma-
nus ahicham filii saphan fuit cum ihe-
remia ut non traderetur in manus po-
puli et interficerent eum. Ca. xxvii

In principio regni ioachim filii iosie re-
gis iuda factū est verbū istud ad ihere-
miā a dn̄o dicens. Hec dicit dominus
ad me. Fac tibi vincula ⁊ cathenas ⁊
pones eas in collo tuo: et mittes eas
ad regem edom ⁊ ad regē moab et ad
regem filiorū āmon et ad regem tyri et
ad regem sydonis in manu nūciorū q̄
venerunt ihrusalē ad sedechiam regē
iuda: et pcipies eis ut ad dn̄os suos
loquant̃. Hec dicit dn̄s exercituū deus
isrl̄. Hec dicetis ad dn̄os v̄ros. Ego fe-
ci terrā et hominē et iumēta que sunt
sup faciē terre in fortitudine mea ma-
gna ⁊ in brachio meo extento: et dedi
eā ei q̄ placuit in oculis meis. Et nūc
itaqȝ ego dedi omnes terras istas in

manu nabuchodonosor regis babi-
lonis servi mei; insup et bestias agri
dedi ei ut serviāt illi: et servient ei omēs
gētes et filio eius et filio filii eius donec ve-
niat tēpus terre eius et ipsius. Et servient ei
gentes multe et reges magni: gens au-
tem et regnū qđ non servierit nabucho-
donosor regi babilonis et quicūqz
nō curvaverit collū suum sub iugo re-
gis babilonis in gladio et in fame et
in peste visitabo sup gentem illā ait
dñs: donec cōsumā eos in manu eius.
Vos ergo nolite audire pphetas vros
et divinos et somniatores et augures
et maleficos qui dicūt vobis nō servi-
etis regi babilonis: quia mendaciū
prophetāt vobis ut longe faciāt vos
de terra vestra: et eiciāt vos et pereatis.
Porro gens q̄ subiecerit cervicem suā
sub iugo regis babilonis et servierit
ei: dimittā eā in terra sua dicit dñs:
et colet eam et habitabit in ea. Et ad
sedechiam regem iuda locutus sum se-
cundū omīa verba hec dicens. Subi-
cite colla vestra sub iugo regis babilo-
nis: et servite ei et pplo eius: et vivetis.
Quare moriemini tu et populus tuus
gladio fame et peste: sicut locutus est
dñs ad gentem que servire noluerit re-
gi babilonis? Nolite audire verba
prophetarū dicentiū vobis nō servie-
tis regi babilonis: quia mendacium
ipi loquunt vobis: Quia non misi eos
ait dñs: et ipi pphetant in noīe meo
mendaciter: ut eiciant vos et pereatis
tam vos q̄ pphete qui vaticinant vo-
bis. Et ad sacerdotes et ad pplm istū
locutus sum dicens. Hec dicit dominus.
Nolite audire verba pphetaꝝ vestroꝝ
qui pphetāt vobis dicentes: ecce vasa
domini revertent de babilone nūc cito.
Mendaciū eni pphetāt vobis. Nolite
ergo audire eos: sed servite regi babi-
lonis ut vivatis. Quare datur hec ci-
vitas in solitudinē? Et si pphete sunt:
et est verbū dñi in eis: occurrāt dño ex-
ercituū: ut non veniāt vasa que dere-
licta fuerant in domo dñi et in domo
regis iuda et in iherusalē in babilonē.
Quia hec dicit dñs exercituū ad colu-
mnas et ad mare et ad bases et ad re-
liqua vasoꝝ que manserūt in civitate
hac: que non tulit nabuchodonosor
rex babilonis cū trāsferret iechoniam
filiū ioachim regem iuda de iherusa-
lem in babilonē et omēs optimates iu-
da et iherusalē. Quia hec dicit dñs ex-
ercituū deus isrl ad vasa que derelicta
sunt in domo dñi et in domo regis iu-
da et iherusalē. In babilonē transferē-
tur: et ibi erūt usqz ad diē visitationis
sue dicit dominus. Et afferri faciam
ea et restitui in loco isto. ca. xxviii.

Et factū est in āno illo i principio
regni sedechie regis iuda in āno
quarto in mense quīto: dixit ad me a-
nanias filius azur ppheta de gabaon
in domo dñi corā sacerdotibus et omni
pplo dicens. Hec dicit dñs exercituū de-
us israhel. Contrivi iugū regis babilo-
nis. Adhuc duo anni dierū: et ego re-
ferri faciā ad locū istū omīa vasa dñi
que tulit nabuchodonosor rex babi-
lonis de loco isto: et transtulit ea in
babilonē. Et iechoniam filiū ioachim
regem iuda et omnē trāsmigrationē
iude qui ingressi sunt in babilonē ego
cōvertā ad locū istū ait dñs. Conteram
enim iugū regis babilonis. Et dixit
iheremias ppheta ad ananiam pphe-
tam i oculis sacerdotū et i oculis omīs
pplī qui stabat in domo dñi: et ait
iheremias propheta. Amen. Sic faci-
at dñs. Suscitet dñs verba tua que

prophetasti: ut referant vasa ī domū
dñi: et omīs trāsmigratio de babilo-
ne ad locū istū. Veruntamē audi verbū
hoc qđ ego loquor in auribus tuis: ⁊
in aurib₃ vniūsi pplī. Prophete q̄ fue-
runt āte me et te ab inicio et ꝓphetaue-
runt sup terras mltas ⁊ sup regna de
ꝓlio ⁊ de afflictione et de fame: ꝓpheta
q̄ vaticinat⁹ ē pacem: cū venerit verbū
eius: scietur ꝓpheta quē misit domin⁹
in veritate. Et tulit ananias ꝓpheta
cathenam de collo iheremie ꝓphete: et
cōfregit eam. Et ait ananias in cōspe-
ctu omīs pplī dicens. Hec dicit domin⁹.
Sic cōfringā iugū nabuchodonosor
regis babilonis post duos annos di-
erū de collo omniū gentium. Et abijt
iheremias ꝓpheta in viam suā. Et fa-
ctum est verbū dñi ad iheremiā postq̄₃
cōfregit ananias ꝓpheta cathenā de
collo iheremie ꝓphete dicens. Vade: ⁊
dices ananie. Hec dicit dominus. Ca-
thenas ligneas cōtriuisti et facies ꝓ eis
cathenas ferreas: quia hec dicit dñs
exercituū deus israhel. Iugū ferreū po-
sui sup collū cūctaꝝ gentiū istaꝝ ut ser-
uiant nabuchodonosor regi babilo-
nis: et seruient ei: insup et bestias terre
dedi ei. Et dixit iheremias ꝓpheta ad
ananiā ꝓphetam. Audi anania. Nō
misit te dominus: et tu confidere feci-
sti populū istum in mendacio. Idcir-
co hec dicit dominus. Ecce ego mit-
tam te a facie terre. Hoc anno morie-
ris. Aduersum enim dominum locu-
tus es. Et mortuus est ananias pro-
pheta in āno illo mēse septio. ca. xxix.
Et hec sunt verba libri que misit
iheremias de iherusalem ad reli-
quias seniorꝫ transmigratōnis et ad
sacerdotes et ad ꝓphetas et ad omnē
pplm quē traduxerat nabuchodonosor
de iherusalē in babilonē: postq̄₃ egres-
sus est iechonias rex ⁊ dña et eunuchi
et principes iuda et iherusalē et faber
et inclusor de iherusalem in manu ela-
sa filij saphan et gamalie filij helchie
quos misit sedechias rex iuda ad na-
buchodonosor regem babilonis in ba-
bilonē. dicens. Hec dicit dñs exercituū
deus israhel omī trāsmigratōni quā
transtuli de iherusalē ī babilonē. Edi-
ficate domos et habitate: et plantate
ortos et comedite fructū eoꝝ. Accipite
uxores ⁊ generate filios ⁊ filias: ⁊ date
filijs vrīs uxores et filias vrās viris
date: et pariāt filios et filias: et mltipli-
camini ibi ⁊ nolite esse pauci nume-
ro: et q̄rite pacē ciuitatis ad quā trans-
migrare vos feci et orate pro ea ad do-
minū: q̄a in pace illi⁹ erit pax vobis.
Hec dicit dñs exercituū de⁹ isrl. Nō vos
seducāt prophete vestri qui sunt in me-
dio vestrū ⁊ diuini vestri: et ne attenda-
tis ad somnia vestra que vos somni-
atis quia falso ipi ꝓphetant vobis in
nomine meo: ⁊ nō misi eos dicit dñs.
Quia hec dicit dñs. Cum ceperint im-
pleri in babilone septuaginta anni vi-
sitabo vos ⁊ suscitabo sup vos verbū
meū bonū: ut reducā vos ad locū istū.
Ego enim scio cogitatōnes q̄s cogito
sup vos ait dñs. cogitatōnes pacis
et nō afflictionis ut dem vobis finē ⁊
patientiā: ⁊ inuocabitis me ⁊ uiuetis: et
orabitis me et ego exaudiā vos: que-
retis me ⁊ inuenietis. Cum quesieritis
me in toto corde vestro. inueniar a vo-
bis ait dñs: Et reducā captiuitatem
vestrā. et cōgregabo vos de vniuersis
gentib₃ ⁊ de cūctis locis ad que expuli
vos dicit dñs: Et reuerti vos faciā de
loco ad quē transmigrare vos feci: q̄a
dixistis. Suscitabit nobis dominus

prophetas in babilone. Quia hec di-
xit dñs ad regem q̄ sedet sup soliū da-
uid ⁊ ad omnē p̄plm habitatorem ur-
bis hui⁹: ad fratres vestros qui non
sunt egressi vobiscū in trāsmigratōne.
Hec dicit dñs exercituū. Ecce mittā in
eos gladiū et famē et pestem: et ponā
eos quasi ficus malas q̄ comedi non
possunt eo q̄ pessime sint: et psequar
eos in gladio et in fame et in pestilen-
tia. Et dabo eos in vexationē univer-
sis regnis terre in maledictionem ⁊ in
stuporem ⁊ in sibilū ⁊ in opprobrium
cūctis gentibȝ ad quas ego eieci eos:
eo q̄ non audierint verba mea dicit
dñs que misi ad eos per servos meos
prophetas de nocte cōsurgens et mit-
tens: et non audistis dicit dñs. Vos
ergo audite verbū dñi omnis trāsmi-
gratio quā emisi de iherusalē in babi-
lonē. Hec dicit dñs exercituū deus isrl'
ad achab filiū chulie ⁊ ad sedechiā fili-
um maasie qui p̄phetant vobis ī no-
mine meo mendaciter. Ecce ego tradā
eos in manus nabuchodonosor re-
gis babilonis: et pcutiet eos ī oculis
vestris. Et assumetur ex eis maledictō
omni trāsmigratōni iude que est ī ba-
bilone dicētiū. Ponat te dominꝰ sicut
sedechiam ⁊ sicut achab quos frixit rex
babilonis in igne: pro eo q̄ fecerint
stulticiam in israhel et mechati sunt in
uxores amicorū suorū: et locuti sunt
verbū in nomine meo mendaciter qđ
non mādaui eis. Ego sum iudex et te-
stis dicit dñs. Et ad semeiā neelami-
ten dices. Hec dicit dñs exercituū deus
israhel. Pro eo q̄ misisti in noīe meo
libros ad omnē p̄plm qui ē in ihrlm
et ad sophoniā filiū maasie sacerdotē
et ad universos sacerdotes dicens: do-
minus dedit te sacerdotem p̄ ioiade
sacerdote ut sis dux in domo domini
sup omnē virū arrepticiū ⁊ p̄phetantē
ut mittas eum in nervū et in carcerem.
Et nūc quare non increpasti iheremi-
am anathotiten qui p̄phetat vobis?
Quia sup hoc misit in babilonem ad
nos dicens. Longū ē: edificate domos
et habitate: et plātate ortos ⁊ comedi-
te fructus eoȝ. Legit ergo sophonias
sacerdos librū istū in auribȝ iheremie
prophete. Et factum est verbū dñi ad
iheremiam dicens. Mitte ad omnem
trāsmigrationē dicens. Hec dicit dñs
ad semeiā neelamiten. Pro eo q̄ pro-
phetauit vobis semeias et ego nō mi-
si eū: ⁊ fecit vos cōfidere in mendacio:
idcirco hec dicit dñs. Ecce ego visita-
bo sup semeiam neelamiten ⁊ super se-
men eius. Nō erit ei vir sedens ī medio
p̄pli hui⁹: et non videbit bonū qđ ego
faciā p̄plo meo ait dñs: quia p̄varica-
tionē locut⁹ ē adūsus dñm. ca. xxx.

Hoc verbū qđ factū est ad iheremi-
am a dño dicens. Hec dicit do-
minus deus israhel dicens. Scribe tibi
oīa verba que locutus sum ad te in
libro. Ecce eni dies veniūt dicit dñs: ⁊
cōvertā conversionē p̄pli mei israhel et
iuda ait dñs: et cōvertā eos ad terrā
quā dedi patribȝ eoȝ et possidebūt eā.
Et hec verba que locut⁹ est dñs ad isrl'
et iudā: quoniā hec dicit dñs. Vocem
terroris audivim⁹: formido: ⁊ nō ē pax.
Interrogate ⁊ videte si generat mascu-
lus. Quare ergo vidi omnis viri ma-
nus supra lumbū suū quasi parturiē-
tis: et cōverse sunt universe facies in
auruginē? Ve quia magna dies illa
nec est similis ei⁹: tempusq; tribulatōnis
est iacob: et ex ipo saluabitur. Et erit:
in die illa ait dñs exercituū conteram
iugū eius de collo tuo: ⁊ vincula eius

dirumpā. Et nō dñabunt ei ampli-
us alieni: sed seruient dño deo suo: et
dauid regi suo quē suscitabo eis. Tu ergo
ne timeas serue meꝰ iacob ait dñs: ne-
q3 paueas israhel: qa ecce ego saluabo
te de terra longinqua: et semē tuū de ter-
ra captiuitatis eoꝝ. Et reuertet iacob
et quiescet: ꝛ cunctis affluet bonis. et
non erit quē formidet: quoniā tecū ego
sū ait dñs ut saluē te. Faciā eni consū-
mationē in cūctis gentibus ī quibus
dispsi te: te aūt non faciā in cōsūmati-
onem: sed castigabo te ī iudicio ut nō
tibi videaris innoxius: quia hec dicit
dñs. Insanabilis fractura tua: pessi-
ma plaga tua. Non ē qui iudicet iu-
diciū tuū: ad alligandū curationū
tuā utilitas non est tibi. Omēs ama-
tores tui obliti sunt tui: teq3 non que-
rent. Plaga eni inimici pcussi te: casti-
gatione crudeli. Propter multitudinē
iniquitatis tue dura facta sunt peccata
tua. Quid clamas sup cōtritione tua?
Insanabilis est dolor tuus. Propter
mltitudinē iniquitatis tue ꝛ dura pec-
cata tua feci hec tibi. Propterea oēs
qui comedūt te deuorabunt: et uniuer-
si hostes tui in captiuitatē ducent. Et
oēs qui te vastant vastabūtur: cun-
ctosq3 pdatores tuos dabo in pdam.
Obducā eni cicatricem tibi: et a vulne-
ribus tuis sanabo te dicit dñs. Quia
eiectam vocauerūt te syon: hec est que
non habebat requirentem. Hec dicit
dñs. Ecce ego cōuertam cōuersionē ta-
bernaculoꝝ iacob: ꝛ tectis eius misere-
bor. Et edificabit ciuitas ī excelso suo:
et templū iuxta ordinē suū fundabit.
Et egredietur de eis laus voxq3 luden-
tiū: ꝛ multiplicabo eos ꝛ nō minuent:
et glorificabo eos et nō attenuabunt:
et erunt filij eiꝰ sicut a principio: ꝛ cetꝰ
eius corā me pmanebit. Et visitabo
aduersum omnes qui tribulant eū: et
erit dux eius ex eo ꝛ princeps de medio
eiꝰ pducetur. Et applicabo eū: et acce-
det ad me. Quis eni iste est qui appli-
cet cor suū: ut appropinquet michi ait
dñs? Et eritis michi in pplm: ꝛ ego ero
vobis in deū. Ecce turbo dñi furor e-
grediens: pcella ruens in capite impi-
orū cōquiescet. Non auertet irā indi-
gnationis dñs: donec faciat et cōple-
at cogitationē cordis sui. In nouissi-
mo dierum intelligetis ea. ca. xxxi.

In tempore illo dicit dñs ero deus uni-
uersis cognationibz isrl: et ipi erūt mi-
chi ī pplm. Hec dicit dominꝰ. Inuenit
gratiā in deserto pplus qui remāserat
gladio. Vadet ad requiē suā israhel.
Longe dñs apparuit michi. Et in cari-
tate ppetua dilexi te: ideo attraxi te mi-
serās. Rursumq3 edificabo te: ꝛ edifica-
beris virgo israhel. Adhuc ornaberis
tympanis tuis: ꝛ egredieris in choro
ludentiū. Adhuc plātabis vineas in
mōtibus samarie. Plantabūt plan-
tantes: et donec tempus veniat non
vindemiabunt: quia erit dies in qua
clamabūt custodes in mōte ephraim.
Surgite et ascendamꝰ in syon ad do-
minū deū nostrū: quia hec dicit dñs.
Exultate ī leticia iacob: et hinnite con-
tra caput gentiū: psonate et canite: et
dicite. Salua dñe pplm tuū: reliquias
israhel. Ecce ego adducā eos de terra
aquilonis: ꝛ congregabo eos ab extre-
mis terre: inter quos erūt cecꝰ ꝛ claudꝰ
et pregnās et pariēs simul: cetꝰ magnꝰ
reuertentiū huc. In fletu venient: et in
pcibus reducā eos. Et adducam eos
per torrentes aquaꝝ in via recta et nō
impinget in ea: qa factus sum israheli
pater: et ephraim primogenitꝰ meꝰ ē.

Audite verbũ dñi gẽtes: ⁊ annũciate
in insulis que ꝓcul sunt: ⁊ dicite. Qui
dispsit israhel cõgregabit eũ: ⁊ custodi-
et eum sicut pastor gregẽ suũ. Redemit
enim dñs iacob: ⁊ liberavit eũ de ma-
nu potentioris. Et venient ⁊ laudabũt
in mõte syon: ⁊ cõfluent ad bona dñi:
sup frumento ⁊ vino ⁊ oleo ⁊ fetu peco-
rum et armẽtoꝝ: eritq; anima eorũ q̃si
ortus irriguus: et ultra non esurient.
Tũc letabit̃ virgo in choro: iuuenes
et senes simul. Et cõvertã luctũ eoꝝ in
gaudiũ: ⁊ cõsolabor eos: ⁊ letificabo
a dolore suo. Et inebriabo animã sa-
cerdotũ pĩguedine: ⁊ ꝑplus meus bonis
meis adimplebit̃ ait dñs. Hec dicit
dñs. Vox in excelso audita est lamen-
tatõnis luctus ⁊ fletus: rachel ploran-
tis filios suos. ⁊ nolẽtis consolari su-
per eis: quia non sunt. Hec dicit dñs.
Quiescat vox tua a ploratu et oculi tui
a lacrimis: quia est merces operi tuo
ait dñs. Et revertent̃ de terra inimici:
et est spes novissimis tuis ait dominus:
et revertent̃ filij tui ad terminos suos.
Audiens audivi ephraim trãsmigrã-
tem. Castigasti me dñe: et eruditus
sum q̃si iuvenculus indomitus. Cõuer-
te me ⁊ reuertar: quia tu dñs deus meus.
Postq̃ enim cõuertisti me egi penitenti-
am: ⁊ postq̃ ostendisti michi ꝑcussi fe-
mur meũ. Cõfusus sum ⁊ erubui: quo-
niam sustinui obprobrium adolescen-
tie mee. Si filius honorabilis michi
ephraim: si puer delicatus: quia ex quo
locutus sum de eo adhuc recordabor
eius. Idcirco conturbata sunt viscera
mea sup eũ: miserãs miserebor eius
ait dñs. Statue tibi speculã: pone tibi
amaritudines. Dirige cor tuũ in viã di-
rectã in qua ambulasti. Revertere vir-
go isrl: reũtere ad civitates tuas istas.
Vsq; quo deliciis dissolueris filia va-
ga? Quia creauit dñs nouũ sup terrã:
femina circũdabit virũ. Hec dicit dñs
exercituũ deus isrl. Adhuc dicent ver-
bum istud in terra iuda et in urbibus
eius: cũ cõuertero captiuitatem eoꝝ. Be-
nedicat tibi dominus pulcritudo iusticie
mons sanctus: Et habitabunt in eo
iudas et omnes ciuitates eius simul agri-
cole ⁊ minãtes greges: quia inebriaui
animã lassam: ⁊ omnẽ animã esuri-
entem saturaui. Ideo quasi de somno
suscitatus sum ⁊ vidi: et somnus meus
dulcis michi. Ecce dies veniunt dicit
dñs: ⁊ seminabo domũ iuda ⁊ domũ
israhel semine hominis et semine iu-
mentorũ. Et sicut vigilaui sup eos ut
euellerem et demolirer et dissiparem et
dispderem et affligerem: sic vigilabo
sup eos ut edificem et plantem ait do-
minus. In diebus illis non dicent ul-
tra. patres comederũt uuam acerbam
et dentes filioꝝ obstupuerũt: sed unus-
quisq; i iniquitate sua morietur. Omnis
homo qui comederit uuam acerbam:
obstupescent dentes eius. Ecce dies ve-
niẽt dicit dñs. et feriam domui isrl et
domui iuda fedus nouũ. Nõ secũdũ
pactũ q̃d pepigi cũ patribꝫ eorũ in die
qua apprehendi manũ eoꝝ ut educerem
eos de terra egipti. pactũ q̃d irritũ fece-
runt ⁊ ego dominatus sum eoꝝ dicit do-
minus: sed hoc erit pactũ q̃d feriã cũ do-
mo israhel. Post dies illos dicit dñs
dabo legem meã in visceribꝫ eoꝝ: ⁊ in
corde eoꝝ scribã eã: et ero eis in deũ. et
ipi erũt michi i ꝑplm. Et nõ docebit ul-
tra vir ꝓximũ suũ. ⁊ vir fratrem suum
dicens: cognosce dñm. Omnes enĩ co-
gnoscent me a minimo eorũ usq; ad
maximũ ait dñs: quia ꝓpiciabor ini-
quitati eoꝝ ⁊ peccati eoꝝ nõ ero memor

amplius. Hec dicit dñs qui dat solem
in lumine diei·ordinē lune ꝛ stellarū i
lumine noctis: q̄ turbat mare ꝛ sonāt
fluctus eius: dñs exercituū nomen illi.
Si defecerint leges iste coram me dicit
dñs: tunc ꝛ semen isrl' deficiet ut non
sit gēs corā me cūctis diebꝫ. Hec dicit
dñs. Si mensurari poterint celi sursū
et inuestigari fundamenta terre deor-
sum: ꝛ ego abiciā uniuersum semē isrl'
propter omnia que fecerūt dicit dñs.
Ecce dies ueniunt dicit dñs: ꝛ edifica-
bit ciuitas dño a turre ananehel usqꝫ
ad portam āguli. Et exibit ultra nor-
mā mensure in cōspectu eius sup collē
gareb: ꝛ circuibit goatha ꝛ omnē ual-
lem cadauerū ꝛ cineres ꝛ uniuersam re-
gionē mortis·usqꝫ ad torrentē cedron
et usqꝫ ad angulū porte equorū orien-
talis. Sanctū dñi non euelletur: et non
destruetur ultra in ꝑpetuū. ca. xxxii.

Verbū qd̄ factū est ad iheremiam
a dño in anno decimo sedechie
regis iuda: ipē est annus octauus de-
cimus nabuchodonosor. Tunc exerci-
tus regis babilonis obsidebat ihrlm:
et iheremias ꝓpheta erat clausus in a-
trio carceris q̄ erat in domo regis iuda
Clauserat enī eū sedechias rex iuda di-
cens. Quare uaticinaris dicens hec
dicit dominꝰ· ecce ego dabo ciuitatem
istam in manus regis babilonis ꝛ ca-
piet eā· et sedechias rex iuda nō effugi-
et de manu caldeoꝝ sed tradetur ī ma-
nus regis babilonis· ꝛ loquetur os e-
ius cū ore illius· ꝛ oculi eius oculos il-
lius uidebūt· ꝛ in babilonem ducet se-
dechiam et ibi erit donec uisitem eum
ait dñs: si aūt dimicaueritis aduersū
caldeos nichil ꝓsperū habebitis? Et
dixit iheremias. Factū ē uerbū dñi ad
me dicens. Ecce anañehel filius sellū
patruelis tuus ueniet ad te dicēs. Eme
tibi agrū meū qui est in anathot. Tibi
enim competit ex ꝓpinquitate ut emas.
Et uenit ad me anañehel filꝰ patrui
mei scdm uerbū dñi ad uestibulū car-
ceris: ꝛ ait ad me. Posside agrū meū
qui est in anathot in terra beniamin:
quia tibi competit hereditas ꝛ tu ꝓpin-
quus es ut possideas. Intellexi autē
ꝙ uerbū dñi esset. Et emi agrū ab ana-
ñehel filio patrui mei q̄ ē i anathot. Et
appēdi ei argētū septē stateres· et decē ar-
gēteos: ꝛ scripsi ī libro et signaui: ꝛ ad-
hibui testes. Et appēdi argentū ī state-
ra: ꝛ accepi librū possessionis signatū·
et stipulatōnes ꝛ rata ꝛ signa forinse-
cus. Et dedi librū possessionis baruch
filio neri filij maasie ī oculis anañehel
patruelis mei ꝛ in oculis testiū qui scri-
pti erāt ī libro emptionis: ꝛ ī oculis o-
mniū iudeoꝝ qui sedebāt in atrio car-
ceris. Et p̄cepi baruch corā eis dicens.
Hec dicit dñs exercituū deus isrl'. Su-
me libros istos: librū emptionis hūc
signatū· ꝛ librū hūc qui apertus est: ꝛ
pones illos in uase fictili ut ꝑmane-
re possint diebꝫ multis. Hec enī dicit
dñs exercituū deꝰ israhel. Adhuc possi-
debunē domꝰ et agri ꝛ uinee ī terra ista.
Et oraui ad dñm postq̄ꝫ tradidi librū
possessionis baruch filio neri dicens.
Heu heu heu dñe deꝰ. Ecce tu fecisti ce-
lum et terrā ī fortitudine tua magna:
et in brachio tuo extento. Nō erit tibi
difficile omne uerbū q̄ facis misericor-
diam in milibꝫ: ꝛ reddis iniquitatem
patrū in sinū filioꝝ eorū post eos. for-
tissime magne ꝛ potēs· dñs exercituū
nomen tibi: magnus ī cōsilio et incō-
prehensibilis in cogitatu: cuiꝰ oculi a-
perti sunt sup omēs uias filioꝝ adam:
ut reddas unicuiqꝫ scdm uias suas· ꝛ

scd̄m fructū adinuentionū eiꝰ; qui po-
suisti signa et portenta in terra egipti
usq; ad diem hanc ⁊ in israhel et ī ho-
minibꝫ: et tibi fecisti nomē sicut ē dies
hec. Et eduxisti p̄plm tuū israhel de ter-
ra egipti in signis et in portentis et in
manu robusta ⁊ in brachio extento et
in terrore magno: et dedisti eis terram
hanc quā iurasti patribus eoꝝ ut da-
res eis terrā fluentem lacte ⁊ melle; ⁊ in-
gressi sunt ⁊ possederūt eā. Et nō obe-
dierūt voci tue et in lege tua non am-
bulauerūt; omnia que mandasti eis
ut facerent non fecerūt: et euenerūt eis
omnia mala hec. Ecce munitiones ex-
structe sunt aduersum ciuitatem ut ca-
piatur: ⁊ urbs data est in manus cal-
deorū qui p̄liant̄ aduersus eā a facie
gladij ⁊ famis ⁊ pestilentie; ⁊ quecūq;
locutꝰ es acciderūt ut tu ipse cernis. Et
tu dicis michi dn̄e deus. eme agrū ar-
gento ⁊ adhibe testes. cum urbs data
sit in manꝰ caldeoꝝ? Et factū ē verbū
dn̄i ad iheremiā dicens. Ecce ego dn̄s
deus uniuerse carnis. Nūquid michi
difficile erit omne verbū? Propterea
hec dicit dn̄s. Ecce ego tradā ciuitatē
istam in manus caldeoꝝ et in manus
regis babilonis ⁊ capiēt eam: et veni-
ent caldei p̄liantes aduersum urbem
hanc. ⁊ succendēt eā igni ⁊ comburent
eam: ⁊ domꝰ in quaꝝ domatibus sa-
crificabāt baal ⁊ libabant dijs alienis
libamina ad irritandū me. Erāt eni
filij israhel et filij iuda iugiter facientes
malū in oculis meis ab adolescentia
sua: filij israhel q̄ usq; nūc exacerbabāt
me in opere manuū suarū dicit dn̄s:
quia ī furore et ī indignatōne mea fa-
cta est michi ciuitas hec a die qua edi-
ficauerunt eam usq; ad diē istam qua
auferet̄ de cōspectu meo p̄pter maliciā
filioꝝ israhel et filioꝝ iuda quā fecerūt
ad iracūdiā me p̄uocātes. ipi ⁊ reges
eoꝝ ⁊ pricipes eoꝝ ⁊ sacerdotes ⁊ p̄phete
eoꝝ viri iuda et habitatores ihrlm. Et
verterūt ad me terga et nō facies: cum
docerē eos ⁊ erudirem diluculo: ⁊ nol-
lent audire ut acciperent disciplinam.
Et posuerūt ydola sua in domo ī qua
inuocatū est nomē meū ut polluerent
eam: ⁊ edificauerūt excelsa baal q̄ sunt
in valle filij ennon ut initiarent filios
suos ⁊ filias suas moloch qd̄ nō mā-
daui eis nec ascendit in cor meū ut fa-
cerent abominationē hanc: ⁊ in pecca-
tum deducerent iudam. Et nunc p̄pter
ista hec dicit dn̄s deus israhel ad ciui-
tatem hanc: de qua vos dicitis q̄ tra-
dat̄ in manus regis babilonis ī gla-
dio et in fame et in peste. Ecce ego con-
gregabo eos de uniuersis terris ad q̄s
ieci eos in furore meo et in ira mea et
in indignatione grādi: et reducā eos
ad locū istū et habitare eos faciā cō-
fidēter: et erūt michi ī p̄plm et ego ero eis
in deū. Et dabo eis cor unū ⁊ viā unā
ut timeāt me uniuersis diebꝫ: et bene
sit eis et filijs eoꝝ post eos. Et feriam
eis pactū sempiternū et nō desinā eis
benefacere: ⁊ timorem meum dabo in
corde eoꝝ ut non recedāt a me: et leta-
bor sup eis cū bene eis fecero. Et plan-
tabo eos in terra ista in veritate in to-
to corde meo et in tota anima mea:
quia hec dicit dn̄s. Sicut adduxi sup
p̄plm istū omne malū hoc grande: sic
adducā sup eos omne bonū qd̄ ego
loquor ad eos. Et possidebunt̄ agri
in terra ista de qua vos dicitis q̄ de-
serta sit eo q̄ nō remāserit homo et iu-
mentū: ⁊ data sit in manus caldeorū.
Agri ement̄ pecunia et scribent̄ur in li-
bro et imprimetur signum: et testis

adhibetur in terra beniamin et ĩ circu-
itu iherusalē in civitatibꝫ iuda et in ci-
vitatibus mōtanis et in civitatibus
campestribus et ĩ civitatibus que ad
austrum sunt: quia convertam capti-
vitatem eoꝝ ait dominus. ca. xxxiii.
Et factū est verbū dñi ad iheremiā
secūdo: cum adhuc clausus esset ĩ
atrio carceris dicens. Hec dicit dñs q̄
facturus est ⁊ formaturꝰ illud et para-
turus: dñs nomē eius. Clama ad me
et exaudiā te: et annūciabo tibi grādi-
a et firma que nescis. Quia hec dicit
dñs deꝰ israhel ad domos urbis hu-
ius ⁊ ad domos regis iuda q̄ destru-
cte sunt ⁊ ad municiones ⁊ gladiū ve-
nientiū ut dimicent cū caldeis ⁊ imple-
ant eas cadaveribus hominū quas
percussi in furore meo et in indignatio-
ne mea: abscondens faciē meā a civi-
tate hac ꝓpter omnē maliciā eoꝝ. Ec-
ce ego obducā eis cicatricem ⁊ sanita-
tem: ⁊ curabo eos: ⁊ revelabo illis depꝛe-
cationē pacis ⁊ veritatis. Et cōvertā
cōversionē iuda et cōversionē ierusa-
lem: et edificabo eos sicut a principio:
et emūdabo eos ab omni iniquitate
sua in qua peccaverūt michi: ⁊ ꝓpicius
ero cūctis iniquitatibus eoꝝ in quibꝫ
deliquerūt michi ⁊ spreverūt me. Et e-
runt michi in nomen et in gaudiū et
in laudem ⁊ in exultationē cūctis gen-
tibus terre que audierint omīa bona
que ego facturus sum eis: ⁊ pavebūt
et turbabūtur in universis bonꝭ et in
omī pace quā ego faciā eis. Hec dicit
dominꝰ. Adhuc audietur ĩ loco isto
quē vos dicitis esse desertū eo ꝙ non
sit homo ⁊ iumentū in civitatibꝫ iuda
et foris iherusalē q̄ desolate sunt absq̄
homine et absq̄ habitatore et absq̄
pecore: vox gaudij et vox leticie: vox
sponsi et vox sponse: vox dicentium
cōfitemini dño exercituū quoniā bonꝰ
dñs: quoniā in eternū misericordia e-
ius: et portantiū vota in domū dñi.
Reducam eni͂ conversionē terre sicut a
principio dicit dñs. Hec dicit dñs ex-
ercituū. Adhuc erit in loco isto deserto
absq̄ homine ⁊ absq̄ iumento: et in
cunctis civitatibꝫ eius habitaculū pa-
storꝫ accubantiū gregū in civitatibus
mōtuosis ⁊ in civitatibꝫ cāpestribus:
et ĩ civitatibus que ad austrū sunt et
in terra beniamin et in circuitu ihrlm
et ĩ civitatibus iuda: adhuc trāsibūt
greges ad manū numerantis ait do-
minus. Ecce dies venient dicit domi-
nus: ⁊ suscitabo verbum bonū quod
locutꝰ sum ad domū israhel ⁊ ad do-
mum iuda. In diebꝫ illis ⁊ in tempore
illo germinare faciā david germē iu-
sticie: ⁊ faciet iudiciū et iusticiā ĩ terra.
In diebus illis salvabitur iuda: ⁊ isra-
hel habitabit cōfidenter. Et hoc ē no-
men qd̄ vocabūt eū: dñs iustꝰ noster.
Quia hec dicit dñs. Non interibit de
david vir qui sedeat sup thronū do-
mus israhel: ⁊ de sacerdotibus ⁊ de le-
vitis non interibit vir a facie mea qui
offerat olocaustomata ⁊ incendat sa-
crificiū ⁊ cedat victimas cunctis di-
ebus. Et factū est verbū dñi ad ihere-
miā dicēs. Hec dicit dñs. Si irritū po-
test fieri pactū meū cū die: pactū meū cū
nocte ut nō sit dies et nox in tꝑe suo: ⁊
pactū meū irritū esse poterit cū david
servo meo ut nō sit ex eo filiꝰ q̄ regnet ĩ
throno eius: et levite ⁊ sacerdotes mi-
nistri mei. Sicuti enumerari non pos-
sunt stelle celi ⁊ metiri arenē maris: sic
multiplicabo semen david servi mei:
et levitas ministros meos. Et factū ē
verbū dñi ad iheremiā dicēs. Nunqd

non vidisti quid ꝑplus hic locut⁹ sit
dicens. Due cognationes q̄s elegerat
dñs abiecte sunt: Et ꝑplm meū despe-
xerunt: eo q non sit ultra gens coram
eis. Hec dicit dñs. Si pactū meū inter
diem et noctē et leges celo et terre non
posui: equidē et semen iacob et david
servi mei ꝓiciā: ut nō assumā de semi-
ne ei⁹ principes seminis abraham et
ysaac ⁊ iacob. Reducam enim cōversi-
onē eoꝝ: ⁊ miserebor eis. cap. xxxiiii.
Verbū qđ factū est ad iheremiam
a dño: quādo nabuchodono-
sor rex babilonis ⁊ omīs exercitus ei⁹
universaq; regna terre que erant sub
potestate man⁹ ei⁹ et omēs ꝑpli bella-
bant cōtra ih̄rlm ⁊ cōtra omēs urbes
eius dicēs. Hec dicit dñs deus israhel.
Vade ⁊ loquere ad sedechiam regem
iuda: ⁊ dices ad eū. Hec dicit dñs. Ec-
ce ego tradam civitatem hanc in ma-
nus regis babilonis: et succendet eā
igni. Et tu nō effugies de manu eius
sed cōprehensione capieris ⁊ in manu
eius traderis: ⁊ oculi tui oculos regis
babilonis videbunt. ⁊ os eius cū ore
tuo loquetur: et babilonem introibis.
Attamen audi verbum dñi sedechia
rex iuda. Hec dicit dñs ad te. Nō mo-
rieris in gladio sed in pace morieris:
⁊ secdm cōbustiones patrū tuorū regū
prioꝝ qui fuerunt ante te sic cōburent
te. et ve dñe plangent te: qa verbū hoc
ego locutus sum dicit dñs. Et locut⁹
est iheremias ꝓpheta ad sedechiam re-
gem iuda universa verba hec in iheru-
salem: ⁊ exercitus regis babilonis pu-
gnabat cōtra iherusalē ⁊ cōtra omēs
civitates iuda que reliqꝫ erāt: contra
lachis et contra azecha. Hec enī supe-
rant de civitatibꝫ iuda urbes munite.
Verbū qđ factū ē ad iheremiā a dño:
postq̄ ꝑcussit rex sedechias fedus cum
omni ꝑplo in iherusalē ꝑdicans ut di-
mitteret unusquisq; servū suū et unus-
quisq; ancillā suā hebreū et hebream
liberos: ⁊ nequaq̄ dominarent̄ eis id
est in iudeo ⁊ in fratre suo. Audierūt
ergo omēs pricipes et univ̄sus ꝑplus
q̄ inierūt pactū ut dimitteret unusquis-
q; servū suū et unusquisq; ancillā suā
liberos: et ultra non dominarent̄ eis.
Audierūt igit̄: ⁊ dimiserūt. Et conver-
si sunt deinceps ⁊ retraxerūt servos su-
os et ancillas suas quos dimiserant
liberos: ⁊ subiugaverūt ī famulos et
famulas. Et factū ē verbū ad iheremi-
am a dño dicens. Hec dicit dominus
deus israhel. Ego ꝑcussi fedus cū pa-
tribus vestris: in die qua eduxi eos de
terra egipti de domo servitutis dicēs.
Cum completi fuerint septem anni di-
mittat unusquisq; fratrem suū hebre-
um qui vendit⁹ est ei: et serviet tibi sex
annis: ⁊ dimittes eum a te liberum. Et
non audierūt patres vr̄i me: nec incli-
naverūt aurem suā. Et conversi estis
vos hodie ⁊ fecistis qđ rectū est ī oculis
meis ut ꝑdicaretis libertatē unusquis-
q; ad amicū suū: ⁊ inistis pactū ī con-
spectu meo in domo in qua invocatū
est nomē meū sup eā. Et reversi estis et
cōmaculastis nomē meū: et reduxistis
unusquisq; servū suū et unusquisq; an-
cillā suā quos dimiseratis ut essent li-
beri et sue potestatis: et subiugastis e-
os ut sint vobis servi et ancille. Pro-
pterea hec dicit dñs. Vos nō audistis
me: ut ꝑdicaretis libertatem unusquis-
q; fratri suo et unusquisq; amico suo.
Ecce ego ꝑdico vobis libertatem ait domin⁹
ad gladiū ad pestem et ad famem: et
dabo vos in commotionē cunctis re-
gnis terre. Et dabo viros q̄ ꝑvaricant̄

fedus meum et nō obſuauerūt verba
federis quibus aſſenſi ſunt ī cōſpectu
meo · vitulū quē conciderunt in duas
partes ⁊ trāſierūt inter diuiſiones eiꝰ·
principes iuda et principes iheruſalē·
eunuchi ⁊ ſacerdotes et omīs ppłus ter-
re qui tranſierūt inter diuiſiones vitu-
li: ⁊ dabo eos in manꝰ inimicoꝝ ſuoꝝ
et ī manꝰ querentiū animā eoꝝ: et erit
morticinū eoꝝ ī eſcam volatilibꝫ celi
et beſtijs terre. Et ſedechiam regem iu-
da et principes eius dabo in manus
inimicoꝝ ſuoꝝ ⁊ in manus querentiū
animas eoꝝ: et in manus exercituū re-
gis babilonis qui receſſerūt a vobis.
Ecce ego p̄cipio dicit dn̄s: ⁊ reducam
eos in ciuitatem hanc et p̄liabuntur
aduerſum eam: et capiēt eā et incendēt
igni. Et ciuitates iuda dabo ī ſolitudi-
nem: eo q nō ſit habitator. Ca. xxxv.

Verbū qd̄ factū eſt ad iheremiā a
dn̄o in diebus ioakim filij ioſie
regis iuda dicens. Vade ad domū re-
chabitaꝝ ⁊ loquere eis: ⁊ introduces e-
os in domū dn̄i in vnā exedrā theſau-
roꝝ: ⁊ dabis eis bibere vinū. Et aſſum-
pſi iezoniā filiū ieremie filij abſanie
et fratres eius ⁊ omnes filios eiꝰ ⁊ vni-
uerſam domū rechabitaꝝ: ⁊ introdu-
xi eos in domū dn̄i ad gazophilaciū
filioꝝ anan filij iezedelie hominis dei
qd̄ erat iuxta gazophilaciū principū
ſup theſauꝝ maaſie filij ſellū: qui erat
cuſtos veſtibuli. Et poſui corā filijs
domus rechabitarum ciphos plenos
vino ⁊ calices: ⁊ dixi ad eos. Bibite vi-
num. Qui reſponderūt. Non bibemꝰ
vinū: quia ionadab filius rechab pa-
ter noſter p̄cepit nobis dicens. Nō bi-
betis vinū vos ⁊ filij veſtri uſq; in ſem-
piternū: ⁊ domū non edificabitis et
ſementem non ſeretis et vineas non
plātabitis nec habebitis: ſed in taber-
naculis habitabitis cūctis diebꝫ vr̄is:
ut viuatis diebus multis ſup faciem
terre in qua vos peregrinamini. Ob-
ediuimꝰ ergo voci ionadab filij rechab
patris noſtri in omnibꝫ que p̄cepit no-
bis: ita ut non biberemꝰ vinū cunctis
diebus nr̄is · nos et mulieres noſtre · fi-
lij et filie noſtre. et non edificaremꝰ do-
mos ad habitandū: et vineam et a-
grum ⁊ ſementem nō habuimꝰ: ſed ha-
bitauimꝰ in tabernaculis: ⁊ obedien-
tes fuimꝰ iuxta omnia que p̄cepit no-
bis ionadab pater noſter. Cum aūt
aſcendiſſet nabuchodonoſor rex babi-
lonis ad terrā noſtrā diximus. Veni-
te et ingrediamur ī iheruſalem a facie
exercitus caldeoꝝ ⁊ a facie exercitꝰ ſyrie:
⁊ manſimꝰ in iheruſalem. Et factū eſt
verbū dn̄i ad iheremiā dicens. Hec di-
cit dn̄s exercituū deus iſrahel. Vade ⁊
dic viris iuda ⁊ habitatoribꝫ iheruſa-
lem. Nūquid nō recipietis diſciplinā:
ut obediatis verbis meis dicit dn̄s?
Preualuerunt ſermones ionadab filij
rechab quos p̄cepit filijs ſuis ut nō bibe-
rent vinū: ⁊ nō biberunt uſq; ad diem
hanc: quia obedierunt p̄cepto patris
ſui. Ego aūt locutus ſum ad vos de
mane cōſurgens ⁊ loquens: ⁊ nō ob-
ediſtis michi. Miſiq; ad vos omnes
ſeruos meos ꝓphetas cōſurgens dilu-
culo: mittenſq; ⁊ dicens. Cōuertimini
vnuſquiſq; a via ſua peſſima: ⁊ bona
facite ſtudia veſtra: ⁊ nolite ſequi deos
alienos neq; colatis eos: ⁊ habitabitis
in terra quā dedi vobis ⁊ patribus ve-
ſtris: Et nō inclinaſtis aurem veſtrā:
neq; audiſtis me. Firmauerūt igitur
filij ionadab filij rechab p̄ceptū patris
ſui qd̄ p̄ceperat eis: ppłus autem iſte
nō obediuit michi. Idcirco hec dicit

dominus exercituū·deus israhel. Ecce
ego adducā sup iudam ⁊ sup omnes
habitatores iherusalē̄ universam affli-
ctionem quā locutus sum adversum
illos: eo qđ locutus sum ad illos ⁊ nō
audierūt: vocavi illos ⁊ nō responde-
runt michi. Domui aūt rechabitarū
dixit iheremias. Hec dicit dñs exercitu-
um·deus israhel. Pro eo qđ obedistis
pcepto ionadab patris vestri et custo-
distis omnia mādata eius et fecistis
univ̄sa que pcepit vobis: ꝓpterea hec
dicit dñs exercituū deus isrl̄· Nō defici-
et vir de stirpe ionadab filij rechab stās
ī cōspectu meo cūctis diebꝫ. ca. xxxvi.

Et factum ē in anno quarto ioa-
chim filij iosie regis iuda: factū ē
verbū hoc ad iheremiā a dño dicens.
Tolle volumen libri et scribes in eo o-
mnia verba que locutus sum tibi ad-
versus israhel et iudam·et adversum
omnes gentes a die qua locut⁹ sum
ad te ex diebus iosie usqꝫ ad diē hanc:
si forte audiente domo iuda·universa
mala que ego cogito facere eis·revṫa-
tur unusquisqꝫ a via sua pessima: et
propicius ero iniquitati ⁊ peccato eoꝝ.
Vocavit ergo iheremias baruch filiū
nerie: ⁊ scripsit baruch ex ore iheremie
omnes sermones dñi quos locutus
est ad eū in volumine libri. Et pcepit
iheremias baruch dicēs. Ego clausus
sum: nec valeo ingredi in domum do-
mini. Ingredere ergo tu ⁊ lege de volu-
mine in quo scripsisti ex ore meo verba
dñi audiente ppl̄o in domo dñi in die
ieiunij: insup et audiēte universo iuda
qui veniūt de civitatibus suis. leges
eis: si forte cadat oratio eoꝝ in cōspe-
ctu dñi et revertatur unusquisqꝫ a via
sua pessima: quoniā magnus furor
et indignatio est quā locutus est dñs
adversus ppl̄m hunc. Et fecit baruch
filius nerie iuxta omnia que pceperat
ei iheremias ꝓpheta: legens ex volu-
mine sermones dñi ī domo dñi. Fa-
ctum est aūt in anno quinto ioachim
filii iosie regis iuda: in mense nono
pdicaverūt ieiuniū in cōspectu domini
omni ppl̄o in iherusalē ⁊ universe mul-
titudini que cōfluxerat de civitatibus
iuda in iherusalem. Legitqꝫ baruch ex
volumine sermones iheremie ī domo
dñi in gazophilacio gamarie filij sa-
phan scribe·in vestibulo superiori in
introitu porte nove domus dñi: au-
diente omni ppl̄o. Cumqꝫ audisset mi-
cheas fili⁹ gamarie filij saphan omēs
sermones dñi ex libro: descendit in do-
mum regis ad gazophilacium scribe:
Et ecce ibi omnes principes sedebāt:
elisama scriba et dalaias filius semeie
et helnathan fili⁹ achobor et gamari-
as filius saphan et sedechias fili⁹ a-
nanie ⁊ universi principes. Et nūcia-
vit eis micheas omnia verba: que au-
divit legentem baruch ex volumine ī
auribus ppl̄i. Miserunt itaqꝫ omnes
principes ad baruch·iudi filiū natha-
nie filij selemie filij chusi dicētes. Vo-
lumen ex quo legisti audiente ppl̄o su-
me in manu tua ⁊ veni. Tulit ergo ba-
ruch filius nerie volumē ī manu sua:
et venit ad eos. Et dixerūt ad eū. Sede:
et lege hec in auribus nostris. Et legit
baruch in auribus eoꝝ. Igit̄ cū audis-
sent omnia verba·obstupuerūt unus-
quisqꝫ ad ꝓximū suū: ⁊ dixerūt ad ba-
ruch. Nūciare debem⁹ regi omnes ser-
mones istos? Et interrogaverūt eum
dicentes. Indica nobis: quomō scri-
psisti omnes sermones istos ex ore e-
ius. Dixit aūt eis baruch. Ex ore suo
loquebatur q̄si legens ad me omnes

sermones istos: et ego scribebā in vo-
lumine atramento. Et dixerūt princi-
pes ad baruch. Vade ⁊ abscondere tu
et iheremias: et nemo sciat ubi sitis.
Et ingressi sunt ad regem ī atriū. Por-
ro volumen cōmendaverunt in gazo-
philacio elisame scribe: et nūciaverūt
audiente rege omnes sermones. Mi-
sitq; rex iudi ut sumeret volumen: qui
tollens illud de gazophilacio elisame
scribe legit audiente rege: ⁊ universis
principibus qui stabant circa regem.
Rex aūt sedebat in domo hiemali in
mense nono: ⁊ posita erat arula corā
eo plena prunis. Cumq; legisset iudi
tres pagellas vel quatuor: scidit illud
scalpello scribe et ꝓiecit in ignem qui
erat sup arulam: donec consumeretꝰ o-
mne volumen igni qui erat in arula.
Et non timuerūt neq; sciderūt vestimē-
ta sua rex et omnes servi eius: qui au-
dierūt universos sermones istos. Ve-
runtamē elnathan ⁊ dalaias ⁊ gama-
rias cōtradixerūt regi ne combureret
librū: et nō audivit eos. Et ꝑcepit rex
ieremiel filio amalech et saraie filio
ezrihel et selemie filio abdehel: ut com-
prehēderēt baruch scribā ⁊ iheremiā pro-
phetā. Abscōdit aūt eos dn̄s. Et factū
ē verbū dn̄i ad iheremiā ꝓphetā: postq̄
cōbusserat rex volumen ⁊ sermones quos
scripserat baruch ex ore iheremie dicēs.
Rursū tolle volumē aliud: ⁊ scribe in
eo omēs sermones priores qui erāt in
primo volumine qd̄ combussit ioac
hym rex iuda. Et ad regem ioachim re-
gem iuda dices. Hec dicit dn̄s. Tu
combussisti volumē istud dicēs. Qua-
re scripsisti in eo annūcians: festinus
veniet rex babilonis: ⁊ vastabit terrā
hanc et cessare faciet ex illa hominem
et iumentū? Propterea hec dicit dn̄s
deus contra ioachim regem iuda. Nō
erit ex eo qui sedeat sup soliū david: ⁊
cadaver eius ꝓiicietur ad estum p die
et ad gelu per noctem. Et visitabo con-
tra eum ⁊ contra semen eius et contra
servos eius iniquitates suas: ⁊ addu-
cam sup eos ⁊ sup habitatores ihrlm
et sup viros iuda omē malū qd̄ locu-
tus sū ad eos: ⁊ nō audierūt. Iheremi-
as aūt tulit volumen aliud ⁊ dedit il-
lud baruch filio nerie scribe: q̄ scripsit ī
eo ex ore iheremie omnes sermones li-
bri quē combusserat ioachim rex iuda
igni: ⁊ insup additi sūt sermones mul-
to plures q̄ antea fuerūt. ca. xxxvii.

Et regnavit rex sedechias filiꝰ io-
sie ꝓ iechonia filio ioachim quē
cōstituit regem nabuchodonosor rex
babilonis ī terra iuda: ⁊ nō obedivit
ipse ⁊ servi eius ⁊ ꝑplus terre verbis dn̄i
que locutus est in manu iheremie pro-
phete. Et misit rex sedechias iuchal fi-
lium selemie ⁊ sophoniam filiū maa-
sie sacerdotem ad iheremiā ꝓphetam
dicens. Ora ꝓ nobis dn̄m deū nr̄m.
Iheremias aūt libere ambulabat in
medio ꝑpli. Non enim miserat eū in
custodiā carceris. Igitur exercitꝰ pha-
raonis egressus est de egipto: ⁊ audiē-
tes caldei qui obsidebāt ihrlm huius-
cemodi nunciū recesserūt ab ierusalē.
Et factū est verbū dn̄i ad iheremiam
prophetam dicens. Hec dicit dominꝰ
deus israhel. Sic dicetis regi iuda q̄
misit vos ad me interrogandum. Ec-
ce exercitus pharaonis qui egressus ē
vobis in auxiliū revertetur in terram
suā in egiptū: ⁊ redient caldei et bella-
bunt contra civitatem hanc: ⁊ capient
eam et succendent igni. Hec dicit dn̄s.
Nolite decipere animas vestras dicen-
tes euntes abibūt et recedent a nobis

caldei: q̄a nō abibūt. Sed ⁊ si pcusseri-
tis omnē exercitū caldeoꝝ q̄ pliantur
aduersum vos: ⁊ derelicti fuerint ex eis
aliqui vulnerati: singuli de tentorio
suo consurgent et incendent ciuitatem
hanc igni. Ergo cū recessisset exercitus
caldeoꝝ ab iherusalē ꝓpter exercitū pha-
raonis: egressus est iheremias de ihe-
rusalē ut iret in terrā beniamin: ⁊ diui-
deret ibi possessionē in cōspectu ciuiū.
Cumq; puenisset ad portā beniamin
erat ibi custos porte p vices nomine
hierias filius selemie filij ananie: et
apphendit iheremiā ꝓphetā dicēs. Ad
caldeos pfugis. Et respondit iheremi-
as. Falsum est: non fugio ad caldeos.
Et non audiuit eum: sed cōprehendit
hierias iheremiam: ⁊ adduxit eum ad
principes. Quāobrem irati principes
contra iheremiā: cesum eum miserunt
in carcerem qui erat ī domo ionathan
scribe. Ipse enim prepositꝰ erat super
carcerem. Itaq; ingressus est iheremi-
as ī domū laci ⁊ in ergastulū: et sedit
ibi iheremias diebus multis. Mittēs
aūt sedechias rex tulit eū: ⁊ interroga-
uit eum in domo sua abscondite: ⁊ di-
xit. Putasne est sermo a dn̄o? Et dixit
iheremias. Est. Et ait. In manꝰ regis
babilonis traderis. Et dixit iheremias
ad regem sedechiam. Quid peccaui ti-
bi ⁊ seruis tuis et pplo tuo: quia misisti
me in domū carceris? Ubi sunt ꝓphe-
te vri q̄ ꝓphetabāt vobis ⁊ dicebāt: nō
ueniet rex babilonis sup vos et super
terrā hanc? Nūc ergo audi obsecro do-
mine mi rex. Valeat depcatio mea in
cōspectu tuo: ⁊ ne me remittas in do-
mum ionathā scribe ne moriar ibi.
Precepit ergo rex sedechias ut traderet
iheremias in vestibulum carceris: et
daretur ei torta q̄uotidie panis excepto
pulmēto: donec consumerentur omnes
panes de ciuitate. Et mansit iheremi-
as in vestibulo carceris. Ca. xxxviii.
Audiuit aūt saphacias filiꝰ math-
an ⁊ ihedelias filiꝰ phassur ⁊
iuchal filius selemie et phassur filius
melchie sermones quos iheremias lo-
quebatur ad omnē pplm dicens. Hec
dicit dn̄s. Quicūq; manserit in ciuita-
te hac morietur gladio et fame et pe-
ste: qui aūt pfugerit ad caldeos viuet:
⁊ erit anima eius sospes ⁊ viuēs. Hec
dicit dn̄s. Tradendo tradetur ciuitas
hec in manu exercitꝰ regis babilonis:
et capiet eā. Et dixerūt principes regi.
Rogamꝰ ut occidatur homo iste. De
industria enī dissoluit manus viroꝝ
bellantiū qui remāserūt in ciuitate hac
et manus uniuersi pplī: loquens ad e-
os universa verba hec. Siquidē ho-
mo iste non querit pacem pplo huic:
sed malū. Et dixit rex sedechias. Ecce
ipe in manibȝ vestris est. Nec enī fas ē
regem vobis quicq; negare. Tulerunt
ergo iheremiā et piecerūt eū in lacū el-
chie filij amalech: qui erat ī vestibulo
carceris. Et sūmiserūt iheremiā in funi-
bus in lacū: in quo nō erat aqua sed
lutū. Descendit itaq; iheremias ī cenū.
Audiuit aūt abdemelech ethiops vir
eunuchus qui erat in domo regis: q̄
misissent iheremiā in lacū. Porro rex
sedebat in porta beniamin. Et egres-
sus est abdemelech de domo regis: et
locutus est ad regem dicens. Domi-
ne mi rex male fecerūt viri isti omnia
quecūq; petrarūt cōtra iheremiā ꝓphe-
tam: mittentes eū in lacū ut moriatur
ibi fame. Non sunt enim panes ultra
in ciuitate. Precepit itaq; rex abdeme-
lech ethiopi dicens. Tolle tecū hinc tri-
ginta viros: ⁊ leua iheremiā ꝓphetam

de lacu antequā moriat̄. Assūptis ergo
abdemelech secū viris ingressus est do-
mum regis que erat sub cellario: et tu-
lit inde veteres pānos ⁊ antiqua que
cōputruerāt: et summisit ea ad iheremi-
am ī lacū p funiculos. Dixitq; abdeme-
lech ethiops ad iheremiā ꝓphetā. Po-
ne veteres pānos ⁊ hec scissa ⁊ putrida
sub cubitu manuū tuaꝝ: et sup funes.
Fecit ergo iheremias sic. Et extraxerūt
iheremiā funibus: ⁊ eduxerunt de lacu.
Mansit autē iheremias in vestibulo
carceris. Et misit rex sedechias: ⁊ tulit
ad se iheremiā ꝓphetā ad ostiū tercium
qđ erat ī domo dñi: ⁊ dixit rex ad ihere-
miā. Interrogo ego te sermonē: ne abs-
condas a me aliqđ. Dixit aūt iheremi-
as ad sedechiam. Si annūciavero ti-
bi: nunquid non interficies me? Et si
consiliū dedero tibi: non me audies.
Iuravit ergo rex sedechias iheremie clā
dicens. Vivit dñs qui fecit nobis ani-
mam hanc si occidero te: ⁊ si tradidero
in manus viroꝝ istoꝝ qui querūt ani-
mam tuā. Et dixit iheremias ad sede-
chiam. Hec dicit dñs exercituū deus isrl.
Si ꝓfectus exieris ad principes regis
babilonis vivet anima tua: et civitas
hec non succendetur igni: et salvus
eris tu ⁊ domus tua. Si aūt non exie-
ris ad principes regis babilonis tra-
detur civitas hec in manus caldeorū
et succendent eā igni: ⁊ tu nō effugies
de manu eorū. Et dixit rex sedechias
ad iheremiā. Sollicitus sum ꝓpter iu-
deos qui transfugerūt ad caldeos: ne
forte tradar in manus eoꝝ et illudāt
michi. Respondit aūt iheremias. Nō
te tradent. Audi queso vocem domini
quā ego loquar ad te: ⁊ bene tibi erit
et vivet anima tua. Qđ si nolueris e-
gredi: iste est sermo quē ostendit michi

dominus. Ecce omnes mulieres que
remanserunt in domo regis iuda edu-
centur ad principes regis babilonis:
et ipse dicent. Seduxerūt te ⁊ ꝑvaluerūt
adversum te viri pacifici tui: demerse-
runt in cenū et in lubricū pedes tuos:
et recesserūt a te. Et omnes uxores tue
et filij tui educentur ad caldeos et nō
effugies manus eorū: sed in manu re-
gis babilonis capieris: et civitatem
hanc comburet igni. Dixit ergo sede-
chias ad iheremiā. Nullus sciat ver-
ba hec: ⁊ non morieris. Si aūt audie-
rint principes quia locutus sum tecū.
et venerint ad te ⁊ dixerint tibi indica
nobis quid locutus sis cum rege: ne
celes nos ⁊ non te interficiemus: ⁊ qđ
locutus est tecū rex: dices ad eos. Pro-
stravi ego ꝑces meas coram rege: ne
me reduci iuberet in domū ionathan
et ibi morerer. Venerūt ergo omēs prī-
cipes ad iheremiā: ⁊ interrogaverunt
eum. Et locutus est eis iuxta omnia
verba que ꝑceperat ei rex: Et cessaverūt
ab eo. Nichil enī fuerat auditū. Māsit
vero iheremias in vestibulo carceris:
usq; ad diem quo capta est ihrlm. Et
factū ē ut caperet ihrlm. ca. xxxix.

Anno nono sedechie regis iuda
mense decimo venit nabucho-
donosor rex babilonis ⁊ omīs exerci-
tus eius ad ierusalē: ⁊ obsidebāt eā.
Undecimo aūt anno sedechie mense
quarto quinta mēsis apta ē civitas:
et ingressi sunt omēs principes regis
babilonis ⁊ sederūt in porta media: ne-
regel sereser semegar nabusarsathim
rabsares neregel sereser rebmag et o-
mnes reliqui principes regis babilo-
nis. Cumq; vidisset eos sedechias rex
iuda ⁊ omnes viri bellatores fugerūt:
et egressi sunt nocte de civitate p viam

orti regis et per portam que erat inter
duos muros: ⁊ egressi sunt ad viā de-
serti. Persecutus est autē eos exercitus cal-
deorum: ⁊ cōprehenderūt sedechiā ī campo
solitudinis iherichontine: et captū ad-
duxerūt ad nabuchodonosor regem
babilonis in reblatha que est in terra
emath: et locutus est ad eum iudicia.
Et occidit rex babilonis filios sedechi-
e in reblatha ī oculis eius: ⁊ omnes
nobiles iuda occidit rex babilonis.
Oculos quoqȝ sedechie eruit: et vinxit
eum cōpedibȝ ut duceretur in babilo-
nem. Domū quoqȝ regis et domū vul-
gi succenderūt caldei igni: ⁊ murū iheru-
salē subuerterūt. Et reliquias ppli que
remāserāt ī civitate et profugas q̄ trāsfu-
gerant ad eum: ⁊ superfluos vulgi qui
remāserāt: trāstulit nabuzardan ma-
gister militū in babilonē: et de plebe
pauperū qui nichil penitus habebāt
dimisit nabuzardan magister militū
in terra iuda: ⁊ dedit eis vineas ⁊ cister-
nas in die illa. Preceperat autē nabu-
chodonosor rex babilonis de ihere-
mia nabuzardan magistro militum
dicēs. Tolle illū: ⁊ pone sup eū oculos
tuos: nichilqȝ ei mali facias: sed ut vo-
luerit sic facies ei. Misit ergo nabuzar-
dan princeps militie ⁊ nabusezban
et rapsares et neregel et sereser et reb-
mag et omēs optimates regis babi-
lonis miserūt ⁊ tulerūt iheremiā de ve-
stibulo carceris: ⁊ tradiderūt eū godolie
filio aycham filij saphan: ut intraret
in domū et habitaret in ppl̄o. Ad ihere-
miā autē factus fuerat sermo dñi cum
clausus fuisset in vestibulo carceris di-
cens. Vade et dic abdemelech ethiopi
dicēs. Hec dicit dñs exercituū deus isrl̄.
Ecce ego inducā sermones meos sup
civitatem hāc in malū ⁊ non ī bonum:

et in cōspectu tuo in die illa: et liberabo eruā
te in die illa ait dñs. Et non traderis
in manus virorū quos tu formidas:
sed eruēs liberabo te: ⁊ gladio nō cades:
sed erit tibi anima tua in salutē quia
in me habuisti fiduciā ait dñs. c. xl.

Sermo qui factus est ad iheremiā
a dño: postqȝ dimissus est a na-
buzardan magistro militie de rama
quādo tulit eū vinctū cathenis in me-
dio omniū qui migrabāt de ihrl̄m ⁊
iuda: ⁊ ducebant in babilonē. Tollēs
ergo princeps militie iheremiam dixit
ad eū. Dñs deus tuus locutus ē malū
hoc sup locū istū: ⁊ adduxit ⁊ fecit do-
minus sicut locutus ē: quia peccastis
dño et non audistis vocem eius: et fa-
ctus est vobis sermo hic. Nūc ergo ec-
ce solui te hodie de cathenis que sunt
in manibȝ tuis. Si placet tibi ut veni-
as mecū in babilonē veni: ⁊ ponam
oculos meos sup te. Si autē displicet

Et factum est postquam in captivitatem redactus est israhel et iherusalem deserta est: sedit iheremias propheta flens et planxit lamentationem hanc in iherusalem: et amaro animo suspirans et eiulans dixit. Aleph. Quomodo sedet sola civitas plena populo: facta est quasi vidua domina gentium: princeps provinciarum facta est sub tributo. Beth. Plorans ploravit in nocte: et lacrime eius in maxillis eius. Non est qui consoletur eam: ex omnibus caris eius. Omnes amici eius spreverunt eam: et facti sunt ei inimici. Gimel. Migravit iudas propter afflictionem et multitudinem servitutis. Habitavit inter gentes: nec invenit requiem. Omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias. Deleth. Vie syon lugent: eo quod non sint qui veniant ad solemnitatem. Omnes porte eius destructe: sacerdotes eius gementes. Virgines eius squalide: et ipsa oppressa amaritudine. He. Facti sunt hostes eius in capite: et inimici eius locupletati sunt: quia dominus locutus est super eam propter multitudinem iniquitatum eius. Parvuli eius ducti sunt in captivitatem: ante faciem tribulantis. Vau. Et egressus est a filia syon omnis decor eius. Facti sunt principes eius velut arietes non invenientes pascua: et abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis. Zay. Recordata est iherusalem dierum afflictionis sue et prevaricationis omnium desiderabilium suorum que habuerat a diebus antiquis: cum caderet populus eius in manu hostili: et non esset auxiliator. Viderunt eam hostes: et deriserunt sabbata eius. Heth. Peccatum peccavit iherusalem: propterea instabilis facta est. Omnes qui glorificabant eam spreverunt illam: quia viderunt ignominiam eius. Ipsa autem gemens: et conversa retrorsum. Theth. Sordes eius in pedibus eius: nec recordata est finis sui. Deposita est vehementer: non habens consolatorem. Vide domine afflictionem meam: quoniam erectus est inimicus. Ioth. Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius: quia vidit gentes ingressas sanctuarium suum: de quibus preceperas ne intrarent in ecclesiam tuam. Caph. Omnis populus eius gemens: et querens panem. Dederunt preciosa queque pro cibo: ad refocillandam animam. Vide domine et considera: quoniam facta sum vilis. Lameth. O vos omnes qui transitis per viam attendite et videte: si est dolor sicut dolor meus. Quoniam vindemiavit me ut locutus est dominus:

in die ire furoris sui. Mem. De excelso
misit ignem in ossibꝫ meis: ⁊ erudiuit
me. Expādit rethe pedibus meis: con-
uertit me retrorsum. Posuit me deso-
latam: tota die merore confectā. Nun.
Vigilauit iugū iniquitatū mearū in
manu eius: conuolute sunt ⁊ imposi-
te collo meo. Infirmata ē virtꝰ mea:
dedit me dn̄s in manū de qua nō po-
tero surgere. Samech. Abstulit omēs
magnificos meos dn̄s de medio mei:
vocauit aduersum me tēpus: ut cōte-
rerēt electos meos. Torcular calcauit
dn̄s virgini filie iuda. Ayn. Idcirco e-
go plorans et oculus meꝰ deducens
aquas: quia longe factus est a me cō-
solator: cōuertens animā meā. Facti
sunt filij mei pditi: quoniā inualuit
inimicꝰ. Phe. Expādit syon manus
suas: non est qui consoletur eā. Man-
dauit dn̄s aduersum iacob: in circui-
tu eiꝰ hostes eiꝰ. Facta est ihrlm q̄si pol-
luta menstruis inter eos. Sade. Iustus
est dn̄s: quia os eius ad iracundiam
prouocaui. Audite obsecro uniuersi
pp̄li: ⁊ videte dolorem meū. Virgines
mee et iuuenes mei abierūt in captiui-
tatem. Coph. Vocaui amicos meos: ⁊
ipsi deceperūt me. Sacerdotes mei et
senes mei in vrbe cōsumpti sunt: quia
quesierūt cibū sibi ut refocillarent ani-
mas suas. Res. Vide dn̄e quoniam
cōtbatꝰ tribulor: tribulatꝰ est venter meꝰ. Sub-
uersum est cor meū in memetipā: qm̄
amaritudine plena sum. Foris inter-
ficit gladius: et domi mors similis ē.
Sin. Audierūt quia ingemisco ego: ⁊
non est qui cōsoletur me. Omnes ini-
mici mei audierunt malū meū: letati
sūt qm̄ tu fecisti. Adduxisti diē cōsola-
tōnis: et fiēt siles mei. Thau. Ingredi-
atur omē malū eoꝝ corā te: ⁊ vindemia
eos sicut vindemiasti me ,ppter omēs
iniquitates meas. Multi enim gemi-
tus mei: et cor meū merēs. Aleph. ii.
Quomodo obtexit caligine ī furo-
re suo dn̄s filiā syon. Proiecit
de celo in terram inclitam israhel: ⁊ nō
est recordatus scabelli pedū suoꝝ ī die
furoris sui. Beth. Precipitauit dn̄s nec
pepercit omnia speciosa iacob: destru-
xit in furore suo municiones virginis
iuda ⁊ deiecit in terram: polluit regnū
et principes eiꝰ. Gimel. Confregit in
ira furoris sui omne cornu israhel: a-
uertit retrorsū dexterā suā a facie inimi-
ci: et succendit in iacob q̄si ignē flāme
deuorātis ī giro. Deleth. Tetendit ar-
cum suū quasi inimicus: firmauit de-
xteram suā quasi hostis: et occidit o-
mne qd̄ pulcrum erat visu. In taber-
naclo filie syon effudit q̄si ignē indi-
gnatōnē suā. He. Factꝰ ē dn̄s velut in-
imicus: precipitauit israhel. Precipita-
uit omnia menia eius: dissipauit mu-
niciones eius: ⁊ repleuit in filia iuda
humiliatum et humiliatā. Vau. Et
dissipauit quasi ortum tentoriū suū:
demolitus est tabernaculū suū. Obli-
uioni tradidit dn̄s in syon festiuitatē
et sabbatū: ⁊ in obprobriū et in indi-
gnatōnē furoris sui regem ⁊ sacerdotē.
Zay. Repulit dn̄s altare suū: maledi-
xit sanctificationi sue: tradidit in ma-
nus inimici muros turriū eiꝰ. Vocem
dederunt in domo dn̄i: sicut in die so-
lemni. Heth. Cogitauit dn̄s dissipare
murū filie syon: tetendit funiculū suū
et non auertit manū suā a pditione.
Luxitq; āte murale: ⁊ murꝰ pariter dis-
sipatꝰ est. Theth. Defixe sūt ī terra por-
te eiꝰ: pdidit ⁊ contriuit uectes eius: re-
gem eiꝰ et principes eius in gentibus.
Non est lex: ⁊ pphete eiꝰ nō inuenerūt

visionē a dn̄o. Ioth. Sederūt in terra:
conticuerūt senes filie syon: cōsperserūt
cinere capita sua. Accincti sūt ciliciis:
abiecerūt in terra capita sua virgines
ihrusalē. Caph. Defecerūt p̄ lacrimis
oculi mei: cōturbata sunt viscera mea.
Effusum est in terra iecur meū sup̄ con-
tritionē filie p̄pli mei: cū deficeret paruu-
lus et lactās ī plateis oppidi. Lameth.
Matribus suis dixerūt ubi ē triticū et
vinū: cū deficerent quasi vulnerati in
plateis civitatis: cum exalarent aīas
suas in sinu matrū suarū. Mem. Cui
comparabo te· vel cui assimilabo te fi-
lia ihrusalē? Cui exequabo te· et con-
solabor te virgo filia syon? Magna ē
enim velut mare contritio tua. Quis
medebitur tui? Nun. Prophete tui vi-
derūt tibi falsa ⁊ stulta: nec aperiebāt
iniquitatem tuā: ut te ad penitentiam
prouocarēt. Viderūt aūt tibi assum-
ptiones falsas ⁊ eiectiones. Sameth.
Plauserūt sup̄ te manibꝫ om̄es trāse-
untes p̄ viā: sibilauerūt ⁊ mouerūt ca-
pita sua sup̄ filiā ihrlm: hecine ē urbs
dicētes p̄fecti decoris: gaudiū vniūse ter-
re? Phe. Aperuerūt sup̄ te os suū om̄es
inimici tui: sibilauerūt ⁊ fremuerūt den-
tibus suis: ⁊ dixerūt devorabimꝰ. En
ista est dies quā expectabamꝰ: inue-
nimus· vidimus. Ayn. Fecit deꝰ que
cogitauit: compleuit sermonē suū quē
p̄ceperat a diebꝫ antiquis. Destruxit et
non pepercit: letificauit sup̄ te inimicū:
et exaltauit cornu hostiū tuoꝝ. Sade.
Clamauit cor eoꝝ ad dn̄m sup̄ mu-
ros filie syon. Deduc quasi torrētem
lacrimas per diem ⁊ noctem: nō des
requiē tibi: neqꝫ taceat pupilla oculi
tui. Coph. Consurge: lauda in nocte
in principio vigiliarū: effunde sicut
aquā cor tuū ante conspectū domini.

Leua ad eum manus tuas p̄ anima
paruuloꝝ tuoꝝ: qui fame pereūt in ca-
pite omniū compitoꝝ. Res. Vide dn̄e
et considera: quem vindemiaueris ita.
Ergo ne comedēt mulieres fructū suū:
paruulos ad mensurā palme? Si oc-
ciditur in sanctuario dn̄i: sacerdos et
propheta? Sin. Iacuerūt in terra foris
puer et senex: virgines mee et iuuenes
mei ceciderūt in gladio. Interfecisti ī die
furoris tui: percussisti: nec misertus es.
Thau. Vocasti quasi diē solemnem
qui terrerent me de circuitu: ⁊ non fuit
in die furoris dn̄i qui effugeret et reli-
queretur. Quos educaui ⁊ enutriui: in-
imicꝰ meꝰ cōsumpsit eos. c. iii. Aleph.
Ego vir videns paupertatē meā: in
virga indignatiōnis eiꝰ. Aleph.
Me minauit ⁊ adduxit in tenebris: ⁊
nō ī lucē. Aleph. Tantū in me vertit: ⁊
conuertit manū suā tota die. Beth.
Vetustam fecit pellē meā ⁊ carnē meā:
contriuit ossa mea. Beth. Edificauit
in giro meo: ⁊ circūdedit me felle et la-
bore. Beth. In tenebrosis collocauit
me: q̄si mortuos sempiternos. Gimel.
Circūedificauit aduersum me ut non
egrediar: aggrauauit compedem meū.
Gimel. Sed ⁊ clamauero ⁊ cū rogaue-
ro: exclusit orationē meā. Gimel. Cō-
clusit vias meas lapidibus quadris:
semitas meas subuertit. Deleth. Ursus
insidiās factꝰ ē michi: leo ī abscōdito.
Deleth. Semitas meas subuertit: ⁊ con-
fregit me: posuit me desolatā. Deleth.
Tetendit arcū suū: et posuit me quasi
signū ad sagittam. He. Misit in reni-
bus meis filias pharetre sue. He. Fa-
ctus sum in derisū omni p̄plo meo: can-
ticum eoꝝ tota die. He. Repleuit me a-
maritudinibus: inebriauit me absin-
thio. Vau. Et fregit ad numerū dentes

meos: cibauit me cinere. Vau. Et repul=
sa est anima mea: oblitꝰ sum bonoꝝ.
Vau. Et dixi, perijt finis meus et spes
mea a dñō. Zay. Recordare paupta=
tis et transgressionis mee: absinthij
et fellis. Zay. Memoria memor ero:
⁊ tabescet ī me anima mea. Zay. Hec
recolens in corde meo: ideo sperabo.
Heth. Misericordie dñi quia non su=
mus consumpti: quia non defecerūt
miserationes eius. Heth. Noui dilu=
culo: multa est fides tua. Heth. Pars
mea dñs dixit anima mea: pterea ex=
spectabo eū. Theth. Bonꝰ est dñs sperā=
tibus in eū: anime querenti illū. Theth.
Bonū est prestolari cum silentio salu=
tare dñi. Theth. Bonū est viro: cū por=
tauerit iugū ab adolescētia sua. Ioth.
Sedebit solitarius et tacebit: quia le=
uauit se super se. Ioth. Ponet in pul=
uere os suum: si forte sit spes. Ioth.
Dabit percutienti se maxillam: satura=
bitur opprobrijs. Caph. Quia non
repellet in sempiternū dominꝰ. Caph.
Quia si abiecit ⁊ miserebit: scdm mul=
titudinē misericordiarū suarū. Caph.
Non enim humiliauit ex corde suo:
et abiecit filios hominū. Lameth. Ut
contereret sub pedibus suis omnes vin=
ctos terre. Lameth. Ut declinaret iudi=
cium viri: in cōspectu vultus altissimi.
Lameth. Ut perueteret hominē in iudi=
cio suo: dñs ignorauit. Mem. Quis
est iste qui dixit ut fieret: dño nō iuben=
te? Mem. Ex ore altissimi nō egrediē=
tur: nec mala nec bona? Mem. Quid
murmurauit homo viuens: vir pro
peccatis suis? Nun. Scrutemur vias
nostras: et queramus et reuertamur
ad dñm. Nun. Leuemꝰ corda nr̄a cū
manibꝫ: ad dominum ī celos. Nun.
Nos inique egimus et ad iracundiā

prouocauimꝰ: idcirco tu inexorabilis
es. Samech. Operuisti ī furore ⁊ pcussi=
sti: occidisti nec pepercisti. Samech.
Opposuisti nubē tibi: ne trāseat oratio.
Samech. Eradicationē et abiectionē
posuisti me: ī medio pplorꝝ. Phe. Aperu=
erunt sup nos os suū omnes inimici.
Phe. Formido et laqueꝰ facta ē nobis
vaticinatio ⁊ cōtritio. Phe. Diuisiones
aquarꝝ deduxit oculus meus: in con=
tritōne filie ppli mei. Ayn. Oculꝰ meꝰ
afflictꝰ ē nec tacuit: eo q nō esset requi=
es. Ayn. Donec respiceret ⁊ videret deꝰ
de celis. Ayn. Oculus meꝰ depredatꝰ
ē aīam meā: ī cūctis filiabꝫ urbis mee.
Sade. Venatione ceperūt me qsi auē
inimici mei gratis. Sade. Lapsa ē in
lacū vita mea: ⁊ posuerūt lapidē sup me.
Sade. Inundauerūt aque sup caput
meū: dixi perij. Coph. Inuocaui nomē
tuum dñe: de lacu nouissimo. Coph.
Vocem meā audisti: ne auertas aurē
tuā a singultu meo ⁊ clamoribꝫ. Coph.
Appropinquasti in die quādo inuo=
caui te: dixisti ne timeas. Res. Iudica=
sti dñe causam anime mee: redēptor
vite mee. Res. Vidisti dñe iniquitatē
illorū aduersū me: iudica iudiciū me=
um. Res. Vidisti omnē furorem: uni=
uersas cogitationes eorꝝ aduersū me.
Sin. Audisti opprobriū eorū dñe: o=
mnes cogitatōnes aduersū me. Sin.
Labia insurgentiū michi ⁊ meditatio=
nes eorꝝ: aduersum me tota die. Sin.
Sessionē eorꝝ ⁊ resurrectionē vide: ego
sum psalmus eorꝝ. Thau. Reddes eis
vicem dñe: iuxta opera manuū suarū.
Thau. Dabis eis scutum cordis: labo=
rem tuū. Thau. Persequeris ī furore: ⁊
conteres eos sub celis dñe. Capm̄. iiii. Aleph
Quomodo obscuratū ē aurū: mu=
tatus est color optimus: disp̄si

sũt lapides sanctuarij i capite omniũ
platearũ. Beth. Filij syon inclici et a-
micti auro pmo: quomõ reputati sũt
in vasa testea. opus manuum figuli.
Gimel. Sed ⁊ lamie nudauerũt mam-
mam lactauerũt catulos suos. Filia
ppli mei crudelis: quasi strucio i deserto.
Deleth. Adhesit lingua lactentis ad
palatũ eius in siti; paruuli pecierunt
panem: et nõ erat q̃ frangeret eis. He.
Qui vescebantur voluptuose interie-
runt in viis: qui nutriebãtur i croceis
amplexati sunt stercora. Vau. Et ma-
ior effecta ẽ iniquitas filie ppli mei pec-
cato sodomorũ: q̃ subuersa est in mo-
mento. ⁊ non ceperũt i ea manus. Zay.
Candidiores nazarei eius niue. niti-
diores lacte: rubicũdiores ebore an-
tiquo: saphiro pulcriores. Heth. De-
nigrata est sup carbones facies eorũ:
et non sunt cogniti in plateis. Adhe-
sit cutis eorũ ossibus: aruit ⁊ facta est
quasi lignũ. Theth. Melius fuit occi-
sis gladio q̃ interfectis fame: quoniã
isti extabuerunt cõsumpti a sterilitate
terre. Joth. Manus mulierũ misericor-
diũ coxerũt filios suos: facti sunt cibus
eorũ in contricione filie ppli mei. Caph.
Compleuit dñs furorem suũ: effudit
iram indignatõnis sue. Et succendit
ignẽ in syon: ⁊ deuorauit fundamẽta
eius. Lameth. Non crediderunt reges
terre ⁊ vniuersi habitatores orbis: qm
ingrederet hostis ⁊ inimicus p portas
iherusalẽ. Mem. Propter peccata pro-
phetarũ eius et iniquitates sacerdotum
eius: qui effuderũt in medio eius san-
guinẽ iustorũ. Nun. Errauerũt ceci in
plateis: polluti sũt sãguine. Cũq; nõ
possẽt: tenuerũt lacinias suas. Samech
Recedite polluti clamauerunt eis: re-
cedite abite: nolite tangere. Iurgati

quippe sunt ⁊ cõmoti dixerũt: inter gen-
tes non addet vltra ut inhabitet i eis.
Phe. Facies dñi diuisit eos: nõ addet
ut respiciat eos. Facies sacerdotũ nõ
erubuerũt: neq; senũ miserti sunt. Ayn.
Cum adhuc subsisteremus defecerunt
oculi nostri ad auxiliũ nostrũ vanũ:
cum respiceremus attenti ad gentem q̃
saluare nõ poterat. Sade. Lubricaue-
runt vestigia nostra in itinere platearũ
nostrarũ: appropinquauit finis noster:
completi sunt dies nostri: quia venit
finis noster. Coph. Velociores fuerũt
psecutores nri aquilis celi: sup mõtes
psecuti sunt nos: in deserto insidiati
sũt nobis. Res. Spiritus oris nri xpistus
dñs captus est in peccatis nris: cui di-
ximus. in umbra tua viuemus in gen-
tibus. Sin. Gaude ⁊ letare filia edom
que habitas i terra hus. Ad te quoq;
perueniet calix: inebriaberis atq; nuda-
beris. Thau. Cõpleta ẽ iniquitas tua
filia syon: nõ addet vltra ut trãsmigret
te. Visitabit iniquitatẽ tuã filia edom:
discooperiet pcta tua. Explicit lamẽ-
tationes iheremie. Incipit oracio eiusdem

Recordare dñe quid acciderit no-
bis: intuere et respice obprobriũ
nrm. Hereditas nra versa ẽ ad
alienos: domus nre ad extraneos. Pu-
pilli facti sumus absq; pre: matres nre
q̃si vidue. Aquã nram pecunia bibi-
mus: ligna nra pcio cõparauimus. Cer-
uicibus minabamur: lassis nõ dabatur re-
quies. Egipto dedimus manũ ⁊ assiriis:
ut saturemur pane. Patres nri peccaue-
runt ⁊ non sunt: ⁊ nos iniquitatem e-
orũ portauimus. Serui dominati sũt
nri: non fuit qui redimeret de manu
eorũ. In manibus nris afferebamus panẽ ãiabus
nobis: a facie gladij in deserto. Pellis
nra quasi clibanus exusta est: a facie

tempestatũ famis. Mulieres in syon
humiliauerũt: ꝛ virgines ĩ ciuitatibꝫ
iuda. Principes manu suspensi sunt:
facies senũ non erubuerũt. Adolescen-
tibus impudice abusi sunt: ꝛ pueri in
ligno corruerũt. Senes defecerunt de
portis: iuuenes de choro psallencium.
Defecit gaudium cordis nostri: ver-
sus est in luctũ chorus noster. Cecidit
corona capitis nostri: ve nobis quia
peccauim⁹. Propterea mestũ factũ est
in dolore cor nr̃m: ideo cõtenebrati sũt
oculi nostri. Propter mõtem syon quia
disperijt: vulpes ãbulauerũt in eo. Tu
aũt dñe ineternũ ꝑmanebis: soliũ tuũ
in generacionẽ ꝛ generacionẽ. Quare
imꝑpetuũ obliuisceris nr̃i: derelinques
nos ĩ longitudinẽ dieꝝ? Cõuerte nos
domine ad te ꝛ cõuertemur: innoua
dies nostros sicut a principio. Sed
proiciẽs repulisti nos: iratus es cõtra
nos vehemẽter. Explicit oracio iheremie

Incipit prefacio in librum baruch.

Liber iste qui baruch noĩe
ꝑnotatur in hebreo cano-
ne nõ habetur sed tantũ
in vulgata edicõne: simi-
liter et epistola iheremie. Propter noti-
ciam autem legenciũ hic scripta sunt:
quia multa de cristo nouissimisq; tem-
poribꝫ indicant. Incipit liber baruch.

Et hec verba libri q̃
scripsit baruch fili⁹
nerie filij maasie fi-
lij sedechie filij sedei
filij helchie in babi-
lonia in ãno quin-
to in septima die mensis: in tempore
quo ceperũt caldei iherusalẽ ꝛ succende-
runt eam igni. Et legit baruch verba
libri hui⁹ ad aures iechonie filij io-
achim regis iuda ꝛ ad aures vniuersi

ꝑpli venientis ad librũ: ꝛ ad aures po-
tenciũ filioꝝ regũ. ꝛ ad aures presbite-
roꝝ ꝛ ad aures ꝑpli a minimo vsq; ad
maximũ eoꝝ: omniũ habitancium in
babilonia ad flumen sodi. Qui audi-
entes plorabãt ꝛ ieiunabãt: ꝛ orabãt
in conspectu dñi. Et collegerũt pecuni-
am in conspectu dñi: scd̃m q̃ potuit
uniuscuiusq; manus. Et miserũt ĩ ihe-
rusalẽ ad ioachim filiũ helchie filij sa-
lom sacerdotem: ꝛ ad sacerdotes ꝛ ad
omnẽ ꝑplm qui inuenti sunt cum eo ĩ
iherusalẽ: cum acciperet vasa templi
dñi que ablata fuerant de templo re-
uocare in terram iuda. decima die mẽ-
sis syban. vasa argentea que fecit se-
dechias filius iosie rex iuda postea q̃
accepisset nabuchodonosor rex babi-
lonis iheconiã ꝛ principes et vinctos
et potentes et ꝑplm terre a iherusalẽ: et
duxit eos vinctos in babilonẽ. Et di-
xerũt. Ecce misimus ad vos pecunias:
de quibꝫ emite olocaustomata ꝛ thus
et facite manaa: ꝛ offerte pro peccato
ad aram dñi dei nostri. Et orate ꝓ vi-
ta nabuchodonosor regis babilonie
et ꝓ vita balthasar filij ei⁹: ut sint di-
es eoꝝ sicut dies celi super terrã: ut det
dñs virtutem nobis et illuminet ocu-
los nostros: ut viuamus sub umbra
nabuchodonosor regis babilonis et
sub umbra balthasar filij eius: ꝛ seruia-
mus eis multis diebus. ꝛ inueniam⁹
graciã in conspectu eoꝝ. Et pro nobis
ipis orate ad dominũ deũ nostrũ q̃a
peccauim⁹ domino deo nostro: et non
est auersus furor eius a nobis vsq; in
hunc diem. Et legite librũ istũ quẽ mi-
simus ad vos recitari in templo dñi
in die solemni: ꝛ in die oportuno. Et
dicetis. Domino iusticia: nobis autẽ
cõfusio faciei nostre sicut est dies hec:

omni iuda ꝛ habitantibꝫ iherusalem
regibus nostris et principibꝫ nostris
sacerdotibus et ꝓphetis nostris· et pa-
tribus nostris. Peccauim⁹ ante dñm
deū nostrū et non credim⁹ diffidentes
in eum: ꝛ non fuim⁹ subiectibiles illi: ꝛ
nō obaudiuim⁹ vocem dñi dei nostri
ut ambularem⁹ in mandatis eius q̄
dedit nobis. A die qua eduxit patres
nostros de terra egipti usq; ad diē hāc
eramus incredibiles ad dñm deū no-
strum: ꝛ dissipati recessimus ne audi-
remus vocem ipsius. Et adheserūt no-
bis multa mala ꝛ maledictiones que
constituit domin⁹ moysi seruo suo: q̄
eduxit patres nostros de terra egipti
dare nobis terrā fluentem lac et mel:
sicut hodierna die. Et non audiuim⁹
vocem domini dei nostri secundum
omnia verba prophetaꝝ quos misit
ad nos ꝛ ad iudices nostros: ꝛ abiui-
mus unusquisq; in sensū cordis nri
maligni· operari diis alienis: facientes
mala āte oclos domini dei nostri. c. ii.

Propter qd̄ statuit dñs de⁹ noster
verbū suū qd̄ locut⁹ est ad nos:
et ad iudices nostros qui iudicauerūt
in iherusalē et ad reges nostros et ad
principes nostros ꝛ ad omnē israhel
ꝛ iuda: ut adduceret dñs sup nos ma-
la magna que nō sunt facta sub celo
quēadmodū facta sunt in iherusalem
secūdū que scripta sunt in lege moysi
ut manducaret homo carnes filij sui
et carnes filie sue. Et dedit eos sub ma-
nu regū omniū qui sunt ī circuitu no-
stro in improperiū ꝛ in desolationē: ꝛ
in omnibus ꝓplis in quibus nos disp-
sit dñs. Et facti sum⁹ subtus ꝛ non su-
pra: quia peccauim⁹ dño deo nostro·
non obaudiendo voci ipsius. Dño
deo nr̄o iusticia: nobis aūt ꝛ patribus
nostris cōfusio facici sicut est dies hec.
Quia locutus est deus sup nos omīa
mala hec que venerūt sup nos: et nō
sum⁹ deprecati faciē dñi dei nostri ut
reuerteremur unusquisq; nostrū a vijs
nostris pessimis. Et vigilauit dñs in
malis: et adduxit ea sup nos: quia
iustus est domin⁹ in omībꝫ opribus
suis que mandauit nobis: ꝛ non au-
diuim⁹ vocem ipsius: ut iremus in pre-
ceptis dñi que dedit ante faciē nr̄am.
Et nunc domine de⁹ israhel qui edu-
xisti ꝓlm tuū de terra egipti in manu
valida ꝛ in signis et in ꝓdigijs et in
virtute tua magna ꝛ in brachio excel-
so: ꝛ fecisti tibi nomē sicut est dies ista:
peccauim⁹· impie gessim⁹ inique egi-
mus dñe deus noster: in omnibus iu-
sticijs tuis. Auertat ira tua a nobis:
quia derelicti sum⁹ pauci inter gentes
ubi dispsisti nos. Exaudi dñe preces
nr̄as ꝛ orationes nr̄as: et educ nos
propter te: ꝛ da nobis inuenire grati-
am ante faciem eoꝝ qui nos abduxe-
runt: ut sciat omnis terra quia tu es
dñs deus noster: ꝛ quia nomē tuum
inuocatū est sup israhel ꝛ sup genus
ipsi⁹. Respice domine de domo sancta
tua in nos: ꝛ inclina aurē tuā ꝛ exau-
di nos. Aperi oculos tuos ꝛ vide: q̄a
nō mortui qui sunt in inferno· quorū
spiritus acceptus est a visceribus suis
dabūt honorem et iustificationē dño:
sed anima que tristis est sup magni-
tudinē mali ꝛ incedit curua et in infir-
ma: ꝛ eius oculi deficientes. et anima
esuriens dat tibi gloriā et iusticiā do-
mino: quia non secūdū iusticias pa-
trum nr̄orū nos fundim⁹ p̄ces et peti-
mus misericordiā ante conspectū tuū
domine deus noster: sed quia misisti
iram tuā ꝛ furorem tuū sup nos: sicut

locutus es i manu puerorū tuorū ꝓphe-
tarū dicens. Sic dicit dñs. Inclinate
humerū uestrū ⁊ ceruicem uestrā: ⁊ ope-
ram facite regi babilonis: ⁊ sedebitis
in terra quā dedi patribꝫ uestris. Quod
si nō feceritis nec audieritis uocē dñi
dei uestri operari regi babilonie: defe-
ctionē uestrā faciā de ciuitatibꝫ iuda
et a foris ihrusalē: et auferā a uobis
uocem iocūditatis ⁊ uocem gaudij et
uocem sponsi ⁊ uocem sponse: et erit
omnis terra sine uestigio ab inhabi-
tantibus eam. Et non audierūt uocē
tuā ut operarent regi babilonis: ⁊ sta-
tuisti uerba tua que locutus es in ma-
nibus puerorū tuorū ꝓphetarū: ut trāsfer-
rentur ossa regū nostrorū ⁊ ossa patrū
nrorū de loco suo. Et ecce sunt ꝓiecta
in calore solis ⁊ in gelu noctis: ⁊ mor-
tui sunt in doloribus pessimis in fa-
me ⁊ in gladio ⁊ emissione. Et posui-
sti templū in quo inuocatū est nomē
tuū in ipso sicut hec dies: ꝓpter iniqui-
tatem domus israhel et domus iuda.
Et fecisti i nobis dñe de9 noster scdm
omnē bonitatē tuā et scdm omnē mi-
serationē tuā illā magnā sicut locut9
es in manu pueri tui moysi: i die qua
precepisti ei scribere legem tuā coram
filijs israhel dicens. Si non obaudie-
ritis uocem meā · multitudo hec ma-
gna conuertetur in minimā gentem
quoniā eos dispgam: q̄a scio ꝙ me
non audiet ꝑplus. Populus est enim
dura ceruice: Et conuertet ad cor suū
in terra captiuitatis sue: et scient quia
ego sum dñs deus eorū. Et dabo eis
cor ⁊ intelligēt: et aures ⁊ audient. Et
laudabūt me i terra captiuitatis sue:
et memores erunt nominis mei. Et a-
uertent se a dorso suo duro et a mali-
gnitatibus suis: quia reminiscentur

uiam patrū suorū qui peccauerūt i me.
Et reuocabo illos in terrā quā iuraui
patribus illorū abraham ysaac ⁊ ia-
cob: ⁊ dominabūtur ei. Et multipli-
cabo eos: ⁊ non minorabūtur. Et sta-
tuā illis testamentū alterū sempiternū:
ut sim illis in deum: ⁊ ipsi erūt michi in
ꝑplm. Et nō mouebo āpli9 ꝑplm meū
filios isrl' a terra quam dedi eis. c. iii.

Et nunc dñe deus israhel: anima
in angustijs et spiritus anxius
clamat ad te. Audi dñe et miserere q̄a
deus es misericors: ⁊ miserere nři quia
peccauimus ante te. Quia tu sedes in
sempiternū: et nos peribim9 in euum.
Dñe deus omnipotēs deus isrl' audi
nūc orationem mortuorū isrl' et filiorū
ipsorū: quia peccauerūt ante te ⁊ nō au-
dierunt uocem dñi dei sui: ⁊ aggluti-
nata sūt nobis mala. Noli meminis-
se iniquitatis patrum nostrorū: sed me-
mento man9 tue ⁊ nominis tui in tpe
isto: quia tu es dñs deus noster ⁊ lau-
dabim9 te dñe: quia ꝓpter hoc dedisti
timorem tuū in cordibus nris · et ut
inuocem9 nomē tuū et laudem9 te in
captiuitate nra: quia cōuertimur ab
iniquitate patrum nrorū qui peccaue-
rūt āte te. Et ecce nos i captiuitate nra
sum9 hodie quo nos dispsisti in im-
properiū ⁊ in maledictionē ⁊ in pecca-
tum scdm omes iniquitates patrū no-
strorū: qui discesserūt a te dñe deus no-
ster. Audi israhel mādata uite: auribꝫ
ꝑcipe ut scias prudentiā. Quid ē isrl'
ꝙ i terra inimicorū es? Inueterasti i ter-
ra aliena: coinquinatus es cum mor-
tuis. Deputat9 es cū descendentibus
in infernū: dereliquisti fontem sapien-
tie. Nam si in uia dei ambulasses: ha-
bitasses utiqꝫ in pace sup terrā. Disce
ubi sit prudentia ubi sit uirtus ubi sit

intellectus: ut scias simul ubi sit lõgiturnitas vite et victus: ubi sit lumẽ oculorum et pax. Quis invenit locum eius? Et quis intravit in thesauros eius? Ubi sunt principes gentiũ: et qui dominantur sup bestias que sunt sup terram? Qui in avibus celi ludũt: qui argentum thesaurizant et aurũ in quo confidũt homines: et non est finis acquisitionis eorum. Qui argẽtũ fabricãt: et solliciti sũt: nec ẽ inventio operum suorum. Exterminati sunt et ad inferos descenderũt: et alii loco eorum exsurrexerũt. Iuvenes viderũt lumen: et habitaverũt sup terrã. Viam aũt discipline ignoraverunt: neque intellexerũt semitas eius: neque filii eorum susceperũt eam. A facie ipsorum longe facta est. Non est audita ĩ terra chanaan: neque visa est in theman. Filii quoque agar qui exquisierũt prudẽtiam que de terra est: negociatores terre et theman: et fabellatores et exquisitores prudentie et intelligencie: viam aũt sapientie nescierũt: neque cõmemorati sunt semitas eius. O israhel quã magna est domus dei: et ingens locus possessionis eius. Magnus et nõ habẽs finẽ: excelsus et immensus. Ibi fuerũt gigãtes nominati: illi qui ab inicio fuerũt statura magna scientes bellum. Non hos elegit dñs: neque viam discipline invenerũt: propterea perierunt. Et quoniã nõ habuerũt sapientiã: perierunt propter suã insipientiã. Quis ascẽdit in celũ et accepit eam: et eduxit eam de nubibus? Quis transfretavit mare et invenit illã: et attulit illã sup aurum electũ? Non est qui possit scire vias eius: neque qui exquirat semitas eius. Sed qui scit universa novit eam: et invenit eam prudentia sua. Qui preparavit terram in eterno tẽpore: et replevit eam pecudibus et quadrupedibus. Qui emittit lumẽ et vadit: et vocavit illud: et obedit illi in tremore. Stelle autem dederũt lumen in custodiis suis: et letate sunt. Vocate sunt: et dixerunt. Assumus. Et luxerũt ei cũ iocunditate: qui fecit illas. Hic est deus noster: non estimabitur alius adversus eum. Hic adinvenit omnẽ viam discipline: et tradidit illã iacob puero suo: et israhel dilecto suo. Post hec in terris visus est: et cum hominibus conversatus est. c. iiii.

Hic liber mandatorum dei: et lex que est in eternũ. Omnes qui tenent eam pervenient ad vitam: qui aũt dereliquerũt eam in mortem. Convertere iacob et apprehende eam: ambula per viam ad splendorem eius contra lumen eius. Ne tradas alteri gloriã tuã: et dignitatem tuã genti aliene. Beati sumus israhel: quoniã que deo placent manifesta sunt nobis. Animequior esto populus dei: memorabilis israhel. Venũdati estis gentibus non in perditionẽ: sed propter quod in ira ad iracũdiã provocastis dñm: traditi estis adversariis. Exacerbastis enim eum qui fecit vos deum eternũ: immolantes demoniis et nõ deo. Obliti enim estis eũ qui nutrivit vos: et contristastis nutricem vestrã ihrlm. Vidit enim iracũdiã a deo venientem vobis: et dixit. Audite confines syon. Adduxit enim michi deus luctũ magnũ. Vidi enim captivitatẽ populi mei filiorum meorum et filiarum: quã superduxit illis eternus. Nutrivi enim illos cũ iocunditate: dimisi aũt illos cũ fletu et luctu. Nemo gaudeat sup me viduã et desolatã: a multis derelicta sum propter peccata filiorum meorum: quia declinaverũt a lege dei. Iusticias aũt ipsius nescierũt: nec ambulaverũt per vias mãdatorum

dei: neq; per semitas veritatis eius cū
iusticia ingressi sunt. Veniāt cōfines
syon: ⁊ memorentur captiuitatem fili-
orū ⁊ filiaꝝ meaꝝ: quā sup duxit illis
eternus. Adduxit enim sup illos gen-
tem de longinquo: gentem improbā
et alterius lingue qui nō sunt reueriti
senem: neq; pueroꝝ miserti sūt. Et ab-
duxerūt dilectos vidue: et a filijs uni-
cam desolauerūt. Ego aūt quid possū
adiuuare vos? Qui enī adduxit sup
vos mala: ipse vos eripiet de manibȝ
inimicoꝝ vestroꝝ. Ambulate filij am-
bulate: ego enim derelicta sum sola.
Exui me stola pacis: indui aūt me sac-
co obsecrationis: ⁊ clamabo ad altis-
simū in diebus meis. Animequiores
estote filij: clamate ad dñm et eripiet
vos de manu pricipū inimicoꝝ. Ego
enim speraui in eternū salutem vestrā:
et venit michi gaudiū a sancto super
misericordia: q̄ veniet vobis ab eterno
salvatore vestro. Emisi enim vos cū
luctu ⁊ ploratu: reducet aūt vos michi
deus cum gaudio ⁊ iocunditate in eter-
num. Sicut enim viderūt vicine syon
captiuitatem vestrā a deo: sic videbūt
et in celeritate salutem vestrā in deo: q̄
superueniet vobis cū honore magno
et splendore eterno. Filij patienter susti-
nete iram que superuenit vobis. Perse-
cutus est enim te inimicus tuus: sed ci-
to videbis pditionē ipsius: ⁊ sup ceruı-
ces ipsius ascendes. Delicati mei am-
bulauerunt vias asperas: ducti sunt
enim ut grex direptꝰ ab inimicis. Ani-
mequiores estote filij: ⁊ pclamate ad
dñm. Erit enī memoria vestra ab eo
qui duxit vos. Sicut enī fuit sensus
vester ut erraretis a deo: decies tantū
iterū cōuertentes requiretis eum. Qui
enim induxit vobis mala: ipse rursū
adducet vobis sempiternā iocūditatē
cum salute vestra. Animequior esto
iherusalē. Exhortatur enim te: qui te
nominauit. Nocentes peribūt qui te
vexauerūt: ⁊ qui gratulati sunt in tua
ruina punientur. Ciuitates quibȝ ser-
uierunt filij tui punientur: ⁊ que acce-
pit filios tuos. Sicut enim gauisa est
in tua ruina ⁊ letata ē ī casu tuo: sic cō-
tristabitur in sua desolatione. Et am-
putabitur exultatio multitudinis eiꝰ:
et gaudimoniū eiꝰ erit in luctū. Ignis
enim superueniet ei ab eterno in longi-
turnis diebus: ⁊ habitabitur a demo-
nijs in multitudine temporis. Circū-
spice iherusalem ad orientē: ⁊ vide io-
cunditatē a deo tibi venientem. c. v.

Ecce enim veniūt filij tui: q̄s dimi-
sisti dispsos veniūt collecti ab o-
riente usq; ad occidentē: in verbo san-
cti gaudentes in honorem dei. Exue Cap
te iherusalē stola luctus et vexationis
tue: ⁊ indue te decore ⁊ honore que a
deo tibi est ī gloria sempitna. Circūda-
bit te deꝰ dyployde iusticie: ⁊ imponet
mitrā capiti tuo honoris eterni. Deus
enim ostendet splendorem suū in te:
omī q̄ sub celo est. Nominabit̄ enim
tibi nomē tuū a deo ī sempiternū: pax
iusticie ⁊ honor pietatis. Exsurge ihe-
rusalē et sta in excelso: et circūspice ad
orientem et vide collectos filios tuos
ab oriēte sole usq; ad occidentē ī verbo
sancti gaudentes dei memoria. Exie-
runt enim abs te pedibus ducti ab in-
imicis: adducet aūt illos dominus
ad te portatos in honorē sicut filios
regni. Constituit enim deꝰ humiliare
omnē montē excelsum et rupes phen-
nes: et conualles replere in equalitatē
terre: ut ambulet israhel diligenter in
honorem dei. Obumbrauerūt autem

silue: ⁊ omne lignū suauitatis israhel
mandato dei. Adducet enim de⁹ isrl'
cum iocūditate in lumine maiestatis
sue: cum misericordia ⁊ iusticia que ē
ex ipo. Incip exemplū epl'e eiusdem
quā misit iheremias ad abductos ca-
ptiuos in babiloniā a rege babiloni-
orum: ut annūciaret illis secundum
quod preceptum est illi a deo. c. vi.
Propter peccata que peccastis
ante deū: abducemini in ba-
biloniā captiui a nabucho-
donosor rege babiloniorū. Ingressi
itaqȝ in babilonē eritis ibi annis plu-
rimis et tenpus lōgū usqȝ ad genera-
tiones septē: post hoc aūt educā uos
inde cum pace. Nunc aūt videbitis ī
babilonia deos aureos ⁊ argēteos ⁊
lapideos ⁊ ligneos ī humeris portari:
ostentantes metū gentibus. Videte er-
go ne ⁊ uos similes efficiamini factis
alienis ⁊ metuatis: ⁊ metus uos capi-
at in ipis. Visa itaqȝ turba de retro et
ab ante: orātes dicite in cordibus ve-
stris. Te oportet adorari dñe. Angel⁹
aūt me⁹ vobiscū est. Ipse aūt exquirā
animas vr̄as. Nam lingua ipsoꝝ po-
lita a fabro ip̄a etiā inaurata ⁊ inar-
gētata falsa sūt: ⁊ nō possūt loqui. Et
sicut virgini amanti ornamenta: ita
accepto auro fabricata sūt. Coronas
certe aureas habēt sup capita sua dij
illoꝝ: unde subtrahūt sacerdotes ab e-
is aurū ⁊ argentū: ⁊ erogant illud in
semetipis. Dant aūt ⁊ ex ipo ꝓstitutis
cū et meretrices ornāt: ⁊ iterū receperint il-
lud a meretricibus ornant deos suos.
Hij aūt non liberantur ab erugine et
tinea. Opertis aūt illis veste purpurea
extergent faciē ipsoꝝ ꝓpter puluerē do-
mus: q̄ est plurim⁹ inter eos. Sceptrū
aūt habet ut homo sicut iudex regionis:

qui in se peccantem non interficit. Ha-
bet etiā in manu gladiū et securim: se
aūt de bello et a latronibus non libe-
rat. Unde vobis notū sit: quia non
sūt dij. Nō ergo reuereminī eos. Sicut
enim uas hominis ɔfractū inutile effi-
citur: tales sunt ⁊ dij illoꝝ. Cōstitutis
illis ī domo: oculi eoꝝ pleni sūt puluere
a pedibus introeuntiū. Et sicut alicui
qui regem offendit circūsepte sunt ia-
nue: aut sicut ad sepulcrū adductum
mortuum ita tutant sacerdotes ostia
clausuris ⁊ seris: ne a latronibꝫ exspo-
lientur. Lucernas accendūt illis: ⁊ qui-
dem multas: ex quibꝫ nullā videre pos-
sunt. Sunt aūt sicut trabes in domo.
Corda vero eorū dicūt elingere serpen-
tes qui de terra sūt: dū comedūt eos et
vestimentū ipsoꝝ: ⁊ nō sentiūt. Nigre
fiūt facies eoꝝ a fumo: qui in domo
fit. Supra corpus eoꝝ ⁊ supra caput
eoꝝ volant noctue ⁊ hyrundines: ⁊ a-
ues etiā similiter ⁊ catte. Unde sciatis
quia non sunt dij. Ne ergo timueritis
eos. Aurū etiā qd̄ habet ad speciē sūt
nisi aliquis exterserit eruginē nō fulge-
bunt. Neqȝ enim dum cōflarent̄ senti-
ebant: ex omni p̄cio empta sunt ī qui-
bus spiritus nō est in ipis. Sine pedi-
bus in humeris portant̄: ostentātes
ignobilitatē suā hominibꝫ. Confun-
dantur etiā qui colūt ea. Propterea
si ceciderint in terrā a semetip̄is nō con-
surgūt: neqȝ si quis eum statuerit rectū
per semetip̄m stabit: sed sicut mortuis
humeri illis apponētur. Hostias illo-
rum vendūt sacerdotes ipoꝝ ⁊ abutū-
tur: similiter ⁊ mulieres eoꝝ decerpētes
neqȝ infirmo neqȝ mendicāti aliquid
impertiūt de sacrificijs eoꝝ: fete ⁊ men-
struate eos contingūt. Scientes itaqȝ
ex hijs quia non sunt dij: ne timeatis

eos. Unde enī vocant̄ dij? Quia mu-
lieres apponūt dijs argenteis et aure-
is ⁊ ligneis: ⁊ in domibꝫ eoꝝ sacerdo-
tes sedent habentes tunicas scissas et
capita ⁊ barbā rasam: quoꝝ capita
nuda sunt. Rugiūt aūt clamātes cō-
tra deos suos: sicut ī cena mortui. Ve-
stimenta eoꝝ auferunt sacerdotes: et
vestiūt uxores suas ⁊ filios suos. Ne-
qꝫ si quid mali patiūtur ab aliquo· ne-
qꝫ si quid boni poterūt retribuere: neqꝫ
regem cōstituere possunt neqꝫ auferre.
Similiter neqꝫ dare divitias possunt:
neqꝫ malū retribuere. Si q̄s illis vo-
tum voverit ⁊ nō reddiderit: neqꝫ hoc
requirūt. Hominē a morte nō liberāt:
neqꝫ infirmū a potentiore eripiūt. Ho-
minē cecū ad visum non restituūt: de
necessitate hominē non liberabūt. Vi-
due non miserebūtur: neqꝫ orphanis
bene facient. Lapidibus de mōte simi-
les sunt dij illoꝝ lignei ⁊ lapidei ⁊ au-
rei et argentei: qui aūt colūt ea cōfun-
dētur. Quomō ergo estimādū est aut
dicendū illos esse deos? Adhuc enim
ipis caldeis non honorātibus ea: q̄
cum audierint mutū non posse loqui
offerūt illud ad bel: postulātes ab eo
loqui: quasi possint sentire qui nō ha-
bēt motū. Et ipi cū intellexerint: relin-
quent ea. Sensum enim non habent
ipi dij illoꝝ. Mulieres aūt circūdate
funibꝫ in vijs sedent: succendētes ossa
olivaꝝ. Cū aūt aliqua ex ipis abstra-
cta ab aliquo transeūte dormierit: ꝓxi-
me sue exprobrat q ea non sit digna
habita sicut ipa: neqꝫ funis eius dirū-
ptus sit. Omīa aūt que illis fiūt falsa
sunt. Quomō estimādū aut dicendū
est illos esse deos? A fabris aūt ⁊ au-
rificibꝫ facta sūt. Nichil aliud erūt nisi
id qd volūt esse sacerdotes. Artifices
etiā ipi qui ea faciunt non sunt multi
temporis. Nūquid ergo possunt ea q̄
fabricata sūt ab ipis esse dij? Relique-
runt aūt falsa et opprobriū· postea fu-
turis. Nam cum supervenerit illis ꝓliū
et mala: cogitant sacerdotes ubi se ab-
scondant cum illis. Quomō ergo sen-
tiri debeāt quoniā dij sunt qui nec de
bello se liberāt: neqꝫ de malis se eripiūt?
Nam cum sint lignea et inaurata et
inargentata: scietur postea quia falsa
sunt ab univsis gentibꝫ et regibꝫ que
manifestata sunt quia non sunt dij:
sed opera manuū hominū· ⁊ nullū op⁹
dei cū illis. Unde ergo notū est q̄a non
sūt dij: sed opera manuū hoim: ⁊ nul-
lum dei op⁹ ī ipsis ē? Regē regioni nō
suscitant: neqꝫ pluviā hominibꝫ da-
bunt. Iudiciū quoqꝫ non discernent:
neqꝫ regiones liberabunt ab iniuria:
quia nichil possunt sicut cornicule in-
ter mediū celi et terre. Etenī cū inciderit
ignis in domū deoꝝ ligneoꝝ ⁊ argen-
teoꝝ ⁊ aureoꝝ: sacerdotes quidē ipsoꝝ
fugient et liberabuntur: ipi vero sicut
trabes ī medio cōburentur. Regi aūt
et bello nō resistent. Quomō ergo esti-
mandū ē aut recipiēdū quia dij sūt?
Non a furibꝫ neqꝫ a latronibꝫ se libe-
rabūt dij lignei ⁊ lapidei ⁊ inaurati ⁊
inargētati: quibꝫ iniqui fortiores sūt.
Aurū et argentū et vestimentū quo o-
perti sunt auferent illis et abibūt: nec
sibi auxiliū ferent. Itaqꝫ melius est esse
regem ostentantē virtutē suā· aut vas
in domo utile ī quo gloriabitur qui
possidet illud q̄ falsi dij: vel ostiū ī do-
mo qd custodit que in pace sunt: q̄
falsi dij. Sol quidē et luna ac sidera
cum sint splendida et emissa ad utili-
tates obaudiunt: similiter et fulgur
cū apparuerit ꝑspicuū est. Idipm aūt

et spiritus in omni regione spirat: et nubes quibus cum imperatum fuerit a deo perambulare in universum orbem: perficiunt quod imperatum est eis. Ignis etiam missus desuper ut consumat montes et silvas: facit quod preceptum est ei. Hec autem neque speciebus neque virtutibus uni eorum similia sunt. Unde neque estimandum est neque dicendum illos esse deos: quando non possunt neque iudicium iudicare: neque facere hominibus. Scientes itaque quia non sunt dii: ne ergo timueritis eos. Neque enim regibus maledicent: neque benedicent. Signa etiam in celo gentibus non ostendunt: neque ut sol lucebunt: neque illuminabunt ut luna. Bestie meliores sunt illis: que possunt fugere sub tectum ac prodesse sibi. Nullo itaque modo nobis est manifestum quia sunt dii: propter quod ne timeatis eos. Nam sicut in cucumerario formido nichil custodit: ita sunt dii illorum lignei et argentei et inaurati. Eodem modo et in orto spina alba: supra quam omnis avis sedet. Similiter et mortuo proiecto in tenebris. similes sunt dii illorum lignei et inaurati et inargentati. A purpura quoque et murice que supra illos tineant scietis utique quia non sunt dii. Ipsi etiam postremo comeduntur: et erit opprobrium in regione. Melior est homo iustus qui non habet simulacra: nam erit longe ab opprobriis. Explicit liber baruch

Incipit prologus in ezechielem prophetam.

Ezechiel propheta cum ioachin rege iuda captivus ductus est in babilonem: ibique hiis qui cum eo captivi fuerant prophetavit. penitentibus quod ad iheremie vaticinium se ultro adversariis tradidissent: et viderent adhuc urbem iherosolimam stare. quam ille casuram esse predixerat. Tricesimo autem etatis sue anno et captivitatis quinto exorsus est ad concaptivos loqui. Et eodem tempore licet posterior hic in caldea: iheremias in iudea prophetaverunt. Sermo eius nec satis disertus nec admodum rusticus est: sed ex utroque medie temperatus. Sacerdos et ipse fuit sicut iheremias: principia voluminis et finem magnis habens obscuritatibus involuta. Sed et vulgata eius editio non multum distat ab hebraico. Unde satis miror quid cause extiterit: ut si eosdem in omnibus libris habemus interpretes: in aliis eadem, in aliis diversa transtulerint. Legite igitur et hunc iuxta translationem nostram: quoniam per cola scriptus et commata manifestiorem legentibus sensum tribuit. Si autem amici mei et hunc subsannaverint dicite eis quod nemo eos compellat ut scribant. Sed vereor ne illud eis eveniat quod grece significantius dicitur ut vocentur fagolidori quod est manducantes senecias. Explicit prologus

Incipit ezechiel propheta. Capitulum primum

Et factum est in tricesimo anno in quarto in quinta mensis: cum essem in medio captivorum iuxta fluvium chobar: aperti sunt celi et vidi visiones dei. In quinta mensis ipse est annus quintus transmigrationis regis ioachim: factum est verbum domini ad ezechielem filium buzi sacerdotem in terra caldeorum secus flumen chobar. Et facta est super eum ibi manus domini. Et vidi: et ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone: et nubes magna et ignis involvens. Et splendor in circuitu eius: et de medio ignis quasi species electri: id est de medio ignis. Et in medio eius

similitudo quatuor animaliū et hic
aspectus eorū. Similitudo hominis
in eis. Et quatuor facies uni: et quatu-
or penne uni. Et pedes eorū pedes recti:
et planta pedis eorū quasi planta pe-
dis vituli: et scintille quasi aspectus eris
cādentis. Et manus hominis sub pen-
nis eorū in quatuor partibus: et facies et
pennas per quatuor partes habebāt:
iunctęque erant penne eorū alterius ad al-
terū. Non revertebātur cum incederēt:
sed unūquodque ante faciē suā gradieba-
tur. Similitudo aūt vultus eorū, facies
hominis et facies leonis a dextris ipsorū
quatuor: facies aūt bovis a sinistris
ipsorū quatuor: et facies aquile desu-
per ipsorū quatuor; et facies eorū et pen-
ne eorū extente desup. Due pēne singu-
lorū iungebantur: et due tegebāt corpo-
ra eorū. Et unūquodque eorū corā facie sua
ambulabat. Ubi erat impetus spiritus
illuc gradiebātur: nec revertebantur
cum ambularent. Et similitudo ani-
maliū, aspectus eorū quasi carbonū i-
gnis ardentiū: et quasi aspectus lam-
padarū. Hec erat visio discurrens ī me-
dio animaliū: splendor ignis et de i-
gne fulgur egrediens. Et animalia i-
bant et revertebantur: in similitudinem
fulguris choruscātis. Cumque aspicerē
animalia: apparuit rota una sup ter-
ram iuxta animalia habens quatu-
or facies. Et aspectus rotarū et opus earū
quasi visio maris: et una similitudo ipsarū
quatuor: et aspectus earū et opera quasi
sit rota in medio rote. Per quatuor
partes earū euntes ibant: et non rever-
tebantur cū ambularent. Statura quoque
erat rotis et altitudo et horribilis aspe-
ctus: et totum corpus oculis plenum
in circuitu ipsarū quatuor. Cumque am-
bularent animalia ābulabāt pariter
et rote iuxta ea: et cū elevarentur anima-
lia de terra elevabantur simul et rote.
Quocūque ibat spiritus: illuc eunte spi-
ritu et rote pariter levabātur sequētes
eum. Spiritus enim vite erat in rotis.
Cū euntibus ibant et cū stantibus stabāt:
et cū elevatis a terra pariter elevabātur
et rote sequentes ea: quia spiritus vite
erat in rotis. Et similitudo sup caput
animaliū firmamenti quasi aspectus
cristalli horribilis et extenti sup capita
eorū desup. Sub firmamento aūt pen-
ne eorū recte alterius ad alterū. Unūquodque
duabus alis velabat corpus suū: et al-
terū similiter velabatur. Et audiebā
sonū alarū quasi sonū aquarū multa-
rum: quasi sonū sublimis dei. Cū am-
bularent quasi sonus erat multitudi-
nis ut sonus castrorū. Cumque starent
dimittebātur penne eorū. Nā cū fieret
vox super firmamentū quod erat sup ca-
put eorū: stabāt et submittebāt alas su-
as. Et sup firmamentū quod erat immi-
nens capiti eorū quasi aspectus lapidis
saphiri similitudo throni: et sup simi-
litudinē throni similitudo quasi aspe-
ctus hominis desup. Et vidi quasi speci-
em electri. velut aspectū ignis intrinsecus eius
per circuitū a lumbis eius et desup: et
a lumbis eius usque deorsum vidi quasi
speciem ignis splendentis in circuitu.
velut aspectū arcus cum fuerit in nube
ī die pluvie. Hic erat aspectus splendoris per
Cap 2 gyrū. hec visio similitudinis glorie dni. Et
vidi et cecidi in faciē meā: et au-
divi vocem loquentis. Et dixit
ad me. Fili hominis sta sup pedes tu-
os: et loquar tecum. Et ingressus est in
me spiritus postquam locutus est michi:
et statuit me supra pedes meos. Et au-
divi loquentē ad me et dicentem. Fili
hominis mitto ego te ad filios isrl-

ad gentes apostatrices que recesserūt
a me. Patres eorū p̄uaricati sūt pactū
meū usq; ad diem hanc: ⁊ filij dura fa-
cie ⁊ indomabili corde sunt ad quos
ego mitto te. Et dices ad eos. Hec di-
cit dn̄s deus: si forte uel ipi audiāt. et
si forte quiescant. quoniā domus exa-
sperans est: et scient quia ꝓpheta fue-
rit in medio eorū. Tu ergo fili hominis
ne timeas eos neq; sermones eorū me-
tuas: quoniā increduli ⁊ subuersores
sunt tecum: et cum scorpionibȝ habi-
tas. Verba eorū ne timeas: ⁊ vult⁹ eorū
ne formides: quia domus exasperās
est. Loqueris ergo verba mea ad eos
si forte audiant ⁊ quiescāt: quoniā ir-
ritatores sūt. Tu aūt fili hominis audi
quecunq; loquor ad te: ⁊ noli esse exa-
sperās sicut dom⁹ exasperatrix ē. Aperi
os tuū: ⁊ cōede quecūq; ego do tibi. Et
vidi: ⁊ ecce man⁹ missa ad me. i q̄ erat
inuolut⁹ liber: ⁊ expādit illū corā me. q̄
erat script⁹ int⁹ ⁊ foris: ⁊ scripte erāt in
eo lamētatōnes et carmē et ve. c. iii.
Et dixit ad me. Fili hominis. q̄d-
cunq; inueneris cōede. Comede
volumen istud: ⁊ vadens loquere ad
filios israhel. Et aperui os meū: ⁊ ciba-
uit me volumine illo. Et dixit ad me.
Fili hominis: uenter tuus comedet: ⁊
viscera tua cōplebūtur volumine isto
quod ego do tibi. Et comedi illud: et
factū est in ore meo sicut mel dulce. Et
dixit ad me. Fili hominis vade ad
domū isrl': ⁊ loqueris verba mea ad e-
os. Nō eni ad ꝑplm ꝓfūdi s̄monis ⁊
ignote lingue tu mitteris ad domū isrl':
neq; ad ꝑplos multos ꝓfundi s̄monis
⁊ ignote lingue: quorū nō possis audire
sermones. Et si ad illos mittereris ipi
audirent te. Domus aūt israhel no-
lunt audire te: quia nolūt audire me.
Omnis quippe dom⁹ israhel attrita
fronte est: ⁊ duro corde. Ecce dedi facie
tuā valentiorem faciebȝ eorū: ⁊ frontē
tuā duriorem frontibȝ eorū: ut adamā-
tem ⁊ ut silicem dedi faciē tuā. Ne time-
as eos neq; metuas a facie eorū: quia
domus exasperās est. Et dixit ad me.
Fili hominis: omnes sermones meos
quos ego loquor ad te assume in cor-
de tuo. ⁊ auribȝ tuis audi: ⁊ vade in-
gredere ad transmigrationē ad filios
ꝑpli tui: ⁊ loqueris ad eos: ⁊ dices eis
Hec dicit dn̄s deus: si forte audiant ⁊
quiescant. Et assumpsit me spiritus:
et audiui post me vocem cōmotōnis
magne. benedicta gloria dn̄i de loco
suo: ⁊ vocem alarū animaliū percuti-
enciū alterā ad alteram: et vocem ro-
tarū sequenciū animalia: ⁊ vocem com-
motōnis magne. Spirit⁹ quoq; leua-
uit me ⁊ assumpsit me: ⁊ abij amar⁹
in indignatione spirit⁹ mei. Manus
enim dn̄i erat mecū confortās me. Et
veni ad trāsmigratōnē ad aceruū no-
uarū frugū. ad eos qui habitabāt iu-
xta flumen chobar: ⁊ sedi ubi illi sede-
bant: ⁊ mansi ibi septem diebȝ merēs
in medio eorū. Cum aūt ptransissent
septem dies: factū est verbū dn̄i ad me
dicens. Fili hominis speculatorē dedi
te domui israhel: ⁊ audies de ore meo
verbū. ⁊ annūciabis eis ex me. Si di-
cēte me ad impiū morte morieris. nō
annūciaueris ei. neq; locut⁹ fueris ut
auertat̄ a via sua impia ⁊ viuat: ipe
impius in iniquitate sua morietur: san-
guinē aūt eius de manu tua requirā.
Si aūt tu annūciaueris impio. et ille
non fuerit cōuersus ab impietate sua
et a via sua impia: ipe quidē in impie-
tate sua morietur: tu aūt animā tuā
liberasti. Sed et si conuersus iustus a

iusticia sua fuerit· et fecerit iniquitatē:
ponā offendiculū coram eo. Ipse mo-
rietur: quia non annūciasti ei. In pec-
cato suo morietur: ⁊ nō erūt in memo-
ria iusticie eius quas fecit: sanguinē
vero eiꝰ de manu tua requirā. Si aūt
tu annūciaueris iusto ut nō peccet iu-
stus· ⁊ ille nō peccauerit: viuēs viuet
quia annūciasti ei: ⁊ tu animā tuā li-
berasti. Et facta est suꝑ me manꝰ dñi:
et dixit ad me. Surgēs egredere i cam-
pū: et ibi loquar tecū. Et surgēs egres-
sus sū in cāpū: ⁊ ecce ibi gloria dñi sta-
bat q̄si gloria quā vidi iuxta fluuiū
chobar: et cecidi i faciē meā. Et ingres-
sus ē in me spiritꝰ: ⁊ statuit me suꝑ pe-
des meos: ⁊ locutꝰ ē michi: ⁊ dixit ad
me. Ingredere: ⁊ includere i medio do-
mus tue. Et tu fili hominis· ecce data
sūt suꝑ te vincula et ligabūt te in eis· et
nō egredieris in medio eoꝝ: ⁊ linguā
tuā adherere faciā palato tuo et eris
mutꝰ· nec q̄si vir obiurgās: q̄a domꝰ
exasperās ē. Cū aūt locutꝰ fuero tibi· a-
periā os tuū: ⁊ dices ad eos. Hec dicit
dñs deꝰ. Qui audit audiat· ⁊ q̄ q̄escit
quiescat: q̄a domꝰ exasperās est. c. iiii.
Et tu fili hominis· sume tibi late-
rem ⁊ pones eum corā te: ⁊ descri-
bes in eo ciuitatem iherusalē. Et ordi-
nabis aduersus eam obsidionē: ⁊ edi-
ficabis munitiones ⁊ cōportabis ag-
gerem: ⁊ dabis cōtra eam castra· ⁊ po-
nes arietes i gyro. Et tu sume tibi sar-
taginē ferreā· ⁊ pones eam in murū fer-
reū inter te et inter ciuitatem: et obfir-
mabis faciē tuā ad eam et erit in obsi-
dionē: ⁊ circūdabis eam. Signū est
domui israhel. Et tu dormies suꝑ la-
tus tuū sinistrū: ⁊ pones iniquitates
domus israhel suꝑ eo numero dierū
quibꝫ dormies suꝑ illud: et assumes
iniquitates eoꝝ. Ego autem dedi tibi
annos iniquitatis eoꝝ numero dierū
trecentos ⁊ nonaginta dies: et porta-
bis iniquitatē domꝰ israhel. Et cum
cōpleueris hec· dormies suꝑ latꝰ tuū
dexterū secūdo: ⁊ assumes iniquitatē
domus iuda quadraginta diebꝫ. Diē
pro anno: diem inquā ꝓ anno dedi
tibi. Et ad obsidionē iherusalē cōuertes
faciē tuā: ⁊ brachiū tuū erit extentū: et
prophetabis aduersus eam. Ecce cir-
cūdedi te vinculis: ⁊ non te cōuertes a
latere tuo in latus aliud: donec cōple-
as dies obsidionis tue. Et tu sume ti-
bi frumentū ⁊ ordeū ⁊ fabam ⁊ lentē et
miliū et viciā· et mittes ea i vas unū:
et facies tibi panes numero dieꝝ qui-
bus dormies suꝑ latus tuū. Trecentis
et nonaginta diebꝫ comedes illud. Ci-
bus aūt tuus quo vesceris: erit in pon-
dere viginti stateres in die. A tempore
usqꝫ ad tempꝰ comedes illud. Et aquā
in mensura bibes sextam partem hin.
A tempore usqꝫ ad tempꝰ bibes illud.
Et quasi subcinericiū ordeaceū come-
des illud: et stercore qđ egredit̄ de ho-
mine operies illud in oculis eoꝝ. Hec
dicit dñs. Sic comedēt filii isrl' panē
suū pollutū inter gētes: ad quas eiciā
eos. Et dixi. Ah ah ah dñe deus. Ec-
ce anima mea nō est polluta: ⁊ morti-
cinū ⁊ laceratū a bestiis nō comedi ab
infantia mea usqꝫ nūc: ⁊ nō est ingres-
sa os meū omnis caro immūda. Et
in qua placebūt michi. Et ibi querā
primitias vr̄as: ⁊ initiū decimarū ve-
strarū in omnibus sanctificationibus
vestris. In odorem suavitatis suscipi-
am vos. cum eduxero vos de pplis et
congregavero vos de terris in quas
dispsi estis: ⁊ sanctificabor ī vobis in
oclis nationū. Et scietis quia ego do-
min⁹ cum īduxero vos ad terrā isrl̄: in
terrā pro qua levavi manū meā ut da-
rem eam patribus vr̄is. Et recordabi-
mini ibi viar̄ vr̄arū et omniū scelerū
vestror̄ quibus polluti estis in eis: et
displicebitis vobis ī conspectu vr̄o in
omnibus maliciis vestris q̄s fecistis: ⁊
scietis quia ego dn̄s cū benefecero vo-
bis ppter nomē meū: ⁊ nō scd̄m vias
vr̄as malas neq; secundū scelera vr̄a
pessima dom⁹ israhel: ait dn̄s de⁹. Et
factus est sermo dn̄i ad me dicens. Fi-
li hominis: pone faciē tuā contra viā
austri ⁊ stilla ad africū. Et ppheta ad
saltum agri meridiani: ⁊ dices saltui
meridiano. Audi verbū dn̄i. Hec dicit
dn̄s de⁹. Ecce ego succendā ī te ignē: ⁊ cō-
buram in te omē lignū viride et omē
lignū aridū. Non extinguetur flāma
succensionis. Et comburet̄ in ea om̄is
facies ab austro usq; ad aquilonē: et
videbit universa caro quia ego dn̄s
succendi eam: nec extinguetur. Et dixi.
A a a dn̄e de⁹. Ipi dicūt de me. Nūq̄d
nō p parabolas loquit̄ iste? c. xxi.

Et factus est sermo dn̄i ad me di-
cens. Fili hominis: pone faciē
tuā ad ierusalē. ⁊ stilla ad sanctuari-
a. et ppheta ɔtra humū isrl̄: ⁊ dices ter-
re isrl̄. Hec dicit dn̄s de⁹. Ecce ego ad
te: et eiciā gladiū meū de vagina sua:
et occidā in te iustū et impiū. Pro eo
aūt q̄ occidi in te iustū ⁊ impiū: idcir-
co egredietur gladius meus de vagi-
na sua ad omnē carnē ab austro usq;
ad aquilonē: ut sciat om̄is caro quia
ego dn̄s eduxi gladiū meū de vagina
sua irrevocabilē. Et tu fili hominis in-
gemisce in contritione lumbor̄: et in a-
maritudinibus ingemisce coram eis.
Cumq; dixerint ad te quare tu gemis:
dices. Pro auditu quia venit: ⁊ tabe-
scet omē cor: ⁊ dissolvent̄ univse ma-
nus: ⁊ infirmabitur om̄is spiritus: ⁊
per cuncta genua fluent aque. Ecce ve-
nit: ⁊ fiet ait dn̄s de⁹. Et fact⁹ est sermo
dn̄i ad me dicēs. Fili hominis: pphe-
ta ⁊ dices. Hec dicit dn̄s de⁹. Loquere.

Gladius gladi⁹ exacutus est ⁊ limat⁹.
Ut cedat victimas exacut⁹ est: ut splē-
deat limat⁹ est. Qui moues sceptrū fi-
lij mei succidisti om̄e lignū. Et dedi e-
um ad leuigandū: ut teneatur manu.
Iste exacut⁹ est gladi⁹: ⁊ iste limat⁹ est
in manu interficientis. Clama ⁊ ulu-
la fili hominis: quia hic factus est in
ꝑplo meo: hic in cunctis ducibus isra-
hel q̄ fugerāt. Gladio traditi sunt cum
ꝑplo meo. Idcirco plaude sup femur
quia probat⁹ est: et hoc cum sceptrum
subuerterit: ⁊ non erit dicit dn̄s deus.
Tu ergo fili hominis ꝓpheta: et pcute
manu ad manū: ⁊ duplicetur gladi⁹
ac triplicetur gladius interfectoꝝ. Hic
est gladius occisionis magne: qui ob-
stupescere eos facit et corde tabescere:
et multiplicat ruinas. In omnibus
portis eorū dedi cōturbationē gladij
acuti ⁊ limati ad fulgendū: amicti ad
cedem. Exacuere: vade ad dexterā siue
ad sinistram: quocūq; faciei tue est ap-
petit⁹. Quin et ego plaudā manu ad
manū: ⁊ implebo indignationē meā.
Ego dn̄s locut⁹ sum. Et factus est ser-
mo dn̄i ad me dicens. Et tu fili hoīs
pone tibi duas vias: ut veniat gla-
dius regis babilonis. De terra vna e-
gredientur ambo. Et manu capiet cō-
iecturam: in capite vie ciuitatis conici-
et. Uiam pones: ut veniat gladi⁹ ad
rabbath filioꝝ amon: ⁊ ad iudā in ihe-
rusalē munitissimā. Stetit eni rex ba-
bilonis in biuio in capite duaꝝ viaꝝ
diuinationē querens: cōmiscens sagit-
tas. Interrogauit ydola: exta cōsuluit.
Ad dexterā e⁹ facta est diuinatio sup
iherusalē: ut ponat arietes: ut apiat
os in cede: ut eleuet vocē in ululatu:
ut ponat arietes contra portas: ut
cōportet aggerē: ut edificet municōnes.
Eritq; quasi consulens frustra oracu-
lum in oculis eoꝝ: et sabbatoꝝ ociū i-
mitans. Ipse aūt recordabit̄ iniquita-
tis ad capiendū. Idcirco hec dicit do-
min⁹ de⁹. Pro eo ꝙ recordati estis ini-
quitatis vestre ⁊ reuelastis p̄uaricatio-
nes vr̄as: ⁊ apparuerūt peccata vestra
in omnibus cogitationibꝫ vr̄is: Pro
eo inq̄ ꝙ recordati estis: manu capie-
mini. Tu aūt ꝓphane impie dux isra-
hel cui⁹ venit dies in tempore iniquita-
tis p̄finita: hec dicit dn̄s deus. Aufer
cydarim: tolle coronā. Nōne hec est q̄
humilē subleuauit: ⁊ sublimē humili-
auit? Iniquitatem iniquitatē iniqui-
tatem ponam eam. Et hoc nō factū est
donec veniret cui⁹ est iudiciū: ⁊ tradā
ei. Et tu fili hoīs ꝓpheta ⁊ dic. Hec di-
cit dn̄s deus ad filios amon: ⁊ ad op-
probriū eoꝝ. Et dices. Mucro mucro
euagina te ad occidendū: lima te ut
interficias et fulgeas: cum tibi viderē-
tur vana ⁊ diuinarent̄ mendacia: ut
dareris sup colla vulneratoꝝ impioꝝ
quoꝝ veniet dies in tempore iniquita-
tis p̄finita. Reuertere ad vaginā tuā i
locū in quo creat⁹ es. In terra natiui-
tatis tue iudicabo te: et effundā sup te
indignationem meā. In igne furoris
mei sufflabo in te: daboq; te in man⁹
hominū insipientiū et fabricantiū in-
teritū. Igni eris cibus. Sanguis tuus
erit in medio terre: obliuioni traderis:
q̄a ego domin⁹ locut⁹ sum. c. xxii.
Et factum est verbū dn̄i ad me di-
cens. Et tu fili hominis nonne
iudicas ciuitatem sanguinū: et osten-
dis ei om̄es abominatōnes suas? Et
dices. Hec dicit dn̄s de⁹. Ciuitas effun-
dens sanguinē in medio sui ut veniat
tempus ei⁹: ⁊ que fecit ydola contra se-
metipam ut pollueret̄. In sanguine

tuo qui a te effusus est deliquisti:et in
ydolis tuis que fecisti polluta es. Et
appropinquare fecisti dies tuos: ⁊ addu-
xisti tempus annorū tuoꝝ. Propterea
dedi te opprobriū gentibꝫ. et irrisionē
uniuersis terris que iuxta sunt et que
procul a te. Triūphabūt de te:sordida.
nobilis.grandis interitu. Ecce princi-
pes israhel singuli in brachio suo fue-
runt in te ad effundendū sanguinem:
patrem ⁊ matrem cōtumelijs affecerūt
in te. Aduenā calumniati sunt in me-
dio tui: pupillū ⁊ viduā ꝯtristauerūt
apud te: sanctuaria mea spreuistis et
sabbata mea polluistis. Viri detracto-
res fuerūt ī te ad effundēdū sanguinē:
⁊ sup mōtes cōmederūt ī te:scelus ope-
rati sunt in medio tui. Verecūdiora
patris discoopuerūt in te: immūdi-
ciam menstruate humiliauerūt in te.
Et unusquisqꝫ in uxorem ꝓximi sui o-
perat⁹ est abominationē: ⁊ socer nurū
suā polluit nepharie: frater sororem
suā filiā patris sui oppressit in te. Mu-
nera acceperūt apud te ad effundendū
sanguinē; usurā ⁊ supabūdanciā ac-
cepisti ⁊ auare ꝓximos tuos calūnia-
baris:meiqꝫ oblita es ait dñs deus.
Ecce complosi man⁹ meas sup auarici-
ciam tuā quā fecisti: et sup sanguinē
qui effusus est in medio tui. Nūquid
sustinebit cor tuū:aut ꝑualebūt man⁹
tue in diebꝫ quos ego faciā tibi? Ego
dñs locut⁹ sum.et faciā. Et dispgam
te in nationes: ⁊ uentilabo te in terras.
Et deficere faciā immūdiciā tuā a te:
et possidebo te in conspectu gentiū: et
scies quia ego dñs. Et factū est verbū
dñi ad me dicens. Fili hominis:versa
est michi dom⁹ israhel ī scoriā. Omnes
isti es ⁊ stānū et ferrū et plumbū ī me-
dio fornacis: Scoria argēti facti sunt.

Propterea hec dicit dñs de⁹. Eo qđ uer-
si estis omnes in scoriā:propterea ecce
ego cōgregabo vos in medio iherusa-
lem cōgregatione argēti ⁊ eris et stāni
⁊ ferri ⁊ plumbi in medio fornacis: ut
succendā in ea ignē ad cōflandū. Sic
cōgregabo in furore meo et ī ira mea:
et requiescam. Et conflabo vos ⁊ con-
gregabo vos:et succendā vos in igne
furoris mei: ⁊ cōflabimini in medio e-
ius ut conflatur argentū in medio for-
nacis:sic eritis in medio ei⁹. Et scietis
quia ego dñs:cum effuderim indigna-
tionē meā sup vos. Et factū est verbū
dñi ad me dicens. Fili hominis.dic
ei. Tu es terra immūda et nō cōpluta
in die furoris. Coniuratio ꝓphetarū
in medio ei⁹. Sicut leo rugiēs capiēs-
qꝫ ꝑdam animas deuorauerūt: opes
et ꝑciū acceperūt:viduas ei⁹ multiplica-
uerūt in medio illi⁹. Sacerdotes eius
contempserūt legem meā: ⁊ polluerūt
sanctuaria mea. Inter sanctū ⁊ ꝓpha-
nū nō habuerūt distāciā; inter pollutū
et mundū nō intellexerūt:et a sabbatis
meis auerterūt oculos suos: ⁊ coinqui-
nabar in medio eoꝝ. Principes eius
in medio illius quasi lupi rapientes
predam:ad effundendū sanguinem ⁊
ad predendas animas et auare sectā-
da lucra. Prophete aūt ei⁹ liniebāt eos
absqꝫ temperamēto.uidentes uana et
diuinātes ei mendaciū:dicentes hec di-
cit dñs deus: cum dñs nō sit locutus.
Populi terre calumniabātur calūni-
am et rapiebāt violenter: egenū ⁊ pau-
perem affligebāt: et aduenā opprime-
bant calumnia absqꝫ iudicio. Et que-
siui de eis virū qui interponeret sepem.
et staret opposit⁹ contra me ꝓ terra ne
dissiparem eam: ⁊ nō inueni. Et effudi
sup eos indignationē meā; ⁊ ī igne ire

mee consumpsi eos. Viam eoꝝ in ca-
put eoꝝ reddidi ait dñs de⁹. c. xxiii.

Et factus est sermo dñi ad me di-
cens. Fili hominis: due mulieres
filie matris vni⁹ fuerūt: ꝛ fornicate sūt
in egipto. In adolescentia sua fornica-
te sunt. Ibi subacta sunt vbera eaꝝ: et
fracte sunt mām̄e pubertatis eaꝝ. No-
mina aūt eaꝝ oolla maior: ꝛ ooliba
soror ei⁹ minor. Et habui eas: et pepe-
rerūt filios et filias. Porro eaꝝ nomi-
na. samaria oolla: ꝛ iherusalē ooliba.
Fornicata est igit̄ sup me oolla: ꝛ in-
saniuit in amatores suos in assyrios
propinquātes. vestitos iacincto. prin-
cipes ꝛ magistrat⁹. iuuenes cupidinis.
vniuersos equites ascensores equoꝝ:
et dedit fornicatōnes suas sup eos e-
lectos filios assyrioꝝ vniuersos: et in
omnibꝫ in q̄s insaniuit ī immūdicijs
eoꝝ polluta est. Insup ꝛ fornicationes
suas quas habuerat in egipto nō re-
liquit. Nam ꝛ illi dormierūt cum ea ī
adolescentia ei⁹: ꝛ illi ꝯfregerūt vbera
pubertatis ei⁹: ꝛ effuderūt fornicatōnē
suā sup eam. Propterea tradidi eam
in man⁹ amatoꝝ suoꝝ: ꝛ in man⁹ fili-
orū assur sup quorū insaniuit libidi-
ne. Ipsi discoopuerūt ignominiā ei⁹:
filios ꝛ filias ei⁹ tulerūt: ꝛ ipam occi-
derūt gladio. Et facte sūt famose mu-
lieres: ꝛ iudicia ꝑpetrarunt in ea. Quod
cum vidisset soror ei⁹ ooliba. plus q̄
illa insaniuit libidine: ꝛ fornicationē
suā sup fornicationē sororis sue ad
filios assyriorū ꝓbuit impudenter: du-
cibus ꝛ magistratibꝫ ad se venientibus
indutis veste varia: equitibꝫ q̄ vecta-
bantur equis: ꝛ adolescentibus forma
cunctis egregia. Et vidi q̄ polluta es-
set via una ambaꝝ: ꝛ auxit fornicatio-
nes suas. Cumq; vidisset viros depictos

in pariete ymagines chaldeoꝝ expres-
sas coloribus. ꝛ accinctos balteis re-
nes. ꝛ tyaras tinctas in capitibus eoꝝ
formā ducū omniū. silitudinē filiorū
babilonis terreq; chaldeoꝝ in qua na-
ti sunt: insaniuit sup eos ꝯcupiscen-
tia oculoꝝ suoꝝ: ꝛ misit nūcios ad eos
in chaldeam. Cūq; venissent ad eā fi-
lij babilonis. ad cubile mām̄arū. pollu-
erūt eam in stupris suis: ꝛ polluta est
ab eis. et saturata est anima ei⁹ ab il-
lis. Denudauit quoq; fornicationes
suas: ꝛ discooperuit ignominiā suā.
Et recessit aīa mea ab ea: sicut recesse-
rat anima mea a sorore ei⁹. Multipli-
cauit enim fornicationes suas recor-
dans dies adolescentie sue quibus for-
nicata est in terra egipti: ꝛ insaniuit li-
bidine sup ꝯcubitu eoꝝ quoꝝ carnes
sunt ut carnes asinoꝝ: et sicut fluxus
equoꝝ fluxus eorū. Et visitasti scelus
adolescentie tue: quādo subacta sunt
in egipto vbera tua: et confracte sunt
mām̄e pubertatis tue. Propterea oo-
liba hec dicit dñs de⁹. Ecce ego susci-
tabo om̄es amatores tuos contra te
de quibus saciata est anima tua: et
congregabo eos aduersum te in circu-
itu: filios babilonis ꝛ vniuersos chal-
deos. nobiles tyrannosq; ꝛ principes.
om̄es filios assyrioꝝ: iuuenes forma
egregia. duces et mḡrat⁹. vniuersos pri-
cipes pricipū: et nominatos ascensores e-
quoꝝ. Et venient sup te instructi curru
et rota: et multitudo ꝑplorū. Lorica et
clipeo ꝛ galea armabūtur ꝯtra te vn-
diq;. Et dabo corā eis iudiciū: ꝛ iudi-
cabūt te iudicijs suis. Et ponā zelum
meū ī te: quē tecū exercēt ī furore. Nasū
tuū ꝛ aures tuas ꝑcident: ꝛ que remā-
serūt gladio concidet. Ipsi filios tuos
et filias tuas capient: ꝛ nouissimū tuū

deuorabit ignis. Et denudabūt te ve-
stimentis tuis: ⁊ tollēt vasa glorie tue.
Et requiescere faciā scelus tuū de te: et
fornicationē tuā de terra egipti. Nec
leuabis oculos tuos ad eos: et egipti
non recordaberis amplius: quia hec
dicit dn̄s deꝰ. Ecce ego tradam te ī ma-
nus eoꝝ quos odisti: in manꝰ de qui-
bus saciata est anima tua: ⁊ agent te-
cum in odio. Et tollent om̄es labores
tuos: ⁊ dimittent te nudam ⁊ ignomi-
nia plenā: et reuelabitur ignominia
fornicationū tuaꝝ. Scelus tuū et for-
nicationes tue fecerūt hec tibi: quia for-
nicata es post gentes inter quas pol-
luta es in ydolis eoꝝ. In via sororis
tue ambulasti: ⁊ dabo calicem eius in
manu tua. Hec dicit dn̄s deꝰ. Calicē
sororis tue bibes profundū ⁊ latum.
Eris in derisum et in subsannationē
que es capacissima: ebrietate ⁊ dolore
repleberis: calice meroris ⁊ tristicie. ca-
lice sororis tue samarie. Et bibes illū
et epotabis usq; ad feces: et fragmen-
ta eiꝰ deuorabis ⁊ ubera tua lacerabis:
q̄a ego locutꝰ sum ait dn̄s deꝰ. Pro-
pterea hec dicit dn̄s deꝰ. Quia oblita
es mei et proiecisti me post corpꝰ tuū:
tu quoq; porta scelus tuū ⁊ fornicatio-
nes tuas. Et ait dn̄s ad me dicēs. Fi-
li hominis: nūquid iudicas oollam
et oolibā ⁊ annūcias eis scelera earū.
quia adultere sunt. ⁊ sanguis ī ma-
nibus eaꝝ. ⁊ cum ydolis suis fornica-
te sunt. Insup ⁊ filios suos quos ge-
nuerūt michi obtulerūt eis ad deuorā-
dum. Sed ⁊ hoc fecerūt michi. Pollu-
erūt sanctuariū meū in die illa: ⁊ sab-
bata mea ꝓphanauerūt. Cumq; immo-
larent filios suos ydolis suis. ⁊ ingre-
derentur sanctuariū meū in die illa ut
pollueret̄ illud: etiā hec fecerūt ī medio
domꝰ mee. Miserūt ad viros venien-
tes de longe: ad quos nūciū miserāt.
Itaq; ecce venerūt quibus te lauisti et
circūliuisti stibio oculos tuos: ⁊ orna-
ta es mundo muliebri. Sedisti in lecto
pulcerrimo: ⁊ mensa ornata est ante
te. Thimiama meū et unguentū meū po-
suisti sup eam: ⁊ vox multitudinis exul-
tantis erat in ea. Et in viris q̄ de mlti-
tudine hominū adducebant̄: et venie-
bant de deserto. posuerūt armillas in
manibus eoꝝ: ⁊ coronas speciosas in
capitibus eoꝝ. Et dixi ei que attrita ē
in adulteriis. Nūc fornicabitur in for-
nicatione sua. etiā hec. Et ingressi sūt
ad eam: quasi ad mulierem meretricem.
sic ingrediebant̄ ad oollam ⁊ ad ooli-
bam mulieres nepharias. Viri ergo
iusti sunt. Hii iudicabūt eas iudicio
adulterarū et iudicio effundentiū san-
guinem: quia adultere sunt: ⁊ sanguis
in manibus eaꝝ. Hec enim dicit dn̄s
deus. Adduc ad eas multitudines et
trade eas in tumultum ⁊ in rapinā: et
lapidentur lapidibꝫ pplorū: et confo-
diant̄ gladiis eoꝝ. Filios ⁊ filias eaꝝ
interficient: ⁊ domos eaꝝ igne succen-
dent. Et auferam scelus de terra: et di-
scent om̄es mulieres ne faciāt scdm̄ sce-
lus eaꝝ. Et dabūt scelus vestrū super
vos: ⁊ peccata ydoloꝝ vestroꝝ portabi-
tis: ⁊ scietis q̄a ego dn̄s deꝰ. c. xxiiii.

Et factum est verbū dn̄i ad me in
anno nono: in mense decimo
decima die mensis dicens. Fili homi-
nis: scribe tibi nomē diei huiꝰ in qua
cōfirmatus ē rex babilonis aduersum
ierusalē hodie: ⁊ dices ꝑ puerbiū ad
domū irritatricem parabolā: ⁊ loque-
ris ad eos. Hec dicit dominꝰ deꝰ. Po-
ne ollam: pone inq̄: et mitte in eam
aquam. Congere frusta eius in eam:

omnē partē bonā · ⁊ femur · et armū · e-
lecta : ⁊ ossibus plena. Pinguissimū
pec⁹ assume : compone quoq; strues
ossiū sub ea. Efferbuit coctio eius : et
discocta sunt ossa illius ĩ medio eius
Propterea hec dicit dñs deus. Ve ci-
uitati sanguinū : olle cui⁹ rubigo in
ea ē : et rubigo ei⁹ nō exiuit de ea. Per
partes ⁊ per partes suas eice eam. Nō
cecidit sup eam sors. Sanguis enim
eius in medio eius est : sup limpidissi-
mā petrā effudit illū. Nō effudit illū
sup terram ut possit operiri puluere:
ut supinducerem indignationē meā
et vindicta ulciscerer. Dedi sanguinē
eius sup petram limpidissimā : ne ope-
riret. Propterea hec dicit dñs de⁹. Ve
ciuitati sanguinū : cui⁹ ego grandē fa-
ciam piram. Cōgerere ossa : que igne
succendā. Consumentur carnes : et co-
quetur uniūsa compositio : et ossa ta-
bescent. Pone quoq; eam sup prunas
vacuam ut incalescat ⁊ liquefiat es e-
ius : et confletur in medio eius inqui-
namentū eius : ⁊ consumatur rubigo
eius. Multo labore sudatū est : et nō
exiuit de ea nimia rubigo eius · neq;
per ignē. Immūdicia tua execrabilis :
quia mūdare te volui : ⁊ non es mū-
data a sordibus tuis. Sed nec mūda-
beris pri⁹ : donec quiescere faciā indi-
gnationē meā in te. Ego dñs locut⁹
sum. Venit ⁊ faciā : non transeā neq;
parcam : nec placabor. Iuxta vias tu-
as et iuxta adinuentiones tuas iudi-
cabo te dicit dñs. Et factū est verbum
dñi ad me dicens. Fili hominis : ecce
ego tollo a te desiderabile oculoꝝ tuoꝝ
in plaga : ⁊ non planges neq; plora-
bis neq; fluent lacrime tue. Ingemisce
tacens : mortuorū luctum non facies.
Corona tua circumligata sit tibi : et
calciamenta tua erunt in pedibꝫ tuis :
nec amictu ora velabis · nec cibos lu-
gentiū comedes. Locut⁹ sum ergo ad
pplm mane : et mortua est uxor mea
vesperi. Feciq; mane sicut pceperat mi-
chi. Et dixit ad me pplus. Quare non
indicas nobis quid ista significent q̄
tu facis? Et dixi ad eos. Sermo dñi
factus est ad me dicens. Loquere do-
mui israhel. Hec dicit dñs de⁹. Ecce e-
go polluā sanctuariū meū · supbiam
imperij vestri · ⁊ desiderabile oculoꝝ ve-
strorū · ⁊ sup quo pauet anima vestra :
et filij vestri et filie vestre quas reliqui-
stis gladio cadent : ⁊ facietis sicut feci.
Ora amictu non velabitis : ⁊ cibos lu-
gentiū non comedetis. Coronas ha-
bebitis in capitibꝫ vestris : ⁊ calciamē-
ta in pedibus. Non plangetis neq;
flebitis : sed tabescetis in iniquitatibꝫ
vestris : ⁊ unusquisq; gemet ad fratrē
suū. Eritq; ezechiel vobis in portentū.
Iuxta oīa que fecit facietis cum ve-
nerit istud : ⁊ scietis quia ego dñs de⁹.
Et tu fili hominis ecce in die qua tol-
lam ab eis fortitudinē eorū ⁊ gaudiū
dignitatis · ⁊ desideriū oculoꝝ eoꝝ · sup
quo requiescūt anime eorū · filios ⁊ fi-
lias eorū : in die illa cum venerit fugi-
ens ad te ut annūciet tibi : ĩ die inquā
illa aperietur os tuū cum eo qui fugit :
et loqueris ⁊ nō silebis ultra · eritq; eis
ĩ portentū : ⁊ scietis q̄a ego dñs. c. xxv.

Et factus est sermo dñi ad me di-
cens. Fili hominis : pone faciē
tuā contra filios ammon et prophe-
tabis de eis : ⁊ dices filijs āmon. Audi-
te verbum dñi dei. Hec dicit dñs deus.
Pro eo q dixisti euge euge sup sanctu-
ariū meū q̄a pollutū ē · ⁊ sup terrā isra-
hel qm̄ desolata est · et sup domū iuda
quoniā ducti sūt ĩ captiuitatē : idcirco

ego tradam te filiis orientalibꝫ in he-
reditatem: ⁊ collocabūt caulas suas
in te ⁊ ponent in te tentoria sua. Ipsi
comedēt fruges tuas: ⁊ ipi bibent lac
tuū. Daboq; rabbath in habitaculū
camelorū ⁊ filios āmon in cubile pe-
corū: et scietis quia ego dñs: quia hec
dicit dñs deꝰ. Pro eo ꝙ plausisti ma-
nu ⁊ pcussisti pede ⁊ gauisa es ex toto
affectu sup terram israhel: idcirco ecce
ego extendam manū meā sup te ⁊ tra-
dam te in direptionē gentiū: ⁊ interfi-
ciam te de ppłis ⁊ perdam de terris et
conteram: ⁊ scietis quia ego dñs. Hec
dicit dñs deꝰ. Pro eo ꝙ dixerūt moab
et seyr ecce sicut omnes gentes domꝰ
iuda: idcirco ecce ego aperiam humerū
moab de ciuitatibꝫ: de ciuitatibꝫ inqͣ
eiꝰ ⁊ de finibus eius inclitas terre be-
thiesimoth ⁊ beelmeon et cariathaim
filiis orientis cum filiis āmon. Et da-
bo eam in hereditatem: ut non sit ul-
tra memoria filiorū ammon in genti-
bus. Et in moab faciam iudicia: ⁊ sci-
ent quia ego dominus. Hec dicit dñs
deꝰ. Pro eo ꝙ fecit ydumea ultionē ut
se vindicaret de filiis iuda: peccauitq;
delinquens et vindictam expetiuit de
eis: idcirco hec dicit dñs deꝰ. Extendā
manū meā sup ydumeā: ⁊ auferam de
ea hominē ⁊ iumentū: et faciam eam
desertam ab austro. Qui sunt ī dedan
gladio cadent: ⁊ dabo ultionē meam
sup ydumeā p manū ppłi mei israhel.
Et facient in edom iuxta iram meā ⁊
furorem meū: ⁊ scient vindictā meā di-
cit dñs deus. Hec dicit dominꝰ deus.
Pro eo ꝙ fecerūt palestini vindictā ⁊
ulti se sunt toto animo interficientes
et implentes inimicicias veteres: pro-
pterea hec dicit dñs deꝰ. Ecce ego exten-
dam manū meā super palestinos: et
interficiā interfectores. Et perdam reli-
quias maritime regionis: faciamq;
in eis ultiones magnas arguens in
furore: et scient quia ego dominus cū
dedero vindictā meā sup eos. c. xxvi.

Et factum est in undecimo anno
prima mensis: factus est sermo
dñi ad me dicens. Fili hominis: pro
eo ꝙ dixit tyrus de iherusalē: euge con-
fracte sunt porte ppłoꝝ: cōuersa est ad
me: implebor: deserta est: propterea hec
dicit dñs deus. Ecce ego sup te tyre: et
ascendere faciam ad te gentes multas.
sicut ascendit mare fluctuans. Et dissi-
pabunt muros tyri: et destruent tur-
res eius. Et radam puluerem eiꝰ de ea:
et dabo eam in limpidissimā petram.
Siccatio sagenarū erit in medio ma-
ris: quia ego locutus sum ait dominꝰ
deꝰ: et erit in direptionē gentibus. Fi-
lie quoq; eius que sunt ī agro gladio
interficientur: ⁊ sciēt quia ego dominꝰ:
quoniā hec dicit dominꝰ deus. Ecce
ego adducam ad tyrum nabuchodo-
nosor regem babilonis ab aquilone:
regem regum cum equis ⁊ curribus et
equitibus ⁊ cetu ppłoq; magno. Fili-
as tuas que sunt ī agro gladio inter-
ficiet: ⁊ circūdabit te munitionibus ⁊
comportabit aggerem in gyro. Et ele-
uabit contra te clipeum: ⁊ vineas ⁊ a-
rietes temperabit ī muros tuos: ⁊ tur-
res tuas destruet in armatura sua. In-
undatione equorū eius operiet te pul-
uis eorū: a sonitu equitū ⁊ rotaꝝ ⁊ cur-
ruū mouebūtur muri tui. Cum ingres-
sus fuerit portas tuas quasi p introi-
tum urbis dissipate: ungulis equorū
suoꝝ cōculcabit omēs plateas tuas:
ppłm tuū gladio cedet: ⁊ statue tue no-
biles in terram corruent. Vastabūt o-
pes tuas: diripiēt negociationes tuas:

et destruent muros tuos· et domos tu-
as preclaras subuertēt: et lapides tuos
et ligna tua et puluerem tuū in medio
ponent. Et quiescere faciam multitu-
dinem canticorū tuorū: et sonitus cy-
thararū tuarū nō audietur amplius.
Et dabo te in limpidissimā petrā: sic-
catio sagenarū eris nec edificaberis
ultra: quia ego dominus locutus sum
dicit dn̄s deus. Hec dicit dn̄s deus de
tyro. Nūquid non a sonitu ruine tue·
et gemitu interfectorū tuorum cū occisi fu-
erint in medio tui· cōmouebūtur insu-
le: et descendent de sedibus suis om̄es
principes maris· et auferent exuuias
suas: et uestimenta sua varia abiciēt
et induētur stupore. In terra sedebūt:
et attoniti sup repentino casu tuo am-
mirabūtur: et assumentes sup te lamē-
tum dicent tibi. Quomō periisti que ha-
bitas in mari urbs inclita: que fuisti
fortis in mari cum habitatoribus tuis
quos formidabāt universi. Nūc stu-
pebunt naues in die pauoris tui: et
turbabūtur insule in mari eo q nullus
egrediatur ex te: quia hec dicit dominus
deus. Cum dedero te urbem desolatā
sicut ciuitates que non habitātur: et
adduxero sup te abissum· et operuerint
te aque multe et detraxero te cum hiis q
descendūt in lacum ad ppl'm sempiter-
nū: et collocauero in terra nouissima
sicut solitudines ueteres cum hiis qui
deducūtur in lacum ut non habiteris:
porro cū dedero gloriā in terra viuen-
tiū· in nichilū redigam te. et non eris:
et requisita non inuenieris ultra ī sem-
piternū dicit dominus deus. ca. xxvii
Et factū est verbum dn̄i ad me di-
cens. Tu ergo fili hominis assu-
me sup tyrum lamentū: et dices tyro· q
habitat ī introitu maris: negociatōni
ppl'orū ad insulas multas. Hec dicit
dominus deus. O tyre tu dixisti. Perfe-
cti decoris ego sum: et in corde maris
sita. Finitimi tui qui te edificauerunt
impleuerūt decorem tuū: abietibus de
sanir extruxerūt te cum omnibus tabu-
latis maris. Cedrum de libano tule-
runt ut facerent tibi malū: quercus de
basan dolauerūt ī remos tuos: trāstra
tua fecerūt tibi ex ebore indico: et pretο-
riola de insulis ytalie. Byssus varia
de egipto texta est tibi in uelum ut po-
neretur in malo: iacinctus et purpura
de insulis elisa facta sunt operimentū
tuū. Habitatores sydonis et aradii
fuerunt remiges tui: sapientes tui tyre
facti sunt gubernatores tui; senes bi-
blii et prudentes eius prebuerūt nau-
tas· ad ministeriū varie supellectilis
tue. Om̄es naues maris et naute earum
fuerūt in ppl'o negociatōnis tue: perse
et lidii et libies erant in exercitu tuo viri
bellatores tui: clipeū et galeam suspen-
derūt in te p ornatu tuo. Filii aradii
cum exercitu tuo super muros tuos in erāt
circuitu: sed et pigmei qui erant in tur-
ribus tuis pharetras suas suspende-
runt in muris tuis per gyrum. Ipi cō-
pleuerūt pulcritudinē tuā. Carthagi-
nenses negociatores tui: A multitudi-
ne cunctarū diuitiarū argēto ferro stā-
no plumboque repleuerunt nundinas
tuas. Grecia thubal et mosoch insti-
tores tui. Mācipia et vasa erea addu-
xerunt ppl'o tuo de domo thogorma·
equos et equites et mulos adduxerūt
ad forum tuū. Filii dedan negociato-
res tui. Insule multe negociatio ma-
nus tue. Dentes eburneos et hebeni-
nos cōmutauerūt in pcio tuo. Syrus
negociator tuus. Propter multitudi-
nem operū tuorū gemmā et purpurā

et scutulata et bissum et sericum et chodchod posuerunt in mercatu tuo. Juda et terra israel ipsi institores tui in frumento primo: balsamum et mel et oleum et resinam proposuerunt in nundinis tuis. Damascenus negociator tuus in multitudine operum tuorum: in multitudine diversarum opum in vino pinguium lanis coloris optimi. Dan et grecia et mozel in nundinis tuis proposuerunt ferrum fabrefactum: stacten et calamus in negociatione tua. Dedan institores tui in tapetibus ad sedendum. Arabia et universi principes cedar ipsi negociatores manus tue: cum agnis et arietibus et hedis venerunt ad te negociatores tui. Venditores saba et rema ipsi negociatores tui: cum universis primis aromatibus et lapide precioso et auro quod proposuerunt in mercatu tuo. Aran et chenne et eden negociatores tui. Saba assur et chelmath venditores tui: ipsi negociatores tui multiphariam involucris iacincti et polimitorum gazarumque preciosarum que obvolute et astricte erant funibus: cedrosque habebant in negociationibus tuis. Naves maris principes tui in negociatione tua: et repleta es et glorificata nimis in corde maris. In aquis multis adduxerunt te remiges tui. Ventus auster contrivit te. In corde maris divicie tue et thesauri tui et multiplex instrumentum tuum. Naute tui et gubernatores tui qui tenebant supellectilem tuam et populo tuo preerant: viri quoque bellatores tui qui erant in te cum universa multitudine tua que est in medio tui: cadent in corde maris in die ruine tue. A sonitu clamoris gubernatorum tuorum conturbabuntur classes: et descendent de navibus suis omnes qui tenebant remum. Naute et universi gubernatores maris in terra stabunt: et eiulabunt super te voce magna: et clamabunt amare. Et superiacient pulverem capitibus suis et cinere conspergentur: et radent super te calvicium: et accingentur ciliciis. Et plorabunt te in amaritudine anime ploratu amarissimo: et assument super te carmen lugubre: et plangent te. Que est ut tyrus que obmutuit in medio maris? Que in exitu negociationum tuarum de mari implesti populos multos: in multitudine diviciarum tuarum et populorum tuorum ditasti reges terre. Nunc contrita es a mari: in profundis aquarum opes tue: et omnis multitudo tua que erat in medio tui ceciderunt. Universi habitatores insularum obstupuerunt super te: et reges earum omnes tempestate percussi mutaverunt vultus. Negociatores populorum sibilaverunt super te. Ad nichilum deducta es: et non eris usque in perpetuum.

Ca. xxviii.

Et factus est sermo domini ad me dicens. Fili hominis: dic principi tyri. Hec dicit dominus deus. Eo quod elevatum est cor tuum et dixisti. Deus ego sum et in kathedra dei sedi in corde maris: cum sis homo et non deus: et dedisti cor tuum quasi cor dei. Ecce sapientior es tu daniele: omne secretum non est absconditum a te. In sapientia et prudentia tua fecisti tibi fortitudinem: et acquisisti aurum et argentum in thesauris tuis. In multitudine sapientie tue: et in negociatione tua multiplicasti tibi fortitudinem: et elevatum est cor tuum in robore tuo. Propterea hec dicit dominus deus. Eo quod elevatum est cor tuum quasi cor dei: idcirco ecce ego adducam super te alienos robustissimos gentium. Et nudabunt gladios suos super pulcritudinem sapientie tue: et pollucnt decorem tuum. Interficient et detrahent te: et morieris in interitu occisorum in corde maris. Numquid

dicens loqueris deus ego sum coram
interficientibus te: cū sis homo ⁊ nō deus
in manu occidenciū te. morte incircū-
cisoꝝ morieris in manu alienoꝝ: quia
ego locutꝰ sum ait dn̄s deus. Et factꝰ
est sermo dn̄i ad me dicens. Fili hominis:
leva planctum sup regem tyri et dices
ei. Hec dicit dominꝰ deus. Tu signacu-
lum similitudinis plenus sapientia
pfectus decore: in delicijs paradisi dei
fuisti. Omnis lapis preciosus operimē-
tum tuū: sardius topazius ⁊ iaspis:
crisolitus et onix ⁊ berillus. saphirus
et carbunculus ⁊ smaragdus. Aurū
opus decoris tui: ⁊ foramina tua in
die qua conditus es pparata sunt. Tu
cherub extentus et ptegens: ⁊ posui te
in mōte sancto dei. In medio lapidū
ignitorū ambulasti: perfectus in vijs
tuis a die condicionis tue: donec in-
venta est iniquitas in te. In multitu-
dine negociationis tue repleta sunt
interiora tua iniquitate. ⁊ peccasti: et
eieci te de mōte dei: ⁊ pdidi te o cherub
protegens de medio lapidū ignitorū.
Et elevatum est cor tuū in decore tuo.
Perdidi sapientiā tuā in decore tuo:
in terrā pieci te: ante faciem regū dedi
te ut cernerēt te. In multitudine iniqui-
tatū tuarū ⁊ iniquitate negociationis
tue polluisti sanctificationē tuā. Pro-
ducam ergo ignem de medio tui qui
comedat te: ⁊ dabo te in cinerem sup
terrā in conspectu omniū videntiū te.
Omnes qui viderint te in gentibus
obstupescent sup te. Nichili factus es:
et non eris in ppetuum. Et factus est
sermo dn̄i ad me dicens. Fili hominis.
pone faciē tuā contra sydonem: ⁊ ph-
etabis de ea: ⁊ dices. Hec dicit dominꝰ
deus. Ecce ego ad te sydon et glorifica-
bor i medio tui: ⁊ scient quia ego dn̄s
cum fecero in ea iudicia: ⁊ sanctificatꝰ
fuero in ea. Et immittā ei pestilentiā et
sanguinē in plateis eius: et corruent
interfecti in medio eius gladio p circui-
tum: ⁊ scient quia ego dominꝰ. Et nō
erit ultra domui israhel offendiculū
amaritudinis et spina dolorem infe-
rens undiq; per circuitū eorū qui advū-
santur eis: et scient quia ego dominꝰ
deus. Hec dicit dominꝰ deus. Quādo
congregavero domū israhel de pplis
in quibus dispsi sunt: sanctificabor i eis
corā gentibus: ⁊ habitabūt i terra sua quā
dedi servo meo iacob: ⁊ habitabūt in
ea securi. Et edificabūt domos ⁊ plā-
tabūt vineas: ⁊ habitabūt confidēter
cum fecero iudicia in omnibus q ad-
versantur eis p circuitū: ⁊ scient quia
ego dominus deus eorū. c. xxix.

In anno decimo in duodecimo mense
una die mensis factū est verbū dn̄i ad
me dicens. Fili hominis pone faciem
tuā contra pharaonem regem egipti:
et prophetabis de eo: ⁊ de egipto univsa
loquere ⁊ dices. Hec dicit dominꝰ deꝰ.
Ecce ego ad te pharao rex egipti dra-
co magne q cubas in medio fluminū
tuorū ⁊ dicis. meus est fluvius: ⁊ ego
feci memetipm. Et ponā frenū i maxil-
lis tuis: ⁊ conglutinabo pisces fluminū
tuorū squamis tuis. Et extraham te
de medio fluminū tuorū: et univsi pi-
sces tui squamis tuis adherebūt. Et p-
iciā te in desertū: ⁊ omēs pisces flumi-
nis tui. Super faciem terre cades. Nō
colligeris: neq; congregaberis. Bestijs
terre ⁊ volatilibus celi dedi te ad devo-
randum: ⁊ scient omēs habitatores
egipti quia ego dominꝰ. Pro eo q fu-
isti baculus arundineus domui isra-
hel quādo apphenderunt te manu: et
confractꝰ es ⁊ lacerasti omnē humerū

eorũ: ⁊ innitentibus eis sup te cõminu-
tus es ⁊ dissoluisti omnes renes eoꝝ:
propterea hec dicit dñs deus. Ecce ego
adducam sup te gladiũ: et interficiã
de te hominẽ ⁊ iumentũ. Et erit terra
egipti in desertum ⁊ in solitudinẽ: ⁊ sci-
ent q̃a ego dñs. Pro eo ꝙ dixeris flu-
uius me⁹ est ⁊ ego feci eũ: idcirco ecce e-
go ad te ⁊ ad flumina tua. Daboq;
terrã egipti in solitudinẽ gladio dissi-
patã: a turre siene usq; ad terminos
ethiopie. Non ptransibit eam pes ho-
minis: neq; pes iumẽti gradietur ĩ ea:
et non habitabit quadraginta ãnis.
Daboq; terrã egipti desertam ĩ medio
terrarũ desertarũ: et ciuitates eius in
medio urbiũ subuersarũ: et erũt deso-
late quadraginta annis. Et dispgã
egiptios ĩ nationes: ⁊ uentilabo eos
in terras: quia hec dicit domin⁹ deus.
Post finẽ quadraginta annorũ con-
gregabo egiptũ de ꝑplis in quibz disp-
si fuerãt: ⁊ reducam captiuitatem egi-
pti ⁊ collocabo eos in terra phatures
in terram natiuitatis sue: in terra de
qua sumpti sunt. Et erunt ibi ĩ regnũ
humile: ⁊ inter cetera regna erit humi-
lima: Et nõ eleuabit ultra sup natio-
nes: et ĩminuã eos ne imperẽt gentibz:
neq; erunt ultra domui israhel in con-
fidentia docentes iniquitatẽ ut fugi-
ant ⁊ sequãtur eos: et scient quia ego
sum domin⁹ deus. Et factum est in ui-
cesimo et septimo anno in primo in
una mensis: factum est verbũ dñi ad
me dicens. Fili hominis: nabuchodo-
nosor rex babilonis seruire fecit exer-
citum suũ seruitute magna aduersus
tyrum. Omne caput decaluatũ: et o-
mnis humerus depilat⁹ est. Et merces
non est reddita ei neq; exercitui eius de
tyro: pro seruitute qua seruiuit michi
aduersus eam. Propterea hec dicit do-
min⁹ deus. Ecce ego dabo nabucho-
donosor regẽ babilonis ĩ terra egipti:
et accipiet multitudinẽ eius et depda-
bitur manubias eius ⁊ diripiet spolia
eius: ⁊ erit merces exercitui illius ⁊ ope-
ri pro quo seruiuit aduersus eã. Dedi
ei terram egipti: pro eo ꝙ laborauerit
michi ait domin⁹ de⁹. In die illa pul-
lulabit cornu domui israhel: ⁊ tibi da-
bo apertum os in medio eorũ: et sci-
ent quia ego dominus. cap̄. xxx.

Et factum est verbũ dñi ad me di-
cens. Fili hominis: ꝓpheta ⁊ dic.
Hec dicit domin⁹ deus. Ululate ve
ve diei: q̃a iuxta est dies ⁊ appropinq̃-
bit dies dñi: dies nubis, tempus gen-
tium erit. Et ueniet gladius ĩ egiptũ:
et erit pauor in ethiopia cum ceciderint
uulnerati ĩ egipto: ⁊ ablata fuerit mlti-
tudo illius et destructa fundamenta e-
ius. Ethiopia et libia ⁊ lidi et omne
reliquũ uulgus ⁊ chub et filij terre fede-
ris cum eis gladio cadent. Hec dicit
domin⁹ deus. Et corruent fulcientes
egiptũ: ⁊ destruetur supbia imperij e⁹.
A turre siene gladio cadent in ea: a-
it domin⁹ exercituũ. Et dissipabũtur
in medio terrarũ desolatarũ: ⁊ urbes
e⁹ in medio ciuitatũ desertaꝝ erũt: ⁊ sci-
ent quia ego domin⁹ deus: cũ dedero
ignem in egipto ⁊ attriti fuerint oñes
auxiliatores eius. In die illa egredien-
tur nũcij a facie mea in trierib3 ad con-
terendã ethiopie confidentiã: ⁊ erit pa-
uor in eis in die egipti: quia absq; du-
bio ueniet. Hec dicit dñs de⁹. Et cessa-
re faciã multitudinẽ egipti in manu
nabuchodonosor regis babilonis.
Ipse ⁊ ꝑplus eius cũ eo fortissimi gen-
tiũ adducentur ad disperdendam terrã:
Et euaginabũt gladios suos super

egiptum : et implebūt terrā interfectis:
et faciā alueos fluminū aridos et tra=
dam terrā in manꝰ pessimorū: ⁊ dissi=
pabo terram et plenitudinē eius ī ma=
nu alienorū . Ego dominꝰ locutus
sum. Hec dicit dominꝰ deus. Et dispe=
dam simulacra: ⁊ cessare faciā ydola
de memphis : ⁊ dux de terra egipti nō
erit amplius . Et dabo terrorem in ter=
ram egipti: ⁊ disꝑdam terrā phatures
et dabo ignem in taphnis : ⁊ faciam
iudicia mea in alexādria . Et effundā
indignationē meā sup pelusiū robur
egipti : et interficiā multitudinē alexā=
drie : ⁊ dabo ignem in egipto. Quasi
parturiens dolebit pelusiū : et alexan=
dria erit dissipata : ⁊ memphis angu=
stie quotidiane . Iuuenes eliopoleos
et bubasti gladio cadent: ⁊ ipse capti=
ue ducentur . Et in taphnis nigrescet
dies : cū contriuero ibi sceptra egipti : et
defecerit in ea supbia potētie eiꝰ. Ipam
nubes operiet: filie aūt eius in captiui=
tatē ducentur . Et iudicia faciā in egi=
pto : ⁊ scient quia ego dn̄s. Et factū est
in undecimo āno in primo mense in
septima mensis : factū est verbum dn̄i
ad me dicens. Fili hominis · brachiū
pharaonis regis egipti cōfregi: ⁊ ecce
non est obuolutū ut restitueretur ei sa-
nitas ut ligaretur pānis et fasciaretur
lintheolis: ⁊ recepto robore possit tene=
re gladiū. Propterea hec dicit dn̄s de=
us. Ecce ego ad pharaonē regem egi=
pti : ⁊ cōminuā eius brachiū forte sed
confractū: ⁊ deiciā gladiū de manu eiꝰ.
Et dispgam egiptum in gentibus : et
uentilabo eos in terris . Et confortabo
brachia regis babilonis: daboq; gla=
diū meū in manu eius . Et confringā
brachiū pharaonis: ⁊ gement gemiti=
bus interfecti corā facie eiꝰ. Et ꝯfortabo
brachia regis babilonis . et brachia
pharaonis concident. Et scient quia
ego dominꝰ cum dedero gladiū meū
in manū regis babilonis: ⁊ extenderit
eum sup terrā egipti . Et dispgam egi=
ptum in nationes: ⁊ uentilabo eos in
terras : ⁊ sciēt quia ego dn̄s. c. xxxi.

Et factum est in anno undecimo
tercio mense · una mensis : factū
est verbum dn̄i ad me dicens . Fili ho=
minis: dic pharaoni regi egipti ⁊ ꝑplo
eius. Cui similis factus es in magnitu=
dine tua ? Ecce assur quasi cedrus ī li=
bano pulcher ramis · et frondibꝫ nemo=
rosus · excelsusq; altitudine : ⁊ inter cō=
densas frōdes eleuatū est cacumē eius.
Aque nutrierūt illū: abissus exaltauit
illū. Flumina eiꝰ manabāt in circuitu
radicū eius : ⁊ riuos suos emisit ad u=
niuersa ligna regionis . Propterea e=
leuata est altitudo eius sup omnia li=
gna regionis: ⁊ multiplicata sunt ar=
busta eius : ⁊ eleuati sunt rami eius ꝑ
aquis multis . Cumq; extendisset um=
bram suā · in ramis eius fecerūt nidos
omnia volatilia celi: ⁊ sub frondibus
eiꝰ genuerūt omēs bestie saltuū: et sub
umbraculo illiꝰ habitabit cetus genti=
um plurimarū: Eratq; pulcherrimꝰ in
magnitudine sua : et in dilatatione ar=
bustorū suorū . Erat enim radix illiꝰ
iuxta aquas multas. Cedri nō fuerūt
altiores illo in paradiso dei: Abietes
non adequauerūt sūmitatē eiꝰ : ⁊ pla=
tani non fuerūt eque frōdibus illius.
Omne lignū paradisi dei nō est assi=
milatū illi ⁊ pulcritudini eius: quoniā
speciosum feci eum : et multis conden=
sisq; frondibus. Et emulata sunt eum
omnia ligna voluptatis : que erāt in
paradiso dei. Propterea hec dicit do=
minꝰ deus. Pro eo ꝙ sublimatus est

in altitudine et dedit summitatem suā
uirentem atq; condensam et eleuatū ē
cor eius in altitudine sua: tradidi eū
in manꝰ fortissimi gentiū. Faciēs fa-
ciet ei. Iuxta impietatem eiꝰ. Et ieci eū:
et succīdent eum alieni et crudelissimi
natōnū: Et ꝓicient eum sup montes:
et in cunctis cōuallib; corruent rami
eius. Et confringentur arbusta eius
in uniuersis rupibus terre: ⁊ recedent
de umbraculo eius om̄es ꝑpli terre: et
relinquent eum. In ruina eius habi-
tauerūt om̄ia uolatilia celi: ⁊ ī ramis
eius fuerunt uniuerse bestie regionis.
Quāobrem non eleuabūtur in altitu-
dine sua om̄ia ligna aquarū: nec po-
nent sublimitatem suā inter nemoro-
sa atq; frondosa: nec stabunt in subli-
mitate sua omnia q̄ irrigātur aquis:
quia omnes traditi sunt in mortem
ad terrā ultimā in medio filioꝝ homi-
nū ad eos qui descendūt in lacū. Hec
dicit dn̄s deus. In die quādo descen-
dit ad inferos induxi luctū, operui eum
abisso: ⁊ ꝓhibui flumina eius: et coer-
cui aquas multas. Contristatꝰ est su-
per eum libanꝰ: et omnia ligna agri
concussa sunt. A sonitu ruine eiꝰ com-
moui gentes: cū deducerem eū ad in-
fernū cum hiis qui descendebāt in lacū.
Et ↄsolata sunt in terra infima om̄ia
ligna uoluptatis egregia atq; ꝓclara
in libano: uniuersa que irrigabātur
aquis. Nam ⁊ ipi cum eo descenderunt
ad infernū ad īterfectos gladio: ⁊ bra-
chiū uniuscuiusq; sedebit sub umbra-
culo eius in medio nationū ~~eius~~. Cui
assimilatꝰ es o inclite atq; sublimis in-
ter ligna uoluptatis? Ecce deductꝰ es
cum lignis uoluptatis ad terram ulti-
mam. In medio incircūcisorū dormi-
es: cum eis qui interfecti sunt gladio.

Ipse est pharao et omnis multitudo
eius: dicit dominus deus. c. xxxii.
Et factum est duodecimo ãno in
mense duodecimo in una men-
sis: factum est uerbū dn̄i ad me dicēs.
Fili hominis. assume lamentū super
pharaonē regem egipti: ⁊ dices ad eū.
Leoni gentiū assimulatꝰ es: ⁊ draconi
qui est in mari. Et uentilabas cornu
in fluminibus tuis: ⁊ conturbabas a-
quas pedibus tuis: ⁊ conculcabas flu-
mina earū. Propterea hec dicit dn̄s
deus. Expandam sup te rete meū in
multitudine ꝑplorū multorū: ⁊ extrahēt
te in sagena mea: et ꝓiciam te in terrā.
Sup faciem agri abiciam te: et habi-
tare faciā sup te omnia uolatilia celi:
et saturabo de te bestias uniuerse terre.
Et dabo carnes tuas sup montes: et
implebo colles tuos sanie tua. Et irri-
gabo terrā fetore sanguinis tui super
montes: ⁊ ualles implebūtur ex te. Et
operiā cū extinctꝰ fueris celos: ⁊ nigresce-
re faciā stellas eius. Solē nube tegā:
et luna non dabit lumen suū. Om̄ia
luminaria celi merere faciā super te: ⁊
dabo tenebras super terrā tuā dicit do-
minꝰ deꝰ. Et irritabo cor ꝑplorū mul-
torū cū induxero contritionē tuā in gen-
tibus sup terras quas nescis: ⁊ stupe-
scere faciā sup te ꝑplos multos. Et reges
eorū horrore nimio formidabūt sup
te cum uolare ceperit gladiꝰ meꝰ super
facies eorū: et obstupescent repente sin-
guli ꝓ anima sua in die ruine sue: q̄a
hec dicit dominꝰ deꝰ. Gladius regis
babilonis ueniet tibi: ī gladiis fortiū
deiciā multitudinē tuā. Inexpugnabi-
les omnes gentes hee. Et uastabunt
supbiā egipti: ⁊ dissipabitur multitu-
do eius. Et perdā om̄ia iumenta eius
que erant sup aquas plurimas: ⁊ nō

conturbabit eas pes hominis vltra:
neq; vngula iumentoꝝ turbabit eas.
Tunc purissimas reddā aquas eorū:
et flumina eaꝝ quasi oleum adducā
ait dominꝰ deus: cum dedero terrā egi-
pti desolatā. Deseretur aūt terra a ple-
nitudine sua quādo pcussero omnes
habitatores eius: ⁊ scient quia ego do-
minꝰ. Planctus est: ⁊ plangent eum
filie gētiū sup egiptū: ⁊ sup mltitudinē
eiꝰ plangent eū. ait dominꝰ deus. Et
factū ē i duodecimo āno-in quītadeci-
ma mensis: factū est verbū dñi ad me
dicens. Fili hominis-cane carmen lu-
gubre sup multitudinē egipti. Et de-
trahe eam ipām ⁊ filias gentiū robu-
staꝝ ad terrā vltimā: cum hijs qui de-
scendunt in lacū. Quo pulcrior es de-
scende: ⁊ dormi cū incircūcisis. In me-
dio interfectorū gladio cadent. Gladi-
us datus est: Et attraxerūt eā. ⁊ omēs
pplos eiꝰ. Loquentur ei potētissimi ro-
bustorū de medio inferni: qui cū auxi-
liatoribus eius descenderūt ⁊ dormie-
runt incircūcisi interfectiq; gladio. Ibi
assur ⁊ omīs mltitudo eius: in circui-
tu illius sepulcra eorū omēs interfecti
et qui ceciderunt gladio: quorū data
sunt sepulcra i nouissimis laci. Et fa-
cta est multitudo eius p gyrum sepul-
cri eius: vniuersi interfecti cadentesq;
gladio: qui dederāt quondā formidi-
nem suā in terra viuentiū. Ibi elam: ⁊
omnis mltitudo eius p gyrum sepul-
cri sui: Omnes hij interfecti ruentesq;
gladio: qui descenderūt incircūcisi ad
terrā vltimā. Qui posuerūt terrorē suū
in terra viuentiū: et portauerūt igno-
miniā suā cū hijs qui descenderūt in
lacum. In medio interfectoꝝ posuerūt
cubile eiꝰ in vniuersis pplis eiꝰ: in cir-
cuitu eius sepulcrū illius. Omnes hij
incircūcisi interfectiq; gladio. Dederāt
enim terrorem in terra viuentiū: ⁊ por-
tauerūt ignominiā suā cum hijs qui
descendūt in lacum. In medio interfe-
ctoꝝ positi sunt. Ibi mosoch ⁊ tubal ⁊
omīs mltitudo eiꝰ: in circuitu eius se-
pulcra illius. Omnes hij incircūcisi
interfectiq; ⁊ cadentes gladio: quia de-
derunt formidinē suā in terra viuentiū:
et non dormient cum fortibꝫ cadenti-
busq; ⁊ incircūcisis qui descenderūt ad
infernū cum armis suis. Et posuerūt
gladios suos sub capitibꝫ suis: ⁊ fue-
runt iniquitates eorū in ossibus eoꝝ:
quia terror fortiū facti sunt in terra vi-
uentiū. Et tu ergo i medio īcircūcisorū
contereris: et dormies cum interfectis
gladio. Ibi ydumea ⁊ reges eius et o-
mnes duces eius: qui dati sunt cū exer-
citu suo cum interfectis gladio: et qui
cum incircūcisis dormierūt. et cū hijs
qui descenderūt in lacū. Ibi principes
aquilonis omēs ⁊ vniuersi venatores
qui deducti sunt cum interfectis: pauē-
tes ⁊ in sua fortitudine cōfusi. q̄a dor-
mierūt incircūcisi cū īterfectis gladio:
et portauerūt confusionē suā cū hijs
qui descendūt in lacū. Vidit eos pha-
rao ⁊ cōsolatꝰ est sup vniuersa mltitudi-
ne sua q̄ interfecta est gladio: pharao
et omīs exercitus eiꝰ ait dominꝰ deus:
quia dedit terrorem suū in terra viuen-
tiū: ⁊ dormiuit in medio incircūcisoꝝ
cū interfectis gladio: pharao et omīs
mltitudo eiꝰ ait dñs deꝰ. .xxxiii.
Et factum est verbū dñi ad me di-
cens. Fili hominis-loquere ad
filios ppli tui: ⁊ dices ad eos. Terra cū
induxero sup eam gladiū et tulerit po-
pulꝰ terre virū vnū de nouissimis suis
et cōstituerit eum sup se speculatorem:
et ille viderit gladiū venientem super

terrā· et cecinerit bucina et ānūciauerit
populo : audiēs aūt quisquis ille est
sonitum bucine et non se obseruauerit
veneritq; gladius ⁊ tulerit eū: sanguis
ipsi⁹ sup caput ei⁹ erit . Sonū bucine
audiuit ⁊ non se obsuauit: sanguis
eius ī ipso erit. Si aūt se custodierit:
animā suā saluabit. Qđ si speculator
viderit gladiū venientem ⁊ nō insonu-
erit bucina ⁊ ppls se non custodierit·
veneritq; gladius et tulerit de eis ani-
mā: ille quidē in iniquitate sua capt⁹
est: sanguinē aūt eius de manu specu-
latoris requirā. Et tu fili hominis: spe-
culatorē dedi te domui isrl'. Audiēs
ergo ex ore meo sermonem : annūcia-
bis eis ex me. Si me dicēte ad impiū·
impie morte morieris · non fueris lo-
cutus ut se custodiat impi⁹ a via sua:
ipse impius in iniquitate sua morie-
tur: sanguinē autem ei⁹ de manu tua
requirā. Si aūt annūciante te ad im-
piū ut a viis suis cōuertatur· non fue-
rit conuersus a via sua : ipse in iniqui-
tate sua morietur: porro tu animā tu-
am liberasti. Tu ergo fili hominis: dic
ad domū israhel. Sic locuti estis di-
centes. Iniquitates nostre et peccata
nostra sup nos sunt : et in ipsis nos
tabescimus. Quomodo ergo viuere
poterimus ? Dic ad eos. Uiuo ego
dicit domin⁹ deus: nolo mortē impii:
sed ut cōuertatur impius a via sua et
viuat. Cōuertimini a viis vestris pes-
simis . Et quare moriemini domus
isrl' ? Tu itaq; fili hominis : dic ad fili-
os ppli tui. Iusticia iusti nō liberabit
eum in quacūq; die peccauerit: ⁊ im-
pietas impii nō nocebit ei in quacūq;
die cōuersus fuerit ab impietate sua:
Et iustus non poterit viuere in iusticia
sua : in quacūq; die peccauerit. Etiā
si dixero iusto qđ vita viuat · et cōfisus
in iusticia sua fecerit iniquitatē: omnes
iusticie eius obliuioni tradentur : ⁊ in
iniquitate sua quā operat⁹ est in ipsa
morietur. Si autē dixero impio · mor-
te morieris · ⁊ egerit penitentiā a pecca-
to suo· feceritq; iudiciū et iusticiam · et
pignus restituerit ille impius · rapinā-
q; reddiderit: in mandatis vite ambu-
lauerit nec fecerit quicq̄ iniustū : vita
viuet ⁊ non morietur . Omnia peccata
eius que peccauit nō imputabuntur ei.
Iudiciū et iusticiā fecit : vita viuet. Et
dixerunt filii populi tui . Non est equi
ponderis via dn̄i. Et ipso℞ via iniusta
est . Cum enim recesserit iustus a iusti-
cia sua feceritq; iniquitates : morietur
in eis. Et cum recesserit impius ab im-
pietate sua feceritq; iudicium et iustici-
am: viuet in eis. Et dicitis. Non est re-
cta via domini . Unūquēq; iuxta vi-
as suas iudicabo de vobis domus
israhel . Et factum est in duodecimo
anno in decimo mense· in quinta mē-
sis transmigrationis nostre: venit ad
me qui fugerat de ierusalem dicens.
Uastata est ciuitas . Manus autem
domini facta fuerat ad me vespere an-
tequā veniret qui fugerat : apueritq;
os meū donec veniret ad me mane: et
apto ore meo non silui apli⁹. Et factū
est verbū dn̄i ad me dicēs . Fili hoīs:
q habitāt in ruinosis hiis sup humū
isrl' loquētes aiūt : Un⁹ erat abrahā:
⁊ hereditate possedit terrā. Nos aūt mlti
sum⁹: nobis data ē t'ra ī possessionē. Id-
circo dices ad eos. Hec dicit dn̄s deus: q
in sanguine comeditis et oculos vros
leuatis ad immundicias vras ⁊ sāguinē
funditis: nūqd terrā hereditate possi-
debitis? Stetistis in gladiis vris· fecistis
abhominationes ⁊ unusquisq; vxorem

proximi sui polluit: ⁊ terram hereditate possidebitis? Hec dices ad eos. Sic dicit dominus deus. Uiuo ego: quia qui in ruinosis habitant gladio cadent: ⁊ qui in agro est. bestijs tradetur ad deuorandū: qui aūt in p̄sidijs ⁊ in speluncis sunt peste morientur. Et dabo terram in solitudinē ⁊ in desertū: et deficiet sup̄ba fortitudo eius: et desolabūtur montes israhel. eo ꝙ nullus sit qui p̄ eos trāseat. Et scient q̄a dn̄s cum dedero terrā eorū desolatam ⁊ desertam: ꝓpter uniuersas abominationes suas quas operati sunt. Et tu fili hominis filij ꝑpli tui qui loquuntur de te iuxta muros et in ostijs domorū ⁊ dicūt unus ad alterū uir ad ꝓximū suū loquētes. uenite et audiamus quis sit sermo egrediens a dn̄o: et ueniunt ad te q̄si si ingrediat̄ ꝑplus. Et sedent corā te ꝑplus meus ⁊ audiūt sermones tuos ⁊ non faciūt eos: quia ī canticū oris sui uertunt illos. Et auariciā suā sequit̄ cor eorū: ⁊ es eis q̄si carmē musicū qd̄ suaui dulciq; sono canit̄. Et audiūt verba tua et nō faciūt ea: et cū uenerit qd̄ p̄dictū ē ecce enī uenit: tūc scient q̄a ꝓphete fuerit inter eos. ca. xxxiiii.

Et factum est verbū dn̄i ad me dicens. Fili hominis ꝓpheta de pastoribꝫ israhel: ꝓpheta ⁊ dices pastoribus. Hec dicit dominus deus. Ue pastoribus israhel: q̄ pascebāt semetip̄os. Nōne greges a pastoribꝫ pascūtur? Lac comedebatis ⁊ lanis operiebamini: ⁊ qd̄ crassum erat occidebatis: gregem aūt meū non pascebatis. Qd̄ infirmū fuit non cōsolidastis: ⁊ qd̄ egrotum non sanastis. Qd̄ fractū est non alligastis. ⁊ qd̄ abiectū ē nō reduxistis, et qd̄ perierat non quesistis: sed cum austeritate ip̄erabatis eis et cū potētia.

Et dispse sunt oues mee eo ꝙ nō esset pastor: ⁊ facte sunt in deuoratione omniū bestiarū agri: ⁊ dispse sunt. Errauerūt greges mei in cūctis montibus et ī uniuerso colle excelso: ⁊ sup̄ omnē faciem terre dispsi sunt greges mei: et non erat qui requireret. Nō erat inquā qui requireret. Propterea pastores audite verbum dn̄i. Uiuo ego dicit dn̄s deus: quia ꝓ eo ꝙ facti sūt greges mei in rapinā: ⁊ oues mee in deuoratione omniū bestiarū agri. eo ꝙ nō esset pastor: neq; enim quesierūt pastores gregem meū: sed pascebāt pastores semetip̄os ⁊ greges meos nō pascebāt: propterea pastores audite verbū dn̄i. Hec dicit dn̄s deus. Ecce egoip̄e sup̄ pastores: requirā gregē meū de manu eorū ⁊ cessare faciā ut ultra non pascant gregem meū: nec pascāt amplius pastores semetip̄os. Et liberabo gregem meū de ore eorū: ⁊ nō erūt eis in escam: q̄a hec dicit dominus deus. Ecce egoip̄e requirā oues meas: ⁊ uisitabo eas. sicut uisitat pastor gregem suū in die quādo fuerit in medio ouiū suarū dissipatarū: Sic uisitabo oues meas: ⁊ liberabo eas de omnibꝫ locis in quibus dispse fuerāt in die nubis et caliginis. Et educam eas de ꝑplis ⁊ congregabo eas de terris: ⁊ inducā eas in terrā suā: et pascam eas in montibꝫ israhel in riuis et in cūctis sedibꝫ terre. In pascuis uberrimis pascam eas: ⁊ in montibus excelsis israhel erunt pascue earū. Ibi requiescent in herbis uirentibꝫ: ⁊ ī pascuis pinguibus pascent̄ sup̄ mōtes israhel. Ego pascā oues meas: et ego eas accubare faciā dicit dn̄s deus. Qd̄ perierat requiram ⁊ qd̄ abiectū erat reducam: ⁊ qd̄ fractū fuerat alligabo: ⁊ qd̄ infirmū fuerat consolidabo; et quod pingue

et forte custodiã: ⁊ pascam illas in iu-
dicio. Vos aũt greges mei: hec dicit
dominus deus. Ecce ego iudico inter
pecus ⁊ pecus: arietũ ⁊ hircorũ. Nõne
satis vobis erat pascua bona depasci?
Insup et reliquias pascuarũ vestrarũ
conculcastis pedibus vestris: ⁊ cũ pu-
rissimã aquã biberetis: reliquã pedibꝫ
vestris turbabatis. Et oues mee hiis q̃
conculcata pedibus vestris fuerãt pa-
scebantur: ⁊ que pedes vestri turbaue-
rant hec bibebant. Propterea hec di-
cit dñs deus ad eos. Ecce ego ipse iudi-
co inter pecꝰ pingue et macilẽtũ. Pro
eo ꝙ lateribus et humeris impingeba-
tis: et cornibus vestris ventilabatis o-
mnia infirma pecora donec dispergerẽ-
tur foras: saluabo gregem meũ et nõ
erit ultra in rapinam: ⁊ iudicabo īter
pecus ⁊ pecus. Et suscitabo super ea
pastorẽ vnũ q̃ pascat ea: seruũ meũ
dauid: ipse pascet ea: et ipse erit eis in
pastorem. Ego aũt dominꝰ ero eis in
deum: et seruus meꝰ dauid princeps
in medio eorũ. Ego dominꝰ locutus
sum. Et faciam cum eis pactũ pacis:
et cessare faciã bestias pessimas de ter-
ra. Qui habitant in deserto securi dor-
mient in saltibus: ⁊ ponam eos in cir-
cuitu collis mei benedictionẽ: ⁊ dedu-
cam ymbrem in tẽpore suo: et pluuie
benedictionis erunt. Et dabit lignũ
agri fructum suũ: ⁊ terra dabit germẽ
suũ: ⁊ erunt in terra sua absq; timore.
Et scient quia ego dominꝰ cũ contriue-
ro cathenas iugi eorũ: ⁊ eruero eos de
manu imperantiũ sibi. Et non erunt
ultra in rapinã in gentibꝫ: neq; bestie
terre deuorabũt eos: sed habitabunt
confidenter absq; ullo terrore. Et susci-
tabo eis germen nominatũ: et non e-
rũt ultra imminuti fame in terra neq;
portabũt ultra opprobriã gentiũ. Et
scient quia ego dominꝰ deus eorũ cũ
eis: ⁊ ipsi ꝑplus meus domus israhel
ait dominꝰ deꝰ. Vos aũt greges mei
greges pascue mee hoĩes estis: et ego
dñs deꝰ vester: dicit dñs deꝰ. c. xxxv.
Et factus est sermo dñi ad me di-
cens. Fili hominis pone faciem
tuã aduersum mõtem seyr: et ꝓpheta-
bis de eo ⁊ dices illi. Hec dicit dominꝰ
deus. Ecce ego ad te mons seyr: ⁊ extẽ-
dam manũ meã sup te: et dabo te de-
solatũ atq; desertum. Urbes tuas de-
moliar ⁊ tu desertus eris: ⁊ scies quia
ego dominꝰ: eo ꝙ fueris inimicꝰ sempi-
ternꝰ: et concluseris filios israhel ĩ ma-
nus gladii in tẽpore afflictionis eorũ:
in tẽpe iniq̃tatis extreme. Propterea vi-
uo ego dicit dominꝰ deꝰ: quoniã san-
guini tradam te: ⁊ sanguis te ꝑsequet̃:
et cum sanguinẽ oderis sanguis ꝑse-
quetur te. Et dabo montẽ seyr desola-
tum et desertum: ⁊ auferam de eo eun-
tem ⁊ redeuntem: ⁊ implebo montes e-
ius occisorũ suorũ. In collibus tuis ⁊
in vallibus tuis atq; in torrentibꝫ in-
terfecti gladio cadent. In solitudines
sempiternas tradam te: ⁊ ciuitates tue
nõ habitabũtur. Et scietis q̃a ego dñs
deꝰ: eo ꝙ dixeris due gentes ⁊ due ter-
re mee erunt: ⁊ hereditate possidebo e-
as: cum dñs esset ibi. Propterea viuo
ego dicit dominꝰ deus: quia faciam
iuxta iram tuã ⁊ secundum zelum tuũ
quẽ fecisti odio habens eos: ⁊ notus
efficiar ꝑ eos cũ te iudicauero: et scies
quia ego dominꝰ. Audiui uniuersa
opprobria tua que locutꝰ es de mon-
tibus israhel dicẽs. Deserti nobis ad
deuorandũ dati sunt. Et insurrexistis
sup me ore vestro: ⁊ derogastis aduer-
sum me. Verba vr̃a ego audiui. Hec

dicit dominꝰ deus. Letante universa
terra· in solitudinem te redigam; sicuti
gavisus es sup hereditatem domꝰ isra-
hel eo ꝙ fuerit dissipata: sic faciā tibi.
Dissipatus eris mōs seyr· et ydumea
omnis: ⁊ scient q̄a ego dn̄s. ca. xxxvi.

Tu autē fili hominis ꝓpheta sup
montes israhel: ⁊ dices. Mōtes
israhel audite verbum dn̄i. Hec dicit
dominꝰ deus. Eo ꝙ dixerit inimicꝰ de
vobis· euge altitudines sempiterne in
hereditatem date sunt nobis: propter-
ea vaticinare ⁊ dic. Hec dicit dominꝰ
deus. Pro eo ꝙ desolati estis ⁊ cōcul-
cati ꝑ circuitū ⁊ facti in hereditatem reli-
quis gentibus: ⁊ ascendistis sup labi-
um lingue ⁊ opprobriū ꝓpli: propterea
montes israhel audite verbū dn̄i dei.
Hec dicit dominꝰ deus montibus et
collibus· torrentibꝫ vallibusq; et deser-
tis parietinis ⁊ urbibus derelictis que
depopulate sunt: ⁊ subsannate a reli-
quis gentibus ꝑ circuitū. Propterea
hec dicit dominꝰ deꝰ. Quoniā ī igne
zeli mei locutꝰ sū de reliquis gentibus
et de ydumea universa: que dederunt
terrā meā sibi in hereditatē cū gaudio
et toto corde ⁊ ex animo: ⁊ eiecerūt eam
ut vastarent: idcirco vaticinare super
humū israhel: ⁊ dices montibus ⁊ col-
libus iugis ⁊ vallibus. Hec dicit dn̄s
deus. Ecce ego in zelo meo et in furore
meo locutus sum: eo ꝙ confusionem
gentiū sustinueritis. Idcirco hec dicit
dominꝰ deus. Ego levavi manū meā·
ut gentes q̄ in circuitu vestro sunt ipse
confusionē suā portent: vos aūt mō-
tes israhel ramos vestros germinetis:
et fructū vestrū afferatis ꝓplo meo isra-
hel. Prope enim est ut veniat. Quia
ecce ego ad vos: ⁊ convertar ad vos·
⁊ arabimini: ⁊ accipietis sementem: et
multiplicabo ī vobis hoīes omnēq;
domū israhel. Et habitabūtur civita-
tes· ⁊ ruinosa instaurabūtur: ⁊ reple-
bo vos hominibꝫ ⁊ iumentis: ⁊ multi-
plicabūtur ⁊ crescent. Et habitare vos
faciam sicut a principio: bonisq; do-
nabo maioribus q̄ȝ habuistis ab ini-
cio: ⁊ scietis quia ego dominꝰ. Et ad-
ducā sup vos hoīes ꝓplm meū israhel:
⁊ hereditate possidebūt te. Et eris eis ī
hereditatē: ⁊ non addes ultra ut absq;
eis sis. Hec dicit dominꝰ deꝰ. Pro eo
ꝙ dicunt de vobis devoratrix hoīm
es ⁊ suffocans gentem tuā: propterea
homines nō comedes āpliꝰ: ⁊ gentem
tuā non necabis ultra ait dominꝰ deꝰ.
Nec auditam faciā in te ampliꝰ con-
fusionem gentiū: et opprobriū ꝓplorū
nequaq̄ȝ portabis: ⁊ gentem tuā non
amittes ampliꝰ ait dominꝰ deus. Et
factum est verbū dn̄i ad me dicens. Fi-
li hominis· domꝰ israhel habitaverūt
in humo sua: ⁊ polluerūt eam in viis
suis et in studiis suis. Iuxta immūdi-
ciam menstruate facta ē via eoꝝ corā
me: ⁊ effudi indignationē meā super
eos pro sanguine quē fuderunt super
terram. Et in ydolis suis polluerūt eā:
et dispersi eos in gentes ⁊ ventilati sūt
in terras: iuxta vias eorū ⁊ adinventi-
ones eoꝝ iudicavi eos. Et ingressi sūt
ad gentes ad quas introierūt ⁊ pollu-
erūt nomē sanctū meū: cum diceretur
de eis ꝓplus domini iste est· et de terra
eiꝰ egressi sunt. Et peperci nomini san-
cto meo: qd̄ polluerat domꝰ israhel in
gentibꝫ ad quas ingressi sunt. Idcirco
dices domui israhel. Hec dicit dn̄s deꝰ.
Nō ꝓpter vos ego faciā domꝰ isrl': sed
propter nomē sanctū meū qd̄ pollui-
stis in gentibꝫ ad quas intrastis. Et
sanctificabo nomen meū magnū qd̄

pollutū est inter gentes qđ polluistis
in medio earū: ut sciāt gētes quia ego
dūs · dicit dūs exercituū: Cum sancti
ficat⁹ fuero ī vobis coram eis. Tollā
quippe vos de gentibus: ⁊ congrega
bo vos de universis terris: ⁊ adducā
vos in terrā vestrā. Et effundam super
vos aquā mūdam: et mūdabimini
ab omnib; inquinamentis vestris: et
ab universis ydolis vestris mūdabo
vos. Et dabo vobis cor novū: ⁊ spiri
tum novū ponā in medio vestri. Et
auferam cor lapideū de carne vestra:
⁊ dabo vobis cor carneū: ⁊ spiritū meū
ponā in medio vestri. Et faciam ut in
p̄ceptis meis ābuletis: ⁊ iudicia mea
custodiatis ⁊ operemini. Et habitabi
tis in terra quā dedi patribus vestris:
et eritis michi in p̄plm: ⁊ ego ero vobis
in deum. Et salvabo vos ex universis
inquinamentis vr̄is: ⁊ vocabo frumē
tum ⁊ multiplicabo illud: ⁊ nō impo
nam vobis famem. Et multiplicabo
fructū ligni ⁊ genimina agri: ut non
portetis ultra opprobriū famis in gē
tibus. Et recordabimini viarū vr̄arū
pessimarū studiorūq; nō bonorū: et
displicebunt vobis iniquitates vr̄e et
scelera vr̄a. Non propter vos ego faci
am ait domin⁹ de⁹: notum sit vobis.
Confundimini ⁊ erubescite super viis
vr̄is dom⁹ israhel. Hec dicit domin⁹
deus. In die qua mūdavero vos ex o
mnibus iniquitatib; vr̄is ⁊ inhabita
ri fecero urbes · ⁊ instauravero ruino
sa: ⁊ terra deserta fuerit exculta · q̄ quōdā
erat desolata in oculis omnis viato
ris: dicent. Terra illa inculta facta ē ut
ortus voluptatis: ⁊ civitates deserte ⁊
destitute atq; suffosse munite sederūt.
Et scient gentes quecūq; derelicte fue
rint ī circuitu vestro: quia ego domin⁹
edificavi dissipata · plantaviq; incul
ta: ego domin⁹ locutus sum ⁊ fecerim.
Hec dicit domin⁹ de⁹. Adhuc in hoc
invenient me dom⁹ israhel: ut faciā e
is. Multiplicabo eos sicut gregē hoīm
ut gregem sanctum: ut gregem ihrlm
in solemnitatib; ei⁹. Sic erūt civitates
deserte plene gregibus hominū: et sci
ent quia ego dominus. .xxxvii.
Facta est super me manus dn̄i: et
eduxit me in spiritu dn̄i · ⁊ dimi
sit me in medio campi qui erat plen⁹
ossibus: ⁊ circūduxit me per ea in gyrū.
Erant autem multa valde sup faciem
campi: siccaq; vehementer. Et dixit ad
me. Fili hominis: putasne vivēt ossa
ista? Et dixi. Dn̄e deus tu nosti. Et di
xit ad me. Vaticinare de ossib; istis:
et dices eis. Ossa arida: audite verbū
dn̄i. Hec dicit dn̄s deus ossibus hiis.
Ecce ego intromittā in vos spiritum
et vivetis: ⁊ dabo super vos nervos ·
et succrescere faciam super vos carnes ·
et superextendam in vobis cutem: ⁊ da
bo vobis spiritum ⁊ vivetis · ⁊ scietis
q̄a ego domin⁹. Et prophetavi sicut
p̄ceperat michi. Factus est autem soni
tus prophetante me: et ecce cōmotio.
Et accesserunt ossa ad ossa: unūquodq;
ad iuncturam suam. Et vidi: ⁊ ecce sup
ea nervi ⁊ carnes ascenderunt · ⁊ exten
ta est in eis cutis desuper: et spiritum
non habebant. Et dixit ad me. Vati
cinare ad spiritū: vaticinare fili hoīs:
et dices ad spiritum. Hec dicit domin⁹
deus. A quatuor ventis veni spiritus:
et insuffla sup interfectos istos · ⁊ revi
viscāt. Et p̄phetavi sicut p̄ceperat mi
chi. Et ingressus ē in ea spirit⁹ ⁊ vixerūt:
steteruntq; super pedes suos exercitus
grandis nimis valde. Et dixit ad me.
Fili hoīs: ossa hec univ̄sa dom⁹ isrl̄ ē.

Ipi dicũt. Aruerũt ossa nostra: ⁊ perijt
spes nostra: ⁊ abscisi sumꝰ. Propterea
vaticinare: et dices ad eos. Hec dicit
dominꝰ deꝰ. Ecce ego apriã tumulos
vestros: ⁊ educam vos de sepulcris ve-
stris ppl's meꝰ: ⁊ inducam vos in ter-
ram israhel. Et scietis quia ego dñs.
cum aperuero sepulcra vestra: ⁊ eduxe-
ro vos de tumulis vestris ppl'e meus:
et dedero spiritũ meũ in vobis et vixe-
ritis. Et requiescere vos faciam super
humũ vestrã: et scietis quia ego dñs
locutꝰ sum ⁊ feci: ait dñs deꝰ. Et factꝰ
est sermo dñi ad me dicens. Et tu fili
hoĩs sume tibi lignũ unũ: et scribe sup
illud. iude et filioꝝ isrl' sociis eiꝰ. Et tol-
le lignũ alteꝝ: ⁊ scribe sup illud. ioseph
lignũ effraim: et cũcte domꝰ israhel so-
ciorũqȝ eiꝰ. Et adiũge illa unũ ad al-
teꝝ tibi in lignũ unũ: ⁊ erũt in unionẽ
in manu tua. Cũ aũt dixerit ad te filij
ppli tui loquẽtes nõne indicas nobis
quid ĩ hijs tibi velis: loqueris ad eos.
Hec dicit dñs deꝰ. Ecce ego assumã li-
gnũ ioseph. quod est ĩ manu effraim
et tribus israhel que sunt ei adiũcte: ⁊
dabo eas pariter cum ligno iuda ⁊ fa-
ciam eas in lignũ unũ: ⁊ erũt unũ in
manu eius. Erunt aũt ligna sup que
scripseris in manu tua in oculis eoꝝ:
et dices ad eos. Hec dicit dominꝰ deꝰ.
Ecce ego assumã filios israhel de me-
dio nationũ ad quas abierũt: ⁊ con-
gregabo eos undiqȝ et adducam eos
ad humũ suã. Et faciã eos in gentem
unam in terra in montibȝ israhel: ⁊ rex
unus erit omnibus imperans. Et nõ
erunt ultra due gentes: nec dividẽtur
amplius in duo regna. Neqȝ polluen-
tur ultra in ydolis suis ⁊ abominati-
onibus et cunctis iniquitatibus suis:
et salvos eos faciã de univsis sedibȝ
suis ĩ quibus peccaverũt: ⁊ emũdabo
eos. Et erunt michi ppl's. ⁊ ego ero eis
deꝰ: ⁊ servꝰ meus david rex sup eos: ⁊
pastor unꝰ erit omniũ eoꝝ. In iudicijs
meis ambulabunt: ⁊ mandata mea
custodient: ⁊ facient ea. Et habitabũt
sup terram quã dedi servo meo iacob
in qua habitaverũt patres vestri: ⁊ ha-
bitabunt sup eam ipi ⁊ filij eorũ ⁊ filij
filiorũ eorũ usqȝ in sempiternũ: et da-
vid servꝰ meꝰ princeps eorũ in ppetuũ.
Et pcutiã illis fedus pacis: pactũ sem-
piternũ erit eis. Et fũdabo eos et multi-
plicabo: et dabo sanctificationẽ meã
in medio eorũ in perpetuũ. Et erit ta-
bernaculũ meũ in eis ⁊ ero eis deus: ⁊
ipsi erunt michi pplus. Et scient gen-
tes quia ego dominus sanctificator
israhel: cũ fuerit sanctificatio mea in
medio eoꝝ in ppetuum. ca. xxxviii.

Et factꝰ est sermo dñi ad me dicẽs.
Fili hominis pone faciem tuã
cõtra gog et terram magog principẽ
capitis mosoch ⁊ tubal: ⁊ vaticinare
de eo. ⁊ dices ad eum. Hec dicit dñs
deꝰ. Ecce ego ad te gog pricipẽ capitis
mosoch ⁊ tubal. Et circũagam te ⁊ po-
nam frenũ in maxillis tuis: et educã
te ⁊ omnẽ exercitũ tuũ equos ⁊ equites
vestitos loricis universos: multitudi-
nem magnã hastam ⁊ clipeũ arripi-
entiũ ⁊ gladiũ. Perse ethiopes ⁊ libies
cum eis: omnes scutati ⁊ galeati. Go-
mer et universa agmina eiꝰ: domꝰ to-
gorma latera aquilonis ⁊ totũ robur
eiꝰ: ppliqȝ multi tecũ. Prepara ⁊ instrue
te et omnẽ multitudinẽ tuã q̃ coacer-
vata est ad te: ⁊ esto eis ĩ pceptũ. Post
dies multos visitaberis. In novissi-
mo annoꝝ venies ad terram que re-
versa est a gladio: cõgregata est de pplis
multis: ad montes israhel qui fuerũt

deserti iugiter. Hec de populis educta est:
et habitabunt in ea confidenter uni-
uersi. Ascendens autem quasi tempestas
uenies et quasi nubes: ut operias ter-
ram tu et omnia agmina tua: et populi
multi tecum. Hec dicit dominus deus.
In die illa ascendent sermones super
cor tuum: et cogitabis cogitationem pessi-
mam: et dices. Ascendam ad terram
absque muro: ueniam ad quiescentes
habitantesque secure, omnes habitant
sine muro: uectes et porte non sunt
eis. Ut diripias spolia et inuadas
predam: ut inferas manum tuam super
eos qui deserti fuerant et postea restitu-
ti: et super populum qui est congregatus ex gen-
tibus qui possidere cepit et esse habi-
tator umbilici terre. Saba et dedan et
negociatores tharsis et omnes leones
eius dicent tibi. Numquid ad sumenda
spolia tu uenis? Ecce ad diripiendam
predam congregasti multitudinem tuam:
ut tollas argentum et aurum: auferas
supellectilem atque substantiam et diripias
manubias infinitas. Propterea ua-
ticinare fili hominis: et dices ad gog.
Hec dicit dominus deus. Numquid non
in die illo cum habitauerit populus meus
israhel confidenter scies: et uenies tu de
loco tuo a lateribus aquilonis tu et populi
multi tecum: ascensores equorum uniuer-
si: cetus magnus et exercitus uehemens:
Et ascendes super populum meum israhel quasi
nubes ut operias terram. In nouissi-
mis diebus eris: et adducam te super
terram meam: ut sciant gentes me cum
sanctificatus fuero in te in oculis eorum o
gog. Hec dicit dominus deus. Tu ergo
ille es de quo locutus sum in diebus
antiquis in manu seruorum meorum pro-
phetarum israhel: qui prophetauerunt
in diebus illorum temporum ut adducerem

te super eos. Et erit in die illa in die
aduentus gog super terram israhel ait do-
minus deus: ascendet indignatio mea in
furore meo et in zelo meo. In igne ire
mee locutus sum: quia in die illa erit
commotio magna super terram israhel.
et commouebuntur a facie mea pisces ma-
ris et uolucres celi et bestie agri: et omne
reptile quod mouetur super humum: cun-
ctique homines qui sunt super faciem ter-
re. Et subuertentur montes: et cadent
sepes: et omnis murus corruet in terram.
Et conuocabo aduersus eum in cun-
ctis montibus meis gladium: ait dominus de-
us. Gladius uniuscuiusque in fratrem
suum dirigetur. Et iudicabo eum peste
et sanguine et ymbre uehementi: et la-
pidibus immensis. Ignem et sulphur
pluam super eum et super exercitum eius: et su-
per populos multos qui sunt cum eo. Et
magnificabor et sanctificabor: et no-
tus ero in oculis multarum gentium: et sci-
ent quia ego sum dominus. xxxix.
Tu autem fili hominis uaticinare ad-
uersum gog: et dices. Hec dicit
dominus deus. Ecce ego super te gog prin-
cipem capitis mosoch et thubal. Et circum-
agam te: et educam te: et ascendere te fa-
ciam de lateribus aquilonis: et addu-
cam te super montes israhel. Et percutiam
arcum tuum in manu sinistra tua: et sa-
gittas tuas de manu dextera tua. De-
iciam te super montes israhel: et cades tu
et omnia agmina tua et populi tui qui sunt
tecum. Feris auibus omnique uolatili et
bestiis terre dedi te ad deuorandum. Su-
per faciem agri cades: quia ego locutus
sum ait dominus deus. Et immittam ignem
in magog et in hiis qui habitant in
insulis confidenter: et scient quia ego
dominus. Et nomen sanctum meum notum faciam
in medio populi mei israhel: et non polluam nomen

sanctū meū amplius: et scient gentes
quia ego dominus sanctus israhel. Ec-
ce venit: et factum est ait dominus deus.
Hec est dies de qua locutus sum. Et e-
gredientur habitatores de civitatibus
israhel: et succendent et comburent ar-
ma clipeum et hastas arcum et sagit-
tas et baculos manuū et contos: et suc-
cendent ea igni septem annis. Et non
portabunt ligna de regionibus: neq;
succidēt de saltibus: quoniā arma
succendent igni: et depredabūtur eos
quibus prede fuerant: et diripient va-
statores suos ait dominus deus. Et erit:
in die illa dabo gog locū nominatū
sepulcrū in israhel: vallem viatorū ad
orientem maris: que obstupescere faci-
et pretereuntes. Et sepelient ibi gog et o-
mnē multitudinē eius: et vocabitur val-
lis multitudinis gog: et sepelient eos
domus israhel ut mūdent terrā septem
mensibus. Sepeliet aūt eum omnis
populus terre: et erit eis nominata dies
in qua glorificatus sum ait dominus deus.
Et viros iugiter constituent lustrātes
terram: qui sepeliant et requirāt eos q
remāserant sup faciē terre: ut emūdent
eam. Post menses aūt septem querere
incipient: et circuibūt pagrantes terrā.
Cumq; viderint os hominis statuent
iuxta illud titulum donec sepeliāt il-
lud pollinctores in valle multitudinis
gog. Nomē autem civitatis amona:
et mūdabunt terrā. Tu ergo fili hominis:
hec dicit dominus deus. Dic omni volu-
cri et universis avibus cūctisq; bestijs
agri. Convenite, properate: cōcurrite un-
diq; ad victimā meā quā ego immolo
vobis: victimā grādem sup montes
israhel: ut comedatis carnes et bibatis
sanguinē. Carnes fortiū comedetis: et
sanguinē principū terre bibetis: arietū
et agnorū et hircorū thaurorūq; et alti-
lium et pinguiū omniū: et comedetis
adipem in saturitatem: et bibetis san-
guinem in ebrietatem de victima quā
ego immolavi vobis: et saturabimini
sup mensam meā de equo et de equite
forti: et de universis viris bellatoribus
ait dominus deus. Et ponam gloriā
meā in gētibus: et videbūt omnes gētes iu-
diciū meū qd fecerim: et manū meā quā
posuerim sup eos: et scient domus isra-
hel quia ego dominus deus eorū a die il-
la et deinceps. Et scient gentes quoniā
in iniquitate sua capta sit domus isra-
hel: eo q dereliquerint me et abscondē-
rim faciē meā ab eis: et tradiderim eos
in manus hostiū et ceciderint in gladio
universi. Iuxta immundiciā eorū et sce-
lus feci eis: et abscondi faciē meā ab il-
lis. Propterea hec dicit dominus deus.
Nūc reducam captivitatē iacob: et mi-
serebor omnis domus israhel. Et assu-
mam zelum pro nomine sancto meo: et
portabunt confusionē suā et omnem
prevaricationem quā prevaricati sunt in
me: cum habitaverint in terra sua confi-
denter neminē formidantes: et reduxero
eos de populis: et congregavero de terris
inimicorū suorū: et sanctificatus fuero in
eis in oculis gentiū plurimarū. Et sci-
ent quia ego dominus deus eorū eo q
transtulerim eos in nationes: et con-
gregaverim eos sup terrā suā: et non de-
reliquerim quemquā ex eis ibi. Et nō ab-
scondā ultra faciem meā ab eis: eo q
effuderim spiritum meum sup omnē
domū israhel ait dominus deus. c. xl.
In vicesimoquinto anno trāsmigrationis
nrē in exordio anni decima mensis quarto-
decimo anno postq percussa est civitas:
in ipsa hac die facta est sup me manus
dñi: et adduxit me illuc in visionibus

dei. Adduxit me in terrā israhel: et di-
misit me sup montem excelsum nimis
sup quē erat quasi edificium civitatis
vergētis ad austrum: ⁊ introduxit me
illuc. Et ecce vir cuiꝰ erat species quasi
species eris: ⁊ funiculus lineꝰ in manu
eius: ⁊ calamꝰ mensure in manu eiꝰ.
Stabat autem in porta: ⁊ locutus est
ad me idem vir. Fili hominis: vide
oculis tuis ⁊ auribus tuis audi: ⁊ po-
ne cor tuū in omnia que ego ostendā
tibi: quia ut ostendātur tibi adductꝰ
es huc. Annūcia omnia que tu vides
domui israhel. Et ecce murus forinse-
cus in circuitu domꝰ undiq;: ⁊ in ma-
nu viri calamꝰ mensure sex cubitorꝫ et
palmo. Et mēsus ē latitudinē edificij
calamo uno: altitudinē quoq; cala-
mo uno. Et venit ad portam que re-
spiciebat viam orientalē: et ascendit
per gradus eiꝰ. Et mensus ē limē por-
te calamo uno latitudinē: id est limē
unū calamo uno in latitudine: ⁊ tha-
lamū uno calamo ī longum: et uno
calamo in latum: et inter thalamos
quinq; cubitos: ⁊ limen porte iuxta
vestibulū porte intrinsecꝰ calamo uno.
Et mensus est vestibulū porte octo cu-
bitorꝫ: ⁊ frontem eius duobus cubitis.
Vestibulū autem porte erat intrinse-
cus. Porro thalami porte ad viam
orientalē tres hinc ⁊ tres inde: mensu-
ra una triū: ⁊ mensura una frontiū ex
utraq; parte. Et mensus est latitudi-
nem liminis porte decem cubitorū: ⁊
longitudinē porte tredecim cubitorū:
et marginē ante thalamos cubiti unꝰ:
et cubitꝰ unꝰ finis utrimq;. Thalami
autem sex cubitorū erant hinc et inde.
Et mensus est portā a tecto thalami
usq; ad tectū eiꝰ latitudinē viginti quinq;
cubitorū: ostiū contra ostium. Et fecit

frōtes ꝑ sexaginta cubitos: et ad fron-
tem atriū porte undiq; ꝑ circuitum: ⁊
ante faciem porte que ꝑtingebat usq;
ad faciem vestibuli porte interioris
quīquaginta cubitos: et fenestras ob-
liquas in thalamis ⁊ in frontibꝫ eorꝫ:
que erant intra portā undiq; per circu-
itum. Similiter autē erāt et in vestibu-
lis fenestre ꝑ gyrū intrinsecꝰ: ⁊ ante frō-
tes pictura palmarū. Et eduxit me ad
atriū exterius: et ecce gazophilacia et
pavimentū stratum lapide in atrio ꝑ
circuitum. Triginta gazophilacia in
circuitu pavimēti: ⁊ pavimētū ī frōte
portarꝫ secūdū lōgitudinē portarꝫ erat
inferiꝰ. Et mēsus est latitudinē a facie
porte inferioris usq; ad frōtē atrij interi-
oris extrinsecꝰ: centū cubitos ad orientē
et aquilonē. Portā vero q̄ respiciebat
viā aquilonis atrij exterioris mēsus ē
tā in lōgitudine q̄ ī latitudine: et tha-
lamos eius tres hinc et tres inde: ⁊ frō-
tem eiꝰ et vestibulum eiꝰ secūdū mensurā
porte prioris: quīquaginta cubitorū
longitudinē eiꝰ: et latitudinē viginti-
quinq; cubitorꝫ. Fenestre autē eiꝰ et vesti-
bulū et sculpture scđm mensurā porte
q̄ respiciebat ad orientem: ⁊ septē graduū
erat ascensus eiꝰ. Et vestibulum ante eā et
porta atrij interioris contra portā a-
quilonis et orientalē. Et mēsus est a
porta usq; ad portā: centū cubitos. Et
eduxit me ad viā australē: ⁊ ecce porta
q̄ respiciebat ad austrū. Et mēsus est
frōtē eiꝰ et vestibulum eiꝰ iuxta mēsuras
superiores: ⁊ fenestras eiꝰ ⁊ vestibula in
circuitu sicut fenestras ceteras: quīqua-
ginta cubitorū lōgitudine ⁊ latitudinē
viginti quinq; cubitorꝫ: et ī gradibꝫ septem
ascendebat ad eā. Et vestibulum ante fores
eiꝰ: ⁊ celate palme erāt: una hic et altera
inde in frōte eiꝰ: et porta atrij interioris

in via australi. Et mensus est a porta
usq; ad portam in via australi · cen-
tum cubitos. Et introduxit me in atri-
um interius ad portam australem: ⁊
mensus est portam iuxta mensuras
superiores · thalamū eius · et frontem
eius · et vestibulm eius hiisdem mensu-
ris: ⁊ fenestras vestibulū eius in cir-
cuitu quinquaginta cubitos lōgitudinis
et latitudinis vigintiquinq; cubitos: ⁊
vestibulū ꝑ gyrum lōgitudinē vigin-
quinq; cubitoꝝ: ⁊ latitudinē quinq; cu-
bitorū. Et vestibulū eius ad atriū exte-
rius: ⁊ palmas eius in fronte: ⁊ octo gra-
dus erant quibus ascendebat̄ ꝑ eā. Et
introduxit me in atriū interius ꝑ viā o-
rientalē: ⁊ mensus est portā secūdum
mensuras superiores · thalamū eius
et frontē eius ⁊ vestibula eius sicut supra:
⁊ fenestras eius ⁊ vestibla in circuitu lō-
gitudinē quiquaginta cubitoꝝ et lati-
tudinē vigintiquinq; cubitoꝝ: ⁊ vestibu-
lum eius id est atrii exterioris ⁊ palme
celate in fronte eius hinc ⁊ inde: ⁊ ī octo
gradibꝫ ascensus eius. Et introduxit me
ad portā q̄ respiciebat ad aquilonē:
Et mēsus ē scd̄m mēsuras superiores
thalamū eius ⁊ frontem eius et vestibulū
eius ⁊ fenestras eius ꝑ circuitū lōgitudine
quinquaginta cubitorū et latitudine vi-
gintiquinq; cubitoꝝ: ⁊ vestiblm eius respi-
ciebat ad atriū exterius · ⁊ celatura pal-
marꝫ in fronte eius hinc ⁊ inde: ⁊ in octo
gradibꝫ ascensus eius: ⁊ ꝑ singla gazo-
philacia ostiū in frontibꝫ portarꝫ: Ibi
lavabūt olocaustū. Et in vestiblo por-
te due mēse hinc ⁊ due mense inde: ut
immolet̄ sup eas olocaustū et ꝑ peccato
et ꝑ delicto. Et ad latus exterius qđ ascen-
dit ad ostiū porte q̄ ꝑgit ad aq̄lonē du-
e mēse: ⁊ ad latus alterꝫ ante vestiblm por-
te due mēse. Quatuor mēse hic ⁊ quatuor

mēse inde: ꝑ latera porte octo mēse erāt:
sup q̄s immolabāt. Quatuor aūt mēse
ad olocaustū de lapidibus q̄dris ex-
structe · longitudine cubiti unius ⁊ dimi-
dii · et latitudine cubiti unius et dimi-
dii: ⁊ altitudine cubiti unius: sup quas
ponāt vasa ī quibus īmolat̄ olocau-
stum ⁊ victima. Et labia earū palmi
unius: reflexa intrinsecus ꝑ circuitū. Sup
mēsas aūt carnes oblationis. Et ex-
tra portā interiorē gazophilacia can-
torū in atrio interiori qđ erat in latere
porte respicientis ad aquilonē: ⁊ faci-
es eoꝝ contra viā australē: una ex late-
re porte oriētalis · q̄ respiciebat ad viā
aquilonis. Et dixit ad me. Hoc ē ga-
zophilaciū qđ respicit viā meridianā
sacerdotū q̄ excubāt ī custodiis tēpli, por-
ro gazophilaciū qđ respicit ad viā a-
quilonis sacerdotū erit q̄ excubant ad
ministeriū altaris. Isti sūt filii sadoch
qui accedunt de filiis levi ad dn̄m: ut
ministrent ei. Et mensus est atriū lon-
gitudine centum cubitorū · et latitudi-
ne centum cubitorū · per quadrum, et
altare ante faciem templi. Et introdu-
xit me in vestibulū templi: et mensus
est vestibulum quinq; cubitis hinc et
quinq; cubitis inde: ⁊ latitudinē porte
triū cubitoꝝ hic · ⁊ triū cubitoꝝ inde: lō-
gitudinē aūt vestibli viginti cubitoꝝ et
latitudinē undecī cubitoꝝ. Et octo gradi-
bus ascendebat̄ ad eā, ⁊ colūne erāt in
frōtibꝫ: una hinc ⁊ altera inde. c. xli.

Et introduxit me in templum: et
mensus est frontes · sex cubitos
latitudinis hinc: et sex cubitos latitu-
dinis inde: latitudinē tabernaculi, ⁊ la-
titudo porte decem cubitorū erat: ⁊ la-
tera porte quinq; cubitis hinc: ⁊ quin-
q; inde. Et mensus est longitudinem
eius q̄draginta cubitorū: ⁊ latitudinē

viginti cubitorū. Et introgressus in-
trinsec⁹ mensus est in fronte porte du-
os cubitos: ⁊ portā sex cubitoꝝ: ⁊ lati-
tudinē porte septem cubitoꝝ. Et mēsus
est lōgitudinē ei⁹ viginti cubitoꝝ: ⁊ la-
titudinē viginti cubitoꝝ āte faciē tem-
pli. Et dixit ad me. Hoc est sanctū san-
ctoꝝ. Et mēsus est parietē dom⁹ sex cu-
bitoꝝ: ⁊ latitudinē lateris q̄tuor cubi-
toꝝ: undiq; p circuitū domus. Latera
aūt lat⁹ ad lat⁹: bis triginta triū. Et e-
rant eminentia que ingrederent̄ p pa-
rietē dom⁹ in lateribꝫ p circuitū ut con-
tinerent: ⁊ nō attingerent parietē tem-
pli. Et platea erat in rotūdū ascendēs
sursum p cocleā: et in cenaculū templi
deferebat p gyrū. Idcirco lati⁹ erat tem-
plum in superioribꝫ: ⁊ sic de inferiori-
bus ascendebat̄ ad superiora: ⁊ in me-
diū. Et vidi in domo altitudinē p cir-
cuitū fundata latera ad mensurā ca-
lami sex cubitoꝝ spacio: et latitudinē
p parietē lateri⁹ forinsec⁹ quinq; cubitoꝝ.
Et erat īterior dom⁹ ī lateribꝫ dom⁹. Et
īter gazophilacia latitudinē viginti
cubitoꝝ ī circuitu dom⁹ ūdiq;. Et ostiū
lateris ad orationē: ostiū unū ad viā
aquilonis: ⁊ ostiū unū ad viā austra-
lem: ⁊ latitudinē loci ad orationē quī-
q; cubitoꝝ in circuitu. Et edificium qd̄
erat separatum versumq; ad viam re-
spicientem ad mare latitudinis septu-
aginta cubitorū, paries autem edificij
quinq; cubitorū latitudinis per circu-
itum: ⁊ longitudo eius nonaginta cu-
bitorū. Et mensus est domus longi-
tudinem centum cubitorū: ⁊ quod se-
paratum erat edificiū et parietes eius
longitudinis centum cubitorū. Lati-
tudo aūt ante faciem domus: ⁊ eius
quod erat separatū contra orientem
centū cubitoꝝ. Et mēsus ē lōgitudinē
edificij contra faciem ei⁹ qd̄ erat sepa-
ratū ad dorsū: ethecas ex utraq; par-
te centū cubitorū: ⁊ templū interius et
vestibula atrij. limina ⁊ fenestras obli-
quas: ethecas in circuitu p tres par-
tes contra uniuscuiusq; limē: stratūq;
ligno p gyrū in circuitu. Terra autem
usq; ad fenestras: ⁊ fenestre clause sup
ostia. ⁊ usq; ad domū interiorem et fo-
rinsec⁹ p omnē parietem in circuitu in-
trinsec⁹ ⁊ forinsecus ad mensurā: ⁊ fa-
brefacta cherubim ⁊ palme. Et palma
inter cherub et cherub. Duasq; facies
habebat cherub: faciē hominis iuxta
palmā ex hac parte: et faciem leonis
iuxta palmā ex alia parte expressam.
Per omnē domū in circuitu de terra
usq; ad superiorē partē: cherubim et
palme celate erant in pariete templi.
Limen quadrangulū: ⁊ facies sanctu-
arij aspect⁹ contra aspectum. Altaris
lignei triū cubitorū altitudo: et longi-
tudo eius duorū cubitorū: et anguli
eius ⁊ longitudo eius ⁊ parietes eius
lignei. Et locutus est ad me. Hec est
mensa coram domino. Et duo ostia
erant in templo et in sanctuario: et in
duobus ostijs ex utraq; parte bina
erant ostiola: que in se invicem plica-
bantur. Bina enim ostia erāt ex utra-
q; parte ostiorum. Et celata erant in
ipsis ostijs templi cherubim ⁊ sculptu-
ra palmarum: sicut in parietibꝫ quo-
q; expressa erant. Quamobrem ⁊ gros-
siora erant ligna in vestibuli frōte fo-
rinsecus: super que fenestre oblique:
et similitudo palmarū hinc atq; inde
in humerulis vestibuli secundū latera
dom⁹ latitudinēq; parietū. c.xlii.

Et eduxit me in atrium exterius p
viā ducentem ad aquilonē. Et in-
duxit me in gazophilaciū quod erat

contra separatū edificiū: ⁊ ɔtra eandem
vergentem ad aquilonē· in facie lōgi-
tudinis centum cubitos ostij aquilo-
nis: ⁊ latitudinis quinquaginta cu-
bitos ɔtra viginti cubitos atrij interioris:
et ɔtra pauimētū stratū lapide atrij exte-
rioris: ubi erat portic⁹ iūcta porticui
triplici. Et āte gazophilacia deābulatō
decē cubitorū latitudinis: ad interiora
respiciens vie cubiti vni⁹. Et ostia eorū
ad aquilonē ubi erant gazophilacia
in superioribꝫ humiliora: quia supporta-
bāt portic⁹ q̄ ex illis eminebāt de inferi-
oribꝫ ⁊ de medijs edificij. Tristega enī
erāt: et nō habebāt colūnas sicut erāt
columne atriorū. Propterea eminebāt
de inferioribus ⁊ de medijs a terra cu-
bitis quinquaginta. Et peribolus
exterior secundū gazophilacia que e-
rant in via atrij exterioris ante gazo-
philacia. Longitudo eius quinqua-
ginta cubitorū: quia longitudo erat
gazophilaciorū atrij exterioris quin-
quaginta cubitorū: ⁊ longitudo ante
faciem templi centum cubitorū. Et erat
subter gazophilacia hec introitus ab
oriente ingredientiū in ea de atrio ex-
teriori: in latitudine periboli atrij qd
erat contra viā orientalem in faciem
edificij separati. Et erant ante edificiū
gazophilacia: ⁊ via ante faciem eorū
iuxta similitudinē gazophilaciorū q̄
erant in via aquilonis. Secundū lō-
gitudinē eorū sic ⁊ latitudo eorū: ⁊ omnis
introitus eorū ⁊ similitudines ⁊ ostia
eorū secundū ostia gazophilaciorū· q̄
erāt in via respiciēte ad austrū. Ostiū
in capite vie: que erat ante vestibulū
separatū per viā orientalem ingredien-
tibus. Et dixit ad me. Gazophilacia
aq̄lonis et gazophilacia austri que
sunt ante edificiū separatū: hec sunt
gazophilacia sācta: i quibꝫ vescūtur
sacerdotes q̄ appropinquāt ad dūm
in sancta sanctorū. Ibi ponent sancta
sanctorum: et oblationem pro pec-
cato et pro delicto. Locus enim sanct⁹
est. Cum autem ingressi fuerint sacer-
dotes: nō egredientur de sanctis in a-
triū exterius: Et ibi reponent vestimen-
ta sua in quibus ministrant: quia san-
cta sunt: vestienturq; vestimētis alijs
⁊ sic procedent ad populū. Cumq; cōplesset
mensuras dom⁹ interioris: eduxit me
per viam porte que respiciebat ad viā
orientalem: ⁊ mensus est eam vndiq;
per circuitum. Mensus est aūt contra
ventum orientalem calamo mensure:
quingentos calamos in calamo mē-
sure per circuitum. Et mensus est cōtra
ventū aquilonis quīgētos calamos:
in calamo mensure per gyrum. Et ad
ventū australem mensus est quingen-
tos calamos: in calamo mensure per
circuitū. Et ad ventū occidentalē mē-
sus est quingentos calamos: in cala-
mo mensure. Per quatuor ventos mē-
sus est: longitudinē quingentorū cu-
bitorū: ⁊ latitudinem quingentorū cu-
bitorum: Et murus diuidit inter san-
ctuarium et vulgi locum. ca. xliii.

Et duxit me ad portam que respi-
ciebat ad viam orientalem. Et
ecce gloria dei israhel· ingrediebatur
per viam orientalem: ⁊ vox erat ei qua-
si vox aquarū multarū: ⁊ terra splen-
debat a maiestate eius. Et vidi visio-
nem secundū speciē quā viderā quādo
venit ut disperderet ciuitatem: ⁊ specie⁹
secūdum aspectum quē videram iuxta
fluuiū chobar. Et cecidi super faciem
meā. Et maiestas dūi ingressa est tem-
plum: per viam porte que respiciebat
ad orientem. Et eleuauit me spiritus:

⁊ introduxit me in atriū īteri⁹. Et ecce
repleta erat gloria dn̄i dom⁹. Et audi-
ui loquentem ad me de domo. Et uir
qui stabat iuxta me: dixit ad me. Fili
hominis: locus solij mei et locus ve-
stigiorū pedum meorū: ubi habito in
medio filiorū israhel in eternum. Et
non polluet ultra domus israhel no-
men sanctum meū: ipsi et reges eorū
in fornicationibus suis ⁊ in ruinis re-
gum suorū ⁊ in excelsis: qui fabricati
sunt limen suū iuxta limen meū: ⁊ po-
stes suos iuxta postes meos: ⁊ mur⁹
erat inter me et eos. Et polluerunt no-
men sanctum meū in abominationi-
bus quas fecerunt: propter quod con-
sumpsi eos in ira mea. Nunc ergo re-
pellant procul fornicationem suā et
ruinas regū suorū a me: et habitabo
in medio eorū semper. Tu ergo fili ho-
minis ostende domui israhel templū
et confundantur ab iniquitatibꝫ su-
is: et meciantur fabricā: ⁊ erubescāt
ex omnibus que fecerunt. Figurā do-
mus ⁊ fabrice eius. exitus et introit⁹.
et omnē descriptionem eius et univer-
sa p̄cepta eius. cūctūq; ordinē eius. et
om̄es leges eius ostende eis. et scribe
in oculis eorū: ut custodiāt om̄es de-
scriptōnes ei⁹ et p̄cepta illi⁹: ⁊ faciāt ea.
Ista est lex dom⁹ in sūmitate montis.
Om̄es fines ei⁹ in circuitu. sanctū san-
ctorū est. Hec ē ergo lex dom⁹. Iste aūt
mensure altaris in cubito verissimo:
qui habebat cubitū ⁊ palmū. In sinu
ei⁹ erat cubit⁹: ⁊ cubit⁹ in latitudine: ⁊
definitō ei⁹ usq; ad labiū ei⁹ ⁊ in circu-
itu palm⁹ un⁹. Hec q̄ȝ erat fossa alta-
ris. Et de sinu terre usq; ad crepidinē
novissimā duo cubiti. ⁊ latitudo cubi-
ti uni⁹: ⁊ a crepidine minore usq; ad cre-
pidinē maiorē q̄tuor cubiti: et latitudo
cubiti uni⁹. Ipse aūt ariel quatuor cu-
bitorꝫ: ⁊ ab ariel usq; ad sursū cornua
quatuor. Et ariel duodecim cubitorꝫ
in longitudinē ꝑ duodecim cubitos
latitudinis: quadrāgulatum equis
lateribus. Et crepido quatuordecim cu-
bitorū longitudinis ꝑ quatuordecim
cubitos latitudinis in quatuor angu-
lis eius: et corona in circuitu eius di-
midij cubiti: et sinus eius uni⁹ cubiti
per circuitū. Gradus autem eius ver-
si ad orientem. Et dixit ad me. Fili
hominis: hec dicit domin⁹ deus. Hij
sunt ritus altaris in quacunq; die fu-
erit fabricatū: ut offeratur super illud
olocaustum et effundat̄ sanguis. Et
dabis sacerdotibꝫ et levitis qui sunt
de semine sadoch qui accedūt ad me
ait dominus deus: ut offerant mi-
chi vitulum de armento pro peccato.
Et assumens de sanguine ei⁹ pones
super quatuor cornua eius et super
quatuor angulos crepidinis et super
coronam in circuitu: et mundabis
illud et expiabis. Et tolles vitulum
qui oblatus fuerit pro peccato: ⁊ com-
bures illū in separato loco domus
extra sanctuarium. Et in die secunda
offeres hircum caprarū immaculatū
pro peccato: ⁊ expiabunt altare sicut
expiaverunt in vitulo. Cumq; comple-
veris expians illud offeres vitulum de
armento immaculatū: et arietem de
grege immaculatū: et offeres eos in
conspectu domini. Et mittent sacerdo-
tes super eos sal: et offerent eos in olo-
caustum domino. Septem diebus fa-
cies hircum pro peccato quotidie: et
vitulum de armento et arietem de pe-
coribus immaculatos offerent. Se-
ptem diebus expiabunt altare et mū-
dabunt illud: ⁊ implebūt manū eius.

Expletis aūt diebus in die octaua et
ultra · facient sacerdotes super altare
olocausta vr̄a · ⁊ que p pace offerūt: ⁊
placatꝰ ero vobis ait dn̄s deꝰ. xliiii
Et cōuerti me ad viā porte sanctu-
arij exterioris que respiciebat ad
orientē: ⁊ erat clausa. Et dixit dn̄s ad
me. Porta hec clausa erit · ⁊ non ape-
rietur: ⁊ vir non transiet per eā · quo-
niā dn̄s deus israhel ingressus est per
eam: eritq; clausa principi. Princeps
ipse sedebit in ea: ut comedat panem
corā dn̄o. Per viā porte vestibuli ingre-
dietur: et per viā eiꝰ egredietur. Et adduxit
me p viā porte aquilonis ī cōspectu do-
mus · ⁊ vidi: et ecce impleuit gloria dn̄i
domū dn̄i. Et cecidi in faciem meā: et
dixit ad me dn̄s. Fili hominis pone
cor tuū ⁊ vide oculis tuis: ⁊ auribus
tuis audi omnia que ego loquor ad
te: de vniuersis cerimonijs domꝰ dn̄i
et de cunctis legibus eius. Et pones
cor tuū in vijs templi p omnes exitus
sanctuarij: ⁊ dices ad exasperātem me
domū israhel. Hec dicit dominꝰ deus.
Sufficiant vobis omnia scelera vr̄a
domus israhel: eo q inducitis filios
alienos incircūcisos corde et incircūci-
sos carne ut sint in sanctuario meo et
polluāt domū meā: ⁊ offertis panes
meos adipē ⁊ sanguinē: ⁊ dissoluistis
pactū meū in oībus sceleribꝫ vr̄is: ⁊
nō seruastis p̄cepta sanctuarij mei: et
posuistis custodes obseruationū me-
arū in sanctuario meo vobismetipsis.
Hec dicit dn̄s deꝰ. Omnis alienigena ⁊
incircūcisus corde ⁊ incircūcisus carne
nō ingredietur sanctuariū meū: omnis
filiꝰ alienꝰ qui est in medio filiorꝫ isra-
hel. Sed ⁊ leuite qui longe recesserūt a
me in errore filiorꝫ israhel · et errauerūt
a me post ydola sua · et portauerunt
iniquitatem suā: erunt in sanctuario
meo editui ⁊ ianitores portarꝫ domꝰ:
et ministri domꝰ. Ipsi mactabūt olo-
causta ⁊ victimas ppli: et ipi stabūt in
conspectu eorū ut ministrent eis. Pro
eo q ministrauerūt illis ī cōspectu ydo-
lorū suorū · ⁊ facti sunt domui israhel
in offendiculū iniquitatis: idcirco le-
uaui manū meā sup eos ait dn̄s deꝰ:
et portauerūt iniquitatem suā. Et nō
appropinquabūt ad me ut sacerdotio
fungantur michi: neq; accedent ad o-
mne sanctuariū meū iuxta sancta san-
ctorū: sed portabunt confusionē suā ⁊
scelera sua que fecerūt. Et dabo eos ia-
nitores domus ⁊ in omni ministerio
eius: ⁊ uniuersis que fient in ea. Sacer-
dotes autem et leuite filij sadoch qui
custodierūt cerimonias sāctuarij mei
cum errarent filij israhel a me: ipi ac-
cedent ad me ut ministrent michi: et
stabunt in conspectu meo: ut offerant
michi adipē ⁊ sanguinē ait dn̄s deus.
Ipi ingredientur sanctuariū meū: ⁊ ipi
accedent ad mensam meam: ut mini-
strent michi ⁊ custodiant cerimonias
meas. Cumq; ingredientur portas a-
trij interioris vestibus lineis induen-
tur: nec ascendet sup eos quicq̄ laneū
quādo ministrant in portis atrij inte-
rioris et intrinsecus. Vitte linee erunt
in capitibus eorū: ⁊ feminalia linea e-
runt in lūbis eorū: et nō accingentur
in sudore. Cumq; egredientur atriū
exterius ad ppłm exuent se vestimentis
suis in quibus ministrauerāt: ⁊ repo-
nent ea in gazophilacio sanctuarij: et
vestient se vestimentis alijs: ⁊ nō san-
ctificabūt pplm in vestibꝫ suis. Caput
aūt suū non radēt: neq; comā nutrient:
sed tondentes attōdēt capita sua. Et vi-
nū nō bibet oīs sacerdos quando

ingressus est atriū interi⁹. Et viduā et
repudiatam nō accipient uxores: sed
virgines de semine dom⁹ israhel. Sed
⁊ viduā q̄ fuerit vidua a sacerdote acci-
piēt: et ꝑplm meū docebūt qd sit inter
sanctū ⁊ pollutū: ⁊ inter mūdū ⁊ immūdū
ostendēt eis. Et cū fuerit controuersia
stabūt ī iudicijs meis: et iudicabūt. le-
ges meas ⁊ p̄cepta mea ī oībꝫ so-
lemnitatibꝫ meis custodiēt: ⁊ sabbata
mea sanctificabūt. Et ad mortuū ho-
minē nō ingredientur: ne polluāt: nisi ad
patrē ⁊ matrē ⁊ filiū ⁊ filiā et fratrē ⁊ so-
rorē q̄ alterꝫ virū nō habuerit: ī quibꝫ
cōtaminabūtur. Et postq̄ fuerit emū-
dat⁹ septē dies numerabūtur ei: ⁊ ī die
introit⁹ sui in sāctuariū ad atriū interi⁹
ut ministret michi ī sanctuario: offe-
ret ꝓ peccato suo ait dn̄s de⁹. Nō erit
aūt eis hereditas: Ego hereditas eoꝝ:
et possessionem non dabitis eis in isrl'.
Ego enī possessio eoꝝ. Victimā ⁊ pro
peccato ⁊ ꝓ delicto ipi comedēt: ⁊ omne
votū in israhel ipoꝝ erit. Et p̄micias
omniū p̄mogenitorū ⁊ oīa libamē-
ta ex omnibus q̄ offerūtur: sacerdotū e-
runt. Et p̄micias ciborū vestrorū da-
bitis sacerdoti: ut reponat benedictio-
nem domui sue. Omne morticinū et
captum a bestia de auibus ⁊ de pecori-
bus nō comedēt sacerdotes. c. xlv.

Cumq; ceperitis terrā diuidere sor-
tito: separate p̄micias dn̄o san-
ctificatum de terra: longitudinē vigin-
tiquinq; milia: ⁊ latitudinē decem mi-
lia. Sanctificatū erit in omni termino
ei⁹ ꝑ circuitū. Et erit ex omni parte sācti-
ficatū quingētos ꝑ quingētos q̄drifa-
riā per circuitū: ⁊ quinq̄ginta cubitis
in suburbana ei⁹ ꝑ girū. Et a mēsura
ista mensurabis longitudinē vigin-
tiquinq; miliū: ⁊ latitudinē decē miliū.

Et ī ipo erit tēplū sāctūq; sāctoꝝ: sancti-
ficatū de tra erit sacerdotibꝫ ministris
sāctuarij: q̄ accedūt ad ministeriū dn̄i.
Et erit eis loc⁹ ī domos ⁊ in sāctuariū
sāctitatis. Vigintiquinq; aūt milia lō-
gitudinis et decē milia latitudīs erūt
leuitis: q̄ ministrāt domui. Ipi posside-
būt viginti gazophilacia. Et possessio-
nē ciuitatis dabitis quinq; milia latitu-
dinis ⁊ lōgitudinis vigintiquinq; mi-
lia: scdm separatōnē sāctuarij omni do-
mui isrl'. Principi q̄; hinc ⁊ inde ī sepa-
ratōnē sāctuarij ⁊ ī possessionē ciuitatis
ꝯtra faciē separatōnis sāctuarij: ⁊ ꝯtra
faciē possessionis urbis a latere maris
usq; ad mare: ⁊ a latere oriētis usq; ad
orientem. Longitudinē aūt iuxta unā-
quāq; partē a termino occidētali usq;
ad terminū oriētalē: de terra erit ei posses-
sio in isrl'. Et nō depopulabūtur ultra
principes ꝑplm meū: sed terrā dabūt do-
mui isrl' scdm tribꝫ eoꝝ. Hec dicit dn̄s
de⁹. Sufficiat vobis pricipes isrl': iniq̄-
tatē ⁊ rapinas intermittite: ⁊ iudiciū et
iusticiā facite. Separate cōfinia vrā a
ꝑplo meo ait dn̄s de⁹. Statera iusta ⁊
ephi iustū ⁊ bat⁹ iust⁹ erit vobis. Ephi
⁊ bat⁹ equalia ⁊ uni⁹ mēsure erūt: ut ca-
piāt decimā partē chori bat⁹: ⁊ decimā
partē chori ephi. Iuxta mēsurā chori erit
equa libratio eoꝝ. Siclus aūt viginti o-
bulos habet. Porro viginti sicli ⁊ viginti-
quinq; sicli ⁊ quindecī sicli mnā faciūt.
Et hec sūt p̄micie q̄s tolletis: sextā partē
ephi de choro frumēti: ⁊ sextā partē ephi
de choro ordei. Mēsura q̄; olei. Bat⁹ o-
lei decia pars chori e: q̄a decē bati iplēt
choꝝ. Et arietē unū de grege ducētoꝝ
de hijs q̄ nutriunt isrl' ī sacrificiū et ī olo-
caustū et ī pacifica: ad expiādū ꝓ eis a-
it dn̄s deus. Omnis ꝑplus terre tenebi-
tur primitijs hijs principi in israhel.

et decē bati chorū faciūt:

Et sup principem erūt olocausta ⁊ sa-
crificiū et libamina ī solemnitatibus
et in kalendis et ī sabbatis: in univer-
sis solēnitatibꝫ domus isrl. Ipse faciet
pro peccato sacrificium ⁊ olocaustū ⁊
pacifica: ad expiandū pro domo isrl.
Hec dicit dn̄s deus. In pmo mense
una mensis sumes vitulū de armēto
immaculatū: et expiabis sanctuariū.
Et tollet sacerdos de sanguine qd̄ erit
pro peccato: ⁊ ponet in postibꝫ domus
et in quatuor angulis crepidinis al-
taris: et in postibus porte atrij interi-
oris. Et sic facies in septima mensis
pro unoquoq; qui ignorauit et erro-
re deceptus est: et expiabis pro domo.
In primo mense quartadecima die
mensis erit vobis pasche solemnitas.
Septem diebus azima comedent̄. Et
faciet princeps ī die illa pro se et pro
universo populo terre vitulū pro pec-
cato. Et in septem dierum solemnita-
te faciet olocaustum domino: septem
vitulos et septem arietes immacula-
tos quotidie septem diebus: et pro pec-
cato hircum caprarum: et sacrificium
ephi per vitulum et ephi per arietem
faciet: et olei hyn p singula ephi. Se-
ptimo mense quintadecima die men-
sis in solemnitate faciet sicut supradi-
cta sūt per septem dies: tam p peccato
q̄ȝ pro olocausto ⁊ ī sacrificio ⁊ ī oleo.
Hec dicit dominus deus. ca. xlvi.
Porta atrij interioris que respi-
cit ad orientem erit clausa sex diebus
in quibus opus fit: die autem sabba-
ti aperietur. Sed et in die kalendarū
aperietur: et intrabit princeps per viā
vestibuli porte deforis: et stabit in li-
mine porte. Et facient sacerdotes olo-
caustū eius ⁊ pacifica eius: ⁊ adorabit
super limen porte: et egredietur. Porta
autē non claudetur usq; ad vesperam.
Et adorabit ppls terre ad ostiū porte
illius ī sabbatis ⁊ in kalendis coram
dn̄o. Olocaustū aūt hoc offeret prin-
ceps domino ī die sabbati: sex agnos
immaculatos et arietē immaculatū:
et sacrificiū ephi p arietem. In agnis
autē sacrificium quod dederit manus
eius: ⁊ olei hyn p singl'a ephi. In die
autē kalendarū vitulum de armēto
īmacl'atū et sex agni et arietes īmacu-
lati erūt: et ephi p vitlm: ephi q; p arie-
tē faciet sacrificiū. Agnis aūt sicut in-
venerit manus eius: olei hyn p singula e-
phi. Cūq; ingressurus ē princeps p viā
vestibuli porte ingrediat̄: ⁊ p eādē viā exe-
at. Et cū intrabit pplus terre ī ɔspectu dn̄i
ī solēnitatibꝫ: q̄ ingredit̄ p portā aq̄lo-
nis ut adoret: egrediat̄ p viā porte me-
ridiane. Porro qui ingredit̄ p viam
porte meridiane: egrediat̄ per viā por-
te aquilonis. Nō reuertet̄ p viam por-
te p quā ingressus ē: sed e regione illius
egrediet̄. Princeps aūt in medio eorū
cū ingredientibꝫ ingrediet̄: ⁊ cū egre-
dientibꝫ egrediet̄. Et ī nundinis ⁊ ī sole-
mnitatibꝫ erit sacrificiū ephi p vitulū
et ephi p arietē; agnis aūt erit sacrifici-
um sicut invenerit manus eius: ⁊ olei hyn
p singl'a ephi. Cū aūt fecerit princeps
spōtaneū olocaustū aut pacifica volū-
taria dn̄o: aperiet̄ ei porta q̄ respicit ad
orientē: ⁊ faciet olocaustū suū ⁊ pacifica
sua sicut fieri solet ī die sabbati ⁊ egre-
diet̄: claudetq; porta postq̄ȝ exierit. Et a-
gnū eiusdē āni īmacl'atum faciet olo-
caustū quotidie dn̄o. Semp mane fa-
ciet illud. Et faciet sacrificiū sup eo ca-
thmane mane sextā partē ephi: ⁊ de
oleo terciā partē hyn ut misceat̄ simi-
le. Sacrificiū dn̄o legitimū: iuge atq;
ppetuū. Faciet agnum et sacrificium

et oleũ cathamiane mane olocauſtũ
ſempiternũ. Hec dicit dominus deus.
Si dederit princeps donũ alicui de fi-
lijs ſuis: hereditas eius filiorũ ſuorũ
erit: poſſidebũt eã hereditarie. Si autẽ
dederit legatum de hereditate ſua uni
ſeruorũ ſuorũ: erit illius uſq; ad annũ
remiſſionis: et revertet̃ ad principem.
Hereditas autẽ eius filijs eius erit. Et
nõ accipiet princeps de hereditate po-
puli per violentiam et de poſſeſſione
eorũ: ſed de poſſeſſione ſua hereditatẽ
dabit filijs ſuis: ut nõ diſpergatur po-
pulus meus vnuſquiſq; a poſſeſſione
ſua. Et introduxit me ꝑ ingreſſum q̄
erat ex latere porte ĩ gazophilacia ſan-
ctuarij ad ſacerdotes q̄ reſpiciebãt ad
aquilonẽ: ⁊ erat ibi locus vergẽs ad
occidentẽ: et dixit ad me. Iſte eſt locus
ubi coquẽt ſacerdotes pro peccato et ꝓ
delicto: ubi coquent ſacrificium: ut nõ
efferãt in atriũ exteri⁹: et ſanctificetur
populus. Et eduxit me in atrium exte-
rius: et circunduxit me per quatuor
angulos atrij. Et ecce atriolum erat
in angulo atrij: atriola ſingula ꝑ an-
gulos atrij. In quatuor ãgulos atrij
atriola diſpoſita: quadraginta cubi-
torum per longum: et triginta per la-
tum. Menſure unius quatuor erant.
Et paries per circuitum ambiens qua-
tuor atriola: et culine fabricate erant
ſubter porticus per gyrum. Et dixit
ad me. Hec eſt domus culinarum: in
qua coquent miniſtri domus domi-
ni victimas populi. **m. xlvij.**

Et convertit me ad portam do-
mus: et ecce aque egrediebãtur
ſubter limen domus ad orientem. Fa-
cies enim domus reſpiciebat ad ori-
entem. Aque autem deſcendebant in
latus templi dextrum: ad meridiem
altaris. Et eduxit me per viam porte
aquilonis: et convertit me ad viam
foras portam exteriorem: viam que
reſpiciebat ad orientem. Et ecce aque
redundantes a latere dextro cum egre-
deretur vir ad orientem qui habebat
funiculum in manu ſua: et menſus
eſt mille cubitus: et tranſduxit me per
aquam uſq; ad talos. Ruſumq; mẽ-
ſus eſt mille: ⁊ tranſduxit me ꝑ aquã
uſq; ad genua. Et mẽſus eſt mille: et
trãſduxit me ꝑ aquam uſq; ad renes.
Et mẽſus ẽ mille torrentẽ quẽ non po-
tui ptranſire: qm̃ intumuerãt aque ꝓ-
fũdi torrẽtis: q̄ nõ poteſt trãſuadari. Et
dixit ad me. Certe vidiſti fili hoĩs. Et e-
duxit me: ⁊ ↄ̃uũt ad ripã torrẽtis. Cũ-
q; me ↄ̃uertiſſẽ: ecce ĩ ripa torrẽtis ligna
multa nimis ex utraq; parte. Et ait ad
me. Aque iſte q̄ egrediũt̃ ad tumulos
zabuli orientalis ⁊ deſcendũt ad plana
deſerti: intrabũt mare: ⁊ exibũt ⁊ ſana-
bunt̃ aque. Et oĩs aĩa vivẽs q̄ ſerpit
quocũq; venerit torrẽs vivet: et erunt
piſces multi ſatis: poſtq̃ venerint illuc
aque iſte. Et ſanabunt̃ ⁊ vivẽt omĩa
ad que venerit torrens: et ſtabunt ſu-
per illa piſcatores. Ab engaddi uſ-
q; ad engallim ſiccatio ſagenarum e-
runt. Plurime ſpecies erunt piſcium
eius: ſicut piſces maris magni multi-
tudinis nimie. In litoribꝫ autẽ ei⁹ et ĩ
paluſtribꝫ nõ ſanabũt̃: q̃a ĩ ſalinas
dabũt̃. Et ſuꝑ torrentẽ orient̃ ĩ ripis ei⁹
ex utraq; parte omñe lignũ pomiferum.
Nõ defluet foliũ ex eo: ⁊ non deficiet fru-
ctus ei⁹. Per ſinglos mẽſes afferet pri-
mitiva: q̃a aque ei⁹ de ſãctuario egredi-
ent̃. Et erũt fructus ei⁹ in cibũ: et folia
ei⁹ ad medicinã. Hec dicit dñs deus.
Hic eſt terminus ĩ quo poſſidebitis ter-
ram in duodecim tribubꝫ iſrahel: quia

ioseph duplicē funiculū habet. Possi-
debitis aūt eam singuli eque ut frater
suus: super quā leuaui manū meā ut
darē patribꝫ vr̄is. Et cadet terra hec uo-
bis in possessionē. Hic est aūt terminꝰ
terre ad plagam septentrionalē a ma-
ri magno uia ethalon uenientibꝫ seda-
da emath berotha · sabarim q̄ est inter
mediū damasci et confiniū emath do-
mus thicon que est iuxta terminū au-
ran: et erit terminꝰ a mari usqꝫ ad atri-
um enon terminꝰ damasci: ⁊ ab aqui-
lone ad aquilonē terminꝰ emath: pla-
ga septentrionalis. Porro plaga ori-
entalis de medio auran et de medio
damasci ⁊ de medio galaad et de me-
dio terre israhel · iordanis disterminās:
ad mare orientale metiemini plagā
orientalem. Plaga autem australis
meridiana a thamar usqꝫ ad aquas
contradictionis cades: et torrens usqꝫ
ad mare magnū: ⁊ hec est plaga ad
meridiem australis. Et plaga maris:
mare magnū a confinio per directum
donec uenias emath: hec ē plaga ma-
ris. Et diuidetis terram istā uobis per
tribus israhel: ⁊ mittetis eam in here-
ditatem uobis et aduenis qui accesse-
rint ad uos qui genuerint filios in
medio uestrū: ⁊ erunt uobis sicut indi-
gene inter filios israhel. Vobiscum
diuident possessionem in medio tri-
buū israhel. In tribu aūt quacunqꝫ
fuerit aduena: ibi dabitis possessionē
illi · ait dominus deus. ca. xlviii.

Et hec nomina tribuū. A finibus
aquilonis iuxta uiam ethalon
pergētibus emath atriū enon terminꝰ
damasci · ab aqlone iuxta uiā emath: ⁊
erit ei plaga orientalis mare dan una.
Et a termino dan: a plaga orientali
usqꝫ ad plagā maris · aser una. Et
super terminū aser: a plaga orientali
usqꝫ ad plagā maris neptalim una.
Et super terminū neptalim: a plaga
orientali usqꝫ ad plagam maris ma-
nasse una. Et super terminū manasse:
a plaga orientali usqꝫ ad plagā ma-
ris effraym una. Et sup terminū effra-
ym: a plaga orientali usqꝫ ad plagā
maris ruben una. Et super terminū
ruben: a plaga orientali usqꝫ ad pla-
gam maris iuda una. Et sup terminū
iuda: a plaga orientali usqꝫ ad pla-
gam maris erunt primitie quas sepa-
rabitis uigintiquinqꝫ milibus latitu-
dinis et longitudinis: sicut singule
partes a plaga orientali usqꝫ ad pla-
gam maris. Et erit sanctuariū in me-
dio eius. Primitie quas separabitis
dn̄o: longitudo uigintiquinqꝫ mili-
bus: ⁊ latitudo decem milibus. Hee
autem erūt primicie sanctuarij sacerdo-
tum: ad aquilonē lōgitudinis uigin-
tiquinqꝫ milia: ⁊ ad mare latitudinis
decem milia. Sed ⁊ ad orientem latitu-
dinis decem milia: et ad meridiem ui-
gintiquinqꝫ milia. Et erit sanctuariū
dn̄i in medio eius. Sacerdotibꝫ san-
ctuariū erit de filijs sadoch · qui custo-
dierūt cerimonias meas: ⁊ nō erraue-
runt cū errarent filij israhel: sicut erra-
uerūt et leuite. Et erunt primitie de pri-
mitiis terre sanctū sanctorū: iuxta ter-
minū leuitarū. Sed ⁊ leuitis similiter
iuxta fines sacerdotum uigintiquinqꝫ
milia lōgitudinis: ⁊ latitudinis decē
milia. Omnis lōgitudo uiginti ⁊ quinqꝫ
miliū: ⁊ latitudo decem miliū. Et nō
uenūdabūt ex eo neqꝫ mutabūt: neqꝫ
trāsferent̄ primitie terre: qꝛ sanctificate
sunt dn̄o. Quinqꝫ milia aūt q̄ supsunt
in latitudine per uiginti quinqꝫ milia:
prophana erūt urbis in habitaculū et

in suburbana. Et erit ciuitas ī medio
eius: et hee mensure eiꝰ. Ad plagam
septentrionalē quingenta et quatuor
milia: ⁊ ad plagam meridianā quin-
genta ⁊ quatuor milia: ⁊ ad plagā o-
rientalem quingenta et quatuor mili-
a: ⁊ ad plagam occidentalē quingen-
ta et quatuor milia. Erunt aūt subur-
bana ciuitatis ad aquilonē ducenta-
quinq̄ginta ⁊ ad meridiē ducētaquin-
q̄ginta: et ad orientē ducētaquinq̄gīta
⁊ ad mare ducētaquinq̄gīta. Qd̄ aūt
reliquū fuerit ī lōgitudine scd̄m p̄miti-
as sāctuarij decem milia ī orientem: ⁊
decē milia in occidē. erūt sicut p̄mitie
sanctuarij: ⁊ erūt fruges eius in panes
hijs qui seruiūt ciuitati. Seruiētes aūt
ciuitati operabūtur ex om̄ibus tribu-
bus israhel. Omnes primitie uiginti-
quinq; miliū per uigintiquinq; milia
in quadrū separabūtur in primitias
sanctuarij: et in possessionē ciuitatis.
Qd̄ aūt reliquū fuerit principis erit ex
omni parte primitiarū sanctuarij et
possessionis ciuitatis exregione uigin-
tiquinq; miliū primitiarū usq; ad ter-
minū orientalem; sed ⁊ a mari exregio-
ne uigintiquinq; miliū usq; ad termi-
nū maris similiter ī partibȝ pricipis erit.
Et erūt p̄mitie sāctuarij ⁊ sāctuariū tē-
pli in medio eiꝰ. De possessione aūt le-
uitarum ⁊ de possessione ciuitatis in
medio partiū principis: erit ī terminū
iuda ⁊ in terminū beniamin: ⁊ ad pri-
cipem ptinebit. Et reliquis tribubus erūt tales porciōes
a plaga orietali usq; ad plagā occidē-
talem. beniamin una. Et cōtra terminū
beniamin a plaga orientali usq; ad
plagā occidentalē: symeon una. Et su-
per terminū symeonis a plaga orienta-
li usq; ad plagā occidentalē: ysachar
una. Et sup terminū ysachar a plaga
orientali usq; ad plagam occidentalē:
zabulon una. Et super terminū zabu-
lon a plaga orientali usq; ad plagā
maris: gad una. Et sup t'minū gad
ad plagā austri ī meridiē: et erit finis
de thamar usq; ad aquas cōtradictio-
nis cades: hereditas contra mare ma-
gnū. Hec est terra quā mittetis in sor-
tem tribubȝ israhel: ⁊ hee partitiones eaꝝ
ait dn̄s deꝰ. Et hij egressus ciuitatis.
A plaga septentrionali quingentos et
quatuor milia mensurabis: et porte
ciuitatis omnibus tribubus israhel.
Porte tres a septentrione. Porta ru-
ben una: porta iuda una: porta le-
ui una. Et ad plagam orientalem
quingentos ⁊ quatuor milia; et porte
tres. Porta ioseph una: porta benia-
min una: porta dan una. Et ad pla-
gam meridianam quingentos et quatu-
or milia metieris: Porta symeonis Et po
una: porta ysachar una: porta zabu-
lon una. Et ad plagam occidentalē
quingentos et quatuor milia; et porte eo-
rū tres. Porta gad una: porta aser
una: porta neptalim una. Per circui-
tum decem et octo milia; et nomen ci-
uitatis ex illa die: dominus ibidem.

Explicit ezechiel ꝓpheta

Incipit prologus in danielē ꝓphā:

Danielem ꝓphetam iuxta septuaginta īterpretes dñi salvatoris ecclesie non legunt utētes theodotionis editione: ⁊ hoc cur acciderit nescio. Sive enim quia sermo chaldaicus est . et quibusdā proprietatibꝫ a nostro eloquio discrepat . noluerūt septuaginta interpretes easdē lingue lineas ī translatione servare: sive sub nomine eorū ab alio nescio quo nō satis chaldeā linguā sciente editꝰ est liber: sive aliud quid cause extiterit ignorās . hoc unū affirmare possum: qḋ multū a veritate discordet: et recto iudicio repudiatꝰ sit. Sciendū quippe danielē maxime ⁊ hesdrā hebraicis quidē litteris sed chaldeo sermone cōscriptos et unā ieremie pericopā: iob q̄ꝫ cū arabica lingua plurimā habere societatē. Deniqꝫ et ego adolescentulꝰ post quintilliani et tullii lectionē ac flores rethoricos cū me in lingue huiꝰ pistrinū reclusissem: ⁊ multo sudore multoqꝫ tpe vix cepissem anhelantia stridentiaqꝫ verba resonare: et quasi per criptā ambulās rarū desup lumen aspicere . impegi novissime in danielē: et tāto tedio affectus sū: ut desperatione subita oīem laborē veterem voluerim cōtemnere. Verū adhortante me quodā hebreo et illud michi crebrius sua lingua ingerēte . labor improbꝫ oīa vincit: qui michi videbar sciolus . inter eos cepi rursus discipulus esse chaldaycus. Et ut verū fatear: usqꝫ ad presentē diem magis possum sermonē chaldaicū legere et intelligere q̄ꝫ sonare. Hec idcirco (refero) ut difficultatem vobis danielis ostenderē: qui apud hebreos nec susanne habet historiā nec ymnū triū puerorū nec belis draconisqꝫ fabulas: quas nos quia in toto orbe disperse sūt veru ante posito easqꝫ iugulante subiecimus . ne videremur apud imperitos magnā partē voluminis detruncasse. Audivi ego quendam de preceptoribꝫ iudeorū cū susanne derideret historiā . ⁊ a greco nescio quo diceret esse cōfictā . illud opponere . quod origeni q̄ꝫ affricanus opposuit: ⁊ hymologias has apo thoy chinoy chise . et apo thy prinoy prise . de greco sermone descendere. Cuiꝰ rei nos intelligentiā nr̄is hāc possumꝰ dare: ut verbi gratia dicamꝰ ab arbore ilice dixisse eū ilico pereas: et a lentisco in lentē te cōminuat āgelꝰ: vel non lente pereas . aut lentus id est flexibilis ducaris ad mortem: sive aliud quid ad arboris nomen conveniens. Deinde tātū fuisse ocii tribꝫ pueris cavillabatur . ut in camino estuantis incendii metro luderent . ⁊ per ordinem ad laudē dei omnia elimēta provocarent: aut qḋ miraculū divineqꝫ aspirationis indiciū vel draconē interfectum offa picis vel sacerdotū belis machinas deprehēsas: que magis prudentia sollertis viri quā ꝓphetali essent spiritu perpetrata. Cū vero abacuc veniret . et de iudea in chaldeā raptū discofoꝝ lectitaret: querebat exemplū ubi legissetꝰ in toto veteri testamēto quēqꝫ sanctoꝝ gravi volasse corpore: ⁊ in pūcto hore tanta terraꝝ spacia trāsisse. Cui cum quidā e nostris satis ad loquendum promptulꝰ ezechielē adduxisset in mediū . et diceret eū de chaldea in iudeam fuisse translatum . derisit hominē: et ex ipso volumine demōstravit ezechiele in spiritu se vidisse trāspositū. Deniqꝫ et apostolū nostrū videlicet ut eruditū virū et qui legem ab hebreis didicisset

non fuisse ausum affirmare se raptū
in corpore sed dixisse· siue in corpore si-
ue extra corp⁹ nescio deus scit. Hijs et
talibꝫ argumentis apocriphas in li-
bro ecclesie fabulas arguebat. Super
qua re lectoris arbitrio iudiciū derelin-
quens illud ammoneo non haberi da-
nielem apud hebreos inter ꝓphetas:
sed inter eos qui agyographa conscri-
pserūt. In tres siquidē partes omnis
ab eis scriptura diuiditur: in legē in
prophetas et in agyographa id est
in quinqꝫ et octo et undecim libros: de
quo nō est hui⁹ tēporis disserere. Que
aūt ex hoc ꝓpheta· ymmo contra hūc
librū porphirius obiciat testes sunt
methodi⁹ eusebius appollinaris: qui
multis versuū milibꝫ eius vesanie re-
spōdētes nescio an curioso lectori satis-
fecerint. Unde obsecro vos o paula et
eustochiū fundatis ꝓ me ad dūm pre-
ces: ut quādiu ī hoc corpusculo sū scri-
bā aliqͥd gratū vobis utile ecclesie: di-
gnū posteris. Presentiū quippe iudicijs
oblatrātiū nō satis moueor: q̄ in utrā-
qꝫ partē aut amore labunt̄ aut odio.

Explicit ꝓlogus Incipit daniel ꝓpha. c. i.

Anno tercio regni io-
a kim regis iude ve-
nit nabuchodono-
sor rex babilonis ihe-
rusalē et obsedit eā:
et tradidit domin⁹
in manu ei⁹ ioachim regē iude et partē
vasorū domus dei ⁊ asportauit ea in
terrā sennaar in domū dei sui: ⁊ vasa
intulit in domū thesauri dei sui. Et ait
rex assānez ꝓposito eunuchoꝝ ut intro-
duceret de filijs isrl' et de semine regio
et tyrānorū pueros ī quibꝫ nulla esset
macula· decoros forma et eruditos o-
mni sapiētia· cautos sciencia ⁊ doctos
disciplina: ⁊ qui possent stare in pala-
tio regis: ut doceret eos litteras et lin-
guam chaldeoꝝ. Et cōstituit eis rex an-
nonā per singulos dies de cibis suis
et vino unde bibebat ipse: ut enutriti
tribꝫ annis postea starent in cōspectu
regis. Fuerūt ergo inter eos de filijs iu-
de daniel ananias misahel et azarias.
Et imposuit eis ꝓpositus eunuchorū
nomina danieli balthazar: ananie
sidrac misaheli misac et azarie abde-
nago. Proposuit aūt daniel in corde
suo ne pollueretur de mēsa regis neqꝫ
de vino potus ei⁹: ⁊ rogauit eunuchoꝝ
ꝓpositū ne cōtaminaret̄. Dedit aūt de-
us danieli gratiam et misericordiam
in cōspectu principis eunuchoꝝ. Et ait
pricēps eunuchoꝝ ad danielē. Timeo
ego dūm meū regē qui cōstituit vobis
cibū et potū: qui si viderit vult⁹ vros
macilētiores pre ceteris adolescentibꝫ
coeuis vestris: condempnabitis caput
meū regi. Et dixit daniel ad malasar
quē cōstituerat princeps eunuchoꝝ su-
per danielem ananiā misahelē ⁊ aza-
riam. Tempta nos obsecro seruos tuos
diebus decē et dētur nobis legumina
ad vescendū et aqua ad bibendum: ⁊
cōtemplare vultus nostros et vultus
puerorꝫ qui vescuntur cibo regio: et si-
cut videris facias cū seruis tuis. Qui
audito sermone huiuscemodi tempta-
uit eos diebꝫ decem. Post dies aūt de-
cem apparuerūt vultus eoꝝ meliores
et corpulentiores: pre omībus pueris
qui vescebāntur cibo regio. Porro ma-
lasar tollebat cibaria et vinū potus e-
orum: dabatqꝫ eis legumina. Pueris
aūt hijs dedit deus sciēntiā et disciplī-
nam in omī libro et sapientia: danie-
li aūt intelligentiā omniū visionum
et somnioꝝ. Completis itaqꝫ diebus

post quos dixerat rex ut introduceren-
tur: introduxit eos prepositus eunuchorum
in conspectu nabuchodonosor. Cum-
que locutus fuisset rex: non sunt inventi ta-
les de universis ut daniel ananias mi-
sahel et azarias. Et steterunt in conspe-
ctu regis: et omne verbum sapientie et
intellectus quod sciscitatus est ab eis
invenit in eis decuplum super cunctos
ariolos et magos qui erant in uni-
verso regno eius. Fuit autem daniel
usque ad annum primum cyri regis. c. ii.
In anno secundo regni nabuchodonosor
vidit nabuchodonosor somnium: et con-
territus est spiritus eius: et somnium eius
fugit ab eo. Precepit autem rex ut convo-
carentur arioli et magi et malefici et
chaldei: ut indicarent regi somnia sua.
Qui cum venissent steterunt coram rege: et
dixit ad eos rex. Vidi somnium: et men-
te confusus ignoro quid viderim. Re-
sponderuntque chaldei regi siriace. Rex
in sempiternum vive. Dic somnium servis
tuis: et interpretationem eius indicabimus.
Et respondens rex ait chaldeis. Sermo
recessit a me. Nisi indicaveritis michi
somnium et coniecturam eius peribitis vos:
et domus vestre publicabuntur. Si autem
somnium et coniecturam eius narraveritis:
premia et dona et honorem multum acci-
pietis a me. Somnium igitur et interpre-
tationem eius indicate michi. Responde-
runt secundo atque dixerunt. Rex somnium
dicat servis suis: et interpretationem eius
indicabimus. Respondit rex et ait. Certe
novi quod tempus redimitis: scientes quod re-
cesserit a me sermo. Si ergo somnium
non indicaveritis michi una est de vo-
bis sententia: quod interpretationem quoque fal-
lacem et deceptione plenam composueritis
ut loquamini michi donec tempus per-
transeat. Somnium itaque dicite michi:
ut sciam quod interpretationem quoque eius
veram loquamini. Respondentes ergo
chaldei coram rege dixerunt. Non est homo
super terram qui sermonem tuum rex possit
implere: sed neque regum quisquam ma-
gnus et potens verbum huiuscemodi sci-
sciatur ab omni ariolo et mago et chal-
deo. Sermo enim quem tu queris rex gra-
vis est: nec reperietur quisquam qui in-
dicet illum in conspectu regis exceptis diis
quorum non est conversatio cum hominibus.
Quo audito: rex in furore et in ira ma-
gna precepit ut perirent omnes sapien-
tes babilonis. Et egressa sententia sa-
pientes interficiebantur: querebanturque
daniel et socii eius ut perirent. Tunc da-
niel requisivit de lege atque sententia ab
arioch principe militie regis: qui egres-
sus fuerat ad interficiendos sapientes
babilonis. Et interrogavit eum qui a
rege potestatem acceperat: quam ob cau-
sam tam crudelis sententia a facie regis
esset egressa. Cum ergo rem indicasset a-
rioch danieli: daniel ingressus rogavit
regem ut tempus daret sibi ad solutionem
indicandam regi. Et ingressus est domum
suam: ananieque et misaheli et azarie so-
ciis suis indicavit negocium ut quererent
misericordiam a facie dei celi super sacra-
mento isto: et non perirent daniel et socii
eius cum ceteris sapientibus babilonis.
Tunc danieli misterium per visionem nocte
revelatum est. Et daniel benedixit deo celi
et locutus ait. Sit nomen domini benedi-
ctum a seculo et usque in seculum: quia sa-
pientia et fortitudo eius sunt: et ipse
mutat tempora et etates. Transfert re-
gna atque constituit: dat sapientiam
sapientibus: et scientiam intelligentibus di-
sciplinam. Ipse revelat profunda et abscon-
dita: et novit in tenebris constituta: et
lux cum eo est. Tibi deus patrum nostrorum

confiteor: teq; laudo quia sapientiam
et fortitudinem dedisti michi: et nunc
ostendisti michi que rogauim⁹ te: q̄a
sermonē regis aperuisti nobis. Post
hec daniel ingressus ad arioch quem
cōstituerat rex ut perderet sapientes ba-
bilonis sic ei locut⁹ est. Sapientes ba-
bilonis ne perdas. Introduc me in cō-
spectu regis: ⁊ solutionē regi narrabo.
Tūc arioch festinus introduxit danie-
lem ad regē: et dixit ei. Inueni hominē
de filijs trāsmigrationis iude qui so-
lutionē regi annūciet. Respondit rex:
et dixit danieli cui⁹ nomen erat balta-
zar. Putasne vere potes michi indica-
re sompniū qd vidi: ⁊ interpretationē e-
ius? Et respōdens daniel coram rege
ait. Misteriū qd rex interrogat sapien-
tes magi et arioli et aruspices neque-
unt indicare regi: sed est deus in celo
reuelans misteria: q̄ indicauit tibi rex
nabuchodonosor que uentura sūt no-
uissimis temporib3. Sompniū tuū et
visiones capitis tui ī cubili tuo huius-
cemodi sunt. Tu rex cogitare cepisti in
stratu tuo quid esset futurū post hec: et
qui reuelat misteria ostendit tibi que
ventura sunt. Michi q̄3 nō in sapien-
tia que est in me plus q̄3 in cunctis vi-
uentib3 sacramentū hoc reuelatū est:
sed ut interpretatio regi manifesta fie-
ret et cogitationes mentis tue scires.
Tu rex videbas: et ecce quasi statua v-
na grādis. Statua illa magna et sta-
tura sublimis stabat cōtra te: et intui-
tus eius erat terribilis. Huius statue
caput ex auro optimo erat: pectus aūt
et brachia de argēto. porro vēter et fe-
mora ex ere: tibie aūt ferree: pedū que-
dā pars erat ferrea quedā aūt fictilis.
Videbas ita: donec abscisus ē lapis de
mōte sine manib3 et pcussit statuam
in pedib3 eius ferreis et fictilib3: ⁊ com-
minuit eos. Tūc cōtrita sunt pariter
ferrū testa es argentū ⁊ aurū: ⁊ redacta
quasi in fauillā estiue aree que rapta
sunt vento: nullusq; locus inuent⁹ est
eis. Lapis aūt qui pcusserat statuam
factus est mons magnus: ⁊ impleuit
vniūsam terrā. Hoc est sompniū: inter-
pretationē q̄3 ei⁹ dicem⁹ corā te rex. Tu
rex regū es: et deus celi regnū et fortitu-
dinē ⁊ imperiū et gloriā dedit tibi: ⁊ o-
mnia in quib3 habitāt filij hominum
et bestie agri. volucres quoq; celi dedit
in manu tua: et subditione tua vniū-
sa cōstituit. Tu es ergo caput aureum.
Et post te cōsurget regnū aliud min⁹
te argēteum: et regnū terciū aliud ereū
qd imperabit vniuerse terre: ⁊ regnum
quartū erit velut ferrū. Quomō ferrū
cōminuit ⁊ domat om̄ia: sic cōminuet
⁊ conteret om̄ia hec. Porro q̄a vidisti pe-
dū ⁊ digitoꝝ partē testeā figuli: ⁊ partē
ferreā: regnū diuisū erit quod tamē de
plantario ferri orietur. Secūdū qȝ vidi-
sti ferrū mixtū teste ex luto: ⁊ digitos pe-
dū ex parte ferreos: et ex parte fictiles:
ex parte regnum erit solidum: ⁊ ex par-
te contritū. Quod autem vidisti ferrū
mixtū teste ex luto: cōmiscebūtur quidē
humano semine sed non adherebūt si-
bi: sicuti ferrum misceri non potest teste.
In dieb3 aūt regnorū illoꝝ suscitabit
deus celi regnū qd in eternū non dissi-
pabitur: ⁊ regnū eius alteri ppło non
tradetur. Cōminuet aūt et consumet
vniuersa regna hec: ⁊ ipsum stabit in
eternū. Secūdū qȝ vidisti qȝ de mōte
abscisus est lapis sine manibus et cō-
minuit testam et ferrū et es et argentū
et aurum: deus magnus ostendit regi
que vētura sūt postea: et verum est so-
mniū ⁊ fidelis interpretatio eius. Tūc

rex nabuchodonosor cecidit in faciē
suā et danielē adorauit: et hostias ⁊
incensum p̄cepit ut sacrificarent ei. Lo-
quens ergo rex ait danieli. Uere deus
uester de⁹ deoꝝ est ⁊ dn̄s regū reuelās
misteria: qm̄ tu potuisti aperire hoc
sacramentū. Tūc rex danielem in sub-
lime extulit: ⁊ munera multa ⁊ magna
dedit ei: et cōstituit eū principē super o-
mnes prouincias babilonis et prefe-
ctum magistratuū sup cūctos sapien-
tes babilonis. Daniel aūt postulauit
a rege: ⁊ cōstituit sup opera p̄uīcie ba-
bilonis sidrac misac ⁊ abdenago. Ip-
se aūt daniel erat ī foribꝫ regis. c. iii.

Nabuchodonosor rex fecit statuā
auream altitudine cubitorum
sexaginta latitudine cubitoꝝ sex: ⁊ sta-
tuit eā in campo durā prouincie babi-
lonis. Itaqꝫ nabuchodonosor rex mi-
sit ad congregandos satrapas magi-
stratus et iudices duces et tyrannos
⁊ prefectos omnesqꝫ prīcipes regionū:
ut conuenirent ad dedicationē statue
quam erexerat nabuchodonosor rex.
Tūc cōgregati sūt satrape magistrat⁹
et iudices duces ⁊ tyrāni ⁊ optimates
qui erant in potestatibꝫ cōstituti ⁊ uni-
uersi principes regionū: ut cōuenirēt
ad dedicationē statue quā erexerat na-
buchodonosor rex. Stabāt aūt in cō-
spectu statue quā posuerat nabuchodo-
nosor rex: et preco clamabat ualenter.
Uobis dicit̄ ꝑplis tribubꝫ et linguis:
in hora qua audieritis sonitū tube ⁊
fistule et cythare sambuce et psalterij
et symphonie et uniūsi generis musi-
corū: cadētes adorate statuā auream
quā cōstituit nabuchodonosor rex. Si
qs aūt nō prostrat⁹ adorauerit: eadē
hora mittetur in fornacē ignis arden-
tis. Post hec igit̄ statim ut audierūt
omnes ꝑpli sonitū tube fistule et cytha-
re sambuce ⁊ psalterij symphonie et o-
mnis generis musicorū: cadētes omēs
ꝑpli tribꝫ ⁊ lingue adorauerāt statuā
aureā quā cōstituerat nabuchodono-
sor rex. Statimqꝫ in ipō t̄pe accedētes
uiri chaldei accusauerūt iudeos: dixe-
runtqꝫ nabuchodonosor regi. Rex in
eternū uiue. Tu rex posuisti decretū ut o-
mnis homo qui audierit sonitū tube
fistule ⁊ cythare sambuce ⁊ psalterij ⁊
symphonie ⁊ uniūsi generis musicoꝝ
prosternat se ⁊ adoret statuā auream:
si quis aūt nō p̄cidēs adorauerit mit-
tatur in fornacē ignis ardentis. Sūt
ergo uiri iudei quos cōstituisti sup o-
pera regionis babilonie sidrac misac
et abdenago: uiri isti cōtempserūt rex
decretū tuū. Deos tuos nō colunt: et
statuā aureā quā erexisti nō adorant.
Tūc nabuchodonosor in furore et ira
p̄cepit ut adducerent̄ sidrac misac et
abdenago. Qui cōfestim adducti sunt
in conspectu regis: pronuncians qꝫ na-
buchodonosor rex ait eis. Uere ne si-
drac misac et abdenago deos meos
non colitis: ⁊ statuā aureā quā consti-
tui nō adoratis? Nūc ergo si estis pa-
rati quacūqꝫ hora audieritis sonitū
tube fistule cythare sābuce et psalterij
et symphonie omnisqꝫ generis musico-
rum p̄sternite uos et adorate statuā
quā feci: qđ si nō adoraueritis: eadem
hora mittemini in fornacem ignis ar-
dentis. Et quis est de⁹ qui eripiet uos
de manu mea? Respondentes sidrac
misac et abdenago: dixerunt regi na-
buchodonosor. Non oportet nos de
hac re respōdere tibi. Ecce enim deus
noster quē colimus potest eripere nos
de camino ignis ardētis: et de manibꝫ
tuis o rex liberare. Qđ si noluerit: notū

sit tibi rex· quia deos tuos nō colimꝰ·
et statuā aureā quā erexisti nō adora-
mus. Tūc nabuchodonosor repletus
est furore· et aspectus faciei illiꝰ inmu-
tatus est sup sidrac misac et abdena-
go: et precepit ut succenderetur fornax
septuplū q̄ᵹ succendi cōsueuerat: ⁊ viris
fortissimis de exercitu suo iussit ut liga-
tis pedibꝫ sidrac misac et abdenago
mitterent eos in fornacē ignis arden-
tis. Et cōfestim viri illi vincti cū braccis
suis et thyaris ⁊ calciamentis et vesti-
bus missi sunt ī mediū fornacis ignis
ardentis. Nam iussio regis urgebat.
Fornax aūt succensa erat nimis. Por-
ro viros illos qui miserant sidrac mi-
sac et abdenago interfecit flāma ignis.
Viri aūt hij tres id est sidrac misac et
abdenago ceciderūt in medio camino
ignis ardentis colligati. Que sequūt̄
in hebreis voluminibus non repperi.
Et ambulabant in medio flāme: lau-
dantes deū et benedicentes domino.
Stans aūt azarias orauit sic. Ape-
riensq; os suū ī medio ignis ait. Bene-
dictus es dn̄e deus patrū nostrorū et
laudabile et gloriosum nomē tuū in
secula: quia iustꝰ es in om̄ibꝫ que feci-
sti nobis· et uniūsa opera tua vera et
vie tue recte: ⁊ omnia iudicia tua vera.
Judicia enī vera fecisti iuxta omnia q̄
induxisti sup nos et sup ciuitatē san-
ctam patrū nr̄orū iherusalē: quia in ve-
ritate ⁊ in iudicio induxisti om̄ia hec
propter pcc̄a nostra. Peccauimꝰ enī
et inique egimꝰ recedentes a te et deli-
quimus in om̄ibꝫ: et p̄cepta tua non
audiuimꝰ: nec obſuauimꝰ nec fecimꝰ
sicut p̄ceperas nobis ut bene nobis es-
set. Omnia ergo que induxisti super
nos ⁊ uniuersa q̄ fecisti nobis vero iu-
dicio fecisti: ⁊ tradidisti nos ī manibꝫ

inimicorū iniquorū et pessimorū preua-
ricatorūq; : et regi iniusto et pessimo
ultra omnē terrā. Et nūc nō possumꝰ
aperire os. Cōfusio et obprobriū fa-
cti sumus seruis tuis: et hijs qui cole-
bāt te. Ne quesumꝰ tradas nos in ppe-
tuum ꝓpter nomē tuū: ⁊ ne dissipes te-
stamētū tuū neq; auferas misericordi-
am tuā a nobis ꝓpter abrahā dilectū
tuū et ysaac seruū tuū et israhel sanctū
tuū: quibꝫ locutus es pollicēs q̄ mul-
tiplicares semen eorū sicut stellas celi ⁊
sicut harenā que est ī litore maris: q̄a
dn̄e imminuti sumꝰ plus quā om̄es
gentes: sumusq; humiles in uniuersa
terra hodie ꝓpter pcc̄a nostra. Et non
est in tpe hoc princeps ⁊ dux et ꝓpheta
neq; olocaustū neq; sacrificiū neq; ob-
latio neq; incensum neq; locus primi-
ciarū coram te· ut possimus inuenire
misericordiā tuā: sed in animo contri-
to et spiritu humilitatis suscipiamur.
Sicut in olocausto arietū ⁊ thaurorū
et sicut in milibꝫ agnorū pinguiū· sic
fiat sacrificiū nr̄m in cōspectu tuo ho-
die ut placeat tibi: quoniā nō est con-
fusio cōfidentibꝫ in te. Et nunc sequi-
mur te in toto corde et timemꝰ te: ⁊ que-
rimus faciē tuā. Ne confundas nos:
sed fac nobiscū iuxta mansuetudinem
tuā et sc̄dm multitudinē misericordie
tue: et erue nos ī mirabilibꝫ tuis et da
gloriā nomini tuo dn̄e: et cōfundant̄
omnes qui ostendūt seruis tuis mala.
Confundant̄ in omni potentia et ro-
bur eorū cōteratur: et sciant quia tu es
dn̄s deus solus et gloriosus sup orbē
terrarū. Et nō cessabant qui miserant
eos ministri regis succendere fornacē
napta et stuppa et pice et malleolis: ⁊
effundebatur flāma super fornacē cu-
bitis quadraginta nouem: ⁊ erupit et

incendit quos repperit iuxta fornacē
de chaldeis. Angelus aūt dñi descen-
dit cū azaria ⁊ socijs eius in fornacē:
et excussit flāmam ignis de fornace ⁊
fecit mediū fornacis quasi ventū roris
flantē: et nō tetigit eos omnino ignis
neq; ɔtristauit nec quicq̄ molestie in-
tulit. Tūc hij tres q̄si ex uno ore lauda-
bant et glorificabāt et benedicebant
deū in fornace dicētes. Benedictus es
dñe deus patrū nostroꝝ: et laudabilis
et gloriosus et superexaltatus in secula.
Et benedictū nomē glorie tue sanctū:
et laudabile ⁊ superexaltatū in omnib;
seculis. Benedictus es in tēplo sancto
glorie tue: ⁊ suplaudabilis ⁊ supglo-
riosus in sc̄la. Benedict⁹ es in throno
regni tui: et suplaudabilis ⁊ superexal-
tatus in secula. Benedict⁹ es qui intu-
eris abissos ⁊ sedes super cherubin: et
laudabilis ⁊ superexaltat⁹ in sc̄la. Bene-
dictus es in firmamento celi: ⁊ lauda-
bilis ⁊ gloriosus ī secula. Benedicite
om̄ia opera dñi dño: laudate et sup-
exaltate eū in sc̄la. Benedicite āgeli do-
mini dño: laudate ⁊ superexaltate eum
in secula. Benedicite celi dño: laudate
et superexaltate eū in secula. Benedicite
aque omnes que super celos sūt dño:
laudate ⁊ superexaltate eū in secula. Be-
nedicite omnes virtutes dñi dño: lau-
date ⁊ superexaltate eū in secula. Bene-
dicite sol ⁊ luna dño: laudate ⁊ supex-
altate eū in sc̄la. Benedicite stelle celi
dño: laudate et superexaltate eū in sc̄la
Benedicite ymber ⁊ ros dño: laudate
et superexaltate eū in secula. Benedicite
omnis spirit⁹ dei dño: laudate ⁊ super-
exaltate eū in sc̄la. Benedicite ignis et
estus domino: laudate ⁊ superexalta-
te eum in secula. Benedicite frigus ⁊ e-
stas dño: laudate et superexaltate eū in
sc̄la. Benedicite rores ⁊ pruina dño:
laudate ⁊ superexaltate eū in sc̄la. Bene-
dicite gelu ⁊ frig⁹ dño: laudate ⁊ super-
exaltate eū in sc̄la. Benedicite glacies
et niues dño: laudate et superexaltate eū
in sc̄la. Benedicite noctes ⁊ dies dño:
laudate et superexaltate eū in sc̄la. Bene-
dicite lux ⁊ tenebre dño: laudate et su-
perexaltate eū in sc̄la. Benedicite fulgu-
ra ⁊ nubes dño: laudate ⁊ superexalta-
te eū in sc̄la. Benedicat terra dñm: lau-
det et superexaltet eū in secula. Benedici-
te montes ⁊ colles dño: laudate et su-
perexaltate eū in secula. Benedicite uni-
uersa germinātia in terra dño: lauda-
te ⁊ superexaltate eū in secula. Benedici-
te fontes dño: laudate ⁊ superexaltate
eū in secula. Benedicite maria ⁊ flumi-
na domino: laudate ⁊ superexaltate eū
in sc̄la. Benedicite cete ⁊ om̄ia que mo-
uentur in aquis domino: laudate et
superexaltate eū in sc̄la. Benedicite om̄es
volucres celi domino: laudate ⁊ sup-
exaltate eū in secula. Benedicite om̄es
bestie ⁊ pecora domino: laudate ⁊ su-
perexaltate eū in secula. Benedicite filij
hominū domino: laudate ⁊ superexal-
tate eum in sc̄la. Benedicat isrl' dñm:
laudet ⁊ superexaltet eū in secula. Benedi-
cite sacerdotes domini domino: lau-
date et superexaltate eū in sc̄la. Benedi-
cite serui domini dño: laudate ⁊ super-
exaltate eū in secula. Benedicite spirit⁹
et anime iustorū domino: laudate et
superexaltate eū in secula. Benedicite
sancti et humiles corde dño: laudate
et superexaltate eū in secula. Benedici-
te anania azaria misahel dño: lauda-
te et superexaltate eū in secula: quia e-
ruit nos de inferno et saluos fecit de
manu mortis: ⁊ liberauit de medio ar-
dentis flāme: et de medio ignis eruit

nos. Cõfitemini dño quoniã bonus:
quoniã in seculũ misericordia ei⁹. Be-
nedicite omnes religiosi dño deo de-
orum: laudate et cõfitemini ei: quia i
om̄ia sc̄la misericordia ei⁹. Huc usq; i
hebreo nõ habetur: et que posuim⁹ de
theodotionis editiõne translata sunt.
Tunc nabuchodonosor rex obstupu-
it et surrexit propere: et ait optimati-
bus suis. Nõne tres viros misimus
in ignis medio cõpeditos? Qui respõ-
dentes regi dixerũt. Vere rex. Respõdit rex
et ait. Ecce ego video viros quatuor
solutos ⁊ ãbulantes in medio ignis:
et nichil corruptionis in eis est: et spe-
cies quarti silis filio dei. Tunc accessit
nabuchodonosor ad ostiũ fornacis
ignis ardentis ⁊ ait. Sidrac misac ⁊
abdenago servi dei excelsi: egredimini
et venite. Statimq; egressi sunt sidrac
misac et abdenago de medio ignis.
Et cõgregati satrape magistratus et
iudices et potentes regis cõtemplabã-
tur viros illos quoniã nichil potesta-
tis habuisset ignis in corporibꝫ eoꝝ:
et capill⁹ capitis eorũ nõ esset adust⁹
et saraballa eoꝝ nõ fuissent immuta-
ta: et odor ignis non trãsisset per eos.
Et erumpẽs nabuchodonosor ait. Be-
nedict⁹ de⁹ eoꝝ sidrac videlicet misac
et abdenago: qui misit angelũ suum
et eruit servos suos qui crediderũt in
eũ: et verbũ regis immutaverũt: et tra-
diderũt corpora sua ne servirent et ne
adorarent omnẽ deũ excepto deo suo.
A me ergo positum est hoc decretũ: ut
omnis ppl̄s tribꝫ ⁊ lingua quecũq; lo-
cuta fuerit blasphemiã contra deum
sidrac misac et abdenago dispereat:
et domus eius vastetur. Neq; enĩ est
alius deus: qui possit ita salvare. Tũc
rex promovit sidrac misac ⁊ abdenago
in provincia babilonis. Nabuchodo-
nosor rex om̄ibꝫ ppl̄s gẽtibꝫ et linguis
qui habitãt ĩ univ͛sa terra: pax vobis
multiplicetur. Signa et mirabilia fe-
cit apud me deus excelsus. Placuit er-
go michi predicare ei⁹ signa quia ma-
gna sũt: ⁊ mirabilia ei⁹ q̄a fortia: et re-
gnũ ei⁹ regnũ sempiternũ: ⁊ potestas ei⁹
in generationẽ ⁊ generationẽ. c. IIII.

Ego nabuchodonosor quietus e-
ram in domo mea et florens in
palatio meo. Somniũ vidi qđ pterruit
me: ⁊ cogitatiões mee ĩ strato meo: et
visiones capitis mei conturbaverunt
me. Et per me ppositũ est decretũ ut in-
troducerentur in conspectu meo cuncti
sapiẽtes babilonis: et ut solutionẽ so-
mnij indicarẽt michi. Tũc ingrediebã-
tur arioli magi chaldei et aruspices: ⁊
somniũ narravi in conspectu eorũ: et
solutionẽ ei⁹ nõ indicaverũt michi: do-
nec collega ingressus est in conspectu
meo daniel: cui⁹ nomẽ balthazar secũ-
dum nomẽ dei mei: qui habet spiritũ
deorũ sanctoꝝ in semetipso: et somni-
um corã ipso locutus sũ. Balthazar
princeps ariolorũ quẽ ego scio qđ spi-
ritũ deorũ sanctorũ habeas in te: et o-
mne sacramentũ nõ est impossibile ti-
bi: visiones somnioꝝ meoꝝ quas vi-
di: et solutionẽ eoꝝ narra. Visio capi-
tis mei in cubili meo. Videbam: et ecce
arbor in medio terre: et altitudo eius
nimia. Magna arbor et fortis: et pro-
ceritas eius contingens celũ. Aspect⁹
illi⁹ erat usq; ad terminos universe ter-
re. Folia eius pulcerrima: ⁊ fructus ei⁹
nimius: et esca universoꝝ in ea. Sub-
ter eam habitabãt animalia ⁊ bestie:
et in ramis eius cõversabantur volu-
cres celi: et ex ea vescebatur om̄is caro.
Videbã in visione capitis mei super

stratū meū:et ecce vigil et sanctus de ce=
lo descendit:clamauit fortiter·et sic ait.
Succidite arborem et p̄cidite ramos
eius:excutite folia eius et dispergite fru=
ctus eius:fugiant bestie que subter eā
sunt·et volucres de ramis ei⁹. Verūn=
tamen germē radicū eius in terra sini=
te:et alligetur vinculo ferreo et ereo:in
herbis q̄ foris sunt et rore celi tingua=
tur:⁊ cū feris pars eius in herba terre.
Cor eius ab humano cōmutet̄:et cor
fere detur ei:et septem tēpora mutent̄
sup eū. In sententia vigilū decretū est:
et sermo sanctorū et petitio:donec co=
gnoscant viuentes quoniā domina=
tur excelsus in regno hominū·et cui=
cūq; voluerit dabit illud:⁊ humilimū
hominē cōstituet sup eū. Hoc somniū
vidi ego nabuchodonosor rex. Tu er=
go balthazar interp̄tationē narra fe=
stinus:quia oēs sapiētes regni mei
nō queunt solutionē edicere michi. Tu
aūt potes:q̄a spirit⁹ deorū sāctorū in
te ē. Tūc daniel cui⁹ nomē balthazar
cepit intra semetip̄m tacitus cogitare
quasi una hora:et cogitationes eius
cōturbabāt eū. Respōdens aūt rex ait.
Balthazar somniū et interpretatio ei⁹
non cōturbent te. Respondit baltha=
zar ⁊ dixit. Domine mi:somniū hijs
qui te oderūt:⁊ interpretatio ei⁹ hosti=
bus tuis sit. Arborē quā vidisti subli=
mem atq; robustā cui⁹ altitudo pertin=
git ad celū·⁊ aspectus illi⁹ in omnem
terrā·et rami ei⁹ pulcerrimi·⁊ fruct⁹ ei⁹
nimius·et esca omniū in ea·subter eā
habitātes bestie agri·⁊ in ramis ei⁹ cō=
morantes aues celi: tu es rex qui ma=
gnificatus es et inualuisti·et magni=
tudo tua creuit et peruenit usq; ad celū:
et potestas tua in terminos uniuerse
terre. Quod aūt vidit rex vigilem et
sanctū descendere de celo ⁊ dicere·succi=
dite arborē et dissipate illā·attamen
germen radicū ei⁹ in terra dimittite·et
vinciatur ferro et ere in herbis foris ⁊
rore celi cōspergat̄·et cū feris sit pabu=
lum eius donec septem tēpora commu=
tentur sup eū:hec est interpretatio sen=
tentie altissimi·que peruenit sup domi=
num meū regem. Eicient te ab homini=
bus et cū bestijs ferisq; erit habitatio
tua:et fenū ut bos comedes:⁊ rore celi
infunderis. Septem quoq; tempora
mutabūtur sup te·donec scias q̄ do=
minetur excelsus sup regnū hominū:
et cuicūq; voluerit det illud. Qđ autē
p̄cepit ut relinqueretur germen radicū
eius id est arboris:regnū tuū tibi ma=
nebit postq̄ cognoueris potestatē esse
celestem. Quāobrem rex consiliū meū
placeat tibi·et peccata tua elemosinis
redime:et iniquitates tuas misericor=
dijs pauperū:forsitan ignoscet de⁹ de=
lictis tuis. Omnia hec venerūt sup na=
buchodonosor regē. Post finē mensi=
um duodecim in aula babilonis de=
ambulabat. Respondit q; rex et ait.
Nōne hec est babilon ciuitas magna
quam ego edificaui in domum regni
in robore fortitudinis mee:et i gloria
decoris mei? Cūq; sermo adhuc esset i
ore regis:vox de celo ruit. Tibi dicitur
nabuchodonosor rex. Regnū tuū trās=
ibit a te et ab hominib; eicient te:et cū
bestijs et feris erit habitatio tua:fenū
quasi bos comedes·et septem tempora
mutabūtur sup te:donec scias q̄ do=
minetur excelsus in regno hominum·
et cuicūq; voluerit det illud. Eadē ho=
ra sermo complet⁹ est sup nabuchodo=
nosor:et ex hominib; abiectus est et
fenū ut bos comedit:et rore celi corp⁹
eius infectum est:donec capilli eius in

similitudinē aquilaꝝ creſcerent·et vn-
gues eius quaſi auiū. Igit̄ poſt finē
dierū ego nabuchodonoſoꝛ oculos me-
os ad celū leuaui·et ſenſus meus red-
ditus eſt michi: et altiſſimo benedixi·
et viuentē in ſempiternum laudaui ⁊
glorificaui: quia poteſtas ei⁹ poteſtas
ſempiterna·et regnū eius in generatio-
nem et generationē: et omnes habitato-
res terre apud eum ī nichilū reputati
ſunt. Iuxta volūtatē enī ſuā facit tā
in virtutibꝫ celi q̄ȝ in habitatoribꝫ ter-
re: et nō eſt qui reſiſtat manui eius et
dicat ei, quare feciſti. In ipſo tēpe ſenſu⁹
meus reuſus eſt ad me·et ad honorē
regni mei decoremq; perueni: et figu-
ra mea reuerſa ē ad me·et optimates
mei et magiſtratus mei requiſierunt
me: et in regno meo reſtitutus ſum:
et magnificentia mea amplioꝛ addi-
ta eſt michi. Nūc igitur ego nabuch-
odonoſoꝛ·laudo et magnifico et glo-
rifico regem celi: quia omnia opera e-
ius vera·⁊ vie eius iudicia: et gradien-
tes in ſupbia poteſt humiliare. c. v.

Balthazar rex fecit grande conui-
uium optimatibus ſuis mille:
et vnuſquiſq; ſcđm ſuā bibebat etatē.
Precepit ergo iā temulent⁹ ut afferren-
tur vaſa aurea ⁊ argētea·q̄ aſportaue-
rat nabuchodonoſoꝛ pater eius de tem-
plo qđ fuit in iheruſalē: ut biberēt in
eis rex et optimates eius·vxoreſq; eius
et ɔcubine. Tūc allata ſūt vaſa aurea
que aſportauerat de tēplo qđ fuerat ī
iheruſalē: et biberunt in eis rex et opti-
mates eius·vxores ⁊ concubine illius.
Bibebāt vinū: et laudabant deos ſu-
os aureos et argenteos·et ereos ferre-
os ligneoſq; ⁊ lapideos. In eadem
hora apparuerunt digiti q̄ſi manus
hominis ſcribentis contra cādelabrū:
in ſupficie parietis aule regie. Et rex
aſpiciebat articulos man⁹ ſcribentis.
Tūc facies regis ɔmutata eſt·⁊ cogita-
tiones ei⁹ ɔturbabāt eū: ⁊ cōpages renū
ei⁹ ſoluebāt̄: et genua ei⁹ ad ſe inuicē
collidebāt̄. Exclamauit itaq; rex forti-
ter: ut introducerēt magos chaldeos ⁊
aruſpices. Et proloquēs rex ait ſapiē-
tibus babilonis. Quicunq; legerit ſcri-
pturā hāc et interpretationē ei⁹ mani-
feſtā michi fecerit·purpura veſtietur:
et torquē aureā habebit in collo: et ter-
cius in regno meo erit. Tūc ingreſſi o-
mnes ſapientes regis non potuerunt
nec ſcripturā legere: nec interpretationē
ei⁹ indicare regi. Unde rex balthazar
ſatis conturbatus eſt: et vult⁹ illi⁹ im-
mutatus eſt. Sed ⁊ optimates ei⁹ tur-
babātur. Regina aūt pro re que acci-
derat regi et optimatibus eius domū
cōuiuij ingreſſa eſt: et proloquēs ait.
Rex in eternū viue. Non te cōturbent
cogitationes tue: neq; facies tua im-
mutetur. Eſt vir in regno tuo qui ſpi-
ritum deoꝝ ſanctorū habet in ſe: et in
diebus patris tui ſciencia ⁊ ſapientia
inuēte ſunt in eo. Nam et rex nabuch-
odonoſoꝛ pater tuus principē mago-
rum incantatoꝝ chaldeoꝝ et aruſpicū
ɔſtituit eū. Pater inquam tuus o rex:
quia ſpirit⁹ amplioꝛ et prudentia in-
telligentiaq; interpretatio ſomniorū·
et oſtenſio ſecretoꝝ·ac ſolutio ligato-
rū inuēte ſūt in eo·hoc eſt in daniele:
cui rex poſuit nomen balthazar. Nūc
itaq; daniel vocetur: et interpretationē
narrabit. Igitur introductus eſt da-
niel corā rege. Ad quē p̄fatus rex ait.
Tu es daniel de filijs captiuitatis iude·
quā adduxerat pater meus rex de iu-
dea? Audiui de te quoniā ſpiritum
deorū habeas: et ſciētia intelligētiaq;

ac sapientia ampliores invente sunt in
te. Et nunc introgressi sunt in conspectu
meo sapientes magi ut scripturam hanc
legerent et interpretationem eius indicarent
michi: et nequiverunt sensum huius ser-
monis edicere. Porro ego audivi de
te quod possis obscura interpretari: et li-
gata dissolvere. Si ergo vales scriptu-
ram legere et interpretationem eius indica-
re michi: purpura vestieris: et torquem
auream circa collum tuum habebis: et tercius
in regno meo princeps eris. Ad que
respondens daniel ait coram rege. Mune-
ra tua sint tibi: et dona domus tue alte-
ri da: scripturam autem legam tibi rex: et in-
terpretationem eius ostendam tibi. O rex de-
us altissimus regnum et magnificentiam
gloriam et honorem dedit nabuchodo-
nosor patri tuo: et propter magnificentiam
quam dederat ei: universi populi tribus et lin-
gue tremebant et metuebant eum. Quos
volebat interficiebat: quos volebat per-
cutiebat: quos volebat exaltabat: et
quos volebat humiliabat. Quando
autem elevatum est cor eius et spiritus illius
obfirmatus est ad superbiam: depositus est
de solio regni sui: et gloria eius ablata
est: et a filiis hominum eiectus est. Sed
et cor eius cum bestiis positum est: et cum o-
nagris erat habitatio eius. Fenum quoque ut
bos comedebat: et rore celi corpus eius
infectum est: donec cognosceret quod potesta-
tem haberet altissimus in regno homi-
num: et quemcumque voluerit suscitabit super
illud. Tu quoque filius eius balthazar non hu-
miliasti cor tuum cum scires hec omnia: sed
adversum dominatorem celi elevatus es:
Et vasa domus eius allata sunt coram
te: et tu et optimates tui et uxores tue
et concubine tue vinum bibistis in eis. De-
os quoque argenteos et aureos et ere-
os ferreos ligneosque et lapideos qui
non vident neque audiunt neque sentiunt lau-
dasti: porro deum qui habet flatum tuum
in manu sua et omnes vias tuas non
glorificasti: idcirco ab eo missus est ar-
ticulus manus que scripsit hoc quod
exaratum est. Hec est autem scriptura que dige-
sta est. Mane thechel phares. Et hec in-
terpretatio sermonis. Mane: numera-
vit deus regnum tuum: et complevit illud.
Thechel: appensus es in statera: et inven-
tus es minus habens. Phares: divi-
sum est regnum tuum: et datum est medis et
persis. Tunc iubente rege indutus est da-
niel purpura: et circumdata est torques
aurea collo eius: et predicatum est de eo
quod haberet potestatem tercius in regno. Ea-
dem nocte interfectus est balthazar rex chal-
deus: et darius medus successit in regnum
annos natus sexaginta duos. c. vi.

Placuit dario: et constituit supra
regnum satrapas centumviginti ut
essent in toto regno suo: et super eos prin-
cipes tres ex quibus daniel unus erat: ut
satrape illis redderent rationem: et rex non
sustineret molestiam. Igitur daniel supe-
rabat omnes principes et satrapas:
quia spiritus dei amplior erat in illo.
Porro rex cogitabat constituere eum super
omne regnum. Unde principes et satra-
pe querebant occasionem ut invenirent da-
nieli ex latere regis: nullamque causam et
suspicionem reperire potuerunt eo quod fi-
delis esset: et omnis culpa et suspitio
non inveniretur in eo. Dixerunt ergo vi-
ri illi. Non inveniemus danieli huic ali-
quam occasionem: nisi forte in lege dei sui.
Tunc principes et satrape surripuerunt
regi: et sic locuti sunt ei. Dari rex in eter-
num vive. Consilium inierunt cuncti principes
regni tui: magistratus et satrape sena-
tores et iudices ut decretum imperatori-
um exeat et edictum: ut omnis qui pecierit

aliquā petitionē a quocūq; deo ⁊ ho-
mine usq; ad triginta dies nisi a te rex:
mittatur in lacū leonū. Nūc itaq; rex
confirma sententiā et scribe decretū ut
nō immutetur quod statutū est a me-
dis et persis: nec p̄uaricari cuiq̄ liceat.
Porro rex darius proposuit edictū et sta-
tuit. Quod cū daniel cōperisset id est
cōstitutam legē: ingressus est domū
suam et fenestris apertis in cenaculo
suo contra iherusalē tribȝ temporibus
in die flectebat genua sua ⁊ adorabat:
cōfitebaturq; corā deo suo sicut et ante
facere cōsueuerat. Viri ergo illi curiosi-
us inquirentes inuenerūt danielē orā-
tem et obsecrantem deū suū: ⁊ accedē-
tes locuti sunt regi sup edicto. Rex nū-
quid nō cōstituisti ut omīs homo qui
rogaret quēq̄ de dijs et hominibus
usq; ad dies triginta nisi te rex mitte-
retur in lacū leonū? Ad quos respō-
dens rex ait. Verus sermo iuxta decre-
tum medorū atq; persarū: qd preuari-
cari nō licet. Tūc respōdentes dixerūt
coram rege. Daniel de filijs captiuita-
tis iude non curauit de lege tua ⁊ edi-
cto qd constituisti: sed tribus tēporibȝ
per diē orat obsecratione sua. Quod
verbū cū audisset rex satis cōtristatus
est: et pro daniele posuit cor ut libera-
ret eū: et usq; ad occasū solis labora-
bat ut erueret illū. Viri aūt illi intelligē-
tes regē dixerūt ei. Scito rex q̄a lex me-
dorū est atq; persarū: ut omē decretū
qd cōstituerit rex nō liceat īmutari.
Tunc rex p̄cepit et adduxerūt danielē:
et miserūt eū in lacū leonū. Dixitq; rex
danieli. Deus tuus quē colis semper:
ipse liberabit te. Allatusq; est lapis
unus et positus est sup os laci: quē
obsignauit rex anulo suo et anulo o-
primatū suorū: ne quid fieret contra
danielē. Et abijt rex in domū suam ⁊
dormiuit incenatus: cibiq; non sunt
allati corā eo: insup et somnus recessit
ab eo. Tūc rex primo diluculo consur-
gens festinus ad lacū leonū pexit:
appropinquāsq; lacui danielē voce la-
crimabili inclamauit: et affatus ē eū.
Daniel serue dei uiuentis: deus tuus
cui tu seruis semp putasne valuit te li-
berare a leonibȝ? Et daniel regi respō-
dens ait. Rex i eternū viue. Deus misit tuus
angelū suum ⁊ conclusit ora leonū et
non nocuerūt michi: quia corā eo iu-
sticia inuenta est in me. Sed ⁊ coram
te rex delictū non feci. Tūc vehementer
rex gauisus est sup eo: ⁊ danielē p̄cepit
educi de lacu. Eductusq; est daniel de
lacu: et nulla lesio inuēta est in eo: q̄a
credidit deo suo. Iubente aūt rege ad-
ducti sunt viri illi qui accusauerūt da-
nielem: et in lacū leonū missi sunt ipsi
et filij et uxores eorū: et non puenerūt
usq; ad pauimētum laci: donec arripe-
rent eos leones et omnia ossa eorū cō-
minuerūt. Tūc darius rex scripsit uni-
uersis ppl'is tribubus et linguis habi-
tantibus in uniūsa terra. Pax vobis
multiplicetur. A me constitutū est de-
cretum: ut in uniūso imperio ⁊ regno
meo tremiscant et paueant deū dani-
elis. Ipse est enim deus viuens et eter-
nus in secula: et regnum eius non dis-
sipabitur: et potestas eius usq; in eter-
num. Ipse liberator atq; saluator faci-
ens signa et mirabilia in celo et in ter-
ra: q̄ liberauit danielē de lacu leonū.
Porro daniel perseuerauit usq; ad re-
gnum darij regnūq; cyri perse. c. vii.
Anno primo balthazar regis ba-
bilonis daniel somnium vidit.
Visionē aūt capitis eius in cubili suo:
et somnium scribens breui sermone

complectendit: summatimq; pstringēs
ait. Uidebā in visione mea nocte: et
ecce quatuor venti celi pugnabant in
mari magno: et quatuor bestie gran-
des ascendebāt de mari diuerse inter
se. Prima q̄si leena: et alas habebat
aquile. Aspiciebā donec euulse sunt
ale eius et sublata est de terra: et super
pedes quasi homo stetit: ⁊ cor eius da-
tum est ei. Et ecce bestia alia similis urso
in parte stetit: et tres ordines erant in
ore ei⁹ et in dētibus eius: ⁊ sic dicebāt
ei. Surge: comede carnes plurimas.
Post hec aspiciebā: et ecce alia quasi
pardus: ⁊ alas habebat auis quatu-
or sup se. Et quatuor capita erant in
bestia: et potestas data est ei. Post hec
aspiciebam in visione noctis: et ecce
bestia quarta terribilis atq; mirabi-
lis ⁊ fortis nimis. Dentes ferreos ha-
bebat magnos: comedens atq; cōmi-
nuens: ⁊ reliqua pedibus suis concul-
cans. Dissimilis autem erat ceteris be-
stijs quas viderā āte eam: et habebat
cornua decem. Cōsiderabā cornua: et
ecce cornu aliud paruulū ortum est de
medio eorū: ⁊ tria de cornibus primis e-
uulsa sunt a facie eius. Et ecce oculi e-
ius quasi oculi hominis in cornu isto:
et os loquēs ingētia. Aspiciebā donec
throni positi sunt: ⁊ āntiquus dierū se-
dit. Vestimentū ei⁹ cādidū quasi nix:
capilli capitis eius quasi lana mūda.
Thronus eius flāme ignis: rote eius
ignis accensus: fluui⁹ igne⁹ rapidus-
q; egrediebat a facie eius. Milia mili-
um ministrabāt ei: et decies milies cen-
tena milia assistebāt ei. Iudiciū sedit:
et libri aperti sunt. Aspiciebā propter
vocem sermonū grādiū quos cornu
illud loquebat. Et vidi quoniā inter-
fecta esset bestia: ⁊ perisset corpus eius
et traditū esset ad cōburendū igni: ali-
arum q̄z bestiarū ablata esset potestas:
et tēpora vite cōstituta essent eis usq;
ad tempus et tempus. Aspiciebā ergo
in visione noctis: ⁊ ecce cū nubibus celi
quasi fili⁹ hominis veniebat. et usq;
ad antiquū dierū puenit: ⁊ in ɔspectu ei⁹
obtulerūt eū. Et dedit ei potestatē ⁊ ho-
norem et regnū: et omēs ppli tribus et
lingue ipsi seruient. Potestas eius po-
testas eterna que nō auferet: et regnū
ei⁹ qd non corrūpetur. Horruit spirit⁹
meus. Ego daniel territ⁹ sum in hijs:
et visiones capitis mei cōturbauerūt
me. Accessi ad unū de assistentibus:
et veritatem querebā ab eo de omnibus
hijs. Qui dixit michi interptationem
sermonū: ⁊ docuit me. Hee quatuor be-
stie magne: quatuor regna cōsurgēt
de terra. Suscipiēt aūt regnum sancti
dei altissimi: ⁊ obtinebūt regnū usq; in
seculū ⁊ seculū seculorū. Post hec volui
diligēter discere de bestia quarta: que
erat dissimilis valde ab omnibus ⁊ terri-
bilis nimis. Dentes et ungues eius
ferrei: comedebat et cōminuebat: ⁊ reli-
qua pedibus suis conculcabat. Et de
cornibus decē que habebat in capite: ⁊
de alio qd ortū fuerat. āte qd ceciderāt
tria cornua: ⁊ de cornu illo qd habebat
oculos ⁊ os loquēs grādia: ⁊ maius e-
rat ceteris. Aspiciebam: ⁊ ecce cornu il-
lud faciebat bellū aduersus sanctos ⁊
pualebat eis: donec venit antiqu⁹ di-
erum ⁊ iudiciū dedit sanctis excelsi: et
tempus aduenit ⁊ regnū obtinuerunt
sancti. Et sic ait. Bestia quarta. regnū
quartū erit in terra qd maius erit omni-
bus regnis: et deuorabit uniuersam
terrā: ⁊ cōculcabit ⁊ cōminuet eā. Por-
ro decē cornua. ipi⁹ regni decem reges
erūt: ⁊ alius consurget post eos ⁊ ipse

potentior erit prioribus: et tres reges humiliabit. Et sermones contra excelsum loquetur: et sanctos altissimi conteret. Et putabit quod possit mutare tempora et leges: et tradentur in manu eius usque ad tempus et tempora et dimidium temporis. Et iudicium sedebit ut auferatur potentia et conteratur et dispereat usque in finem: regnum autem et potestas et magnitudo regni que est subter omne celum detur populo sanctorum altissimi cuius regnum regnum sempiternum est: et omnes reges servient ei et obedient. Huc usque finis verbi. Ego daniel multum cogitationibus meis conturbabar: et facies mea mutata est in me: verbum autem in corde meo conservavi. c. viii.

eius restituet ei domin⁹ suus. c. xiij.

Loquēte ephraim horror inuasit
israhel: et deliquit ī baal et mor=
tuus est. Et nūc addiderūt ad peccan=
dum: feceruntq; sibi cōflatile de argēto
suo quasi similitudinē ydoloꝝ. Factu=
ra artificū totū est. Hijs ipsi dicūt. Im=
molate homines: vitulos adorantes.
Idcirco erūt quasi nubes matutina:
et sicut ros matutin⁹ p̄teriens. Sicut
puluis turbine raptus ex area: et sicut
fumus de fumario. Ego aūt dūs de⁹
tuus ex terra egipti: et deū absq; me ne=
scies: et saluator nō est preter me. Ego
cognoui te in deserto: in terra solitudi=
nis. Iuxta pascua sua adimpleti sūt:
et saturati sunt. Et eleuauerūt cor suū:
et obliti sunt mei. Et ego ero eis quasi
leena: sicut pardus in via assirioꝝ. Oc=
curram eis quasi ursa raptis catulis:
et dirūpam interiora iecoris eorū. Et
consumā eos ibi quasi leo: bestia agri
scindet eos. Perditio tua israhel: tan=
tummodo in me auxiliū tuū. Ubi est
rex tuus? Maxime nūc saluet te in o=
mnibȝ urbibus tuis: et iudices tui de
quibȝ dixisti: da michi regem et princi=
pes. Dabo tibi regē in furore meo: et
auferam in indignatione mea. Colli=
gata est iniquitas ephraim: abscōdi=
tum peccatū eius. Dolores parturien=
tis venient ei. Ipse filius non sapiens.
Nūc enī nō stabit in contritione filio=
rū. De manu mortis liberabo eos: de
morte redimam eos. Ero mors tua o
mors: morsus tuus ero inferne. Con=
solatio abscondita est ab oculis meis:

quia ipe inter fratres dividet. Addu-
cet urentem ventū dñs de deserto ascē-
dentem: et siccabit venas ei⁹: ⁊ desola-
bit fontem eius: et ipe diripiet thesau-
rū omīs vasis desiderabilis. C. xiiii.

Pereat samaria: qm̄ ad amaritu-
dinē concitavit deū suū. In gladio
pereat. Parvuli eorū elidātur: et fete ei⁹
scindātur. Cōvertere isrl' ad dñm deū tuū:
qm̄ corruisti ī iniquitate tua. Tollite vo-
biscū verba: et convertimini ad dñm; di-
cite ei. Omnē aufer iniquitatē ⁊ accipe bo-
nū: et reddem⁹ vitulos labiorū nrōrū.
Assur nō salvabit nos. Sup equum
nō ascendem⁹: nec dicem⁹ ultra dij nri
opera manuū nrārū: qa ei⁹ q in te ē mi-
pupilli sereberis ppilli. Sanabo contritiones eorū:
diligā eos spōtanee: quia aversus est
furor me⁹ ab eis. Ero q̄si ros. Israhel
germinabit sicut liliū: et erūpet radix
ei⁹ ut libani. Ibūt rami ei⁹: et erit qua-
si oliva gloria ei⁹: et odor eius ut liba-
ni. Cōvertentur sedentes ī umbra ei⁹: vi-
vēt tritico: et germinabūt q̄si vinea:
memoriale ei⁹ sicut vinum libani. E-
phraim qd michi ultra ydola? Ego
exaudiam ⁊ dirigam eum: ego ut ab-
ietem virentem: ex me fruct⁹ tu⁹ inven-
tus est. Quis sapiens ⁊ intelliget ista:
intelligens et sciet hec? Quia recte vie
domini et iusti ambulabunt in eis:
prevaricatores vero corruent in eis.

Explicit osee: incipit iohel pphā. C. i.

Verbū dñi quod fa-
ctum est ad iohel fi-
lium fatuel. Audite
hoc senes: et auribꝫ
percipite omnes ha-
bitatores terre. Si
factū est istud in diebus vestris: aut in
diebus patrū vestrorū. Sup hoc filijs
vestris narrate: et filij vri filijs suis: et
filij eorū generationi altere. Residuū
eruce comedit locusta: et residuū locu-
ste comedit bruchus: ⁊ residuū bruci co-
medit rubigo. Expergiscimini ebrij:
flete et ululate omēs qui bibitis vinū
in dulcedine: quoniā perijt ab ore ve-
stro. Gens enī ascendet sup terrā meā:
fortis et innumerabilis. Dentes eius
ut dētes leonis: et molares eius ut ca-
tuli leonis. Posuit vineā meā in deser-
tum: ⁊ ficū meā decorticavit. Nudans
spoliavit eā et proiecit: albi facti sunt
rami eius. Plange quasi virgo accin-
cta sacco: sup virū pubertatis tue. Pe-
rijt sacrificiū et libatio de domo dñi:
luxerūt sacerdotes ministri dñi. Depo-
pulata est regio: luxit humus: quoni-
am devastatū est triticū. Cōfusum est
vinū: elanguit oleū. Cōfusi sunt agri-
cole: ululaverūt vinitores sup frumen-
to ~~vino~~ et ordeo: quia perijt messis a-
gri. Vinea cōfusa est: et ficus elanguit.
Malogranatū et palma et malū ⁊ o-
mnia ligna agri aruerūt: quia confu-
sum est gaudiū a filijs hominū. Ac-
cingite vos ⁊ plangite sacerdotes: ulu-
late ministri altaris. Ingredimini: cu-
bate in sacco ministri dei mei: quoniā
interijt de domo dei vestri sacrificium
et libatio. Sanctificate ieiuniū: voca-
te cetum: cōgregate senes omnes habi-
tatores terre in domū dei vestri: et cla-
mate ad dñm. A a a diei: quia prope
est dies dñi: et quasi vastitas a poten-
te veniet. Nunquid nō corā oculis ve-
stris alimenta perierūt: de domo dei
vestri leticia ⁊ exultatio? Cōputruerūt
iumenta ī stercore suo. Demolita sūt
horrea: dissipate sunt apothece: quoni-
am cōfusum ē triticū. Quid ingemuit
animal: mugierūt greges armenti?
Quia nō est pascua eis. Sed ⁊ greges

pecorū dispecierūt. Ad te clamabo do-
mine: quia ignis comedit speciosa de-
serti: et flāma succendit omnia ligna
regionis. Sed ⁊ bestie agri quasi area
sitiens ymbrem: suspexerāt ad te. Quo-
niam exsiccati sunt fontes aquarū: et
ignis devoravit speciosa deserti. c. ii.
Canite tuba in syon: ululate ī mō-
te sancto meo. Cōturbent̄ omēs
habitatores terre quia venit dies dñi:
quia prope est dies tenebrarū et cali-
ginis: dies nubis et turbinis. Quasi
mane expansum sup montes: pplus
multus et fortis. Similis nō fuit ei a
principio: et post eū nō erit usq; in an-
nos generatōnis ⁊ generatōnis. An-
te faciē eius ignis vorās: et post eū ex-
urens flāma. Quasi ortus voluptat̄
terra corā eo: ⁊ post eū solitudo deser-
ti: neq; est qui effugiat eū. Quasi aspe-
ctus equorū aspectus eoꝝ: ⁊ quasi equi-
tes sic current. Sicut sonitus quadri-
garū sup capita mōciū exilient: sicut so-
nitus flāme ignis devorātis stipulā:
velut pplus fortis ꝑparat⁹ ad pliū. A
facie eius cruciabūtur ppli: omēs vul-
tus redigent̄ in ollā. Sicut fortes cur-
rent: quasi viri bellatores ascendent
murū. Viri in viis suis gradientur et
non declinabūt a semitis suis. Unus-
quisq; fratrē suū nō coartabit: singli
in calle suo ābulabūt. Sed ⁊ per fene-
stras cadēt: et nō demolientur. Urbem
ingredientur: in muro currēt. Domos
cōscendent: per fenestras intrabūt q̄si
fur. A facie eius cōtremuit terra: moti
sunt celi. Sol et luna obtenebrati sūt:
⁊ stelle retraxerūt splendorē suū. Et do-
minus dedit vocē suā ante faciē exerci-
tus sui: quia multa sūt nimis castra
eius: quia fortia et facientia verbū ei⁹.
Magnus enim dies dñi: et terribilis
valde. Et quis sustinebit eū? Nunc
ergo dicit dñs. Cōvertimini ad me in
toto corde vestro in ieiunio et fletu et
in planctu: ⁊ scindite corda vestra ⁊ nō
vestimēta vestra. Et convertimini ad do-
minū deū vestrū: quia benignus ⁊ mi-
sericors est: patiens ⁊ multe miscdie: et
prestabilis super malicia. Quis scit si
cōvertat̄ et ignoscat deus: ⁊ relinquat
post se benedictionē? Sacrificiū et liba-
men dño deo nr̄o. Canite tuba in syon:
sanctificate ieiuniū: vocate cetū: cōgre-
gate pplm: sanctificate ecclesiā: coadu-
nate senes: congregate parvulos ⁊ su-
gentes ubera. Egrediatur sponsus de
cubili suo: et sponsa de thalamo suo.
Inter vestibulū et altare plorabūt sa-
cerdotes ministri dñi ⁊ dicēt. Parce do-
mine parce pplo tuo: et ne des heredi-
tatem tuā in opprobriū: ut dominētur
eis nationes. Quare dicūt ī pplis ubi
est deus eoꝝ? Zelatus est dñs terrā su-
am: et pepercit pplo suo. Et respondit
dñs: et dixit pplo suo. Ecce ego mittā
vobis frumētū et vinū et oleū: et reple-
bimini in eis: et non dabo vos ultra
opprobriū in gentibꝫ. Et eū qui ab a-
quilone est procul faciā a vobis: et ex-
pellā eū in terrā inviā et desertā. Faciē
eius contra mare orientale: et extremū
eius usq; ad mare novissimū: ⁊ ascen-
det fetor eius: et ascendet putredo ei⁹:
quia superbe egit. Noli timere terra: exul-
ta ⁊ letare: quoniā magnificavit dñs
ut faceret. Nolite timere animalia re-
gionis: quia germinaverūt speciosa
deserti. Quia lignū attulit fructū suū:
ficus et vinea dederūt virtutem suam.
Et filie syon exultate et letamini in do-
mino deo vestro: quia dedit vobis do-
ctorem iusticie: ⁊ descendere faciet dñs
ad vos ymbrem matutinū ⁊ serotinū

sicut in principio. Et implebūt aree fru-
mento: & redundabūt torcularia vino
& oleo. Et reddā vobis ānos quos co-
medit locusta bruc⁹ & rubigo & eruca:
fortitudo mea magna q̄ʒ misi in vos.
Et comedetis vescentes et saturabimi-
ni: & laudabitis nomē dn̄i dei vr̄i qui
fecit mirabilia vobiscū. Et nō ɔfundet̄
ppl̄s me⁹ i sempitnū: & scietis q̄a i me-
dio isrl̄ ego sū. Et ego dn̄s de⁹ vester:
et nō est ālius: et nō ɔfundet̄ ppl̄s me⁹
in eternū. Et erit: post hec effundā de
spiritu meo sup omnē carnē: et ꝓphetā-
būt filij vr̄i & filie vr̄e. Senes vr̄i sōnia
somniabunt: & iuuenes vr̄i visiones
videbūt. Sed & sup servos meos & ācil-
las in diebꝫ illis effundā spiritū meū: meas
et dabo ꝓdigia in celo & i terra, sāgui-
nem & ignē et vaporē fumi. Sol ɔuer-
tetur in tenebras & luna in sanguinē:
āteq̄ʒ veniat dies dn̄i magn⁹ et horri-
bilis. Et erit: oīs q̄ inuocauerit no-
mē dn̄i salu⁹ erit: q̄a i mōte syon et in
ihrl̄m erit saluatio sicut dixit dn̄s:
et i residuis q̄s dn̄s vocauerit. c. iii.

Quia ecce i diebꝫ illis & i tpe illo cū
ɔūtero captiuitatē iuda & ihrl̄m:
ɔgregabo oēs gētes: & deducā eas
in vallē iosaphat et disceptabo cū eis
ibi sup ppl̄o meo & hereditate mea isrl̄
quos dispserūt i nationibꝫ: et terrā
meā diuiserūt & sup ppl̄m meū miserūt
sortē. Et posuerūt puerū i prostibulū:
et puellā vendiderūt pro vino ut bibe-
rent. Verū q̄d michi et vobis tyrus et
sydon & oīs t̄min⁹ palestinoꝝ? Nū-
quid vltionē vos reddetis michi? Et
si vlciscemini vos ɔtra me: cito veloci-
ter reddā vicissitudinē vobis sup ca-
put vr̄m. Argentū eni meū & auꝝ tuli-
stis: & desiderabilia mea & pulcerrima
intulistis i delubra vr̄a. Et filios iuda
et filios ihrl̄m vēdidistis filijs gre-
coꝝ: ut lōge faceretis eos de finibꝫ suis.
Ecce ego suscitabo eos de loco i quo vē-
didistis eos: & ɔuertā retributōnē vr̄am
in caput vr̄m. Et vēdā filios vr̄os & fi-
lias vr̄as i manibꝫ filioꝝ iuda: & venū-
dabūt eos sabeis gēti lōgīque: q̄a dn̄s
locut⁹ ē. Clamate hec i gētibꝫ: sāctifica-
te bellū: suscitate robustos. Accedāt ac-
cedāt: oēs viri bellatores. Cōcidite
aratra vr̄a i gladios: & ligones vr̄os
in lāceas. Infirm⁹ dicat: q̄a ego fortis
sū. Erūpite et venite oēs gētes de cir-
cuitu: & ɔgregamini. Ibi occūbere faci-
et dn̄s robustos tuos. Cōsurgāt et a-
scendāt gētes i vallē iosaphat: q̄a ibi
sedebo ut iudicē oēs gētes i circuitu.
Mittite falces: q̄m maturauit messis.
Venite & descendite: q̄a plenū est torcu-
lar. Exuberāt torcularia: q̄a mltiplica-
ta ē malicia eoꝝ. Populi ppl̄i i valle
ɔcisionis: q̄a iuxta ē dies dn̄i in valle
ɔcisionis. Sol & luna obtenebrati sūt:
& stelle retraxerūt splēdorē suū. Et dn̄s
de syon rugiet: & de ihrl̄m dabit vocē
suā. Et mouebūt̄ celi & terra: & dn̄s spes
ppl̄i sui: & fortitudo filioꝝ isrl̄. Et scietis
q̄a ego dn̄s de⁹ vester: habitās i syon i
mōte sācto meo. Et erit ihrl̄m sancta:
& alieni nō trāsibūt p eā ālius. Et erit:
i die illa stillabūt mōtes dulcedinē et
colles fluēt lacte. Et p oēs riuos iu-
da ibūt aque: & fōs de domo dn̄i egre-
dietur: & irrigabit torrētē spinaꝝ. Egipt⁹
i desolatōnē erit: et ydumea i desertū pdi-
tionis: pro eo q̄ inique egerit i filios
iuda & effuderit sāguinē innocentē i ter-
ra sua. Et iudea i eternū habitabit̄: et
ihrl̄m i generatōnē et generatōnē. Et
mūdabo sāguinē eoꝝ quē nō mūdaue-
rā: & dn̄s cōmorabit̄ in syon. Explicit
iohel pph̄a. Incipit amos pph̄a. C. i.

Uerba amos qui fuit
in pastoralibus the-
cue: que vidit super
israhel in diebꝫ ozie
regis iuda et in die-
bus iheroboam filij
ioas regis isrl' ante duos annos ter-
remotus. Et dixit. Dominus de syon
rugiet: et de ierusalē dabit vocē suā.
Et luxerūt speciosa pastorū: et exsicca-
tus est vertex carmeli. Hec dicit domi-
nus. Sup tribꝫ sceleribus damasci et
sup quatuor nō cōuertā eū: eo ꝙ tritu-
rauerunt in plaustris ferreis galaad.
Et mittā ignē in domū azahel · et de-
uorabit domos benadab. Et cōterā
vectem damasci · ⁊ disperdā habitato-
rem de cāpo ydoli: ⁊ tenētem sceptrum
de domo voluptatis: ⁊ trāsferet ppl'us
syrie cir enen dicit dn̄s. Hec dicit dn̄s.
Sup tribꝫ sceleribꝫ gaze ⁊ super q̄tuor
non cōuertā eū: eo ꝙ trāstulerit capti-
uitatē perfectā ut cōcluderet eā in ydu-
mea. Et mittā ignē in murū gaze · et
deuorabit edes eius: ⁊ disperdā habi-
tatorē de azoto et tenentē sceptrū de as-
calone: et ɔuertā manū meā sup acca-
ron et peribūt reliqui philistinoꝝ dicit
dn̄s. Hec dicit dn̄s. Sup tribꝫ sceleribꝫ
tyri ⁊ sup quatuor nō cōuertam eū: eo
ꝙ cōcluserit captiuitatē pfectam in
ydumea: et non sint recordati federis
fratrū. Et mittam ignē in murū tyri:
et deuorabit edes eius. Hec dicit dn̄s.
Sup tribꝫ sceleribus edom ⁊ sup qua-
tuor nō cōuertā eū: eo ꝙ psecut⁹ sit in
gladio fratrē suū et violauerit miseri-
cordiā eius: et tenuerit ultra furorem
suū · ⁊ indignatōnē suā suauerit usqꝫ
in finē. Mittam ignē in theman: ⁊ de-
uorabit edes bosre. Hec dicit domin⁹.
Sup tribꝫ sceleribus filiorū āmon et
super quatuor non conuērtam eum: eo
ꝙ dissecuerit pregnantes galaad · ad
dilatādum terminū suū. Et succendā
ignem in muro rabbath ⁊ deuorabit
edes eius: in vlulatu in die belli et in
turbine in die commotionis. Et ibit
melchom in captiuitatem: ipse et prin
cipes eius simul dicit dominus. c. ii.
Hec dicit dn̄s. Sup tribus sceleri-
bus moab et sup quatuor non
conuērtam eū: eo ꝙ incenderit ossa regis
ydumee usqꝫ ad cinerem. Et mittam
ignem in moab ⁊ deuorabit edes cari-
oth: ⁊ morietᷣ in sonitu moab in clan-
gore tube: ⁊ disperdā iudicē de medio
eius: et omnes principes eius interfi-
ciam cum eo dicit dn̄s. Hec dicit dn̄s.
Sup tribus sceleribus iuda ⁊ sup qua-
tuor non conuertam eū: eo ꝙ abiecerit
legē dn̄i: et mādata eius nō custodie-
rit. Deceperūt eni eos ydola sua: post
que abierāt patres eoꝝ. Et mittā ignē
in iudā: et deuorabit edes in ierusa-
lem. Hec dicit dn̄s. Sup tribus sceleri-
bus isrl' ⁊ sup quatuor nō conuertam
eū: pro eo ꝙ vendiderit pro argento iu-
stum: et pauperem pro calciamentis.
Qui conterūt sup puluerē terre capita
pauperū et viā humiliū declināt: et fi-
lius ac pater ei⁹ ierūt ad puellā ut vio-
larent nomē sanctū meū: et super vesti-
mentis pigneratis accubuerunt iuxta
omne altare: ⁊ vinū damnatorū bibe-
bāt in domo dei sui. Ego aūt exstermi-
naui amorreū a facie eorū: cui⁹ altitu-
do cedroꝝ altitudo eius: et fortis ipse
quasi quercus. Et cōtriui fructū ei⁹ de-
super: ⁊ radices eius subter. Ego sum
qui ascendere vos feci de terra egipti:
et eduxi vos in desertū quadraginta
annis · ut possideretis terrā amorrei:
et suscitaui de filijs vestris in pphetas

et de iuuenibꝫ vestris nazareos. Nun-
quid nō ita est filij isrl' dicit dñs? Et
propinabatis nazareis vinū: et ꝓphe-
tis mandabatis dicentes: ne ꝓphete-
tis. Ecce ego stridebo subter vos: sicut
stridet plaustrū onustum feno. Et pe-
ribit fuga a veloce: ⁊ fortis nō obtine-
bit virtutē suā; et robustus nō salua-
bit animā suā. Et tenēs arcū non sta-
bit, ⁊ velox pedibꝫ suis nō saluabitur:
et ascensor equi non saluabit animā
suā: ⁊ robustꝰ corde inter fortes nudus
fugiet in die illa dicit dominus. c. iii.

Audite verbū qd locutus est dñs
sup vos filij israhel: sup omnē
cognationē quā eduxi de terra egipti
dicens. Tantūmodo vos cognoui ex
omībꝫ cognationibꝫ terre: idcirco vi-
sitabo sup vos omēs iniquitates ve-
stras. Nunquid ambulabūt duo pa-
riter: nisi cōuenerit eis? Nunqd rugi-
et leo in saltu: nisi habuerit predam?
Nūquid dabit catulus leonis vocem
de cubili suo: nisi aliqd apprehēderit?
Nunquid cadet auis in laqueū terre
absqꝫ aucupe? Nūqd auferetur laque-
us de terra: anteqꝫ qd ceperit? Si clan-
get tuba in ciuitate: ⁊ ꝓplus non expa-
uescet? Si erit malū in ciuitate: quod
dñs non fecit? Quia nō faciet dñs de-
us verbū: nisi reuelauerit secretū suum
ad seruos suos ꝓphetas. Leo rugiet:
quis non timebit? Dominus deus
locutꝰ est: quis nō ꝓphetabit? Auditū
facite in edibꝫ azoti: et in edibus terre
egipti: ⁊ dicite. Congregamini super
montes samarie: et videte insanias ī
medio eius multas: ⁊ calumniā pati-
entes in penetralibus eiꝰ. Et nescierūt
facere rectū dicit dñs: thesaurizantes
iniquitatē et rapinas in edibus suis.
Propterea hec dicit dominus deus.
Tribulabit̄ ⁊ circuietur terra: et detrahe-
tur ex te fortitudo tua: ⁊ diripient̄ edes
tue. Hec dicit dñs. Quomodo si eruat
pastor de ore leonis duo crura aut ex-
tremū auricule: sic eruentur filij isrl' q̄
habitant in samaria in plaga lectuli
et in damasci grabato. Audite ⁊ con-
testamini in domo iacob dicit domi-
nus deus exercituū: quia in die cū visi-
tare cepero ꝑuaricationes isrl' sup eū
visitabo ⁊ sup altaria bethel: ⁊ ampu-
tabuntur cornua altaris ⁊ cadēt in ter-
ram. Et ꝑcutiā domū hyemalē cū do-
mo estiua: ⁊ peribūt domꝰ eburnee: et
dissipabūt̄ edes multe dicit dñs. c. iiii.

Audite verbū hoc vacce pingues
que estis in mōte samarie: que
calumniā facitis egenis: et cōfringitis
pauperes: Que dicitis dñis vestris: af-
ferte et bibemus. Iurauit dñs deus in
sancto suo: quia ecce dies venient sup
vos ⁊ leuabūt vos in cōtis: et reliqui-
as vestras in ollis feruentibꝫ. Et per a-
perturas exibitis altera contra alterā:
et proiciemini in armon dicit domi-
nus. Venite ad bethel et impie agite:
ad galgalā: et multiplicate ꝑuarica-
tionē. Et offerte mane victimas vr̄as:
tribꝫ diebus decimas vestras. Et sacri-
ficate de fermentato laudē: et vocate vo-
lūtarias oblatiōnes ⁊ ānunciate. Sic
enī voluistis filij israhel dicit dñs deꝰ.
Unde ⁊ ego dedi vobis stuporem den-
tiū in cunctis vrbibus vestris: et indi-
gentiā panū in omnibus locis vr̄is:
et non estis reuersi ad me dicit domi-
nus. Ego quoqꝫ ꝓhibui a vobis ym-
brem cū adhuc tres menses supessent
vsqꝫ ad messem: ⁊ plui sup vnā ciuita-
tem: et super alterā ciuitatem non plui.
Pars vna cōpluta est: et pars super
quā nō plui aruit. Et venerunt due ⁊

tres civitates ad unā civitatē ut bibe-
rent aquā: ⁊ nō sunt saciate: ⁊ non re-
distis ad me dicit dn̄s. Percussi vos
in vento urente et in aurugine: mltitu-
dinē ortorū vestroꝝ ⁊ vineaꝝ vestrarū
oliveta vestra ⁊ ficeta vr̄a comedit eru-
ca: et non redistis ad me dicit domin⁹.
Misi in vos mortem in via egipti: per-
cussi in gladio iuvenes vr̄os usq; ad
captivitatē equoꝝ vestroꝝ: ⁊ ascendere
feci putredinē castroꝝ vestroꝝ in nares
vestras: ⁊ nō redistis ad me dicit do-
minus. Subverti vos sicut subvertit
deus sodomā ⁊ gomorrā: ⁊ facti estis
quasi torris rapt⁹ ab incendio: ⁊ non
redistis ad me dicit dn̄s. Quapropter
hec faciā tibi isrl̄. Postq̄ aūt hec fece-
ro tibi: ꝑparare in occursū dei tui isrl̄.
Quia ecce formās mōtes ⁊ creans vē-
tum et ānuncians homini eloquium
suum: faciens matutinam nebulam
et gradiens super excelsa terre: domi-
nus deus exercituum nomen ei⁹. c. v.

Audite verbū istud: quod ego le-
vo sup vos planctū. Domus
isrl̄ cecidit: non adiciet ut resurgat.
Virgo isrl̄ proiecta est in terrā suā: nō
est qui suscitet eā. Quia hec dicit dn̄s
deus. Urbs de qua egrediebātur mil-
le relinquētur in ea centum: ⁊ de qua
egrediebātur centū relinquent in ea de-
cem in domo isrl̄: quia hec dicit dn̄s
deus domui israhel. Querite me et vi-
vetis: ⁊ nolite querere bethel. In gal-
galā nolite intrare ⁊ in bersabee non
transibitis: quia galgala captiva du-
cetur: et bethel erit inutilis. Querite do-
minū ⁊ vivite: ne forte comburatur ut
ignis domus ioseph: et devorabit et
nō erit q̄ extinguat bethel. Qui conver-
titis in absinthiū iudiciū: ⁊ iusticiam
in terra relinquitis: facientē arcturum
et orionē et convertentē in mane tene-
bras: ⁊ diē nocte mutantē. Qui vocat
aquas maris et effundit eas sup faci-
em terre: dn̄s nomē est eius. Qui subri-
det vastitatē sup robustū: et depopu-
lationē sup potentem affert. Odio ha-
buerūt corripientē in porta: ⁊ loquen-
tem perfecte abominati sunt. Idcirco
pro eo q̄ diripiebatis pauperem ⁊ pre-
dam electam tollebatis ab eo: domos
quadro lapide edificabitis: ⁊ non ha-
bitabitis in eis. Vineas plātabitis a-
mantissimas ⁊ nō bibetis vinū earū:
quia cognovi multa scelera vestra: et
forcia peccata vr̄a. Hostes iusti accipi-
entes munus: ⁊ pauperes deprimētes
in porta. Ideo prudens in t̄pe illo tace-
bit: quia tempus malū est. Querite bo-
num ⁊ nō malū ut vivatis: ⁊ erit dn̄s
deus exercituū vobiscum sicut dixistis.
Odite malū et diligite bonū: ⁊ consti-
tuite in porta iudiciū: si forte misereat
dn̄s deus exercituum reliquijs ioseph.
Propterea hec dicit dn̄s: deus exercitu-
um dominator. In om̄ibus plateis
planctus: et in cunctis que foris sunt
dicetur ve ve. Et vocabūt agricolam
ad luctū: et ad planctū eos qui sciunt
plangere. Et in om̄ib; vijs erit planct⁹:
quia pertrāsibo in medio tui dicit do-
minus. Ve desiderantib; diē dn̄i. Ut
quid eā vobis? Dies dn̄i ista tenebre
et non lux. Quomodo si fugiat vir a
facie leonis et occurrat ei ursus: et in-
grediatur domum et innitatur manu
sua sup parietē: et mordeat eū coluber.
Nunquid nō tenebre dies dn̄i ⁊ nō lux:
et caligo ⁊ non splendor in ea? Odi
et proieci festivitates vestras: et nō ca-
piam odorem cetuū vestroꝝ. Q̄d si ob-
tuleritis michi olocaustomata et mu-
nera vr̄a nō suscipiā: et vota pinguiū

vestrorū non respiciā. Aufer a me tu-
multū carminū tuoꝝ: et cātica lire tue
non audiā. Et reuelabit̄ quasi aqua
iudiciū: ⁊ iusticia quasi torrens fortis.
Nunquid hostias ⁊ sacrificiū obtuli-
stis michi in deserto quadraginta an-
nis dom⁹ isrl'? Et portastis taberna-
culū moloch deo vr̄o: ⁊ ymaginē ydo-
lorū vr̄oꝝ sidus dei vr̄i (rempha) figu-
ras q̄ fecistis vobis adorare eas. Et
migrare vos faciā trās damascū dixit
dn̄s: de⁹ exercituū nomen eius. c. vi.

Ve vobis qui opulēti estis ī syon
et ɔfiditis in mōte samarie: op-
timates capita populoꝝ: ingrediētes
pompatice domū isrl'. Transite in cha-
lanne ⁊ videte: et ite inde ī emath ma-
gnam et descendite in geth palestino-
rum ⁊ ad optima queq; regna horū:
si latior terminus eoꝝ termino vr̄o est.
Qui separati estis ī diē malū: et appro-
pinquatis solio iniquitatis. Qui dor-
mitis in lectis eburneis: et lasciuitis ī
stratis vr̄is. Qui comeditis agnū de
grege ⁊ vitulos de medio armēti: qui
canitis ad vocē psalterij. Sicut dauid
putauerūt se habere vasa cātici: biben-
tes in phialis vinū ⁊ optimo vngen-
to delibuti: ⁊ nichil patiebātur sup cō-
tricione ioseph. Quapropter nūc mi-
grabūt in capite trāsmigrantiū: et au-
feret̄ factio lasciuientiū. Iurauit dn̄s
deus in anima sua: dicit dn̄s deus ex-
ercituū. Detestor ego supbiā iacob: et
domos eius odi: ⁊ tradā ciuitatē cum
habitatoribꝫ suis. Quod si reliqui fu-
erint decē viri in domo vna: ⁊ ipi mo-
rientur. Et tollet eū ꝓpinquus suus ⁊
cōburet eū ut efferat ossa de domo: ⁊ di-
cet ei qui in penetralibꝫ dom⁹ est. Nū-
quid adhuc est penes te? Et responde-
bit. Finis est. Et dicet ei. Tace: et non
recorderis nominis dn̄i. Quia ecce do-
minus mādauit: et percutiet domū ma-
iorem ruinis: et domū minorē scissio-
nibus. Nunquid currere queunt in pe-
tris equi: aut arari potest in bubalis?
Quoniā conuertistis in amaritudinē
iudiciū et fructū iusticie in absinthiū;
qui letamini ī nichilo: qui dicitis. Nū-
quid nō in fortitudine nostra assum-
simus nobis cornua? Ecce enī suscita-
bo sup vos dom⁹ isrl' dicit dn̄s de⁹ ex-
ercituū gentē: et ɔteret vos ab introitu
emath vsq; ad torrentē deserti. c. vii.

Hec ostendit michi dn̄s deus. Et
ecce fictor locuste in principio ger-
minantiū serotini ymbris: ⁊ ecce seroti-
nus post tonsorē regis. Et factū est
cū cōsummasset comedere herbā terre
dixi. Domine deus propicius esto ob-
secro. Quis suscitabit iacob quia par-
uulus est? Misertus est dn̄s sup hoc.
Nō erit dixit dn̄s. Hec ostendit michi
dn̄s deus: Et ecce vocauit iudiciū ad
ignem dn̄s deus: et deuorauit abissū
multā ⁊ comedit simul partē. Et dixi.
Domine deus quiesce obsecro. Quis
suscitabit iacob quia paruul⁹ est? Mi-
sertus est dn̄s super hoc. Sed et istud
nō erit dixit dn̄s de⁹. Hec ostendit mi-
chi dn̄s deus: Et ecce dn̄s stans sup̄
murū litum: et in manu eius trulla ce-
mentarij. Et dixit dn̄s ad me. Quid
tu vides amos? Et dixi. Trullā cemen-
tarij. Et dixit dn̄s. Ecce ego ponā trul-
lam in medio ppl'i mei israhel. Nō ad-
iciam vltra sup inducere eū: et demoli-
entur excelsa ydoli et sanctificationes
isrl' desolabūtur: et consurgā sup do-
mū ieroboam in gladio. Et misit a-
masias sacerdos bethel ad ieroboā
regem israhel dicens. Rebellauit ɔtra
te amos in medio domus isrl'. Non

poterit terra sustinere universos sermones eius. Hec enim dicit amos. In gladio morietur ieroboam: et israel captivus migrabit de terra sua. Et dixit amasias ad amos. Qui vides gradere: fuge in terram iuda et comede ibi panem et prophetabis ibi: et in bethel non adicies ultra ut prophetes: quia sanctificatio regis est et domus regni est. Responditque amos: et dixit ad amasiam. Non sum propheta et non sum filius prophete: sed armentarius ego sum vellicans sicomoros. Et tulit me dominus deus cum sequerer gregem: et dixit dominus ad me. Vade propheta ad populum meum israel. Et nunc audi verbum domini. Tu dicis non prophetabis super israel: et non stillabis super domum ydoli. Propter hoc hec dicit dominus. Uxor tua in civitate fornicabitur: et filii tui et filie tue in gladio cadent: et humus tua funiculo metietur. Et tu in terra polluta morieris: et israel captivus migrabit de terra sua. c. viii.

Hec ostendit michi dominus deus: Et ecce uncinus pomorum. Et dixit. Quid tu vides amos? Et dixi. Uncinum pomorum. Et dixit dominus ad me. Venit finis super populum meum israel. Non adiciam ultra ut pertranseam eum. Et stridebunt cardines templi in die illa dicit dominus deus. Multi morientur: in omni loco proicietur silentium. Audite hoc qui conteritis pauperem: et deficere facitis egenos terre dicentes. Quando transibit messis et venundabimus merces: et sabbatum et aperiemus frumentum: ut imminuamus mensuram et augeamus siclum et supponamus stateras dolosas: ut possideamus in argento egenos et pauperes pro calciamentis: et quisquilias frumenti vendamus? Iuravit dominus in superbiam iacob: si oblitus fuero usque ad finem omnia opera eorum. Numquid super isto non commovebitur terra: et lugebit omnis habitator eius? Et ascendet quasi fluvius universus: et eicietur et defluet quasi rivus egipti. Et erit in die illa dicit dominus occidet sol meridie: et tenebrescere faciam terram in die luminis. Et convertam festivitates vestras in luctum: et omnia cantica vestra in planctum. Et inducam super omne dorsum vestrum saccum: et super omne caput calvicium. Et ponam eum quasi luctum unigeniti: et novissima eius quasi diem amarum. Ecce dies veniunt dicit dominus: et emittam famem in terram: non famem panis neque sitim aque: sed audiendi verbum domini. Et commovebuntur a mari usque ad mare: et ab aquilone usque ad orientem circuibunt querentes verbum domini: et non invenient. In die illa deficient virgines pulcre et adolescentes in siti qui iurant in delicto samarie et dicunt. Vivit deus tuus dan: et vivit via bersabee. Et cadent: et non resurgent ultra. c. ix.

Vidi dominum stantem super altare. Et dixit. Percute cardinem: et commoveantur superliminaria. Avaricia enim in capite omnium: et novissimum eorum in gladio interficiam. Non erit fuga eis. Fugiet: et non salvabitur ex eis qui fugerit. Si descenderint usque ad infernum inde manus mea educet eos: et si ascenderint usque in celum inde detraham eos. Et si absconditi fuerint in vertice carmeli inde scrutans auferam eos: et si celaverint se ab oculis meis in profundum maris: ibi mandabo serpenti et mordebit eos. Et si abierint in captivitatem coram inimicis suis ibi mandabo gladio et occidet eos: et ponam oculos meos super eos in malum et non in bonum. Et dominus deus exercituum qui tangit terram et tabescit: et lugebunt omnes habitantes in ea. Et ascendet sicut rivus omnis:

et defluet sicut fluuius egipti. Qui edi-
ficat in celo ascensionem suam: ⁊ fasci-
culum suum super terram fundavit.
Qui vocat aquas maris: et effundit
eas super faciem terre. Dominus no-
men eius. Nunquid non ut filii ethio-
pum vos estis michi filii israhel ait
dominus? Nunquid non israhel a-
scendere feci de terra egipti: et palesti-
nos de capadocia et syros de cyrene?
Ecce oculi domini dei super regnum
peccans: ⁊ conteram illud a facie terre.
Verumtamen conterens non cōteram
domū iacob dicit dominus. Ecce enī
mandabo ego: ⁊ cōcutiā in omnibus
gentibus domū isrl' sicut cōcutitur tri-
ticū in cribro: et non cadet lapillus su-
per terrā. In gladio morientur omnes
peccatores ppli mei: qui dicūt non ap-
propinquabit: ⁊ nō veniet super nos
malū. In die illa suscitabo tabernacu-
lū david quod cecidit: et reedificabo
aperturas murorum eius: et ea que
corruerant instaurabo. Et reedificabo
eū sicut in diebus antiquis: ut possi-
deant reliquias ydumee et omnes nati-
ones: eo q invocatum sit nomē meū
super eos dicit dominus faciens hec.
Ecce dies veniunt dicit dominus: et
comprehendet arator messorem: ⁊ cal-
cator uve mittentem semen. Et stilla-
bunt montes dulcedinem: et omnes
colles culti erunt. Et convertā captivi-
tatem populi mei israhel: ⁊ edificabūt
civitates desertas ⁊ inhabitabunt: et
plantabunt vineas et bibent vinum
earum: et facient ortus et comedent fru-
ctus eorum. Et plantabo eos super
humum suam: et non evellam eos
ultra de terra sua quam dedi eis: dicit
dominus deus tuus.

Visio abdie. Hec di-
cit dn̄s de' ad edom.
Auditū audivim'
a dn̄o: et legatū ad
gentes misit. Sur-
gite: et cōsurgamus
adversus eū in pliū. Ecce parvulū de-
di te in gentib': contemptibilis tu es
valde. Superbia cordis tui extulit te ha-
bitātem in scissuris petrāz: exaltātem
soliū tuū. Qui dicis ī corde tuo. Quis
detrahet me ī terrā? Si exaltat' fueris
ut aquila: et si inter sidera posueris ni-
dum tuū: inde detraham te dicit dn̄s.
Si fures introissent ad te si latrones
per noctem: quomodo conticuisses?
Nonne furati essent sufficientia sibi?
Si vindemiatores introissent ad te:
nūquid saltem racemos reliquissent
tibi? Quomodo scrutati sunt esau:
investigaverūt abscōdita eius. Usqz
ad terminū emiserūt te: omnes viri fe-
deris tui illuserūt tibi. Invaluerunt
adūsum te viri pacis tue. Qui come-
dūt tecū ponēt insidias subter te. Nō
est prudentia in eo. Nūquid nō in die
illa dicit dn̄s perdā sapientes de ydu-
mea: ⁊ prudētiā de mōte esau? Et time-
būt fortes tui a meridie: ut intereat vir
de monte esau: propter interfectionem
et ppter iniquitatē in fratrē tuū iacob.
Operiet te cōfusio: et peribis in eternū.
In die cū stares adversus eū quando
capiebāt alieni exercitū eius ⁊ extranei
ingrediebātur portas ei': ⁊ sup ierlm mit-
tebant sortem: tu quoqz eras quasi u-
nus ex eis. Et non despicies in die fra-
tris tui: in die peregrinationis eius. Et
non letaberis super filios iuda in die
perditionis eorum: ⁊ non magnificabis
os tuū in die angustie. Neqz ingredi-
eris portā ppli mei ī die ruine eorum:

neq; despicies ⁊ tu in malis ei⁹ in die
uastitatis illi⁹. Et nō emitteris adūsus
exercitū ei⁹ in die uastitatis illi⁹: neq;
stabis ī exitib; ut interficias eos q̄ fuge-
rint. Et nō cōcludes reliquos ei⁹ ī die
tribulationis: q̄m iuxta ē dies dn̄i su-
per oēs gentes. Sicut fecisti fiet tibi:
retributionē tuā cōuertam ī caput tuū.
Quomō enī bibisti sup mōtem san-
ctū meū·bibēt oēs gentes iugiter: ⁊
bibēt ⁊ absorbebūt: ⁊ erūt q̄si nō sint. Et
in mōte syon erit saluatio: et erit sācta.
Et possidebit dom⁹ iacob eos q̄ se pos-
sederāt. Et erit dom⁹ iacob ignis: ⁊ do-
mus ioseph flāma: ⁊ dom⁹ esau stipu-
la. Et succendētur in eis et deuorabūt
eos: ⁊ nō erūt reliquie dom⁹ esau: q̄a
dn̄s locut⁹ ē. Et hereditabūt hij q̄ ad
austrū sunt montē esau: et q̄ in cāpe-
stribus philistijm: ⁊ possidebūt regionē
ephraim ⁊ regionē samarie. Et benia-
min possidebit galaad: ⁊ trāsmigra-
tio exercit⁹ hui⁹ filiorū isrl̄ omnia loca
chananeorū usq; ad sareptā: ⁊ trāsmi-
gratio ihrlm q̄ in bosforo ē possidebit
ciuitates austri. Et ascendēt saluatores
in mōtem syon iudicare mōtem esau:
et erit domino regnum. Explicit abdi
p̄pheta. Incipit ionas p̄pheta. C. I.

ET factū est uerbū do-
mini ad ionā filiū
amathi dicēs. Sur-
ge. et uade in nini-
uen ciuitatē grandē.
et predica in ea: q̄a
ascendit malicia ei⁹ corā me. Et surre-
xit ionas: ut fugeret in tharsis a facie
dn̄i. Et descendit ioppē: et inuenit na-
uem euntē in tharsis. Et dedit naulū
eius: et descendit in eā ut iret cū eis in
tharsis a facie dn̄i. Dominus autem
misit uentū magnū in mare: et facta
est tēpestas magna in mari: et nauis
periclitabat͡ cōteri. Et timuerūt naute:
et clamauerūt uiri ad deū suū: et mise-
runt uasa que erāt ī naui in mare: ut
alleuiaret͡ ab eis. Et ionas descendit
ad interiora nauis: ⁊ dormiebat sopo-
re graui. Et accessit ad eū gubernator:
et dixit ei. Quid tu sopore depmeris?
Surge inuoca deū tuū: si forte recogi-
tet deus de nobis ⁊ nō pereamus. Et
dixit uir ad collegā suū. Venite ⁊ mit-
tamus sortes: et sciamus quare hoc
malū sit nobis. Et miserūt sortes: ⁊ ce-
cidit sors super ionam. Et dixerūt ad
eum. Indica nobis cui⁹ causa malū
istud sit nobis. Quod est opus tuū q̄ ter-
ra tua: et quo uadis uel ex quo p̄plo
tu es? Et dixit ad eos. Hebreus ego
sum: ⁊ dn̄m deū celi ego timeo qui fecit
mare et aridā. Et timuerūt uiri timo-
re magno: ⁊ dixerunt ad eū. Quid hoc
fecisti? Cognouerūt enī uiri q̄ a facie
domini fugeret: quia indicauerat eis
ionas. Et dixerūt ad eum. Quid facie-
mus tibi: et cessabit mare a nobis?
Quia mare ibat et intumescebat. Et
dixit ad eos. Tollite me ⁊ mittite ī ma-
re: et cessabit mare a uobis. Scio enī
ego: quoniā p̄pter me tempestas hec
grādis uenit sup uos. Et remigabāt
uiri ut reuerterent͡ ad aridā ⁊ nō uale-
bant: q̄a mare ibat et intumescebat su-
per eos. Et clamauerūt ad dn̄m: ⁊ dixe-
rūt. Quesum⁹ dn̄e ne pream⁹ ī anima
uiri isti⁹: et ne des sup nos sanguinē
innocentē: q̄a tu dn̄e sicut uoluisti feci-
sti. Et tulerūt ionā et miserūt ī mare: ⁊
stetit mare a feruore suo. Et timuerūt
uiri timore magno dn̄m: et immola-
uerūt hostias dn̄o: ⁊ uouerūt uota. C. II.

ET preparauit dn̄s piscem gran-
dem: ut deglutiret ionā. Et erat

ionas in ventre piscis tribꝫ diebus et
tribus noctibus. Et oravit ionas ad
dñm deū suū de vētre piscis. Et dixit.
Clamavi de tribulatione mea ad do-
minū: ⁊ exaudivit me. De ventre infe-
ri clamavi: et exaudisti vocē meā. Et
proiecisti me in ꝓfundū in corde ma-
ris: ⁊ flumen circūdedit me. Omnes
gurgites tui et fluctꝰ tui suꝑ me trāsie-
rūt. Et ego dixi. Abiectus sum a ꝯspe-
ctu oculoꝝ tuoꝝ. Verūtamē rursus vi-
debo templū sanctū tuū. Circūdederūt
meā me aque usqꝫ ad animā: abissus val-
lavit me: pelagus operuit caput me-
um. Ad extrema mōtiū descendi: terre
vectes cōcluserūt me in eternū: et suble-
vabis de corruptione vitā meam dñe
deus meꝰ. Cum angustiaret̄ in me a-
nima mea dñi recordatꝰ sum: ut veni-
at ad te oratio mea ad tēplū sāctū tuū.
Qui custodiūt vanitates: frustra mise-
ricordiā suā derelinquūt. Ego aūt in
voce laudis immolabo tibi: quecūqꝫ
vovi reddā ꝓ salute dño. Et dixit dñs
pisci: ⁊ evomuit ionā in aridā. c. iii.
Et factū est verbū dñi ad ionam
secūdo dicens. Surge et vade
ad niniuē civitatē magnā: ⁊ ꝑdica in
ea predicationē quā ego loquor ad te.
Et surrexit ionas: ⁊ abiit in niniuē iu-
xta verbū dñi. Et niniue erat civitas
magna itinere dieꝝ triū. Et cepit ionas
introire civitatē itinere diei unꝰ: ⁊ cla-
mavit et dixit. Adhuc quadraginta
dies: ⁊ niniue subūtetur. Et crediderūt
viri niniuite in dño: et ꝑdicaverūt ie-
iunium: ⁊ vestiti sunt saccis a maiore
usqꝫ ad minorē. Et ꝑvenit verbū ad
regem niniue. Et surrexit de solio suo:
et abiecit vestimētū suū a se et indutꝰ
est sacco ⁊ sedit in cinere: ⁊ clamavit ⁊
dixit in niniue ex ore regis et pricipū
eius dicens. Homines et iumēta ⁊ bo-
ves ⁊ pecora nō gustent quicq̄ꝫ nec pa-
scant̄ et aquā non bibāt: ⁊ operiātur
saccis homines ⁊ iumēta clamēt ad
dñm in fortitudine: et cōvertat̄ vir a
via sua mala et ab iniquitate que est
in manibꝫ eoꝝ. Quis scit si cōvertatur
⁊ ignoscat deus ⁊ revertat̄ a furore ire
sue: et nō peribimꝰ? Et vidit deꝰ opera
eoꝝ q̄a ꝯversi sunt de via sua mala: et
misertꝰ est deꝰ suꝑ maliciā quā locutꝰ
fuerat ut faceret eis: et nō fecit. c. iiii.
Et afflictus est ionas afflictione
magna: et iratꝰ est ⁊ oravit ad
dñm et dixit. Obsecro dñe: nunquid
non hoc est verbū meū cū adhuc essem
in terra mea? Propter hoc ꝑoccupavi
ut fugerem in tharsis. Scio enī quia
tu deus clemēs ⁊ misericors es: patiēs
et multe miserationis ⁊ ignoscens su-
per malicia. Et nūc dñe tolle queso a-
nimā meā a me: quia melior ē michi
mors q̄ꝫ vita. Et dixit dñs. Putasne
bene irascaris tu? Et egressus est ionas
de civitate: ⁊ sedit ꝯtra oriētem civitatis.
Et sibimet fecit umbraculū ibi: et sede-
bat subter illud in umbra: donec vide-
ret quid accideret civitati. Et ꝑparavit
dñs deꝰ ederam: ⁊ ascendit suꝑ caput
ione ut esset umbra suꝑ caput eius: et
protegeret eū. laboraverat enī. Et leta-
tus est ionas suꝑ edera leticia magna.
Et paravit deus vermem ascensu dilu-
culi in crastinū: ⁊ ꝑcussit ederā ⁊ exaru-
it. Et cū ortus fuisset sol ꝑcepit domi-
nus vento calido et urenti: et ꝑcussit
sol suꝑ caput ione: ⁊ estuabat. Et peti-
vit anime sue ut moreretur. Et dixit.
Meliꝰ est michi mori q̄ꝫ vivere. Et di-
xit dñs ad ionam. Putasne bene ira-
sceris tu suꝑ ederam? Et dixit. Bene
irascor ego usqꝫ ad mortem. Et dixit

dominus. Tu doles sup edera in qua
non laborasti neq; fecisti ut cresceret.
que sub una nocte nata est ⁊ sub una
nocte periit: et ego nõ parcam ninive
civitati magne: in qua sunt plus q̃
centũviginti milia hominum. qui ne-
sciunt quid sit inter dexteram ⁊ sinistrã
suam et iumenta multa? Explicit io-
nas pphta. Incipit micheas pphã. c. i.

Verbũ dñi qđ factũ ẽ
ad micheam mora-
sthiten in diebus ioa-
than achaz ezechie
regũ iuda: qđ vidit
sup samariã et ihe-
rusalẽ. Audite ppli omnes. et attendat
terra ⁊ plenitudo ei⁹: et sit dñs de⁹ vo-
bis in testem: dñs de tẽplo sancto suo.
Quia ecce dñs egredietur de loco suo: et
descendet ⁊ calcabit super excelsa terre.
Et cõsumentur mõtes subtus eũ: et val-
les scindentur sicut cera a facie ignis: si-
cut aque que decurrũt in preceps. In
scelere iacob omne istud: ⁊ in peccatis
dom⁹ isrl. Quod scelus iacob? Nõne
samaria? Et que excelsa iude? Nõne
ihrlm? Et ponã samariã quasi acer-
vum lapidũ i agro cũ plãtatur vinea:
et detrahã in vallẽ lapides ei⁹. Et fun-
damenta ei⁹ revelabo: ⁊ omnia sculpti-
lia eius concidentur. Et omnes mercedes
eius igne cõburentur: ⁊ omnia ydola ei⁹
ponã in perditionẽ quia de mercedi-
bus meretricis cõgregata sunt: ⁊ usq;
ad mercedẽ meretricis revertentur. Sup
hoc plãgã et ululabo: vadã spoliat⁹
et nudus. Faciã planctũ velut draco-
nũ: et luctũ quasi struthionũ. Quia de-
sperata est plaga ei⁹: quia venit usq;
ad iudã: tetigit portã ppli mei usq; ad
ihrlm. In geth nolite annũciare: la-
crimis ne ploretis. In domo pulveris
pulvere vos aspergite: ⁊ trãsite vobis
habitatio pulcra: confusa ignominia.
Non est egressa que habitat in exitu.
Planctũ dom⁹ vicina accipiet ex vobis
q̃ stetit sibimet: q̃a infirmata est in bo-
num que habitat in amaritudinibus.
Quia descendit malũ a dño in portã
iherusalẽ: tumult⁹ quadrige stuporis
habitanti lachis. Principium pecca-
ti est filie syon: quia in te inventa sunt
scelera israhel. Propterea dabit emis-
sarios super hereditatẽ geth: domus
mendacii in deceptionem regibus isra-
hel. Adhuc heredem adducam tibi
que habitas in maresa: usq; odollã
veniet gloria israhel. Decalvare ⁊ ton-
dere super filios deliciarum tuarum:
dilata calvicium tuum sicut aquila:
quoniã captivi ducti sunt ex te. c. ii.

Ve qui cogitatis inutile: et opera-
mini malũ in cubilibz vris. In
luce matutina faciũt illud: quoniam
contra dominũ est man⁹ eorũ. Et con-
cupierũt agros et violẽter tulerũt ⁊ ra-
puerũt domos: et calũniabãtur virũ
et domũ eius: virũ ⁊ hereditatẽ ei⁹. Id-
circo hec dicit dñs. Ecce ego cogito su-
per familiã istã malũ unde nõ aufere-
tis colla vrã: et nõ ãbulabitis superbi:
quoniã temp⁹ pessimũ est. In die illa
sumetur sup vos parabola: ⁊ cantabitur
canticũ cũ suavitate dicentiũ. De popu-
latione vastati sum⁹. Pars ppli mei
cõmutata est. Quomõ recedet a me: cũ
revertatur q̃ regiones nras dividat. Pro-
pter hoc nõ erit tibi mittens funiculũ
sortis i cetu dñi israhel. Ne loquami-
ni loquentes. Nõ stillabit super istos:
nõ cõprehendet cõfusio. dicit domus
iacob. Numquid abreviat⁹ est spiritus
dñi: aut tales sunt cogitationes ei⁹?
Nõne verba mea bona sunt cũ eo qui

recte graditur? Et econtrario ppłus me-
us in adūsariū ɔsurrexit. De-sup tuni-
cam palliū sustulistis et eos qui tran-
sibāt simpliciter ɔuertistis in bellum.
Mulieres ppli mei eiecistis de domo
deliciaꝝ suaꝝ: a paruulis eaꝝ tulistis
laudē meā in ppetuū. Surgite ⁊ ite:
quia nō habetis hic requiē. Propter
inmūdiciā eius corrūpet̄ putredine pes-
sima. Utinā non essem vir habēs spi-
ritū: ⁊ mēdaciū potius loquerer. Stil-
labo tibi in vinū et in ebrietatē: et erit
sup quē stillat̄ ppłus iste. Cōgregatio-
ne cōgregabo iacob totū te: in vnū cō-
ducā reliquias isrł. Pariter ponā illū
quasi gregē in ouili: q̄si pec9 in medio
caulaꝝ. Tumultuabūtur a multitudi-
ne hominū. Ascendet eni pādēs iter
āte eos. Diuident ⁊ trāsibūt portā: ⁊ egre-
dient̄ per eā. Et transibit rex eoꝝ corā
eis: et dominus in capite eorū. c. iii.

Et dixi. Audite principes iacob:
et duces domus isrł. Nūquid
nō vr̄m est scire iudiciū: q̄ odio habe-
tis bonū et diligitis malū: q̄ violēter
tollitis pelles eoꝝ de-sup eis: ⁊ carnem
eoꝝ de-sup ossibꝫ eoꝝ? Qui comederūt
carnē ppli mei: ⁊ pellē eoꝝ desup excori-
auerūt: ⁊ ossa eoꝝ cōfregerūt: et cōcide-
runt sicut in lebete: ⁊ q̄si carnē ī medio
olle. Tūc clamabūt ad dn̄m et non ex-
audiet eos: ⁊ abscōdet faciē suā ab eis
in tp̄e illo: sicut nequiter egerūt ī adin-
uentionibꝫ suis. Hec dicit dn̄s super
prophetas qui seducūt ppłm meū: qui
mordēt dentibꝫ suis ⁊ predicāt pacem.
Et si quis non dederit in ore eoꝝ quip-
piam: sanctificāt sup eū pliū. Propte-
rea nox vobis pro visione erit: et tene-
bre vobis pro diuinatōne. Et occum-
bet sol sup pphetas: ⁊ obtenebrabitur
sup eos dies. Et ɔfundent̄ qui vidēt
visiones: et ɔfundētur diuini. Et oper-
ient vultus suos oēs: quia nō est
respōsum dei. Uerūtamē ego replet9
sum fortitudine spirit9 dn̄i: iudicio et
virtute: ut annūciem iacob scel9 suū: ⁊
isrł peccatū suū. Audite hoc principes
dom9 iacob et iudices domus isrł: qui
abominamini iudiciū: et oīa recta
puertitis. Qui edificatis syon ī sanguī-
nibus: et ihrlm̄ ī iniquitate. Prin-
cipes ei9 in muneribꝫ iudicabāt: et sa-
cerdotes ei9 in mercede docebāt. Et pro-
phete ei9 in pecunia diuinabāt: et sup
dn̄m requiescebāt dicentes. Nūquid
nō dn̄s in medio nr̄m? Non venient
super nos mala. Propter hoc causa
vestri syon quasi ager arabitur: et iheru-
salē quasi aceruus lapidū erit: et mōs
templi in excelsa siluarum. c. iiii.

Et erit in nouissimo dierū erit mons
domus dn̄i p̄paratus in vertice
mōtiū: et sublimis sup colles. Et fluēt
ad eū ppli: ⁊ pperabūt gentes multe et
dicent. Venite ascendam9 ad mōtem
dn̄i: et ad domū dei iacob. Et docebit
nos de vijs suis: et ibim9 in semitis e-
ius. Quia de syon egredietr lex: ⁊ verbū
dn̄i de ihrlm̄. Et iudicabit inter pplos
multos: ⁊ corripiet gentes fortes usq;
in longinquū. Et ɔcident gladios su-
os in vomeres: et hastas suas in ligo-
nes. Nō sumet gens aduersum gentē
gladiū: et nō discent ultra belligerare.
Et sedebit vir subtus vineā suā et sub-
tus ficū suā: ⁊ nō erit qui deterreat: q̄a
os dn̄i exercituū locutū ē. Quia oēs
ppli ābulabūt vnusquisq; in nomine
dei sui: nos aūt ābulabim9 in nomi-
ne dn̄i dei nr̄i in eternū ⁊ vltra. In die
illa dicit dn̄s ɔgregabo claudicātem:
et eā quam eiecerā colligā: ⁊ quam af-
flixerā cōsolabor. Et ponā claudicātē

in reliquias:et eā que laborauerat in
gentē robustā. Et regnabit dn̄s sup
eos in mōte syon:ex hoc nūc z usq; in
eternū. Et tu turris gregis nebulosa fi-
lia syon usq; ad te veniet:et veniet po-
testas prima regnū filie ihr̄lm. Nūc
quare merore cōtraheris? Nunquid rex
nō est tibi·aut consiliari⁹ tuus periit:
quia cōprehendit te dolor sicut partu-
rientē? Dole z satage filia syon quasi
parturiens:q̄a nūc egredieris de ciui-
tate·z habitabis in regione:z venies
usq; ad babilonē. Ibi liberaberis:ibi
redimet te dn̄s de manu inimicorum
tuoꝝ. Et nūc cōgregate sūt sup te gen-
tes multe:que dicūt lapidet̄:z aspiciat
ī syon ocl̄us noster. Ipi aūt nō ɔgno-
uerunt cogitationes dn̄i:et nō intelle-
xerūt ɔsiliū ei⁹: q̄a cōgregauit eos q̄si
fenū aree. Surge et tritura filia syon:
q̄a cornu tuū ponā ferreū:z vnglas tu-
as ponam ereas. Et cōminues p̄plos
mltos:z interficies dn̄o rapinas eoꝝ:z
fortitudinē eoꝝ dn̄o uniūse terre. c. v.
Nūc vastaberis filia latronis. Ob-
sidionē posuerūt sup nos:in vir-
ga percutient maxillā iudicis isr̄l. Et
tu bethleem effrata:paruul⁹ es in mili-
bus iuda. Ex te michi egrediet̄ qui sit
dn̄ator in isr̄l:et egressus ei⁹ ab inicio
a dieb3 eternitatis. Propter hoc dabit
eos usq; ad temp⁹: in quo parturiēs
pariet. Reliquie fratrū ei⁹ ɔuertent̄ ad
filios isr̄l. Et stabit et pascet in fortitu-
dine dn̄i:ī sublimitate nominis dn̄i
dei sui. Et cōuertent̄:quia nūc magni-
ficabit̄ usq; ad terminos terre. Et erit
iste pax assirius cū venerit in terrā no-
strā:z quādo calcauerit in domibus
nr̄is. Et suscitabim⁹ sup eū septē pasto-
res:z octo primates hominū. Et pa-
scent terram assur in gladio:z terram
nemrod in lanceis ei⁹. Et liberabit ab
assur cū venerit in terrā nr̄am:z cū cal-
cauerit in finib3 nr̄is. Et erūt reliquie
iacob in medio p̄ploꝝ multoꝝ q̄si ros
a dn̄o:z quasi stille sup herbā que nō
expectat virū:z nō prestolat̄ filios ho-
minū. Et erūt reliquie iacob in gentib3
in medio p̄ploꝝ multoꝝ quasi leo ī iu-
mentis siluarū:et quasi catul⁹ leonis
in gregib3 pecorū. Qui cū trāsierit z cō-
culcauerit et ceperit:nō est q̄ eruat. Et
exaltabitur manus tua sup hostes tu-
os:et oēs inimici tui interibūt. Et e-
rit in die illa dicit dn̄s:auferā equos
tuos de medio tui:z disperdā quadri-
gas tuas. Et perdā ciuitates terre tue:
et destruā oēs municiones tuas. Et
auferā maleficia de manu tua:et diui-
nationes nō erūt in te. Et perire faciā
sculptilia tua: et statuas tuas de me-
dio tui. Et nō adorabis ultra opera
manuū tuarū:z euellā lucos tuos de
medio tui. Et cōterā ciuitates tuas: et
faciā ī furore et indignatōne ultionē
ī gētib3 oīb3 q̄ non audierūt. c. vi.
Audite que dn̄s loquit̄. Surge
cōtende iudicio adūsum mōtes:
et audiāt colles vocē tuam. Audiāt
mōtes iudiciū dn̄i:z fortia fundamen-
ta terre:quia iudiciū dn̄i cū p̄plo suo:z
cū isr̄l diiudicabitur. Popule me⁹ q̄d
feci tibi: aut quid molest⁹ fui tibi? Re-
sponde michi. Quia eduxi te de terra
egipti et de domo seruientiū liberaui
te:z misi ante faciem tuam moysen et
aaron et mariam; p̄ple me⁹ memen-
to queso quid cogitauerit cōtra te ba-
lach rex moab:et quid responderit ei
balaam filius beor de sethim usq; ad
galgalā ut cognosceres iusticias dn̄i.
Quid dignū offerā dn̄o? Curuabo
genu deo excelso? Nunquid offerā ei

paliurus auctore calepino est nomen herbe spinose et aspere

olocaustomata et vitulos ãniculos?
Nūquid placari potest dñs in milibꝫ
arietū: aut ĩ multis milibꝫ hircorum
pinguiū? Nūqd dabo primogenitū
meū pro scelere meo: fructū vētris mei
pro peccato anime mee? Indicabo ti-
bi o homo qd sit bonū: et qd dñs req̄-
rat a te. Utiqꝫ facere iudiciū ⁊ diligere
misericordiā: ⁊ sollicitū ābulare cū deo
tuo. Vox dñi ad ciuitatē clamat: ⁊ sa-
lus erit timētibꝫ nomen eius. Audite
tribꝫ: Et quis approbabit illud? Ad-
huc ignis in domo impij: thesauri in-
iquitatis: ⁊ mensura minor ire plena.
Nūquid iustificabo stateram impiam:
et saccelli pondera dolosa? In quibꝫ
diuites ei⁹ repleti sūt iniq̄tate: ⁊ habi-
tantes in ea loquebātur mēdaciū: et
lingua eoꝝ fraudulēta in ore eoꝝ. Et
ego ergo cepi percutere te pdicione: su-
per peccatis tuis. Tu comedes ⁊ nō sa-
turaberis: ⁊ humiliatio tua in medio
tui. Et apprehēdes ⁊ non saluabis: et
quos saluaueris in gladiū dabo. Tu
seminabis et nō metes: tu calcabis o-
liuā ⁊ nō ungeris oleo: et mustū et nō
bibes vinū. Et custodisti pcepta amri:
⁊ omē opus domus achab: ⁊ ambu-
lasti in voluptatibꝫ eoꝝ ut darē te in
perditionē: ⁊ habitātes ĩ ea in sibilū: ⁊
obprobriū ppli mei portabitis. c. vii.
Ue michi: q̄a factus sū sicut q̄ colli-
git ĩ autumno racemos vinde-
mie. Nō est botrus ad comedēdū: pre-
coquas ficus desiderauit anima mea.
Perijt sanctus de terra: et rect⁹ in homi-
nibus non est. Omnes in sanguine
insidiātur: vir fratrē suū ad mortē ve-
natur. Malū manuū suaꝝ dicūt bo-
num. Princeps postulat: et iudex in
reddendo est. Et magn⁹ locut⁹ est de-
sideriū anime sue: et conturbauerunt
eā. Qui optim⁹ in eis est quasi paliu-
rus: ⁊ qui rect⁹ quasi spina de sepe. Di-
es speculationis tue: visitatio tua ve-
nit. Nunc erit vastitas eoꝝ. Nolite cre-
dere amico: et nolite confidere in duce.
Ab ea que dormit in sinu tuo custodi
claustra oris tui: quia fili⁹ cōtumeliā
facit patri: et filia cōsurgit aduersus
matrem suā: nurus aduersus socrum
suā: ⁊ inimici hominis domestici ei⁹.
Ego aūt ad dñm aspiciā: expectabo
deū saluatorē meū. Audiet me deus
meus. Ne leteris inimica mea sup me:
quia cecidi. Consurgā. Cū sedero in te-
nebris: dñs lux mea est. Iram dñi por-
tabo quoniā peccaui ei: donec causā
meā iudicet: et faciat iudiciū meū. Et
educet me in lucem: videbo iusticiam
eius. Et aspiciet inimica mea: ⁊ operi-
etur cōfusione. que dicit ad me. Ubi ē
dñs deus tuus? Oculi mei videbunt
in eā. Nūc erit in cōculcationē: ut lutū
plateaꝝ. Dies: ut edificent̄ macerie tue.
In die illa longe fiet lex. In die illa et
usqꝫ ad te veniet assur: et usqꝫ ad ciui-
tates munitas: ⁊ a ciuitatibꝫ munitis
usqꝫ ad flumē: ⁊ ad mare de mari. et
ad mōtem de mōte. Et terra erit in de-
solationē pter habitatores suos: et
propter fructū cogitationū eoꝝ. Pasce
pplm tuū in virga tua: gregē heredita-
tis tue: habitantes solos in saltu. In
medio carmeli pascent̄ basan et gala-
ad iuxta dies antiquos: secūdū dies
egressionis tue de terra egipti. Ostendā
ei mirabilia. Uidebūt gentes: et con-
fundent̄ sup omi fortitudine sua. Po-
nent manū sup os: aures eoꝝ surde e-
runt. Lingent puluerem sicut serpētes:
velut reptilia terre pturbabūtur de e-
dibus suis. Dominū deū nr̄m deside-
rabūt: et timebūt te. Quis deus similis

tui qui aufers iniquitatē: et trāsis pec-
catū reliquiaꝝ hereditatis tue? Nō im-
mittet ultra furorem suū: qm̄ volens
misericordiā est. Revertet et miserebit
nostri. Deponet iniquitates nostras:
⁊ proiciet in pfundū maris oīa pec-
cata nr̄a. Dabis veritatē iacob · mise-
ricordiā abrahā: q̄ iurasti patribꝫ no-
stris a diebꝫ antiq̄s. Explicit micheas
ppha. Incipit naū ppha. Cap. primū

Onus ninive. Liber
visionis naum hel-
chesei. Deus emula-
tor ⁊ ulciscens dn̄s:
ulciscens dn̄s et ha-
bens furorē: ulciscēs
dn̄s in hostes suos: ⁊ irascens ipe ini-
micis suis. Dominꝰ patiēs ⁊ magnꝰ
fortitudine: ⁊ mūdans nō faciet inno-
centem. Dominꝰ in tempestate ⁊ turbi-
ne vie eius: ⁊ nebule pulvis pedū eius.
Increpans mare, et exsiccans illud: et o-
mnia flumina ad desertū deducēs. In-
firmatꝰ est basan ⁊ carmelus: ⁊ flos li-
bani elanguit. Montes cōmoti sunt
ab eo: ⁊ colles desolati sunt. Et contre-
muit terra a facie eius: et orbis · ⁊ oēs
habitātes in eo. Ante faciē indignati-
onis eius quis stabit: ⁊ quis resistet ī
ira furoris eiꝰ? Indignatio eiꝰ effusa
est ut ignis: et petre dissolute sunt ab
eo. Bonus dn̄s et confortās in die tribu-
lationis: ⁊ sciēs sperantes in se. Et ī di-
luvio pretereunte cōsūmatōnē faciet lo-
ci eius: et inimicos eiꝰ persequent tene-
bre. Quid cogitatis contra dominū?
Consūmationē ipse faciet. Non con-
surget duplex tribulatio · quia sicut
spine se invicem cōplectūtur: sic convi-
viū eoꝝ pariter potantiū. Cōsūmētur
q̄si stipula ariditate plena. Ex te exi-
bit cogitās contra dominū maliciā:

mente ptractās p̄varicationē. Hec dicit
dn̄s. Si pfecti fuerint et ita plures: sic
quoq; attondētur et ptrāsibit. Afflixi
te: et nō affligā te ultra. Et nūc cōterā
virgā eius de dorso tuo: ⁊ vincla tua
dirumpā. Et pcipiet sup te dn̄s. Non
seminabit ex nomine tuo āplius. De
domo dei tui interficiā. Sculptile et
cōflatile ponā sepulcrū tuū: quia inho-
noratus es. Ecce sup mōtes pedes eu-
angelizantis: et ānunciantis pacem.
Celebra iuda festivitates tuas ⁊ redde
vota tua: q̄a nō adiciet ultra ut ptrā-
seat in te belial: universus interiit. c. ii.

Ascendit qui dispergat corā te: q̄
custodiat obsidionē. Contem-
plare viam: cōforta lumbos: robora
virtutem valde. Quia reddidit domi-
nus supbiam iacob: sicut superbiam sicut
isrl̄. Quia vastatores dissipaverunt e-
os: ⁊ ppagines eoꝝ corruperūt. Clipeꝰ
fortiū eiꝰ ignitꝰ: viri exercitꝰ in coccine-
is. Ignee habene currus in die ppara-
tionis eius: ⁊ agitatores consopiti sunt.
In itineribꝫ cōturbati sunt: quadrige
collise sunt in plateis. Aspectus eorū
quasi lampades: q̄si fulgura discur-
rentia. Recordabit fortiū suoꝝ: ruent
in itineribꝫ suis. Velociter ascendent
muros eius: et pparabit umbraculū.
Porte fluviorū aperte sunt: et templū
ad solū dirutū. Et miles captivus ab-
ductus est: et ancille eius minabant
gementes ut columbe: murmurantes in
cordibꝫ suis. Et ninive · quasi piscina
aquarū aque eius: ipsi vero fugerunt.
State state: et nō est q̄ revertatur. Di-
ripite argentū diripite aurū: et nō est
finis diviciarū ex oībꝫ vasis deside-
rabilibus. Dissipata et scissa et dilace-
rata: et cor tabescens et dissolutio ge-
niculorū et defectio in cūctis renibꝫ: et

faties omniū sicut nigredo olle. Ubi ē
habitaclm leonū: et pascua catulorz le-
onū? Ad quā ivit leo ut ingrederet il-
luc: catulus leonis: et nō ē q exterreat. Leo
cepit sufficient catulis suis: et necavit
leenis suis. Et implevit preda spelun-
cas suas: et cubile suū rapina. Ecce e-
go ad te dicit dñs exercituū: et succen-
dam usq; ad fumū quadrigas tuas:
et leunculos tuos comedet gladi9. Et
exterminabo de tra predā tuam: et nō
audiet ultra vox nūciorz tuorz. c. iii.

Ve civitas sanguinū: univsa me-
dacii: dilaceratione plena. Nō
recedat a te rapina. Vox flagelli: et
vox impetus rote: et equi frementis: et
quadrige ferventis: et equitis ascendē-
tis: et micātis gladii: et fulgurātis ha-
ste: et multitudinis interfecte: et gravis
ruine: nec est finis cadaverū. Et corru-
ent in corporibz suis, pter multitudi-
nē fornicationū meretricis speciose et
grate et habētis maleficia: que vendi-
dit gētes i fornicationibz suis: et fami-
lias in maleficiis suis. Ecce ego ad te
dicit dñs exercituū: et revelabo puden-
da tua in facie tua: et ostendā i genti-
bus nuditatē tuā et regnis ignomini-
am tuam. Et piciā super te abomina-
tiones tuas: et contumeliis te afficiā:
et ponam te in exemplum. Et erit omīs
q viderit te resiliet a te: et dicet. Vasta-
ta est ninive. Quis cōmovebit sup te
caput? Unde queram consolatorem
tibi? Numqd melior es ab allexādria
populorum: qui habitat in flumini-
bus? Aque in circuitu eius: cuius di-
vitie mare: aque muri eius. Ethiopi-
a fortitudo eius et egiptus: et non est
finis. Affrica et libies fuerunt in auxi-
lio tuo: sed et ipsa in trāsmigratione
ducta est in captivitatē. Parvuli eius

elisi sunt i capite omniū viarz: et super
inclitos ei9 miserūt sortē: et omēs opti-
mates ei9 cōfixi sunt i cōpedibz. Et tu er-
go inebriaris et eris despecta: et queres
tu auxiliū ab inimico. Omēs munitio-
nes tue sicut fic9 cū grossis suis: si cō-
cusse fuerint cadēt i os comedētis. Ecce
pplus tu9: mulieres i medio tui. Inimi-
cis tuis ad apertionē pādent porte ter-
re tue: devorabit ignis vectes tuos. A-
quā pter obsidionē hauri tibi: extrue
munitiones tuas. Intra i lutū et calca:
subigēs tene laterem. Ibi comedet te i-
gnis: peribis gladio: devorabit te ut
bruc9. Cōgregare ergo ut bruc9: multi-
plicare ut locusta. Plures fecisti nego-
ciationes tuas: qz stelle sunt celi. Bruc9
expāsus est: et avolavit. Custodes tui
qsi locusta: et parvuli tui qsi locuste lo-
custarz: q cōsidūt i sepibz i die frigoris.
Sol ort9 est et avolaverūt: et nō est co-
gnit9 loc9 earz ubi fuerit. Dormitave-
rūt pastores tui rex assur: sepelientur
pricipes tui. Latitavit pplus tu9 in mō-
tibz: et nō est q cōgreget. Nō ē obscura
cōtritio tua: pessima est plaga tua. O-
mnes q audierūt auditionē tuā: cōpres-
serūt manū tuā sup te. Quia super quē
nō trāsiit malicia tua semp? Explicit
naū ppha. Incipit abacuc ppha. c. i.

Onus qd vidit abba-
cuc propheta. Usq;
quo dñe clamabo:
et non exaudies?
Vociferabor ad te
vim patiens: et nō
salvabis? Quare ostendisti michi ini-
quitatē et laborē: videre predā et iniu-
sticiā contra me? Et factū est iudiciū: et
cōtradictio potentior. Propter hoc la-
cerata est lex: et nō pervenit usq; ad finē
iudiciū. Quia impius prevalet adversus

Quare respicis cōteptores: et taces cōculcāte ipio
iustiorē se? Et facies hoies quasi pisces maris:
et quasi reptilia nō habentia ducem Et factū ē

iustū: propterea egredit̄ iudiciū ꝑuer-
sum. Aspicite in gentibꝫ ⁊ uidete ⁊ am-
miramini et obstupescite: quia opus
factū est in diebꝫ uestris: qđ nemo cre-
det cū narrabit̄. Quia ecce ego suscita-
bo chaldeos gentē amarā ⁊ uelocem
ambulātem sup̄ latitudinem terre: ut
possideat tabernacula nō sua. Horri-
bilis et terribilis est: ex semetipā iudici-
um et onus eiꝰ egredietur. Leuiores par-
dis equi eius: et velociores lupis ue-
spertinis: et diffundētur equites eiꝰ. E-
quites nāqꝫ eius de lōge uenient: uo-
labūt quasi aquila festinās ad come-
dendū. Omnes ad p̄dam uenient: fa-
cies eoꝝ uentꝰ urens. Et congregabit
quasi arenā captiuitatē: et ipē de regi-
bus triumphabit: et tyrāni ridiculi e-
ius erūt. Ipse sup̄ omnem munitionē
ridebit: ⁊ cōportabit aggerē et capiet
eā. Tūc mutabit̄ spiritus: ⁊ ptransibit
et corruet. Hec est fortitudo eius dei sui.
Nūquid nō tu a principio dn̄e deus
meus sancte meus: et nō moriemur?
Domine in iudiciū posuisti eū: et fortē:
ut corriperes fundasti eū. Mūdi sunt
oculi tui ne videas malū: et respicere
ad iniquitatē non poteris. Quare nō
respicis super inique agentes: ⁊ taces
deuorāte impio iustiorē se? Et facies
homines quasi pisces maris: ⁊ q̄si re-
ptile non habēs principē. Totū in ha-
mo subleuauit: traxit illud in sagena
sua: ⁊ cōgregauit in rete suū. Sup̄ hoc
letabitur ⁊ exultabit: propterea immo-
labit sagene sue: ⁊ sacrificabit reti suo.
Quia in ipsis incrassata ē pars eius:
et cibus eius electus. Propter hoc er-
go expandit sagenam suam: et sem-
per interficere gentes non cessat. c. ii.

Super custodiā meā stabo: ⁊ figā
gradum super munitionem. Et
cōtemplabor ut videā quid dicat̄ mi-
chi: et quid respōdeā ad arguentē me.
Et respōdit michi dn̄s et dixit. Scribe
uisum et explana eū super tabulas: ut
percurrat qui legerit eū. Quia adhuc
uisus ꝓcul: ⁊ apparebit in finē et non
mētietur. Si morā fecerit expecta illū:
quia ueniēs ueniet et nō tardabit. Ec-
ce qui incredulus est: nō erit recta ani-
ma eius in semetipso. Iustus aūt in fi-
de sua viuet. Et quomō vinū potātem
decipit: sic erit vir sup̄bus ⁊ nō decora-
bitur. Qui dilatauit quasi infernus
animā suā: ⁊ ipē quasi mors: ⁊ nō ad-
impletur. Et cōgregauit ad se om̄es
gentes: ⁊ coaceruauit ad se omnes po-
pulos. Nūquid nō omnes isti sup̄ eū
parabolā sumēt: ⁊ loquelā enigmatū
eius? Et dicet̄. Ve ei: qui multiplicat
nō sua. Usquequo et aggrauat contra
se densum lutū? Nūquid non repente
cōsurgēt qui mordeant te? Et suscita-
būtur lacerantes te: et eris in rapinā
eis. Quia tu spoliasti gentes multas.
spoliabūt te om̄es qui reliqui fuerint
de ꝑplis: propter sanguinē hominis
et iniquitatē terre ciuitatis et omniū
habitantiū in ea. Ve qui cōgregat a-
uariciā malā domui sue: ut sit in excel-
so nidus eiꝰ: et liberari se putat de ma-
nu mali. Cogitasti cōfusionē domui
tue: cōscidisti ꝑplos multos: et peccauit
anima tua. Quia lapis de pariete cla-
mabit: et lignū quod inter iuncturas
edificiorū est respōdebit. Ve qui edi-
ficat ciuitatem in sanguinibus: ⁊ p̄pa-
rat urbē in iniquitate. Nūquid non
hec sunt a dn̄o exercituū? Laborabūt
enī ꝑpli in multo igni: et gentes in ua-
cuū et deficient. Quia replebit̄ terra ut
cognoscant gloriā dn̄i: quasi aque o-
periētes mare. Ve qui potū dat amico

suo·mittens fel suū: et inebrians ut a-
spiciat nuditatē eius. Repletus ē igno-
minia pro gloria. Bibe tu quoq; et
cōsopire. Circūdabit te calix dextere dñi:
et vomitus ignominie sup gloriā tuā.
Quia iniquitas libani operiet te: et va-
stitas animaliū deterrebit eos: de san-
guinibꝫ hominis et iniquitate terre et
civitatis: et omniū habitāciū in ea.
Quid pdest sculptile quia sculpsit il-
lud fictor suus cōflatile et ymaginē fallā:
quia speravit in figmēto fictor eius ut
faceret simulacra muta? Ve qui dicit
ligno expergiscere: surge lapidi taceti.
Numquid ipse docere poterit? Ecce iste
coopertus est auro et argēto: et omnis
spiritus nō est in visceribus eius. Do-
minus aūt ī templo sancto suo: sileat a
facie eius omnis terra. Oratio abacuc
prophete pro ignorationibus

Domine audivi auditionē tuā: et
timui. Dñe opus tuū: in medio
ānorū vivifica illud. In medio ānno-
rū notū facies: cū iratus fueris misericor-
die recordaberis. Deus ab austro veni-
et: et sanctus de mōte pharan. Sempr.
Operuit celos gloria eius: et laudis eius
plena est terra. Splēdor eius ut lux erit:
cornua in manibus eius. Ibi abscondi-
ta ē fortitudo eius: āte faciē eius ibit mors.
Egredietur dyabolus āte pedes eius: stetit
et mēsus est terrā. Aspexit et dissolvit
gentes: et cōtriti sunt mōtes seculi. In-
curvati sunt colles mūdi: ab itineribꝫ
eternitatis eius. Pro iniquitate vidi ten-
toria ethiopie: turbabūtur pelles terre
madian. Numquid ī fluminibꝫ iratus
es dñe: aut in fluminibꝫ furor tuus: vel
in mari indignatio tua? Qui ascen-
des sup equos tuos: et quadrige tue
salvatio. Suscitās suscitabis arcum
tuū: iuramēta tribubus que locutus es.

Semp. Fluvios scindēs terre: viderūt
te et doluerūt mōtes: gurges aquarū
trāsijt. Dedit abissus vocē suā: altitu-
do manus suas levavit. Sol et luna
steterūt in habitaculo suo: in luce sa-
gittarū tuarꝫ ibūt: in splendore fulgu-
rātis haste tue. In fremitu cōculcabis
terrā: et in furore obstupefacies gentes.
Egressus est in salutē ppli tui: in salu-
tem cū cristo tuo. Percussisti caput de
domo impij: denudasti fundamētū
usq; ad collū. Semp. Maledixisti scē-
ptris eius: capiti bellatorꝫ eius: venienti-
bus ut turbo ad dispergendū me. Ex-
ultatio eorꝫ: sicut eius qui devorat pau-
perē in abscōdito. Viā fecisti in mari
equis tuis: ī luto aquarꝫ multarꝫ. Au-
divi et cōturbatus est vēter meus: a voce
cōtremuerūt labia mea. Ingrediatur pu-
tredo in ossibus meis: et subter me sca-
teat. Ut requiescā in die tribulationis:
ut ascendā ad pplm accinctū nostrum.
Ficus enī nō florebit: et nō erit germē
in vineis. Mentietur opus olive: et ar-
va nō afferent cibū. Abscidetur de ovili
pecus: et nō erit armētū in presepibus.
Ego aūt in dño gaudebo: et exultabo
in deo ihesu meo. Deus dñs fortitudo
mea: et ponet pedes meos quasi cervo-
rū. Et super excelsa mea deducet me vi-
ctor: in psalmis canētē. Explicit aba
cuc propheta. Incipit sophonias pphā. c. i.

Verbū dñi qd factū
est ad sophoniam
filiū chusi filij godo-
lie filij amasie filij
ezechie: in diebꝫ io-
sie filij āmon regis
iuda. Congregās cōgregabo omnia a
facie terre dicit dñs: cōgregās hominē
et pecus: cōgregās volatilia celi et pisces
maris. Et ruine impiorum erunt: et

disperdā hoīes a facie terre dicit dñs.
Et extendā manū meā sup iudā ꝛ sup
omnes habitātes iherusalē: et disper-
dam de loco hoc reliquias baal ꝛ no-
mina edituoꝝ cū sacerdotibꝫ: et eos q̄
adorāt super tecta miliciā celi· et ado-
rant ꝛ iurāt in domino ꝛ iurāt in mel-
chon: ꝛ qui avertūtur de post tergum
dñi: et qui nō quesierūt dñm: nec inve-
stigaverūt eum. Silete a facie dñi dei:
quia iuxta ē dies dñi. Quia pparavit
deus hostiā: sanctificavit vocatos su-
os. Et erit: in die hostie dñi visitabo
sup principes et sup filios regis et sup
omnes qui induti sunt veste peregri-
na. Et visitabo super omnem qui ar-
roganter ingreditur sup limen in die
illa: qui cōplent domū dñi dei sui: ini-
quitate et dolo. Et erit in die illa dicit
dñs vox clamoris a porta pisciū et u-
lulat⁹ a secunda: et ɔtritio magna a
collibꝫ. Ululate habitatores pile. Cō-
ticuit omnis pplus chanaan: disperie-
rūt omēs involuti argento. Et erit in
tempore illo scrutabor ihrlm in lucer-
nis: et visitabo super viros defixos in
fecibus suis: qui dicūt in cordibꝫ suis.
Non faciet bene dñs: ꝛ nō faciet ma-
le. Et erit fortitudo eoꝝ in direptionē:
et dom⁹ eoꝝ in desertū. Et edificabūt
domos et nō habitabūt: ꝛ plātabūt
vineas et nō bibēt vinū eaꝝ. Iuxta est
dies domini magn⁹: iuxta est ꝛ velox
nimis. Vox diei dñi amara: tribula-
bitr ibi fortis. Dies ire dies illa· dies
tribulatōnis ꝛ angustie: dies calami-
tatis et miserie· dies tenebraꝝ ꝛ caligi-
nis · dies nebule et turbinis: dies tu-
be et clangoris sup civitates munitas
et sup angulos excelsos. Et tribulabo
homines: ꝛ ambulabūt ut ceci: quia
domino peccaverunt. Et effundetur

sanguis eoꝝ sicut hum⁹: et corpora e-
orū sicut stercora. Sed et argentū eoꝝ
et aurū eoꝝ nō poterit liberare eos: in
die ire dñi. In igne zeli eius devorabit
omnis terra: qa ɔsūmationē cū festinati-
one faciet cūctis habitātibꝫ terrā. c.ii.
Convenite cōgregamini gens nō
amabilis: priusqꝫ pariat iussio
quasi pulverē trāseuntē diē: anteqꝫ ve-
niat sup vos ira furoris dñi. Querite
dñm omēs māsueti terre: qui iudiciū
eius estis operati. Querite iustū queri-
te māsuetū: si quo modo abscōdami-
ni in die furoris dñi. Quia gaza de-
structa erit: et ascalon in desertū. Azo-
tū in meridie eicient: et accaron eradi-
cabitur. Ve qui habitatis funiculū
maris: gens perditoꝝ. Verbū dñi sup
vos chanaan terra philistinorum: et
disperdā te ita ut nō sit inhabitator. Et
erit funiculus maris requies pastorū:
ꝛ caule pecorū. Et erit funiculus ei⁹ qui
remāserit de domo iuda. Ibi pascent
in domibꝫ ascalonis: ad vesperā requi-
escent. Quia visitavit eos dñs de⁹ eoꝝ:
et avertet captivitatē eoꝝ. Audivi op-
probriū moab ꝛ blasphemias filioꝝ
āmon que exprobraverūt pplo meo: ꝛ
magnificati sunt sup terminos eorum.
Propterea vivo ego dicit dñs exercitu-
um: deus israhel. Quia moab ut sodo-
ma erit et filij āmon quasi gomorra:
siccitas spinarū et acervi salis: et deser-
tū usqꝫ in eternū. Reliquie pplī mei di-
ripiēt illos: residui gentis mee posside-
bunt illos. Hoc eis eveniet pro su-
perbia sua: quia blasphemaverunt: et
magnificati sunt super pplm dñi exerci-
tuū. Horribilis dñs sup eos: ꝛ attenu-
abit omnes deos terre. Et adorabūt eū
viri de loco suo: omnes insule gentiū.
Sed ꝛ vos ethiopes: interfecti gladio

meo tritis. Et extendet manū suā sup̄
aquilonē: et perdet assur. Et ponet spe-
ciosam in solitudinē et in inuiū: ⁊ q̄si
desertū. Et accubabūt in medio eius
greges· oīes bestie gentiū: et onocro-
talus et hericiꝰ in liminibꝫ eius mora-
būtur. Vox cātātis in fenestra: coruꝰ
in sup̄liminari: quoniā attenuabo ro-
bur eiꝰ. Hec est ciuitas gloriosa habi-
tās in cōfidentia: que dicebat in corde
suo. Ego sum: et extra me nō est alia
āplius. Quomodo facta est in destru-
tibile bestie? Omīs qui trāsit per eā si-
bilabit: et mouebit manū suā. c.iii.

Ve prouocatrix ⁊ redēpta ciuitas·
columba. Nō audiuit vocē: et nō
suscepit disciplinā. In dn̄o nō est con-
fisa: ad deū suū nō appropinquauit.
Principes eiꝰ in medio eius: quasi le-
ones rugientes. Iudices eius lupi ve-
spere: nō relinquebant in mane. Pro-
phete eiꝰ vesani: viri infideles. Sacer-
dotes eius polluerūt sanctū: iniuste e-
gerūt ꝯtra legem. Dominꝰ iustꝰ in me-
dio eius: nō faciet iniquitatē. Mane
mane iudiciū suū dabit in luce: ⁊ nō
abscōdetur. Nesciuit aūt iniquus cō-
fusionē. Disperdidi gentes: et dissipati
sunt anguli earū. Desertas feci vias e-
orū: dū nō est qui transeat. Desolate
sunt ciuitates eorū: nō remanēte viro
neq; ullo habitatore. Dixi. Attamē
timebis me· suscipies disciplinam. Et
nō peribit habitaculū eiꝰ: ꝓpter oīa
in quibꝫ visitaui eā. Verūtamen dilu-
culo surgentes corruperūt oēs cogi-
tationes suas. Quapropter expecta
me dicit dn̄s in die resurrectionis mee
in futurū: quia iudiciū meū ut cōgre-
gem gentes et colligā regna. Et effun-
dam sup̄ eas indignationem meam:
omnē irā furoris mei. In igne enim
zeli mei deuorabit̄ omnis terra. Quia
tūc reddā ꝑplis labiū electū: ut inuo-
cent omnes nomen dn̄i: et seruiant ei
humero uno. Ultra flumina ethiopi-
e· inde supplices mei: filij dispersorꝫ me-
orꝫ deferēt munꝰ michi. In die illa nō
cōfunderis sup̄ cunctis adinuentioni-
bus tuis: quibꝫ preuaricata es in me.
Quia tūc auferā de medio tui magni-
loquos sup̄bie tue: et nō adicies exal-
tari amplius in mōte sancto meo. Et
derelinquā in medio tui ꝑplm paupe-
rem et egenū: ⁊ sperabūt in nomine do-
mini. Reliquie israhel nō faciēt iniqui-
tatem nec loquētur mēdaciū: et nō in-
ueniet in ore eorꝫ lingua dolosa. Quo-
niā ipsi pascentur ⁊ accubabūt: ⁊ non
erit qui exterreat. Lauda filia syon: iu-
bilato isrl̄. Letare et exulta israhel in o-
mni corde filia iherusalē. Abstulit do-
minꝰ iudiciū tuū: auertit inimicos tu-
os. Rex isrl̄ dn̄s in medio tui: nō time-
bis malū ultra. In die illa dicetur ihe-
rusalē. Noli timere syon: nō dissoluā-
tur manꝰ tue. Dominꝰ deus tuus in
medio tui fortis: ip̄e saluabit. Gaude-
bit super te in leticia: silebit in dilectio-
ne tua: et exultabit sup̄ te in laude. Nu-
gas qui a lege recesserant congregabo
quia ex te erant: ut non ultra habeas
super eis opprobrium. Ecce ego inter-
ficiam omnes qui afflixerunt te in t̄pe
illo: et saluabo claudicantem: et eam
que eiecta fuerat congregabo. Et po-
nam eos in laudē ⁊ in nomen in om̄i
terra confusionis eorū: in t̄pe illo quo
adducā vos: ⁊ in t̄pe quo congregabo
vos. Dabo eīm vos in nomē ⁊ in lau-
dem omnibus populis terre: cum con-
uertero captiuitatem vestram corā ocu-
lis vestris dicit dn̄s. Explicit sophoni
as ꝑpha. Incipit aggeus ꝑpheta. c.i.

In anno secūdo darij regis in mense
sexto in die una mēsis factū est verbū
dñi in manu aggei prophete ad zoro-
babel filiū salathiel ducem iuda: ⁊ ad
ihesum filiū iosedech sacerdotem ma-
gnū dicēs. Hec ait dñs exercituum di-
cens. Popul⁹ iste dicit. Nondū venit
tempus dom⁹ dñi edificāde. Et factū
est verbū dñi i manu aggei pphete di-
cens. Nūquid tempus vobis est ut ha-
bitetis in domibꝫ laqueatis: et dom⁹
ista deserta? Et nūc hec dicit dñs exer-
cituū. Ponite corda vestra super vias
vestras. Seminastis multū: et intuli-
stis parū. Comedistis: ⁊ non estis sa-
ciati. Bibistis: et nō estis inebriati. O-
peruistis vos: et nō estis calefacti. Et
qui mercedes congregauit: misit eas
in sacculū pertusum. Hec dicit dñs ex-
ercituū. Ponite corda vestra sup vias
vestras. Ascendite in mōtem portate
lignum: et edificate domū et accepta-
bilis michi erit: et glorificabor dicit
dñs. Respexistis ad amplius: et ecce
factū est minus. Et intulistis i domū:
⁊ exsufflaui illud. Quā ob causā dicit
dñs exercituū? Quia dom⁹ mea deserta
est: ⁊ vos festinastis unusquisqꝫ in do-
mū suam. Propter hoc sup vos phi-
biti sunt celi ne darent rorem: et terra
prohibita est ne daret germen suū. Et
vocaui siccitatem sup terrā et sup mō-
tes ⁊ sup triticū ⁊ sup vinū et sup oleū
et quecūqꝫ pfert hum⁹: et sup homines
et sup iumēta: et sup omnē laborem
manuū. Et audiuit zorobabel filius
salathiel ⁊ ihesus filius iosedech sacer-
dos magnus et omnes reliquie ppli
vocem dei sui et verba aggei pphete si-
cut misit eū dñs deus eorū ad eos: et
timuit omīs pplus a facie dñi. Et di-
xit aggeus nūcius dñi de nūcijs dñi.
populo dicens. Ego vobiscū dicit do-
minus. Et suscitauit deus spiritū zo-
robabel filij salathiel ducis iuda ⁊ spi-
ritū ihesu filij iosedech sacerdotis ma-
gni et spiritū reliquorū de omī popu-
lo: et ingressi sunt et faciebant opus
in domo domini exercituū dei sui. c. ii.
In die vicesima et quarta mensis in se-
xto mense in anno secundo darij regis
in septimo mēse vicesima et pma mē-
sis: factū est verbum domini in manu
aggei pphete dicēs. Loquere ad zoro-
babel filiū salathiel ducē iuda et ad
ihesum filiū iosedech sacerdotē magnū:
et ad reliquos ppli dicēs. Quis in vo-
bis est derelictus qui vidit domū istā
in gloria sua prima? Et quid vos vi-
detis hanc nūc? Nunquid nō ita est
quasi nō sit in oculis vris? Et nūc con-
fortare zorobabel dicit dñs: et confor-
tare ihesu fili iosedech sacerdos magne:
et confortare omnis pplus terre dicit
domin⁹ exercituū ⁊ facite: quoniā ego
vobiscū sum dicit dñs exercituū. Ver-
bū qd placui vobiscū cū egrederemi- pepigi
ni de terra egipti: et spirit⁹ meus erit i
medio vestrū. Nolite timere: quia hec
dicit dñs exercituum. Adhuc unum
modicū est: et ego cōmouebo celum ⁊
terrā et mare et aridam. Et mouebo o-
mnes gentes: et veniet desiderat⁹ cun-
ctis gentibꝫ. Et implebo domū istam
gloria: dicit dñs exercituū. Meū ē ar-
gentū et meū est aurū: dicit dñs exerci-
tuū. Magna erit gloria dom⁹ istius
nouissime plusqꝫ prime: dicit dñs ex-
ercituū. Et in loco isto dabo pacē: dicit
dominus exercituum. In vicesima et
quarta noni mensis in anno secundo
darij regis: factū est verbū domini ad
aggeum pphetā dicens. Hec dicit dñs
exercituū. Interroga sacerdotes legem

dicēs. Si tulerit homo carnē sanctifi-
catam in ora vestimēti sui et tetigerit
de summitate eius panem aut pulmē-
tum aut vinū aut oleū aut omnem ci-
bum: nunquid sanctificabit? Respon-
dentes aūt sacerdotes dixerunt. Non.
Et dixit aggeus. Si tetigerit pollut⁹
in anima ex omnibȝ hijs nunquid con-
taminabit? Et respōderūt sacerdotes:
et dixerūt. Cōtaminabit. Et respōdit
agge⁹ et dixit. Sic ppłus iste ⁊ sic gens
ista āte faciē meā dicit dñs: et sic omne
opus manuū eoꝝ: et omīa que obtu-
lerunt mihi cōtaminata erūt. Et nūc
ponite corda vestra a die hac et supra
anteqȝ poneret lapis super lapidē in
templo domini: cum accederetis ad a-
cervum viginti modiorum et fierent
decem: et intraretis ad torcular ut ex-
primeretis quinquaginta lagenas ⁊
fiebant viginti. Percussi vos vento u-
rente: et aurugine et grandine omīa
opera manuū vestrarū: et non fuit in
vobis qui reverteretur ad me dicit do-
minus. Ponite corda vestra ex die ista
et in futurum a die vicesima et quar-
ta noni mēsis: a die qua fundamen-
ta iacta sunt templi domini ponite su-
per cor vestrum. Nunquid iam semen
in germine est? Et adhuc vinea ⁊ fic⁹
et malogranatū et lignū olive non
floruit. Ex die ista benedicā. Et factū ē
verbū dñi secundo ad aggeum in vice-
sima et quarta mēsis dicēs. Loquere
ad zorobabel ducē iuda dicēs. Ego mo-
vebo celum pariter et terram: et subver-
tam soliū regnorum: et conteram for-
titudinem regni gentium. Et subver-
tam quadrigam et ascensorem eius:
et descendent equi et ascensores eorū:
vir in gladio fratris sui. In die illo di-
cit dominus exercituum assumam te
zorobabel fili salatiel serve meus dicit
dñs: ⁊ ponā te quasi signaculū: quia te elegi
dicit domin⁹ exercituū. Explicit agge
us pph̄a. Incipit zacharias pph̄a. C. i.
In mense octavo in anno secundo da-
rij regis: factū est verbū dñi ad zacha-
riam filiū barachie filij addo pphetā.
Iratus est dñs sup pr̄es vestros iracū-
dia. Et dices ad eos. Hec dicit dñs ex-
ercituū. Convertimini ad me ait dñs
exercituū: et convertar ad vos dicit dñs
exercituū. Ne sitis sicut patres vestri ad
quos clamabāt prophete priores di-
centes hec dicit dñs exercituū. Converti-
mini de vijs vestris malis et cogitati-
onibus vestris pessimis: et non audi-
erunt neqȝ attenderūt ad me dicit dñs.
Patres vr̄i ubi sunt et pphete? Nūqd
in sempiternū vivent? Verūtamē verba
mea et legitima mea que mādavi servis
meis prophetis: nunquid non cōpre-
henderūt patres vestros? Et conversi
sunt et dixerūt. Sicut cogitavit dñs
exercituū facere nobis secūdū vias no-
stras et secūdū adinventiones nr̄as:
fecit nobis. In die vicesima ⁊ quarta
undecimi mensis sabbath in anno se-
cundo darij: factū est verbū domini
ad zachariā filiū barachie filij addo
prophetā dicēs. Vidi per noctē: et ecce
vir ascendēs sup equū rufum: et ipse
stabat inter mirteta que erant in pro-
fundo: et post eū equi rufi varij et albi.
Et dixi. Qui sunt isti dñe mi? Et dixit
ad me angel⁹ dñi qui loquebat in me.
Ego ostendā tibi quid sint hec. Et re-
spōdit vir qui stabat inter mirteta et
dixit. Isti sunt quos misit dñs: ut per-
ambulent terram. Et responderūt an-
gelo dñi q stabat inter mirteta: ⁊ dixe-
rūt. Perāmbulavim⁹ terrā: et ecce omīs
terra habitat ⁊ quiescit. Et respondit

angelus dñi et dixit. Domine exercitu-
um usq; quo tu nō misereberis iheru-
salem et urbiū iuda quibz iratus es?
Iste iam septuagesimus ann⁹ est. Et
respōdit dñs angelo qui loquebatur
in me verba bona: verba cōsolatoria.
Et dixit ad me angelus qui loqueba-
tur in me. Clama dicēs. Hec dicit dñs
exercituū. Zelatus sum ihr̄lm et syon
zelo magno. Et ira magna ego ira-
scor sup gentes opulentas: quia ego
iratus sum parū: ipsi vero adiuuaue-
rūt in malū. Propterea hec dicit do-
minus. Reuertar ad iherusalē in mi-
sericordijs: et dom⁹ mea edificabit in
ea ait dñs exercituū: et per pendiculū
extendet sup iherusalē. Adhuc clama
dicēs. Hec dicit dñs exercituū. Adhuc
affluent ciuitates mee bonis: et conso-
labit adhuc dñs syon: et eliget adhuc
ihr̄lm. Et leuaui oculos meos et vidi:
et ecce quatuor cornua. Et dixi ad an-
gelū qui loquebat in me. Quid sunt
hec? Et dixit ad me. Hec sunt cornua:
que ventilauerūt iudam et isrl̄ et iheru-
salē. Et ostendit michi dñs quatuor
fabros. Et dixi. Quid isti veniunt fa-
cere? Qui ait dicens. Hec sunt cornu-
a que ventilauerūt iudam per singu-
los viros: et nemo illorum leuauit ca-
put suū. Et venerūt isti deterrere ea: ut
deiciāt cornua gētiū q leuauerūt cornu-
a sup terrā iuda: ut dispergerēt eā. c. ii.

Et leuaui oculos meos et vidi: et
ecce vir et in manu ei⁹ funiculus
mensorū. Et dixi. Quo tu vadis? Et
dixit ad me. Ut meciar iudā et ihr̄lm
quāta sit latitudo eius: et quāta lon-
gitudo eius. Et ecce angel⁹ qui loque-
batur in me egrediebat: et alius ange-
lus egrediebat in occursum eius: et di-
xit ad eū. Curre: loquere ad puerū istū
dicens. Absq; muro habitabit iheru-
salē pre multitudine hominū et iumē-
torū in medio eius. Et ego ero ei ait
dñs mur⁹ ignis in circuitu: et in glo-
ria ero in medio ei⁹. O o fugite de ter-
ra aquilonis dicit dñs: quoniam in
quatuor ventos celi dispersi vos dicit
dñs. O syon fuge que habitas apud
filiā babilonis: quia hec dicit dñs ex-
ercituū. Post gloriā misit me ad gen-
tes: que spoliauerūt vos. Qui enī teti-
gerit vos: tangit pupillam oculi mei.
Quia ecce ego leuo manū meā super
eos: et erūt prede hijs qui seruiebant si-
bi: et cognoscetis quia dñs exercituum
misit me. Lauda et letare filia syon: q̄a
ecce ego venio et habitabo in medio
tui ait dñs. Et applicabuntur gentes
multe ad dñm in die illa: et erūt michi
in p̄plm. Et habitabo in medio tui: et
scies quia dñs exercituū misit me ad
te. Et possidebit dñs iudā et partem
suā in terra sanctificata: et eliget ihr̄lm. adhuc
Sileat omnis caro a facie dñi: quia cō-
surrexit de habitaculo sancto suo. c. iii.

Et ostendit michi dñs ihesum sa-
cerdotem magnū stantem corā
angelo dñi: et sathan stabat a dextris
eius ut aduersaret ei. Et dixit dñs ad
sathan. Increpet dñs in te sathan: et
et increpet domin⁹ in te qui elegit iheru-
salē. Nunquid non iste torris est eru-
tus de igne? Et ihesus erat indut⁹ ve-
stibus sordidis: et stabat ante faciem
angeli. Qui respondit: et ait ad eos q
stabant corā se dicens. Auferte vesti-
menta sordida ab eo. Et dixit ad eum.
Ecce abstuli a te iniquitatem tuam: et
indui te mutatorijs. Et dixit. Ponite
cidarim mundā super capud eius. Et
posuerūt cidarim sup capud eius mū-
dā: et induerūt eū vestibus. Et angelus

dñi stabat: et contestabatur angelus
dñi ihesum dicēs. Hec dicit dñs exerci-
tuū. Si in vijs meis ambulaveris et
custodiā meā custodieris: tu quoq; iu-
dicabis domū meā & custodies atria
mea: et dabo tibi ambulātes de hijs
q nūc hic assistūt. Audi ihesus sacerdos
magne: tu et amici tui qui habitāt co-
ram te: quia viri portendētes sunt. Ec-
ce enī ego adducā servū meū orientem:
quia ecce lapis quē dedi corā ihesu: su-
per lapidē unū septē oculi sunt. Et ecce
ego celabo sculpturā eius ait dñs exer-
cituū: et auferam iniquitatem terre il-
lius in die una. In die illa dicit domi-
nus exercituum: vocabit vir amicum
suū subter vineā et subter ficū. c. iiii.
Et reversus est angelus qui loque-
batur ī me: & suscitavit me qua-
si virū qui suscitat de somno suo. Et
dixit ad me. Quid tu vides? Et dixi.
Vidi: et ecce candelabrū aureū totū: et
lampas eius sup caput ipi9: & septem
lucerne eius sup illud: et septē infusori-
a lucernis que erāt sup caput eius: et
due olive sup illud: una a dextris lam-
padis: et una a sinistris eius. Et respō-
di: et aio ad angelū qui loquebat in
me dicens. Quid sunt hec dñe mi? Et
respondit angel9 qui loquebat in me:
et dixit ad me. Nunquid nescis quid
sunt hec? Et dixi. Non dñe mi. Et re-
spōdit: & ait ad me dicens. Hoc est ver-
bum dñi ad zorobabel dicens. Non
in exercitu nec in robore: sed in spiritu
meo dicit dñs exercituū. Quis tu mōs
magne corā zorobabel in planū? Et
educet lapidē primariū: et exequabit
gratiā gratie eius. Et factū est verbū
dñi ad me dicēs. Manus zorobabel
fundaverūt domū istā: et manus ei9
perficiet eā: et scietis quia dñs exercituū
misit me ad vos. Quis enī despexit di-
es parvos? Et letabūtur: et videbunt
lapidē stagneum in manu zorobabel.
Septē sunt isti oculi dñi: qui discurrūt
in universam terrā. Et respondi: et dixi
ad eū. Quid sunt due olive iste ad de-
xteram candelabri et ad sinistrā ei9? Et
respondi secūdo: et dixi ad eū. Quid sūt
due spice olivarū que sunt iuxta duo
rostra aurea: in quibz sunt suffusoria
ex auro? Et ait ad me dicēs. Nunquid
nescis qd sūt hec? Et dixi. Nō dñe mi.
Et dixit. Isti sūt duo filij olei splendo-
ris: q assistūt dñatori univse terre. c. v.
Et cōversus sū: & levavi oculos me-
os et vidi: & ecce volumē volās.
Et dixit ad me. Quid tu vides? Et dixi.
Ecce ego video volumē volās: lōgitu-
do ei9 viginti cubitorū: & latitudo ei9 de-
cem cubitorū. Et dixit ad me. Hec est
maledictio que egredit sup faciē omis
terre: quia omis fur sicut ibi scriptū est
iudicabitur: & omis iurās ex hoc simi-
liter iudicabit. Educā illud dicit dñs
exercituū: & veniet ad domū furis & ad
domū iurantis in nomine meo men-
daciter: et cōmorabit in medio dom9
eius: et cōsumet eā et ligna eius et la-
pides eius. Et egressus ē angelus qui
loquebat in me: et dixit ad me. Leva
oculos tuos et vide. Quid est hoc qd
egreditur? Et dixi. Quidnam est? Et
ait. Hec est amfora egrediens. Et dixit.
Hic est oculus eorum in universa ter-
ra. Et ecce talentum plumbi portabat:
et ecce mulier una sedens in medio am-
fore. Et dixit. Hec ē impietas. Et pro-
iecit eā in medio amfore: et misit mas-
sam plumbeam in os eius. Et levavi
oculos meos et vidi: et ecce due muli-
eres egredientes: et spiritus in alis earū:
Et habebāt alas quasi alas milui: et

leuauerunt anforā inter terram et celū.
Et dixi ad angelū qui loquebaẜ ī me.
Quo iste deferūt anforā? Et dixit ad
me. Vt edificeẜ ei domꝰ ī terra sennaar:
et stabiliaẜ et ponaẜ ibi sup basan suā.
Et cōuersus sum: et leuaui c. vi.
oculos meos et vidi: et ecce qua-
tuor quadrige egrediētes de medio du-
orū montiū: ⁊ mōtes montes erei. In
quadriga prima equi rufi: in quadri-
ga scd̄a equi nigri· in quadriga tercia
equi albi: ⁊ in q̄driga quarta equi va-
rij ⁊ fortes. Et respōdi: ⁊ dixi ad ange-
lū qui loquebaẜ in me. Quid sunt hec
dn̄e mi? Et respondit angelus: et ait
ad me. Isti sunt q̄tuor venti celi: qui e-
grediūtur ut stent corā dn̄atore omnis
terre. In qua erāt equi nigri egrediebā-
tur in terrā aquilonis: et albi egressi
sunt post eos: et varij egressi sunt ad
terrā austri. Qui aūt erāt robustissimi
exierūt: ⁊ querebāt ire ⁊ discurrere per o-
mnē terrā. Et dixit. Ite: ⁊ perambulate
terrā. Et perambulauerūt terrā. Et vo-
cauit me: ⁊ locutꝰ est ad me dicēs. Ec-
ce qui egrediūtur in terrā aquilonis:
requiescere fecerūt spiritū meū in terra
aquilonis. Et factū est verbū dn̄i ad
me dicens. Sume a transmigratione
ab oldai et a thobia et ab idaia et ve-
nies tu in die illa et intrabis domū io-
sye filij sophonie qui venerūt de babi-
lone: ⁊ sumes aurū ⁊ argentū ⁊ facies
coronas et pones in capite ihesu filij
iosedech sacerdotis magni: ⁊ loqueris
ad eū dicens. Hec ait dn̄s exercituum
dicēs. Ecce vir: oriens nomē eius. Et
subter eū orietur: et edificabit templū
dn̄o: et ip̄e extruet templū dn̄o. Et ipse
portabit gloriā: ⁊ sedebit ⁊ dn̄abitur
sup solio suo. Et erit sacerdos sup so-
lio suo: et cōsiliū pacis erit inter illos
duos. Et corone erūt helem et thobie
et idaie ⁊ hen filio sophonie: memori-
ale in templo dn̄i. Et qui procul sunt
venient et edificabūt in templo dn̄i: et
scietis quia dominus exercituum mi-
sit me ad vos. Erit aūt hoc: si auditu
audieritis vocē dn̄i dei vestri. c. vii.
Et factū est in anno quarto darij
regis: factum est verbum dn̄i ad
zachariā in quarta mensis noni· qui
est casleu. Et miserūt ad domū dei sa-
rasar et rogomelech et viri qui erāt cū
eis ad deprecandā faciē dn̄i: ut dicerēt
sacerdotibꝫ domꝰ dn̄i exercituū ⁊ ꝓphe-
tis loquētes. Nūquid flendū ē michi
in quinto mense: uel sanctificare me
debeo sicut feci iam multis ānis? Et
factū est verbū dn̄i exercituū ad me di-
cens. Loquere ad omnē ꝓplm terre: et
ad sacerdotes dicens. Cū ieiunaretis
et plangeretis in quinto ⁊ septimo per
hos septuaginta ānos: nūquid ieiu-
niū ieiunastis michi? Et cum comedi-
stis ⁊ bibistis: nunq̄d nō vobis come-
distis et vobisme tipsis bibistis? Nū-
quid nō hec sunt verba que locutus
est dn̄s in manu ꝓphetaꝝ prioꝝ cū ad-
huc ihrusalē habitareẜ et esset opulē-
ta: ip̄a ⁊ urbes in circuitu eiꝰ: et ad au-
strū ⁊ in cāpestribꝫ habitaretur? Et fa-
ctū est verbum dn̄i ad zachariā dicēs.
Hec ait dn̄s exercituū dicens. Iudiciū
verū iudicate: et misericordiā et misera-
tiones facite unusquisqꝫ cū fratre suo.
Et viduā et pupillū ⁊ aduenā et pau-
perem nolite calūniari: ⁊ malū vir fra-
tri suo non cogitet in corde suo. Et no-
luerūt attendere et auerterunt scapulā
recedētes: ⁊ aures suas aggrauauerūt
ne audirent: et cor suum posuerūt ut
adamātem ne audirēt legē et verba q̄
misit dominus exercituū ī spiritu suo

sancto ꝑ manū ꝓphetaꝝ priorum. Et
facta ē indignatio magna a domino
exercituū. Et factū ē: sicut locutus sum
et non audierūt: sic clamabūt et non
exaudiā dicit dn̄s exercituū. Et disper-
si eos ꝑ omnia regna que nesciūt: et
terra desolata est ab eis eo q non esset
transiens ⁊ revertens: ⁊ posuerunt ter-
ram desiderabilem in desertum. c. viii.
Et factum ē verbū dn̄i exercituū di-
cēs. Hec dicit dn̄s exercituū. Ze-
latus sū syon zelo magno: ⁊ indigna-
tione magna zelatus sum eā. Hec di-
cit dn̄s exercituū: reūsus sum ad syō: ⁊
habitabo in medio ihr̄lm. Et vocabi-
tur iherusalē civitas veritatis: ⁊ mōs
domini exercituū mons sanctificatus.
Hec dicit dn̄s exercituū. Adhuc habi-
tabūt senes ⁊ anus in plateis ihr̄lm:
et viri baculus in manu eiꝰ p̄ multitu-
dine dierū. Et platee civitatis comple-
buntᷣ infantibꝫ: ⁊ puellis ludentibus
in plateis eius. Hec dicit dn̄s exercitu-
um. Si videbitᷣ difficile in oculis reli-
quiarū ꝑpl'i huius in diebꝫ illis: num-
quid in oculis meis difficile erit dicit
dn̄s exercituū? Hec dicit dn̄s exercituū.
Ecce ego salvabo ꝑpl'm meum de terra
orientis ⁊ de terra occasus solis: ⁊ ad-
ducam eos ⁊ habitabūt in medio ihe-
rusalē: ⁊ erunt michi in populū ⁊ ego
ero eis in deū in veritate ⁊ in iusticia.
Hec dicit dn̄s exercituū. Confortentur
manus vr̄e qui auditis in hiis diebꝫ
sermones istos per os ꝓphetarū: in die ī
qua fundata ē domus dn̄i exercituū
ut templū edificaretur. Siquidē ante
dies illos merces hominū nō erat nec
merces iumentorū erat: neqꝫ introeūti
et exeunti erat pax pre tribulatione: et
dimisi omnes homines unūquemqꝫ
cōtra proximū suū. Nūc autem non

iuxta dies priores ego faciam reliquiis
populi huiꝰ dicit dn̄s exercituū: sed se-
men pacis erit. Vinea dabit fructum
suū: ⁊ terra dabit germen suū. Et celi
dabunt rorem suū: ⁊ possidere faciā reli-
quias ꝑpl'i huius universa hec. Et erit:
sicut eratis maledictio in gentibꝫ do-
mus iuda ⁊ domus israhel: sic salvabo
vos ⁊ eritis benedictio. Nolite timere.
Cōfortentᷣ manus vr̄e: quia hec dicit
dn̄s exercituū. Sicut cogitavi ut affli-
gerem vos cum ad iracundiā provo-
cassent patres vestri me dicit dominus
et nō sum misertus: sic ꝯversus cogi-
tavi ī diebus istis ut benefaciā domui
iuda et ihr̄lm. Nolite timere. Hec sunt
ergo verba q̄ facietis. Loquimini veri-
tatem unusquisqꝫ cum proximo suo.
Veritatē et iudicium pacis iudicate ī
portis vestris: ⁊ unusquisqꝫ malū con-
tra amicū suū ne cogitetis in cordibꝫ
vestris: ⁊ iuramētū mendax ne diliga-
tis. Om̄ia eni hec sūt q̄ odi dicit dn̄s.
Et factū est verbū dn̄i exercituū ad me
dicens. Hec dicit dn̄s exercituū. Ieiuni-
um quarti ⁊ ieiuniū quīti ⁊ ieiuniū se-
ptimi et ieiuniū decimi erit domui iude
in gaudiū ⁊ in leticiā: ⁊ ī solēnitates
preclaras. Veritatē tantū ⁊ pacem di-
ligite. Hec dicit dn̄s exercituū. Usque-
quo veniant populi ⁊ habitent in civi-
tatibus mul'tis: ⁊ vadant habitatores
unus ad alterū dicentes. Eamus ⁊ de-
precemur faciem dn̄i: ⁊ queramus do-
minū exercituū. Vadam etiam ego.
Et venient populi mul'ti ⁊ gentes robu-
ste ad querendū dn̄m exercituū in ihe-
rusalem: ⁊ deprecandā faciem domini.
Hec dicit dominus exercituū. In die-
bus illis in q̄bꝫ apprehēdent decē hōies
ex om̄ibꝫ linguis gētiū: ⁊ app̄hēdēt fim-
briā viri iudei dicētes; ibimus vobiscū.

Audiuim⁹ enī q̄m de⁹ vobiscū ē. c. ix.
Onus verbi dn̄i in terra adrach ⁊
damasci requiei eius: quia dn̄s
est ocul⁹ hominis: et omniū tribuum
isrl̄. Emath quoqȝ in terminis eius: ⁊
tyrus et sydon. Assumpserūt quippe
sibi sapientiā valde. Et edificauit tyr⁹
munitionē suā: et coaceruauit argētū
quasi humū: et aurū ut lutū platearū.
Et ecce dn̄s possidebit eā: et percutiet in
mari fortitudinē ei⁹: ⁊ hec igni deuora-
bitur. Videbit ascalon ⁊ timebit: ⁊ ga-
za et dolebit nimis: et accaron quo-
niā cōfusa est spes eius. Et peribit rex
de gaza: et ascalon non habitabitur.
Et sedebit separator in azoto: et disper-
dam supbiā philistinoꝝ. Et auferam
sanguinē eius de ore eius: et abomi-
nationes eius de medio dentiū ei⁹. Et
relinquet̄ etiā ip̄e deo nostro: et erit q̄si
dux ī iuda: ⁊ accaron quasi iebuseus.
Et circūdabo domū meā ex hijs q̄ mili-
tant michi eūtes et reuertentes: et non
trāsibit sup eos ultra exactor: quia nūc
vidi in oculis meis. Exulta satis filia
syon: iubila filia ierusalē. Ecce rex tu⁹
venit tibi iust⁹ et saluator: ip̄e paup
et ascendēs sup asinā: ⁊ sup pullū fili-
um asine. Et disperdā quadrigā ex e-
phraim: et equū de ierusalē: et dissipa-
bitur arcus belli. Et loquet̄ pacē gen-
tibȝ: ⁊ potestas ei⁹ a mari usqȝ ad ma-
re: et a fluminibus usqȝ ad fines terre.
Tu quoqȝ in sanguine testamēti tui e-
misisti vinctos tuos de lacu: in quo nō
est aqua. Cōuertimini ad munitionē
vincti spei. Hodie quoqȝ ānuncians
duplicia reddam tibi: quoniā extendi
michi iudam quasi arcū: impleui terrā
ephraim. Et suscitabo filios tuos sy-
on super filios tuos grecia: et ponā te
quasi gladiū fortiū. Et dn̄s deus sup
eos videbit̄: et exibit ut fulgur iaculū
eius. Et dn̄s deus in tuba canet: et va-
det in turbine austri. Domin⁹ exercitu-
um proteget eos: et deuorabūt et sub-
icient lapidibȝ funde. Et bibentes inebri-
abunt̄ quasi a vino: et replebūtur ut
phiale: ⁊ quasi cornua altaris. Et sal-
uabit eos dn̄s deus eoꝝ in die illa ut
gregē ppli sui: q̄a lapides sancti eleua-
būt̄ sup terrā ei⁹. Quid enī bonū ei⁹ est:
et quid pulcrū ei⁹: nisi frumētū electoꝝ
et vinum germinans virgines? c. x.
Petite pluuiā a dn̄o ī tp̄e serotino:
et dn̄s faciet niues et pluuiam
ymbris: et dabit eis singulis herbam
in agro. Quia simulacra locuta sunt
inutile: ⁊ diuini viderūt mendacium:
et somniatores locuti sunt frustra et
vane cōsolabantur. Idcirco abducti
sunt quasi grex: affligent̄ quia nō est
pastor eis. Sup pastores irat⁹ est fu-
ror me⁹: et sup hircos visitabo. Quia
visitauit dn̄s exercituū gregem suū do-
mū iuda: et posuit eos quasi equum
glorie sue in bello. Ex ipso angul⁹: et
ex ip̄o paxill⁹: ex ip̄o arc⁹ p̄lij: et ex ipso
egredietur omnis exactor simul. Et erunt
quasi fortes: cōculcātes lutū viarū in
prelio. Et bellabūt quia dn̄s cū eis: et
confundent̄ ascensores equorū. Et cō-
fortabo domū iuda: et domū ioseph
saluabo. Et conuertā eos quia misere-
bor eoꝝ: et erūt sicut fuerūt quādo nō
proiecerā eos. Ego enī dn̄s de⁹ eoꝝ: et
exaudiā eos. Et erunt q̄si fortes ephra-
im: et letabitur cor eorū quasi a vino.
Et filij eoꝝ videbūt et letabūtur: et ex-
ultabit cor eoꝝ in dn̄o. Sibilabo eis
et cōgregabo illos: quia redemi eos.
Et multiplicabo eos sicut ante fuerāt
multiplicati: et seminabo eos in pplis.
Et de longe recordabūtur mei: ⁊ viuēt

cū filijs suis et reuertent̄. Et reducā eos de terra egipti: ꝛ de assirijs cōgregabo eos. Et ad terrā galaad et libani adducā eos: ꝛ nō inuenietur eis loc⁹. Et transibit ī maris freto: et percutiet in mari fluctus: et cōfundētur oīa profunda fluminis. Et humiliabitur superbia assur: et sceptrum egipti recedet. Confortabo eos in domino: et in nomine eius ābulabūt dicit dn̄s. c. xi.

Aperi libane portas tuas: et comedat ignis cedros tuas. Ulula abies quia cecidit cedr⁹: quoniā magnifici vastati sunt. Ululate quercus basan: quoniā succisus est saltus munitus. Vox ululat⁹ pastorū: quia vastata est magnificētia eoꝝ. Vox rugitus leonū: quoniā vastata est supbia iordanis. Hec dicit dn̄s deus meus. Pasce pecora occisionis: que qui possederāt occidebāt et nō dolebāt: ꝛ vendebāt ea dicētes. Benedict⁹ dn̄s: diuites facti sum⁹. Et pastores eoꝝ nō parcebāt eis: et ego nō parcā ultra sup habitantes terrā dicit dn̄s. Ecce ego tradam homines · unūquēq; in manu proximi sui · et in manu regis sui: ꝛ cōcīdent terrā ꝛ nō eruā de manu eoꝝ: ꝛ pascam pecus occisionis ꝓpter hoc o pauperes gregis. Et assumpsi michi duas virgas: unā vocaui decorē et alterā vocaui funiculū: et paui gregē. Et succidi tres pastores in mēse uno: et contracta est anima mea in eis. Siquidē et anima eorū variauit in me. Et dixi. Nō pascam vos. Quod moritur moriat̄: et quod succiditur succidatur: et reliqui deuorēt unusquisq; carnē proximi sui. Et tuli virgā meā que vocabat̄ decus et abscidi eā: ut irritū facerē fedus meū quod percussi cū omnibꝫ ꝑplis: et in irritū deductum est in die illa. Et cognouerunt sic pauperes gregis qui custodiūt michi: q̄a verbū dn̄i est. Et dixi ad eos. Si bonū est in oculis vr̄is afferte mercedē meā: et si nō · quiescite. Et appenderūt mercedem meā: triginta argenteos. Et dixit dn̄s ad me. Proice illud ad statuarium: Decorū preciū: quo appreciat⁹ sū ab eis. Et tuli triginta argēteos: et proieci illos in domo dn̄i ad statuarium. Et ꝑscidi virgā meā secūdā que appellabatur funicul⁹: ut dissoluerē germanitatem inter iudā et israhel. Et dixit dn̄s ad me. Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti. Quia ecce ego suscitabo pastorē in terra qui derelicta nō visitabit · dispersum nō queret: et cōtritū nō sanabit ꝛ id qd̄ stat nō enutriet: et carnes pinguiū comedet · et ungulas eorum dissoluet. O pastor et ydolū: derelinquēs gregem. Gladius sup brachium eius: ꝛ sup oculū dextrū ei⁹. Brachium eius ariditate siccabit̄: ꝛ oculus dexter ei⁹ tenebrescens obscurabit̄. c. xii.

Onus verbi dn̄i sup israhel. Dixit dn̄s extendēs celū et fundās terram: et fingens spiritū hominis in eo. Ecce ego ponā ih̄rlm superliminare crapule oīnibꝫ ꝑplis in circuitu: sed ꝛ iuda erit in obsidione cōtra ih̄rlm. Et erit: in die illa ponā iherusalē lapidē oneris cūctis ꝑplis. Omnes qui leuabunt eam concisione lacerabūtur: et colligetur aduersus eam oīa regna terre. In die illa dicit dn̄s percutiā omnē equū i stupore: et ascensorem ei⁹ in amenciā. Et sup domū iuda aperiā oculos meos: et omnē equū ꝑplorū percutiā cecitate. Et dicent duces iuda in corde suo. confortentur michi habitatores iherusalē: in dn̄o exercituū deo eorū. In die illa ponā duces iuda sicut caminum

igniũ in lignis et sicut facem ignis in
feno:et devorabũt ad dexterã ⁊ ad sini-
stram oĩnes ppłos in circuitu. Et habi-
tabitur iherusalẽ rursus in loco suo ĩ
iherusalẽ:et saluabit dñs tabernacula
iuda sicut in principio:ut nõ magni-
fice gloriet̃ dom⁹ david:⁊ gloria ha-
bitantiũ ihrlm ɔtra iudã. In die illa
proteget dñs habitatores iherusalem.
Et erit qui offenderit ex eis in die illa
quasi david:et domus david quasi
dei:sicut angel⁹ dñi in ɔspectu eius. Et
erit in die illa querã conterere omnes
gentes que veniũt cõtra iherusalẽ:⁊ ef-
fundã sup domũ david et sup habi-
tatores iherusalẽ spiritũ gratie ⁊ precũ.
Et aspicient ad me quẽ cõfixerũt:et plã-
gẽt eũ planctu ꝗsi sup unigenitũ:⁊ dole-
bũt sup eũ ut doleri solet in morte pri-
mogeniti. In die illa magn⁹ erit plã-
ctus ĩ ihrlm sicut planct⁹ adremon: in
campo mageddo. Et planget terra:
familie ⁊ familie seorsum. Familie do-
mus david seorsum:et mulieres eorũ
seorsum. Familie dom⁹ nathan seorsũ:
et mulieres eoꝝ seorsum. Familie do-
mus levi seorsum: et mulieres eorum
seorsum. Familie semei seorsum:⁊ mu-
lieres eorum seorsum. Omnes famili-
e relique: familie et familie seorsum:
et mulieres eorum seorsum. c. xiii.
In die illa erit fons patẽs domui david
et habitãtib3 iherusalẽ: in ablutionẽ
peccatoris ⁊ menstruate. Et erit in die
illa dicit dñs exercituũ disperdã nomi-
na ydoloꝝ de terra: et nõ memorabũ-
tur ultra. Et pseudo pphetas et spiritũ
immũdũ auferã de terra. Et erit cum
prophetaverit quispiã ultra: dicent ei
pater eius et mater eius qui genuerũt
eum. Non vives:quia mendacium lo-
cutus es ĩ nomine dñi. Et configent
eũ pater eius et mater eius genitores
eius cũ pphetaverit. Et erit:in die illa
cõfundent̃ prophete unusquisq3 ex vi-
sione sua cũ pphetaverit:nec operien-
tur pallio saccino ut mentiant̃. Sed
dicet,nõ sum propheta. Homo agri-
cola ego sum:quoniã adam exemplũ
meũ ab adolescentia mea. Et dicetur ei.
Quid sunt plage iste in medio manu-
um tuaꝝ? Et dicet. His plagat⁹ sum
in domo eoꝝ qui diligebant me. Fra-
mea suscitare sup pastorẽ meũ: et sup
virũ coherentẽ michi,dicit dñs exercitu-
um. Percute pastorem:et dispergẽtur
oves. Et cõvertam manũ meã ad par-
vulos:et erũt in omni terra dicit dñs.
Partes due in ea dispergent̃ et defici-
ent:et tercia pars relinquetur in ea. Et
ducam terciã partẽ per ignẽ: et uram
eos sicut urit̃ argentũ:et probabo eos
sicut probat̃ aurũ. Ipse vocabit nomẽ
meũ:⁊ ego exaudiã eũ. Et dicã. ppłus
meus es: ⁊ ipse dicet. dñs deus meus.
Ecce dies veniũt dicit do- c. xiiii.
minus:et divident̃ spolia tua ĩ
medio tui. Et cõgregabo omnes gen-
tes ad iherusalẽ in pliũ: et capietur ci-
vitas et vastabũtur dom⁹:et mulieres
violabũtur. Et egredient̃ media pars
civitatis in captivitatẽ:et reliquũ ppli
nõ auferetur ex urbe. Et egrediet̃ dñs
et preliabit̃ contra gentes illas: sicut
preliatus est in die certaminis. Et sta-
bũt pedes eius in die illa sup mõtem
olivarũ: qui est ɔtra iherusalẽ ad ori-
entem. Et scindetur mõs olivaꝝ ex me-
dia parte sui ad orientem:et ad occidẽ-
tem prupto grandi valde. Et separa-
bitur mediũ montis ad aquilonẽ: et
mediũ eius ad meridiẽ. Et fugietis ad
vallẽ mõciũ eoꝝ: quoniã cõiungetur
vallis mõtium usq3 ad proximũ. Et

fugietis sicut fugistis a facie terremot⁹
in diebꝫ ozie regis iuda. Et veniet do-
minus deus me⁹: omnesq; sancti cū eo.
Et erit: in die illa nō erit lux sed frigus
et gelu. Et erit dies vna que nota ē do-
mino: nō dies neq; nox: et in tpe vespe-
ri erit lux. Et erit: ī die illa exibūt aque
viue de ihrusalē. Mediū earū ad ma-
re orientale: et mediū eaꝝ ad mare no-
uissimū. In estate ꝛ in hyeme erūt: et e-
rit dūs rex sup omnē terrā. In die illa
erit dūs vnus: et erit nomē eius vnū.
Et reuertet̄ omnis terra usq; ad deser-
tū: de colle remmon ad austrū ihrlm.
Et exaltabit̄ et habitabit in loco suo
a porta beniamin usq; ad locū porte
prioris et usq; ad portā angulorꝫ: et
a turre ananehel usq; ad torcularia re-
gis. Et habitabūt in ea. et anathema
nō erit ampli⁹. Sed sedebit ihrlm secu-
ra: et hec erit plaga qua pcutiet dūs o-
mnes gentes q̄ pugnauerūt aduersus
ihrlm. Tabescet caro uniuscuiusq; stā-
tis sup pedes suos: et oculi eius cōtabe-
scent in foraminibꝫ suis: ꝛ lingua eoꝝ
contabescet in ore suo. In die illa erit tu-
multus dūi magnus in eis: et appre-
hendet vir manū proximi sui: et cōse-
retur manus ei⁹ sup manū proximi
sui. Sed et iudas pugnabit adūsus
ihrlm: Et cōgregabūtur diuicie omni-
um gentiū in circuitu: aurū et argentū
et vestes multe satis. Et sic erit ruina
equi et muli et cameli et asini et omni-
um iumētoꝝ que fuerit ī castris illis:
sicut ruina hec. Et omnes qui reliqui
fuerint de uniūsis gentibꝫ que venerūt
contra ihrlm: ascendēt ab ānno in annū.
ut adorēt regem dūm exercituū. et cele-
brent festiuitatē tabernaclorꝫ. Et erit
qui nō ascenderit de familiis terre ad
ihrusalē ut adorēt regē dūm exercituū:
nō erit sup eos ymber. Qd et si famili-
a egipti nō ascenderit ꝛ nō venerit: nec
sup eos erit: Sed erit ruina qua pcuti-
et dūs omnes gentes. que non ascende-
rint ad celebrādā festiuitatē taberna-
cloꝝ. Hoc erit peccatū egipti et hoc pec-
catū omniū gentiū: que nō ascenderit
ad celebrādā festiuitatem tabernaclo-
rū. In die illa erit qd sup frenū est equi
sanctū dūo: et erūt lebetes in domo do-
mini quasi phyale corā altari. Et erit
omnis lebes in ihrlm et in iuda sancti-
ficat⁹ dūo exercituū. Et venient omnes
immolātes ꝛ sumēt ex eis: ꝛ coquēt ī eis.
Et nō erit mercator ultra ī domo dūi
exercituū in die illo. Explicit zachari
as pph̄a. Incipit malachias pph̄a. C. I.

ONus verbi dūi ad
israhel ī manu ma-
lachie prophete. Di-
lexi vos dicit dūs.
Et dixistis. In quo
dilexisti nos? Non-
ne frater erat esau iacob dicit dūs: Et
dilexi iacob. esau aūt odio habui. Et
posui seyr mōtes eius in solitudinem:
et hereditatē eius in dracones deserti.
Qd si dixerit ydumea destructi sumus
sed reuertentes edificabim⁹ que destru-
cta sunt: hec dicit dūs exercituū. Isti edi-
ficabūt et ego destruā. Et vocabūtur
termini iniquitatis: et ppłus cui iratus
est dūs usq; in eternū. Et oculi uri vide-
būt: et vos dicetis. Magnificet dūs
sup terminū isrl. Fili⁹ honorat patrē:
et seru⁹ dūm suū. Si ergo pater ego sū
ubi est honor meus: ꝛ si dūs ego sum:
ubi est timor me⁹? dicit dūs exercituū.
Ad vos o sacerdotes: qui despicitis
nomē meū. Et dixistis. In quo despe-
ximus nomen tuū? Offertis super al-
tare meū panē pollutum. Et dicitis.

In quo polluim⁹ te? In eo ꝙ dicitis:
mēsa dñi despecta ē. Si offeratis cecū ad
imolādū: nōne malū est? Et si offera-
tis claudū et lāguidū: nōne malū ē?
Offer illud duci tuo: si placuerit ei-aut
si susceperit faciē tuā dicit dñs exercituū.
Et nūc deprecamini vultū dei ut misereat̄
vr̄i: de manu eni vr̄a factū ē hoc: si quo
modo suscipiat facies vr̄as dicit dñs
exercituū. Quis ē in vobis q̄ claudat
ostia ⁊ incendat altare meū gratuito?
Nō ē michi volūtas i vobis dicit dñs
exercituū: ⁊ mun⁹ nō suscipiā de manu
vr̄a. Ab ortu eni solis usq; ad occasū
magnū ē nomē meū i gētib;: ⁊ in omi
loco sacrificat̄ ⁊ offert̄ nomini meo ob-
latio mūda: qa magnū nomē meū in
gētib; dicit dñs exercituū. Et vos pol-
luistis illud in eo ꝙ dicitis mēsa dñi
contaminata ē: ⁊ qd superponit̄ cōtēptibile
ē cū igne q̄ illud devorat. Et dixistis.
Ecce de labore: ⁊ exsufflastis illud dicit
dñs exercituū. Et intulistis de rapinis
claudū ⁊ lāguidū: et intulistis mun⁹.
Nūqd suscipiā illud de manu vr̄a di-
cit dñs? Maledict⁹ dolosus q̄ habet i
grege suo masculū: ⁊ votū faciēs imo-
lat debile domino. Quia rex magn⁹
ego dicit dominus exercituum: et no-
mē meum horribile in gentibus. c. II.

Et nūc ad vos mādatū hoc o sa-
cerdotes. Si nolueritis audire et
si nolueritis ponere sup cor ut detis glo-
riā nomini meo ait dñs exercituū: mit-
tā in vos egestatē et maledicā benedicti-
onib; vr̄is: ⁊ maledicā illis qm̄ nō po-
suistis sup cor. Ecce ego proiciā vobis
brachiū: ⁊ dispergā sup vultū vr̄m ster-
cus solēnitatū vr̄ax: ⁊ assumet vos se-
cū. Et scietis qa misi ad vos mādatū
istud: ut esset pactū meū cū levi dicit dñs
exercituū. Pactū meū fuit cū eo vite et
pacis: ⁊ dedi ei timorē ⁊ timuit me: ⁊ a
facie nominis mei pavebat. Lex veritatis
fuit i ore ei⁹: ⁊ iniqtas nō ē inuēta i la-
biis ei⁹. In pace et i equitate ambulavit me-
cū: ⁊ multos avertit ab iniqtate. Labia
eni sacerdotis custodiūt sciētiā: et legē
requirēt ex ore ei⁹: qa āgel⁹ dñi exercitu-
um ē. Vos aūt recessistis de via: et scā-
dalizastis plurimos i lege. Irritū feci-
stis pactū levi: dicit dñs exercituū. Pro-
pter qd ⁊ ego dedi vos cōtēptibiles ⁊ hu-
miles omnib; ppl'is: sicut nō suastis vi-
as meas: ⁊ accepistis faciē i lege. Nū-
qd nō pater un⁹ omniū nr̄m? Nūqd nō
de⁹ un⁹ creavit nos? Quare ergo despi-
cit unusquisq; nr̄m fratrē suū: violās
pactū pr̄m nr̄oꝝ? Trāsgressus ē iuda ⁊
abominatio facta ē in isrl' ⁊ in ihrlm:
qa contaminavit iudas sāctificationem
dñi quā dilexit: ⁊ habuerūt filiā dei ali-
eni. Disperdat dñs virū q̄ fecerit hoc:
magistrū et discipulū de tabernaculo
iacob: ⁊ offerentē mun⁹ dño exercituū.
Et hoc rursū fecistis: Operiebatis la-
crimis altare dñi fletu et mugitu: ita
ut nō respiciam ultra ad sacrificiū: nec
accipiā placabile qd de manu vr̄a. Et
dixistis. Quā ob causā? Quia dñs te-
stificat⁹ est inter te ⁊ uxorē pubertatis
tue: quā tu despexisti. Et hec particeps
tua: et uxor federis tui. Nōne un⁹ fecit:
et residuū spirit⁹ ei⁹ ē? Et qd un⁹ que-
rit nisi semen dei? Custodite ergo spiri-
tū vr̄m: et uxorē adolescentie tue noli
despicere. Cū odio habueris dimitte: di-
cit dñs deus isrl'. Operiet aūt iniqtas
vestimētū ei⁹: dicit dñs exercituum. Cu-
stodite spiritū vr̄m: et nolite despicere.
Laborare fecistis dñm in sermonibus
vr̄is. Et dixistis. In quo eū fecimus
laborare? In eo ꝙ dicitis. Omnis qui
facit malū bon⁹ ē i cōspectu dñi: ⁊ tales

ri placēt. Aut certe: ubi est de⁹ iudicij?
Ecce ego mittā āgelū meū: c.iii.
⁊ pparabit viā āte faciē meā. Et
statim veniet ad tēplū suū dn̄ator quē
vos q̄ritis: ⁊ āgel⁹ testamēti quē vos
vultis. Ecce venit: dicit dn̄s exercituū.
Et q̄s poterit cogitare diē aduēt⁹ ei⁹?
Et q̄s stabit ad vidēdū eū? Ipe eni q̄si
ignis cōflās: ⁊ q̄si herba fullonū. Et se-
debit cōflās ⁊ emūdās argētū: et purga-
bit filios leui. Et colabit eos q̄si aurū
et q̄si argētū: et erūt dn̄o offerētes sacri-
ficia i iusticia. Et placebit dn̄o sacrifi-
ciū iuda ⁊ ihrl'm sicut dies seculi: ⁊ sicut
ānī antiqui. Et accedā ad vos i iudi-
cio: ⁊ ero testis velox maleficis ⁊ adul-
teris et periuris: ⁊ q̄ calūniātur merce-
dē mercennarij: ⁊ humiliāt viduas et
pupillos ⁊ opprimūt peregrinū: nec ti-
muerūt me dicit dn̄s exercituū. Ego e-
nim dn̄s ⁊ nō mutor: ⁊ vos filij iacob
nō estis cōsumpti. A diebꝫ enī patrū ve-
strorū recessistis a legitimis meis: ⁊ nō
custodistis. Reūtimini ad me ⁊ reūtar
ad vos: dicit dn̄s exercituū. Et dixistis.
In quo reuertemur? Si affiget homo
deū: q̄a vos cōfigitis me. Et dixistis:
In quo cōfigim⁹ te? In decimis et in
primicijs: ⁊ in penuria. Vos maledicti
estis: et me vos cōfigitis gēs tota. In-
se meū
ferte omnem decimā i horreū: et sit cibꝫ
in domo mea: et pbate me sup hoc di-
cit dn̄s. Si nō apuero vobis katha-
ractas celi: ⁊ effudero vobis benedictio-
nē usq; ad abūdantiā. Et increpabo
pro vobis deuorātē: ⁊ nō corrūpet fru-
ctū fre vr̄e: nec erit sterilis vinea i agro
dicit dn̄s exercituū. Et beatos vos di-
cēt omnes gētes. Eritis enī vos terra de-
siderabilis dicit dn̄s exercituū. Inua-
luerūt sup me verba vr̄a dicit dn̄s. Et
dixistis. Quid locuti sum⁹ contra te?
Dixistis. Uanus est qui seruit deo. Et
qd̄ emolumentū quia custodiuimus
precepta ei⁹: et quia ābulauim⁹ tristes
corā dn̄o exercituū? Ergo nūc beatos
dicim⁹ arrogantes. Siquidē edifica-
ti sunt facientes impietates: ⁊ temptaue-
rūt deum ⁊ salui facti sunt. Tūc locuti
sunt timentes deū: vnusquisq; cū pro-
ximo suo. Et attendit dn̄s et audiuit:
et scriptus est liber monimēti corā eo
timētibꝫ dn̄m ⁊ cogitātibꝫ nomē eius.
Et erunt michi ait dominus exercituū
in die qua ego faciam in peculium: et
parcam eis sicut parcit vir filio suo ser-
uienti sibi. Et cōuertemini ⁊ videbitis
q̄d sit inter iustum et impium: et inter
seruientem deo et nō seruientē ei. c.iiii.
Ecce enim dies veniet succensa q̄si
caminus: et erunt omnes super-
bi et omnes facientes impietatē stipu-
la. Et inflāmabit eos dies veniens di-
cit dominus exercituū: que nō derelin-
quet eis radicem ⁊ germen. Et orietur
vobis timētibus nomen meum sol iu-
sticie: et sanitas in pēnis eius. Et egre-
diemini ⁊ salietis sicut vitul⁹ de arme-
to: ⁊ calcabitis impios cum fuerint ci-
nis sub planta pedum vestrorū in die
qua ego facio dicit dn̄s exercituū. Me-
mentote legis moysi serui mei: quā mā-
daui ei in oreb ad omnē israhel: prece-
pta ⁊ iudicia. Ecce ego mittā vobis he-
lyam pphetā: anteq; veniat dies domi-
ni magn⁹ et horribilis. Et cōuertet cor
patrū ad filios: ⁊ cor filiorū ad pr̄es eo-
rū: ne forte veniā et percutiā terrā ana-
themate.

Explicit malachias ppheta

Incipit prologus beati Jeronimi preſ-
biteri: in libros machabeorum.

Machabeorū libri duo ꝑno-
tant prelia inter hebreoꝝ
duces gentēq; perſarū:
pugnā q̄; ſabbatoꝝ ⁊ no-
biles machabei ducis triūphos: ex cui⁹
noīe ⁊ libri iīdem ſūt nūcupati. Hec q̄;
hiſtoria cōtinet eciā inclita illa geſta
machabeoꝝ fratrū: qui ſub antiocho
rege pro ſacris legibꝫ dira tormenta
perpeſſi ſunt. Quos mater pia dum
diuerſis ſupplicijs urgerent̄ non ſolū
nō fleuit: ſed et gaudēs hortabat̄ ad
gloriā paſſionis. Explicit ꝓlogus. In-
cipit liber primus machabeorū. cap. i.

Et factū eſt poſtq̄; per-
cuſſit alexander phi-
lippi rex macedo qui
primus regnauit ī
grecia egreſſus de ter-
ra cethim dariū regē
perſarū ⁊ medoꝝ: cōſtituit prelia multa:
et obtinuit omniū municōnes: et in-
terfecit reges terre. Et ptranſijt uſq; ad
fines terre. ⁊ accepit ſpolia mltitudinis
gentiū: ⁊ ſiluit terra in cōſpectu eius. Et
cōgregauit virtutē ⁊ exercitū fortem ni-
mis. et exaltatū eſt et eleuatū cor ei⁹: et
obtinuit regiones gentiū ⁊ tirannos
et facti ſunt illi in tributū. Et poſt hec
decidit in lectū: ⁊ cognouit quia more-
retur. Et vocauit pueros ſuos nobiles
qui ſecū erant nutriti a iuuentute ſua:
et diuiſit illis regnū ſuū cum adhuc
viueret. Et regnauit alexander annis
duodecim: ⁊ mortu⁹ ē. Et obtinuerūt
pueri ei⁹ regnū vnuſquiſq; ī loco ſuo:
et impoſuerūt omēs ſibi diademata
poſt mortē ei⁹ ⁊ filij eoꝝ poſt eos annis
mltis: et mltiplicata ſūt mala ī terra.
Et exijt ex eis radix peccati antiochus
illuſtris fili⁹ antiochi regis qui fuerat
rome obſes: et regnauit in anno cen-
teſimotriceſimo et ſeptimo regni greco-
rum. In diebꝫ illis exierunt ex iſrl̄ filij
iniqui: ⁊ ſuaſerūt mltis dicentes. Ea-
mus ⁊ diſponam⁹ teſtamentū cū gen-
tibus que circa nos ſūt: quia exquo
receſſim⁹ ab eis inuenerūt nos multa
mala. Et bonus viſus ē ſermo ī oclis
eoꝝ. Et deſtinauerūt aliqui de pplo ⁊
abierūt ad regē: et dedit illis poteſtatē.
ut facerēt iuſticiā gentiū. Et edificaue-
rūt gymnaſiū in iheroſolimis ſcdm
leges nacōnū ⁊ fecerūt ſibi ꝑpucia: ⁊ re-
ceſſerūt a teſtamēto ſancto ⁊ iūcti ſūt
nationibꝫ: et venūdati ſunt ut facerēt
malū. Et paratū ē regnū in conſpectu
antiochi: ⁊ cepit regnare ī terra egipti:
ut regnaret ſup duo regna. Et intrauit
in egiptū in mltitudine graui in curri-
bus ⁊ elephantis ⁊ equitibꝫ: ⁊ copioſa
nauiū mltitudine. Et conſtituit bellū
aduerſus ptolomeū regē egipti: ⁊ veri-
tus ē ptolomeus a facie eius ⁊ fugit:
et ceciderūt vulnerati mlti. Et compre-
hendit ciuitates munitas in terra egi-
pti: ⁊ accepit ſpolia terre egipti. Et con-
uertit antiochus poſtq̄; ꝑcuſſit egiptū
in centeſimo ⁊ q̄dragesimo ⁊ tercio an-
no ⁊ aſcendit ad iſrl̄: et aſcendit ihero-
ſolimis ī mltitudine graui. Et intrauit
in ſanctificationē cū ſupbia: ⁊ accepit
altare aureū ⁊ candelabrū luminis ⁊
vniuerſa vaſa eius ⁊ menſam ꝑpoſici-
onis ⁊ libatoria ⁊ fialas ⁊ mortario-
la aurea ⁊ velū ⁊ coronas ⁊ ornamen-
tum aureum qd̄ in facie templi erat: ⁊
cōminuit oīa. Et accepit argentum ⁊
aurū et vaſa cōcupiſcibilia: et accepit
theſauros occultos quos inuenit: et
ſublatis omnibꝫ abijt ī terrā ſuā. Et
fecit cedem hominū: et locutus eſt in

supbia magna. Et factus ē planctus
magnus in isrl': et in omni loco eoꝝ.
Et ingemuerūt principes ⁊ seniores:
et iuuenes ⁊ virgines infirmati sunt:
et speciositas mulierū immutata est.
Omnis maritus sumpsit lamentū: ⁊
que sedebāt in thoro maritali lugebāt.
Et cōmota est terra sup habitātes i ea:
et vniuersa dom⁹ iacob induit ꝯfusio-
nem. Et post duos annos dieꝝ misit
rex principē tributoꝝ i ciuitates iuda:
et venit ihrlm cū turba magna. Et lo-
cutus est ad eos verba pacifica i dolo:
et crediderūt ei. Et irruit sup ciuitatem
repente: ⁊ pcussit eam plaga magna:
⁊ pdidit pplm multū ex isrl'. Et accepit
spolia ciuitatis: ⁊ succendit eam igni.
Et destruxit domos eius ⁊ muros ei⁹
in circuitu: et captiuas duxerunt mlie-
res et natos: et pecora possederūt. Et
edificauerūt ciuitatē dauid muro ma-
gno ⁊ firmo et turribꝫ firmis: et facta
est illis i arcem. Et posuerūt illic gentē
peccatricē viros iniquos: ⁊ ꝯualuerūt
in ea. Et posuerunt arma et escas: et
congregauerūt spolia ihrlm ⁊ reposu-
erūt illic: ⁊ facti sunt i laqueū magnū.
Et factū est hoc ad insidias sanctifica-
tioni ⁊ i diabolū magnū in isrl' semp.
Et effuderūt sanguinē innocentē p cir-
cuitū sanctificatōis: ⁊ ꝯtaminauerūt
sāctificationē. Et fugerūt habitatores
ihrlm ppter eos: et facta est habitacio
exteroꝝ: et facta est extera semini suo: et
nati eius reliquerūt eam. Sanctifica-
cio eius desolata ē sicut solitudo: dies
festi eius ꝯuersi sunt in luctū: sabbata
eius i opprobriū: honores ei⁹ in nichi-
lum. Secundū gloriā ei⁹ mltiplicata
est ignominia eius: et sublimitas ei⁹
conuersa est i luctū. Et scripsit rex anti-
ochus omni regno suo: ut esset omīs

ppls vnus. Et reliquerūt vnusquisqꝫ
legem suā: et ꝯsenserūt omnes gentes
scdm verbū regis antiochi. Et multi
ex isrl' ꝯsenserūt ei: ⁊ sacrificauerūt ydo-
lis: ⁊ coinquinauerūt sabbatū. Et mi-
sit rex antiochus libros per manus
nuncioꝝ in ihrlm ⁊ in oēs ciuitates
iude: ut sequerent̄ leges gentiū terre: et
prohiberēt olocausta ⁊ sacrificia ⁊ pla-
cationes fieri i templo dei: et ꝓhiberēt
celebrari sabbatū ⁊ dies solemnes. Et
iussit coinquinari sancta: ⁊ sanctū po-
pulum isrl'. Et iussit edificari aras et
templa et ydola: et immolari carnes
suillas et pecora cōmunia: et relinqre
filios suos incircūcisos ⁊ coinquina-
ri animas eoꝝ i omnibꝫ immūdiciis
⁊ abominacōibꝫ: ita ut obliuiscerent-
tur legem et immutarēt omnes iustifi-
cationes dei. Et quicūqꝫ non fecissent
scdm verbū regis antiochi morerētur.
Secundū oīa verba hec scripsit omni
regno suo: et preposuit principes po-
pulo qui hec fieri cogerent. Et iusserūt
ciuitatibꝫ iude sacrificare. Et ꝯgregati
sunt mlti de pplo ad eos qui dereliq̄-
rant legē dn̄i: ⁊ fecerūt mala sup terrā:
et effugauerūt pplm isrl' in abditis et
in absconditis fugitiuoꝝ locis. Die
quintadecima mensis casleu: quinto
et q̄dragesimo ⁊ centesimo anno edifi-
cauit rex antiochus abominandum
ydolum desolacōnis sup altare dei: ⁊
per vniuersas ciuitates iude in circui-
tu edificauerunt aras: ⁊ ante ianuas
domoꝝ ⁊ i plateis incendebāt thura
⁊ sacrificabāt. Et libros legis dei com-
busserūt igni scindentes eos: ⁊ apud
quēcūqꝫ inueniebant̄ libri testamēti
dn̄i ⁊ quicūqꝫ obseruabat legem dn̄i:
scdm edictum regis trucidabāt eū. In
virtute sua faciebāt hec pplo isrl': qui

inquinabatur in omnī mense in civita-
tibus. Et quīta ⁊ vicesima die mensis
sacrificabāt sup aram que erat cōtra
altare. ⁊ mulieres que circūcidebāt fi-
lios suos trucidabantur sc̄dm iussum
regis antiochi. Et suspendebāt pueros
a cervicibꝫ per universas domos eorū:
et eos qui circūciderāt illos trucidabāt.
Et multi de ppl̄o isrl̄ diffinierūt apud se.
ut non manducarēt immūda: ⁊ elege-
runt magis mori q̄ȝ cibis coinq̄nari
immūdis: et noluerūt infringere legē
dei sanctam: ⁊ trucidati sunt. Et facta
est ira magna super ppl̄m valde. c.ii.
In diebus illis surrexit matathias fili⁹
iohannis filij simeonis sacerdos ex fi-
lijs ioarim ab ihrlm: ⁊ cōsedit ī mon-
te modin. Et habebat filios quinq̄:
iohannan q̄ cognominabatur gaddis:
et simonem qui cognoīabatur thasi. et
iudam qui vocabatur machabeus: et
eleazarū qui cognoīabatur abaron. et
ionathan qui cognoīabatur apphus.
Hij viderūt mala que fiebant in ppl̄o
iuda et in ihrlm. Et dixit matathias.
Ve michi. Ut quid natus sum videre
contritionē ppl̄i mei ⁊ contritionē civita-
tis sancte: ⁊ sedere illic cū datur in ma-
nibus inimicorū? Sancta ī manu ex-
traneorū facta sunt: templū eius sicut
homo ignobilis. Vasa glorie ei⁹ ca-
ptiva abducta sūt; trucidati sūt senes
eius in plateis: ⁊ iuvenes ei⁹ ceciderūt
in gladio inimicorū. Que gens non
hereditavit regnū eius: ⁊ nō obtinuit
spolia eius? Omnis compositio eius
ablata est. Que erat libera: facta ē an-
cilla. Et ecce sancta nr̄a et pulcritudo
nostra et claritas nr̄a desolata est: et
coinq̄naverūt eam gentes. Quo ergo
nobis adhuc vivere? Et sciderūt vesti-
menta sua matathias et filij eius: et

operuerūt se cilicijs: et planxerūt valde.
Et venerūt illuc qui missi erant a rege
antiocho: ut cogerēt eos qui confuge-
rant in civitatem modin immolare
⁊ accendere thura: ⁊ a lege dei discedere.
Et multi de ppl̄o isrl̄ consencientes ac-
cesserunt ad eos: sed matathias ⁊ filij
eius constāter steterūt. Et respondētes
qui missi erant ab antiocho dixerunt
matathie. Princeps et clarissimus et
magnus es in hac civitate: et ornat⁹
filijs et fratribus. Ergo accede prior ⁊
fac iussum regis sicut fecerunt omnes
gentes ⁊ viri iuda et qui remanserunt
in ihrlm: et eris tu ⁊ filij tui inter ami-
cos regis: ⁊ amplificat⁹ auro ⁊ argen-
to et muneribus multis. Et respōdit
matathias: et dixit magna voce. Et
si omnes gētes regi antiocho obediunt
ut discedant unusquisq̄ a servitute le-
gis patrū suorū et consentiāt mādatis
eius: ego et filij mei ⁊ fratres mei obedi-
emus legi patrū nr̄orū. Propicius sit
nobis deus: nō ē nobis utile relinq̄re
legem et iusticias dei. Non audiemus
verba regis antiochi: nec sacrificabi-
mus trāsgredientes legis nr̄e mādata:
ut eamus altera via. Et ut cessavit lo-
qui verba hec: accessit quidam iudeus
in omniū oculis sacrificare ydolis sup
aram ī civitate modin sc̄dm iussum
regis. Et vidit matathias ⁊ doluit: ⁊
cōtremuerūt renes eius. Et accēsus est
furor ei⁹ sc̄dm iudiciū legis: ⁊ insiliēs
trucidavit eū sup arā. Sed et virū quē
rex antiochus miserat qui cogebat im-
molari occidit in ipso tp̄e. et aram de-
struxit: et zelatus est legem sicut fecit fi-
nees zambri filio salomi. Et exclama-
vit matathias voce magna in civita-
te dicēs. Omnis qui zelum habet legis:
statuens testamentū exeat post me. Et

fugit ipse et filij eius in montes: et re-
liquerunt quecūq; habebant in civitate.
Tunc descēderūt multi q̄rentes iudiciū
et iusticiā in desertū: et sederūt ibi ipsi
et filij eius ⁊ mulieres eoꝝ ⁊ pecora eoꝝ:
quoniā indurauerūt super eos mala.
Et renunciatū ē viris regis ⁊ exercitui
qui erāt in ierlm ciuitate dauid: quō
discessissent viri quidā qui dissipaue-
runt mandatū regis ī loca occulta in
deserto: et abissent post illos multi. Et
statim pcurrerūt ad eos: et constituerūt
aduersus eos p̄lium in die sabbatoꝝ.
Et dixerūt ad eos. Resistitis et nūc ad-
huc? Exite: et facite secundū verbum
regis antiochi · ⁊ viuetis. Et dixerūt.
Non exibimꝰ: neq; faciemus verbum
regis ut polluamꝰ diē sabbatoꝝ. Et
concitauerūt aduersus eos p̄liū: ⁊ nō
responderunt illis · nec lapidem mise-
runt in eos: nec oppilauerunt loca oc-
culta dicentes. Moriamur omnes ī
simplicitate nostra: ⁊ testes erūt super
nos celū ⁊ terra q-od iniuste perditis
nos. Et intulerūt illis bellū sabbatis: ⁊
mortui sūt ipi ⁊ uxores eoꝝ ⁊ filij eoꝝ
⁊ pecora eorū: usq; ad mille animas
hominū. Et cognouit matathias et
amici eius: et luctum habuerūt super
eos valde. Et dixit vir proximo suo.
Si omēs fecerimꝰ sicut fratres nostri
fecerūt ⁊ non pugnauerimꝰ aduersus
gentes pro animabꝫ nostris et iustifi-
cationibus nostris: citius disperdēt
nos a terra. Et cogitauerūt in die illa
dicentes. Omīs homo quicūq; vene-
rit ad nos in bello die sabbatorum
pugnemꝰ aduersus eū: et non morie-
mur omnes sicut mortui sunt fratres
nostri in occultis. Tunc congregata ē
ad eos sinagoga iudeoꝝ fortis viri-
bus ex isrl: omnis volūtarius ī lege. ⁊

omēs qui fugiebant a malis additi
sūt ad eos: et facti sunt illis ad firma-
mentū. Et collegerūt exercitū: ⁊ percusse-
runt peccatores in ira sua ⁊ viros ini-
quos ī indignatōne sua: ⁊ ceteri fuge-
runt ad nationes ut euaderēt. Et cir-
cuiuit matathias ⁊ amici eiꝰ ⁊ destrux-
erūt aras: ⁊ circūciderūt pueros incir-
cumcisos quotq; inuenerūt ī finibus
isrl in fortitudine. Et psecuti sūt filios
supbie: et psperatū ē opus ī manibꝫ
eoꝝ. Et obtinuerūt legem de manibꝫ
gencium et de manibus regū: et non
dederunt cornu peccatori. Et appropinq̄-
uerūt dies matathie moriēdi: et dixit
filijs suis. Nūc cōfortata ē superbia ⁊
castigatio: et tp̄s euersionis et ira indi-
gnationis. Nūc ergo o filij emulato-
res estote legis: ⁊ date animas vestras
pro testamēto patrū. Et memētote opeꝝ
patrum que fecerūt in generationibus
suis: et accipietis gloriā magnam et
nomē eternū. Abraham nōne in tem-
ptatione inuentus est fidelis: et repu-
tatum est ei ad iusticiam? Joseph in
tp̄e angustie sue custodiuit mādatū:
et factus est dn̄s egipti. Finees pater
noster zelando zelum dei accepit testa-
mentū sacerdocij eterni. Jhesus dū im-
pleuit v̄bū: factus ē dux ī isrl. Caleph
dum testificatur ī ecclesia: accepit here-
ditatem. Dauid in sua misericordia
cōsecutꝰ ē sedem regni ī secula. Helias
dum zelat zelū legis: receptus est in ce-
lum. Ananias azarias ⁊ misahel cre-
dentes liberati sunt de flāma. Daniel
in sua simplicitate liberatus est de ore
leonū. Et ita cogitate per generationē
⁊ generationem: quia omnes qui spe-
rant in eū non infirmant. Et a verbis
viri peccatoris ne timueritis: quia glā
eiꝰ stercus ⁊ vermis est. Hodie extollit

⁊ cras nō invenietur: quia cōversus ē
in terrā suam: et cogitatio eius periit.
Vos ergo filij cōfortamini et viriliter
agite in lege: quia cū feceritis q̄ vobis
precepta sunt in lege a dn̄o deo vr̄o: in
ipsa glosi eritis. Et ecce symon frater
vester scio quod vir consilij ē. Ipsum
audite semp̄: ⁊ ip̄e erit vobis pater. Et
iudas machabeus fortis viribꝫ a iu-
uentute sua sit vobis prīceps milicie:
et ip̄e aget bellum p̄pli. Et adducetis
ad vos om̄es factores legis: et vindi-
cate vindictā p̄pli vestri. Retribuite re-
tributionem gentibus: ⁊ intendite in
preceptum legis. Et benedixit eos: et
appositus ē ad patres suos. Et defun-
ctus ē cētesimo et quadragesimo sexto
anno: et sepultus est a filijs suis in se-
pulcris patrum suorum in modin: ⁊
planxerūt eū om̄is isrl' planctu magno.

Et surrexit iudas qui voca- c. iii.
batur machabeus filius ei⁹ pro
eo: ⁊ adiuuabāt eū om̄es fratres ei⁹
et uniūsi qui se cōiunxerāt patri eius:
et p̄liabātur prelium isrl' cū leticia. Et
dilatauit gloriā p̄plo suo: ⁊ induit se
loricā sicut gigas ⁊ succīxit se arma
bellica sua ī prelijs: ⁊ p̄tegebat castra
gladio suo. Similis factus est leoni
in op̄ribꝫ suis: ⁊ sicut catulus leonis
rugiens in venatione. Et p̄secutus est
iniquos p̄scrutans eos: ⁊ qui cōturba-
bant p̄plm suum. eos succendit flam-
mis: ⁊ repulsi sunt inimici eius pre ti-
more ei⁹. Et om̄es op̄arij iniquitatis
conturbati sunt: ⁊ directa est salus in
manu ei⁹. Et exacerbabat reges mltos:
et letificabat iacob in operibus suis:
et in seculū memoria ei⁹ in benedictio-
ne. Et perambulabat ciuitates iuda ⁊
perdidit impios ex eis: et auītit irā ab
isrl'. Et noīat⁹ est usqꝫ ad nouissimū
terre: et congregauit pereūtes. Et con-
gregauit apollonius gentes: et a sa-
maria virtutem mltam et magnam
ad bellandū contra isrl'. Et cognouit
iudas et exijt obuiam illi: et percussit
et occidit illum et ceciderūt vulnerati
mlti: ⁊ reliqui fugerūt: ⁊ accepit spolia
eoꝝ. Et gladiū apollonij abstulit iu-
das: et erat pugnās ī eo om̄ibꝫ diebꝫ.
Et audiuit seron princeps exercit⁹ si-
rie: quod cōgregauit iudas cōgrega-
tionē fideliū ⁊ ecclesiam secum. Et ait.
Faciam michi nomen et glorificabor
in regno: et debellabo iudam et eos
qui cū ip̄o sunt: qui spernebāt verbū
regis. Et p̄parauit se: et ascenderūt cū
eo castra impioꝝ fortes auxiliarij ut
facerēt vindictā in filios isrl'. Et appro-
pinquerūt usqꝫ bethoron: ⁊ exiuit iudas
obuiam illis cū paucis. Ut autē vide-
runt exercitū venientem sibi obuiam:
dixerūt iude. Quomō poterim⁹ pauci
pugnare contra mltitudinē tantam-
tam fortem? Et nos fatigati sum⁹ ie-
iunio hodie. Et ait iudas. Facile est
cōcludi mltos ī manu paucoꝝ: et nō
est differentia in cōspectu dei celi libera-
re in multis ⁊ in paucis: quoniā nō
in mltitudine exercitus victoria belli:
sed de celo fortitudo ē. Ipsi veniunt ad
nos ī mltitudine cōtumaci ⁊ sup̄bia:
ut disperdāt nos ⁊ uxores nostras et
filios nr̄os: ⁊ ut spolient nos. Nos
vero pugnabim⁹ pro animabꝫ nr̄is
et legibus nostris: et ip̄e dn̄s conteret
eos ante faciem nostram. Vos autē
ne timueritis eos. Ut cessauit autē lo-
qui insiluit ī eos subito: et cōtritus est
seron ⁊ exercit⁹ eius in cōspectu ip̄ius:
et persecutus est eū in descēsu bethoron
usqꝫ in campum. Et ceciderunt ex eis
octingenti viri: reliqui autem fugerūt

in terram philistijm. Et cecidit timor
iude ac fratrū eius et formido super
omēs gentes·in circuitu eoꝝ: ⁊ perue-
nit ad regem nomen eius: et de p̄lijs
iude narrabāt omēs gentes. Et audi-
uit autē rex antiochus sermones istos
iratus est animo: ⁊ misit ⁊ congrega-
uit exercitū uniūsi regni sui castra for-
tia valde. Et aperuit erarium suū: et
dedit stipendia exercitui in annum: ⁊
mādauit illis ut essent parati ad oīa.
Et vidit qꝫ defecit pecunia de thesau-
ris suis: et tributa regionis modica
propter dissensionem ⁊ plagā quam
fecit in terra: ut tolleret legitima que
erant a primis diebus. Et timuit ne
non haberet ⁊ semel et bis in sumpt⁹
et donatiua que dederat ante larga
manu: et abūdauerat sup reges qui
ante eū fuerāt. Et cōsternat⁹ erat aīo
valde: ⁊ cogitauit ire in psidem ⁊ acci-
pere tributa regionū: ⁊ congregare ar-
gentū mltū. Et reliquit lisiam homi-
nem nobilem de genē regali sup nego-
cia regia a flumine eufraten usqꝫ ad
flumen egipti: ⁊ ut nutriret antiochū
filiū suū donec rediret. Et tradidit ei
mediū exercitū et elephantos: et man-
dauit ei de omnibꝫ que volebat ⁊ de
inhabitantibꝫ iudeam et ihrlm: et ut
mitteret ad eos exercitū ad conterendā
et extirpandam virtutē isrl· ⁊ reliqas
ihrlm· et auferendā memoriam eorū
de loco: et ut constitueret habitatores
filios alienigenas in omībꝫ finibus
eoꝝ: et sorte distribueret terrā eorū. Et
rex assūpsit partem exercitus residui· ⁊
exiuit ab antiochia ciuitate regni sui
anno centesimo et quadragesimosep-
timo: ⁊ transfretauit eufraten flumē:
et pambulabat superiores regiones.
Et elegit lisias ptholomeum filium

dorimini ⁊ nichanorē ⁊ gorgiā viros
potentes ex amicis regis: ⁊ misit cum
eis quadraginta milia viroꝝ ⁊ septē
milia equitū: ut venirēt ī terrā iuda ⁊
disperderēt eā secūdum verbū regis. Et
processerūt ut irent cū uniūsa virtute
sua: et venerūt et applicuerunt amma-
um in terra cāpestri. Et audierūt merca-
tores regionū nomē eoꝝ: ⁊ acceperūt
argentū ⁊ aurum mltum valde ⁊ pu-
eros· ⁊ venerūt in castra ut acciperent
filios isrl in seruos: ⁊ additi sunt ad
eos exercitus sirie et terre alienigenaꝝ.
Et vidit iudas ⁊ fratres ei⁹ quia mul-
tiplicata sunt mala: et exercitus appli-
cabat ad fines eoꝝ: ⁊ cognouerūt ver-
ba regis que mandauit ꝑplo facere in
interitū ⁊ consūmationē. Et dixerunt
vnusquisqꝫ ad ꝓximū suū. Erigam⁹
deiectionem ꝑpli nostri: et pugnemus
pro ꝑplo nostro et sanctis nostris. Et
cōgregat⁹ ē cōuentus ut essent parati
in pliū: ⁊ ut orarēt ⁊ peterent misericor-
diam ⁊ miseratōnes. Et ihrlm non
habitabatur: sed erat sicut desertū. Nō
erat qui ingrederetur et egrederetr de na-
tis eius: et sanctū cōculcabatr. Et filij
alienigenaꝝ erāt in arce. Ibi erat habi-
tatio gentiū. Et ablata est voluptas
a iacob: et defecit ibi tibia et cithara.
Et cōgregati sūt ⁊ venerūt ī masphat
cōtra ihrlm: quia loc⁹ oratōnis erat
ī masphat ante ī isrl. Et ieiunauerūt
illa die: et induerūt se cilicijs et cinerē
imposuerūt capiti suo: et desciderūt ve-
stimēta sua. Et expanderūt libros legis
de quibꝫ scrutabātur gentes silitudinē
simulacrorū suoꝝ: et attulerūt orna-
menta sacerdotalia ⁊ primicias ⁊ deci-
mas: et suscitauerunt nazareos q̄ im-
pleuerant dies: et clamauerunt voce
magna ī celū dicentes. Quid faciem⁹

istis: et quo eos ducemus? Et sancta
tua cõculcata sũt et cõtaminata sunt:
et sacerdotes tui facti sunt ĩ luctum et
in humilitatẽ. Et ecce nationes con-
uenerũt aduersum nos: ut nos disper-
dant. Tu scis que cogitãt ĩ nos. Quõ
poterim⁹ subsistere ante faciem eorũ:
nisi tu deus adiuues nos? Et tubis
exclamauerũt voce magna. Et post
hec constituit iudas duces populi: tri-
bunos et centuriones et pentacontar-
chos ⁊ decuriones. Et dixit hiis qui
edificabãt domos et sponsabãt uxo-
res et plantabant vineas ⁊ formido-
losis: ut redirẽt vnusquisq; in domũ
suam secundũ legem. Et mouerũt ca-
stra: ⁊ collocauerũt ad austrũ amma-
um. Et ait iudas. Accingimini ⁊ esto-
te filij potentes. et estote parati ĩ mane
ut pugnetis aduersus nationes has
que conuenerunt disperdere nos ⁊ san-
cta nostra: quoniam melius est nos
mori in bello: q̃ videre mala gentis
nostre et sanctorum. Sicut autem fue-
rit voluntas in celo sic fiat. c. iiii.

Et assumpsit gorgias quinq; mi-
lia viroꝝ: et mille equites electos.
Et mouerunt castra nocte ut applica-
rent ad castra iudeoꝝ: et percuterent eos
subito. Et filij qui erant ex arce erant
illis duces. Et audiuit iudas: et sur-
rexit ipse et potentes percutere virtutem
exercituũ regis: que erant in ammaũ.
Adhuc enĩ dispersus erat exercit⁹ a ca-
stris. Et venit gorgias in castra iude
noctu: et neminẽ inuenit. Et querebat
eos in montibus: quoniã dixit: fugi-
unt hij a nobis. Et cũ dies fact⁹ esset
apparuit iudas in campo cum tribus
milibus viroꝝ tantũ: qui tegumẽta ⁊
gladios non habebant. Et viderũt
castra gentium valida: et loricatos et
equitatus in circuitu eoꝝ: et hij docti
ad preliũ. Et ait iudas viris qui secũ
erant. Ne timueritis multitudinẽ eoꝝ:
et impetũ eoꝝ ne formidetis. Memen-
tote qualiter salui facti sũt patres nri
in mari rubro: cũ sequeretur eos pha-
rao cũ exercitu multo. Et nũc clamem⁹
in celum et miserebitur nostri dñs: et
memor erit testamenti patrũ nostroꝝ.
et cõteret exercitum istum ante faciem
nostram hodie: ⁊ scient oĩes gentes
quia ẽ deus qui redimat et liberet isrl.
Et leuauerũt alienigene oculos suos:
et viderunt eos venientes ex aduerso.
Et exierunt de castris in pliũ: et tuba
cecinerũt hij qui fuerant cum iuda. Et
congressi sunt: et contrite sunt gentes
et fugerũt in campũ. Nouissimi autẽ
ceciderũt in gladio; et persecuti sũt eos
usq; gezeron et usq; in campos ydu-
mee ⁊ azoti et iamnie: ⁊ ceciderunt ex
illis usq; ad tria milia virorũ. Et re-
uersus est iudas: ⁊ exercitus ei⁹ sequẽs
eum. Dixitq; ad ppłm. Nõ cõcupisca-
tis spolia quia bellũ contra nos est:
⁊ gorgias ⁊ exercitus eius ꝓpe nos in
mõte: sed state nũc contra inimicos
nostros et expugnate eos: et sumetis
postea spolia securi. Et adhuc loquẽte
iuda hec: ecce apparuit pars quedam
prospiciẽs de mõte. Et vidit gorgias
q̃ in fugam conũsi sũt sui: ⁊ succensa
sunt castra. Fum⁹ enĩ qui videbatur
declarabat qđ factũ est. Quibꝫ illi con-
spectis timuerũt valde: aspicientes si-
mul ⁊ iudam. ⁊ exercitũ in campo pa-
ratum ad pliũ. Et fugerũt omnes
in cãpo alienigenaꝝ: et iudas reũsus
est ad spolia castrorũ. Et acceperunt
aurum multum et argentũ et iacinctũ
⁊ purpurã marinã ⁊ opes magnas:
⁊ conũsi ymnũ canebãt ⁊ benedicebãt

deum in celū quoniā bon⁹ est: qm̄ in
seculū misericordia ei⁹. Et facta est sa-
lus magna in isrl' ī die illa. Quicūqȝ
autē alienigenarū euaserūt: venerūt et
nūciauerūt lisie vniūsa que acciderāt.
Quibus ille auditis cōsternatus aīo
deficiebat: ꝙ nō qualia voluit talia
cōtigerūt in isrl': et qualia mandauit
rex. Et sequēti anno cōgregauit lisias
virorū electorū sexaginta milia et equi-
tum quīqȝ milia: ut debellaret eos. Et
venerūt in iudeam: et castra posuerūt
in bethoron: ⁊ occurrit illis iudas cū
decem milibȝ viris. Et viderūt exercitū
fortem: et orauit et dixit. Bñdictus es
saluator isrl' qui contriuisti impetum
potentis in manu serui tui dauid: et
tradidisti castra alienigenarū ī manu
ionathe filij saul ⁊ armigeri ei⁹. Con-
clude exercitū istū in manu ppli tui isrl':
⁊ cōfūdant̄ ī exercitu suo ⁊ eq̄tibȝ. Da
illis formidinem: et tabefac audaciā
virtutis eorū: ⁊ cōmoueant̄ cōtricōne
sua. Deice illos gladio diligentiū te:
et collaudēt te oēs qui nouerūt no-
men tuū ī ymnis. Et cōmiserūt pliū:
et ceciderūt de exercitu lisie quīqȝ milia
virorū. Videns autē lisias suorū fugā:
⁊ iudeorū audaciam: ⁊ ꝙ parati sunt
aut viuere aut mori fortiter: abijt an-
tiochiam et elegit milites: ut multipli-
cati rursus venirēt ī iudeā. Dixit autē
iudas et fratres ei⁹. Ecce cōtriti sunt ini-
mici nostri: ascendam⁹ nūc mūdare
sancta ⁊ renouare. Et cōgregatus est
oēs exercitus: et ascenderūt ī montē
syon. Et viderūt sanctificationē desertā
⁊ altare ꝓphanatū: ⁊ portas exustas: ⁊
in atrijs virgulta nata sicut in saltu
vel in montibȝ: ⁊ pastoforia diruta.
Et sciderūt vestimēta sua et planxerūt
planctu magno: ⁊ imposuerūt cinerē
sup caput suū: ⁊ ceciderūt in faciē sup
terrā: et exclamauerūt tubis signorū et
clamauerūt in celū. Tunc ordinauit
iudas viros ut pugnarēt aduersus eos
qui erant in arce: donec emundarent
sancta. Et elegit sacerdotes sine macu-
la voluntatem habentes in lege dei: et
mūdauerūt sancta: et tulerūt lapides
cōtaminationis in locū immūdum.
Et cogitauit de altari olocaustorum
quod ꝓphanatū erat: quid de eo faceret.
Et incidit illi cōsiliū bonū ut destrue-
ret illud: ne forte illis esset ī opprobriū
quia cōtaminauerūt illud gentes: et
demoliti sūt illud. Et reposuerūt lapi-
des in montem dom⁹ in loco apto:
quoadusqȝ veniret ꝓpheta et respon-
deret de eis. Et acceperūt lapides inte-
gros secundū legem: et edificauerunt
altare nouū secundū illud quod fuit
prius: ⁊ edificauerūt sancta: ⁊ q̄ intra
domū erāt intrinsecus: ⁊ edem ⁊ atria
sanctificauerūt. Et fecerūt vasa sancta
noua: ⁊ intulerūt candelabrū ⁊ altare
incensorū et mensā ī templū. Et incēsū
posuerunt sup altare: et accenderunt
lucernas que sup candelabrū erant: ⁊
lucebāt in templo. Et posuerūt super
mensā panes: ⁊ appenderūt velamia:
et cōsumauerūt oīa opera q̄ fecerāt.
Et ante matutinū surrexerūt quīta et
vicesima die mensis noni: hic ē mēsis
casleu centesimiquadragesimioctaui
anni: et obtulerūt sacrificiū secūdū le-
gem sup altare olocaustorū nouū qd
fecerūt. Secūdū tempus ⁊ secundū diē
in qua cōtaminauerūt illud gentes:
in ipsa renouatū est ī canticis et cith-
ris ⁊ cineris ⁊ cimbalis. Et cecidit oīs
ppls ī faciē: et adorauerūt ⁊ bñdixerūt
in celū eū qui ꝓsperauit eis. Et fecerūt
dedicationem altaris diebus octo: et

obtulerūt olocausta cū leticia: et salu-
taria laudis. Et ornauerūt faciē tēpli
coronis aureis ⁊ scutulis: ⁊ dedicaue-
runt portas ⁊ pastoforia: ⁊ imposuerūt
eis ianuas. Et facta est leticia in ppl'o
magna valde: ⁊ auersū est opprobriū
gentiū. Et statuit iudas et fratres eiꝰ
⁊ vniuersa ecclesia isrl' ut agatur dies
dedicationis altaris in temporibus
suis ab anno in annū ꝑ dies octo: a
quīta et vicesima die mensis casleu cū
leticia et gaudio. Et edificauerunt in
tpe illo mōtem syon et per circuitū mu-
ros altos et turres firmas: nequādo
venirent gentes et cōculcarent eū sicut
antea fecerūt. Et collocauit illic exerci-
tum ut seruarent eū: ⁊ muniuit eū ad
custodiendā bethsurā: ut haberet ppl's
munitionem cōtra faciē ydumee. c. v.

Et factū est ut audierūt gentes in
circuitu quia edificatū est altare
⁊ sāctuariū sicut prius irate sūt valde:
⁊ cogitabāt tollere genus iacob. q̄ erāt
inter eos: et ceperūt occidere de ppl'o et
persequi. Et debellabat iudas filios
esau ī ydumea ⁊ eos qui erant in ara-
bathane quia circūsedebant isrl'itas:
et ꝑcussit eos plaga magna. Et recor-
datus est maliciā filioꝝ bean: qui erāt
ppl'o in laqueū et ī scandalū insidiātes
ei in via. Et conclusi sūt ab eo in turri-
bus: ⁊ applicuit ad eos. et anathema-
tizauit eos: ⁊ incendit turres eoꝝ igni
cum omībꝫ qui in eis erant. Et trans-
iuit ad filios ammon et inuenit ma-
num fortem et ppl'm copiosū: et timo-
theum ducē ipoꝝ. Et cōmisit cum eis
ꝓlia multa ⁊ contriti sūt in conspectu
eoꝝ ⁊ ꝑcussit eos: ⁊ cepit iazer ciuitatē
⁊ filias eius: ⁊ reuersus est in iudeam.
Et congregate sūt gentes que sunt in
galaad adūsus isrl'itas qui erant in
finibꝫ eoꝝ ut tollerent eos: et fugerūt
in datheman munitionē: et miserūt
litteras ad iudam et fratres eiꝰ dicētes.
Congregate sūt aduersū nos gentes
per circuitū ut nos auferant: ⁊ parāt
venire ⁊ occupare munitionē in quā
cōfugimꝰ: ⁊ timotheus est dux exercitꝰ
eoꝝ. Nūc ergo veni ⁊ eripe nos de ma-
nibus eoꝝ: quia cecidit mltitudo de
nobis. Et omēs fratres nostri q̄ erāt
in locis tubin interfecti sūt: ⁊ captiuas
duxerūt vxores eoꝝ ⁊ natos ⁊ spolia:
⁊ ꝑemerūt illic fere mille viros. Et ad-
huc epistole legebantᷣ: et ecce alii nūcii
venerunt de galilea conscissis tunicis
nūciantes secundū verba hec: dicentes
cōuenisse aduersū se. a ptholomaida
⁊ tyro. et sydone: et repleta est omnis
galilea alienigenis: ut nos cōsumāt.
Ut audiuit autē iudas et ppl's sermo-
nes istos: conuenit ecclesia magna co-
gitare quid facerent fratribꝫ suis qui
in tribulacione erant ⁊ expugnabantᷣ
ab eis. Dixitq; iudas symoni fratri
suo. Elige tibi viros et vade et libera
frēs tuos ī galilea: ego autē et frater
meus ionathas ibimꝰ ī galadithim.
Et reliquit iosephū filiū zacharie et
azariā duces ppl'i cū residuo exercitu
in iudea ad custodiam: et ꝑcepit illis
dicens. Prestote ppl'o huic: ⁊ nolite
bellū cōmittere adūsum gentes donec
reuertamur. Et dati sunt symoni viri
tria milia ut iret in galileā: iude autē
octo milia ī galadithim. Et abiit sy-
mon ī galileam: et cōmisit ꝓlia multa
cum gentibꝫ. Et contrite sūt gentes a
facie eius: et ꝑsecutus est eos usq; ad
portam ptholomaidis. Et ceciderūt
de gentibꝫ fere tria milia viroꝝ: ⁊ acce-
pit spolia eoꝝ. Et assūpsit eos q̄ erāt
in galilea et ī arbatis cum vxoribus

et natis ⁊ omnibꝫ que erant illis: ⁊ ad-
duxit ī iudeā cū leticia magna. Et iu-
das machabeus et ionathas ⁊ frat' ei⁹
transierūt iordanem: et abierūt viam
trium dierꝫ in desertū. Et occurrerūt eis
nabuthei et susceperūt eos pacifice: et
narrauerunt eis omnia que acciderāt
fratribꝫ eorꝫ ī galaditide: ⁊ quia multi
ex eis comphensi sūt in barasa ⁊ bosor
et in alimis ⁊ in casphor ⁊ mageth et
carnaim. Hee omnes ciuitates munite
et magne. Sed ⁊ in ceteris ciuitatibus
galaditidis tenent̄ cōprehensi. Et in
crastinū constituerūt admouere exerci-
tum ciuitatibꝫ hijs: ⁊ cōprehendere et
tollere eos ī vna die. Et conūtit iudas
et exercitus eius viam in desertū bosor
repente: et occupauit ciuitatem ⁊ occi-
dit omnem masculū in ore gladij: et
accepit omnia spolia eorū et succendit
eam igni. Et surrexerūt inde nocte: et
ibant usqꝫ ad municōnem. Et factum
est diluculo cū eleuassent oculos suos:
et ecce pplš multus cui⁹ nō erat nume-
rus: portantes scalas ⁊ machinas ut
comphenderēt municōnē et expugna-
rent eos. Et vidit iudas quia cepit bel-
lum: ⁊ clamor belli ascendit ad celum
sicut tuba: ⁊ clamor magnus de ciui-
tate. Et dixit exercitui suo. Pugnate
hodie pro fratribꝫ vestris. Et venit tri-
bus ordinibꝫ post eos: et exclamaue-
runt tubis: et clamauerūt ī oracione.
Et cognouerūt castra timothei quia
machabeus est: et refugerūt a facie ei⁹.
Et percusserūt eos plaga magna: et
ceciderūt ex eis ī die illa fere octo milia
virorꝫ. Et diūtit iudas in masphat ⁊
expugnauit et cepit eam: et occidit o-
mnem masculum eius ⁊ sūpsit spolia
eius: et succēdit eam igni. Inde preexit
et cepit casbon. et maged et bosor: et
reliquas ciuitates galaditidis. Post
hec autem verba congregauit timo-
theus exercitum aliū: et castra posuit
contra raphon transtorrentē. Et misit
iudas speculari exercitū: et renūciaue-
runt ei dicentes. quia conuenerūt ad eū
omnes gentes que ī circuitu nr̄o sunt:
et exercit⁹ multus nimis. Et arabas
conduxerūt in auxilium sibi: ⁊ castra
posuerūt transtorrentem parati ad te
venire in pliū. Et abijt iudas obuiā
illis. Et ait timotheus principibus
exercit⁹ sui. Cū appropinquerit iudas
et exercit⁹ ei⁹ ad torrentē aque: si trāsie-
rit ad nos prior. nō poterim⁹ sustinē
eū: quia potens poterit aduersum nos.
Si vero timuerit transire et posuerit
castra extra flumē: trāsfretem⁹ ad eos:
et poterim⁹ aduersus illū. Ut autem
appropinquit iudas ad torrentē aque
statuit scribas ppli secus torrentem: et
mandauit eis dicens. Neminē hoim
reliqueritis: sed veniāt omnes in pliū.
Et trāsfretauit ad illos prior: ⁊ omnis
pplš post eum. Et contrite sunt omnes
gentes a facie eorꝫ: et piecerunt arma
sua: ⁊ fugerunt ad phanū qd̄ erat in
carnaim. Et occupauit ipsam ciuita-
tem: et phanū succēdit igni cū omnibꝫ
que erāt ī ipo. Et oppressa ē carnaim:
et nō potuit sustinere cōtra faciē iude.
Et cōgregauit iudas vniūsos isrlitas
qui erāt in galaditide a minimo usqꝫ
ad maximū: et vxores eorꝫ. ⁊ natos ⁊
exercitū magnū valde. ut venirent in
terrā iude. Et venerūt usqꝫ ephron: et
hec ciuitas magna ī ingressu posita
munita valde. Et non erat declinare
ab ea dextra vel sinistra: sed per mediā
iter erat. Et incluserunt se qui erant in
ciuitate: et obstruxerunt portas lapi-
dibus. Et misit ad eos iudas verbis

pacificis dicens. Transeamꝰ per terrã
vestram ut eamꝰ in terrã nostrã: et ne-
mo vobis nocebit: tantũ pedibꝫ trãs-
ibimus. Et nolebant eis aperire. Et
p̄cepit iudas p̄dicare ĩ castris: ut appli-
caret unusquisq; ĩ quo erat loco. Et ap-
plicuerũt se viri virtutis: et oppugna-
uit ciuitatẽ illã tota die ⁊ tota nocte:
et tradita est ciuitas in manu eiꝰ. Et
peremerũt omnẽ masculũ ĩ ore gladij:
et eradicauit eam ⁊ accepit spolia eiꝰ:
et transiuit per totam ciuitatem super
interfectos. Et trãsgressi sũt iordanem
in campo magno cõtra faciẽ bethsan.
Et erat iudas cõgregans extremos: et
exhortabatur ꝑplm· per totam viam
donec venirent ĩ terram iuda. Et ascen-
derunt ĩ mõtem syon· cũ leticia et gau-
dio: et obtulerũt olocausta: ꝙ nemo
ex eis cecidisset donec reuerterentur in
pace. Et in diebus quibꝫ erat iudas ⁊
ionathas in terra galaad· et symon
frater eius ĩ galilea· contra faciẽ ptho-
lomaidis audiuit iosephus zacharie
filius ⁊ azarias princeps virtutis res
bene gestas. et prelia que facta sũt: et
dixit. Faciamꝰ· ⁊ ipi nobis nomen: ⁊
eamꝰ pugnare adũsus gentes que in
circuitu nostro sũt. Et p̄cepit hijs qui
erant ĩ exercitu suo· et abierũt iãniam:
⁊ exiuit gorgias de ciuitate· ⁊ viri eius
obuiã illis in pugnã. Et fugati sunt
iosephus ⁊ azarias usq; ĩ fines iudee:
et ceciderũt illa die de ꝑplo isrl' ad duo
milia viri. Et facta est plaga magna
in ꝑplo: quia non audierũt iudam et
fratres eiꝰ: existimãtes fortiter se factu-
ros. Ipsi autẽ nõ erãt de semine viroꝝ
illoꝝ: per quos salus facta est in isrl'.
Et viri iuda magnificati sũt valde in
conspectu om̄is isrl' et gentiũ omniũ:
ubi audiebat nomẽ eoꝝ: Et cõuenerũt

ad eos fausta acclamantes. Et exiuit
iudas et fratres eius ⁊ expugnabant
filios esau in terra que ad austrũ est:
⁊ ꝑcussit chebron ⁊ filias eiꝰ: et muros
eiꝰ· et turres eiꝰ succẽdit igne ĩ circuitu.
Et mouit castra ut iret in terram alie-
nigenaꝝ: ⁊ ꝑambulabat samariam.
In illa die ceciderũt sacerdotes ĩ bello
dum volũt fortiter facere: dũ sine con-
silio exeunt ĩ preliũ. Et declinauit iu-
das in azotũ in terrã alienigenaꝝ: et
diruit aras eoꝝ et spolia deoꝝ suorũ
succendit igni: et cepit spolia ciuitatũ
et reuersus est in terram iuda. c. vi.

Et rex antiochus perambulauit
superiores regiones. Et audiuit
esse ciuitatem elimaidem in ꝑside no-
bilissimã et copiosam in argento et
auro: templũq; in ea locuplex valde:
Et illic velamina aurea et lorice ⁊ scu-
ta: que reliquit alexander philippi rex
macedo qui regnauit primꝰ in grecia.
Et venit et querebat capere ciuitatem
et depdari eam: et nõ potuit· quoniã
innotuit sermo hijs qui erant in ciui-
tate: Et insurrexerũt in p̄lium· et fugit
inde: et abijt cũ tristicia magna: et re-
uersus ẽ babiloniã. Et venit qui nun-
ciaret ei ĩ ꝑside: quia fugata sũt castra
que erant in terra iuda: et quia abijt
lisias cũ virtute forti in p̄mis ⁊ fugatꝰ
est a facie iudeoꝝ: ⁊ inualuerũt armis
et viribꝫ et spolijs multis que ceperunt
de castris que exciderũt: et quia dirue-
runt abominacõnem quam edificaue-
rat super altare quod erat ĩ ihrlm· et
sanctificacõnem sicut prius circũdede-
runt muris excelsis: sed et bethsuram
ciuitatẽ suã. Et factũ ẽ ut audiuit rex
sermones istos expauit et cõmotus ẽ
valde: ⁊ decidit in lectum ⁊ incidit in
languorem p̄ tristicia: quia nõ ẽ factũ

sicut cogitabat. Et erat illic dies mul-
tos: quia renouata ē ī eo tristicia ma-
gna: et arbitratus ē se mori. Et voca-
uit om̄es amicos suos: et dixit illis.
Recessit somnus ab oculis meis: et cō-
cidi et corrui corde pre sollicitudine. Et
dixi in corde meo. In quātam tribula-
tionem deueni: ⁊ in q̄s fluct⁹ tristicie in
qua nūc sum: qui iocūdus erā et dile-
ctus in potestate mea. Nūc vero remi-
niscor maloꝝ que feci ī ih̄rlm: unde et
abstuli om̄ia spolia aurea et argētea
que erant in ea: et misi auferre habi-
tantes iudeam sine causa. Cognoui
ergo quia ꝓpterea inuenerunt me ma-
la ista: ⁊ ecce pereo tristicia magna in
terra aliena. Et vocauit philippum
unū de amicis suis: et ꝓposuit eū sup
uniuersū regnū suū. Et dedit ei diade-
ma et stolā suā et annulū: ut addu-
ceret antiochū filiū suū et nutriret eū
et regnaret. Et mortuus est illic anti-
ochus rex anno centesimoquadrage-
simonono. Et cognouit lisias quo-
niam mortu⁹ est rex: ⁊ cōstituit regna-
re antiochū filiū eius quem nutriuit
adolescentem: ⁊ vocauit nomen eius
eupatorem. Et hij qui erāt in arce con-
cluserant isrl' in circuitu sanctorū: et
q̄rebāt eis mala semꝑ ad firmamen-
tum gentiū. Et cogitauit iudas disꝑ-
dere eos: et cōuocauit uniuersū ꝓplm
ut obsiderēt eos. Et cōuenerūt simul:
et obsederūt eos anno centesimo quin-
quagesimo: et fecerūt balistas et ma-
chinas. Et exierunt quidam ex eis qui
obsidebātur: et adiūxerunt se illis ali-
qui impij ex isrl': ⁊ abierūt ad regem
et dixerūt. Quousq; nō facis iudiciū:
et vindicas fratres nostros? Nos de-
creuim⁹ seruire patri tuo et ambulare
in p̄ceptis eius ⁊ obsequi edictis eius:
et filij ꝓpli nostri ꝓpter hec alienabant
se a nobis. Et quicūq; inueniebātur
ex nobis interficiebant: et hereditates
nostre diripiebātur. Et non ad nos
tantū extenderūt manū: sed ⁊ in om̄es
fines nostros. Et ecce applicuerūt ho-
die ad arcem in ih̄rlm occupare eam:
et munitionē in bethsurā munierūt.
Et nisi p̄ueneris eos veloci⁹ maiora
q̄ȝ hec facient: et non poteris obtinere
eos. Et iratus est rex ut hec audiuit:
et conuocauit om̄es amicos suos et
principes exercitus sui: ⁊ eos qui sup
equites erant. Sed ⁊ de regnis alijs et
de insulis maritimis venerūt ad eū:
exercit⁹ conductici⁹. Et erat numerus
exercit⁹ eius centummilia peditum et
viginti milia equitū: ⁊ elephāti trigin-
taduo docti ad p̄liū. Et venerunt per
ydumeā ⁊ applicuerūt ad bethsuram:
et pugnauerūt dies multos: ⁊ fecerūt
machinas. Et exierūt et succenderunt
eas igni: et pugnauerūt viriliter. Et
recessit iudas ab arce: ⁊ mouit castra
ad bethzacharan contra castra regis.
Et surrexit rex ante lucem: et cōcitauit
exercitus impetū contra viam bethza-
charan. Et comparauerūt se exercitus
in p̄liū: et tubis cecinerūt. Et elephan-
tis ostenderunt sanguinē uue et mori:
ad acuendos eos in p̄liū. Et diuiserūt
bestias per legiones: ⁊ astiterūt singu-
lis elephātis mille viri in loricis con-
cathenatis et galee ere ī capitibȝ eoꝝ:
et quingēti equites ordinati unicuiq;
bestie electi erant. Hij ante tempus ubi-
cumq; erat bestia ibi erāt: et quocūq;
ibat ibāt: ⁊ nō discedebāt ab ea. Sed
et turres lignee sup eos firme ꝓtegētes
sup singulas bestias: ⁊ super eas ma-
chine. Et super singulas viri virtutis
triginta duo qui pugnabāt desup: et

intus magister bestie. Et residuū exta-
tum hinc et inde statuit in duas par-
tes: tubis exercitū cōmouere. et purge-
re constipatos in legionibȝ eiꝰ. Et ut
refulsit sol in clipeos aureos et ereos
resplēduerūt mōtes ab eis: ⁊ resplēdu-
erūt sicut lāpades ignis. Et distincta est
pars exercitꝰ regis p mōtes excelsos: et
alij p loca humilia: ⁊ ibāt caute et or-
dinate. Et cōmouebātur omēs inhabi-
tantes terrā a voce multitudinis eoꝝ: et
incessu turbe ⁊ collisione armoꝝ. Erat
enī exercitus magnus valde et fortis.
Et appropiauit iudas et exercitus eiꝰ
in preliū: et ceciderūt de exercitu regis
sexcenti viri. Et vidit eleazar filiꝰ sau-
ra unā de bestijs loricatā loricis regis:
et erat eminēs sup ceteras bestias: Et
visum est ei q in ea esset rex: et dedit se
ut liberaret ppłm suū: ⁊ acquireret sibi
nomen eternū. Et cucurrit ad eam au-
dacter in medio legionis interficiens
a dextris ⁊ a sinistris: ⁊ cadebant ab
eo huc atqȝ illuc. Et iuit sub pedes ele-
phātis et supposuit se ei: et occidit eū
et cecidit in terram super ipm: et mor-
tuus est illic. Et vidētes virtutem regis
⁊ impetū exercitus eiꝰ. diuerterūt se ab
eis. Castra autem regis ascenderūt cō-
tra eos in ihrlm: et applicuerūt castra
regis ad iudeam et montem syon. Et
fecit pacem cū hijs q erāt ī bethsura. ⁊
exierūt de ciuitate quia non erant eis
ibi alimenta conclusis: quia sabbata
erant terre. Et cōphendit rex bethsu-
ram et constituit ibi custodiā seruare
eam: et cōuertit castra ad locū sancti-
ficationis dies multos. Et statuit illic
balistas ⁊ machinas. ⁊ ignis iacula
⁊ tormēta ad lapides iactādos: et spi-
cula. ⁊ scorpios. ad mittendas sagit-
tas. ⁊ fundibula. Fecerūt autem et ipi
machinas aduersus machinas eoꝝ:
et pugnauerūt dies multos. Esce autē
non erant in ciuitate eo q septimus
annus esset: et qui remāserant ī iudea
de gentibȝ consūpserant reliquias eoꝝ
que reposite fuerant. Et remanserunt
in sanctis viri pauci quoniā obtinu-
erat eos fames: ⁊ dispersi sūt unusquis-
qȝ ī locū suū. Et audiuit lisias q phi-
lippus quē cōstituerat rex antiochus
cū adhuc viueret ut nutriret antiochū
filiū suū et regnaret. reuersus esset a per-
side ⁊ media ⁊ exercitus qui abierat cū
ipso: et quia querit suscipere regni ne-
gocia. Et festinauit ire: ⁊ dicere ad re-
gem et duces exercitus. Deficimꝰ coti-
die et esca nobis modica est: et locus
quem obsidemꝰ est munitꝰ: ⁊ incūbit
nobis ordinare de regno. Nūc itaqȝ
demus dexteras hominibȝ istis: et fa-
ciamus cū illis pacem ⁊ cū omni gen-
te eoꝝ: ⁊ constituamꝰ illis ut ambulēt
in legitimis suis sicut prius. Propter
legitima enī ipsoꝝ que despeximꝰ irati
sunt: et fecerūt omnia hec. Et placuit
sermo in conspectu regis et principū:
et misit ad eos pacem facere et receperūt
illā: et iurauit illis rex et principes et
exierūt de municione. Et intrauit rex
montem syon et vidit municionem
loci: et rupit citius iuramentū quod
iurauit: et mandauit destruere murū
ī giro. Et discessit festinanter ⁊ reuersus
est antiochiā: et inuenit philippum
dominātem ciuitati: ⁊ pugnauit ad-
uersus eū ⁊ occupauit ciuitatē. c. vii.
Anno centesimoquinquagesimo
et primo exiuit demetrius seleuci
filius ab urbe roma: et ascendit cum
paucis viris in ciuitatem maritimā:
et regnauit illic. Et factū est ut ingres-
sus est domū regni patrum suorum

comp̄hendit exercitus antiochū et lisi-
am ut adducerent eos ad eū; et res ei
innotuit: et ait. Nolite michi ostende-
re faciem eoꝝ. Et occidit eos exercitus.
Et sedit demetrius super sedem regni
sui: et uenerūt ad eū uiri iniqui et im-
pii ex isrl'. et alchim⁹ dux eoꝝ: qui uo-
lebat fieri sacerdos. Et accusauerunt
p̄p̄lm apud regem dicentes. Perdidit
iudas et frēs ei⁹ amicos tuos. et nos
disꝑdidit de terra nostra. Nunc ergo
mitte uirū cui credis ut eat et uideat
exterminiū omne quod fecit nobis ī
regionibȝ regis: et puniat om̄es ami-
cos eius et adiutores eorū. Et elegit
rex ex amicis suis bachidem qui domi-
nabat̄ trans flumen magnū ī regno
et fidelem regi: et misit eum ut uideret
exterminiū quod fecit iudas. Sed et
alchimū impiū cōstituit ī sacerdotiū:
et mandauit ei facere ulcionem ī filios
isrl'. Et surrexerūt et uenerūt cū exercitu
magno in terram iuda: et miserunt
nuncios et locuti sūt ad iudam et ad
fratres eius uerbis pacificis in dolo:
et nō intenderūt sermonibȝ eoꝝ. Vide-
runt enī quia uenerunt cū exercitu ma-
gno: et cōuenerūt ad alchimū ⁊ bachi-
dem congregatio scribarū requirere q̄
iusta sūt. Et primi assidei qui erāt in
filiis isrl': et exquirebant ab eis pacem.
Dixerūt enī. Homo sacerdos de semi-
ne aaron uenit: non decipiet nos. Et
locut⁹ est cū eis uerba pacifica: ⁊ iura-
uit illis dicens. Non inferam⁹ uobis
malū: neqȝ amicis uestris. Et credide-
runt ei. Et cōprehēdit ex eis sexaginta
uiros: et occidit eos in una die secun-
dum uerbū quod scriptū est. Carnes
sanctorū tuorū et sanguinem ipsorū
effuderūt ī circuitu ihrl'm: et nō erat q̄
sepeliret. Et incubuit timor et tremor
in omnem p̄p̄lm: quia dixerūt. Nō est
ueritas et iudiciū in eis. Transgressi
sunt enī constitutū: et iusiurandū qḋ
iurauerūt. Et mouit bachides castra
ab ihrl'm et applicuit in bethzecha: et
misit ⁊ comp̄hendit multos ex eis qui
a se refugerant: et quosdam de p̄plo
mactauit: et in puteū magnū p̄iecit.
Et cōmisit regionem alchimo: et reli-
quit cū eo auxiliū in adiutorium ipsi.
Et abiit bachides ad regem. Et satis
agebat alchimus pro principatu sa-
cerdotii sui. Et cōuenerūt ad eū omnes
qui perturbabāt p̄p̄lm suū: et obtinu-
erunt terram iuda: et fecerūt plagam
magnā ī isrl'. Et uidit iudas omnia
mala que fecit alchimus et q̄ cum eo
erant filiis isrl' plus multo q̄ gentes:
et exiit in omnes fines iudee ī circuitu.
⁊ fecit uindictam in uiros desertores:
⁊ cessauerūt ultra exire in regione. Vi-
dit autem alchimus quod p̄ualuit
iudas et qui cū eo erant. et cognouit
quia nō potest sustinere eos: et regres-
sus est ad regē: ⁊ accusauit eos multis
criminibȝ. Et misit rex nichanorem
unū ex principibȝ suis nobilioribȝ. q̄
erat inimicicias exercens contra isrl': ⁊
mandauit ei euertere p̄p̄lm. Et uenit
nichanor ī ihrl'm cū exercitu magno:
et misit ad iudam et ad fratres ei⁹ cū
dolo uerbis pacificis dicens. Non sit
pugna inter me ⁊ uos. Veniā cū uiris
paucis: ut uideam facies uestras cum
pace. Et uenit ad iudam et salutaue-
runt se inuicem pacifice: et hostes pa-
rati erant rapere iudā. Et innotuit ser-
mo iude quoniā cū dolo uenerat ad
eum: et conterritus est ab eo: ⁊ amplius
noluit uidere faciem ei⁹. Et cognouit
nichanor qm̄ denudatū est cōsilium
eius: et exiuit obuiam iude in pugnā

iuxta capharsalama. Et ceciderūt de
nichanoris exercitu fere quinq; milia
viri: et fugerunt in ciuitatē dauid. Et
post hec verba ascendit nichanor in
montem syon: et exierunt de sacerdo-
tibus ppli salutare eū in pace: et demon-
strare ei olocaustomata q̄ offerebant
pro rege. Et irridens spreuit eos et pol-
luit: et locutus est suphe: et iurauit cū
ira dicens. Nisi traditus fuerit iudas
et exercitus ei⁹ in manus meas: conti-
nuo cū regressus fuero in pace succen-
dam domū istam. Et exijt cū ira ma-
gna. Et intrauerunt sacerdotes et stete-
runt ante faciem altaris et templi: et
flentes dixerūt. Tu dn̄e elegisti domū
istā ad inuocandū nomen tuū in ea:
ut esset dom⁹ orōnis et obsecracōnis
ppl'o tuo. Fac vindictā i homine isto
et exercitu ei⁹: et cadant in gladio. Me-
mento blasphemias eoꝝ: et ne dederis
eis ut pmaneāt. Et exijt nichanor ab
ihrlm et castra applicuit ad bethoron:
et occurrit illi exercitus sirie. Et iudas
applicuit in adarsa cū tribusmilibus
viris. Et orauit iudas et dixit. Qui
missi erāt a rege sennacharib domine
quia blasphemauerūt te: exijt angelus
et pcussit ex eis centūoctogintaquinq;
milia: sic contere exercitum istū in con-
spectu nostro hodie: et sciant ceteri quia
male locutus est sup sancta tua: et iu-
dica illū secūdum maliciam illi⁹. Et
commiserunt exercitus pliū terciade-
cima die mensis adar: et contrita sūt
castra nichanoris: et cecidit ipe prim⁹
in plio. Ut autem vidit exercitus eius
quia cecidisset nichanor proiecerūt ar-
ma sua et fugerūt: et psecuti sunt eos
viā vnius diei ab adazer usquequo
veniatur in gazara: et tubis cecinerūt
post eos cū significacionibȝ. Et exierūt
de omnibȝ castellis iudee in circuitu:
et ventilabāt eos cornibus: et conuer-
tebantur iterū ad eos. Et ceciderunt o-
mnes gladio: et non est relictus ex eis
nec unus. Et acceperūt spolia eoꝝ et
predam: et caput nichanoris ampu-
tauerūt et dexterā eius quā extenderat
suphe: et attulerūt et suspenderūt con-
tra ihrlm. Et letatus est ppls valde: et
egerūt diem illā in leticia magna. Et
constituit agi omnibȝ annis diē istā
terciadecima die mensis adar: et siluit
terra iuda dies paucos. c. viii.

Et audiuit iudas nomen roma-
norū quia sūt potentes viribus
et acquiescūt ad omnia q̄ postulant
ab eis: et quicūq; accesserūt ad eos sta-
tuerunt cū eis amicicias: et quia sunt
potentes viribȝ. Et audierūt plia eoꝝ
et virtutes bonas quas faciūt in ga-
lacia: quia obtinuerūt eos et duxerūt
sub tributū. Et quāta fecerūt in regio-
ne hispanie: et qd in potestatem rede-
gerunt metalla argenti et auri q̄ illic
sūt: et possederūt omnē locū cōsilio suo
et paciencia: loca que longe erāt valde
ab eis et reges qui supuenerant eis ab
extremis terre cōtriuerūt: et percusserūt
eos plaga magna. Ceteri autē dant
eis tributū omnibȝ annis. Et philip-
pum persen cetheorū regem: et ceteros q̄
aduersus eos arma tulerant contriue-
runt bello: et obtinuerūt eos. Et anti-
ochum magnū regem asie qui eis pu-
gnam intulerat habens centūuiginti
elephātes et equitatū et currus et exer-
citum magnū valde contritū ab eis:
et quia ceperūt eū viuū et statuerunt ei
ut daret ipe et qui regnauerunt post
ipsū tributū magnū: et daret obsides
et constitutū. Et regionem medorū et
medos et lidos de optimis regionibȝ

eoꝝ: et acceptas eas ab eis dederūt eu-
meni regi. Et quia qui erant apud hel-
ladam voluerunt ire et tollere eos: et
innotuit sermo hijs ⁊ miserūt ad eos
ducem unum ⁊ pugnauerūt contra il-
los ⁊ ceciderūt ex eis multi: ⁊ captiuas
duxerūt uxores eoꝝ et filios et diripue-
runt eos et terrā eoꝝ possederūt: et de-
struxerūt muros eoꝝ: et in seruitutem
illos redegerunt usq; in hūc diem. Et
residua regna et insulas q̄ aliquādo
restiterant illis exterminauerunt: et in
potestatē redegerunt. Cū amicis autē
suis ⁊ q̄ in ipis requiē habebāt conser-
uauerūt amiciciā: ⁊ obtinuerūt regna
que erant proxima et que erāt longe:
quia quicūq; audiebāt nomen eoꝝ ti-
mebāt eos. Quibꝫ vero vellent auxilio
esse ut regnarēt regnabāt. Quos autē
vellent regno deturbabant: et exaltati
sūt valde. Et ī omībꝫ istis nemo porta-
bat diadema: nec induebat purpura:
ut magnificaret in ea. Et quia curiā
fecerunt sibi: et cottidie consulebāt tre-
centos viginti consiliū agentes semper
de multitudine: ut que digna sūt ge-
rant. Et cōmittūt uni homini magi-
stratū suū per singulos annos dn̄ari
univ̄se terre sue: et oēs obediūt uni:
et nō est inuidia neq; zelus inter eos.
Et elegit iudas eupolemū filiū iohan-
nis filij iacob et iasonem filiū eleaza-
ri ⁊ misit eos romam constituere cum
illis amiciciā ⁊ societatem: et ut auffer-
rent ab eis iugum grecorum: quia
viderunt q̄ in seruitutem premerent re-
gnum isrl̄. Et abierūt romam viam
multam valde: et introierūt curiam ⁊
dixerūt. Judas machabeus et fratres
eius et ppl̄s iudeoꝝ miserunt nos ad
vos statuere vobiscū societatem et pa-
cem: et cōscribere nos socios ⁊ amicos
vestros. Et placuit sermo in cōspectu
eoꝝ. Et hoc rescriptū quod rescripserūt
in tabulis ereis: et miserunt in ihrl̄m
ut esset apud eos ibi memoriale pacis
et societatis. Bene sit romanis et gen-
ti iudeoꝝ ī mari et ī t̄ra ineternū: gladi-
usq; et hostis ꝓcul sit ab eis. Qđ si in-
stiterit bellum romanis prius aut o-
mnibꝫ socijs eorū in omni dn̄atione
eoꝝ: auxiliū feret gens iudeorū prout
tempus dictauerit corde pleno. Et pre-
liantibꝫ non dabūt neq; subministra-
bunt triticū arma pecuniā naues sicut
placuit romanis: et custodient man-
data eoꝝ nichil ab eis accipientes. Si-
militer autem et si genti iudeoꝝ prius
acciderit bellū adiuuabūt romani ex
animo prout eis tempus permiserit: ⁊
adiuuantibus non dabitur triticum
arma pecunia naues sicut placuit ro-
manis: et custodient mandata eorū
absq; dolo. Secūdum hec verba con-
stituerūt romani ppl̄o iudeoꝝ. Quod
si post hec v̄ba hij aut illi addere aut de-
mere ad hec aliquid voluerint facient
ex ꝓposito suo: et q̄cūq; addiderint uel
dempserint rata erūt. Sed et de malis
que demetrius rex fecit in eos scripsim⁹
ei dicentes. Quare grauasti iugū tuū
sup amicos nostros ⁊ socios iudeos?
Si ergo iterū adierint nos aduersum
te faciemus illis iudicium: et pugna-
bimus tecum mari terraq;. c. ix.

Interea ut audiuit demetrius quia ce-
cidit nichanor et exercit⁹ eius ī prelio:
apposuit bachidem et alchimū rursū
mittere in iudeam: et dextexū cornu cū
illis. Et abierūt viā que ducit in gal-
galam: ⁊ castra posuerūt ī masaloth
que est in arbellis et occupauerūt eā:
et peremerūt animas hominū multas.
In mense primo anni centesimi et

quinquagesimi ⁊ secũdi applicuerunt
exercitũ ad ihrlm: et surrexerũt et abie-
runt in berea uiginti milia uirorum et
duo milia equitũ. Et iudas posuerat
castra in laisa: et tria milia uiri electi
cum eo. Et uiderũt multitudinẽ exerci-
tus quia multi sũt et timuerũt ualde:
et multi subtraxerũt se de castris: ⁊ nõ
remanserunt ex eis nisi octingenti uiri.
Et uidit iudas quod defluxit exercit⁹
suus et bellũ urgebat eũ: et cõfractus
est corde quia non habebat tempus
congregandi eos: et dissolut⁹ est. Et
dixit hijs qui residui erãt. Surgam⁹
et eamus ad aduersarios nostros: si
poterim⁹ pugnare aduersus eos. Et
auertebãt eũ dicentes. Non poterim⁹:
sed liberem⁹ animas nostras modo ⁊
reuertamur ad fratres nostros: et tunc
pugnabim⁹ aduersus eos. Nos autẽ
pauci sum⁹. Et ait iudas. Absit istã
rem facere: ut fugiam⁹ ab eis. Et si ap-
propiauit tempus nostrũ moriamur
in uirtute ꝓpter fratres nostros: et nõ
inferam⁹ crimen glorie nostre. Et mo-
uit exercitus de castris: et steterũt illis
obuiam. Et diuisi sũt equites ĩ duas
partes: et fũdibularij ⁊ sagittarij pre-
ibant exercitũ: ⁊ primi certaminis omnes
potentes. Bachides autem erat ĩ dextro
cornu: et proximauit legio ex duabus
partibus: et clamabãt tubis. Exclama-
uerũt autẽ ⁊ hij q̃ erãt ex parte iude etiã
ipsi: ⁊ cõmota ẽ terra a uoce exercituũ:
et commissũ est p̃liũ a mane usq; ad
uesperam. Et uidit iudas q̃d firmior
est pars exercitus bachidis in dextris:
et conuenerũt cũ ipso omnes cõstantes
corde· et cõtrita est dextra pars ab eis:
et p̃secut⁹ est eos usq; ad montẽ azoti.
Et qui in sinistro cornu erant uiderũt
quod cõtritum est dextrũ cornu: ⁊ secuti

sunt post iudã et eos qui cũ ip̃o erant
a tergo. Et ingrauatũ est p̃liũ: et ceci-
derunt uulnerati multi ex hijs et ex illis.
Et iudas cecidit: et ceteri fugerũt. Et io-
nathas et simon tulerũt iudam frãm
suũ: ⁊ sepelierũt eũ in sepulcro patrum
suorum in ciuitate modin. Et fleuerunt
eum omis p̃pls isrl̃ planctu magno:
et lugebant dies multos: et dixerunt.
Quomodo cecidit potens qui saluũ
faciebat p̃plm isrl̃. Et cetera uerba bel-
lorũ iude et uirtutũ quas fecit et ma-
gnitudinis eius non sunt descripta.
Multa enĩ erant ualde. Et factũ ẽ post
obitum iude emerserũt iniqui ĩ omnib;
finibus isrl̃: et exorti sunt omnes qui
operabant̃ iniquitatẽ. In dieb; illis
facta est fames magna ualde: et tra-
didit se bachidi omnis regio eorũ cũ
ipsis. Et elegit bachides uiros impios
et cõstituit eos dominos regionis: ⁊
exquirebãt et perscrutabãtur amicos
iude· et adducebãt eos ad bachidem:
et uindicabat in illos et illudebat. Et
facta ẽ tribulatio magna in isrl̃: q̃lis
non fuit ex die qua nõ est uisus ꝓphe-
ta in isrl̃. Et cõgregati sũt omnes ami-
ci iude: et dixerũt ionathe. Ex quo fra-
ter tuus iudas defunctus est: uir simi-
lis ei nõ est qui exeat contra inimicos
bachidem et eos qui inimici sũt gẽtis
nostre. Nunc itaq; te hodie eligimus
esse p̃ eo nobis in principem et ducẽ
ad bellandũ bellũ nostrũ. Et suscepit
ionathas tempore illo principatũ: et
surrexit loco iude fratris sui. Et cogno-
uit bachides: et querebat eũ occidere.
Et cognouit ionathas ⁊ simon frater
eius et omnes qui cũ eo erant: et fuge-
runt in desertũ thecue: et cõsederũt ad
aquam lacus asphar. Et cognouit
bachides: et die sabbatorũ uenit ipse

et omnis exercitus eius trans iordanem.
Et ionathas misit fratrē suū ducem
ppli: ⁊ rogauit nabutheos amicos su-
os ut comodarēt illis apparatū suū:
qui erat copiosus. Et exierūt filij iam-
bri ex madaba et cōprehenderūt iohan-
nem et oīa que habebat: et abierunt
habentes ea. Post hec verba renunci-
atum est ionathe et symoni fratri eius:
quia filij iambri faciūt nuptias ma-
gnas et ducūt sponsam ex madaba fi-
liam unius de magnis principibus
chanaan cum ambitione magna. Et
recordati sūt sanguinis iohānis frīs
sui: ⁊ ascēderūt ⁊ abscōderūt se sub tegi-
mento montis. Et eleuauerūt oculos
suos ⁊ viderunt: ⁊ ecce tumultus ⁊ appa-
ratus multus. ⁊ spōsus processit ⁊ ami-
ci eius ⁊ fratres eius obuiam illis cum
tympanis ⁊ musicis ⁊ armis multis.
Et surrexerūt ad eos ex insidijs et occi-
derūt eos: ⁊ ceciderūt vulnerati multi:
et residui fugerūt in montes. Et acce-
perunt omnia spolia eorū: ⁊ cōuerse sūt
nuptie in luctū: et vox musicorū ipsorū
in lamentū. Et vindicauerunt vindi-
ctam sanguinis frīs sui: et reuersi sūt
ad ripā iordanis. Et audiuit bachi-
des: ⁊ venit die sabbatorū usq; ad orā
iordanis in virtute multa. Et dixit
ad suos ionathas. Surgamus et pu-
gnemus cōtra inimicos nrōs. Non est
enī hodie sicut heri et nudiustercius.
Ecce enim bellū ex aduerso: aqua vero
iordanis hinc et inde ⁊ ripe ⁊ paludes
et saltus: et non est locus diuertendi.
Nūc ergo clamate ī celū: ut liberemini
de manu inimicorū vestrorū. Et cōmis-
sum est bellum. Et extendit ionathas
manū suā percutere bachidem: ⁊ diuer-
tit ab eo retro. Et dissiliit ionathas ⁊
q cū eo erāt ī iordanē: ⁊ trāsnatauerūt
ad eos iordanē. Et ceciderunt de par-
te bachidis die illa mille viri: ⁊ reuersi
sunt in ierusalē. Et edificauerūt ciui-
tates munitas in iudea: munitionē
que erat in iericho. et in ammaum. et
in bethoron. ⁊ bethel ⁊ thamnata ⁊ pha-
ra et thopo muris excelsis et portis et
seris. Et posuit custodiā in eis: ut ini-
micicias exercerēt ī isrl. Et muniuit ci-
uitatē bethsurā et gazarā. et arcē et po-
suit in eis auxilia et apparatū escarū: ⁊
accepit filios principū regionis obsi-
des: et posuit eos in arce in ierlm in
custodiam. Et anno centesimo quin-
quagesimo tercio mense scdo precepit al-
chimus destrui muros domus sancte
interioris: et destrui opa pphāz. Et ce-
pit destruere. In tēpore illo percussus ē al-
chimus ⁊ impedita sunt opa illius: ⁊
occlusum ē os eius et dissolutus est pa-
ralisi: nec ultra potuit loqui verbum
et mādare de domo sua. Et mortuus
est alchimus in tēpore illo cū tormēto
magno. Et vidit bachides qm mortuus
est alchimus: et reuersus est ad regem:
et siluit terra annis duobz. Et cogita-
uerūt omnes iniqui dicentes. Ecce io-
nathas et qui cū eo sunt in silentio ha-
bitāt confidētes. Nūc ergo adducamus
bachidem: et cōphēdet eos omnes
una nocte. Et abierūt: et consilium ei
dederūt. Et surrexit ut veniret cum exer-
citu multo. Et misit occulte epistolas
socijs suis qui erāt ī iudea ut cōprehen-
derent ionathan. ⁊ eos qui cū eo erāt:
sed nō potuerūt: quia innotuit eis con-
siliū eorū. Et apphendit de viris regi-
onis qui principes erant milicie quin-
quaginta viros: ⁊ occidit eos. Et se-
cessit ionathas ⁊ symon ⁊ qui cum eo
erant in bethbesan que est in deserto: ⁊
extruxit diruta eius: et firmauerūt eā.

Et cognouit bachides et cōgregauit
uniūsam multitudinē suā: et hijs qui
de iudea erant denūciauit. Et venit ꝛ
castra posuit desup bethbesse: et oppu-
gnauit eā dies multos: ꝛ fecit machi-
nas. Et reliquit ionathas symonem
fratrem suū in ciuitate et exiuit ī regi-
onem: ꝛ venit cū numero ꝛ percussit o-
daren et frēs eius ꝛ filios phaseron in
tabernaculis ipoꝝ: ꝛ cepit cedere ꝛ cresce-
re ī virtutibȝ. Simon vero et qui cum
ipso erant exierūt de ciuitate et succen-
derunt machinas: ꝛ pugnauerūt ɔtra
bachidem: ꝛ contritus ē ab eis. Et affli-
xerunt eum valde: qm̄ consilium eius
ꝛ congressus eius erat inanis. Et ira-
tus contra viros iniquos qui ei cōsi-
lium dederāt ut veniret in regionem
ipoꝝ. multos ex eis occidit. Ipse autē
cogitauit cum reliquis abire ī regio-
nem suam. Et cognouit ionathas et
misit ad eū legatos. cōponere pacem
cum ipō: ꝛ reddere ei captiuitatem. Et
libenter accepit: et fecit secūdum verba
ei9: et iurauit se nichil facturū ei mali
omnibus diebus vite eius. Et reddi-
dit ei captiuitatē quā prius erat p̄da-
tus de terra iuda. Et conuersus abijt
ī terram suā: et nō apposuit amplius
venire ī fines ei9. Et cessauit gladius
ex isrl'. Et habitauit ionathas ī mag-
mas: ꝛ cepit ionathas ibi iudicare po-
pulū: ꝛ exterminauit impios ex isrl'. C.x
Et āno centesimosexagesimo ascen-
dit alexāder antiochi filius qui
cognominat9 ē nobilis ꝛ occupauit
ptolomaidam: et receperūt eum: et re-
gnauit illic. Et audiuit demetrius rex
ꝛ congregauit exercitū copiosū valde:
et exiuit obuiam illi in p̄lium. Et mi-
sit demetrius epistolam ad ionathan.
verbis pacificis: ut magnificaret eum

Dixit enim. Anticipemus facere pacem
cum eo: p'usq̄ faciat cum alexandro
aduersum nos. Recordabitur enim o-
mniū maloꝝ que fecimus in eū. et in
fratrē eius: et in gentē eius. Et dedit ei
potestatē cōgregandi exercitū. et fabri-
care arma: et esse ipm̄ sociū eius: et ob-
sides qui erant in arce iussit tradi ei.
Et venit ionathas in ihrlm: et legit
epistolas ī auditu omnis p̄pli. et eorū
qui in arce erāt. Et timuerunt timore
magno: qm̄ audierunt q͡ dedit ei rex
potestatē congregandi exercitū. Et tra-
diti sunt ionathe obsides: et reddidit
eos parētibus suis. Et habitauit iona-
thas in ihrlm: et cepit edificare. et in-
nouare ciuitatē. Et dixit facientibus
opera ut extruerent muros et montem
syon. in circuitu lapidibȝ quadratis
ad municionem: et ita fecerūt. Et fuge-
runt alienigene qui erant in muniti-
onibus quas bachides edificauerat:
et reliquit unusquisq̄ locum suū et abijt
in terrā suā: tantū in bethsura reman-
serunt aliqui ex hijs qui reliquerant
legem et p̄cepta dei. Erat enī hec eis ad
refugiū. Et audiuit alexander rex pro-
missa que p̄misit demetrius ionathe:
ꝛ narrauerūt ei prelia ꝛ virtutes quas
ipē fecit ꝛ fratres eius. ꝛ labores quos
laborauerunt. Et ait. Nunquid inue-
niemus aliquē virū talem? Et nūc fa-
ciemus eum amicū et socium nr̄m. Et
scripsit epistolam: et misit ei scd̄m hec
verba dicens. Rex alexander. fratri io-
nathe salutem. Audiuim9 de te q͡ vir
potens sis viribus: et aptus es ut sis
amicus noster. Et nūc constituimus
te hodie summū sacerdotem gentis tue:
et ut amicus voceris regis. Et misit ei
purpuram et coronam aureā: ut que
nr̄a sunt sentias nobiscū: ꝛ conserues

amicicias ad nos. Et induit se iona-
thas stola sancta septimo mēse · āno
centesimosexagesimo in die solenni
scenophegie. Et congregauit exercitū:
et fecit arma copiosa. Et audiuit de-
metrius verba ista: et contristatus est
nimis. Et ait. Quid hoc fecimus: qđ
preoccupauit nos alexander apphen-
dere amiciciā iudeoꝝ ad munimē sui?
Scribam et ego illi verba depcatoria
et dignitates et dona: ut sit mecū i ad-
iutoriū. Et scripsit ei in hec verba. Rex
demetrius · genti iudeoꝝ salutem. Quo-
niam seruastis ad nos pactū ⁊ mansi-
stis in amicicia nostra: et non accessi-
stis ad inimicos nostros: audiuim⁹
et gauisi sumus. Et nūc pseuerate ad-
huc cōseruare ad nos fidē: et retribue-
mus vobis bona pro hijs que fecistis
nobiscū: et remittemus vobis presta-
tiones multas ⁊ dabim⁹ vobis dona-
tiones. Et nūc absoluo vos et omēs
iudeos a tributis: et pcia salis indul-
geo: et coronas remitto. Et tercias se-
minis · ⁊ dimidiā partē fruct⁹ ligni qđ
est porcionis mee relinquo vobis ex
hodierno die et deinceps: ne accipia-
tur a terra iuda · ⁊ a tribus ciuitatibus
que addite sunt illi ex samaria et ga-
lilea: ex hodierna die et in totū tempus.
Et iherusalem sit sancta et libera cum
finibus suis: et decime et tributa ipius
sint. Remitto eciā potestatē arcis que
est in ihrlm et do eam summo sacer-
doti: ut cōstituat i ea viros quoscūq;
ipse elegerit qui custodiant eam. Et o-
mnem animam iudeoꝝ que captiua
est a terra iuda in omni regno meo re-
linquo liberā gratis: ut omēs a tribu-
tis soluant eciā pecoꝝ suoꝝ. Et omēs
dies solemnes ⁊ sabbata · et neomenie
et dies decreti · et tres dies ante diem

solemnē · et tres dies post diē solemnē
sint omēs immunitatis ⁊ remissionis
omnib; iudeis qui sunt in regno meo.
Et nemo habebit potestatem agere ali-
quid: ⁊ mouere negocia aduersus ali-
quem illorū i omni causa. Et ut ascri-
bant ex iudeis in exercitu regis ad tri-
gintamilia virorum. Et dabunt illis
copie ut oportet omīb; exercitib; regis:
et ex eis ordinabuntur qui sint in mu-
nitōnib; regis magni. Et ex hijs con-
stituentur supra negocia regni que a-
guntur ex fide: et principes sint ex eis
et ambulent legibus suis. sicut pcepit
rex in terra iuda. Et tres ciuitates que
addite sunt iudee ex regione samarie
cum iudea reputētur ut sint sub uno:
et non obediant aliene potestati nisi
summo sacerdoti: ptolomaida ⁊ con-
fines eius quas dedi donū sanctis qui
sunt i ihrlm ad necessarios sumptus
sanctoꝝ. Et ego dabo singulis annis
quindecim milia siclorum argenti de
rationibus regis que me cōtingunt:
et omne qđ reliquū fuerit quod non
reddiderāt qui sup negocia erant an-
nis prioribus: ex hoc dabunt in opa
domus. Et sup hec quinq; milia siclorū
argenti que accipiebāt de sanctorum
ratione p singulos ānos: ⁊ hec ad sa-
cerdotes ptineant qui ministerio fun-
guntur. Et quicumq; confugerint in
templū quod est iherosolimis et in o-
mnibus finibus eius obnoxij regi in
omī negotio dimittantur: et vniūsa
que sunt eis i regno meo libera habeāt.
Et ad edificāda vel restauranda opa
sanctorum sumptus dabūtur de rati-
one regis: et ad extruēdos muros in
iherusalem · et cōmuniēdos i circuitu
sumptus dabūtur de ratione regis: ⁊
ad cōstruendos muros in iudea. Et

audiuit autem ionathas et p̄plus ser-
mones istos·non crediderunt eis nec
receperunt eos: quia recordati sūt ma-
licie magne quā fecerat in israhel: et
tribulauerat eos valde. Et cōplacuit
eis in alexandrum: quia ipē fuerat eis
princeps sermonū pacis: ⁊ ipi auxiliū
ferebant omībȝ diebȝ. Et congregauit
rex alexāder exercitū magnū: et admo-
uit castra contra demetriū. Et commi-
serunt p̄lium reges ⁊ fugit exercitus de-
metrij: et insecutus est eum alexander:
et incubuit sup eos. Et inualuit p̄liū
nimis·donec occidit sol: ⁊ cecidit deme-
trius in illa die. Et misit alexander ad
ptolomeum regē egipti legatos·scḋm
hec verba dicens. Quoniā regressus
sum in regnum meū et sedi in sede pa-
trum meoꝝ ⁊ obtinui principatum et
contriui demetriū · et possedi regionē
nostram · et commisi pugnam cū eo
et contritus est ipē et castra eius a no-
bis ⁊ sedemus ī sede regni eius: et nūc
statuamus adinuicē amiciciam et da
michi filiā tuam uxorem: et ero gener
tuus: et dabo tibi dona ⁊ ipi dignitatē.
Et respōdit rex ptolomeus dicēs. Fe-
lix dies in qua reuersus es ad terram
patrū tuoꝝ: et sedisti in sede regni eoꝝ.
Et nunc faciā tibi que scripsisti: sed
occurre michi ptolomaidam ut vide-
amus inuicē nos: ⁊ spondeā tibi sicut
dixisti. Et exiuit ptolomeus de egipto
ipē et cleopatra filia eius: et venit pto-
lomaidam anno centesimo sexagesi-
mosc̄do. Et occurrit ei alexander rex:
Et dedit ei cleopatrā filiam suā: et fe-
cit nuptias eius ptolomaide·sicut re-
ges in magna gloria. Et scripsit ale-
xander rex ionathe: ut veniret obuiā
sibi. Et abijt cū gloria ptolomaidā ⁊
occurrit ibi duobus regibus: et dedit
illis argentum multū et auꝝ ⁊ dona:
et inuenit gratiam in cōspectu eorum.
Et cōuenerūt aduersus eum viri pesti-
lentes ex isrl' viri iniqui interpellantes
aduersus eū: et nō intendit ad eos rex.
Et iussit spoliari ionathan vestibus
suis: et indui eum purpura. Et ita fe-
cerunt. Et collocauit eum rex sedere se-
cum: dixitq; principibȝ suis. Exite cū
eo in medium ciuitatis: ⁊ predicate ut
nemo aduersus eum interpellet de ullo
negotio: nec quisq̄ ei molestus sit de
ulla ratione. Et factum est ut viderunt
qui interpellabāt gloriā eius que pre-
dicabatur·⁊ opertum eū purpura: fuge-
runt omnes. Et magnificauit eū rex:
et scripsit eum inter primos amicos:
et posuit eū ducem et participem prin-
cipatus. Et reuersus est ionathas in
iherusalem: cū pace et leticia. In āno
centesimo sexagesimoquinto venit de-
metrius filius demetrij a creta in terrā
patrū suoꝝ. Et audiuit alexander rex
et cōtristatus est valde: et reuersus est
antiochiā. Et cōstituit demetrius rex
appolonium ducem qui preerat celesy-
rie: et cōgregauit exercitū magnum et
accessit ad iamniā: et misit ad iona-
than summū sacerdotē dicens. Tu so-
lus resistis nobis. Ego autem factus
sum in derisum et in opprobriū: ppter-
ea quia tu potestatem aduersum nos
exerces in montibȝ. Nunc ergo si con-
fidis ī virtutibus tuis descende ad nos
in campū ⁊ comparemus illic inuicē:
quia mecū est virtus belloꝝ. Interro-
ga et disce quis sim ego et ceteri qui
auxilio sunt michi: qui et dicūt quia
non potest stare pes vester·ante faciē
nostrā: quia bis in fugā cōuersi sunt
patres tui in terram sua. Et nūc quo-
modo poteris sustinere equitatum et

exercitū tantū in campo ubi nō est la-
pis neq; saxum: neq; locus fugiendi.
Ut audiuit autē ionathas sermones
apollonij: mot⁹ ē animo. Et elegit
decem milia virorꝫ: et exijt ab ierusa-
lem: et occurrit ei symon frater eius in
adiutoriū. Et applicuerunt castra in
ioppen: Et exclusit eū a ciuitate: quia
custodia apollonij ioppe erat: ⁊ oppu-
gnauit eam. Et exterriti qui erāt in ci-
uitate aperuerunt ei: et obtinuit iona-
thas ioppen. Et audiuit apollonius:
et admouit tria milia equitum. et ex-
ercitū multū. Et abijt ī azotum tanꝗ̄
iter faciens: et statim exijt ī campum
eo quod haberet multitudinem equi-
tum et cōfideret in eis. Et insecutus est
eum ionathas in azotum: et commi-
serunt prelium. Et reliquit apollonius
in castris mille equites post eos occul-
te. Et cognouit ionathas quoniam
insidie sunt post se: ⁊ circuierūt castra
eius: et iecerunt iacla in ꝑplm a mane
usq; ad vesperam. Populus autē sta-
bat sicut precepit ionathas: et labora-
uerunt equi eorꝫ. Et eiecit symon exerci-
tum suū: ⁊ cōmisit ꝯtra legionē. Equi-
tes enī fatigati erant: Et contriti sunt
ab eo: et fugerūt. Et qui dispsi sunt per
campū fugerūt in azotum: et intraue-
runt in bethdagon ydolū suū: ut ibi
se liberarēt. Et succēdit ionathas azo-
tum et ciuitates que erant in circuitu
eius: et accepit spolia eorꝫ: ⁊ templum
dagon ⁊ omnes qui fugerūt in illud
succendit igni. Et fuerūt qui ceciderūt
gladio cum hijs qui succensi sunt: fere
octo milia virorꝫ. Et mouit inde iona-
thas castra: et applicuit ea aschalonā:
et exierunt de ciuitate obuiā illi in ma-
gna gloria. Et reuersus est ionathas
in ierusalem cū suis habentibꝫ spolia
multa. Et factū est ut audiuit alexāder
rex sermones istos: addidit adhuc glo-
rificare ionathan. Et misit ei fibulam
auream: sicut consuetudo est dari co-
gnatis regum. Et dedit ei accharon et
omnes fines eius in possessionē. c. xi.

Et rex egipti congregauit exercitū
sicut arenam que ē circa oram
maris. et naues multas: et querebat
obtinere regnū alexandri dolo: et ad-
dere illud regno suo. Et exijt in syriam
verbis pacificis: et aperiebant ei ciui-
tates. et occurrebant ei: quia mādaue-
rat alexander rex exire ei obuiam. eo ꝙ
socer suus esset. Cum autem introiret
ciuitatem ptolomeus: ponebat custo-
dias militum in singulis ciuitatibus.
Et ut appropiauit azoto ostenderunt
ei templū dagon succensū igni: ⁊ azo-
tum et cetera eius demolita et corpora
proiecta: et eorꝫ q̄ cesi erant in bello tu-
mulos. quos fecerant secus viam. Et
narrauerunt regi quia hec fecit iona-
thas: ut inuidiā facerent ei. Et tacuit
rex. Et occurrit ionathas regi ī ioppen
cum gloria: ⁊ inuicem se salutauerūt:
et dormierūt illic. Et abijt ionathas
cum rege usq; ad fluuiū qui vocabatᷣ
eleuther⁹ et reuersus ē ī ierlm. Rex autē
ptolomeus obtinuit dominium ciui-
tatū usq; seleuciam maritimā: et cogi-
tabat in alexandrum consilia mala.
Et misit legatos ad demetrium dicēs.
Ueni componamus inter nos pactū
et dabo tibi filiā meam quā habet ale-
xander: et regnabis in regno patris
tui. Penitet enī me: quod dederim illi
filiā meam. Quesiuit enī me occidere.
Et vituperauit eum: ꝓpterea ꝙ cōcupie-
rat regnum eius. Et abstulit filiā suā
et dedit eā demetrio: et alienauit se ab
alexādro: ⁊ manifestate sūt inimicicie

eius. Et intrauit ptolomeꝰ antiochi-
am: et imposuit duo diademata capi-
ti suo egipti ꝛ asie. Alexander autē rex
erat ī cilicia illis temporibus: quia re-
bellabant qui erant in locis illis. Et
audiuit alexander: ꝛ venit ad eū in bel-
lum. Et produxit ptolomeus rex exer-
citum: et occurrit ei in manu valida:
et fugauit eum. Et fugit alexander in
arabiā: ut ibi protegeretur. Rex autē
ptolomeus exaltatꝰ ē: et abstulit gab-
dihel arabs caput alexandri: et misit
ptolomeo. Et rex ptolomeꝰ mortuus
est in die tercia: et qui erant in muniti-
onibus perierunt ab hijs qui erant in-
tra castra. Et regnauit demetrius āno
centesimoseptuagesimoseptimo. In
diebꝫ illis cōgregauit ionathas eos
qui erant in iudea. ut expugnarēt ar-
cem que est in iherusalem: ꝛ fecerūt con-
tra eam machinas multas. Et abierūt
quidam qui oderant gentem suā viri
iniqui ad regem demetriū: et renuncia-
uerunt ei qꝫ ionathas obsideret arcem.
Et ut audiuit iratus est. et statim ve-
nit ptolomaidam: et scripsit ionathe
ne obsideret arcē: sed occurreret sibi ad
colloquium festinato. Ut audiuit autē
ionathas iussit obsidere. Et elegit de
senioribꝫ isrl' et de sacerdotibꝫ: ꝛ dedit
se periculo. Et accepit auꝝ et argentum
et vestem ꝛ alia xenia multa: ꝛ abijt ad
regem ptolomaidā: et inuenit graciā
in conspectu eius. Et interpellabāt ad-
uersus eū quidam iniqui ex gente sua.
Et fecit ei rex: sicut fecerant ei qui ante
eum fuerāt. Et exaltauit eū in cōspectu
omniū amicoꝝ suoꝝ: ꝛ statuit ei princi-
patum sacerdotij. et quecūqꝫ alia ha-
buit prius preciosa: et fecit eū principē
amicorū. Et postulauit ionathas a
rege ut immunem faceret iudeā et tres
toparchias idest samariā ꝛ confines
eius: ꝛ promisit ei talenta trecenta. Et
cōsensit rex: ꝛ scripsit ionathe epistolas
de hijs omībꝫ hunc modū cōtinentes.
Rex demetrius fratri ionathe salutem
et genti iudeoꝝ. Exemplū epistole quā
scripsimus lastheni parenti nr̄o de vo-
bis misimus ad vos: ut sciretis. Rex
demetrius lastheni parenti salutē. Gen-
ti iudeoꝝ amicis nostris ꝛ cōseruanti-
bus que iusta sunt apud nos decreui-
mus benefacere ꝓpter benignitatē ipoꝝ
quā erga nos habent. Statuimꝰ ergo
illis omēs fines iudee. ꝛ tres ciuitates apherema
liddā et ramathe que addite sunt iu-
dee ex samaria. et omēs confines eaꝝ
sequestrari omībꝫ sacrificantibus in
iherosolimis: p hijs q̄ ab eis priꝰ rex
accipiebat p singulos annos: et pro
fructibus terre et pomoꝝ. Et alia que
ad nos pertinebāt decimarū et tribu-
torū. ex hoc tempore remittimus eis.
et areas salinarū et coronas que no-
bis deferebant̄ omīa ipis cōcedimus:
et nichil horū irritū erit ex hoc et in o-
mne tempus. Nunc ergo curate facere
hoꝝ exemplum: et detur ionathe ꝛ po-
natur ī monte sancto in loco celebri.
Et videns demetrius rex quod siluit
terra ī conspectu suo et nichil ei resistit
dimisit totum exercitū suū unūquēqꝫ
in locum suū. excepto pegrino exercitu
quē traxit ab insulis gentiū: et inimi-
ci erāt ei omīs exercitus patrum eius.
Triphon autem erat quidā partium
alexandri prius: et vidit quoniam o-
mnis exercitus murmurauit cōtra de-
metriū: et iuit ad emalchuel arabem
qui nutriebat antiochum filiū alexan-
dri: ꝛ assidebat ei ut traderet eū ipi: ut re-
gnaret ī loco patris sui. Et renūciauit
ei quāta fecit demetrius: et inimicicias

exercituū eiꝰ aduersus illū. Et mãsit
ibi diebꝫ multis. Et misit ionathas
ad demetriū regem ut eiceret eos qui
in arce erãt in ihrlm: ⁊ qui in p̄sidijs
erant: quia impugnabãt isrl. Et mi-
sit demetrius ad ionathan dicēs. Nō
hoc tantū faciam tibi et genti tue: sed
gloria illustrabo te et gentem tuā cū
fuerit oportunū. Nunc ergo recte fece-
ris si miseris in auxiliū michi viros:
quia discessit omnis exercitus meus.
Et misit ei ionathas tria milia viroꝝ
fortiū anthiochiam. Et venerunt ad
regem: et delectatus est rex in aduentu
eoꝝ. Et cōuenerūt q̄ erãt ī ciuitate· cen-
tū viginti milia viroꝝ: et volebãt interfi-
cere regē. Et fugit rex in aulā, ⁊ occupa-
uerūt qui erant de ciuitate itinera ciui-
tatis: ⁊ ceperūt pugnare. Et vocauit
rex iudeos ī auxiliū: ⁊ cōuenerūt omēs
simul ad eum. Et dispsi sunt omnes
per ciuitatem: ⁊ occiderunt in illa die
centū milia hominū. Et succenderūt
ciuitatē: ⁊ ceperūt spolia multa in illa
die: et liberauerūt regem. Et viderunt
qui erãt de ciuitate q̄ obtinuissent iu-
dei ciuitatē sicut volebãt: ⁊ infirmati
sunt mente sua: ⁊ clamauerūt ad regē
cum p̄cibus dicentes. Da nobis dex-
tras: ⁊ cessent iudei oppugnare nos·
et ciuitatem. Et p̄iecerūt arma sua et
fecerūt pacem. Et glorificati sunt iudei
in cōspectu regis ⁊ in cōspectu omniū
qui erant in regno eius: et nominati
sunt ī regno. Et regressi sunt ī ihrlm:
habentes spolia multa. Et sedit deme-
trius rex in sede regni sui: ⁊ siluit terra
in cōspectu eius. Et mentitꝰ est omnia
quecūqꝫ dixit: et abalienauit se a io-
nathā ⁊ nō retribuit ei secūdm beneficia
que sibi tribuerãt: ⁊ vexabat eum val-
de. Post hec autē reuersus ē triphon
⁊ antiochus cū eo puer adolescens: ⁊
regnauit et imposuit sibi diadema.
Et cōgregati sūt ad eū omēs exercitꝰ
quos disperserat demetrius: et pugna-
uerunt cōtra eum: et fugit ⁊ terga uer-
tit. Et accepit triphon bestias: et obti-
nuit antiochiā. Et scripsit ãtiochus
adolescēs ionathe dicēs. Cōstituo tibi
sacerdotiū: et cōstituo te sup̄ quatuor
ciuitates: ut sis de amicis regis. Et
misit illi vasa aurea ī ministeriū et de-
dit ei potestatē bibēdi ī auro et esse in
purpura: et habere fibulā aureā. Et si-
monem fratrē eiꝰ cōstituit ducē a termi-
nis tyri· usqꝫ ad fines egipti. Et exijt
ionathas et perãbulabat trãs flumē
ciuitates: et cōgregatꝰ est ad eū omīs
exercitꝰ sirie in auxiliū. Et venit ascha-
lonē: ⁊ occurrerūt ei honorifice de ciui-
tate. Et abijt inde gazam et cōduse-
rūt se qui erant gaze· ⁊ obsedit eam:
et succendit que erant in circuitu ciui-
tatis: et p̄datus est eas. Et rogauerūt
gazenses ionathan et dedit illis dex-
tram: et accepit filios eoꝝ obsides· et
misit illos in ihrlm: et p̄ambulauit
regionem usq; damascū. Et audiuit
ionathas qd̄ p̄uaricati sunt pricipes
demetrij in cades que est in galilea cū
exercitu multo volētes eum remouere
a negocio regni: ⁊ occurrit illis: fratrē
autē suū simonē reliquit intra p̄uin-
ciā. Et applicuit simon ad bethsurā·
et expugnabat eam diebus multis:
⁊ conclusit eos. Et postulauerunt ab
eo dextras accipere: ⁊ dedit illis. Et eie-
cit eos inde ⁊ cepit ciuitatē: ⁊ posuit ī
ea p̄sidiū. Et ionathas et castra eius
applicuerunt ad aquam genesar: et
ante lucē vigilauerunt ī campo asor.
Et ecce castra alienigenaꝝ occurrebãt
in campo: et tendebant ei insidias in

montibꝫ:ipſe autē occurrit ex aduerſo.
Inſidie vero exſurrexerūt de locis ſuis:
et cōmiſerunt ꝓlium. Et fugerunt qui
erant ex parte ionathe omnes: et ne-
mo relictus eſt ex eis niſi mathathias
filius abſolomi: et iudas filius cal-
phi. princeps milicie exercitꝰ. Et ſcidit
ionathas veſtimenta ſua: et poſuit
terrā in capite ſuo:et orauit. Et reuer-
ſus ē ionathas ad eos ī ꝓliū: ⁊ ↄuertit
eos ī fugā: ⁊ pugnauerūt. Et viderūt q̄
fugiebāt partis illiꝰ·et reuerſi ſunt ad
eum: ⁊ inſequebantur cum eo omnes
uſqꝫ cades ad caſtra ſua: et peruene-
runt uſqꝫ illuc. Et ceciderūt de alienige-
nis in die illa tria milia virorū: et re-
uerſus eſt ionathas ī iheruſalē. c. xii.

Et vidit ionathas quia tempus
eū iuuat:et elegit viros: ⁊ miſit
eos romā ſtatuere et renouare cū eis a-
miciciā. Et ad ſpartiatas et ad alia
loca miſit epiſtolas ſecūdū eandē for-
mam. Et abierūt romā:et intrauerūt
curiā et dixerunt. Ionathas ſummꝰ
ſacerdos ⁊ gens iudeoꝝ miſerūt nos:
ut renouemus amiciciā et ſocietatem
ſecūdum priſtinū. Et dederūt illis epi-
ſtolas ad ipſos ꝑ loca:ut deducerent
eos in terram iuda cum pace. Et hoc
eſt exemplū epiſtolaꝝ quas ſcripſit io-
nathas ſpartiatis. Ionathas ſum-
mus ſacerdos·⁊ ſeniores gentis·et ſa-
cerdotes·⁊ reliquus populus iudeorū:
ſpartiatis fratribꝫ ſalutē. Iam pridē
miſſe erāt epiſtole ad oniam ſummū
ſacerdotē a dario qui regnabat apud
vos:quoniā eſtis fratres noſtri:ſicut re-
ſcriptū continet qd̄ ſubiectū eſt. Et ſuſ-
cepit onias virū qui miſſus fuerat cū
honore: et accepit epiſtolas in quibꝫ
ſignificabat̄ de ſocietate ⁊ de amicicia.
Nos cū cū nullo hoꝝ indigeremus·
habētes ſolatio ſanctos libros q̄ ſūt ī
manibꝫ noſtris:maluimꝰ mittere ad
vos renouare fraternitatē ⁊ amiciciā:
ne forte alieni efficiamꝰ a vobis. Mul-
ta enim tempora tranſierūt exquo mi-
ſiſtis ad nos. Nos ergo ī omī tēpore
ſine intermiſſione·in diebꝫ ſolemnibꝫ
et ceteris quibus oportet·memores ſu-
mus veſtri in ſacrificijs que offerimꝰ·
et in obſeruationibꝫ:ſicut phas ē ⁊ de-
cet·meminiſſe fratrū. Letamur itaqꝫ de
gloria veſtra. Nos autē circūdederunt
multe tribulationes·et multa ꝓlia:et
impugnauerūt nos reges qui ſunt ī
circuitu noſtro. Noluimꝰ ergo vobis
moleſti eſſe: neqꝫ ceteris ſocijs et ami-
cis noſtris in hijs ꝓlijs. Habuimus
enim de celo auxiliū:et liberati ſumus
nos: et humiliati ſunt inimici noſtri.
Elegimus itaqꝫ numenium āriochi
filiū ⁊ antipatrem iaſonis filiū: ⁊ miſi-
mus ad romanos renouare cum eis
amiciciā ⁊ ſocietatē priſtinā. Manda-
uimꝰ itaqꝫ eis ut veniāt eciā ad vos
et ſalutent vos: et reddant vobis epi-
ſtolas noſtras·de innouacōne frater-
nitatis noſtre. Et nunc benefacietis:
reſpondentes nobis ad hec. Et hoc re-
ſcriptū epiſtolaꝝ:qd̄ miſit onias. Rex
ſpartiatarū onias·ionathe ſacerdoti
magno ſalutem. Inuentum eſt in ſcri-
ptura de ſpartiatis et iudeis quoniā
ſunt fratres:et q̄a ſunt de genere abra-
ham. Et nunc exquo hec cognouimꝰ:
benefacitis ſcribentes nobis de pace vrā.
Sed et nos reſcripſimꝰ vobis. Peco-
ra noſtra et poſſeſſiones noſtre veſtre
ſunt:et veſtre noſtre. Mandauimus
itaqꝫ hec nūciari vobis. Et audiuit io-
nathas quoniā egreſſi ſunt principes
demetrij cū exercitu multo ſupra quā
prius·pugnare aduerſus eum:et exijt

ab ihrlm: et occurrit eis in amathite
regione. Non enī dederat eis spaciū
ut ingrederētur regionem eius. Et mi-
sit speculatores in castra eorȝ: et reuer-
si renūciauerūt q̄ cōstituerūt superueni-
re illic nocte. Cum occidisset autē sol:
p̄cepit ionathas suis vigilare: et esse
in armis paratos ad pugnam tota
nocte. Et posuit custodes per circuitū
castrorȝ. Et audierūt aduersarij q̄ pa-
ratus est ionathas cum suis in bello:
et timuerunt et formidauerunt in cor-
de suo: et accenderunt focos in castris
suis. Jonathas autē et q̄ cū eo erāt nō
cognouerūt usq; mane. Uidebāt enī
lumina ardentia: et secutus est eos io-
nathas: et nō cōprehendit eos. Tran-
sierūt enim flumē eleutherū. Et diuertit
ionathas ad arabes qui vocabātur
zabadei: et percussit eos: et accepit spolia
eorȝ. Et iunxit: et venit damascū: et per-
ambulabat omnē regionē illam. Si-
mon autem exijt: et venit usq; aschalo-
nem et ad proxima p̄sidia: et declinauit
in ioppen: et occupauit eam. Audiuit
enim q̄ vellent p̄sidiū tradere partibȝ
demetrij: et posuit ibi custodes: ut custo-
dirent eam. Et reuersus est ionathas
et conuocauit seniores p̄pli: et cogitauit
cum eis edificare p̄sidia in iudea: et edi-
ficare muros in ihrlm: et exaltare alti-
tudine magna inter medium arcis et ci-
uitatis: ut separaret eam a ciuitate: ut
esset ipsa singulariter: et neq; vendāt
neq; emāt. Et conuenerūt ut edificarēt ci-
uitatem: et cecidit murus q̄ erat super
torrentem ab ortu solis: et reparauit
eum qui vocatr̄ caphetheta. Et simon
edificauit adiada in sephela: et muni-
uit eam: et imposuit portas et seras.
Et cum cogitasset triphon regnare a-
sye: et assumere diadema: et extenderet

manū in antiochū regem: timens ne
forte nō permitteret eum ionathas sed
pugnaret aduersus eū: querebat com-
prehendere eū et occidere. Et exsurgēs
abijt i bethsan: et exijt ionathas ob-
uiam eī cū quadraginta milibȝ virorū
electorū in preliū: et venit bethsan. Et
vidit triphon quia venit ionathas
cum exercitu multo ut extenderet ī eum
manus: et timuit. Et excepit eū cum ho-
nore: et cōmendauit eum om̄ibȝ ami-
cis suis: et dedit ei munera. Et p̄cepit
exercitibȝ suis ut obedirent ei sicut sibi.
Et dixit ionathe. Ut quid vexasti uni-
uersum p̄plm: cum nobis bellum nō
sit? Et nunc remitte eos ī domos suas.
Elige autem viros paucos qui tecum
sint: et veni mecum ptolomaidam: et
tradam eam tibi: et reliqua presidia:
et exercitū: et uniuersos p̄positos nego-
cij: et conuersus abibo. Propterea enī
veni. Et credidit ei: et fecit sicut dixit et
dimisit exercitum: et abierunt ī terram
iudā. Retinuit autē secum tria milia
virorȝ: ex quibȝ remisit in galileā duo
milia: mille autem venerunt cum eo.
Ut autem intrauit ptolomaidam io-
nathas: clauserunt portas ciuitatis
ptolomenses: et comprehenderunt
eum: et om̄es qui cum eo intrauerūt:
gladio interfecerūt. Et misit triphon
exercitū et equites ī galileā et ī campū
magnū: ut perderent om̄es socios io-
nathe. At illi cum cognouissent quia
cōprehensus est ionathas et perijt: et
omnes qui cum eo erant: hortati sūt
semetipsos: et exierūt parati in p̄lium.
Et videntes hij qui insecuti fuerāt q̄a
pro anima res ē illis: reuersi sunt: illi
autem venerūt om̄es cum pace ī terrā
iudā. Et planxerunt ionathan: et eos
qui cum ipso erant valde. Et luxit isrl'

luctu magno. Et quesierūt oēs gen-
tes qui erāt i circuitu eoꝝ cōterere eos.
Dixerūt eni. Nō habēt pricipē et adiu-
uantē: nūc ergo expugnem⁹ illos: ⁊ tol-
lam⁹ de hoībꝫ memoriā eoꝝ. c. xiii.
Et ut audiuit simon qđ cōgrega-
uit triphon exercitū copiosū · ut
ueniret ī terrā iuda ⁊ attereret eā: uidēs
quia in tremore pplis est et in timore ·
ascendit ihrlm ⁊ cōgregauit pplm:
et adhortans dixit. Vos scitis quāta
ego ⁊ fratres mei · et dom⁹ patris mei
fecim⁹ pro legibus ⁊ pro sanctis plia:
et angustias quales uidim⁹. Horum
gratia perierūt fratres mei oēs ꝑpter
isrl: et relictus sum ego solus. Et nūc
non michi contingat parcere anime
mee: in omni tempore tribulationis.
Non enim melior sum fratribꝫ meis.
Vindicabo itaqꝫ gentem meā et san-
cta · natos qꝫ nostros et uxores: quia
cōgregate sūt uniūse gētes cōterere nos
inimicicie gratia. Et accensus ē spiri-
tus populi simul · ut audiuit sermones
istos: et responderūt voce magna di-
centes. Tu es dux noster loco iude · et
ionathe fratris tui. Pugna prelium
nostrū: et omnia quecūqꝫ dixeris no-
bis faciemus. Et congregans omnes
viros bellatores accelerauit consum-
mare uniūsos muros ihrlm: ⁊ muni-
uit eam in gyro. Et misit ionathan fi-
lium absolomi. et cū eo exercitū nouū
in ioppen: ⁊ eiectis hijs qui erāt ī ea.
remansit illic ipse. Et mouit triphon
a ptolomaida cum exercitu multo ut
veniret in terrā iude: et ionathas cum
eo in custodia. Simon autē applicuit
in addus contra faciem campi. Et ut
cognouit triphon quia surrexit simō
loco fratris sui ionathe · ⁊ quia cōmis-
surus esset cum eo prelium: misit ad eū
legatos dicens. Pro argento qđ debe-
bat frater tuus ionathas in ratione
regis propter negocia que habuit: de-
tinuim⁹ eum. Et nunc mitte argenti
talenta centum ⁊ duos filios eius ob-
sides: ut nō dimissus fugiat a nobis:
et remittem⁹ eum. Et cognouit simon
quia cum dolo loqueretur secū. Iussit
tamen dari argentum et pueros: ne in-
imiciciā magnā sumeret ad populū
isrl dicentē: quia non misit ei argētū
et pueros · propterea periit. Et misit
pueros ⁊ centū talenta. Et mentit⁹ est:
et non dimisit ionathā. Et post hec
uenit triphon regionem ut contereret
eam: et gyrauerūt per viā q̄ ducit ador.
Et simon ⁊ castra eius · ambulabant
in omnē locū quocūqꝫ ibant. Qui au-
tem in arce erant · miserunt ad tripho-
nem legatos · ut festinaret uenire per
desertū: et mitteret illis alimonias. Et
parauit triphon omnem equitatū: ut
ueniret illa nocte. Erat autē nix mul-
ta valde: et non venit in galadithim.
Et cum apropinquasset baschama:
occidit ionathan ⁊ filios eius illic. Et
conuertit triphon: ⁊ abiit in terrā suā.
Et misit simō et accepit ossa ionathe
fratris sui: et sepeliunt ea in modin ci-
uitate patrū eius. Et planxerunt eum
omnis isrl · planctu magno: et luxerūt
eum dies multos. Et edificauit simō
sup sepulcrū patris sui et fratrū suorū
edificiū altū uisu · lapide polito retro
et ante: et statuit septem piramidas
unā contra unā: patri et matri · et qua-
tuor fratribus. Et hijs circumposuit
columnas magnas: ⁊ sup columnas
arma · ad memoriā eternam: et iuxta
arma naues sculptas: que viderentur
ab hominibꝫ nauigātibꝫ mare. Hoc
est sepulcrū quod fecit in modin usqꝫ

in hunc diem. Triphon autē cum iter
faceret cum antiocho rege adolescēte:
dolo occidit eum: et regnauit in loco
eius. Et imposuit sibi diadema asye:
et fecit plagam magnā ī terra. Et edi-
ficauit simon p̄sidia iudee: muniens
eam turrib3 excelsis. et muris magnis
et portis et seris: et posuit alimenta ī
municōnibus. Et elegit simon viros
et misit ad demetriū regem. ut faceret
remissionē regioni: quia actus om̄es
triphonis per direptionē fuerāt gesti.
Et demetrius rex ad verba ista respon-
dit ei: et scripsit epistolam talem. Rex
demetrius simoni summo sacerdoti et
amico regum. et seniorib3 et genti iu-
deorū salutē. Coronā aureā. et bahen
quam misistis suscepim⁹: et parati su-
mus facere vobiscū pacem magnam:
⁊ scribere ꝓpositis regis remittere vobis
que indulsimus. Quecūq3 enī cōstitu-
im⁹ vobis cōstāt. Municōnes quas
edificastis vobis sint. Remittimus q3
ignorācias ⁊ pccā usq3 ī hodiernū diē
et coronā quā debebatis. Et si qd ali-
ud erat tributariū in ihrlm: iam nō sit
tributarium. Et si qui ex vobis apti
sūt conscribi inter nos conscribantur:
et sit inter nos pax. Anno centesimo-
septuagesimo ablatū est iugū gentiū
ab isrl. Et cepit populus isrl scribere in
tabulis ⁊ gestis publicis: anno p̄mo
sb simone summo sacerdote. magno
duce. et principe iudeorū. In dieb3 illis
applicuit simon ad gazam. et circum-
dedit eam castris. et fecit machinas:
et applicuit ad ciuitatē. et ꝑcussit turrē
unam: ⁊ cōprehendit eā. Et qui erupe-
rant erāt intra machinā ⁊ ciuitatem:
et factus est mot⁹ magnus ī ciuitate:
Et ascenderūt qui erant in ciuitate cū
vxoribus ⁊ filijs supra murum scissis
tunicis suis: et clamauerūt voce ma-
gna postulantes a simone dextras si-
bi dari: ⁊ dixerunt. Nō nobis reddas
secūdum malicias nostras. sed scdm
misericordias tuas: et seruiemus tibi.
Et flexus simon. nō debellauit eos: eie-
cit tamē eos de ciuitate. et emundauit
edes in quibus fuerāt simulachra: et
tunc intrauit in eam cum ymnis bene-
dicens dominū. Et eiecta ab ea omni
immūdicia collocauit ī ea viros q̄ le-
gem facerēt: et muniuit eam: et fecit si-
bi habitacōnē. Qui autem erāt ī arce
iherusalē, ꝓhibebātur egredi et ingredi
regionē. et emere ac vendere: et esurie-
runt valde: et multi ex eis fame perie-
runt. Et clamauerūt ad simonē ut dex-
tras acciperent: et dedit illis. Et eiecit
eos inde: et mundauit arcem a conta-
minacōnib3. Et intrauerūt ī eā. tercia
⁊ vicesima die secūdi mēsis. anno cen-
tesimo septuagesimo primo cū laude
et ramis palmarū. et cytharis et cimba-
lis et nablis ⁊ ymnis et canticis: quia
cōtritus est inimicus magnus ex isrl.
Et cōstituit ut omnib3 annis agerē-
tur dies hij cum leticia. Et muniuit
montem templi qui erat secus arcem:
⁊ habitauit ibi ipe ⁊ q̄ cū eo erāt. Et vi-
dit simō iohānē filiū suū q̄ fortis pre-
lij vir esset: et posuit eū ducē virtutum
uniūsarū: ⁊ habitauit ī gazaris. c. xiiii.

Anno centesimo septuagesimo se-
cundo cōgregauit rex demetri⁹
exercitū suū: ⁊ abijt in mediā ad cōtra-
henda sibi auxilia: ut expugnaret tri-
phonē. Et audiuit arsaces rex p̄sidis
et medie quia intrauit demetrius con-
fines suos: et misit unū de principibus
suis ut cōprehēderet eū viuū: et adduce-
ret eum ad se. Et abijt ⁊ ꝑcussit castra
demetrij. et cōprehendit eum: et duxit

rum ad arsacem: et posuit eū in custo-
diam. Et siluit omīs terra iuda omni-
bus diebꝫ simonis: et quesiuit bona
genti sue: et placuit illis potestas eius.
et gloria eiꝰ omnibꝫ diebꝫ. Et cū omī
gloria sua accepit ioppen in portum:
⁊ fecit introitū in insulis maris. Et di-
latauit fines gentis sue: ⁊ obtinuit re-
gionem. Et cōgregauit captiuitatem
multā: et dominatꝰ est gazare ⁊ beth-
sure ⁊ arci. et abstulit immūdicias ex
ea: et nō erat qui resisteret ei. Et unus-
quisqꝫ colebat terrā suā cū pace: ⁊ terra
iuda dabat fructꝰ suos: et ligna cam-
porꝫ fructū suū. Seniores in plateis se-
debant omēs. et de bonis terre tracta-
bant: et iuuenes induebant se gloriā
⁊ stolas belli. Ciuitatibus tribuebat
alimonias: ⁊ cōstituebat eas ut essent
vasa municōnis: quo adusqꝫ nomi-
natū est nomē glorie eiꝰ usqꝫ ad extre-
mum terre. Fecit pacē sup terrā: et leta-
tus ē isrl' leticia magna. Et sedit unus-
quisqꝫ sub vite sua ⁊ sub ficulnea sua:
et nō erat qui eos terreret. Defecit im-
pugnans eos sup terrā: reges contriti
sunt ī diebꝫ illis. Et cōfirmauit omēs
humiles ppli sui: et legem exquesiuit:
et abstulit omnem iniquū et malum.
Sancta glorificauit: ⁊ multiplicauit
vasa sanctorū. Et auditū est rome q̄a
defunctꝰ esset ionathas et usqꝫ ī spar-
tiatas: ⁊ cōtristati sunt valde. Ut au-
dierūt autē qꝫ simon frater eius factus
esset summꝰ sacerdos loco eius. et ipē
obtineret omnē regionē et ciuitates ī
ea: scripserūt ad eum tabulis ereis ut
renouarēt amicicias et societatē quā
fecerāt cū iuda et cū ionatha fratribus
eius. Et lecte sunt in cōspectu ecclesie in
iherusalē. Et hoc exemplū epistolarū
quas spartiate miserūt. Spartianorꝫ
principes et ciuitates. simoni sacerdoti
magno: et senioribꝫ et sacerdotibꝫ. et
reliquo pplo iudeorū fratribꝫ salutem.
Legati qui missi sunt ad pplm nostrū
nunciauerunt nobis de vestra gloria
et honore. et leticia: et gauisi sumꝰ in
introitu eorꝫ. Et scripsimꝰ q̄ ab eis erāt
dicta ī cōciliis ppli sic. Numeniꝰ anti-
ochi. et antipater iasonis filius lega-
ti iudeorꝫ venerūt ad nos: renouātes
nobiscū amiciciā pristinā. Et placuit
populo excipere viros gloriose: et po-
nere exemplū sermonū eorꝫ. in segrega-
tis populi libris: ut sit ad memoriam
populo spartiatarꝫ. Exemplū autē horū
scripsimus simoni magno sacerdoti.
Post hoc autē misit simon numeni-
um romā habentē clipeū magnū au-
reum pondo minarꝫ mille: ad statu-
endā cū eis societatē. Cū aūt audisset
pplus romanꝰ sermones istos. dixerūt.
Quā gratiarꝫ actōnē reddemꝰ simoni
et filiis eiꝰ? Restituit enī ipē fratres su-
os: ⁊ expugnauit inimicos isrl' ab eis.
Et statuerūt ei libertatē: et descripserūt
in tabulis ereis: et posuerūt in titulis
in montē syon. Et hoc est exemplū scri-
pture. Octauadecima die mensis elul.
anno centesimo septuagesimosecūdo.
anno tercio. sub simone sacerdote ma-
gno in asaramel in cōuentu magno
sacerdotū et ppli et principū. et gentis
⁊ seniorꝫ regionis. nota facta sunt hec:
quoniā frequēter facta sunt plia in re-
gione nostra. Simon autē mathathie
filius ex filiis iarib. et fratres eiꝰ dede-
runt se periculo: et restiterūt aduersariis
gentis sue ut starēt sancta ipsorꝫ ⁊ lex:
⁊ gloria magna glorificauerūt gentē
suā. Et cōgregauit ionathas gentem
suam: et factus est illis sacerdos ma-
gnus: et appositus est ad populū suū.

Et voluerunt inimici eoꝝ calcare san-
cta: et atterere regionē ipoꝝ: ⁊ extendere
manus in sancta sanctoꝝ. Tūc restitit
simon et pugnauit pro gente sua: et
erogauit pecunias multas · et arma-
uit viros virtutis gentis sue · et dedit
illis stipendia. Et muniuit ciuitates
iudee ⁊ bethsuram que erat in finibus
iudee · ubi erāt arma hostiū antea: et
posuit illic presidiū viros iudeos. Et
ioppen muniuit que erat ad mare: et
gazarā que est in finibꝫ azoti: in qua
hostes antea habitabant. Et colloca-
uit illic iudeos: et quecūqꝫ apta erant
ad correptionem eoꝝ posuit in eis. Et
vidit ꝑplus actum simonis et gloriā
quā cogitabat facere genti sue · et po-
suerūt eum ducē suū ⁊ principem sacer-
dotum eo ꝙ ipse fecerit hec omnia: et
iusticiam et fidem quam conseruauit
genti sue: et exquesiuit omni modo ex-
altare populū suū. Et in diebus eius
prosperatum est in manibus eius · ut
tollerent̄ gentes de regione ipsorū: et
qui in ciuitate dauid erāt in ierusalē
in arce de qua procedebāt ⁊ cōtamina-
bant omnia que in circuitu sanctorū
sunt: ⁊ inferebant plagam magnam
castitati. Et collocauit in ea viros iu-
deos ad tutamentū regionis ⁊ ciuita-
tis: et exaltauit muros in ierusalem.
Et rex demetrius statuit illi summū sa-
cerdotiū. Secūdum hec fecit eū amicū
suū: et glorificauit eū gloria magna.
Audiuit enī ꝙ appellati sunt iudei a
romanis amici et socij ⁊ fratres: et q̄a
susceperūt legatos simonis gloriose:
et quia iudei ⁊ sacerdotes eorū cōsense-
runt eū esse ducē suū et summū sacerdo-
tem in eternū donec surgat propheta
fidelis: et ut sit sup eos dux: ⁊ ut cura
esset illi pro sanctis · et ut constitueret
ꝑpositos sup opera eoꝝ ⁊ sup regionē ·
et sup arma et super presidia · et cura
sit illi de sanctis: ⁊ ut audiat̄ ab omni-
bus · ⁊ scribant̄ in nomine eiꝰ omnes
conscriptiones in regione: ⁊ ut operi-
atur purpura ⁊ auro: et ne liceat ulli
ex ꝑplo et ex sacerdotibus irritum face-
re aliquid hoꝝ · ⁊ cōtradicere hiis que
ab eo dicunt̄ aut conuocare cōuentū
in regione sine ipo: ⁊ vestiri purpura ·
et uti fibula aurea. Qui autem fecerit
cōtra hec · aut irritū fecerit aliquid hoꝝ:
reus erit. Et complacuit omī populo
statuere simonem: ⁊ facere scđm verba
ista. Et suscepit simon et placuit ei ut
summo sacerdotio fungeretur: et esset
dux et princeps gentis iudeoꝝ et sacer-
dotū: et p̄esset omnibꝫ. Et scripturam
istā dixerūt ponere in tabulis ereis: et
ponere eas in pibulo sanctorū in loco
celebri. Exemplū autem eoꝝ ponere in
erario: ut habeat simō ⁊ filij eiꝰ. c. xv.

Et misit rex antiochus filius de-
metrij epistolas ab insulis ma-
ris simoni sacerdoti et principi gentis
iudeoꝝ ⁊ vniuerse genti: et erant conti-
nentes hūc modū. Rex antiochus si-
moni sacerdoti magno: et genti iude-
orū salutem. Quoniāquidē pestilentes
obtinuerūt regnū patrū nostroꝝ: volo
aūt vindicare regnū ⁊ restituere illud
sicut erat antea electā feci multitudinē
exercitus · et feci naues bellicas. Volo
autē procedere per regionē ut ulciscar
in eos qui corruperūt regionē nostrā:
et qui desolauerūt ciuitates multas ī
regno meo. Nunc ergo statuo tibi o-
mnes oblationes quas remiserunt ti-
bi ante me omnes reges · et quecunqꝫ
alia dona remiserūt tibi: et permitto
tibi facere percussurā ꝑprij numismatis
in regione tua. Ierusalē autē sanctā

esse et liberam: et omnia arma que fa-
bricata sunt ⁊ ꝑsidia q̄ cōstruxisti que
tenes · maneāt tibi. Et omne debitum
regis ⁊ q̄ futura sūt regi ex hoc et ī totū
temp⁹ remittūtur tibi. Cum autem ob-
tinuerim⁹ regnū nr̄m · glorificabim⁹
te ⁊ gentē tuā · et tēplū gloria magna:
ita ut manifestetur gloria vr̄a in uni-
uersa terra. Anno centesimo septuage-
simoquarto exijt antiochus ī terram
patrū suoꝝ: et conuenerūt ad eū oīes
exercitus: ita ut pauci relicti essent cū tri-
phone. Et insecutus est eū antiochus
rex: et venit doram fugiens ꝑ mariti-
mam. Sciebat enī ꝙ congregata sūt
mala in eū: ⁊ reliquit eum exercit⁹. Et
applicuit antiochus suꝑ doram cum
centū viginti milibꝫ viroꝝ bellígerato-
rum: ⁊ octo milibꝫ equitū. Et circuiuit
ciuitatem: ⁊ naues a mari accesserunt
et vexabāt ciuitatem a terra et mari: ⁊
neminē sinebāt ingredi vel egredi. Ve-
nit autē numeni⁹ et qui cum eo fuerāt
ab urbe roma habentes epistolas re-
gibus et regionibꝫ scriptas: in quibꝫ
continebātur hec. Lucius cōsul roma-
noꝝ · ptolomeo regi salutē. Legati iu-
deorū venerūt ad nos amici nostri re-
nouātes pristinā amiciciā ⁊ societatē:
missi a simone principe sacerdotum et
populo iudeoꝝ. Attulerūt autē clipeū
aureū minaꝝ mille. Placuit itaqꝫ no-
bis scribere regibus ⁊ regionibꝫ ut nō
inferāt illis mala: neqꝫ impugnēt eos
et ciuitates eoꝝ · et regiones eorū: et ut
non ferāt auxiliū pugnātibꝫ aduersus
eos. Visū ē autē nobis accipere ab eis
clipeū. Si qui ergo pestilentes fugerīt
de regione ipsoꝝ ad uos · tradite eos si-
moni principi sacerdotū: ut vindicet
in eos scd̄m legē suā. Hec eadē scripta
sunt demetrio regi · et attalo et arabe ·
et arsaci · et in oēs regiones: et sam-
same · ⁊ spartanis · et delo · et mido · et
sicione · et carie · et samū · et panphiliā ·
et liciam · et alacarnasum · et rodū · et
faselida · et choo · et siden · et arado · et
gortinā · et gnidum · et ciprū · et cirenē.
Exemplū autē eoꝝ scripserunt simoni
principi sacerdotū: et ꝑplo iudeoꝝ. An-
tiochus autem rex applicuit castra in
doram secūdo: admouēs ei semꝑ ma-
nus ⁊ machinas faciens: ⁊ conclusit
triphonē ne ꝓcederet. Et misit ad eum
simon duo milia viroꝝ electoꝝ ī auxi-
liū: ⁊ argentū et aurū et vasa copiosa ·
et noluit ea accipere: sed irrupit oīa
que pactus est cum eo antea · ⁊ aliena-
uit se ab eo. Et misit ad eū athenobi-
um unū de amicis suis: ut tractaret cū
ipso dicens. Vos tenetis ioppen ⁊ ga-
zaram et arcem q̄ est in ierl'm ciuitates
regni mei: fines eaꝝ desolastis ⁊ fecistis
plagam magnā in terra: ⁊ dominati
estis ꝑ loca multa ī regno meo. Nūc
ergo tradite ciuitates q̄s occupastis:
et tributa locoꝝ in quibus dominati
estis extra fines iudee. Sin autem date
pro illis quingenta talenta argenti:
et exterminij quod exterminastis · ⁊ tri-
butoꝝ ciuitatū · alia talenta quingēta.
Sin autem veniem⁹: et expugnabim⁹
uos. Et venit athenobius amic⁹ re-
gis in ierl'm · et vidit gloriā simonis
et claritatem ī auro ⁊ argento ⁊ appa-
ratū copiosum · ⁊ obstupuit: ⁊ retulit
ei verba regis. Et respondit ei simon:
et dixit ei. Neqꝫ alienā terrā sūpsim⁹ ·
neqꝫ alienam detinem⁹: sed hereditatē
patrū nostroꝝ · que iniuste ab inimicis
nostris aliquo tꝑe possessa ē. Nos ve-
ro temp⁹ habentes vindicam⁹ heredi-
tatem patrū nostroꝝ. Nam de ioppe ·
et gazara · que expostulas: ipi faciebāt

in ipso plagam magnā· et ī regione
nrā: ipsi dabim⁹ talēta centū. Et non re-
spondit ei athenobi⁹ verbū. Reuersus
autē cū ira ad regē renūciauit ei verba
ista: et gloriā simonis et uniūsa que
vidit: ⁊ irat⁹ ē rex ira magna. Tripho
autē fugit naui in ortosiada. Et con-
stituit rex cendebeū ducē maritimū: et
exercitū peditum et equitū dedit illi. Et
mandauit illi mouere castra contra fa-
ciem iudee: ⁊ mandauit ei edificare ce-
dronem· ⁊ obstruere portas ciuitatis:
et debellare ipsum. Rex autē psequebat
triphonē. Et puenit cendebeus iamni-
am· ⁊ cepit irritare plebem· ⁊ conculca-
re iudeā· ⁊ captiuare ipsm· ⁊ interficere:
et edificare cedronē. Et collocauit illic
equites ⁊ exercitū: ut egressi pābularēt
viam iudee sicut cōstituit ei rex. c.xvi.

Et ascendit iohannes de gazaris:
et nunciauit simoni patri suo q̄
fecit cendebeus in ipso ipsoꝝ. Et voca-
uit simon duos filios suos seniores
iudam et iohannē: et ait illis. Ego et
fratres mei et domus patris mei expu-
gnauim⁹ hostes isrl ab adolescentia
usq; in hunc diem: et psperatum ē in
manib; nostris liberare isrl aliquoti-
ens. Nunc autē senui: sed estote loco
meo et frīs mei: et egressi pugnate pro
gente nostra. Auxiliū vero de celo vo-
biscum sit. Et elegit de regione vigin-
ti milia viroꝝ belligeratoꝝ ⁊ equites:
et pfecti sunt ad cendebeum· et dormi-
erunt in modin. Et surrexerūt mane:
et abierūt in campū. Et ecce exercitus
copiosus in obuiam illis peditum et
eqtū: ⁊ fluuius torrens erat inter medi-
um ipsoꝝ. Et admouit castra contra
faciem eoꝝ ipe et populus eius: ⁊ vidit
populū trepidātem ad trāsfretandū
torrentem: ⁊ transfretauit primus. Et
viderunt eum viri· ⁊ transierunt post
eum. Et diuisit ipsm: ⁊ equites in me-
dio peditū. Erat aūt eqtat⁹ adūsario-
rum copios⁹ nimis. Et exclamauerūt
sacris tubis: et in fugā conūsus ē cen-
debe⁹ ⁊ castra ei⁹· ⁊ ceciderūt ex eis mul-
ti vulnerati: residui autē ī municōnē
fugerūt. Tunc vulnerat⁹ est iudas fra-
ter iohānis. Iohānes autē insecut⁹
est eos donec venit cedronam quam
edificauit: et fugerūt usq; ad turres q̄
erāt ī agris azoti: et succēdit eas igni.
Et ceciderūt ex illis duo milia virorū:
et reuersus est ī iudeam in pace. Et pto-
lomeus fili⁹ abobi cōstitut⁹ erat dux
in campo iericho: ⁊ habebat argentū
et aurū multum. Erat eni gener· sum-
mi sacerdotis. Et exaltatū est cor eius:
et volebat obtinere regionem: et cogi-
tabat dolū aduersus simonē et filios
ei⁹ ut tolleret eos. Simon autē pam-
bulans ciuitates que erāt in regione
iudee· ⁊ sollicitudinē gerens eaꝝ descen-
dit in iericho· ipe et mathathias filius
eius ⁊ iudas: anno centesimo septua-
gesimoseptimo mēse undecimo: Hic
ē mēsis sabbath. Et suscepit eos fili⁹
abobi ī munitiunculā q̄ vocat doch·
tum dolo quam edificauit: ⁊ fecit eis
cōuiuiū magnū: et abscondit illic vi-
ros. Et cū inebriat⁹ esset simon et filij
eius· surrexit ptolomeus cum suis· et
sumpserūt arma sua: et intrauerūt in
cōuiuiū· et occiderūt eū et duos filios
eius: et quosdā pueros ei⁹. Et fecit de-
ceptionē magnam in isrl: et reddidit
mala pro bonis. Et scripsit hec ptolo-
meus et misit regi: ut mitteret ei exerci-
tum ī auxiliū: ⁊ traderet ei regionem ⁊
ciuitates eorū et tributa. Et misit ali-
os in gazarā tollere iohannē: ⁊ tribu-
nis misit epistolas ut venirent ad se:

et daret eis argentū et aurum et dona.
Et alios misit occupare iherusalem · et
montē templi. Et ꝑcurrens quidam
nunciauit iohanni ī gazara quia pe-
riit pater eius et fratres ei⁹: et quia mi-
sit te quoq; interfici. Ut audiuit aūt
vehementer expauit: et comꝑhendit vi-
ros qui venerāt ꝑdere eū: et occidit eos.
Cognouit enim quia querebāt eum
ꝑdere. Et cetera sermonū iohānis et bel-
loꝝ ei⁹ · et bonaꝝ virtutū quibꝫ fortiter
gessit et edificij muroꝝ quos extruxit et
reꝝ gestarū ei⁹: ecce hec scripta sunt in
libro dieꝝ sacerdotij ei⁹: ex quo fact⁹ est
princeps sacerdotū post patrem suū.
Expli. lib. p. machi. Incip^t. 2^s li. ma. ca. i.
Fratribus qui sunt
per egiptum iudeis ·
salutē dicūt fratres
q̄ sūt ī iherosolimis
iudei · et qui ī regio-
ne iudea: et pacem
bonam. Benefaciat vobis deus · et me-
mineric testamenti sui · quod locutus
est ad abrahā · et ysaac et iacob seruoꝝ
suoꝝ fideliū: et det vobis cor omnibꝫ
ut colatis eū: et faciatis ei⁹ voluntatē
corde magno et animo volenti. Ada-
periat cor vestrū in lege sua et ī ꝑceptis
suis: et faciat pacem. Exaudiat orati-
ones vestras · et reconcilietᷣ vobis: nec
nos deserat in tempore malo. Et nūc
hic sum⁹ orātes pro vobis. Regnāte
demetrio āno cētesimo septuagesimo-
nono nos iudei scripsim⁹ vobis intri-
bulatione et impetu q̄ supuenit nobis
in istis annis: ex quo recessit iason a
sancta terra · et a regno. Portam suc-
cenderūt: et effuderunt sanguinē inno-
centē. Et orauim⁹ ad dominū et exau-
diti sum⁹: et obtulim⁹ sacrificiū et simi-
laginem: et accendimus lucernas et
proposuim⁹ panes. Et nūc frequētate
dies scenophegie mēsis casleu. Anno
centesimo octogesimooctauo · ꝑpłs q̄ ē
iherosolimis et in iudea senatusq; et
iudas: aristobolo magistro ptolomei
regis qui ē de genere xp̄oꝝ sacerdotū
et hiis qui in egipto sunt iudeis: salu-
tem et sanitatem. De magnis pericu-
lis a deo liberati magnifice gratias
agim⁹ ipsi: utpote qui aduersus talē
regem dimicauim⁹. Ipse enim ebulli-
re fecit de ꝑside eos qui pugnauerunt
contra nos · et sanctā ciuitatem. Nam
cum in ꝑside esset dux ipse et cum ipo
immēsus exercit⁹: cecidit ī templo na-
nee: consilio deceptus sacerdotū nanee.
Etenim in ea habitatur⁹ venit ad lo-
cum antiochus et amici eius: et ut ac-
ciperet pecunias multas dotis nomi-
ne. Cūq; ꝑposuissent eas sacerdotes
nanee et ipse cum paucis ingressus es-
set intra ambitū phani: clauserūt tem-
plum. Cum autē intrasset antiochus
apertoq; occulto aditu templi mitten-
tes lapides ꝑcusserūt ducem et eos q̄
cum eo erant. et diuiserūt mēbratim:
et capitibꝫ amputatis foras ꝑiecerūt.
Per omnia benedict⁹ deus: q̄ tradidit
impios. Facturi igitur quīta et vicesi-
ma die mēsis casleu purificatōnē tēpli ·
necessariū duxim⁹ significare vobis:
ut et vos quoq; agatis diē scenophe-
gie · et diem ignis: qui datus ē quādo
neemias edificato templo et altari ob-
tulit sacrificia. Nam cum ī ꝑsidem du-
cerentur patres nostri: sacerdotes qui
tunc cultores dei erant acceptū ignem
de altari occulte absconderūt in valle
ubi erat puteus altus et siccus: et in eo
cōtutati sunt eū · ita ut omnibꝫ ignotus
tus esset locus. Cum autē preterissent
anni multi · et placuit deo ut mitteret

neemias a rege psidis: nepotes sacer
dotum illoꝝ q̄ absconderāt misit ad-
requirendū ignem: ⁊ sicut narrauerūt
nobis non inuenerūt ignē sed aquā
crassam. Et iussit eos haurire. ⁊ affer-
re sibi: et sacrificia que imposita erāt
iussit sacerdos neemias aspgi ipsa a-
qua: et ligna. et que erant sup posita.
Utq; hoc factum est. ⁊ tempus affuit
quo sol refulsit qui pus erat in nubi-
lo: accensus est ignis magnus ita ut
omnes mirarentur. Orationē autem
faciebant om̄es sacerdotes dum con-
summaretur sacrificiū ionatha incho-
ante: ceteris autem respondentibȝ. Et
neemie erat oratio hūc habēs modū.
Domine deus omniū creator terribi-
lis ⁊ fortis iustus ⁊ misericors qui so-
lus es bonus rex: solus prestās solus
iustus et omnipotēs et eternus. qui li-
beras isrl' de omni malo: qui fecisti pa-
tres electos et sanctificasti eos: accipe
sacrificiū pro uniūso populo tuo isrl'.
et custodi partē tuā et sanctifica. Con-
grega dispsionem nostrā: libera eos
qui seruiūt gentibȝ. et contēptos et ab-
ominatos respice: ut sciāt gentes q̄a
tu es deus noster. Afflige opprimētes
nos: ⁊ cōtumeliā facientes in supbia.
Constitue ppłm tuū ī loco sancto tuo:
sicut dixit moyses. Sacerdotes autem
psallebant ymnos: usq; quo consum-
ptum esset sacrificiū. Cum autem con-
sumptū fuisset sacrificium: ex residua
aqua neemias iussit lapides maiores
perfundi. Quod ut factum est. ex eis
flamma accensa est: sed ex lumine qd
refulsit ab altari consumpta ē. Ut ve-
ro manifestata est res: renunciatum
est regi persarum qp in loco in quo ignē
absc̄onderāt hii q̄ translati fuerāt sacer-
dotes. aqua apparuit: de qua neemias
et q̄ cū eo erāt purificauerūt sacrificia.
Considerans autē rex rem ⁊ diligent
examinās. fecit ei tēplū: ut probaret qd
factū erat. Et cū probasset: sacerdotibȝ do-
nauit multa bona et alia atq; alia
munera: ⁊ accipiēs manu sua tribue-
bat eis. Appellauit aūt neemias hūc
locū nepthar. qd interpretat̄ purificatō.
Uocat̄ aūt apud plures nephi. c.ii.

Inuenit̄ aūt ī descripcōnibȝ ieremie phe-
te. qp iussit eos ignē accipere q̄ trāsmi-
grabātur ut significatū ē: ⁊ ut manda-
uit transmigratis. Et dedit illis legē
ne obliuiscerentur pcepta domini: et
ut non exerrarent mentibȝ videntes si-
mulacra aurea ⁊ argētea. ⁊ ornamen-
ta eoꝝ: et alia huiuscemodi dicēs hor-
tabatur. ne legē amouerēt a corde suo.
Erat autem in ipā scriptura: quomo-
do tabernaculū et archam iussit phe-
ta diuino respōso ad se facto comita-
ri secum. usq; quo exiuit in montem:
in quo moyses ascendit ⁊ vidit dei he-
reditatem. Et veniens ibi ieremias in-
uenit locum spelunce: et tabernaculū
et archam ⁊ altare incēsi intulit illuc:
et ostiū obstruxit. Et accesserūt quidā
simul qui sequebant̄ ut notarent sibi
locum: et non potuerūt inuenire. Ut
autem cognouit ieremias: culpans il-
los dixit. qp ignotus erit locus donec
congreget deus congregationē ppli:
et ppicius fiat. Et tunc dominꝰ osten-
det hec. ⁊ apparebit maiestas domini:
et nubes erit sicut et moysi manifesta-
batur: ⁊ sicut cū salomon petijt ut locꝰ
sanctificaretur magno deo manifesta-
bat hec. Magnifice etenī sapientiam
tractabat: et ut sapientiā habēs obtu-
lit sacrificiū dedicationis ⁊ consūma-
tionis tēpli. Sicut et moyses orabat
ad dominū: et descendit ignis de celo

et cōsumpsit olocaustum: et dixit mo-
yses eo q non sit comestum qđ erat
pro peccato. ⁊ consumptū est. Similit
et salomon octo dieb3 celebrauit dedi-
cationem. Inferebātur autē in descri-
ptionib3 ⁊ commētarijs neemie hec ea-
dem: et qualit constituens bibliothecā
congregauit de regionib3 libros. et
prophetaꝝ et dauid: ⁊ epistolas regū
et de donarijs. Similit autem et iudas
ea que didicerat ꝑ bellū quod nobis
acciderat cōgregauit omnia: et sunt a-
pud nos. Si ergo desideratis hec: mit-
tite qui ꝑferāt vobis. Acturi itaq; pu-
rificatōnē scripsim⁹ vobis. Bene ergo
facietis: si egeritis hos dies. Deus au-
tem qui liberauit ꝑplm suum et reddi-
dit hereditatē omnib3. ⁊ regnū ⁊ sacer-
dotium ⁊ sanctificationē sicud ꝓmisit
in lege: speram⁹ q cito nostri miserebi-
tur: et cōgregabit de sub celo in locū
sanctū. Eripuit enim nos de magnis
periculis: et locum purgauit. De iuda
vero machabeo et de fratrib3 ei⁹. et de
templi magni purificatione. et de are
dedicatione: sed ⁊ de prelijs q̄ ꝑtinent
ad antiochū nobilem. et filiū eius eu-
patorem: et de illuminatōnib3 q̄ de ce-
lo facte sunt ad eos qui pro iudeis for-
titer fecerunt: ita ut vniūsam regionē
cum pauci essent vindicarēt et barba-
ram multitudinē fugarent: ⁊ famosis-
simū toto orbe templū recuperarēt. et
ciuitatē liberarent: ut leges q̄ abolen-
de erāt restituerent. domino cū omni
tranquillitate ꝓpicio facto illis: itemq3
ab iasone cyreneo. quiq3 libris cōpre-
hensa temptauim⁹ nos vno volumi-
ne breuiare. Considerātes enī multitu-
dinem librorum et difficultatem volenti-
bus aggredi narratōnes historiarū.
propter multitudinē rerū: curauimus

volentibus quidē legere ut esset animi
oblectacio: studiosis vero ut facile pos-
sint memorie cōmendare: omnibus
autem legentibus utilitas conferatur.
Et nobis quidem ipsis qui hoc opus
breuiandi causa suscepimus non fa-
cilem laborem: ymmo vero negocium
plenum vigiliarum ⁊ sudoris assum-
psimus. Sicut hij qui ꝑparant conui-
uium. et querunt aliorū voluntati pa-
rere: propter multorū graciā libenter
laborem sustinemus: veritatē quidē
de singulis auctoribus concedentes: i-
psi autē secūdum datam formā breui-
ati studentes. Sicut enī noue domus
architecto de vniuersa structura curan-
dum est. ei vero qui pingere curat que
apta sunt ad ornatū exquirenda sunt:
ita estimandū est et in nobis. Etenim
intellectū colligere et ordinare smonē.
⁊ curiosius partes singlas quasq3 dis-
quirere historie congruit auctori: bre-
uitatē vero dictionis sectari. ⁊ executio-
nes rerū vitare breuiāti concedendum
ē. Hinc ergo narracionē incipimus:
de prefacione tantum dixisse sufficiat.
Stultū eteni est ante historiā effluere:
in ipa autem historia succingi. c. iii.
Igitur cum sancta ciuitas habitaretur
in omni pace: leges autē adhuc opti-
me custodirentur propter onie pontifi-
cis dispositionē ⁊ pietatem ⁊ animos
odio habentes mala: fiebat ut et ipsi
reges et principes locum summo ho-
nore dignū ducerent. et templū maxi-
mis muneribz illustrarēt: ita ut seleu-
cus asye rex de redditib3 suis prestaret
omnes sumptus ad ministeriū sacri-
ficiorū ꝑtinentes. Simon autē de tri-
bu beniamin ꝓpositus templi cōstitut⁹:
contendebat obsistente sibi principe
sacerdotū iniquum aliquid i ciuitate

molíri. Sed cū vincere oniā nō posset:
venit ad appollonium tharsee filium
qui illo tempore erat dux celesyrie et
phenicis: et nunciauit ei pecuniis in-
numerabilibꝫ plenū esse erariū iherosolimis
limis · ⁊ cōmunes copias immēsas es-
se que non ꝑtinent ad rationem sacri-
ficiorꝫ: esse autem possibile sub potesta-
te regis cadere vniūsa. Cūqꝫ retulisset
ad regē appolloni⁹ de pecuniis que de-
late erant: ille accitum heliodorꝫ qui
erat sup negocia ei⁹ misit cū mādatis:
ut p̄dictam pecuniā trāsportaret. Sta-
timqꝫ heliodorus iter ē aggressus: spe-
cie quidem quasi ꝑ celesyriā et phenicē
ciuitates esset peragraturus: re autem
vera regis ꝓpositum ꝑfectur⁹. Sed cū
venisset iherosolimā ⁊ benigne a sum-
mo sacerdote in ciuitate esset exceptus:
narrauit de dato indicio pecuniarꝫ: et cu-
ius rei gratia adesset apuit. Interroga-
bat autē si vere hec ita essent. Tūc sūm⁹
sacerdos ostendit deposita esse hec et
victualia viduarꝫ et pupillorꝫ: quedā
vero esse hircani thobie viri valde emi-
nentis · in hiis que detulerat impius
simon: vniuersa autem argenti talen-
ta esse quadringēta · ⁊ auri ducēta: deci-
pi vero eos q̄ credidissent loco et tēplo
quod ꝑ vniuersum mūdū honorat̄
pro sui veneracōne ⁊ sanctitate · omni-
no impossibile esse. At ille pro hiis q̄
habebat in mandatis a rege: dicebat
omni genere regi ea esse deferenda. Con-
stituta autem die intrabat de hiis he-
liodorus ordinatur⁹. Non modica
vero ꝑ vniuersam ciuitatem erat trepi-
datio. Sacerdotes autem āte altare
cum stolis sacerdotalibꝫ iactauerūt se:
et inuocabāt de celo eū qui de depositis
legem posuit: ut hiis qui deposuerāt
ea salua custodiret. Iā vero q̄ videret
summi sacerdotis vultum: mente vul-
nerabat̄. Facies enim et color immu-
tatus · declarabat internū animi do-
lorē. Circumfusa enim erat mesticia
quedā viro · et horror corporis: ꝑ quē
manifestus aspicientibꝫ dolor cordis
ei⁹ efficiebatur. Alii eciam gregatim
de domibꝫ confluebant publica sup-
plicatōne obsecrantes: ꝓ eo q̄ in con-
temptū locus esset ventur⁹. Accinceqꝫ
mulieres ciliciis pectus ꝑ plateas con-
fluebant: sed ⁊ virgines que concluse
erant procurrebant ad oniā: alie au-
tem ad muros: quedā vero ꝑ fenestras
aspiciebāt: vniuerse autem ꝓtendētes
manus in celum · depcabantur. Erat
enim misera cōmixte multitudinis ⁊
magni sacerdotis in agone cōstituti
expectatio. Et hii quidē inuocabant
omnipotentē deum: ut credita sibi hiis
qui crediderant cum omni integritate
conseruarent̄. Heliodor⁹ autē quod
decreuerat ꝑficiebat · eodem loco ipē cū
satellitibus circa erariū ꝑsens: sed spi-
ritus omnipotentis dei magnā fecit
sue ostensionis euidētiā: ita ut omnes
qui ausi fuerant parere ei · ruentes dei
virtute · in dissolucionē et formidinē
cōuerterent̄. Apparuit enī illis quidā
equus · terribilem habēs sessorem · opti-
mis operimentis adornatus: isqꝫ cū
impetu heliodoro priores calces elisit.
Qui autem ei sedebat videbat̄ arma
habere aurea. Alii ecīa apparuerunt
duo iuuenes virtute decori · optimi
gloria · speciosiqꝫ amictu: qui circun-
steterunt eum et ex utraqꝫ parte flagel-
labant: sine intermissione multis pla-
gis verberantes. Subito autem heli-
odorus concidit in terrā: eumqꝫ mul-
ta caligine circūfusum rapuerūt: atqꝫ
in sella gestatoria positū eiecerunt. Et

is qui cum multis cursoribus ⁊ satel-
litibus p̄dictum ingressus est erariū·
portabatur nullo sibi auxiliū ferente:
manifesta dei cognita virtute. Et ille
quidem ꝑ diuinam virtutem iacebat
mutus: atq; omni spe et salute p̄uat⁹.
Hij autem dominū benedicebāt· quia
magnificabat locum suū: et templū
quod pauloante timore ac tumultu
erat plenū: apparente omnipotēte dn̄o
gaudio ⁊ leticia impletum est. Tūc ve-
ro ex amicis heliodori quidam roga-
bant cōfestim oniā ut inuocaret altis-
simum: ut vitam donaret ei qui in su-
p̄mo spiritu erat constitut⁹. Cōsiderās
autem summus sacerdos ne forte rex
suspicaretur maliciā aliquā ex iudeis
circa heliodoꝝ consummatā: obtulit
pro salute viri hostiā salutarē. Cumq;
summ⁹ sacerdos exoraret: ijdem iuue-
nes eisdem vestibus amicti astantes
heliodoro dixerūt. Onie sacerdoti gra-
tias age. Nam propt̄ eū tibi domin⁹
vitam donauit. Tu autem ab eo fla-
gellat⁹: nuncia omnibus magnalia
dei et potestatem. Et hijs dictis non
cōparuerūt. Heliodorus autē hostia
deo oblata· et votis magnis p̄missis
ei· qui viuere illi concessit: ⁊ onie grati-
as agens: recepto exercitu repedabat
ad regem. Testabatur autem omnib;
ea que sub oculis suis viderat opera
magni dei. Cum autem rex interogas-
set heliodoꝝ quis esset aptus adhuc
semel iherosolimā mitti ait. Si quem
habes hostē aut regni tui insidiatorē
mitte illuc: et flagellatū eum recipies·
si tamē euaserit: eo q̄ in loco sit vere
dei quedā virt⁹. Nam ipse q̄ habet in
celis habitacōnē visitator ⁊ adiutor ē
loci illi⁹: ⁊ venientes ad malefaciēdum
percutit ac p̄dit. Igitur de heliodoro ⁊
erarij custodia ita se res habet. c. IIII.

Simon autem p̄dictus pecuniaꝝ
et patrie delator male loq̄bat̄
de onia: tanq̄; ipse heliodoꝝ instigas-
set ad hec· et ip̄e fuisset incentor malo-
rum: p̄uisoremq; ciuitatis ac defenso-
rem gentis sue· et emulatorē legis dei·
audebat insidiatorem regni dicere.
Sed cum inimicicie intantū p̄cederēt
ut etiam per quosdā simonis necessa-
rios homicidia fierent: considerans
onias periculū contencōnis· et appol-
loniū insanire· utpote ducē celesyrie·
⁊ phenicis ad augendam maliciam
simonis: ad regem se contulit· nō ut
ciuiū accusator· sed cōmunē vtilitatē
apud semetipsū vniūse multitudinis
considerās. Videbat enim sine rega-
li p̄uidentia impossibile esse pacē reb;
dari: nec simonem posse cessare a stul-
ticia sua. Sed post seleuci vite excessū
cum suscepisset regnū antiochus qui
nobilis appellabat̄· ambiebat iason
frater onie summū sacerdotiū: adito
rege· p̄mittens ei argenti talenta tre-
centa sexaginta: et ex redditib; alijs ta-
lenta octoginta. Sup̄ hec p̄mittebat
et alia centūquinquaginta· si potestati
eius concederetur gimnasiū ⁊ ephebi-
am sibi constituere: et eos qui in ihe-
rosolimis erant antiochenos scribere.
Quod cum rex annuisset et obtinuis-
set principatū· statim ad gentilē ritū
contribules suos transferre cepit: et a-
motis hijs que humanitatis causa
iudeis a regibus fuerant constituta·
ꝑ iohannē patrem eupolemi· q̄ apud
romanos de amicicia et societate fun-
ctus ē legatione legittima: ciuiū iura
destituens praua instituta sanciebat.
Et enī ausus est sub ipsa arce gimna-
sium constituere: et optimos quosq;

ephebor in lupanaribz ponere. Erat
autem hec non inicium sed incremen-
tum quoddam · et profectus gentilis
et alienigene conuersacōnis · propter
impij et nō sacerdotis iasonis nepha-
rium ⁊ inauditum scelus · ita ut sacer-
dotes iam non circa altaris officia
dediti essent: sed contempto templo et
sacrificijs neglectis · festinarēt particip̄s
fieri palestre · et prebitionis eius iniu-
ste · et in exercitijs disci: et patrios qui-
dem honores nichil habētes: grecas
glorias optimas arbitrabāt̄. Qua-
rum gratia periculosa eos cōtencō ha-
bebat. ⁊ eoꝝ instituta emulabātur: ac
per omnia hijs cōsiles esse cupiebāt:
quos hostes et peremptores habuerāt.
In leges enim diuinas impie agere
impune non cedit: sed hoc tempus se-
quens declarabit. Cū autē quinquen-
nalis agon · tyro celebrarēt̄ · et rex pre-
sens esset: misit iasō facinoros⁹ ab ihe-
rosolimis viros peccatores portātes
argenti didragmas trecentas ī sacri-
ficiū herculis: quas postulauerūt hij
qui apportauerāt ne in sacrificijs ero-
garentur quia nō oporteret · sed ī alios
sumptus eas deputari. Sed hec obla-
ta sunt quidem ab eo qui miserat in
sacrificiū herculis: propt̄ p̄sentes aūt
date sunt in fabricam nauiū triremi-
um. Misso autem in egiptū appollo-
nio nesthei filio propter primat⁹ pto-
lomei phylometoris regis · cū cogno-
uisset antiochus alienū se a negocijs
regni effectum: proprijs utilitatibus
consulens · pfectus inde venit ioppen:
et inde iherosolimā. Et magnifice a
iasone et ciuitate susceptus · cum facu-
laꝝ luminibz ⁊ laudibz ingressus est:
et inde in phenicē exercitum cōuertit.
Et post triennij tempus misit iason
menelaū supradicti simonis fratrem
portantem pecunias regi: et de nego-
cijs necessarijs responsa perlaturum.
At ille cōmendatus regi cū magnifi-
casset faciē potestatis ei⁹ · in semetipsū
retorsit summū sacerdotiū: suponēs
iasoni talēta argēti trecenta. Acceptis
qz a rege mādatis venit · nichil quidē
habēs dignū sacerdotio: animos vero
crudelis tyrāni: et fere belue iram gerēs.
Et iason quidē qui propriū fratrem
captiuauerat: ipe deceptus pfugus in
āmanitē expulsus est regionem. Me-
nelaus autem principatū quidem ob-
tinuit · de pecunijs vero regi pmissis
nichil agebat: cum exactionē faceret
sostratus qui arce erat p̄posit⁹. Nam
ad hunc exactio vectigaliū ptinebat:
quāobcausam utriqz ad regem sunt
euocati. Et menelaus motus est a sa-
cerdotio succedente lysimacho fratre
suo: sostratus autem p̄lat⁹ est ciprijs.
Et cum hec agerent̄ contigit tharsen-
ses et mallotas seditionē mouere: eo
qd antiochi regis concubine dono es-
sent date. Festinanter itaqz rex venit
sedare illos: relicto suffecto uno ex co-
mitibz suis andronico. Ratus autē
menelaus accepisse se tempus oportu-
num · aurea quedā vasa e tēplo fura-
tus donauit andronico: et alia vēdi-
derat tyro et p vicinas ciuitates. Quod
cum certissime cognouisset onias · ar-
guebat eum: ipe in loco tuto se cōtinēs
antiochie secus daphnē. Unde mene-
laus accedens ad andronicū · roga-
bat ut oniā interficeret. Qui cum venis-
set ad oniam · et datis dextris cū iure-
iurando quāuis esset ei suspectus sua-
sisset de asilo procedere: statim eū peremit
nō veritus iusticiā. Ob quā causam
non solum iudei · sed eciam alie quoqz

nationes indignabantur: et moleste fe-
rebant de nece tanti viri iniusta. Sed
regressum regē de cilicie locis adierūt
iudei apud antiochiā: simul et greci:
cōquerētes de iniqua nece onie. Con-
tristatꝰ itaq; antiochus animo pro-
pter oniā: et flexus ad misericordiam
lacrimas fudit: recordatus defuncti
sobrietatē et modestiā. Accensisq; a-
nimis andronicū purpura exutum p
totam civitatem iubet circumduci: et
in eodem loco in quo in oniam impi-
etatē cōmiserat: sacrilegū vita priua-
ri: domino illi condignam retribuen-
te penam. Multis autē sacrilegijs in
templo a lysimacho cōmissis menelai
cōsilio: et diuulgata fama cōgregata
est multitudo adūsum lysimachum:
multo iam auro exportato. Turbis
autem insurgentibꝫ et animis ira re-
pletis: lysimachus armatis fere tribꝫ
milibꝫ: iniquis manibꝫ uti cepit: du-
ce quodā tyranno etate pariter et de-
mencia pvecto. Sed ut intellexerunt
conatū lysimachi: alij lapides: alij fu-
stes validos arripuere: quidam vero
cinerem in lysimachū iecere. Et multi
quidam vulnerati: quidā autē et pro-
strati: omnes vero in fugam conversi
sunt. Ipm etiā sacrilegū secus erariū
interfecerūt. De hijs ergo cepit iudici-
um adversus menelaū agitari. Et cū
venisset rex tyrum: ad ipm negotium
detulerūt missi tres viri a senioribus.
Et cum superaretur menelaus: pmi-
sit ptolomeo multas pecunias dare
ad suadendū regi. Itaq; ptolomeus
in quodā atrio positū quasi refrige-
randi gratia regem adijt: et deduxit
a sententia: et menelaū quidē vniūse
malicie reū criminibꝫ absoluit: mise-
ros autē q̄ etiā si apud scitas causā
dixissēt innocentes iudicarentur: hos
morte dānauit. Cito ergo iniustam
penam dederunt: qui pro civitate et po-
pulo et sacris vasis causam psecuti
sūt. Quāobrē tyrij q̄3 indignati: erga
sepulturā eorū liberalissimi extiterunt.
Menelaꝰ aūt pp̄t eorū q̄ i potētia erāt
auariciā pmanebat i ptestate: crescēs
i malicia ad insidias civiū. Ca. v.

Eodem tempore āntiochus secun-
dam pfectionē parauit i egiptū.
Contigit autem per vniuersam ihero-
solimorū civitatem: videri diebꝫ qua-
draginta p aera equites discurrentes
aureas stolas habētes et hastas: qua-
si cohortes armatas: et cursus equorū
p ordines digestos: et congressiones
fieri cominꝰ: et scutorū motus et gale-
atorū multitudinē gladijs districtis:
et telorū iactus: et aureorū armorū splen-
dorem: omnisq; generis loricarum.
Quapropter omēs rogabant in bo-
num monstra cōverti. Sed cū falsus
rumor exisset: tanq̄ vita excessisset an-
tiochus: assumptis iason nō minus
mille viris: aggressus est civitatem re-
pente: et civibꝫ ad murū cōuolātibꝫ
ad ultimū apprehensa civitate mene-
laus fugit in arcem. Iason vero non
parcebat in cede civibꝫ suis: nec cogi-
tabat prosperitatem adūsum cogna-
tos malū esse maximū: arbitrans ho-
stium et non civiū se trophea capturū.
Et principatū quidem nō obtinuit:
finem vero insidiarū suarū confusionē
accepit: et profugus iterū abijt in am-
manitem. Ad ultimū i exitiū sui: con-
clusus ab aretha arabum tyranno:
fugiens de civitate in civitatē oībꝫ
odiosus: ut refuga legum et execrabi-
lis: ut patrie et civiū hostis: in egiptū
extrusus est: et qui multos de patria

sua expulerat: peregre periit lacedemonas profectus: quasi pro cognatione ibi refugium habiturus: et qui insepultos multos abiecerat: ipse et illamentatus et insepultus abicitur: sepultura neque peregrina usus: neque patrio sepulcro participans. Hiis itaque gestis suspicatus est rex societatem deserturos iudeos: et ob hoc profectus ex egipto efferatis animis: civitatem quidem armis cepit. Iussit autem militibus interficere: nec parcere occursantibus: et per domos ascendentes trucidare. Fiebant ergo cedes iuvenum ac seniorum: mulierum et natorum exterminia: virginumque et parvulorum neces. Erant autem toto triduo octoginta milia interfecti: quadraginta milia vincti: non minus autem venundati. Sed nec ista sufficiunt. Ausus est etiam intrare templum universa terra sanctius menelao ductore: qui legum et patrie fuit proditor. Et scelestis manibus sumens sancta vasa que ab aliis regibus et civitatibus erant posita ad ornatum loci et gloriam: contrectabat indigne et contaminabat. Ita alienatus mente antiochus non considerabat quod propter peccata habitantium civitatem modicum deus fuerat iratus: propter quod et accidit circa locum despectio. Alioquin nisi contigisset eos multis peccatis esse involutos: sicut heliodorus qui missus est a seleuco rege ad expoliandum erarium: etiam hic statim adveniens flagellatus et repulsus utique fuisset ab audacia. Verum non propter locum gentem: sed propter gentem locum deus elegit. Ideoque et ipse locus particeps factus est populi malorum: postea autem fiet socius bonorum: et qui derelictus in ira dei omnipotentis est: iterum in magni domini reconciliatione cum summa gloria exaltabitur. Igitur antiochus mille octingentis ablatis de templo talentis velociter antiochiam regressus est: existimans se pre superbia terram ad navigandum: pelagus vero ad iter agendum deducturum propter mentis elationem. Reliquit autem et prepositos ad affligendam gentem: iherosolimis quidem philippum genere frigem: moribus crudeliorem eo ipso a quo constitutus est: in garizim autem andronicum et menelaum qui gravius quam ceteri imminebant civibus. Cumque appositus esset contra iudeos misit odiosum principem apollonium cum exercitu viginti et duobus milibus: precipiens ei omnes perfecte etatis interficere: mulieres ac iuvenes vendere. Qui cum venisset iherosolimam pacem simulans quievit usque ad diem sanctum sabbati: et tunc feriatis iudeis arma capere suis precepit. Omnesque simul qui ad spectaculum processerant trucidavit: et civitatem cum armatis discurrens ingentem multitudinem peremit. Iudas autem machabeus qui decimus fuerat secesserat in desertum locum: ibique inter feras vitam in montibus cum suis agebat: et feni cibo vescentes demorabantur ne participes essent coinquinationis. c. vi.

Sed non post multum tempus misit rex senem quendam antiochenum qui compelleret iudeos ut se transferrent a patriis et dei legibus: contaminare etiam quod in iherosolimis erat templum: et cognominare iovis olimpii: et in garizim prout erant hii qui locum inhabitabant iovis hospitalis. Pessima autem et universis gravis erat malorum incursio. Nam templum luxuria et comessationibus erat plenum: et scortantium cum meretricibus: sacratisque edibus mulieres se ultro ingerebant: introferentes ea que non licebat.

Altare etiam plenū erat illicitis: que
legibus prohibebantur. Neq; autem
sabbata custodiebantur: neq; dies
solemnes patrij seruabantur: nec sim-
pliciter se quisq; iudeum confitebatur.
Ducebāt autē cum amara necessitate
in die natalis regis ad sacrificia: & cū
liberi sacra celebrarentur: cogebantur
edera coronati libero circuire. Decretū
autē exiuit ī proximas ciuitates gen-
tiliū suggerentibus ptolomeis: ut pa-
ri modo & ipi aduersus iudeos agerēt
ut sacrificarent: eos autē qui nollent
transire ad instituta gentiliū interfice-
rent. Erat ergo videre miseriam. Due
enī mulieres delate sunt natos suos
circūcidisse: quarū ad ubera infantibz
suspensis cū publice per ciuitatem cir-
cumduxissent: per muros p̄cipitauerūt.
Alij vero ad p̄ximas coeūtes spelun-
cas et latenter sabbati diem celebran-
tes cum indicati essent philippo flam-
mis succensi sunt: eo q' verebātur pro-
pter religionē et obseruantiā manu
sibimet auxiliū ferre. Obsecro autē eos
q̄ hūc librū lecturi sunt ne abhorrescāt
propter aduersos casus: sed reputent
ea que acciderunt nō ad interitū: sed
ad correctionem esse generis nr̄i. Et-
enī multo tēpore non sinere peccatori
bus ex sententia agere. sed statim ulti-
ones adhibere: magni beneficij est in-
dicium. Nō enī sicut ī alijs natōnibz
dn̄s patienter expectat ut eas cū iudicij
dies aduenerit in plenitudine pctōꝝ
puniat: ita et in nobis statuit ut pe-
ccatis nostris ī finē deuolutis ita demū
in nos vindicet: propter q' nunq̄
quidem a nobis misericordiam suā
amouet: corripiens vero in aduersis
ppl'm suum non derelinquit. Sed hec
nobis ad cōmonitionem legentium
dicta sint paucis: iam autē veniendū
est ad narrationē. Igit eleazar' un'
de primoribus scribarū vir etate pro-
uectus et vultu decorus: aperto ore
hians cōpellebatur carnē porcinam
māducare. at ille gloriosissimā mor-
tem magis q̄ odibilē vitā cōplectēs:
voluntarie p̄ibat ad suppliciū. Intuēs
autē quomodo oporteret accedere: pa-
tienter sustinens destinauit nō admit-
tere illicita: p̄pter vite amorē. Hij aūt
qui astabant iniqua miseratōne com-
moti p̄pter antiquā viri amiciciā tol-
lentes eū secreto rogabāt afferri carnes
quibz vesci ei licebat: ut simularetur
manducasse sicut rex imperauerat de
sacrificij carnibus: ut hoc facto a mor-
te liberaretur: et p̄pter veterē viri ami-
ciciā hanc in eo facerent humanitatē.
At ille cogitare cepit etatis ac senectu-
tis sue eminentā dignā: et ingenite
nobilitatis caniciē: atq; a puero opti-
me conuersationis actus: et secundū
sancte et a deo condite legis cōstituta:
respondit cito dicens: premitti se velle
in infernū. Non enim etatem nostrā
dignū est inquit fingere: ut multi ado-
lescentes arbitrātes eleazarum nona-
ginta annoꝝ transisse ad vitā alieni-
genaꝝ: et ipsi p̄pter meā simulationē
& p̄pter modicū corruptibilis vite tem-
pus decipiant: et per hoc maculam
atq; execrationē mee senectuti cōquirā.
Nam et si in p̄senti tempore supplicijs
hominū eripiar: sed manū omnipoten-
tis nec viuus nec defunctus effugiam.
Quāobrē fortiter vitā excedendo: sene
ctute quidē dign' apparebo: adolescen-
tibus autem exemplū forte relinquā:
si prompto animo ac forti p grauissi-
mis ac sanctissimis legibus honesta
morte perfungar. Hijs dictis: cōfestim

ad suppliciū trahebatur. Hij autē qui
eum ducebant et paulo ante fuerant
mitiores· in irā conuersi sunt propter
sermones ab eo dictos: quos illi p ar-
rogantiam prolatos arbitrabantur.
Sed cū plagis perimeretur: ingemuit
ꝛ dixit. Domine qui habes sanctam
scientiā· manifeste tu scis: quia cū a
morte possem liberari duros corpori
sustineo dolores: sedm animā vero
propter timorē tuum libenter hec pa-
tior. Et iste quidem hoc modo vita
decessit: non solum iuuenibus· sed
et memoriam vniūse genti memoriā
mortis sue ad exemplum virtutis et
fortitudinis derelinquens. c. vii.

Contigit autē septē fratres vna cū
mre apprehensos cōpelli a rege e-
dere cōtra fas carnes porcinas: fla-
gris et taureis cruciatos. Vnus autē
ex illis qui erat primus sic ait. Quid
queris: et quid vis discere a nobis?
Parati sumus mori magis: q̄ pa-
trias dei leges preuaricari. Irat⁹ itaq;
rex iussit sartagines· et ollas eneas
succendi: q̄bus statim succensis· iussit
ei qui prior fuerat locutus· āputari
liguā: et cute capitis abstracta sūma
quoq; manus ꝛ pedes ei p̄scidi: ceteris
eius fratribus ꝛ matre inspicientibus.
Et cū iam per omnia inutilis factus
esset· iussit ignē admoueri: et adhuc
spirātē torreri in sartagine· in qua
cum diu cruciaret̄: ceteri vna cum mre
inuicē se hortabantur mori fortiter
dicentes. Dn̄s deus aspiciet veritatē:
et cōsolabitur i nobis: quēadmodū
i protestatione cantici declarauit mo-
yses: et in seruis suis consolabitur.
Mortuo itaq; illo primo hoc modo·
sequentem deducebāt ad illudendū: et
cute capitis ei⁹ cū capillis abstracta·
interrogabāt si manducaret priusq̄
toto corpore per membra singula pu-
niretur. At ille respondēs patria vo-
ce dixit. Nō faciā. Propter qd̄ ꝛ iste se-
quenti loco primi tormēta suscepit: et
in vltimo spiritu constitut⁹ sic ait. Tu
quidem scelestissime in p̄senti vita nos
pdis: sed rex mūdi defunctos nos pro
suis legibꝫ eterne vite resurrectione su-
scitabit. Post hūc tercius illuditur: ꝛ
linguā postulatus cito ꝓtulit· et ma-
nus cōstanter extendit: et cū fiducia a-
it. E celo ista possideo: sed ꝓpter dei leges
nūc hec ipsa despicio· quoniā ab ipo
me ea recepturū spero: Ita ut rex ꝛ q̄ cū
ipo erāt mirarent̄ adolescētis animū:
q̄ tanq̄ nichil duceret cruciat⁹. Et hoc i-
ta defūcto: quartū vexabāt silit̄ tor-
quētes. Et cū iā esset ad mortē sic ait.
Pocius est ab hominibꝫ morti datos
spem expectare a deo· iterū ab ipo resu-
scitandos. Tibi eīn resurrectio ad vitā
non erit. Et cum admouissent quītū
vexabant eū: at ille respiciens in eum
dixit. Potestatē inter homines habēs
cū sis corruptibilis facis qd̄ vis. No-
li aūt putare genus nostrū a deo esse
derelictū. Tu autem patienter sustine: ꝛ
videbis magnā potestatē ipsi⁹ q̄liter
te et semen tuū torquebit. Post hunc
ducebant sextum: et is mori incipiēs
sic ait. Noli frustra errare. Nos enim
propter nosmetipsos hec patimur
peccantes in deū nostrū: ꝛ digna am-
miratione facta sunt i nobis. Tu au-
tem ne existimes tibi impune futurū:
qd̄ contra deū pugnare temptaueris.
Supra modū autē mater mirabilis
et bonoꝝ memoria digna· q̄ pereūtes
septem filios sub vnius diei tempore
conspiciens· bono animo ferebat pro-
pter spem quā i deū habebat: singulos

autem illoꝝ hortabatur voce patria
fortiter repleta sapientia: et feminee co-
gitacōni masculinū animū inferens
dixit ad eos. Nescio qualiter in utero
meo apparuistis. Neq; enī ego spiri-
tum et animā donaui vobis et vitā:
⁊ singuloꝝ membra non ego ipa con-
pegi. Sed enī mūdi creator qui forma-
uit hominis natiuitatē·quiq; omniū
inuenit originē: et spiritū vobis iterū
cum misericordia reddet et vitā: sicut
nūc vosmetipsos dispicitis ꝓpter legeſ
ei⁹. Antiochus autem cōtemni se ar-
bitratus·simul et exprobrātis voce de-
specta: cū adhuc adolescentior superesset·
non solū verbis hortabat̄ sed et cum
iuramēto affirmabat diuitem se ⁊ be-
atum facturū: et translatū a patriis le-
gibꝫ amicū habiturū·⁊ res necessariaſ
ei prebiturū. Sed ad hec cū adolescēs
nequaq; inclinaret̄: vocauit rex ma-
trē et suadebat ei ut adolescenti fieret
in salutem. Cū autē multis eā verbis
esset hortatus: pmisit suasurā se filio
suo. Itaq; inclinata ad illū irridens
crudelē tyrannū: ait patria voce. Fili
mi miserere mei que te ī utero nouem
mensibus portaui: et lac triennio dedi
et alui: et in etatem istā pduxi. Peto
nate ut aspicias ad celū et terram· et
ad omīa q̄ ī eis sūt: ⁊ intelligas quia
ex nichilo fecit illa de⁹ ⁊ hominū gen⁹:
Ita fiet ut nō timeas carnificē istū: sed
dignus fratribus tuis effect⁹ particepſ
suscipe mortem: ut in illa miseratione
cum fratribus tuis te recipiam. Cum
hec illa adhuc diceret: ait adolescens.
Quē sustinetis? Nō obedio p̄cepto re-
gis: sed precepto legis q̄ data est nobiſ
p moysen. Tu vero qui inuentor omīſ
malicie factus es ī hebreos· nō effugi-
es manū dei. Nos enī pro peccatis
nostris hec patimur. Et si nobis pro-
pter increpationē et correptionē dñs
deus noster modicū iratus est: sed iterꝫ
recōciliabitur s̄uis suis. Tu autem o
scelestē et omniū hominū flagiciosiſ-
sime noli frustra extolli vanis spe-
bus: ī seruos ei⁹ inflāmat⁹. Nōdum
enim omīpotentis dei et omīa inspi-
cientis iudiciū effugisti. Nam fratreſ
mei modico nunc dolore sustentato
sub testamento eterne vite effecti sunt:
tu vero iudicio dei iustas superbie tue
penas exsolues. Ego autē sicut et fra-
tres mei animā et corpus meū trado
pro patriis legibus·inuocās deū ma-
turi⁹ genti nostre propiciū fieri: teq; cū
tormentis et verberibus cōfiteri q̄ ipe
est deus solus. In me vero et in fratri-
bus meis desinet omīpotentis ira: q̄
sup omē gen⁹ nostrū iuste supducta ē.
Tunc rex accensus ira·in hunc super
omēs crudelius deseuit: indigne ferēs
se derisum. Et hic itaq; mūdus obiit:
per omīa in dño confidens. Nouissi-
me aūt post filios ⁊ mater cōsumpta
est. Igitur de sacrificiis et de nimiis
crudelitatibus satis dictū est. c. viii.
Judas vero machabeus·et qui cū illo
erāt introibant latenter in castella: et
conuocātes cognatos et amicos·et e-
os qui pmanserāt in iudaismo assu-
mentes·eduxerūt ad se sex milia viroſ.
Et inuocabant dominū ut respiceret
in ppłm qui ab omībꝫ calcabat̄·et mi-
sereret̄ templo qđ cōtaminabat̄ ab im-
piis. Misereretur etiā exterminio ciuita-
tis que esset illico complananda et vocē
sanguinis ad se clamantis audiret:
memoraretur q̄ꝫ iniquissimas mor-
tes paruuloꝝ innocentiū· et blasphe-
mias nomini suo illatas: ⁊ indigna-
ret̄ sup hiis. At machabe⁹ cōgregata

multitudine intollerabilis gentibus
efficiebatur. Ira enī domini ī miseri-
cordiā cōuersa ē. Et superueniēs castel-
lis ⁊ ciuitatibꝫ improuisus succēdebat
eas: et oportuna loca occupans · nō
paucas hostiū strages dabat. Maxi-
me autem noctibus ad huiuscemodi
excursus ferebatur: et fama virtutis e-
ius ubiqꝫ diffundebatur. Videns au-
tem philippus paulatim virū ad pro-
fectum venire · ac frequētius res ei cede-
re prospere: ad ptolomeū ducē celesy-
rie ⁊ phenicis scripsit: ut auxiliū ferret
regis negocijs. At ille velociter misit
nichanorē patrocli de p̄moribꝫ ami-
cum: datis ei de permixtis gētibꝫ · arma-
tis non minus viginti milibꝫ ut uni-
uersum iudeorū genꝰ deleret: adiuncto
ei · ⁊ gorgia viro militari · et in bellicis
rebus experientissimo. Constituit aūt
nichanor regi ut tributū qđ romanis
erat dandū duo milia talentorū de
captiuitate iudeorū suppleret. Statim
qꝫ ad maritimas ciuitates misit con-
uocās ad coemptionē iudaicorū man-
cipiorū: p̄mittens se nonaginta man-
cipia talento distracturū: nō respiciēs
ad vindictā que eum ab omnipotente
esset cōsecutura. Iudas autē ubi con-
perit: indicauit hijs qui secū erāt iude-
is nichanoris aduētū. Ex quibꝫ quidā
formidātes · et nō credentes dei iusticie
in fugam vertebantur: alij vero si qui
de hijs superāt vēdebāt: simulqꝫ do-
minū deprecabātur ut eriperet eos de
impio nichanore qui eos priusq̄ in-
cominꝰ venderet vendiderat. Et si non
tamē propter eos: propē testamentū qđ erat
ad patres eorū: et propter inuocationem
sancti et magnifici nominis eiꝰ super
ipsos. Conuocatis autē machabeus
septē milibꝫ qui cū ipo erant · rogabat
ne hostibꝫ recōciliarētur: neqꝫ metue-
rent inique venientiū aduersum se ho-
stium multitudinē: sed fortiter cōten-
derēt · ante oculos habentes cōtumeliā
que loco sancto ab hijs iniuste esset il-
lata: itemqꝫ ⁊ ludibrio habite ciuitatis
iniuriā: adhuc etiam veterū instituta
conuulsa. Nam illi quidē armis con-
fidunt ait · simul ⁊ audacia: nos aūt
in omnipotente domino qui potest et
venientes aduersum nos ⁊ vniuersum
mūdum vno nutu delere cōfidimus.
Ammonuit aūt eos et de auxilijs dei
q̄ facta sunt erga parētes: et qđ sub sen-
nacherib centūoctogītaquīqꝫ milia pe-
rierūt: ⁊ de p̄lio qđ eis aduersus gala-
thas fuit ī babilonia: ut omnes ubi ad
rē ventū ē macedonibꝫ socijs hesitātibꝫ ·
ipi sex milia soli peremerūt centumvi-
ginti milia propter auxiliū illis datum
de celo: et beneficia pro hijs plurima
cōsecuti sunt. Hijs verbis constantes
effecti sūt: ⁊ pro legibus et patria mori
parati. Constituit itaqꝫ fratres suos
duces vtriqꝫ ordini · simonem et iose-
phum ⁊ ionathan · subiectis vnicuiqꝫ
millenis et quingentenis: ad hoc etiā
ab esdra lecto illis sancto libro et dato
signo adiutorij dei: in prima acie ipse
dux cōmisit cum nichanore. Et facto
sibi adiutore omnipotente · interfecerūt
sup nouē milia hominū: maiorē au-
tem partē exercitus nichanoris vulne-
ribus debilem factā fugere cōpulerūt.
Pecunijs vero eorū qui ad emptionem
ipsorū venerāt sublatis · ipsos usqꝫquaqꝫ
psecuti sunt: sed reuersi sūt hora cōclu-
si. Nā erat ante sabbatū: quāobcausā
non pseuerauerūt insequētes. Arma
autē ipsorū et spolia cōgregantes sab-
batū agebāt benedicentes dominū: q̄
liberauit eos in isto die · misericordie

iniciū bellās in eos. Post sabbatū ve-
ro debilibus ⁊ orphanis et viduis di-
viserūt spolia: et residua ipī cum suis
habuere. Hijs itaq; gestis et cōmuni-
ter ab omībꝫ facta obsecratōne: mise-
ricordem dūm postulabāt ut in finē
servis suis recōciliaretur. Et ex hijs q
cum timotheo et bachide erant cōtra
se contendētes sup viginti milia inter-
fecerūt: ⁊ municiones excelsas obtinu-
erunt. ⁊ plures predas diviserūt: equā
porcionē debilibus pupillis ⁊ viduis.
sed et senioribꝫ facientes. Et cū arma
eoꝝ diligenter collegissent: omnia cōpo-
suerūt in locis oportunis. Residua ve-
ro spolia iherosolimā detulerūt: ⁊ phi-
larcen q cū timotheo erat interfecerūt
virū scelestū: qui in multis iudeos af-
flixerat. Et cū epinicia agerēt i iherosol-
limis eos qui sacras ianuas incende-
runt. id est calisthenen cum i quoddā
domicilium refugisset incenderunt:
digna ei mercede pro impietatibus
suis reddita. Facinorosissimus aūt
nichanor qui mille negociantes ad
iudeorū venditionem adduxerat hu-
miliatꝰ auxilio domini ab hijs quos
nullos existimaverat: deposita veste
glorie p mediterraneam fugiēs solus
venit antiochiā: summā infelicitatē
de interitu sui exercitus consecutus. Et
q pmiserat romanis se tributū restitu-
ere de captivitate iherosolimoꝝ: pdica-
bat nūc ptectorem deū habere iudeos. et
ob ipm invulnerabiles esse: eo q seque-
rent leges ab ipo cōstitutas. c. ix.

Eodem tempore antiochus inho-
neste revertebatur de psida. In-
traverat enī in eam q dicitur psipolis
⁊ temptavit expoliare templū ⁊ civita-
tem opprimere: sed multitudine ad ar-
ma concurrente in fugam versi sunt:
et ita cōtigit ut antiochus post fugā
turpiter rediret. Et cum venisset circa
egbathanan: recognovit q erga nicha-
norem et timotheū gesta sunt. Elatus
autē i ira. arbitrabat se iniuriā illoꝝ
qui se fugaverāt posse in iudeos retor-
quere: ideoq; iussit agitari currū suum.
sine intermissione agēs iter. celesti eū iu-
dicio urgente: eo q ita suphe locutꝰ
est se venturū iherosolimā. et cōgeriem
sepulcri iudeorū eā facturū. Sed qui
universa conspicit dūs deus isrl: pcus-
sit eum insanabili ⁊ invisibili plaga.
Ut enī finivit hūc ipm sermonē: appre-
hendit eum dolor dirus viscerum et
amara internoꝝ tormenta. Et quidē
satis iuste: quippe qui multis ⁊ novis
cruciatibꝫ alioꝝ torserat viscera: licet
ille nullo modo a sua malicia cessa-
ret. Sup hoc aūt suphia replet ignē
spirans animo in iudeos. et pcipiens
accelerari negociū. cōtigit illū impetu
euntem de curru cadere: ⁊ gravi corpo-
ris collisione membra vexari. Atq; q
sibi videbatur etiā fluctibꝫ maris im-
perare supra humanū modū suphia
repletus. ⁊ montiū altitudines i statē-
ra appendere: nūc humiliatꝰ ad terrā
in gestatorio portabatur. manifestā
dei virtutem in semetipso cōtestās: ita
ut de corpore impij vermes scaturirēt:
ac viventes in doloribus carnes eius
effluerent: odore etiā illius et fetore ex-
ercitus gravaretur. Et qui paulo āte
sydera celi cōtingere se arbitrabatur:
eum nemo poterat ppter intolerātiā
fetoris portare. Hinc igitur cepit ex
gravi suphia deductus ad agnitionē
sui venire divina āmonitus plaga:
p momenta singula doloribꝫ suis au-
gmenta capientibꝫ. Et cum nec ipse iā
fetorē suū ferre posset: ita ait. Iustum

est subditū esse deo: et mortalem non
paria deo sentire. Orabat autem hic
scelestus dñm a quo nō esset misericor-
diam cōsecuturꝰ: et ciuitatem ad quā
festinās veniebat. ut eā ad solū dedu-
ceret ac sepulcrū cōgestoꝝ faceret. nūc
optat liberā reddere: et iudeos quos
nec sepultura quidem se dignos habi-
turum. sed auibꝫ ac feris diripiendos
traditurū. et cum paruulis extermina-
turū dixerat. equales nunc atheniensi-
bus facturū pollicetur: templum etiā
sanctum qđ prius expoliauerat. opti-
mis donis ornaturū: et sancta vasa
multiplicaturū. et ptinentes ad sacri-
ficia sumptꝰ. de redditibꝫ suis prest i-
turū: sup hec ꝛ iudeum se futurū: et o-
mnem locū terre pambulaturꝫ. et pdi-
caturū dei potestatē. Sed nō cessātibꝫ
doloribꝫ: superuenerat enī in eū iustum
dei iudiciū: desperās scripsit ad iudeos
in hunc modū depcationis epistolā
hec cōtinentē. Optimis ciuibꝫ iudeis.
plurimā salutem et bene valere. et esse
felices: rex et princeps antiochus. Si
bene valetis ꝛ filij vestri et ex sententia
vobis cuncta sūt: maximas agimus
gratias. Et ego ī infirmitate cōstitutꝰ.
vestri autem memor benigne. reuersus
de persidis locis et infirmitate graui
apphensus necessariū duxi p cōmuni
utilitate curam habere: non desperās
memetipm: sed spem multam habens
effugiendi infirmitatē. Respiciēs aūt
qꝛ et pater meus quibus temporibus
in locis superioribꝫ ducebat exercitum.
ostendit q̄ post se susciperet principatū.
ut si quid contrariū accideret aut diffi-
cile nūciaret. scientes hij q̄ i regionibꝫ
erant cui esset rerum summa derelicta
non turbarentᷣ: ad hec considerans ꝛ
proximo potentes quosqꝫ et vicinos.
temporibꝫ insidiātes et euentum expe-
ctātes. designaui filiū meū antiochū
regem quē sepe recurrens in superiora
regna multis vestrum cōmendabā: et
scripsi ad eū que subiecta sūt. Oro itaqꝫ
vos et pro memores beneficioꝝ publi-
ce ꝛ puatim: ut vnusquisqꝫ cōseruet fi-
dem ad me et ad filiū meū. Confido
enim eum modeste et humane acturū
et sequentē ppositum meū: et cōmunē
vobis fore. Igitᷣ homicida ꝛ blasphe-
mus pessime pcussus: ꝛ ut ipse alios
tractauerat. pegre in mōtibꝫ miserabi-
li obitu vita functus ē. Trāsferebat aūt
corpꝰ philippus collactaneꝰ eiꝰ: qui
metuens filiū antiochi ad ptolomeū
philometorē i egiptū abijt. c. x.

Machabeus aūt ꝛ qui cum eo erāt
dño se ptegēte tēplū quidē ꝛ ciui-
tatē recepit: aras aūt quas alienige-
ne p plateas struxerant. itēqꝫ delubra
demolitꝰ ē. Et purgato templo aliud
altare fecerūt: et de ignitis lapidibꝫ i-
gne cōcepto sacrificia obtulerūt post
biennium: ꝛ incensum et lucernas. ꝛ panes
propositionis posuerūt. Quibꝫ gestis
rogabāt dñm pstrati in terrā: ne am-
plius talibus malis inciderent. Sed
et si quādo peccassent. ut ab ipo miti-
us corriperentᷣ: et nō barbaris ac blas-
phemis hominibꝫ traderentur. Qua
die autē templū ab alienigenis pollu-
tum fuerat: contigit eadem die purifi-
cationē fieri vicesima et quīta mensis
qui fuit casleu. Et cum leticia diebꝫ o-
cto egerūt in modū tabernaculoꝝ: re-
cordātes. q̄ āte modicū temporis di-
em solemnē tabernaculoꝝ ī mōtibus
et in speluncis more bestiaꝝ egerant:
propter qđ tirsos et ramos virides ꝛ
palmas pferebāt ei. q̄ psperauit mun-
dare locū suū. Et decreuerūt cōmuni

precepto et decreto universe genti iude-
orū: omnibus ānis agere dies istos.
Et antiochi quidem qui appellatus
est nobilis· vite excessus ita se habuit.
Nunc autē de eupatore antiochi im-
pij filio que gesta sunt narrabimus:
breviātes mala que ī bellis gesta sūt.
Hic enim suscepto regno cōstituit sup
negocia regni lisiam quēdā phenicis
et sirie milicie principē. Nā ptolome⁹
qui dicebatur macer· iusti tenax erga
iudeos esse constituit: et p̄cipue ꝓpter
iniquitatē que facta erat in eos: et pa-
cifice agere cū eis. Sed ob hoc accusat⁹
ab amicis apud eupatorē: cū frequēter
proditor audiret eo φ cyprū creditā
sibi a philometore deseruisset· et ad
antiochum nobilē translatus· etiam
ab eo recessisset: veneno vitam finiuit.
Gorgias autē cum esset dux locoꝝ as-
sūptis advenis frequēter iudeos debel-
labat; iudei vero qui tenebāt oportu-
nas municiones fugatos ab iheroso-
limis suscipiebāt: ⁊ bellare tēptabant.
Hij vero qui erant cū machabeo per
orationes dominū rogantes ut esset
sibi adiutor· impetū fecerūt ī municio-
nes ydumeoꝝ: multaqꝫ vi insistētes
loca obtinuerūt· occurrentes interemē-
runt: et omēs simul nō min⁹ a viginti-
quinqꝫ milibꝫ trucidaverūt. Quidā autē
cum cōfugissent in duas turres valde
munitas· omnē apparatum ad repu-
gnandū habentes: machabeus ad e-
orum expugnationē relicto simone ⁊
iosepho itemqꝫ zacheo· eisqꝫ qui cum
ipsis erant satis multis: ipē ad eas q̄
amplius urgebāt pugnas cōversus
ē. Hij vero q̄ cū simone erāt cupidita-
te ducti a quibusdā qui in turribꝫ erāt·
suasi sunt pecunia: ⁊ septuaginta mi-
libus didragmis acceptis dimiserūt
quosdā effugere. Cū autē machabeo
nunciatū esset qd factum est: principi-
bus ꝑsi cōgregatis· accusavit φ pecu-
nia fratres vendidissent· adversarijs
eoꝝ dimissis. Hos igit̄ ꝓditores fa-
ctos īterfecit: ⁊ cōfestī duas turres occu-
pavit. Armis aūt ac manibꝫ omīa
prospere agendo in duabus muniti-
onibꝫ plusquā viginti milia peremit.
Et timotheus qui prius a iudeis fue-
rat superatus convocato exercitu pere-
grine multitudinis ⁊ cōgregato equi-
tatu asiano advenit: quasi armis iu-
deam capturus. Machabeus autem
et qui cum ipō erant appropinquāte
illo deprecabantur dnm capud terra
aspergentes· lumbosqꝫ cilicijs p̄cincti·
ad altaris crepidinē ꝓvoluti: ut sibi
propici⁹ inimicis autem eoꝝ esset ini-
micus: ⁊ adūsarijs adūsaret sicut lex
dicit. Et ita post oratōnē sūptis armis
longius de civitate ꝓcedētes: et ꝓximi
hostibꝫ effecti resederūt. Primo autē
solis ortu utriqꝫ commiserunt· isti qui-
dem victorie et prosperitatis spōsorē
cum virtute dnm habētes: illi autem
ducē belli animū habebāt. Sed cum
vehemēs pugna esset apparuerunt ad-
versarijs de celo viri quinqꝫ in equis·
frenis aureis decori· ducatū iudeis pre-
stantes: ex quibus duo machabeum
mediū habētes armis suis circūseptū
incolumem cōservabāt: ī adūsarios
autē tela et fulmina iaciebāt: ex quo
et cecitate confusi et repleti perturbatio-
ne cadebāt. Interfecti sunt autē vigin-
timilia quingēti: ⁊ equites sexcenti. Ti-
motheus vero confugit in gazaram
presidiū munitū cui p̄erat cereas: ma-
chabeus autē et qui cū eo erant letātes
obsederūt presidiū diebꝫ quatuor. At
hij q̄ intus erant loci firmitate cōfisi

supra modū maledicebant · et sermo-
nes nephandos iactabant; sed cum
dies quinta illucesceret viginti iuuenes
ex hijs qui cum machabeo erāt accen-
si animis ꝓpter blasphemiā viriliter
accesserunt ad murū · et feroci animo
incedentes ascendebāt: sed et alij simi-
liter ascendētes turres portasq; succen-
dere aggressi sūt · atq; ipsos maledicos
viuos cōcremare. Per cōtinuum aūt
biduū · p̄sidio vastato timotheum oc-
cultantē se in quodam repertum loco
peremerunt: et fratrem illius cereā et
appollofanē occiderūt. Quibus gestis:
in ymnis et confessionibus benedice-
bant dominum qui magna fecit in
israhel: et victoriam dedit illis. c. xi.

Sed paruo post tēpore lisias pro-
curator regis ⁊ propinquus ac
negociorū prepositus · grauiter ferens
de hijs que acciderāt: cōgregatis octo-
ginta milibus et equitatu vniūso ve-
niebat aduersum iudeos existimans
se ciuitatem quidem captam gentibus
habitaclm facturū: templū vero in pe-
cunie questū sicut cetera delubra gen-
tium habiturū: et p singulos annos
venale sacerdotiū · nullo q̄ recogitās dei
potestatem: sed mente effrenatus · ī mul-
titudine peditū et in milibꝫ equitum ·
et in octoginta elephātis confidebat.
Ingressus autē iudeā et appropians
bethsure q̄ erat in angusto loco ab
iherosolima interuallo quinq; stadiorū:
illud p̄sidiū expugnabat. Ut autem
machabeus et qui cū eo erant cogno-
uerūt expugnari p̄sidia: cum fletu et
lacrimis rogabāt dominū · et omnis
turba simul: ut bonū āgelum mitteret
ad salutē isrl̄. Et ipse prim⁹ machabe⁹
sūptis armis ceteros adhortatus est
simul secum periculum subire: et ferre
auxiliū fratribus suis. Cūq; pariter
prōpto animo ꝓcederēt iherosolimis:
apparuit p̄cedēs eos eques ī veste can-
dida: armis aureis hastam vibrās.
Tunc omnes simul benedixerūt miseri-
cordem dn̄m: et cōualuerūt animis:
nō solū homines sed ⁊ bestias ferocissi-
mas ⁊ muros ferreos parati penetra-
re. Ibant igitur ꝓmpti: de celo habētes
adiutorē ⁊ miserantem ~~sup~~ eos dn̄m.
Leonum autem more impetu irruētes
in hostes ꝓstrauerunt ex eis vndecim
milia peditū et equitū mille sexcentos.
vniuersos aūt in fugā verterūt: plures vero
~~autem~~ ex eis vulnerati nudi euaserūt.
Sed ⁊ ipse lisias turpiter fugiēs euasit.
Et quia nō insensatus erat: secū ipse repu-
tans factam erga se diminutionē · et
intelligens inuictos esse hebreos dei
omīpotentis auxilio nitentes · misit
ad eos · ꝓmisitq; se cōsensurū omībꝫ
que iusta sunt: ⁊ regem compulsurū
amicū fieri. Annuit aūt machabeus
p̄cibus lisie: in omībus vtilitati con-
sulens. Et quecūq; machabe⁹ scripsit
lisie de iudeis: ea rex concessit. Nam
erāt scripte iudeis epistole a lisia qui-
dem hunc modū continentes. Lisias:
p̄plo iudeorū salutem. Iohannes et a-
bessalon qui missi fuerāt a vobis tra-
dentes scripta postulabāt: ut ea que
p illos significabātur implerē. Que-
cunq; igitur regi poterāt p̄ferri expo-
sui: et que res p̄mittebat consensit. Si
igitur i negocijs fidem cōseruaueritis
ā deinceps bonorū vobis causa esse
temptabo: de ceteris aūt p singula ver-
ba mandaui et istis et hijs qui a me
missi sunt colloqui vobiscum. Bene
valete. Anno centesimoq̄dragesimo-
octauo mensis die dioscori vicesima
et quarta. Regis autem epistola ista

continuebat. Rex antiochus: lisie fratri
salutē. Patre nostro inter deos trans-
lato nos volentes eos qui sunt in re-
gno nostro sine tumultu agere ⁊ rebꝫ
suis adhibere diligentiā: audiuimus
iudeos non consensisse patri meo ut
transferentur ad ritū grecoꝝ. sed tenere
velle suū institutū: ac ꝑterea postula-
re a nobis concedi sibi legitima sua.
Volentes igitur hanc quoqꝫ gentem
quietam esse: statuentes iudicauimꝰ
templū restitui illis: ut agerent scdm
suoꝝ maioꝝ consuetudinē. Bene igi-
tur feceris si miseris ad eos ⁊ dextram
dederis: ut cognita nostra voluntate
bono animo sint: et utilitatibus pro-
prijs deseruiāt. Ad iudeos vero regis
epistola talis erat. Rex āntiochus: sena-
tui iudeoꝝ. et ceteris iudeis salutē. Si
valetis. sic estis ut volumꝰ: sed et ipsi
bene valemꝰ. Adijt nos menelaus di-
cens: velle vos descendere ad vestros
qui sūt apud nos. Hijs igitur q̄ com-
meant usqꝫ ad diem tricesimū mensis
xandici damꝰ dextras securitatis. ut
iudaicis utantur cibis et legibus suis
sicut ⁊ prius: et nemo eoꝝ ullo modo
molestiam patiatur de hijs que per i-
gnorantiā gesta sunt. Misimꝰ autē
⁊ menelaum q̄ vos alloquatꝰ. Vale-
te. Anno cētesimoq̄dragesimoocta-
uo xandici mēsis quintadecima die. Mi-
serūt aūt etiā romani epistolā ita se
habentē. Quītusmemmius ⁊ titusma-
nilius legati romanoꝝ: populo iude-
orum salutem. De hijs que lisias co-
gnatus regis concessit vobis. et nos
concessimꝰ. de quibus aūt ad regē iu-
dicauit referendū. cōfestim aliquē mit-
tite diligentiꝰ inter vos cōferentes: ut
decernamꝰ sicut cōgruit vobis. Nos e-
nim antiochiam accedimus. Ideoqꝫ
festinate rescribere: ut nos quoqꝫ scia-
mus cuiꝰ estis voluntatis. Bene valete.
Anno centesimoq̄dragesimooctauo
quītadecima die mēsis xandici. c. xii.

Hijs factis pactionibꝫ lisias pge-
bat ad regem: iudei aūt agricul-
ture operam dabāt. Sed hij qui reside-
rant timotheus et appolloniꝰ gennei
filiꝰ. sed et ieronimus et demophon.
sup hꝰs et nichanor cypriarches nō
sinebant eos in silentio agere ⁊ quiete.
Ioppite vero tale quoddā flagitiū pe-
trarūt. Rogauerunt iudeos cū quibꝫ
habitabant ascendere scaphas q̄s pa-
rauerant cū uxoribꝫ ⁊ filijs: quasi nul-
lis inimicicijs inter eos subiacentibꝫ.
Secūdū cōmune itaqꝫ decretū ciuita-
tis. et ipsis acquiescentibꝫ pacisqꝫ cau-
sa nichil suspectū habentibꝫ: cū in altū
processissent submerserunt nō minus
ducentos. Quā crudelitatem iudas i
sue gentis homines factā ut cogno-
uit. ꝑcepit viris qui erant cū ipō. ⁊ in-
uocato iusto iudice deo. venit adūsus
interfectores fratrū: et portū quidem
nocte succendit: scaphas exussit: eos
autē qui ab igne refugerant gladio
peremit. Et cum hec ita egisset discessit
quasi iterū reuersurꝰ: ⁊ vniuersos iop-
pitas eradicaturꝰ. Sed cū cognouis-
set et eos qui erant iamnie velle pari
modo facere habitantibꝫ secū iudeis:
iamnitis quoqꝫ nocte superuenit. et
portū cum nauibus succendit: ita ut
lumen ignis appareret ierosolimis
ab stadijs ducentis q̄dragita. Inde cū
iā abissent nouē stadijs et iter facerēt
ad timotheū: cōmiserūt cū eo arabes
quīqꝫ milia viri. et equites quingenti.
Cumqꝫ pugna valida fieret ⁊ auxilio
dei prospere cessisset: residui victi ara-
bes petebant a iuda dextras sibi dari

promittentes se pascua daturos: et in
ceteris pfuturos. Judas autem arbi-
tratus vere in multis eos utiles pmi-
sit pacem: dextrisq; acceptis discessere
ad tabernacula sua. Aggressus ē aūt
et civitatem quādam firmā · pontibus
murisq; circūseptā que a turbis habi-
tabatur gentiū pmiscuarū: cui nomē
chasphin. Hii vero qui intus erāt con-
fidentes in stabilitate muroꝝ et appa-
ratu alimoniaꝝ remissius agebant:
maledictis lacessētes iudā ac blasphe-
mātes: et loquentes que fas non est.
Machabeus autē invocato magno
mūdi principe q sine arietibus et machi-
nis temporibus ihesu precipitavit ie-
richo · irruit ferociter muris: et capta
civitate p dñi voluntatem innumera-
biles cedes fecit: ita ut adiacēs stagnū
stadiorū duorū latitudinis sāguine
interfectorū fluere videretur. Inde disces-
serunt stadia septingēta quinquaginta
et venerūt in characha ad eos qui di-
cuntur tubianei iudeos: et timotheum
quidem in illis locis non cōprehende-
runt: nulloq; negocio pfecto regressus
est · relicto in quodā loco firmissimo
presidio. Dositheus aūt et sosipater qui
erant duces cum machabeo peremerūt
a timotheo relictos in presidio decem
milia viros. At machabeus ordina-
tis circū se sex milibus et constitutis p
cohortes: adversus timotheū processit
habentē secum · centumviginti milia
peditū: equitūq; duo milia quingen-
tos. Cognito aūt iude adventu timo-
theus pmisit mulieres · et filios et reli-
quū apparatū i psidium qd carnion
dicitur. Erat eni inexpugnabile et ac-
cessu difficile: propt locoꝝ angustias.
Cūq; cohors iude prima apparuisset:
timor hostibus incussus ē ex psentia
dei qui univsa cōspicit: et i fugā versi
sunt alius ab alio: ita ut magis a suis
deicerentur · et gladioꝝ suoꝝ ictibus
debilitarentur. Judas aūt vehementer
instabat puniēs pphanos et pstravit
ex eis triginta milia viroꝝ. Ipse vero
timotheus incidit in partes dosithei
et sosipatris: et multis pcibus postu-
labat ut vivus dimitteretur: eo q mul-
toꝝ ex iudeis parentes haberet ac fra-
tres quos morte eius decipi eveniret.
Et cū fidem dedisset restituturū se eos
secundū cōstitutū: illesū eū dimiserūt
propter fratrū salutē. Judas autem
regressus ē a carnion interfectis · vigin-
tiquinq; milibus. Post hoꝝ fugam
et necē movit exercitū ad effron civita-
tem munitā in qua multitudo diversarū
gentiū habitabat: et robusti iuvenes
pro muris cōsistentes fortit repugna-
bant. In hac autē machine multe: et
teloꝝ erant apparatus. Sed cū omni-
potentē invocassent · qui potestate vi-
res hostiū cōfringit ceperūt civitatem:
et ex eis qui intus erant viginti quinq;
milia pstraverunt. Inde ad civitatē
scitaꝝ abierunt: que ab iherosolimis
sexcentis stadiis aberat. Contestātibꝫ
autē hiis qui apud scitopolitas erāt
iudeis · eo benigne ab eis haberentur:
et tēporibus infelicitatis · eo modeste
secū egerint: gratias agentes eis · et ex-
hortati etiam de cetero erga genus suū
benignos esse venerūt iherosolimam ·
die solemni septimanaꝝ instante. Et
post pēthecosten abierūt contra gorgiā
ppositum ydumee. Exivit autem cum
peditibus tribus milibus: et equitibꝫ
quadringētis. Quibꝫ congressis cōti-
git paucos ruere iudeorū et dositheus
vero quidem de bachenoris eques vir
fortis gorgiam tenebat: et cum vellet

illū capere viuū·eques quidā de traci-
bus irruit in eū·humerūq3 ei⁹ ampu-
tauit: atq3 ita gorgias effugit in ma-
resa. At illis q̄ cū hesdrin erāt diuci⁹
pugnantibus et fatigatis inuocauit
dn̄m iudas adiutorem et ducem belli
fieri: incipiens voce patria·⁊ cū ymnis
clamorē extollens·fugam gorgie mi-
litib3 incussit. Judas autem collecto
exercitu venit in ciuitatem odollā. Et
cum septima dies superueniret: secūdū
cōsuetudinē purificati in eodem loco
sabbatū egerūt. Et sequenti die venit
cum suis iudas ut corpora ꝓstratoꝝ
tolleret: et cum parentib3 poneret in se-
pulcris paternis. Inuenerūt aūt sub
tunicis interfectoꝝ de donarijs ydolo-
rum q̄ apud iāniam fuerunt: a quib3
lex prohibet iudeos. Omnibus ergo
manifestum factum est: ob hanc cau-
sam eos corruisse. Omēs itaq3 benedi-
xerunt iustum iudiciū dn̄i: q̄ occulta
fecerat manifesta. Atq3 ita ad preces
conuersi rogauerunt: ut id qđ factum
erat delictum obliuioni traderet. At
vero fortissim⁹ iudas hortabatur po-
pulū cōseruare se sine pc̄cō: sub oculis
vidētes que facta sūt pro peccatis eoꝝ
qui ꝓstrati sunt. Et facta collatione
duodeci milia dragmas argenti mi-
sit iherosolimā offerri ꝓ pc̄cīs mortu-
orū sacrificiū: bene ⁊ religiose de resur-
rectione cogitās. Nisi eni eos q̄ cecide-
rant resurrecturos speraret: superfluū
videretur et vanū orare pro mortuis.
Et quia cōsiderabat q̄ hij qui cū pie-
tate dormitionem acceperāt: optimā
haberēt repositā gratiā. Sācta ergo ⁊
salubris ē cogitatio ꝓ defunctis exora-
re: ut a peccatis soluantur. c. xiii.

Anno centesimoquadragesimo-
nono cognouit iudas āntiochū
eupatorē venire cū multitudine aduer-
sus iudeam: ⁊ cū eo lisiā ꝓcuratorem
et prepositū negocioꝝ secū habentem
peditū centumdecem milia·et equitū
quinq3 milia·et elephantes vigintidu-
os: currus cū falcib3 trecentos. Com-
miscuit autē se illis et menelaus: ⁊ cū
multa fallacia deprecabat᷑ antiochū
non pro patrie salute: sed sperans se
constitui in principatū. Sed rex regū
suscitauit animos antiochi in pecca-
torem: et suggerente lisia hūc esse cau-
sam omniū maloꝝ: iussit ut eis ē con-
suetudo cōprehensum in eodem loco
necari. Erat autē in eodem loco turris
quinquaginta cubitoꝝ: aggestū vn-
diq3 habens cineris. Hec prospectum
habebat in preceps. Inde in cinerem
deici iussit sacrilegū: omib3 eū propel-
lentib3 ad interitum. Et tali lege pre-
uaricatorem legis contigit mori: nec
terre dari menelaū. Et quidem satis iu-
ste. Nam quia multa erga aram dei
delicta cōmisit cui⁹ ignis et cinis erat
sanctus: ipē in cineris morte damnat⁹
est. Sed rex mente efferatus veniebat
nequiorem se patre suo iudeis osten-
sur⁹. Quib3 iudas cognitis ꝑcepit ꝑplo
ut die ac nocte dn̄m inuocarent quo
sicut semꝑ ⁊ nūc adiuuaret eos: quip-
pe q̄ lege ⁊ patria sanctoq3 tēplo pri-
uari vererentur: ac ꝑplm qui nuꝑ pau-
lulū respirasset·ne sineret blasphemis
rursus nationibus subdi. Omnibus
itaq3 simul id facientibus ⁊ petētibus
a dn̄o misericordiā cū fletu ⁊ ieiunijs
per triduū cōtinuū ꝓstratis: hortat⁹
ē eos iudas ut se ꝑpararent. Ipe vero
cum senioribus cogitauit·priusquā
rex admoueret exercitū ad iudeam et
obtineret ciuitatē exire: et dn̄i iudicio
cōmittere exitū rei. Dās itaq3 potestatē

omniū deo mūdi creatori· et hortatus
suos ut fortiter dimicarent: ⁊ usq; ad
mortem pro legibus· templo· ciuitate·
patria· et ciuibus starēt· circa modin
exercitū constituit. Et dato signo suis
dei victorie· iuuenibus fortissimis ele-
ctis nocte aggressus aulam regiam ī
castris interfecit viros q̄tuordecim mi-
lia: et maximū elephantoꝝ cū hijs q̄
superpositi fuerāt. Summoq; metu ac
ꝑturbatione hostiū castra replentes:
rebusq; prospere gestis abierūt. Hoc
aūt factum ē die illucescente: adiuuan-
te eum dn̄i ꝓtectione. Sed rex accepto
gustu audacie iudeorū arte difficulta-
tes locoꝝ temptabat: et bethsure q̄d
erat iudeoꝝ ꝑsidiū munitū castra am-
mouebat· sed fugabatur· impingebat-
minue- batur· Hijs autem qui intus
erāt iudas necessaria mittebat. Enun-
ciauit aūt misteria hostibꝫ rodocus
quidā de iudaico exercitu: qui requisi-
tus cōprehensus est et cōclusus. Iterū
rex sermonē habuit ad eos qui erant ī
bethsuris: dextrā dedit· accepit· abijt·
cōmisit cū iuda: superat⁹ ē. Ut aūt co-
gnouit rebellasse philippū ātiochie q̄
relictus erat sup negocia· mente cōster-
natus iudeos deprecans· subditusq;
eis iurat de om̄ibꝫ quibus iustū visū
est: et recōciliatus obtulit sacrificium·
honorauit templū ⁊ munera posuit:
machabeum amplexatus est: et fecit
eum a ptolomaide usq; ad gerrenos
ducem et principem. Ut autem venit
ptolomaidam grauiter ferebant pto-
lomenses amicicie conuentionem in-
dignantes: ne forte fedus irrumperēt.
Tunc ascendit lisias tribunal: et rex
posuit rationem· et populū sedauit:
reūsusq; est ātiochiam. Et hoc modo
regis ꝓfectio ⁊ redit⁹ ꝓcessit. c. xiiii.

Sed post triennij temp⁹ cognouit
iudas et qui cū eo erāt demetriū
seleuci cū multitudine valida ⁊ nauibꝫ
ꝑ portū tripolis ascendisse ad loca o-
portuna: et tenuisse regiones adūsus
antiochū ⁊ ei⁹ ducē lisiam. Alchim⁹
aūt quidā qui sūmus sacerdos fuerat·
sed volūtarie coinquinat⁹ est ī tempo-
ribꝫ cōmixtionis· considerans nullo
modo sibi esse salutē neq; accessum ad
altare: venit ad regē demetriū centesi-
moquīquagesimo āno offerens ei co-
ronā auream ⁊ palmā: sup hec et ta-
los qui templi esse videbātur. Et ip̄a
quidam die siluit. Temp⁹ aūt opportu-
num dementie sue nactus: ⁊ cōuocat⁹
a demetrio ad consiliū· et interrogatus
quibus rebꝫ et cōsilijs iudei niterentur:
respondit. Ipsi qui dicūtur assidei iu-
deoꝝ quibus preest iudas machabeus
bella nutriūt ⁊ seditiones mouēt: nec
paciūtur regnū esse quietū. Nam et e-
go defraudat⁹ parentum gloria· dico
aūt sūmo sacerdocio huc veni: primo
quidē utilitatibus regis fidē seruans:
secundo aūt etiā ciuibus consulens.
Nam illoꝝ prauitate uniūsum gen⁹
nostrū nō minime vexatur. Sed oro
hijs singilis o rex cognitis: ⁊ regioni-
et generi scd̄m humanitatem tuā pro-
mulgatā om̄ibꝫ prospice. Nā q̄diu
supest iudas: impossibile ē pacem esse
negocijs. Talibus aūt ab hoc dictis:
et ceteri amici hostiliter se habentes
aduersus iudā· inflammauerūt deme-
triū. Qui statim nichanorem ꝓpositū
elephantoꝝ ducem misit in iudeā· da-
tis mandatis ut ip̄m quidē iudā ca-
peret· uniūsos vero qui cū illo erāt dis-
ꝑgeret: et cōstitueret alchimū maximi
templi summum sacerdotem. Tunc
gentes que de iudea fugerant iudam·

segregatim se nichanori miscebant:
miserias ꝛ clades iudeoꝝ · ꝓsperitates
reꝝ suarū existimantes. Audito itaqꝫ
iudei nichanoris aduētu · et cōuentu
nationū: cōspersi terra rogabāt eum
qui ꝑpłm suū cōstituit in eternū custo-
diret: quiqꝫ suam portionē signis eui-
dentibꝫ ꝓtegit. Imperāte autem duce
statim inde mouerūt: cōueneruntqꝫ ad
castellū dessau. Symō vero frater iude
cōmiserat cū nichanore: sed cōterritus
ē repētino aduētu aduersariorū. Nicha-
nor tamen audiens virtutē comitum
iude et animi magnitudinem quam
pro patrie certaminibꝫ habebant: san-
guine iudiciū facere metuebat. Quam-
obrē p̄misit possidoniū et theodotū ·
et mathiam · ut darēt dexteras · atqꝫ ac-
ciperent: et cū diu de hiis ꝯsiliū agerēt.
et ipe dux ad multitudinē retulisset:
omniū una fuit sentencia amiciciis an-
nuere. Itaqꝫ diem ꝯstituerūt qua secre-
to inter se agerēt: ꝛ singulis selle ꝓlate
sunt et posite. Precepit aūt iudas ar-
matos esse locis oportunis: ne forte
ab hostibus repēte mali aliquid ori-
rēt: Et ꝯgruū colloquiū fecerūt. Mo-
rabatur autem nichanor iherosolimis:
nichilqꝫ inique agebat: gregesqꝫ turba-
rum q̄ congregate fuerāt dimisit. Ha-
bebat aūt iudā semꝑ carū ex animo:
ꝛ erat viro inclinatꝰ. Rogauitqꝫ eum
ducere uxorē: filiosqꝫ ꝓcreare. Nupci-
as fecit: quiete egit: cōmuniterqꝫ viue-
bant. Alchimꝰ aūt vidēs caritatē illo-
rum ad inuicem ꝛ cōuentiones: venit
ad demetriū ꝛ dicebat nichanorē rebus
alienis assentire: iudāqꝫ regni insidia-
torē successorem sibi destinasse. Itaqꝫ
rex exasperatꝰ et pessimis huius crimi-
nationibus irritatꝰ scripsit nichanori
dicēs: grauiť quidē se ferre de amicicie

conuentione: iubere tamē machabeū
citius vinctū mittere antiochiā. Quibꝫ
cognitis nichanor cōsternabatur: ꝛ gra-
uiter ferebat si ea que cōuenerāt irrita
faceret nichil lesus a viro; sed quia re-
gi resistere non poterat: oportunitatē
obseruabat qua p̄ceptum ꝑficeret. At
machabeus vidēs secū austerius agere
nichanorē · et cōsuetum occursū feroci-
us exhibentem: intelligens nō ex bono
esse austeritatē istā: paucis suoꝝ con-
gregatis occultauit se a nichanore.
Quod cum ille cognouit fortiter se a
viro p̄uentum: venit ad maximum
et sanctissimū templū: ꝛ sacerdotibus
solitas hostias offerentibꝫ · iussit sibi
tradi virū. Quibus cum iuramento
dicentibus nescire se ubi esset qui que-
rebatur: extendēs manū ad templū iura-
uit dicens. Nisi iudā vinctum michi
tradideritis istud dei fanū in planiciē
deducā · et altare effodiā: ꝛ tēplū hoc li-
bero patri cōsecrabo. Et hiis dictis abiit.
Sacerdotes aūt protendētes manus
in celum inuocabāt eū qui semꝑ ꝓpu-
gnator esset gentis ipsoꝝ · hec dicentes.
Tu dn̄e uniuersoꝝ qui nulliꝰ indiges:
voluisti templū habitationis tue fie-
ri in nobis. Et nunc sancte sanctorū
omniū dn̄e conserua ineternū impol-
lutam domū istam: que nuꝑ mūdata
est. Razias autem quidā de senioribꝫ
ab iherosolimis delatus est nichano-
ri vir amator ciuitatis · ꝛ bene audiēs:
qui ꝓ affectu pater iudeoꝝ appellabatur.
Hic multis temporibus continentie
propositū tenuit i iudaismo: corpusqꝫ
et animā tradere contentꝰ pro perseue-
rantia. Volens aūt nichanor mani-
festare odium qđ habebat in iudeos
misit milites quingentos: ut eū com-
prehenderent. Putabat enim si illum

decepisset: sese cladem iudeis maximã
illaturũ. Turbis aũt irruere domũ ei⁹
et ianuã disrũpere · atq; ignem ãmo-
uere cupientibꝫ · cum iam cõprehenderé-
tur gladio se percussit: eligens nobiliter
mori potius · q̃ subditus fieri peccato-
ribus: et contra natales suos iniuriis
indignis agi. Sed cũ p festinationẽ
non certo ictu plagã dedisset · et turbe
intra ostia irruperent recurrens auda-
cter ad murũ · p̃cipitauit semetipsũ vi-
riliter in turbas: quibus velocit̃ locũ
dantibꝫ casui eius · venit per mediam
ceruicem. Et cũ adhuc spiraret accen-
sus animo surrexit: et cum sanguis
eius magno fluxu deflueret · ꝛ grauissi-
mis vulneribus esset saucius · cursu tur-
bam pertransijt: et stans supra quãdã
petram p̃ruptam · et iam exsanguis
effect⁹: cõplexus intestina sua vtrisq;
manibꝫ proiecit sup turbas inuocãs
dominatorẽ vite ac spirit⁹: vt hec illi i-
terũ redderet: atq; ita vita defunct⁹ ẽ. c. xv.

Nichanor aũt vt comperit iudam
esse in locis samarie: cogitauit
cum omni impetu die sabbati cõmitte-
re bellũ. Iudeis vero qui illũ p necces-
sitatem sequebãt̃ dicentibus · ne ita fe-
rociter et barbare feceris · sed honorẽ
tribue diei sanctificationis · ꝛ honora
eũ qui vniuersa cõspicit: ille infelix
interrogauit si est potens ĩ celo qui im-
perauit agi diẽ sabbatorũ: et respõden-
tibus illis: est dñs viu⁹ ipse in celo po-
tens qui iussit agi septimã diẽ: ille
ait. Et ego potens sum sup terrã: qui
impero sumi arma et negocia regis
impleri. Tamẽ nõ obtinuit vt cõsiliũ
pficeret. Et nichanor quidẽ cũ summa
supbia erect⁹ cogitauerat cõmune tro-
pheũ statuere de iuda. Machabeus
autem semp confidebat cum omni spe

auxiliũ sibi a dño affuturũ · et horta-
batur suos ne formidarent ad aduen-
tum nationũ: sed in mente haberent
adiutoria sibi facta de celo: ꝛ nũc spe-
rarent ab omnipotente · sibi affuturam
victoriã. Et allocutus eos de lege · et
prophetis: ãmonens etiã certamina
q̃ fecerãt prius: promptiores cõstituit
eos. Et ita animis eorũ erectis: simul
ostendebat gentiũ fallaciam · et iura-
mẽtorũ p̃uaricationẽ. Singulos aũt
illorũ armauit non clipei et haste mu-
nitione · sed sermonibꝫ optimis et exhor-
tationibꝫ: exposito digno fide somnio:
per qđ vniuersos letificauit. Erat au-
tem huiusmodi visus. Oniam qui fu-
erat summ⁹ sacerdos virũ bonũ ꝛ be-
nignũ verecũdũ visu · modestũ moribꝫ ·
et eloquio decorũ · et qui a puero in vir-
tutibus exercitat⁹ sit · man⁹ ptendentẽ:
orare pro omni p̃plo iudeorũ. Post hoc
apparuisse et aliũ virũ etate et gloria
mirabilem: et magni decoris habitu-
dinẽ circa illũ. Respondentẽ vero oni-
am dixisse. Hic ẽ fratrũ amator ꝛ p̃pli
isrl: hic est qui multũ orat pro p̃plo ꝛ
vniuersa sancta ciuitate ieremias pro-
pheta dei. Extendisse autem ieremiam
dextrã: ꝛ dedisse iude gladiũ aureũ di-
centem. Accipe sanctũ gladiũ munus
a deo: in quo deicies adũsarios p̃pli
mei isrl. Exhortati itaq; iude sermonibꝫ
bonis valde · de quibus extolli posset
impetus · et animi iuuenũ confortari:
statuerũt dimicare et cõfligere fortiter
vt virtus de negocijs iudicaret: eo q
ciuitas sancta et templũ periclitarent̃.
Erat enim p vxoribꝫ et filijs · itemq;
pro fratribꝫ et cognatis minor solli-
citudo: maximus vero et prim⁹ p san-
ctitate timor erat templi: sed et eos qui
in ciuitate erãt nõ minima sollicitudo

habebat pro hijs q̄ congressuri erant.
Et iam cū omnes sperarent iudiciū fu-
turū hostesq; adessent atq; exercit⁹ esset
ordinatus. bestie equitesq; oportuno
loco cōpositi: consideras machabe⁹
aduentū multitudinis et apparatū va-
riū armoꝝ. ac ferocitatem bestiaꝝ ex-
tendēs man⁹ in celū. ꝓdigia facientē
dñm inuocauit: qui nō scdm armoꝝ
potentiā. sed prout ipsi placet dat di-
gnis victoriā. Dixit aūt inuocās hoc
modo. Tu domine qui misisti āgelū
tuū sub ezechia rege iude. ⁊ interfecisti
de castris sennacherib centūoctogīta
quinq; milia: et nūc dominator celorū
mitte āgelū tuū bonū āte nos ī timo-
re et tremore magnitudinis brachij
tui: ut metuant qui cum blasphemia
veniūt aduersus sanctū ꝑplm tuū. Et
hic quidē ita ꝑorauit; nichanor autē
et qui cum ipso erāt cum tubis et can-
ticis admouebāt. Judas vero et qui
cum eo erant inuocato deo ꝑ orationes
cōgressi sunt: manu quidē pugnātes.
sed ⁊ dñm cordibus orantes. ꝓstraue-
runt nō min⁹ trigintaquinq; milia pre-
sentia dei magnifice delectati. Cumq;
cessassent et cum gaudio redirent: co-
gnouerūt nichanorē ruisse cū armis
suis. Facto itaq; clamore et ꝑturbati-
one suscitata: patria voce omnipotentē
dñm benedicebāt. Precepit aūt iudas
qui ꝑ omnia corpore ⁊ animo mori ꝑ
ciuibus parat⁹ erat: caput nichano-
ris et manū cū humero abscisam ihe-
rosolimā ꝑferri. Quo cum peruenisset
conuocatis cōtribulib; et sacerdotibus
ad altare: accersijt et eos qui in arce e-
rant. Et ostenso capite nichanoris et
manu nepharia quā extenderat cōtra
domū sanctā omnipotentis dei: magni-
fice gloriatus est. Linguā etiā impij
nichanoris ꝑcisam iussit particulati
auibus dari: manū autem dementis
contra templū suspendi. Omnes igit̄
celi benedixerūt dñm dicentes; benedi-
ctus qui locum suū incōtaminatū ser-
uauit. Suspendit autem nichanoris
caput in summa arce: ut euidens esset
et manifestū signū auxilij dei. Itaq;
omnes cōmuni consilio decreuerūt nul-
lo modo diē istū absq; celebritate ꝑte-
rire: habere aūt celebritatē terciadecima
die mēsis adar: que dicit̄ voce siriaca
ꝑdie mardochei die. Igitur hijs erga
nichanorē gestis: et ex illis temporib;
ab hebreis ciuitate possessa. ego q̄; in
hijs faciā finē sermonis. Et si quidem
bene. et ut historie cōpetit. hoc et ipse
velim: si aūt minus digne: conceden-
dum ē michi. Sicut enim vinū semꝑ
bibere aut semꝑ aquā cōtrariū ē: alt'ni
aūt uti delectabile: ita legētib; si semꝑ
exact⁹ sit sermo non erit gratus; hic
ergo erit consummatus.

Explicit scd's liber machabeorū.

Explicit sc̄d's liber machabeorū.

Incipit epl'a bti ieronimi p̄sbitri ad
damasū papā in q̄tuor euāgelistas.

B eatissimo pape dama-
so ieronim⁹. Nouū o-
pus me facere cogis ex
ueteri: ut p⁹ exemplaria
scripturaꝝ toto orbe di-
spersa quasi quidā arbit' sedeā: ⁊ quia
inter se variāt que sint illa q̄ cū greca
consentiant veritate decernam. Pius
labor sed periculosa presumptio · iudi-
care de ceteris · ipsum ab omnibꝫ iudi-
candū: senis mutare linguā: et cane-
scentē mūdū ad initia retrahere paruu-
lorum. Quis enī doctus pariter vel in-
doctus cū in manus volumen assum-
pserit · et a saliua quā semel imbibit vi-
derit discrepare qđ lectitat · non statim
erūpat in vocē me falsariū me clamās
esse sacrilegū: q̄ audeā aliquid in vete-
ribus libris addere · mutare · corrige-
re? Aduersus quā inuidiam duplex
causa me consolat': qđ et tu qui sūmus
sacerdos es fieri iubes: et verū non esse
qđ variat · etiā maledicorꝫ testimonio
cōprobatur. Si enī latinis exemplari-
bus fides est adhibenda · respondeāt
quibꝫ tot sunt exemplaria pene quot
codices. Sin aūt veritas est querenda
de pluribus: cur nō ad grecā originē
reuertentes ea que vel a viciosis inter-
pretibus male edita vel a presumpto-
ribus imperitis emendata peruersius ·
vel a librarijs dormitātibus aut ad-
dita sūt aut mutata corrigimus? Ne-
qꝫ vero ego de veteri disputo testamēto:
qđ a septuaginta senioribus in grecā
linguā versum tercio gradu ad nos
usqꝫ peruenit. Non quero quid aquila
quid symmachus sapiant: quare the-
odotion inter nouos et veteres medi-
us incedat. Sit illa vera interpretatō:
quam apostoli p̄bauerunt. De nouo
nunc loquor testamento qđ grecū esse
nō dubiū est: excepto apostolo matheo
qui primus in iudea euangelium xp̄i
hebraicis litteris edidit. Hoc certe cū
in nostro sermone discordat · et diuer-
sos riuulorꝫ tramites ducit: uno de
fonte querendū est. Pretermitto eos
codices q̄s a luciano et esycio nuncu-
patores paucorꝫ hominū asserit puer-
sa cōtentio: quibus utiqꝫ nec in veteri
instrumēto post septuaginta interpre-
tes emendare quid licuit · nec in nouo
profuit emendasse: cum multarꝫ gen-
tium linguis scriptura āte translata
doceat falsa esse que addita sunt. Igi-
tur hec p̄sens p̄fatiuncula pollicetur
quatuor tantū euangelia · quorꝫ ordo
est iste · matheus · marcus · lucas · io-
hānes · codicum grecorꝫ emendata col-
latione sed veterū: que ne multū a lecti-
onis latine cōsuetudine discreparent ·
ita calamo imperauim⁹: ut hijs tan-
tum que sensum videbantur mutare ·
correctis · reliqua manere pateremur ut
fuerāt. Canones quoqꝫ quos eusebi-
us cesariensis episcopus alexādrinū
secut⁹ ammoniū in decē numeros or-
dinauit: sicut in greco habētur expres-
simus. Qđ si quis de curiosis voluerit
nosse que in euangelijs vel eadem vel
vicina vel sola sint · eorꝫ distinctione co-
gnoscet. Magnus siquidē hic ī nr̄is
codicibus error inoleuit: dum qđ ī ea-
dem re alius euangelista plus dixit · in
alio quia minus putauerint addide-
runt: vel dum eundē sensum alius ali-
ter expressit · ille qui unū e quatuor pri-
mum legerat · ad eius exemplū ceteros
quoqꝫ estimauerit emendandos · un-
de accidit · ut aput nos mixta sunt o-
mnia: et in marco plura luce atqꝫ

matheí:rurſum ī matheo iohannis et
marci:et in ceteris reliquorum que ī alijs
propria ſunt inueniantur. Cū itaqꝫ
canones legeris qui ſubiecti ſunt:con-
fuſionis errore ſublato·et ſiſia omniū
ſcies:et ſingulis ſua queqꝫ reſtitues.
In canone primo concordāt q̄tuor:
matheus·marcꝰ·lucas·iohānes. In
ſecundo tres:matheus·marcus·lucas.
In tercio tres:matheꝰ·lucas·iohānes.
In quarto tres:matheus·marcus·io-
hannes. In quīto duo:matheus·lu-
cas. In ſexto duo:matheus·marcus.
In ſeptimo duo:matheus·iohānes.
In octauo duo:lucas·marcꝰ. In no-
no duo:lucas·iohānes. In decimo·
propria unuſquiſqꝫ q̄ nō habentur
in alijs ediderunt. Singulis vero eu-
angelijs ab uno incipiens uſqꝫ ad fi-
nem librorum diſpar numerus acceſcit.
Hic nigro colore pſcriptus ſub ſe ha-
bet aliū ex minio diſcolorē numerum:
qui ad decem uſqꝫ pcedēs indicat:pri-
or numerꝰ in quo ſit canone requirē-
dus. Cū ergo apto codice ubi gratia
illud ſiue illud capitulū ſcire volueris
cuiꝰ canonis ſit·ſtatī ex ſubiecto nume-
ro doceberis:et recurrēs ad pricipia in
quibꝫ canonū eſt diſtincta congeries·
eodēqꝫ ſtatim canone ex titulo frōtis
inuento:illū quē querebas numerum
eiuſdem euangelij qui et ipſe ex inſcri-
ptione ſignat inuenies:atqꝫ e vicino
ceterorum tramitibꝫ inſpectis·q̄s numeros
e regione habeāt annotabis:et cum
ſcieris recurres ad volumina ſingulo-
rum:⁊ ſine mora repertis numeris q̄s
āte ſignaueras·repperies ⁊ loca·ī qui-
bus uel eadē uel vicina dixerūt. Opto
ut ī xp̄o valeas et memineris mei pa-
pa beatiſſime. Explicit epl'a. Incipit
argumentū in euāgeliū ſcd'm ma.

Matheus ex iudea ſicut in
ordine primꝰ ponitur·ita
euangeliū in iudea primꝰ
ſcripſit: cuiꝰ vocatio ad
deū ex publicanis actibꝫ fuit:duorum
ī generatōne xp̄i principia pſumens:
uniꝰ·cuiꝰ prima circūciſio ī carne:al-
terius·cuiꝰ ſcd'm cor electio fuit. Ex utriſ-
qꝫ eni patribꝫ xp̄c. Sicqꝫ q̄terdenario
numero triformit poſito·principium
a credendi fide in electionis tempꝰ por-
rigens·et ex electione uſqꝫ in tranſmi-
grationis diē dirigens·atqꝫ a trāſmi-
grationis die uſqꝫ in xp̄m definiens·
decurſam aduentꝰ dn̄i oſtendit gene-
ratione et numero ſatiſfaciēs ⁊ tēpori:
ut et ſe qd eſſet oſtenderet:et dei ī ſe o-
pus mōſtrans·etiā in hijs quorum ge-
nus poſuit xp̄i operantis a principio
teſtimoniū nō negaret. Quarum omniū
rerum·tempus·ordo·numerꝰ·diſpoſitio
uel ratio·qꝫ fidei neceſſariū eſt·deꝰ xp̄c
eſt:qui factus eſt ex muliere·factus ſub
lege·natꝰ ex virgine·paſſus in carne·
om̄ia in cruce fixit:ut triumphās ea
in ſemetipſo reſurgens in corpore·⁊ pa-
tris nomē in patribꝫ filio·⁊ filij nomē
patri reſtituēs in filijs:ſine principio
ſine fine oſtēdēs unū ſe cum patre eſ-
ſe quia unꝰ eſt. In quo euangelio uti-
le eſt deſiderātibꝫ deū·ſic prima uel me-
dia uel pfecta cognoſcere·ut et vocati-
onem apoſtoli et opus euangelij et
dilectionē dei in carne naſcentis p uni-
uerſa legentes intelligāt:atqꝫ id in eo
in quo apprehenſi ſunt·et apprehende-
re appetūt recognoſcāt. Nobis enim
hoc ſtudio argumenti fuit et fidē fa-
cte rei tradere:⁊ operātis dei intelligēdā
diligenter eſſe diſpoſitionē querētibꝰ
non tacere. Explicit argumentū. Inci-
pit euāgeliū ſcd'm matheū. Cap. pri

Matheus.

Liber generatõis ihesu xpi
filij dauid: filij abraham.
Abraham genuit ysaac:
ysaac autẽ genuit iacob.
Jacob aūt genuit iudã et fratres ei⁹:
iudas aūt genuit phares et zara de
thamar. Phares aūt genuit esrom:
esrom aūt genuit aram. Aram aūt
genuit aminadab: aminadab aūt ge-
nuit naasõ. Naason aūt genuit sal-
mon: salmõ aūt genuit booz de raab.
Booz aūt genuit obeth ex ruth: obeth
aūt genuit iesse. Jesse autẽ genuit da-
uid regẽ: dauid autẽ rex genuit salo-
monẽ ex ea q̃ fuit urie. Salomõ aūt
genuit roboam: roboam aūt genuit
abyam. Abyas aūt genuit asa: asa
aūt genuit iosaphat. Josaphat aūt
genuit ioram: ioram aūt genuit ozi-
am. Ozias autẽ genuit ioathan: ioa-
than aūt genuit achaz. Achaz autẽ
genuit ezechiam: ezechias aūt genuit
manassen: manasses aūt genuit a-
mon: Ammon aūt genuit iosyam:
iosias aūt genuit iechoniã et fr̃es ei⁹
ĩ trãsmigratione babilonis. Et post
transmigrationẽ babilonis iechonias
genuit salathiel: salathiel aūt genuit
zorobabel. Zorobabel aūt genuit abi-
ud: abiud autem genuit eliachim. Eli-
achim aūt genuit azor: azor aūt ge-
nuit sadoch. Sadoch autem genuit a-
chim: achim aūt genuit eliud. Eliud
aūt genuit eleazar: eleazar aūt genuit
mathan. Mathan aūt genuit iacob:
iacob aūt genuit ioseph uirū marie:
de qua nat⁹ est ihesus: qui uocatur
xpc. Omnes ergo generationes ab a-
braham usq; ad dauid: generationes
q̃tuordecim: et a dauid usq; ad trans-
migrationẽ babilonis: generatiões
q̃tuordecī: et a trãsmigratiõe babilonis
usq; ad xpm: generationes quatuor-
decim. Xpi autem generatio sic erat.
Cum esset desposata mater ihesu ma-
ria ioseph: anteq̃ cõuenirent inuenta ẽ
ĩ utero habẽs de spiritu sãcto. Joseph
autem uir ei⁹ cū esset iustus: et nollet
eam traducere: uoluit occulte dimitte-
re eam. Hec aūt eo cogitante: ecce ãge-
lus dñi apparuit ĩ somnis ioseph di-
cens. Joseph fili dauid: noli timere ac-
cipere mariã cõiugem tuã. Qđ eñi in
ea natū est: de spiritu sancto est. Pari-
et aūt filiū: et uocabis nomẽ eius ihe-
sum. Ipse eñi saluū faciet p̄plm suum
a peccatis eorū. Hoc autem totū factū
est: ut adimpleretur qđ dictū est a do-
mino p propheta dicentem. Ecce uir-
go in utero habebit et pariet filiū: et uo-
cabūt nomẽ eius emanuel: qđ est in-
terp̄tatū nobiscum deus. Exurgens
aūt ioseph a somno fecit sicut p̄cepit
ei ãgelus dñi: et accepit cõiugem suã.
Et non cognoscebat eam donec pepe-
rit filium suum primogenitum: et
uocauit nomen eius ihesum. c. ii.

Cum natus esset ihesus in bethle-
em iude ĩ diebz herodis regis: ec-
ce magi ab oriente uenerūt ierosoli-
mam dicentes. Ubi est qui natus est
rex iudeorū? Uidimus eñi stellã eius
in oriente: et uenim⁹ adorare eū. Au-
diens autem herodes rex turbatus ẽ:
et omnis ierosolima cū illo. Et cõgre-
gans omnes principes sacerdotū et
scribas p̄pli: sciscitabat̃ ab eis ubi xp̄s
nasceret̃. At illi dixerūt ei. In bethleem
iude. Sic eñi scriptū est p prophetam.
Et tu bethleem terra iuda: nequaq̃ mi-
nima es ĩ p̄ncipibz iuda. Ex te eñi exi-
et dux: qui regat p̄plm meum israhel.
Tūc herodes clam uocatis magis dili-
genter didicit ab eis tempus stelle q̃

ergo

apparuit eis: ⁊ mittens illos in beth-
leem dixit. Ite et interrogate diligēter
de puero: ⁊ cū inveneritis renūciate mi-
chi: ut ⁊ ego veniens adorem eū. Qui
cum audissent regem abierūt. Et ecce
stella quā viderāt in oriente antecede-
bat eos: usqz dū veniēs staret supra u-
bi erat puer. Videntes aūt stellā: gavi-
si sūt gaudio magno valde. Et intran-
tes domū invenerūt puerū cū maria
matre eius: ⁊ procidentes adoraverunt
eū: ⁊ apertis thesauris suis obtulerunt
ei munera: aurū thus ⁊ mirram. Et re-
sponso accepto in somnis ne redirēt
ad herodē: p aliā viam reversi sunt in
regionē suam. Qui cū recessissent: ecce
angelus domini apparuit in somnis
ioseph dicens. Surge ⁊ accipe puerū
⁊ matrē eius ⁊ fuge in egiptū: et esto i-
bi usqz dū dicā tibi. Futurū est enim:
ut herodes querat puerū ad pdendum
eum. Qui consurgens accepit puerū
⁊ matrē eius nocte: et secessit ī egiptū. Et
erat ibi usqz ad obitū herodis: ut ad-
impleretur qd dictum est a domino p
prophetā dicentem. Ex egipto vocavi
filiū meū. Tunc herodes videns quoniā
illusus esset a magis: iratus ē valde:
et mittens occidit omēs pueros qui e-
rant ī bethleem et in omībz finibus e-
ius a bimatu et infra: scdm tempus qd
exquisierat a magis. Tūc adimpletū
est: qd dictum est p ieremiā prophetā
dicentem. Vox ī rama audita est: plo-
ratus et ululatus multus: rachel plorans
filios suos: et noluit consolari quia
non sunt. Defuncto aūt herode: ecce
angelus domini apparuit in somnis
ioseph in egipto dicens. Surge et ac-
cipe puerū et matrem eius: et vade in terā
israhel. Defuncti sūt enī qui querebāt
animam pueri. Qui cōsurgēs accepit
puerū et matrem eius: et venit in terrā
israhel. Audiēs autem qd archelaus
regnaret in iudea pro herode patre suo
timuit illo ire: et āmonitus ī somnis
secessit in partes galilee. Et veniēs ha-
bitavit ī civitate q̄ vocatur nazareth:
ut adimpleretur qd dictum ē p prophetas:
quoniam nazareus vocabitur. c. iii.

In diebus autem illis venit iohannes
baptista: predicans in deserto iudee et
dicēs: penitenciā agite: Appropinqua-
bit enim regnū celorum. Hic est enim
qui dictus est p ysaiam prophetam
dicentem. Vox clamātis in deserto. pa-
rate viā domini: rectas facite semitas
eius. Ipse aūt iohānes habebat vesti-
mentū de pilis camelorum: et zonā pelli-
ceam circa lumbos suos. Esca aūt eius
erat locuste ⁊ mel silvestre. Tūc exibat
ad eū iherosolima ⁊ omīs iudea: et o-
mnis regio circa iordanem: et baptiza-
bantur ab eo in iordane cōfitētes pctā
sua. Videns aūt multos phariseorum ⁊
saduceorum venientes ad baptismū suū:
dixit eis: progenies viperarum: quis demon-
stravit vobis fugere a ventura ira? Fa-
cite ergo fructū dignū penitētie. Et ne
velitis dicere intra vos: patrē habemus
abraham. Dico enī vobis: quoniā
potēs est deus de lapidibus istis susci-
tare filios abrahe. Iam enī securis ad
radicē arborū posita est. Omnis ergo
arbor que nō facit fructū bonū excide-
tur: et ī ignē mittetur. Ego quidē bap-
tizo vos ī aqua in penitentiam: qui au-
tem post me venturus est: fortior me est:
cuius nō sum dignus calciamēta porta-
re. Ipse vos baptizabit ī spiritu sācto
et igni. Cuius ventilabrū in manu sua
et permundabit areā suā: ⁊ cōgregabit
triticum in horreum suū: paleas aūt
cōburet igni inextinguibili. Tūc venit

ihesus a galilea ī iordanen ad iohan-
nem: ut baptizaret ab eo. Iohānes
aūt prohibebat eū dicēs. Ego a te debeo
baptizari: ⁊ tu venis ad me? Respon-
dens aūt ihesus dixit ei. Sine modo.
Sic enī decet nos implere omnē iusti-
ciā. Tunc dimisit eū. Baptizatus aūt
ihesus confestim ascendit de aqua. Et
ecce apti sunt ei celi: ⁊ vidit spiritū dei
descendētē sicut colūbā ⁊ venientē sup se.
Et ecce vox de celis dicēs. Hic ē filius
me⁹ dilect⁹: ī quo michi cōplacui. c. iiii.
Tunc ihesus duct⁹ ē ī desertū a spiri-
tu: ut temptaret a dyabolo: et cū
ieiunasset quadraginta diebꝫ et qua-
draginta noctibus: postea esuriit. Et
accedens temptator dixit ei. Si filius
dei es: dic ut lapides isti panes fiant.
Qui respondens dixit. Scriptū ē. Nō
in solo pane vivit homo: sed in omni
verbo qđ procedit de ore dei. Tunc as-
sumpsit eū dyabol⁹ ī sanctā civitatē:
et statuit eū supra pinnaculū templi:
et dixit ei. Si filius dei es: mitte te deor-
sum. Scriptū est enī. quia āgelis suis
mādavit de te: et in manibus tollent
te: ne forte offendas ad lapidē pedē tu-
um. Ait illi ihesus rursum. Scriptū ē.
Non temptabis dnm deū tuū. Iterū
assumpsit eū dyabolus in mōtem ex-
celsum valde: et ostendit ei omnia re-
gna mūdi et gloriam eoꝝ: et dixit ei.
Hec omīa tibi dabo: si cadens adora-
veris me. Tunc dicit ei ihesus. Vade
sathana. Scriptū ē enī. Dnm deū tuū
adorabis: ⁊ illi soli servies. Tūc reli-
quit eū dyabolus: ⁊ ecce angeli accesse-
runt ⁊ ministrabāt ei. Cū aūt audisset
ihesus qđ iohānes tradit⁹ esset secessit
in galileā: et relicta civitate nazareth
venit ⁊ habitavit ī civitate capharnaū
maritima ī finibꝫ zabulon ⁊ neptali:
ut adimpleretur qđ dictū est per ysaiam
prophetā. Terra zabulon ⁊ terra nep-
talim: via maris trās iordanen gali-
lee gentiū: pplus q ābulabat ī tenebris
vidit lucem magnā: ⁊ sedentibus ī re-
gione umbre mortis lux orta est eis.
Exinde cepit ihesus predicare ⁊ dicere.
Penitentiā agite. Appropinquabit
enī regnū celoꝝ. Ambulās aūt iuxta
mare galilee vidit duos fratres simo-
nem qui vocatur petrus ⁊ andreā fra-
trem eius: mittentes rete ī mare. Erāt
enim piscatores. Et ait illis. Venite
post me: et faciā vos fieri piscatores
hominū. At illi cōtinuo relictis reti-
bus secuti sunt eū. Et procedens inde vi-
dit alios duos fres. iacobū zebedei
et iohānem fratrem ei⁹ in navi cū zebe-
deo patre eoꝝ reficientes retia sua: et
vocavit eos. Illi aūt statim relictis re-
tibus et patre: secuti sunt eū. Et circuī-
bat ihesus totā galileā docens ī syna-
gogis eoꝝ: et pdicans evangeliū re-
gni: ⁊ sanās omnē lāguorē ⁊ omnē
infirmitatem in pplo. Et abiit opinio
eius in totā syriā: et obtulerūt ei omēs
male habētes variis languoribus ⁊
tormētis comphensos. et q demonia
habebāt: et lunaticos ⁊ paraliticos ⁊
curavit eos: ⁊ secute sūt eū turbe mul-
te de galilea. ⁊ decapoli. et de iherosoli-
mis. ⁊ de iudea. ⁊ de trās iordanen. c. v.
Videns aūt ihesus turbas ascendit
in mōtem: ⁊ cū sedisset accesserūt
ad eum discipuli eius: et aperiens os
suū docebat eos dicens. Beati pauperes
spiritu: qm̄ ipoꝝ ē regnū celoꝝ. Beati
mites: qm̄ ipi possidebūt terrā. Beati
qui lugent: qm̄ ipi cōsolabūtur. Bea-
ti q esuriūt et sitiūt iusticiā: qm̄ ipi sa-
turabūtur. Beati misericordes: qm̄ ipi
misericordiā cōsequētur. Beati mūdo

corde: qm̄ ipi deum videbūt. Beati pa-
cifici: qm̄ filij dei vocabūtur. Beati q̄
ꝑsecutionē patiūtur ꝓpter iusticiam:
qm̄ ipsoꝝ est regnū celoꝝ. Beati estis
cū maledixerint vobis et ꝑsecuti vos
fuerint et dixerit omē malū aduersū
vos mentientes ꝓpter me. Gaudete ⁊
exultate: qm̄ merces vr̄a copiosa est ī
celis. Sic enī ꝑsecuti sunt ꝓphetas qui
fuerunt ante vos. Vos estis sal terre.
Qd̄ si sal euanuerit: in quo salietur?
Ad nichilū valet vltra · nisi ut mitta-
tur foras: et cōculcet̄ ab hominibus.
Vos estis lux mūdi. Non potest ciui-
tas abscondi supra mōtem posita: ne-
qꝫ accendūt lucernā · et ponūt eam sub
modio sed sup̄ candelabrū: ut luceat
omnibus qui in domo sunt. Sic luceat
lux vr̄a corā hominibus: ut videant
opera vr̄a bona: et glorificent patrē
vestrū q̄ in celis est. Nolite putare qm̄
veni soluere legem aut ꝓphetas. Nō
veni soluere: sed adimplere. Amen
quippe dico vobis: donec trāseat celū
et terra · iota vnū aut vnus apex nō
p̄teribit a lege: donec om̄ia fiant. Qui
ergo soluerit vnum de mandatis istis
minimis · ⁊ docuerit sic homines mi-
nimus vocabitur · in regno celoꝝ: qui
aūt fecerit et docuerit: hic magnꝰ vo-
cabit̄ in regno celoꝝ. Dico aūt vobis:
quia nisi abundauerit iusticia vestra
plusq̄ꝫ scribaꝝ et phariseoꝝ: nō intra-
bitis in regnū celoꝝ. Audistis quia
dictū est antiquis nō occides: qui aūt
occiderit reus erit iudicio. Ego aūt di-
co vobis: q̄a om̄is q̄ irascit̄ fratri suo
reus erit iudicio. Qui aūt dixerit fratri
suo racha: reus cōcilio. Qui aūt dixe-
rit fatue: reus erit gehenne ignis. Si
ergo offers munꝰ tuū ad altare ⁊ ibi
recordatꝰ fueris quia frater tuꝰ habet
aliquid aduersū te: relinque ibi mu-
nus tuū ante altare: et vade prius re-
conciliari fratri tuo: et tūc veniens of-
feres munꝰ tuū. Esto cōsentiēs aduer-
sario tuo cito dū es in via cū eo: ne
forte tradat te aduersariꝰ iudici: et iu-
dex tradat te ministro · et in carcerem
mittaris. Amen dico tibi: nō exies in-
de donec reddas nouissimū q̄drantem.
Audistis quia dictū est antiquis: nō
mechaberis. Ego aūt dico vobis: q̄m
om̄is qui viderit mulierem ad concu-
piscendū eam: iam mechatꝰ est eā in
corde suo. Qd̄ si oculus tuus dexter
scandalisat te: erue eum et ꝓice abs te.
Expedit enī tibi ut pereat vnū mēbro-
rum tuoꝝ: qꝫ totū corpꝰ tuū mittat̄ in
iehennā ignis. Et si dextra manꝰ tua
scandalisat te: abscide eā et ꝓice abs te.
Expedit enī tibi ut pereat vnū mēbro-
rum tuoꝝ: qꝫ totū corpus tuū eat in ie-
hennā. Dictū est aūt quicūqꝫ dimise-
rit vxorem suā det ei libellum repudij.
Ego aūt dico vobis: quia om̄is q̄
dimiserit vxorē suā · excepta fornicatio-
nis causa · facit eā mechari: ⁊ q̄ dimis-
sam duxerit adulterat. Iterū audistis
q̄a dictū ē antiquis nō piurabis: red-
des aūt dn̄o iuramēta tua. Ego aūt
dico vobis nō iurare om̄io: neqꝫ p ce-
lum · q̄a tronꝰ dei ē: neqꝫ p terrā · q̄a sca-
bellū ē pedū eiꝰ: neqꝫ p iherosolimā · q̄a
ciuitas ē magni regis. Neqꝫ p caput
tuū iuraueris: quia non potes vnū
capillū albū face aut nigrū. Sit aūt
sermo vester. est ē · nō non: qd̄ aūt hijs
abundantiꝰ ē a malo ē. Audistis q̄a
dictū ē: oculū pro oculo · dentem p den-
te. Ego autem dico vobis nō resistere
malo: sed si quis te percusserit in dextrā
maxillā tuā p̄be illi ⁊ alterā: et ei qui
vult tecum in iudicio contendere et

tunicam tuā tollere dimitte ei et palliū:
et quicūqz te angariaverit mille pas-
sus: vade cū illo et alia duo. Qui aūt
petit a te da ei: et volenti mutuare a te
ne avertaris. Audistis quia dictū ē:
diliges pximū tuū · et odio habebis
inimicū tuū. Ego aūt dico vobis: dili-
gite inimicos vestros: benefacite hijs
qui oderūt vos · et orate pro psequēti-
bus et calūniantibz vos: ut sitis filij
patris vestri qui in celis est · qui solem
suū oriri facit super bonos ⁊ malos:
et pluit sup iustos et iniustos. Si enī
diligitis eos q̄ vos diligūt: quā mer-
cedem habebitis? Nōne et publicani
hoc faciūt? Et si salutaveritis fratres
vr̄os tm̄: qd̄ āplius facitis? Nōne ⁊
ethnici hoc faciūt? Estote ergo vos pfe-
cti: sicut ⁊ pater vester celestis pfect⁹ ē. c. vi.

Attendite ne iusticiā vestrā facia-
tis corā hominibz ut videami-
ni ab eis: alioquin mercedem nō habe-
bitis apud patrem vestrū qui in celis ē.
Cū ergo facis elemosinā noli āte te tu-
ba canere: sicut ypocrite faciūt ī synago-
gis et in vicis ut honorificent ab ho-
minibus. Amen dico vobis: receperūt
mercedē suā. Te aūt faciēte elemosinā:
nesciat sinistra tua quid faciat dextera
tua: ut sit elemosina tua ī abscōdito: ⁊
pater tuus qui videt ī abscondito red-
det tibi. Et cum oratis: non eritis ypo-
crite qui amāt in synagogis et in an-
gulis platearū stantes orare: ut vide-
antur ab hominibus. Amē dico vo-
bis: receperūt mercedē suā. Tu aūt cum
oraveris intra ī cubiculū tuū: ⁊ clauso
ostio ora patrem tuū in abscondito: ⁊
pater tuus qui videt in abscōdito red-
det tibi. Orantes aūt nolite multum
loqui: sicut ethnici faciūt. putant enī
q in multiloquio suo exaudiantur.

Nolite ergo assimilari eis. Scit enim
pater vester quid opus sit vobis: an-
teq̄uā petatis eum. Sic ergo vos ora-
bitis. Pater noster qui es in celis san-
ctificetur nomē tuū. Adveniat regnū
tuū. Fiat volūtas tua sicut in celo et
in terra. Panē nostrū supsubstātialē
da nobis hodie. Et dimitte nobis de-
bita nostra: sicut et nos dimittimus
debitoribus nostris. Et ne nos indu-
cas in temptationē: sed libera nos a
malo. Si enim dimiseritis hominibz
peccata eorū: dimittet et vobis pater
vester celestis delicta vestra. Si autem
non dimiseritis hominibus: nec pa-
ter vester dimittet vobis pctā vestra.
Cū aūt ieiunatis: nolite fieri sicut ypo-
crite tristes. Extermināt enī facies suas:
ut pareant hominibus ieiunantes.
Amen dico vobis: quia receperunt
mercedem suā. Tu autem cū ieiunas
unge caput tuū et faciē tuā lava: ne
videaris hominibus ieiunās sed pa-
tri tuo qui est in absconso: et pater tu-
us qui videt in absconso reddet tibi.
Nolite thesaurizare vobis thesauros
in terra: ubi erugo et tinea demolitur:
et ubi fures effodiūt et furantē. Thesau-
rizate aūt vobis thesauros ī celo: ubi
neq erugo neq tinea demolit: ⁊ ubi fu-
res nō effodiūt nec furātur. Ubi ē the-
saur⁹ tu⁹: ibi ē ⁊ cor tuū. Lucerna corpo-
ris tui ē oculus tu⁹. Si oculus tu⁹ fu-
erit simplex: totū corp⁹ tuū lucidū erit.
Si aūt oculus tuus fuerit neq: totū
corpus tuū tenebrosum erit. Si ergo
lumē qd̄ in te est tenebre sunt: ipe tene-
bre quāte erūt? Nemo potest duobus
dnīs servire. Aut enim unū odio habe-
bit ⁊ alterū diliget: aut unū sustinebit
et alterū contemnet. Non potestis deo
servire et mamone. Ideo dico vobis:

em

ne solliciti sitis anime vestre q̄d man-
ducetis: neq; corpori vestro quid indu-
amini. Nōne anima plus est q̄ esca:
et corpus plus q̄ vestimentū? Respici-
te volatilia celi q̄m nō serūt neq; me-
tunt·neq; congregant in horrea: et pa-
ter vester celestis pascit illa. Nōne vos
magis pluris estis illis? Quis autē
vrm̄ cogitans potest adicere ad statu-
ram suā cubitū unū? Et de vestimēto
quid solliciti estis? Considerate lilia
agri quomodo crescunt: nō laborāt
neq; nent. Dico aūt vobis: q̄m nec
salomō ī omī gloria sua coopert⁹ est
sicut unū ex istis. Si autē fenum agri
q̄d hodie est et cras in clibanum mitti-
tur deus sic vestit: quāto magis vos
minime fidei? Nolite ergo solliciti es-
se dicētes quid manducabimus aut
quid bibem⁹: aut quo operiemur. Hec
enim omnia gentes inquirunt. Scit
enim pater vester quia hijs omnibus
indigetis. Querite ergo primū regnū
dei et iusticiā eius: et hec omīa adicient
vobis. Nolite ergo solliciti esse ī crasti-
nū. Crastin⁹ enī dies sollicit⁹ erit sibi
ipi. Sufficit diei malicia sua. c. vii.
Nolite iudicare et nō iudicabimi-
ni: nolite cōdemnare et nō con-
demnabimini. In quo enī iudicio iu-
dicaveritis iudicabimini: et in qua
mensura mensi fueritis remetietur vo-
bis. Quid aūt vides festucā in oculo
fratris tui: et trabē in oculo tuo non
vides? Aut quomodo dicis fratri tuo
frater sine·eiciā festucā de oculo tuo: et
ecce trabs ē in oculo tuo? Ypocrita eice
primū trabem de oculo tuo: et tūc vi-
debis eicere festucam de oculo fratris
tui. Nolite dare sanctū canibus·neq;
mittatis margaritas vr̄as ante por-
cos: ne forte cōculcēt eas pedib; suis: et
cōversi dirumpant vos. Petite et dabi-
tur vobis: querite et invenietis: pulsa-
te et aperietur vobis. Omīs enī q̄ petit
accipit: et qui querit invenit: et pulsan-
ti aperietur. Aut quis est ex vobis ho-
mo quē si petierit filius suus panem:
nūquid lapidem porriget ei? Aut si
piscem petierit: nūquid serpentem por-
riget ei? Si ergo vos cum sitis mali
nostis bona data dare filijs vestris:
quanto magis pater vester qui in celis
est dabit bona petentib; se? Omīa er-
go quecunq; vultis ut faciant vobis
homines: et vos facite illis. Hec est e-
nim lex et ꝓphete. Intrate ꝑ angustā
portam: quia lata porta et spaciosa
via est q̄ ducit ad ꝑditionem: et multi
sunt qui intrāt ꝑ eam. Quā angusta
porta et arta via est que ducit ad vi-
tam: et pauci sunt qui inveniūt eam.
Attendite a falsis ꝓphetis qui veniūt
ad vos in vestimētis oviū: intrinsecus
sunt lupi rapaces. A fructibus eorū
cognoscetis eos. Numquid colligunt
de spinis uvas: aut de tribulis ficus?
Sic omīs arbor bona fructus bonos
facit: mala aūt arbor malos fructus
facit. Non potest aūt arbor mala bo-
nos fructus facere: neq; arbor bona
malos fructus facere. Omīs arbor q̄
nō facit fructum bonū excidetur: et in
ignem mittetur. Igitur ex fructib; eorū
cognoscetis eos. Non omīs qui dicit
michi dn̄e domine intrabit in regnū
celorū: sed qui facit volūtatem patris
mei qui in celis ē: ipe intrabit ī regnū
celorū. Multi dicent michi in illa die:
domine dn̄e nōne ī nomine tuo pro-
phetavimus et in noīe tuo demonia
eiecimus· et in tuo noīe virtutes mul-
tas fecimus? et nunc confitebor illis
q̄a nūquā novi vos. Discedite a me

oĩes q̃ operamini iniquitatẽ. Omnis
ergo qui audit verba mea hec. et facit
ea: assimilabit viro sapienti q̃ edifica-
uit domũ suã sup petrã; et descendit
pluuia ⁊ venerũt flumina. et flauerũt
venti ⁊ irruerũt in domũ illã: et non
cecidit. Fundata enim erat supra pe-
tram. Et omnis qui audit verba mea
hec. et nõ facit ea: similis erit viro stul-
to qui edificauit domũ suam supra
harenam; et descendit pluuia ⁊ vene-
runt flumina et flauerũt venti ⁊ irrue-
runt in domũ illã. et cecidit: et fuit rui-
na eius magna. Et factũ est cũ cõsum-
masset ihesus verba hec: ãmirabant̃
turbe sup doctrina eius. Erat enim
docens eos sicut potestatem habens:
et nõ sicut scribe eoꝝ ⁊ pharisei. c. viii.
Cum aũt descendisset de monte:
secute sunt eum turbe multe; et
ecce leprosus veniẽs adorabat eũ di-
cens. Dñe: si vis: potes me mundare.
Et extendẽs manũ ihesus: tetigit eum
dicens. Volo. Mundare. Et cõfestim
mundata est lepra eius. Et ait illi ihe-
sus. Vide nemini dixeris: sed vade
ostende te sacerdoti: et offer munꝰ tuũ
qd̃ p̃cepit moyses in testimoniũ illis.
Cum aũt introisset capharnaũ acces-
sit ad eũ centurio: rogans eũ et dicẽs;
Dñe: puer meus iacet in domo para-
liticus: et male torquetur. Et ait illi
ihesus. Ego veniã: ⁊ curabo eum. Et
respondens centurio ait. Dñe: non
sum dignus ut intres sub tectũ meũ:
sed tantum dic verbo. ⁊ sanabitur pu-
er meus. Nam et ego homo sum sub
potestate constitutus habẽs sub me
milites: ⁊ dico huic vade et vadit. et
alij veni et venit: et seruo meo fac hoc
et facit. Audiens aũt ihesus miratꝰ
est: et sequentibꝫ se dixit. Amen dico
vobis: non inveni tantã fidem ĩ isra-
hel. Dico aũt vobis: q multi ab ori-
ente et occidente venient ⁊ recumbent
cum abraham ⁊ ysaac et iacob. in re-
gno celoꝝ: filij aũt regni eicientur in te-
nebras exteriores. Ibi erit fletus et stri-
dor dentiũ. Et dixit ihesus centurioni.
Vade: et sicut credidisti fiat tibi. Et sa-
natus est puer ĩ illa hora. Et cũ ve-
nisset ihesus ĩ domũ petri vidit socrũ
eius iacentem ⁊ febricitantẽ: et tetigit
manũ eius et dimisit eã febris: ⁊ sur-
rexit et ministrabat eis. Vespere autem
facto. obtulerũt ei multos demonia
habentes: ⁊ eiciebat spiritus verbo. et
oĩes male habentes curauit: ut ad-
impleret qd̃ dictũ est p ysaiam p̄phetã
dicentem. Ipse infirmitates nostras
accepit: ⁊ egrotationes nr̃as portauit.
Videns aũt ihesus turbas multas
circũ se: iussit discipulos ire trans fre-
tum. Et accedẽs unus scriba ait illi.
Magister: sequar te quocũqꝫ ieris.
Et dicit ei ihesus. Vulpes foveas ha-
bent et volucres celi nidos: filius aũt
hoĩs nõ habet ubi caput suũ reclinet.
Aliꝰ aũt de discipulis eiꝰ ait illi. Dñe:
p̄mitte me primũ ire et sepelire patrem
meum. Ihesus aũt ait illi. Sequere
me: et dimitte mortuos sepelire mor-
tuos suos. Et ascendente eo in na-
uiculam secuti sunt eum discipuli eiꝰ:
et ecce motus magnus factus est in
mari: ita ut nauicula operiretur flu-
ctibus. Ipse vero dormiebat. Et ac-
cesserunt ad eum discipuli eius: et sus-
citauerũt eum dicentes. Domine. sal-
ua nos: perimꝰ. Et dicit eis ihesus.
Quid timidi estis modice fidei? Tũc
surgens imperauit ventis ⁊ mari: et
facta est tranquillitas magna. Por-
ro homines mirati sũt dicẽtes. Qualis

est hic: quia uenti et mare obediunt ei.
Et cum uenisset ihesus trans fretum
i regionē gerasenorū: occurrerūt ei duo
habentes demonia de monumentis
exeuntes: seui nimis: ita ut nemo pos-
set transire p uiam illā. Et ecce clama-
uerūt dicentes. Quid nobis et tibi ihe-
su fili dei? Venisti huc ante tempus
torquere nos. Erat aūt nō longe ab
illis grex porcorū multorū pascens. De-
mones aūt rogabāt eum dicētes. Si
eicis nos hinc: mitte nos i gregē porcorū.
Et ait illis. Ite. At illi exeūtes abierūt
i porcos. Et ecce magno impetu abijt
totus grex p preceps in mare: et mortui
sunt in aquis. Pastores aūt fugerūt:
et uenientes in ciuitatem: nūciauerūt
hec omnia: et de hijs qui demonia ha-
buerāt. Et ecce tota ciuitas exijt obuiā
ihesu: et uiso eo: rogabant eum ut
transiret a finibus eorum. c. ix.

Et ascendens ihesus in nauiculā
transfretauit: et uenit in ciuitatē
suā. Et ecce offerebant ei paraliticum
iacentem in lecto. Et uidens ihesus fi-
dem illorū: dixit paralitico. Confide
fili: Remittuntur tibi peccata tua. Et ecce
quidā de scribis dixerūt intra se. Hic
blasphemat. Et cū uidisset ihesus co-
gitationes eorū dixit. Ut quid cogita-
tis mala in cordibus urīs? Quid est
facilius dicere dimittuntur tibi peccata:
an dicere surge et ambula? Ut autē
sciatis quia filius hominis habet po-
testatem dimittendi peccata in terra:
tunc ait paralitico. Surge tolle lectū
tuū: et uade in domū tuā. Et surrexit:
et abijt in domum suam. Uidentes
aūt turbe timuerūt: et glorificauerunt
deum qui dedit potestatem talē homi-
nibus. Et cum transiret inde ihesus:
uidit hominem sedentem in theloneo

autē

matheum nomine. Et ait illi. Seque-
re me. Et surgens secutus est eum. Et
factum est discumbēte eo in domo: ecce
multi publicani et peccatores uenien-
tes discumbebāt cum ihesu: et discipu-
lis eius. Et uidentes pharisei dicebāt
discipulis eius. Quare cum publica-
nis et peccatoribus manducat magi-
ster uester? At ihesus audiens ait.
Non est opus ualentibus medicus:
sed male habentibus. Euntes autem
discite quid est: misericordiā uolo et nō
sacrificiū. Non enī ueni uocare iustos
sed peccatores. Tunc accesserunt ad eū
discipuli iohannis dicentes. Quare
nos et pharisei ieiunamus frequenter:
discipuli aūt tui nō ieiunāt? Et ait il-
lis ihesus. Nūquid possunt filij spon-
si lugere quā diu cum illis est sponsus?
Venient aūt dies cum auferetur ab e-
is sponsus: et tunc ieiunabūt. Nemo
aūt immittit cōmissuram pāni rudis
in uestimentū uetus. Tollit enī pleni-
tudinē eius a uestimēto: et peior scissu-
ra fit. Neqz mittūt uinū nouū in utres
ueteres. Alioquin rumpuntur utres: et
uinū effunditur: et utres pereunt. Sed
uinū nouū in utres nouos mittunt:
et ābo conseruātur. Hec illo loquēte
ad eos: ecce princeps unus accessit et
adorabat eum dicens. Dñe: filia mea
modo defuncta est: sed ueni impone
manū tuā sup eā et uiuet. Et surgēs
ihesus sequebatur eum: et discipuli e-
ius. Et ecce mulier que sanguinis flu-
xum patiebatur duodecim ānis accessit
retro: et tetigit fimbriā uestimenti eius.
Dicebat enī intra se. Si tetigero tan-
tum uestimentum eius salua ero. At
ihesus cōuersus: et uidens eam dixit:
Confide filia. Fides tua te saluā fecit.
Et salua facta est mulier ex illa hora.

Et cum venisset ihesus in domū prin-
cipis · et vidisset tibicines ⁊ turbam tu-
multuantem dicebat. Recedite: nō est
enim mortua puella · sed dormit. Et
deridebāt eum. Et cum eiecta esset tur-
ba intravit: et tenuit manū eius ⁊ di-
xit. Puella surge. Et surrexit puella:
et exijt fama hec in universam terrā illā.
Et transeunte inde ihesu: secuti sūt eū
duo ceci clamātes ⁊ dicētes. Miserere
nostri fili david. Cum aūt venisset do-
mum · accesserunt ad eum ceci: et dicit
eis ihesus. Creditis quia hoc possum
facere vobis? Dicunt ei. Utiqȝ domi-
ne. Tunc tetigit oculos eoꝝ dicēs. Se-
cundū fidem vrām fiat vobis. Et aper-
ti sunt oculi eoꝝ. Et cōminat⁹ ē eis ihe-
sus dicens. Videte ne quis sciat. Illi
aūt exeuntes diffamaverūt eum in to-
ta terra illa. Egressis aūt illis ecce ob-
tulerūt ei hominem mutū demonium
habentem; et eiecto demonio locutus
est mutus: et mirate sunt turbe dicen-
tes. Nunqȝ apparuit sic ī israhel. Pha-
risei aūt dicebāt. In principe demoni-
orum eicit demones. Et circuibat ihe-
sus omēs civitates ⁊ castella: docens
in synagogis eoꝝ et pdicans euange-
lium regni: et curans omnē languo-
rem ⁊ omnē infirmitatem. Videns aūt
turbas misertus est eis: quia erāt ve-
xati et iacentes sicut oves non haben-
tes pastorem. Tunc dicit discipulis
suis. Messis quidē multa: operarij au-
tem pauci. Rogate ergo dn̄m messis:
ut eiciat operarios ī messē suā. c. x.
Et convocatis duodecim discipulis
suis · dedit illis potestatem spiri-
tuum immundoꝝ ut eicerent eos: et cu-
rarēt omnē languorē · et omnē infir-
mitatem. Duodecim aūt discipuloꝝ
nomina sunt hec. Primus simon q̄
dicitur petrus et andreas frater eius:
philippus ⁊ bartholome⁹ iacobꝫ zebe-
dei · et iohānes frater eius: thomas et
matheus publicanus: et iacobus al-
phei et thadeus · simon chananeus · ⁊
iudas scariothis: qui ⁊ tradidit eum.
Hos duodecim misit ihesus: pcipiēs
eis ⁊ dicens. In viam gentiū ne abie-
ritis: et in civitates samaritanoꝝ ne
intraveritis: sed potius ite ad oves q̄
perierūt domus israhel. Euntes autē
pdicate dicentes: quia appropinqua-
vit regnū celoꝝ. Infirmos curate · mor-
tuos suscitate · leprosos mūdate: de-
mones eicite: gratis accepistis · gra-
tis date. Nolite possidere aurū · neqȝ ar-
gentum: neqȝ pecuniā in zonis vestris.
Non peram in via: neqȝ duas tunicas ·
neqȝ calciamēta: neqȝ virgā. Dignus
enī ē operari⁹ cibo suo. In quācunqȝ
aūt civitatem aut castellū intraveritis.
interrogate quis in ea dignus sit: et
ibi manete donec exeatis. Intrantes
autē in domū · salutate eam dicentes.
Pax huic domui. Et si quidem fuerit
domus digna · veniet pax vestra sup
eam; si aūt non fuerit digna: pax vrā
revertetur ad vos. Et quicunqȝ nō re-
ceperit vos · neqȝ audierit sermones
vestros: exeuntes foras de domo vel
civitate · excutite pulverem de pedibus
vestris. Amen dico vobis: tolerabili⁹
erit terre zodomoꝝ et gomorreoꝝ in
die iudicij q̄ȝ illi civitati. Ecce ego mit-
to vos sicut oves ī medio lupoꝝ. Esto-
te ergo prudentes sicut serpentes: ⁊ sim-
plices sicut columbe. Cavete aūt ab
hominibus. Tradent enim vos ī con-
cilijs: et ī synagogis suis flagellabūt
vos: et ad psides et ad reges ducemini
propter me · in testimoniū illis et gen-
tibus. Cum autem tradēt vos: nolite

cogitare quomodo aut quid loqua-
mini. Dabitur enim vobis in illa ho-
ra quid loquamini. Non enim vos
estis qui loquimini: sed spiritus patris
vestri qui loquitur in vobis. Tradet
autē frater fratrem in mortem: et pater
filiū: et insurgent filij in parentes: et
morte eos afficient: et eritis odio omni-
bus ꝓpter nomē meū. Qui autē ꝑseue-
rauerit usqz in finē: hic salu9 erit. Cū
autē ꝑsequentur vos ī ciuitate ista: fu-
gite in aliā. Amē dico vobis: nō con-
summabitis ciuitates israhel: donec
veniat filius hoīs. Nō est discipulus
sup magistrū: nec seruus sup dnm su-
um. Sufficit discipulo ut sit sicut ma-
gister eius: et seruo sicut dominus ei9.
Si patremfamilias beelzebub voca-
uerūt: quāto magis domesticos eius?
Ne ergo timueritis eos. Nichil enī est
opertū qd nō reuelet̄ur: et occultum
qd nō sciat̄. Qd dico vobis ī tenebris:
dicite in lumine: et qd in aure auditis
ꝑdicate sup tecta. Et nolite timere eos
qui occidūt corpus: animā autē non
possunt occidere: sed potius timete eū
qui potest et animā et corpus ꝑdere in
gehennā. Nonne duo passeres asse ve-
neūt: Et unus ex illis nō cadet super
terram sine patre vestro. Vestri autem
et capilli capitis omnes numerati sunt.
Nolite ergo timere: multis passeribus
meliores estis vos. Omnis ergo q confi-
tebitur me corā hominibz: cōfitebor
et ego eū corā patre meo qui in celis ē.
Qui autē negauerit me corā homini-
bus: negabo et ego corā patre meo q
in celis est. Nolite arbitrari quia ve-
nerim pacē mittere in terrā. Non veni
pacem mittere in terrā: sed gladiū. Ve-
ni enim separare hominē aduersus pa-
trem suū: et filiā aduersus matrē suā:
et nurū aduersus socrū suā: et inimici
hominis domestici eius. Qui amat
patrē aut matrem plusquā me: nō est
me dignus. Et qui amat filiū aut fili-
am sup me: non est me dignus. Et q
nō accipit crucem suā et sequitur me:
non est me dignus. Qui inuenit ani-
mam suā: ꝑdet illam: et qui ꝑdiderit
animā suā ꝓpter me: inueniet eā. Qui
recipit vos me recipit: et qui me recipit
recipit eum qui me misit. Qui recipit
prophetā in nomine prophete: mer-
cedem prophete accipiet. Et qui recipit
iustū in noīe iusti: mercedem iusti acci-
piet. Et quicunqz potū dederit uni ex
minimis istis calicē aque frigide tan-
tum in noīe discipuli: amen dico vo-
bis: nō perdet mercedem suam. c. xi.

Et factū est cū cōsummasset ihesus
ꝑcipiēs duodecim discipulis su-
is: transijt inde ut doceret et ꝑdicaret
ī ciuitatibus eoꝝ. Johānes autē cū au-
disset in vinculis opera xp̄isti: mittens
duos de discipulis suis ait illi. Tu es
q venturus es an aliū expectam9? Et re-
spondens ihesus ait illis. Euntes re-
nūciate iohanni q audistis et vidistis.
Ceci vident: claudi ambulant: leprosi
mūdantur: surdi audiūt: mortui resur-
gunt: pauperes euangelizant̄: et beat9
est q non fuerit scādalizatus ī me. Il-
lis autē abeūtibus: cepit ihesus dicere
ad turbas de iohāne. Quid existis in
desertū videre? Arundinem vento agi-
tatā? Sed quid existis videre? Homi-
nem mollibus vestitū? Ecce qui mol-
libus vestiūtur in domibz regū sunt.
Sed qd existis videre? Prophetā? Etiā
dico vobis: et plusqz ꝓphetā. Hic est
enim de quo scriptum ē. Ecce ego mit-
to angelum meum ante faciem tuam:
qui ꝑparabit viam tuam āte te. Amē

dico vobis: non surrexit inter natos
mulierū maior iohāne baptista. Qui
autem minor ē in regno celorū maior
est illo. A diebus aūt iohānis bapti-
ste usqȝ nūc regnū celorū vim patitur:
et violenti rapiūt illud. Omēs enim
prophete ⁊ lex usqȝ ad iohānem ꝓphe-
tauerūt: ⁊ si vultis recipere: ipe est heli-
as qui venturꝰ est. Qui habet aures
audiendi audiat. Cui autem similem
estimabo generationē istā? Similis ē
pueris sedentibꝫ in foro: qui clamātes
coequalibus dicunt. Cecinimus vo-
bis et non saltastis: lamentauimus
et non planxistis. Venit enī iohānes
neqȝ māducans neqȝ bibens: ⁊ dicūt
demoniū habet. Venit filiꝰ hominis
māducans et bibens: et dicūt ecce ho-
mo vorax ⁊ potator vini publicanorū
et peccatorū amicus. Et iustificata ē sa-
piētia a filiis suis. Tunc cepit expro-
brare ciuitatibus in quibus facte sūt
plurime virtutes eiꝰ: qȝa non egissent
penitentiā. Ve tibi corozaim: ve tibi
bethsaida: quia si in tyro et sydone
facte essent virtutes que facte sunt ī vo-
bis: olim in cilicio et cinere penitentiā
egissent. Verūtamē dico vobis: tyro ⁊
sydoni remissius erit in die iudicii qȝ
vobis. Et tu capharnaū: nūqd usqȝ
in celum exaltaberis? Usqȝ in infernū
descendes. Quia si in sodomis facte
fuissent virtutes que facte sunt ī te: for-
te mansissent usqȝ in hāc diē. Verum-
tamē dico vobis: quia terre sodomo-
rum remissius erit in die iudicii qȝ tibi.
In illo tēpore respondens ihesus di-
xit. Cōfiteor tibi pater dn̄e celi ⁊ terre:
quia abscondisti hec a sapientibꝫ et
prudentibus: et reuelasti ea paruulis.
Ita pater: quoniā sic fuit placitū āte
te. Omnia michi tradita sunt a patre
meo. Et nemo nouit filiū nisi pater:
neqȝ patrē quis nouit nisi filius: ⁊ cui
voluerit filius reuelare. Venite ad me
omēs qui laboratis et onerati estis: et
ego reficiā vos. Tollite iugū meum su-
per vos: et discite a me quia mitis sū
et humilis corde: ⁊ inuenietis requiē
animabꝫ vestris. Iugū enim meum
suaue est: et onus meum leue. c. xii.
In illo tempore abiit ihesus per
sata sabbato: discipuli aūt eius
esurientes ceperūt vellere spicas ⁊ man-
ducare. Pharisei aūt videntes: dixe-
runt ei. Ecce discipuli tui faciūt: qd nō
licet eis facere sabbatis. At ille dixit e-
is. Nō legistis qd fecerit dauid quan-
do esuriit ⁊ q̄ cū eo erāt: quomō intra-
uit in domū dei: et panes propositio-
nis comedit: quos nō licebat ei edere
neqȝ hiis qui cum eo erant. nisi solis
sacerdotibꝫ? Aut non legistis in lege.
quia sabbatis sacerdotes ī templo sab-
batū violāt: ⁊ sine crimine sunt? Dico
autē vobis: quia templo maior est
hic. Si aūt sciretis quid est misericor-
diam volo et non sacrificiū: nunquā
condemnassetis innocentes. Dominꝰ
est enī filius hominis: etiā sabbati. Et
cū inde transisset: venit ī synagogā eorū.
Et ecce homo manū habens aridam:
⁊ interrogabant eum dicentes. Si licet
sabbatis curare? Ut accusarent eum.
Ipe aūt dixit illis. Quis erit ex vobis
homo qui habeat ouē unam? Et si
ceciderit hec sabbatis in foueam: nōne
tenebit ⁊ leuabit eam? Quanto magis
melior ē homo oue. Itaqȝ licet sabbatis
benefacere. Tunc ait homini. Extende
manū tuam. Et extendit: et restituta ē
sanitati sicut altera. Exeuntes aūt pha-
risei: consiliū faciebant aduersus eū:
quomō pderent eū. Ihesus aūt sciens

recessit inde: et secuti sunt eum multi:
et curavit eos omnes. Et precepit eis ne
manifestū eum facerēt: ut adimplere-
tur qđ dictū est per ysaiam pphetam
dicentem. Ecce puer meus quē elegi:
dilectus meus in quo bene cōplacuit
anime mee. Ponā spiritū meum sup
eum: et iudiciū gentibus nunciabit.
Non contendet neq; clamabit: neq;
audiet aliquis in plateis vocem eius.
Arundinē quassatam nō cōfringet.
et linū fumigans non extinguet: do-
nec eiciat ad victoriā iudiciū: et in no-
mine eius gentes sperabūt. Tūc obla-
tus ē ei demoniū habēs cecus et mut⁹:
et curavit eum ita ut loqueretur et vi-
deret. Et stupebant omnes turbe: et di-
cebant. Numquid hic ē filius david?
Pharisei aūt audientes dixerūt. Hic
nō eicit demones: nisi in beelzebub prin-
cipe demoniorū. Ihesus autem sciens
cogitationes eorū dixit eis. Omne regnū
divisum contra se desolabitur: et o-
mnis civitas vel domus divisa con-
tra se nō stabit. Et si sathanas satha-
nan eicit: adversus se divisus ē. Quo-
modo ergo stabit regnū eius? Et si e-
go ī beelzebub eicio demones: filii vri
in quo eiciūt? Ideo ipsi iudices erunt
vestri. Si autē ego in spiritu dei eicio
demones: igitur pervenit in vos regnū
dei. Aut quomō potest quisquā intra-
re in domū fortis et vasa eius diripe-
re: nisi prius alligaverit fortem? Et
tunc domū illius diripiet. Qui nō est
mecū contra me ē: et qui nō cōgregat
mecum spargit. Ideo dico vobis: o-
mne peccatū ⁊ blasphemia remittetur
hominibus: spiritus aūt blasphemia
nō remittetur. Et quicunq; dixerit ver-
bum contra filiū hoīs: remittetur ei:
qui autem dixerit cōtra spiritū sanctū
non remittetur ei: neq; in hoc seculo.
neq; in futuro. Aut facite arborē bo-
nam et fructum eius bonū: aut facite
arborē malā: et fructum eius malum.
Siquidē ex fructu arbor agnoscitur.
Progenies viperarū: quomō potestis
bona loqui cum sitis mali? Ex abun-
dantia enim cordis os loquitur. Bon⁹
homo de bono thesauro pfert bona:
et mal⁹ homo de malo thesauro pro-
fert mala. Dico aūt vobis: quoniā o-
mne verbū ociosum qđ locuti fuerint
homines: reddent rationē de eo in die
iudicii. Ex verbis enim tuis iustifica-
beris: et ex verbis tuis cōdemnaberis.
Tunc responderūt ei quidā de scribis
⁊ phariseis dicētes. Magister: volum⁹
a te signū videre. Qui respondens ait
illis. Generatio mala et adultera si-
gnum querit: et signū non dabitur ei
nisi signū ione prophete. Sicut enim
fuit ionas in ventre ceti tribus dieb; ⁊
tribus noctibus: sic erit filius hominis
in corde terre trib; dieb; et tribus no-
ctibus. Viri ninivite surgent ī iudicio
cum generatione ista ⁊ cōdemnabūt
eam: quia penitentiā egerunt in predica-
tione ione. Et ecce plusquā iona hic.
Regina austri surget in iudicio cū ge-
neratione ista et cōdemnabit eā: qa
venit a finib; terre audire sapientiā
salomonis. Et ecce plusq; salomon
hic. Cum autem immūdus spiritus
exierit ab homine ambulat p loca a-
rida: querens requiē et non invenit.
Tunc dicit. Revertar in domū meam
unde exivi. Et veniēs invenit eā vacan-
tem: scopis mūdatam ⁊ ornatā. Tūc
vadit et assumit septem alios spirit⁹
secum nequiores se: et intrantes habi-
tant ibi: et fiūt novissima hominis
illius peiora prioribus. Sic erit et

generationi huic pessime. Adhuc eo
loquente ad turbas: ecce mater eius ⁊
fratres stabāt foris · querentes loqui
ei. Dixit aūt ei quidā. Ecce mater tua
et fratres tui foris stant · querentes te.
At ipse respondens dicenti sibi ait.
Que est mater mea: ⁊ qui sunt fratres
mei? Et extendens manū in discipu-
los suos dixit. Ecce mater mea et fra-
tres mei. Quicunq; enim fecerit volun-
tatem patris mei · qui in celis est: ipse
meus frater soror et mater est. c. xiii.
In illo die exiens ihesus de domo
sedebat secus mare · ⁊ cōgregate
sunt ad eum turbe multe · ita ut in na-
uiculā ascendens sederet: et omīs tur-
ba stabat in litore: et locutus est eis
multa in parabolis dicens. Ecce exijt
qui seminat seminare. Et dū seminat
quedā ceciderūt secus viam: ⁊ venerūt
volucres et comederūt ea. Alia autē
ceciderūt in petrosa vbi non habebāt
terram multam: ⁊ cōtinuo exorta sūt:
quia nō habebāt altitudinē terre. So-
le autem orto estuauerūt: et quia non
habebāt radicē aruerūt. Alia autem
ceciderūt in spinas: et creuerunt spine
et suffocauerūt ea. Alia autem cecide-
runt ī terrā bonā: et dabūt fructū · ali-
ud cētesimū · aliud sexagesimū: aliud
tricesimum. Qui habet aures audien-
di audiat. Et accedentes discipuli di-
xerunt ei. Quare in parabolis loque-
ris eis? Qui respondēs ait illis. Quia
vobis datum est nosse misteria regni
celorum: illis aūt nō est datum. Qui
enim habet dabitur ei et abundabit:
Qui autē non habet: et qd̄ habet au-
feretur ab eo. Ideo ī parabolis loquor
eis · quia videntes non vident · ⁊ audi-
entes non audiunt neq; intelligūt: et
adimpletur ī eis ꝓphetia ysaie dicens.
Auditu audietis ⁊ non intelligetis: ⁊
videntes videbitis et non videbitis.
Incrassatū est enim cor ꝑpli huiꝰ et au-
ribus grauiter audierunt: et oculos
suos clauserūt: nequādo videāt ocu-
lis ⁊ auribꝫ audiāt · ⁊ corde intelligāt:
et cōuertantur et sanē eos. Vestri au-
tem beati oculi quia vident: et aures
vestre quia audiunt. Amen quippe di-
co vobis: quia multi ꝓphete et iusti
cupierūt videre que videtis et non vi-
derunt: et audire que auditis · et non
audierūt. Vos ergo audite parabolā
seminātis. Omīs qui audit verbum
regni et non intelligit · venit malus ⁊
rapit qd̄ seminatū est in corde eiꝰ: hic
est qui secus viam seminatus est. Qui
autem sup petrosa seminatus est: hic
est qui verbū audit · et continuo cum
gaudio accipit illud. Non habet aūt
in se radicem: sed ē temporalis. Facta
autem tribulatione et ꝑsecutōne ꝓpter
verbū: cōtinuo scandalizabitur. Qui
autem est seminatus in spinis: hic est
qui verbum dei audit · et sollicitudo se-
culi istius et fallacia diuiciarū suffo-
cat verbum: et sine fructu efficit. Qui
vero in terrā bonā seminatus est: hic ē
qui audit verbū et intelligit ⁊ fructum
affert: et facit aliud quidem centesi-
mum · et aliud autem sexagesimum:
aliud vero tricesimū. Aliā parabolā
proposuit illis dicens. Simile factū
est regnū celorū homini q̄ seminauit
bonū semen in agro suo. Cum autē
dormirent homines: venit inimicus
eius et supseminauit zizania ī medio
tritici · et abijt. Cum autē creuisset her-
ba ⁊ fructum fecisset: tunc apparuerūt
et zizania. Accedentes autem serui pa-
trisfamilias · dixerūt ei. Domine · nōne
bonum semen seminasti in agro tuo?

unde ergo habet zizania? Et ait illis.
Inimicus homo hoc fecit. Servi aūt
dixerūt ei. Vis imus et colligimus ea?
Et ait. Non. Ne forte colligentes zi-
cū eis zania eradicetis simul et triticū. Sini-
te utraq; crescere usq; ad messem: et in
tempore messis dicā messoribus. Col-
ligite primū zizania: et alligate ea fas-
ciculos ad comburendū: triticū autē
congregate in horreū meum. Aliam
parabolā proposuit eis dicens. Simile
est regnū celor̄ grano synapis: qd ac-
cipiens homo seminavit ī agro suo:
qd minimū quidē est omnibus semini-
bus. Cum autem creverit maius est o-
mnibus oleribus: et fit arbor ita ut
volucres celi veniāt et habitent in ra-
mis eius. Aliam parabolā locutus ē
eis. Simile est regnū celor̄ fermento:
qd acceptum mulier abscōdit in fari-
ne satis tribus: donec fermentatum est
totum. Hec omnia locutus est ihesus ī
parabolis ad turbas: et sine parabo-
lis nō loquebatur eis: ut impleretur qd
dictum est per prophetam dicentē. Ape-
riam in parabolis os meum: eructa-
bo abscondita a cōstitutione mundi.
Tunc dimissis turbis venit in domū:
et accesserunt ad eum discipuli eius di-
centes. Edissere nobis parabolā ziza-
niorū agri. Qui respondens ait. Qui
seminat bonū semen: ē filius hominis.
Ager aūt ē mūdus. Bonū vero semē:
hii sunt filii regni. Zizania aūt filii
sunt nequā. Inimicus aūt qui semina-
vit ea: est dyabolus. Messis vero con-
summatio seculi est. Messores autem
angeli sunt. Sicut ergo colligunt zi-
zania et igni cōburuntur: sic erit ī con-
summatione seculi. Mittet filius homi-
nis angelos suos: et colligēt de regno
eius omnia scandala: et eos qui faciunt
iniquitatem: et mittent eos ī caminū
ignis. ibi erit fletus et stridor dentiū.
Tūc iusti fulgebūt sicut sol ī regno pa-
tris eor̄. Qui habet aures audiendi
audiat. Simile est regnū celor̄ thesau-
ro abscondito in agro: quē qui inve-
nit homo abscondit: et pre gaudio il-
lius vadit et vendit universa q̄ habet:
et emit agrū illū. Iterū simile est regnū
celor̄ homini negociatori: querenti
bonas margaritas. Inventa aūt una
preciosa margarita: abiit et vēdidit o-
mnia que habuit et emit eam. Iterum
simile est regnū celor̄ sagene misse in
mare: et ex omni genere pisciū cōgregan-
ti. Quā cum impleta esset educentes et
secus litus sedentes: elegerūt bonos in
vasa: malos autē foras miserūt. Sic
erit in cōsummatione seculi. Exibunt
angeli: et separabūt malos de medio
iustorū: et mittent eos in caminum
ignis: ibi erit fletus et stridor dentium.
Intellexistis hec omnia? Dicūt ei. Etiā.
Ait illis. Ideo omnis scriba doctus in
regno celor̄ similis est homini patri-
familias: qui profert de thesauro suo
nova et vetera. Et factum est cū cōsum-
masset ihesus parabolas istas: trans-
iit inde. Et veniēs in patriā suā docebat
eos ī synagogis eor̄: ita ut mirarent̄
et dicerēt. Unde huic sapiētia hec et vir-
tutes? Nōne hic est fabri filius? Nōne
mater eius dicit̄ maria: et fratres eius iacobus
et ioseph: et simon et iudas: et sorores
eius nōne omnes apud nos sūt? Unde
ergo huic oia ista? Et sic scādalizaban-
tur in eo. Ihesus aūt dixit eis. Non ē
propheta sine honore nisi ī patria sua:
et in domo sua. Et nō fecit ibi virtutes
multas: propter incredulitatē illor̄. c.xiiii.
In illo tempore audivit herodes
tetrarcha famam ihesu: et ait

pueris suis. Hic ē iohānes baptista.
Ipse surrexit a mortuis: et ideo virtutes
operantur in eo. Herodes enim tenuit
iohānem et alligavit eum: et posuit ī
carcerem ꝓpter herodiadē uxorem fra-
tris sui. Dicebat enim illi iohannes.
Non licet tibi habere eam. Et volens
illum occidere timuit ꝑplm: quia sicut
prophetā eum habebāt. Die aūt na-
talis herodis saltavit filia herodiadis
in medio: et placuit herodi. Unde cū
iuramēto pollicit⁹ ē ei dare: qđcunq;
postulasset ab eo. At illa premonita
a matre sua da michi inquit hic ī di-
sco caput iohānis baptiste. Et contri-
status est rex: ꝓpter iuramētū autem ⁊
eos qui pariter recūbebant iussit dari.
Misitq; et decollavit iohānem in car-
cere. Et allatū est caput eius ī disco: et
datum est puelle: et illa attulit matri
sue. Et accedentes discipuli eius tule-
runt corpus et sepelierūt illud: et veni-
entes nunciaverūt ihesu. Quod cum
audisset ihesus secessit inde in navicu-
lam: in locū desertū seorsum. Et cum
audissent turbe secute sunt eū pedestres
de civitatibus. Et exiens vidit turbam
multam: et misertus est eis: et curavit
languidos eorū. Vespere autē facto ac-
cesserūt ad eū discipuli eius dicentes.
Desertus est locus: et hora iam p̄terijt;
dimitte turbas: ut euntes in castella
emāt sibi escas. Ihesus autē dixit eis.
Non habent necesse ire: date illis vos
mādūcare. Responderūt ei. Non ha-
bemus hic nisi quinq; panes et duos
pisces. Qui ait eis. Afferte michi illos
huc. Et cum iussisset turbā discūbere
sup fenū: acceptis quinq; panibꝫ et du-
obus piscibꝫ: aspiciens in celū benedi-
xit et fregit, et dedit discipulis panes:
discipuli aūt turbis. Et mādūcaverūt
omnes: et saturati sunt. Et tulerūt re-
liquias duodecim cophinos fragmen-
torū plenos. Mādūcantiū autem fuit
numerus quinq; milia virorū: exceptis
mulieribus ⁊ parvulis. Et statim ius-
sit discipulos ascendere in naviculā:
et p̄cedere eum transfretū donec dimit-
teret turbas. Et dimissa turba ascendit
in mōtem solus orare. Vespere autē
facto solus erat ibi. Navicula autem
in medio mari iactabatur fluctibus.
Erat enim cōtrarius ventus. Quarta
aūt vigilia noctis venit ad eos ābu-
lans sup mare. Et vidētes eū sup ma-
re ābulantē turbati sūt dicētes: q̄a fan-
tasma est. Et p̄ timore clamaverunt.
Statimq; ihesus locutus est eis dicēs.
Habete fiduciā: ego sum: nolite timere.
Respondēs autem petrus dixit. Dn̄e
si tu es: iube me venire ad te sup aquas.
At ipse ait. Veni. Et descendēs petrus
de navicula ābulabat sup aquas: ut
veniret ad ihesum. Vidēs vero ventū
validū timuit. Et cum cepisset mergi:
clamavit dicens. Dn̄e salvū me fac.
Et cōtinuo ihesus extendens manū
apprehendit eum: et ait illi. Modice
fidei quare dubitasti? Et cū ascendisset
in naviculā: cessavit ventus. Qui aūt ī
navicula erant: venerūt et adoraverūt
eum dicentes. Vere filius dei es. Et cū
transfretassent: venerūt ī terrā genesar.
Et cum cognovissent eum viri loci il-
lius: miserūt in universam regionem
illā: ⁊ obtulerūt ei omēs male habētes:
et rogabāt eū ut vel fimbriam vesti-
menti eius tangerent. Et quicunq; te-
tigerunt: salvi facti sunt. c. xv.
Tunc accesserūt ad eum ab ihero-
solimis scribe et pharisei dicētes.
Quare discipuli tui transgrediuntur
tradiciones seniorū? Non enim lavāt

manus suas cum panem mādu cāt.
Ipse autem respondēs·ait illis. Quare
et vos transgredimini mandatum dei
propter traditionē vestrā? Nam deus
dixit. Honora patrem et matrē·et qui
maledixerit patri vel matri·morte mo=
riatur. Vos autem dicitis·quicunqꝫ
dixerit patri vel matri·munꝰ qđcunqꝫ
est ex me tibi p̄derit·et non honorifi=
cavit patrē suum aut matrem suam:
et irritum fecistis mādatum dei p̄pter
traditionē vestrā. Ypocrite: bene p̄phe=
tavit de vobis ysaias dicens. Popu=
lus hic labijs me honorat: cor autē
eorꝫ lōge est a me. Sine causa autem
colūt me docentes doctrinas et māda=
ta hominū. Et convocatis ad se tur=
bis·dixit eis. Audite et intelligite. Nō
quod intrat in os coinquinat homi=
nem: sed qđ p̄cedit ex ore hoc coinqui=
nat hominē. Tunc accedentes discipli
eius dixerūt ei. Scis quia pharisei au=
dito verbo hoc scandalizati sunt? At
ille respondēs ait. Omnis plātatio
quā non plātavit pater meus celestis
eradicabitur. Sinite illos: ceci sunt·et
duces cecorꝫ. Cecus autem si ceco duca=
tum prestet: ambo ī foveā cadūt. Re=
spondēs aūt petrus·dixit ei. Edissere
nobis parabolā istā. At ille dixit. Ad=
huc et vos sine intellectu estis? Non
intelligitis·quia omē qđ in os intrat
in ventrem vadit·⁊ in secessum emitti=
tur? Que aūt p̄cedunt de ore de corde
exeunt: et ea coinquināt hominē. De
corde enim exeunt male cogitationes:
homicidia·adulteria·fornicationes·fur=
ta·falsa testimonia·blasphemie. Hec
sunt que coinquinant hominē. Nō lo=
tis aūt manibꝫ manducare nō coin=
quinat hominē. Et egressus inde·se=
cessit in partes tyri et sydonis. Et ecce
mulier chananea a finibꝫ illiꝰ egressa·
clamavit dicens ei. Miserere mei dn̄e
fili david: filia mea male a demonio
vexatur. Qui non respōdit ei verbum.
Et accedentes discipuli eius·rogabāt
eum dicentes. Dimitte eā: q̄a clamat
post nos. Ipse autē respondens ait.
Non sum missus·nisi ad oves q̄ peri=
erunt domus israhel. At illa venit·⁊
adoravit eū dicens. Domine adiuva
me. Qui respōdens ait. Nō ē bonū su=
mere panē filiorꝫ: et mittere canibꝫ. At
illa dixit. Etiā dn̄e. Nā et catelli edūt
de micis·que cadūt de mensa domi=
norꝫ suorꝫ. Tunc respondens ihesus·
ait illi. O mulier magna est fides tua:
fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia e=
ius ex illa hora. Et cum transisset inde
ihesus·venit secꝰ mare galilee: et ascen=
dens in mōtem sedebat ibi. Et accesse=
runt ad eum turbe multe·habentes se=
cum mutos·cecos·claudos·debiles·⁊
alios multos: ⁊ p̄iecerūt eos ad pedes
eius: et curavit eos·ita ut turbe mira=
rentur videntes mutos loquētes·clau=
dos ambulātes·cecos videntes: ⁊ ma=
gnificabāt deum israhel. Ihesus aūt
cōvocatis discipulis suis dixit. Mise=
reor turbe: quia triduo iam p̄severāt
mecum: et non habent qđ māducent.
Et dimittere eos ieiunos nolo: ne de=
ficiāt in via. Et dicūt ei discipuli. Un=
de ergo nobis in deserto panes tāti:
ut saturemꝰ turbam tantā? Et ait illis
ihesus. Quot panes habetis? At illi
dixerūt. Septē. Et paucos pisciculos.
Et p̄cepit turbe·ut discumberent super
terram. Et accipiens septem panes et
pisces·⁊ gratias agens fregit et dedit
discipulis suis: et discipuli dederūt po=
pulo. Et comederūt omēs et saturati
sunt. Et qđ superfuit de fragmentis·

tulerūt septem sportas plenas. Erāt
autē q̄ mādūcauerūt quatuor milia
hominū: extra paruulos et mulieres.
Et dimissa turba ascendit ī nauiculā:
et venit in fines magedan. c. xvi.
Et accesserūt ad eum pharisei et sa-
ducei temptantes: et rogauerūt
eum ut signū de celo ostenderet eis. At
ille respondens ait illis. Facto vespe-
re dicitis serenū erit: rubicundū est e-
nim celum. Et mane hodie tempestas:
rutilat enim triste celum. Faciē ergo
celi diiudicare nostis: signa aūt tem-
porū nō potestis? Generatio mala et
adultera signū querit: et signū nō da-
bitur ei nisi signū ione. Et relictis illis
abijt. Et cum venissent discipuli eius
trans fretū: obliti sunt panes accipere.
Qui dixit illis. Intuemini et cauete a
fermēto phariseorū et saduceorū. At illi
cogitabāt inter se dicentes. Quia pa-
nes non accepimus. Sciens autē ihe-
sus dixit. Quid cogitatis inter vos
modice fidei: quia panes nō habetis?
Nondū intelligitis neq; recordamini
quinq; panū et quinq; milia hominū:
et quot cophinos sumpsistis? Neq;
septem panū et quatuor milia homi-
num et quot sportas sūpsistis? Qua-
re nō intelligitis quia nō de pane dixi
vobis: cauete a fermēto phariseorū et
saduceorū? Tunc intellexerūt quia nō
dixerit cauendū a fermēto panū: sed a
doctrina phariseorū et saduceorū. Ve-
nit aūt ihesus ī partes cesaree philip-
pi: et interrogabat discipulos suos di-
cens. Quē dicūt homines esse filiū ho-
minis? At illi dixerūt. Alij iohannē
baptistam alij heliam alij vero iere-
miam: aut unū ex prophetis. Dicit illis
ihesus. Vos aūt quē me esse dicitis?
Respondēs simon petrus dixit. Tu es
cristus filius dei vivi. Respondēs aūt
ihesus dixit ei. Beatus es simon bar-
iona: quia caro et sanguis nō reuela-
uit tibi: sed pater meus qui in celis est.
Ego dico tibi quia tu es petrus et sup
hanc petrā edificabo ecclesiā meam: et
porte inferi non prevalebūt aduersus e-
am. Et tibi dabo claues regni celorū.
Et qđcumq; ligaueris super terrā erit li-
gatum et in celis: et qđcumq; solueris
sup terrā erit solutū in celis. Tunc p̄ce-
pit discipulis suis ut nemini dicerent:
quia ipse esset ihesus cristus. Exinde
cepit ihesus ostendere discipulis suis
quia oporteret eum ire iherosolimā et
multa pati a senioribus et scribis et prin-
cipibus sacerdotum: et occidi et tercia
die resurgere. Et assumens eum pe-
trus cepit increpare illum dicens. Ab-
sit a te domine: non erit tibi hoc.
Qui conuersus dixit. Vade post me
sathanas, scandalum es michi: quia
non sapis ea que dei sunt sed ea q̄ sūt
hominū. Tūc ihesus dixit discipulis
suis. Si quis vult post me venire ab-
neget semetipsum: et tollat crucem suā
et sequatur me. Qui enī voluerit ani-
mam suā saluam facere: perdet eā. Qui
autem perdiderit animā suā propter me:
inueniet eam. Quid enim prodest homi-
ni si mūdū uniuersum lucretur: anime
vero sue detrimentū patiatur? Aut quā
dabit homo commutationē pro ani-
ma sua? Filius enim hominis venturus
est in gloria patris sui cum angelis su-
is: et tunc reddet unicuiq; secundū ope-
ra eius. Amē dico vobis: sunt quidā
de hic stantibus qui non gustabunt
mortem donec videant filium ho-
minis venientē ī regno suo. c. xvii.
Et post dies sex assumpsit ihesus
petrū et iacobum et iohannem

fratrē eius: et duxit illos in montem
excelsum seorsum: et transfiguratus ē
ante eos. Et resplenduit facies eius si-
cut sol: vestimenta aūt eius facta sunt
alba sicut nix. Et ecce apparuerūt illis
moyses ⁊ helias cum eo loquētes. Re-
spondens aūt petrus dixit ad ihesum.
Domine bonū est nos hic esse: si vis
faciamus hic tria tabernacula: tibi
unū et moysi unum et helie unū. Ad-
huc eo loquente: ecce nubes lucida ob-
umbravit eos. Et ecce vox de nube di-
cens. Hic ē filius meus dilectus ī quo
michi bene complacui: ipm audite. Et
audientes discipuli ceciderūt in faciem
suā: et timuerūt valde. Et accessit ihe-
sus et tetigit eos: dixitq; eis. Surgite
et nolite timere. Levātes autē oculos
suos neminē viderūt: nisi solū ihesū.
Et descendentibus illis de monte: p̄ce-
pit ihesus dicens. Nemini dixeritis vi-
sionē: donec filius hominis a mortu-
is resurgat. Et interrogaverūt eū disci-
puli dicentes. Quid ergo scribe dicunt
q̄ heliā oporteat primū venire? At
ille respondens ait eis. Helias quidē
venturus est: ⁊ restituet omnia. Dico
autem vobis: quia helias iam venit.
⁊ non cognoverūt eum: sed fecerūt ī eo
quecunq; voluerunt. Sic et filius ho-
minis passur⁹ est ab eis. Tūc intellexe-
runt discipuli quia de iohāne bapti-
sta dixisset eis. Et cum venisset ad tur-
bam: accessit ad eum homo genibus
provolut⁹ ante eū dicens. Domine
miserere filio meo quia lunaticus est:
et male patitur. Nam sepe cadit in i-
gnem: et crebro in aquā. Et obtuli eū
discipulis tuis: et non potuerūt curare
eum. Respōdens ihesus dixit. O gene-
ratio incredula ⁊ perversa: quousq; ero
vobiscū? Usq; quo patiar vos? Afferte
huc illū ad me. Et increpavit illū ihe-
sus: et exiit ab eo demoniū: et curatus
est puer ex illa hora. Tunc accesserunt
discipuli ad ihesum secreto et dixerunt.
Quare nos nō potuim⁹ eicere illum?
Dixit illis. Propter incredulitatē ve-
stram. Amen quippe dico vobis: si ha-
bueritis fidem sicut granū sinapis: di-
cetis mōti huic transi hinc et trāsibit:
et nichil impossibile erit vobis. Hoc
autem genus non eicitur nisi per ora-
tionē ⁊ ieiuniū. Cōversantibꝫ aūt eis
in galilea: dixit illis ihesus. Filius ho-
minis tradendus est in manus homi-
num: et occident eū: et tercia die resur-
get. Et cōtristati sunt vehementer. Et
cum venissent capharnaū: accesserūt q̄
didragma accipiebāt ad petrū: ⁊ dixe-
runt ei. Magister vester non solvit di-
dragma? Ait. Etiā. Et cum intrasset
in domū: prevenit eum ihesus dicens.
Quid tibi videtur simon? Reges terre
a quibꝫ accipiūt tributū vel censum:
a filijs suis an ab alienis? Et ille dixit.
Ab alienis. Dixit illi ihesus. Ergo li-
beri sūt filij. Ut autē nō scādalizemus
eos: vade ad mare et mitte hamum: et
eum piscem qui primus ascenderit tol-
le: et aperto ore eius invenies staterē:
illū sumēs da eis p̄ me et te. c. xviii.
In illa hora accesserunt discipuli
ad ihesum dicentes. Quis putas
maior est in regno celoꝝ? Et advocās
ihesus parvulū: statuit eum in medio
eoꝝ ⁊ dixit. Amē dico vobis: nisi con-
versi fueritis ⁊ efficiamini sicut parvu-
li: non intrabitis in regnū celoꝝ. Qui-
cunq; ergo humiliaverit se sicut par-
vulus iste: hic est maior ī regno celoꝝ.
Et qui susceperit unū parvulū talem
in nomine meo: me suscipit. Qui aūt
scandalizaverit unū de pusillis istis

qui in me credūt: expedit ei ut suspēda-
tur mola asinaria ī collo ei9: et demer-
gatur in profundū maris. Ve mun-
do ab scandalis. Necesse est enim ut
veniāt scādala. Verūtamen ve homi-
ni p quem scandalū venit. Si autem
man9 tua vel pes tuus scandalizat te:
abscide eum & pice abs te. Bonū tibi
est ad vitā ingredi debilē vel claudū:
q̄ duas manus vel duos pedes ha-
bentem mitti in ignem eternū. Et si o-
culus tu9 scādalizat te: erue eū et pice
abs te. Bonū tibi est unū oculū haben-
tem in vitā intrare: q̄ duos oculos
habentē mitti in iehennā ignis. Vide-
te ne contempnatis unū ex hijs pusil-
lis. Dico enim vobis: quia āgeli eoꝝ
in celis semper vident faciē patris mei
qui in celis ē. Venit enim filius hoīs
saluare qđ perierat. Quid vobis vide-
tur? Si fuerint alicui centū oues et er-
rauerit una ex eis: nōne relinquit no-
nagintanouē in mōtibȝ & vadit que-
rere eā que errauit? Et si cōtigerit ut in-
ueniat eā: amē dico vobis quia gau-
det sup eam magis q̄ sup nonagīta-
nouē que nō errauerūt. Sic nō est vo-
luntas ante patrē vestrū qui ī celis est:
ut pereat unus de pusillis istis. Si au-
tem peccauerit in te frater tuus: vade
et corripe eum inter te et ipm solū. Si
te audierit: lucrat9 eris fratrem tuum.
Si aūt non te audierit: adhibe tecum
adhuc unū vel duos: ut ī ore duoꝝ
vel triū testiū stet omē verbū. Qđ si nō
audierit eos: dic ecclesie. Si aūt ecclesi-
am non audierit: sit tibi sicut ethnic9
et publican9. Amen dico vobis: que-
cunqȝ alligaueritis sup terram erūt li-
gata et in celo: et quecunqȝ solueritis
sup terram erunt soluta et in celo. Ite-
rum dico vobis: quia si duo ex vobis

cōsenserint sup terrā de omī re quācun-
qȝ petierit: fiet illis a patre meo qui ī ce-
lis ē. Ubi enim sunt duo vel tres con-
gregati in nomine meo: ibi sum ī me-
dio eoꝝ. Tunc accedens petrus ad eū
dixit. Domine quotiens peccabit in
me frater meus: & dimittā ei? usqȝ septi-
es? Dicit illi ihesus. Nō dico tibi usqȝ
septies: sed usqȝ septuagies septies. Ide-
o assimilatum est regnū celoꝝ homini
regi: qui voluit rationē ponere cum
seruis suis. Et cū cepisset rationem po-
nere: oblatus est ei un9 qui debebat ei
decē milia talenta. Cum aūt non ha-
beret unde redderet: iussit eum domin9
eius venūdari et uxorem eius & filios
et omnia que habebat: et reddi. Proci-
dens aūt seruus ille: orabat eū dicens.
Patientiā habe in me: et omnia reddā
tibi. Misertus aūt domin9 serui illius:
dimisit eum: et debitū dimisit ei. Egres-
sus aūt seruus ille: inuenit unum de
conseruis suis qui debebat ei centum
denarios: et tenens suffocabat eū di-
cens. Redde qđ debes. Et pcidēs con-
seruus eius rogabat eum dicēs. Pati-
entiā habe in me: et omnia reddā tibi.
Ille aūt noluit: sed abijt et misit eum
in carcerē donec redderet debitum. Vi-
dentes autē conserui eius que fiebant
cōtristati sunt valde: & venerūt et nar-
rauerūt dn̄o suo omnia q̄ facta fuerāt.
Tūc vocauit illū domin9 suus: et ait
illi. Serue nequā: omē debitū dimisi
tibi quoniā rogasti me. Nōne ergo
oportuit & te misereri cōserui tui: sicut
et ego tui misertus sum? Et iratus
dominus eius tradidit eum tortori-
bus: quo adusqȝ redderet universum
debitum. Sic et pater meus celestis
faciet vobis: si non remiseritis unus-
quisqȝ frī suo de cordibȝ vr̄is. c. xix

Et factū est cū consummasset ihe-
sus sermones istos migrauit a
galilea: et venit in fines iudee trās ior-
danem: et secute sunt eū turbe multe: et
curauit eos ibi. Et accesserūt ad eum
pharisei temptantes eū et dicentes. Si
licet homini dimittere uxorem suam
quacumq; ex causa? Qui respondens
ait eis. Non legistis quia qui fecit ho-
minē ab inicio masculū et feminam
fecit eos? Et dixit. Propter hoc dimit-
tet homo patrē et matrē: et adherebit
uxori sue: et erūt duo ī carne una. Ita-
q; iā non sunt duo: sed una caro. Quod ergo
deus cōiunxit: homo nō separet. Di-
cunt illi. Quid ergo moyses manda-
uit dari libellum repudij et dimittere?
Ait illis. Quoniā moyses ad duricia-
am cordis vestri pmisit vobis dimit-
tere uxores vr̄as: ab inicio autē non
fuit sic. Dico autem vobis: quia qui-
cumq; dimiserit uxorē suā nisi ob for-
nicatonē et aliā duxerit: mechatur. Et
qui dimissam duxerit: mechatur. Di-
cunt ei discipuli eius. Si ita est causa
hominis cum uxore: non expedit nu-
bere. Qui dixit. Non omnes capiunt
verbū istud: sed quibus datū ē. Sunt
enim eunuchi qui de matris utero sic
nati sunt: et sunt eunuchi qui facti
sunt ab hominibȝ: et sunt eunuchi q
se ipos castrauerūt ꝓpter regnū celoꝝ.
Qui potest capere capiat. Tunc obla-
ti sunt ei paruuli: ut manus eis impo-
neret et oraret. Discipuli autē increpa-
bant eos. Ihesus vero ait eis. Sinite
paruulos: et nolite eos ꝓhibere ad me
venire: taliū est enim regnū celoꝝ. Et
cum imposuisset eis manꝰ: abijt inde.
Et ecce unus accedens ait illi. Magi-
ster bone: quid boni faciā ut habeam
vitam eternā? Qui dixit ei. Quid me
interrogas de bono? Unus est bonꝰ
deus. Si autem vis ad vitā ingredi:
serua mādata. Dicit illi. Que? Ihesus
aūt dixit. Non homicidiū facias: nō
adulterabis: non facies furtū: nō fal-
sum testimoniū dices: honora patrem
et matrem: diliges ꝓximū tuū sicut te
ipsum. Dicit illi adolescens. Omnia
hec custodiui: quid adhuc michi deest?
Ait illi ihesus. Si vis pfectus esse: va-
de vende que habes et da pauperibȝ:
et habebis thesauꝝ in celo: et veni seque-
re me. Cum audisset aūt adolescens
verbū: abijt tristis. Erat enim habēs
multas possessiones. Ihesus autem
dixit discipulis suis. Amen dico vo-
bis: quia diues difficile intrabit in re-
gnum celoꝝ. Et iterū dico vobis. Fa-
cilius est camelū p foramen acꝰ trans-
ire: qȝ diuitem intrare in regnū celorū.
Auditis aūt hijs discipuli mirabant-
tur valde dicentes. Quis ergo poterit
saluus esse? Aspiciens aūt ihesus: di-
xit illis. Apud homines hoc impossi-
bile est: apud deum aūt omnia possi-
bilia sunt. Tunc respondens petrus:
dixit ei. Ecce nos reliquimꝰ omnia: et
secuti sumꝰ te. Quid ergo erit nobis?
Ihesus aūt dixit illis. Amen dico vo-
bis: qꝫ vos qui secuti estis me in rege-
neratione cum sederit filius hominis
in sede maiestatis sue: sedebitis et vos
sup sedes duodecim: iudicātes duode-
cim tribus israhel. Et omnis qui reli-
quit domū vel fratres aut sorores: aut
patrem aut matrem aut uxorē aut fili-
os aut agros ꝓpter nomē meum: cen-
tuplū accipiet: et vitam eternā possidebit. Multi autem erunt primi nouis-
simi: et nouissimi primi. ca. xx.
Simile est regnum celoꝝ homini
patrifamilias: qui exijt primo

mane conducere operarios ī vineam
suā. Conventione autē facta cū opera-
rijs ex denario diurno: misit eos ī vi-
neam suā. Et egressus circa horam ter-
ciam: vidit alios stantes ī foro ocio-
sos. et illis dixit. Ite et vos ī vineam.
et qđ iustū fuerit dabo vobis. Illi au-
tem abierūt. Iterum autem exijt circa
sextā et nonā horam: et fecit similiter.
Circa undecimā vero exijt: et invenit
alios stantes. et dicit illis. Quid hic
statis tota die ociosi? Dicūt ei. Quia
nemo nos conduxit. Dicit illis. Ite ⁊
vos ī vineā. Cū sero autem factū esset:
dicit dñs vinee procuratori suo. Voca
operarios et redde illis mercedē: inci-
piens a novissimis usq; ad primos.
Cū venissent ergo q̄ circa undecimam
horam venerant: acceperūt singulos
denarios. Venientes autem et primi:
arbitrati sunt qđ plus essent acceptu-
ri: acceperūt aūt et ipsi singulos dena-
rios. Et accipientes murmurabant
adversus patremfamilias dicentes. Hij
novissimi una hora fecerūt: et pares
illos nobis fecisti qui portavimus
pondus diei et estus? At ille respon-
dens uni eorū dixit. Amice. non facio
tibi iniuriā. Nōne ex denario cōveni-
sti mecum? Tolle qđ tuū ē et vade. Vo-
lo autem ⁊ huic novissimo dare. sicut
et tibi. Aut non licet michi qđ volo
facere? An oculus tuus nequā est. q̄a
ego bonus sum? Sic erūt novissimi
primi: et primi novissimi. Multi enī
sunt vocati: pauci vero electi. Et ascen-
dens ihesus iherosolimā: assumpsit
duodecim discipulos secreto. et ait il-
lis. Ecce ascendim⁹ iherosolimā: ⁊ fili-
us hominis tradetur principibȝ sacer-
dotum et scribis. et condempnabūt eum
morte: et tradent eum gentibus ad
deludendū et flagellādū. et crucifigen-
dum: ⁊ tercia die resurget. Tūc accessit
ad eū mater filiorū zebedei cū filijs suis:
adorās ⁊ petēs aliqđ ab eo. Qui dixit
ei. Quid vis? Ait illi. Dic ut sedeant
hij duo filij mei un⁹ ad dexterā tuā. et
unus ad sinistram in regno tuo. Re-
spondens autem ihesus dixit. Nescitis
quid petatis. Potestis bibere calicem
quē ego bibitur⁹ sum? Dicūt ei. Pos-
sumus. Ait illis. Calicem quidē meū
bibetis: sedere autem ad dexteram me-
am et sinistrā non est meum dare vo-
bis: sed quibus paratū est a patre meo.
Et audientes decem. indignati sunt
de duobus fratribȝ. Ihesus autem vo-
cavit eos ad se. et ait. Scitis q̄a prin-
cipes gentiū dominātur eorū: et qui
maiores sunt potestatem exercent in
eos? Non ita erit inter vos. Sed qui-
cunq; voluerit inter vos maior fieri:
sit vester minister. Et qui voluerit int̄
vos prim⁹ esse: erit vester servus. Si-
cut filius hominis nō venit ministra-
ri sed ministrare: ⁊ dare animā suam
redemptionem ꝑ multis. Et egredien-
tibus illis ab iericho: secuta est eū tur-
ba multa. Et ecce duo ceci sedentes se-
cus viam. audierūt quia ihesus trans-
iret: ⁊ clamaverūt dicentes. Domine
miserere nostri. fili david. Turba autē
increpabat eos ut tacerent. At illi ma-
gis clamabāt dicentes. Dñe: miserere
nostri. fili david. Et stetit ihesus: et vo-
cavit eos et ait. Quid vultis ut faciā
vobis? Domine ut aperiantur oculi
nostri. Misertus autem eorū ihesus:
tetigit oculos eorum. Et confestim vi-
derunt: et secuti sunt eum. C. XXI.

Et cū appropinquassent iheroso-
limis et venissent bethfage ad
montem oliveti: tunc ihesus misit

duos discipulos dicens eis. Ite in ca-
stellū qđ contra vos est: ⁊ statim inue-
nietis asinā alligatā ⁊ pullū cum ea:
soluite et adducite michi. Et si quis
vobis aliquid dixerit · dicite quia do-
minus hijs opus habet: ⁊ confestim
dimittet eos. Hoc aūt factum est: ut
adimpleret̄ qđ dictū est per ꝓphetam
dicentem. Dicite filie syon: ecce rex tu9
venit tibi māsuetus sedens sup asinā·
⁊ pullū filiū subiugalis. Euntes autē
discipuli fecerunt sicut p̄cepit illis ihe-
sus. Et adduxerūt asinam ⁊ pullum
⁊ imposuerūt sup eos vestimenta sua:
⁊ eum desup sedere fecerūt. Plurima
autē turba strauerunt vestimenta sua
in via. Alij aūt cedebāt ramos de ar-
boribus: ⁊ sternebant i via. Turbe aūt
que precedebant et que sequebantur·
clamabant dicentes. Osanna filio da-
uid: benedictus qui venit in noīe dn̄i:
osanna in altissimis. Et cū intrasset
iherosolimā: cōmota ē uniuersa ciui-
tas dicens. Quis ē hic? Populi autē
dicebāt. Hic ē ihesus ꝓpheta · a naza-
reth galilee. Et intrauit ihesus in tem-
plum dei · et eiciebat omnes vendētes
et ementes i templo: ⁊ mensas nūmu-
lariorꝫ · et cathedras vendentiū colum-
bas euertit: et dicit eis. Scriptū ē: do-
mus mea dom9 orationis vocabit̄:
vos autē fecistis illā speluncam latro-
num. Et accesserūt ad eū ceci et claudi
in templo: ⁊ sanauit eos. Videntes au-
tem principes sacerdotū et scribe mira-
bilia q̄ fecit: ⁊ pueros clamātes in tem-
plo et dicētes · osanna filio dauid: in-
dignati sunt · ⁊ dixerūt ei. Audis quid
isti dicūt? Ihesus autē dixit eis. Uti-
q3. Nunquā legistis q̄a ex ore infanti-
um ⁊ lacte ntiū pfecisti laudem? Et re-
lictis illis abijt foras extra ciuitatē in
bethaniā: ibiq3 māsit. Mane autem
reuertens in ciuitatē · esuriit. Et videns
fici arborē unam sec9 viam venit ad
eam · ⁊ nichil inuenit in ea nisi folia
tantū: et ait illi. Nunquā ex te fructus
nascatur in sempiternū. Et arefacta ē
cōtinuo ficulnea. Et videntes discipu-
li · mirati sunt dicentes. Quomodo
continuo aruit? Respondens autem
ihesus · ait eis. Amen dico vobis: si
habueritis fidem ⁊ non hesitaueritis·
non solū de ficulnea facietis: sed et si
monti huic dixeritis tolle ⁊ iacta te in
mare · fiet. Et oīa quecunq3 petieritis
in oratione credentes accipietis. Et cū
venisset in templū: accesserūt ad eū do-
centem principes sacerdotū et seniores
ppli dicentes. In qua potestate hec fa-
cis? Et quis tibi dedit hanc potestatē?
Respondens ihesus · dixit eis. Interro-
gabo vos et ego unū sermonē: quē si
dixeritis michi · ⁊ ego vobis dicam in
qua potestate hec facio. Baptismum
iohannis unde erat? e celo · an ex homi-
nibus? At illi cogitabāt int̄ se dicen-
tes: Si dixerimus e celo: dicet nobis.
Quare ergo nō credidistis illi? Si au-
tem dixerimus ex hominibus: timem9
turbam. Omnes enī habebāt iohan-
nem sicut ꝓphetam. Et respondentes
ihesu · dixerūt. Nescimus. Ait illis et
ipse. Nec ego dico vobis in qua pote-
state hec facio. Quid aūt vobis vide-
tur? Homo quidā habebat duos fi-
lios: et accedens ad primū dixit. Fili·
vade hodie operari in vinea mea. Il-
le autem respondens ait. Nolo. Po-
stea aūt penitētia mot9 abijt. Accedēs
autem ad alterū dixit similiter. At ille
respondens ait. Eo dn̄e. Et non iuit.
Quis ex duobꝫ fecit voluntatē patris?
Dicunt. Primus. Dicit illis ihesus.

Amen dico vobis: quia publicani et
meretrices precedũt vos ĩ regno dei. Ve-
nit enĩ ad vos iohãnes ĩ via iusticie:
et nõ credidistis ei. Publicani autẽ et
meretrices crediderũt ei: vos aũt viden-
tes nec penitentiã habuistis postea · ut
crederetis ei. Aliã parabolam audite.
Homo erat paterfamilias qui plãta-
uit vineam: et sepem circumdedit ei · et
fodit ĩ ea torcular: ⁊ edificauit turrim:
et locauit eã agricolis: et peregre pro-
fectus est. Cum aũt tempus fructuũ
appropinquasset: misit seruos suos
ad agricolas ut acciperent fructus eiꝰ.
Et agricole apphensis seruis eius · ali-
um ceciderũt · aliũ occiderũt: aliũ vero
lapidauerũt. Iterũ misit alios seruos
plures prioribus: ⁊ fecerũt illis simili-
ter. Nouissime autem misit ad eos fi-
lium suũ dicens: verebũtur filiũ meũ.
Agricole aũt videntes filiũ · dixerunt
intra se. Hic est heres: venite occidamꝰ
eum · ⁊ habebimꝰ hereditatem eius. Et
apprehensum eum eiecerũt extra vine-
am · ⁊ occiderũt. Cum ergo venerit do-
minus vinee · quid faciet agricolis il-
lis? Aiũt illi. Malos male pdet: ⁊ vi-
neam locabit aliis agricolis · qui red-
dant ei fructum temporibꝫ suis. Dicit
illis ihesus: Nunq̃ legistis in scriptu-
ris · lapidẽ quẽ reprobauerũt edifican-
tes · hic ẽ factus ĩ caput anguli? A do-
mino factum est istud: et est mirabile
in oculis nostris? Ideo dico vobis: q̃a
auferetur a vobis regnũ dei · et dabit̃
genti facienti fructus eius. Et qui ceci-
derit sup lapidẽ istum cõfringetur: su-
per quẽ vero ceciderit · conteret eum. Et
cum audissent principes sacerdotũ et
pharisei parabolas eius: cognouerũt
q̃d de ipsis diceret. Et querentes eũ te-
nere timuerũt turbas: quoniã sicut

prophetã eũ habebãt. Et respondẽs cap. xxii.
ihesus dixit iterũ in parabolis eis di-
cens. Simile factum est regnũ celorũ
homini regi: q̃ fecit nuptias filio suo.
Et misit seruos suos vocare inuitatos
ad nuptias: et nolebãt venire. Iterũ
misit alios seruos dicens. Dicite inui-
tatis. Ecce prandiũ meũ parauí · tauri
mei ⁊ altilia occisa · et omnia parata:
venite ad nuptias. Illi aũt neglexerũt:
et abierũt alius in villã suã · alius ve-
ro ad negociationẽ suã. Reliqui vero
tenuerũt seruos eius: ⁊ contumelia af-
fectos occiderũt. Rex autem cũ audisset
iratus est: ⁊ missis exercitibꝫ suis pdi-
dit homicidas illos · et ciuitatẽ illorꝫ
succendit. Tũc ait seruis suis. Nuptie
quidẽ parate sunt: sed qui inuitati erãt
non fuerũt digni. Ite ergo ad exitus
viarũ: et quoscunq; inueneritis · vo-
cate ad nuptias. Et egressi serui eius
in vias congregauerũt omnes quos
inuenerũt malos ⁊ bonos: et implete
sũt nuptie discũbentiũ. Intrauit autẽ
rex ut videret discũbentes: et vidit ibi
hominẽ non vestitũ veste nuptiali. Et
ait illi. Amice: quomõ huc intrasti
non habẽs vestem nuptialem? At il-
le obmutuit. Tunc dixit rex ministris.
Ligatis manibus et pedibus eiꝰ · mit-
tite eum in tenebras exteriores: ibi erit
fletus et stridor dentiũ. Multi enim sũt
vocati: pauci vero electi. Tunc abeuntes
pharisei cõsiliũ inierunt: ut caperent
eum in sermone. Et mittunt ei discipu-
los suos · cum herodianis dicentes.
Magister · scimꝰ quia verax es et viã
dei in veritate doces: et nõ est tibi cura
de aliquo. Non enĩ respicis psonam
hominũ. Dic ergo nobis: quid tibi vi-
detur. Licet censũ dari cesari · aut nõ?
Cognita autem ihesus nequitia eorũ

ait. Quid me téptatis ypocrite? Osten-
dite michi numismia census. At il-
li obtulerūt ei denariū. Et ait illis ihe-
sus. Cui⁹ est ymago hec et suꝑscriptio?
Dicūt ei. Cesaris. Tunc ait illis. Red-
dite ergo que sunt cesaris cesari: et q̄
sūt dei deo. Et audiētes mirati sūt: et
relicto eo abierūt. In illo die accesserūt
ad eum saducei qui dicūt nō esse re-
surrectionē: et interrogauerūt eū dicen-
tes. Magister. moyses dixit. Si quis
mortuus fuerit non habens filiū· ut
ducat frater eius uxorem illi⁹ · et susci-
tet semen fratri suo. Erant autē apud
nos septem fratres · et primus uxore
ducta defunctus est: et non habens se-
men reliquit uxorē suā fratri suo. Si-
militer secundus et terci⁹: usq; ad septi-
mum. Nouissime autem omnium· et
mulier defuncta est. In resurrectione er-
go cuius erit de septem uxorꝫ? Omnes
enī habuerūt eā. Respondēs autem ihe-
sus·ait illis. Erratis·nescientes scriptu-
ras: neq; uirtutem dei. In resurrectio-
ne enim neq; nubent·neq; nubentur:
sed sunt sicut angeli dei in celo. De re-
surrectione autē mortuorꝫ non legisti⁹
qd̄ dictū est a deo dicente vobis. Ego
sum deus abrahā· ⁊ deus ysaac· ⁊ de-
us iacob? Non est deus mortuorꝫ: sed
uiuentiū. Et audientes turbe mirabā-
tur in doctrina eius. Pharisei autem
audientes qd̄ silentiū imposuisset sad-
duceis· conuenerūt in unū: et interro-
gauit eū un⁹ ex eis legisdoctor tēptās
eum. Magister· qd̄ est mandatū ma-
gnum ī lege? Ait illi ihesus. Diliges
dominū deū tuum ex toto corde tuo· ⁊
in tota anima tua· et ī tota mente tua.
Hoc est maximū· et primū mandatū.
Secundū aūt simile est huic. Diliges
proximū tuū· sicut teipsum. In hijs
duobus mādatis· uniuersa lex pēdet
et pphete. Congregatis aūt phariseis·
interrogauit eos ihesus dicens. Quid
vobis uidetur de cristo: cui⁹ filius est?
Dicunt ei. Dauid. Ait illis. Quomō
ergo dauid ī spiritu uocat eum dn̄m
dicens: dixit domin⁹ dn̄o meo· sede a
dextris meis. Donec ponā inimicos
tuos · scabellū pedū tuorꝫ? Si ergo da-
uid uocat eum dn̄m: quomō filius e-
ius est? Et nemo poterat respondere ei
uerbū: neq; ausus fuit quisq̄ ex illa die
eū amplius interrogare. c. xxiii.
Tunc ihesus locutus ē ad turbas·
et ad discipulos suos dicēs. Su-
per cathedram moysi·sederūt scribe et
pharisei. Omnia ergo quecunq; dixe-
rint vobis·seruate ⁊ facite. Secundū
opera vero eorꝫ nolite facere. Dicunt e-
nim· ⁊ nō faciūt. Alligāt autē onera
grauia ⁊ importabilia· et imponunt
in humeros hominū: digito aūt suo
nolunt ea mouere. Omnia vero opera
sua faciunt·ut uideant̄ ab hominibus.
Dilatant enim philacteria sua: ⁊ ma-
gnificant fimbrias. Amant aūt pri-
mos recubitus in cenis· ⁊ primas ca-
thedras in synagogis et salutationes
in foro: et uocari ab hominib3 rabbi.
Vos autē nolite vocari rabbi. Unus
est enim magister vester: omnes autē
vos fratres estis. Et patrē nolite uocare
vobis super terrā: unus est enim pater
vester q̄ in celis ē. Nec vocemini magi
stri: quia magister vester·un⁹ ē cristus.
Qui maior ē vrm̄· erit minister vester.
Qui autē se exaltauerit humiliabit̄:
et qui se humiliauerit exaltabitur. Ve
aūt vobis scribe ⁊ pharisei ypocrite: q̄a
clauditis regnū celorꝫ ante homines.
Vos enim nō intratis: nec introeun-
tes sinitis intrare. Ve vobis scribe et

pharisei ypocrite qui comeditis domos
viduaꝝ · orationes longas orantes:
propter hoc amplius accipietis iudiciū.
Ve vobis scribe ⁊ pharisei ypocrite: q̄a
circuitis mare et aridam · ut faciatis
unū pselitū: et cū fuerit factus · facitis
eū filiū iehenne duplo q̄ vos. Ve vo-
bis duces ceci · qui dicitis quicunq; iu-
rauerit p templum nichil est: qui aūt
iurauerit ī auro templi debitor ē. Stul-
ti et ceci: qd enī maius ē · aurū an tem-
plum qd sāctificat auꝝ? Et quicunq;
iurauerit ī altari · nichil ē. Quicunq;
aūt iurauerit ī dono qd est sup illud·
debet. Ceci: quid enī maius ē · donū · an
altare quod sāctificat donum? Qui
ergo iurat ī altari: iurat in eo · et ī omi-
bus que super illud sunt. Et quicunq;
iurauerit in templo: iurat in illo ⁊ in
eo qui habitat in ipo. Et qui iurat in
celo: iurat ī throno dei · et in eo qui se-
det super eum. Ve autē vobis scribe et
pharisei ypocrite · qui decimatis men-
tam et anetū et cyminū: et reliquistis
que grauiora sunt legis · iudicium et
misericordiā et fidem. Hec oportuit fa-
cere · ⁊ illa nō omittere. Duces ceci exco-
lantes culicem: camelū aūt glutiētes.
Ve vobis scribe et pharisei ypocrite · q̄
mundatis qd de foris est calicis et pa-
rabsidis: intus aūt pleni estis rapina
et immundicia. Pharisee cece · mūda
prius qd intus ē calicis ⁊ parabsidis:
ut fiat et id qd de foris est mundum.
Ve vobis scribe et pharisei ypocrite·
quia similes estis sepulcris dealba-
tis · que a foris parent hominibus
speciosa: intus vero plena sunt ossibꝫ
mortuoꝝ ⁊ omni spurcicia. Sic ⁊ vos
a foris quidem paretis hominibꝫ iu-
sti: intus aūt pleni estis ypocrisi et ini-
quitate. Ve vobis scribe et pharisei
ypocrite · qui edificatis sepulcra ꝓphe-
taꝝ: et ornatis monumēta iustoꝝ · et
dicitis. Si fuissemus in diebus patrū
nostroꝝ: nō essemus socij eorū in san-
guine ꝓphetaꝝ. Itaq; testimonio estis
vobismetipsis · quia filij estis eoꝝ qui
prophetas occiderūt. Et vos implete
mensurā patrū vestrorū. Serpentes ⁊
genimina viperaꝝ · quomodo fugietis
a iudicio gehenne? Ideo dico vobis.
Ecce ego mitto ad vos ꝓphetas et sa-
pientes ⁊ scribas: ⁊ ex illis occidetis ⁊
crucifigetis · ⁊ ex eis flagellabitis in sy-
nagogis vestris: ⁊ psequemini de ciui-
tate in ciuitatem: ut veniat sup vos o-
mnis sanguis iustus qui effusus est
sup terrā. A sanguine abel iusti · usq;
ad sanguinem zacharie filij barachie:
quē occidistis inter templum ⁊ altare.
Amen dico vobis · venient hec omīa
sup generationē istā. Ierusalē iheru-
salem · q̄ occidis ꝓphetas et lapidas
eos qui ad te missi sunt: quotiens vo-
lui cōgregare filios tuos quēadmodū
gallina cōgregat pullos suos sub a-
las: et noluisti. Ecce relinquetur vobis
domus vr̄a deserta. Dico enī vobis: nō
me videbitis amodo donec dicatis. Be-
nedictus q̄ venit ī noīe dnī. C. xxiiii.
Et egressus ihesus de templo ibat.
Et accesserunt discipuli eius ut
ostenderēt ei edificatōnes templi. Ipe
aūt respondēs · dixit illis. Videtis hec
omnia? Amen dico vobis: non relin-
quetur hic lapis sup lapidem · qui nō
destruatur. Sedenti aūt eo sup mōtem
oliueti: accesserunt ad eum discipuli se-
creto dicentes. Dic nobis quādo hec
erunt: ⁊ qd signū aduentus tui · ⁊ con-
summationis seculi? Et respondens
ihesus dixit eis. Videte ne quis vos
seducat. Multi eīm venient ī nomine

meo dicentes. ego sum cristus: et mul-
tos seducent. Audituri enim estis pre-
lia ⁊ opiniones p̄lioꝝ: videte ne turbe-
mini. Oportet enim hec fieri: sed non-
dum est finis. Consurget enim gens
in gentem. ⁊ regnū in regnū: et erūt pe-
stilentie et fames. et terre motus per
loca. Hec aūt om̄ia. inicia sunt dolo-
rum. Tunc tradent vos in tribulatio-
nem. et occident vos: et eritis odio o-
mnibus gentib;. ꝓpter nomē meū. Et
tunc scandalizabūtur multi. et inui-
cem tradēt: et odio habebūt inuicē. Et
multi pseudo ꝓphete surgent. et sedu-
cent multos: ⁊ quoniā abundabit in-
iquitas. refrigescet caritas multorū.
Qui aūt pseuerauerit usq; in finē hic
saluus erit. Et p̄dicabitur hoc euan-
geliū regni ī uniuerso orbe. in testimo-
nium omnibus gentibus: et tūc veni-
et consummatio. Cum ergo videritis
abominationē desolationis. q̄ dicta
ē a daniele ꝓpheta stantem ī loco san-
cto: qui legit intelligat. Tūc qui in iu-
dea sunt fugiant ad montes: ⁊ qui in
tecto non descendāt tollere aliquid de
domo sua: et qui in agro non reuerta-
tur tollere tunicā suā. Ve aūt pregnā-
tibus et nutrientib; ī illis dieb;. Ora-
te aūt. ut nō fiat fuga vestra in hieme
uel sabbato. Erit enim tunc tribulatō
magna q̄lis nō fuit ab inicio mundi
usq; modo. neq; fiet. Et nisi breuiati
fuissent dies illi. nō fieret salua om̄is
caro: sed ꝓpter electos breuiabūtur di-
es illi. Tunc si quis vobis dixerit. ecce
hic est cristus aut ecce illic: nolite crede-
re. Surgent enim pseudo cristi et pseu-
do prophete. et dabūt signa magna
et p̄digia: ita ut in errorem inducant
si fieri potest etiā electi. Ecce p̄dixi vobis.
Si ergo dixerint vobis ecce in deserto

est. nolite exire: ecce in penetrabilibus.
nolite credere. Sicut enim fulgur exit
ab oriente et paret usq; in occidentem:
ita erit et aduentus filij hominis. Vbi-
cunq; fuerit corp⁹: illuc cōgregabūtur
et aquile. Statim aūt post tribulatio-
nem dieꝝ illoꝝ sol obscurabitur: et lu-
na nō dabit lumen suū. et stelle cadent
de celo. et virtutes celoꝝ cōmouebunt:
et tunc parebit signū filij hominis in
celo. Et tunc plangent omnes tribus
terre: et videbūt filiū hominis venien-
tem in nubib; celi cum virtute multa
et maiestate. Et mittet āgelos suos cū
tuba et voce magna: ⁊ congregabunt
electos eius a quatuor ventis. a sūmis
celoꝝ usq; ad terminos eoꝝ. Ab arbo-
re aūt fici discite parabolā: cū iam ra-
mus eius tener fuerit et folia nata: sci-
tis quia ꝓpe est estas. Ita et vos cum
videritis hec omnia: scitote quia ꝓpe
est in ianuis. Amen dico vobis: quia
nō p̄teribit generatio hec donec om̄ia
fiant. Celum et terra transibūt: verba
vero mea non p̄teribūt. De die aūt il-
la ⁊ hora nemo scit. neq; āgeli celorū:
nisi pater solus. Sicut aūt in diebus
noe. ita erit et aduent⁹ filij hominis.
Sicut enim erāt in dieb; ante diluuiū
comedentes ⁊ bibentes. nubentes et nu-
ptui tradentes. usq; ad eum diē quo
intrauit in archam noe: et nō cogno-
uerūt donec venit diluuiū ⁊ tulit om̄es:
ita erit ⁊ aduentus filij hominis. Tunc
duo erūt in agro: unus assumetur et
unus relinquetur. Due molentes in
mola: una assumetur et una relinque-
tur. Duo in lecto: unus assumetur et
un⁹ relinquetur. Vigilate ergo: quia
nescitis qua hora domin⁹ vester ven-
turus sit. Illud aūt scitote: quoniam
si sciret paterfamilias qua hora fur

venturus esset·vigilaret utiqꝫ et non
sineret pfodi domū suā. Ideo et vos
estote parati: q̃a qua nescitis hora filiꝰ
hoīs venturꝰ est. Quis putas est fide-
lis servus et prudens·quē cōstituit do-
minus suus supra familiā suā: ut det
illis cibū in tempore. Beatꝰ ille servus:
quē cum venerit dñs eiꝰ invenerit sic
facientem. Amē dico vobis: quoniā
sup omnia bona sua cōstituet eū. Si
autē dixerit malus servus ille in corde
suo·morā facit dominꝰ meus venire:
et ceperit pcutere conservos suos: man-
ducet aūt et bibat cū ebriosis: veniet
dñs servi illius in die qua non sperat·
⁊ hora qua ignorat: ⁊ dividet eū·par-
temqꝫ eius ponet cum ypocritis: illic
erit fletus et stridor dentium. c. xxv.

Tunc simile erit regnū celoꝝ decē
virginibꝫ: que accipientes lāpa-
des suas exierūt obviā spōso et spon-
se. Quinqꝫ autem ex eis erāt fatue: et
quinqꝫ prudentes. Sed quinqꝫ fatue
acceptis lampadibus·nō sumpserūt
oleū secū. Prudentes vero acceperūt o-
leum in vasis suis cū lampadibꝫ. Mo-
ram autē faciente sponso: dormitave-
runt omnes ⁊ dormierūt. Media aūt
nocte clamor factus est: ecce sponsus
venit exite obviā ei. Tunc surrexerunt
omnes virgines ille: ⁊ ornaverūt lam-
pades suas. Fatue aūt sapientibus
dixerunt. Date nobis de oleo vestro:
quia lampades nostre extinguuntur.
Responderūt prudentes dicentes. Ne
forte non sufficiat nobis ⁊ vobis: ite
potius ad vendentes et emite vobis.
Dum aūt irent emere venit sponsus:
⁊ que parate erant intraverūt cum eo
ad nuptias: ⁊ clausa ē ianua. Novis-
sime vero veniūt et relique virgines
dicentes. Domine dñe: aperi nobis.

At ille respondēs ait. Amen dico vo-
bis: nescio vos. Vigilate itaqꝫ: quia
nescitis diē neqꝫ horam. Sicut enim
homo peregre pficiscens vocavit suos
suos: ⁊ tradidit illis bona sua. Et uni
dedit quinqꝫ talenta·alii aūt duo·a-
lii vero unū: unicuiqꝫ scđm ppriam
virtutem: et pfectus est statim. Abiit
aūt qui quinqꝫ talenta acceperat: et o-
peratꝰ est in eis et lucratus ē alia quinqꝫ.
Similiter qui duo acceperat lucratus
est alia duo. Qui autē unū acceperat
abiens fodit in terrā: ⁊ abscondit pecu-
niam dñi sui. Post multū vero tempo-
ris venit dñs servoꝝ illorū: et posuit
rationē cum eis. Et accedens q̃ quinqꝫ
talenta acceperat: obtulit alia quinqꝫ
talenta dicens. Domine quinqꝫ talen-
ta tradidisti michi: ecce alia quinqꝫ sup-
lucratus sum. Ait illi dñs eius: Euge
serve bone ⁊ fidelis: quia sup pauca fu-
isti fidelis·sup multa te cōstituā. Intra
in gaudiū dñi tui. Accessit autem et q̃
duo talenta acceperat·et ait. Dñe du-
o talēta tradidisti michi: ecce alia du-
o lucratus sum. Ait illi dominus eiꝰ.
Euge serve bone et fidelis: quia super
pauca fuisti fidelis·sup multa te con-
stituā: intra in gaudiū dñi tui. Acce-
dens aūt et qui unū talentū acceperat
ait. Dñe scio quia homo durus es:
metis ubi nō seminasti·et congregas
ubi nō sparsisti: et timēs abii et abscō-
di talentū tuū in terra. Ecce habes qđ
tuū est. Respōdens aūt dominꝰ eiꝰ·di-
xit ei. Serve male et piger: sciebas q̃a
meto ubi nō semino·et congrego ubi
nō sparsi. Oportuit ergo te committe-
re pecuniā meā nūmulariis: et veniēs
ego recepissem utiqꝫ qđ meū est cū usu-
ra. Tollite itaqꝫ ab eo talentū: et date
ei qui habet decem talenta. Omni enī

habenti dabitur ⁊ abundabit: ei autē
qui nō habet · et qd̄ videtur habere au-
feretur ab eo: ⁊ inutilē servū eicite in te-
nebras exteriores: illic erit fletus et stri-
dor dentiū. Cum aūt venerit fili⁹ ho-
minis in maiestate sua et omēs āgeli
cum eo: tūc sedebit sup sedē maiestatis
sue · et cōgregabūtur ante eum omēs
gentes: et separabit eos abinuicem · si-
cut pastor segregat oves ab hedis. Et
statuet oves quidē a dextris suis: he-
dos autem a sinistris. Tunc dicet rex
hiis qui a dextris eius erunt. Venite
benedicti patris mei: possidete paratū
vobis regnum a cōstitutione mundi.
Esurivi enim: et dedistis michi man-
ducare. Sitivi · et dedistis michi bibere ·
Hospes eram: ⁊ collegistis me. Nud⁹
et operuistis me. Infirm⁹ · et visitastis
me. In carcere eram: ⁊ venistis ad me.
Tūc respondebūt ei iusti dicentes. Do-
mine · quādo te vidimus esurientem
et pavim⁹: sitientem · et dedimus tibi
potum? Quādo aūt te vidimus hos-
pitem ⁊ collegimus te: aut nudū et co-
operuimus te? Aut quando te vidi-
mus infirmū aut in carcere: ⁊ venim⁹
ad te? Et respōdens rex dicet illis. Amē
dico vobis: q̄diu fecistis uni de hiis
fratribz meis minimis · michi fecistis.
Tunc dicet et hiis qui a sinistris erūt:
discedite a me maledicti ī ignē eternū:
qui paratus est dyabolo et angelis
eius. Esurivi enim: et nō dedistis mi-
chi manducare. Sitivi: et non dedistis
michi potum. Hospes erā: et nō col-
legistis me. Nudus: et non operuistis
me. Infirmus et in carcere: et non visi-
tastis me. Tunc respondebūt ei et ipī
dicentes. Domine: quādo te vidim⁹
esurientem aut sitientem · aut hospitē ·
aut nudū · aut infirmū aut in carcere:
et nō ministravim⁹ tibi? Tūc respōde-
bit illis dicēs. Amē dico vobis: q̄diu
nō fecistis uni de minoribz hiis nec
michi fecistis. Et ibūt hii ī suppliciū e-
ternū: iusti aūt ī vitā eternā. c. xxvi.
Et factum est cum consummasset
ihesus sermones hos omēs · di-
xit discipulis suis. Scitis quia post bi-
duū pasca fiet: et fili⁹ hominis tradet'
ut crucifigatur? Tunc congregati sūt
principes sacerdotū · et seniores ppli in
atriū principis sacerdotū · qui diceba-
tur cayphas: et cōsiliū fecerūt ut ihesū
dolo tenerent ⁊ occiderēt. Dicebāt au-
tem. Non in die festo. Ne forte tumul-
tus fieret in pplo. Cum aūt esset ihesus
in bethania in domo simonis lepro-
si · accessit ad eum mulier habens ala-
bastrum ungenti p̄ciosi: et effudit sup
caput ipsius recumbentis. Videntes
aūt discipuli · indignati sunt dicentes.
Ut quid pditio hec? Potuit enī istud
venundari multo: ⁊ dare pauperibus.
Sciēs aūt ihesus ait illis. Quid mo-
lesti estis huic mulieri? Opus bonū
operata est in me. Nam semp paupe-
res habetis vobiscū: me aūt non semp
habebitis. Mittēs enī hec unguentū hoc ī
corp⁹ meū: ad sepeliēdū me fecit. Amē
dico vobis: ubicunq; p̄dicatum fuerit
hoc euangeliū in toto mūdo · dicetur
et qd̄ hec fecit ī memoriā eius. Tūc ab-
iit unus de duodecim qui dicitur iu-
das scarioth · ad principes sacerdotū:
et ait illis. Quid vultis michi dare · et
ego vobis eum tradā? At illi constitu-
erunt ei triginta argenteos. Et exinde
querebat oportunitatem ut eū traderet.
Prima aūt die azimoꝝ accesserūt dis-
cipuli ad ihesum dicentes. Ubi vis pa-
remus tibi comedere pasca? At ihesus
dixit. Ite in civitatem ad quēdam: et

dicite ei. Magister dicit: tempus meū
prope est: apud te facio pascha cū disci-
pulis meis. Et fecerunt discipuli sicut
constituit illis ihesus: et paraverunt
pascha. Vespere autē facto: discumbebat
cū duodecim discipulis suis. Et edenti-
bus illis dixit. Amen dico vobis: quia
unus vestrū me traditurus est. Et con-
tristati valde: ceperunt singuli dicere.
Numquid ego sum domine? At ipse
respondens ait. Qui intingit mecum
manū in parapside: hic me tradet. Fi-
lius quidem hominis vadit sicut scri-
ptum est de illo: ve autē homini illi: per
quē filius hominis tradetur. Bonū
erat ei: si natus non fuisset homo ille.
Respondens autē iudas qui tradidit
eum dixit. Numquid ego sum rabbi?
Ait illi. Tu dixisti. Cenantibus autē eis:
accepit ihesus panem et benedixit: ac
fregit: deditque discipulis suis et ait. Ac-
cipite et comedite: hoc est corpus meū.
Et accipiens calicem gratias egit: et
dedit illis dicens. Bibite ex hoc omēs.
Hic est enim sanguis meus novi testa-
menti: qui pro multis effundetur in re-
missionem peccatorum. Dico autē vobis:
nō bibā amodo de hoc genimine vi-
tis usque in diem illū: cum illud bibam
vobiscum novū in regno patris mei.
Et ymno dicto: exierūt in montem oli-
veti. Tunc dicit illis ihesus. Omnes
vos scandalū patiemini in me in ista
nocte. Scriptū est enī. Percutiā pasto-
rem: et dispergentur oves gregis. Post-
quā autē resurrexero: precedā vos in gali-
leā. Respōdens autē petrus ait illi. Et
si omnes scandalizati fuerint in te: ego
numquā scandalizabor. Ait illis ihesus.
Amen dico tibi: quia in hac nocte an-
tequā gallus cātet: ter me negabis. Ait
illi petrus. Etiā si oportuerit me mori
tecum: non te negabo. Similiter et o-
mnes discipuli dixerūt. Tunc venit ihe-
sus cum illis in villam que dicitur
gethsemani. Et dixit discipulis suis.
Sedete hic: donec vadā illuc et orem.
Et assumpto petro et duobus filiis ze-
bedei: cepit contristari et mestus esse. Tūc
ait illis. Tristis est anima mea usque
ad mortem. Sustinete hic: et vigilate
mecum. Et progressus pusillū procidit in
faciem suā orans et dicens. Mi pater:
si possibile ē transeat a me calix iste. Ve-
runtamē nō sicut ego volo: sed sicut
tu. Et venit ad discipulos suos et in-
venit eos dormiētes: et dicit petro. Sic
nō potuistis una hora vigilare mecū?
Vigilate et orate: ut non intretis in
temptationē. Spiritus quidē promptus
est: caro autē infirma. Iterū secūdo ab-
iit: et oravit dicens. Pater mi: si non
potest hic calix transire nisi bibam il-
lum: fiat voluntas tua. Et venit iterū:
et invenit eos dormientes. Erant enī
oculi eorum gravati. Et relictis illis: iterū
abiit et oravit tercio eundē sermonē di-
cens. Tūc venit ad discipulos suos: et
dicit illis. Dormite iā: et requiescite. Ec-
ce appropinquabit hora: et filius hominis
tradetur in manus peccatorum. Surgi-
te eamus. Ecce appropinquabit qui me
tradet. Adhuc ipso loquēte: ecce iudas
unus de duodecim venit: et cum eo tur-
ba multa cū gladiis et fustibus: missi
a principibus sacerdotū et senioribus
populi. Qui autē tradidit eum: dedit
illis signū dicens. Quēcumque osculatus
fuero ipse est: tenete eum. Et confestim
accedens ad ihesum dixit. Ave rabbi.
Et osculatus est eum. Dixitque illi ihe-
sus. Amice ad quid venisti? Tunc ac-
cesserūt et manus iniecerūt in ihesum:
et tenuerūt eum. Et ecce unus ex hiis

qui erant cum ihesu·extendens manū
exemit gladiū suum: et percutiens servū
principis sacerdotū amputavit auri-
culā eius. Tunc ait illi ihesus. Cōverte
gladiū tuū in locū suum. Omnes eni
qui acceperint gladiū·gladio peribūt.
An putas quia non possum rogare
patrē meum: ⁊ exhibebit michi modo
plusq̄ duodecim legiones angelorū?
Quomō ergo implebūtur scripture?
Quia sic oportet fieri. In illa hora di-
xit ihesus turbis. Tanq̄ ad latronē
existis cum gladiis et fustibus cōpre-
hendere me. Cotidie apud vos sede-
bam docens in templo·⁊ nō me tenui-
stis. Hoc aūt totū factū ē: ut impleren-
tur scripture ꝓphetarū. Tunc discipuli
oīnes relicto eo fugerūt. At illi tenētes
ihesum·duxerūt ad caipham principē
sacerdotū: ubi scribe ⁊ seniores conve-
nerāt. Petrus aūt sequebat̄ eū a lōge:
usq̄ in atriū principis sacerdotū. Et
ingressus intro sedebat cū ministris·ut
videret finem. Principes aūt sacerdo-
tum et omne conciliū querebāt falsū
testimoniū contra ihesum·ut eū morti
traderent: et nō invenerūt: cum multi
falsi testes accessissent. Novissime aūt
venerūt duo falsi testes·⁊ dixerūt. Hic
dixit. Possum destruere templū dei: et
post triduū reedificare illud. Et surgēs
princeps sacerdotū ait illi. Nichil re-
spōdes ad ea q̄ isti adversum te testifi-
cātur? Ihesus aūt tacebat. Et princeps
sacerdotū ait illi. Adiuro te ꝑ deū vi-
vum: ut dicas nobis si tu es cristus fi-
lius dei. Dicit illi ihesus. Tu dixisti.
Veruntamē dico vobis: amodo vide-
bitis filiū hominis sedentē a dextris
virtutis dei·⁊ venientem in nubibus
celi. Tunc princeps sacerdotum scidit
vestimenta sua dicēs. Blasphemavit.

Quid adhuc egem⁹ testibꝫ? Ecce nūc
audistis blasphemiā. Quid vobis vi-
detur? At illi respōdentes dixerūt. Re-
us est mortis. Tunc expuerunt in faciē
eius: ⁊ colaphis eum ceciderunt. Alii
aūt palmas in faciem ei dederūt dicen-
tes: ꝓphetiza nobis criste. Quis est q̄
te percussit? Petrus vero sedebat foris in
atrio: ⁊ accessit ad eū una ancilla di-
cens. Et tu cū ihesu galileo eras. At il-
le negavit corā omnibus dicēs: nesci-
o quid dicis. Exeunte aūt illo ianuā·
vidit eū alia ācilla: ⁊ ait hiis qui erāt
ibi. Et hic erat cum ihesu nazareno.
Et iterū negavit cum iuramēto: quia
nō novi hominē. Et post pusillū acces-
serunt qui stabant: et dixerūt petro. Ve-
re·et tu ex illis es. Nam ⁊ loquela tua
manifestū te facit. Tunc cepit detestari
et iurare: quia nō novisset hominem.
Et continuo gallus cātavit. Et recor-
dat⁹ ē petr⁹ verbi ihesu qđ dixerat: pri-
usq̄ gallus cātet·ter me negabis. Et e-
gressus foras flevit amare. c. xxvii.

Mane aūt facto·consiliū inierunt
oīnes principes sacerdotū et se-
niores ꝑli adversus ihesum: ut eum
morti traderent. Et vinctū adduxerūt
eum: et tradiderunt pontio pilato p̄si-
di. Tunc videns iudas qui eum tradi-
dit q̄ dampnat⁹ esset: penitentia duct⁹
retulit triginta argenteos principibꝫ
sacerdotum et senioribꝫ dicens. Pecca-
vi·tradens sanguinē iustū. At illi di-
xerunt. Quid ad nos? Tu videris. Et
proiectis argenteis in templo: recessit
et abiens laqueo se suspendit. Princi-
pes aūt sacerdotum acceptis argente-
is dixerunt. Non licet eos mittere in
corbanan: quia preciū sanguinis est.
Consilio aūt inito·emerunt ex illis a-
grum figuli in sepulturā peregrinorū:

propter hoc vocat⁹ est ager ille achel-
demach: hoc est ager sanguinis. usqz
in hodiernū diem. Tūc impletū est qđ
dictū est p iheremiā prophetam dicentē.
Et acceperūt triginta argenteos. p̄ciū
appciati quē appciauerūt a filijs isrl:
et dederūt eos in agrū figuli. sicut cōsti-
tuit michi dñs. Ihesus aūt stetit ātē
p̄sidem: et interrogauit eum p̄ses dicēs.
Tu es rex iudeoꝝ? Dicit illi ihesus. Tu
dicis. Et cum accusaretur a principi-
bus sacerdotū et senioribus. nichil re-
spondit. Tunc dicit illi pilatus. Non
audis. quāta aduersum te dicūt testi-
monia? Et non respondit ei ad ullū
verbū: ita ut miraretur p̄ses vehemen-
ter. Per diē aūt solennē consueuerat
preses dimittere pplo unū vinctū quē
voluissēt. Habebat aūt tunc vinctum
insignē qui dicebat barrabas. Con-
gregatis ergo illis dixit pilatus. Quē
vultis dimittā vobis: barraban an
ihesum qui dicitur cristus? Sciebat e-
nim qđ per inuidiā tradidissent eum.
Sedente aūt illo pro tribunali: misit
ad eum uxor eius dicens. Nichil tibi
et iusto illi. Multa enim passa sum
hodie p visum pter eum. Principes
autē sacerdotum et seniores psuaserūt
pplis ut peterent barraban: ihesum ve-
ro perderent. Respondens aūt p̄ses a-
it illis. Quē vultis vobis de duobus
dimitti? At illi dixerūt, barraban. Di-
cit illis pilatus. Quid igitur faciā de
ihesu qui dicitur cristus? Dicūt om̄es.
Crucifigat. Ait illis p̄ses. Quid enim
mali fecit? At illi magis clamabant
dicētes. Crucifigat. Videns aūt pilat⁹
quia nichil pficeret sed magis tumul-
tus fieret: accepta aqua lauit manus
corā pplo dicens. Innocens ego sum
a sanguine huius iusti: vos videritis.

Et respondens uniuersus pplus dixit.
Sanguis eius sup nos. et sup filios
nostros. Tunc dimisit illis barraban:
ihesum aūt flagellatū tradidit eis ut
crucifigeretur. Tūc milites p̄sidis susci-
pientes ihesum in pretorio. congrega-
uerūt ad eum uniuersam cohortem: et
exuentes eum. clamidē coccineā circum-
dederūt ei: et plectentes coronā de spinis
posuerūt sup caput eius: et arundinē
in dextera eius: et genu flexo ante eū il-
ludebāt ei dicentes. Aue. rex iudeorū.
Et exspuentes in eum: acceperūt arūdi-
nem et percutiebāt caput eius. Et post-
qđ illuserūt ei exuerūt eum clamidē. et
induerūt eū vestimentis eius: et duxe-
runt eū ut crucifigerent. Exeuntes aūt
inuenerūt hominē cyreneū nomine si-
monē. Hunc angariauerūt ut tolleret
crucem eius. Et venerūt in locū q̄ dicit̄
golgatha: qđ est caluarie locus. Et de-
derunt ei vinū bibere. cum felle mixtū.
Et cum gustasset. noluit bibere. Post-
qđ autē crucifixerūt eum. diuiserūt vesti-
menta eius sortem mittentes: et seden-
tes seruabāt eum. Et imposuerūt sup
caput eius causam ipsius scriptā: hic
est rex iudeoꝝ. Tunc crucifixi sunt cum
eo duo latrones: un⁹ a dextris. et un⁹
a sinistris. Pretereuntes aūt blasphe-
mabāt eum: mouentes capita sua et
dicentes. Vah qui destruis templū dei
et in triduo illud reedificas. Salua te-
metipsum; si filius dei es. descende de
cruce. Similiter et principes sacerdo-
tum illudentes cū scribis et senioribus
dicebāt. Alios saluos fecit: seipsum
non potest saluū facere. Si rex israhel
est descendat nūc de cruce: et credim⁹ ei.
Confidit in deo: liberet nunc eū si vult.
Dixit enim quia dei fili⁹ sum. Idipsum
autem et latrones qui crucifixi erāt cū

eo·improperabāt ei. A sexta aūt hora
tenebre facte sunt sup universam ter-
ram: usq; ad horam nonā. Et circa
horam nonā clamavit voce magna
dicēs. Heli·heli·lamazaptani. Hoc
est. Deus meus·deus meus: ut quid
dereliquisti me? Quidam autem illic
stantes ⁊ audientes·dicebāt. Heliam
vocat iste. Et cōtinuo currēs un⁹ ex ei⁹
acceptam spongiam implevit aceto:
et imposuit arundini·et dabat ei bi-
bere. Ceteri vero dicebant. Sine·vide-
amus an veniat helias liberās eum.
Ihesus autem iterum clamans voce
magna emisit spiritum. Et ecce velū
templi scissum est in duas partes·a
summo usq; deorsum. Et terra mo-
ta est·et petre scisse sunt·et monumen-
ta aperta sunt: et multa corpora san-
ctorum qui dormierant surrexerūt. Et
exeuntes de monumentis post resur-
rectionem eius venerunt in sanctam
civitatem: ⁊ apparuerūt multis. Centu-
rio autem et qui cum eo erant custodi-
entes ihesum: viso terremotu ⁊ hiis q̄
fiebant·timuerūt valde dicentes. Ve-
re·filius dei erat iste. Erant ibi aūt mu-
lieres multe alonge·que secute erāt ihe-
sum a galilea ministrātes ei: inter q̄s
erat maria magdalene et maria iaco-
bi·et ioseph mater: ⁊ mater filiorū zebe-
dei. Cū aūt sero factū esset·venit quidā
homo dives ab arimathia noīe io-
seph: q̄ et ipse discipul⁹ erat ihesu. Hic
accessit ad pilatū·⁊ petijt corpus ihesu.
Tūc pilat⁹ iussit reddi corp⁹. Et acce-
pto corpore ioseph involuit illud in
syndone mūda: et posuit illud ī monu-
mento suo novo·qd̄ exciderat ī petra.
Et advolvit saxū magnū ad ostium
monumēti et abijt. Erat aūt ibi mari-
a magdalene·et altera maria: sedētes
cōtra sepulcrū. Altera aūt die que est
post parasceuen: cōvenerūt principes
sacerdotū et pharisei ad pilatū dicētes.
Domine recordati sumus·quia sedu-
ctor ille dixit adhuc vivens·post tres
dies resurgam. Iube ergo custodiri se-
pulcrum usq; in diem tercium: ne for-
te veniant discipuli eius et furentur e-
um·⁊ dicant plebi surrexit a mortuis:
et erit novissimus error peior priore.
Ait illis pilatus. Habetis custodiam:
ite custodite sicut scitis. Illi autem ab-
euntes·munierunt sepulcrum: signan-
tes lapidem cū custodibus. c. xxviii.

Vespere aūt sabbati que lucescit in
prima sabbati: venit maria ma-
gdalene ⁊ altera maria videre sepulcr̄.
Et ecce terremotus factus est magnus.
Angelus enim domini descendit de
celo: ⁊ accedens revolvit lapidem: ⁊ se-
debat sup eum. Erat autem aspectus e-
ius sicut fulgur: et vestimentum eius
sicut nix. Pre timore autem eius exter-
riti sunt custodes: et facti sunt velut
mortui. Respondens autem angelus
dixit mulieribus. Nolite timere vos.
Scio enim q̄ ihesum qui crucifixus ē
queritis. Non est hic, surrexit enim si-
cut dixit. Venite ⁊ videte locū: ubi posi-
tus erat dominus. Et cito euntes dici-
te discipulis eius q̄a surrexit: ⁊ ecce pre-
cedet vos in galileam. Ibi eū videbitis:
ecce p̄dixi vobis. Et exierūt cito de mo-
numēto cū timore ⁊ gaudio magno:
currentes nunciare discipulis ei⁹. Et
ecce ihesus occurrit illis dicens. Avete.
Ille aūt accesserunt ⁊ tenuerūt pedes e-
ius: ⁊ adoraverūt eum. Tunc ait illis
ihesus. Nolite timere. Ite nunciate fra-
tribus meis ut eant in galileam: ibi
me videbūt. Que cum abissent: ecce
quidā de custodibus venerūt ī civitatē

et nunciauerūt principibus sacerdotū omnia que facta fuerāt. Et cōgregati cum senioribus consilio accepto·pecuniā copiosam dederūt militibꝫ dicētes. Dicite quia discipuli eius nocte venerunt: et furati sunt eum nobis dormientibus. Et si hoc auditū fuerit a preside: nos suadebim⁹ ei ⁊ securos vos faciemus. At illi accepta pecunia·fecerunt sicut erant edocti. Et diuulgatū ē verbū istud apud iudeos·usqꝫ in hodiernū diem. Undecim aūt discipuli abierūt in galileam: in montem ubi cōstituerat illis ihesus. Et videntes eum adorauerūt: quidā autē dubitauerunt. Et accedens ihesus·locutus ē eis dicens. Data est michi omnis potestas·in celo et in terra. Euntes ergo docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine patris et filij et spiritus sancti: docentes eos seruare omnia quecunqꝫ mandaui vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus· usqꝫ ad consūmationem seculi. Explic' euāgeliū scd'm matheū. Incip' plogꝰ i euāgeliū scd'm marcū.

Marcus euangelista dei electus·et petri in baptismate fili⁹·atqꝫ in diuino sermone discipulus·sacerdociū in israhel agens· secundū carnem leuita·ad fidem cristi cōuersus·euangeliū in ytalia scripsit: ostendens in eo quid et generi suo deberet ⁊ cristo. Nam iniciū principij in voce ꝓphetice exclamationis instituēs ordinem leuitice electionis ostendit: ut pdicans predestinatū iohānem filium zacharie in voce āgeli ānunciantis emissum: nō solū verbū carnem factum sed et corpus domini in omnia per verbū diuine vocis animatum in inicio euangelice predicationis ostenderet: ut quis hec legens sciret cui inicium carnis in deo dñs: et ihesu aduenientis habitaculum caro deberet agnoscere: atqꝫ in se verbū vocis qd' in cōsonātibꝫ pdiderat inueniret. Deniqꝫ ⁊ pfecti euangelij op⁹ intrās ⁊ a baptismo domini pdicare deū inchoās nō laborauit natiuitatem carnis quā in prioribus viderat dicere: sed totus exprimens positionem deserti numerum ieiunij temptationē dyaboli·cōgregationē bestiaꝝ·⁊ ministeriū ptulit āgelorū: ut instituens nos ad intelligendum singula·i breui cōpingens·nec auctoritatē facte rei demeret·et pficiēdi operi⁹ plenitudinē nō negaret. Deniqꝫ amputasse sibi post fidē pollicē dicit' ut sacerdocio reprobus haberetur: sed tātum cōsentiens fidei pdestinata potuit electio: ut nec sic in opere verbi perderet qd' prius meruerat in genere. Nā alexandrie episcopus fuit. Cuius per singula opus fuit scire et euangelij in se dicta disponere: ⁊ disciplinā legis ī se agnoscere: et diuinam in carne dñi intelligere naturam. Que in nos primum requiri· dehinc inquisita volumus agnosci·habentes mercedē exhortationis: quoniā qui plātat et q rigat unū sunt: qui aūt incrementū prestat deus est. Explicit plogus. Incipit euangeliū scd'm marcū. Cap. 1.

oportet

Iniciū euangelij ihesu cristi filij dei: sicut scriptum est in ysaia ꝓpheta. Ecce mitto angelū meū ante faciem tuam: qui preparabit viā tuā ante te. Uox clamātis in deserto. Parate viā dñi: rectas facite semitas eius. Fuit in deserto iohannes baptizans et pdicans baptismū penitentie: in remissionem peccatoꝝ. Et egrediebatur ad eū omnis

iudee regio et iherosolimite uniuersi
et baptizabantur ab illo in iordanis
flumine confitentes peccata sua. Et
erat iohannes uestitus pilis camelo-
rum et zona pellicea circa lumbos e-
ius: et locustas et mel siluestre edebat:
et p̄dicabat dicens. Ueniet fortior me
post me: cui⁹ nō sum dign⁹ ꝓcumbēs
soluere corrigiā calciamētoꝝ ei⁹. Ego
baptizaui uos aqua: ille uero baptiza-
bit uos spiritu sancto. Et factum est
in diebus illis: uenit ihesus a naza-
reth galilee ⁊ baptizatus est a iohāne
in iordane. Et statim ascendens de a-
qua uidit celos apertos: et spiritū san-
ctum tanq̄ columbā descendentem ⁊
manentem in ipo. Et uox facta est de
celis. Tu es filius meus dilectus: in te
complacui. Et statim spirit⁹ expulit
eum in desertū. Et erat in deserto qua-
draginta diebus et quadraginta no-
ctibus: et temptabat̄ a sathana. Erat-
q; cum bestijs: ⁊ angeli ministrabant
ei. Postq̄ autē traditus est iohannes:
uenit ihesus in galileā p̄dicans euan-
gelium regni dei ⁊ dicens. Quoniam
impletum ē tempus: et appropinqua-
uit regnū dei. Penitemini: et credite eu-
angelio. Et p̄teriens secus mare gali-
lee: uidit simonē ⁊ andreā fratrem ei⁹
mittentes retia in mare. Erāt enī pis-
catores. Et dixit eis ihesus. Uenite
post me: ⁊ faciam uos fieri piscatores
hominū. Et ꝓtinus relictis retibus se-
cuti sunt eum. Et ꝓgressus inde pusil-
lum uidit iacobū zebedei et iohannē
fratrem eius et ipsos componentes re-
tia in naui: ⁊ statim uocauit illos. Et
relicto patre suo zebedeo in naui cum
mercennarijs: secuti sunt eum. Et in-
grediuntur capharnaū: et statim sab-
batis ingressus in sinagogā docebat
eos. Et stupebāt sup doctrina ei⁹. Erat
enim docens eos quasi potestatem ha-
bens: et non sicut scribe. Et erat ī sina-
goga eoꝝ homo in spiritu immūdo:
et exclamauit dicens. Quid nobis et
tibi ihesu nazarene? Uenisti perdere
nos. Scio qui sis: sanctus dei. Et com-
minatus est ei ihesus dicens. Obmu-
tesce: et exi de homine. Et discerpens e-
um spiritus immūdus ⁊ exclamans
uoce magna: exijt ab eo. Et mirati sūt
omnes: ita ut cōquirerēt inter se dicen-
tes. Quid nam est hoc? Que nā do-
ctrinā hec noua? Quia ī potestate spi-
ritibus immūdis imperat: ⁊ obediūt
ei. Et processit rumor ei⁹ statim ī omnē
regionē galilee. Et ꝓtinus egredientes
de sinagoga: uenerūt in domū simo-
nis ⁊ andree cum iacobo et iohanne.
Decumbebat autem socrus simonis
febricitās: et statim dicūt ei de illa. Et
accedens eleuauit eam apprehensa ma-
nu eius: et cōtinuo dimisit eā febris:
et ministrabat eis. Uespere autem fa-
cto cum occidisset sol afferebāt ad eū
omnes male habentes et demonia
habentes: ⁊ erat omnis ciuitas cōgre-
gata ad ianuā. Et curauit multos
qui uexabātur uarijs languoribus:
et demonia multa eiciebat: et non sine-
bat ea loqui quoniā sciebant eū. Et
diluculo ualde surgens egressus abijt
in desertū locum: ibiq; orabat. Et pro-
secutus est eum simon: et qui cum illo
erant. Et cum inuenissent eū dixerunt
ei: quia omnes querūt te. Et ait illis.
Eamus in proximos uicos ⁊ ciuitates:
ut ⁊ ibi p̄dicem. Ad hoc enim ueni. Et
erat p̄dicans in sinagogis eoꝝ ⁊ in o-
mni galilea: et demonia eiciens. Et
uenit ad eum leprosus deprecans eū:
et genu flexo dixit. Si uis potes me

mundare. Ihesus aūt misertus eius
extendit manū suā: et tangens eū ait
illi. Uolo. Mundare. Et cum dixisset
statim discessit ab eo lepra: et mūdatus
est. Et cōminatus est ei: statimqȝ eiecit
illū: ⁊ dicit ei. Vide nemini dixeris: sed
vade ostende te principi sacerdotū: et
offer pro emundatione tua · q̄ precepit
moyses ī testimoniū illis. Et egressus
cepit p̄dicare ⁊ diffamare sermonem:
ita ut iam non posset manifeste intro-
ire in ciuitatē: sed foris in desertis locis
esse: et cōueniebāt ad eū undiqȝ. c. ii.

Et iterū intrauit capharnaū post
dies: et auditū est q̄ in domo
esset: et conuenerūt multi ita ut non ca-
peret neqȝ ad ianuā: ⁊ loquebatur eis
verbū. Et venerūt ad eum ferentes pa-
raliticū: qui a quatuor portabatur. Et cū
non possent offerre eum illi pre turba:
nudauerūt tectum ubi erat: et patefaci-
entes submiserūt grabatū in quo pa-
raliticus iacebat. Cum aūt vidisset ihe-
sus fidem illorū: ait paralitico. Fili di-
mittunt tibi peccata tua. Erāt autem
illic quidā de scribis sedentes: et cogi-
tantes in cordibus suis. Quid hic sic
loquitur? Blasphemat. Quis potest
dimittere peccata: nisi solus deus? Quo
statim cognito ihesus spiritu suo q̄a
sic cogitarent intra se: dicit illis. Quid
ista cogitatis ī cordibȝ vestris? Quid
est facilius dicere paralitico dimittun-
tur tibi peccata: an dicere surge tolle
grabatū tuū et ambula? Ut aūt sciā-
tis quia filius hominis habet potesta-
tem in terra dimittendi peccata: ait pa-
ralitico. Tibi dico surge: tolle grabatū
tuū: et vade in domū tuā. Et statim
surrexit ille: ⁊ sublato grabato abijt in-
de corā omnibus ita ut mirarent
omnes et honorificarent deū dicentes:
quia nunq̄ sic vidimus. Et egressus
est rursus ad mare: omnisqȝ turba ve-
niebat ad eum: ⁊ docebat eos. Et cum
p̄teriret vidit leui alphei sedentem ad
theloneum: et ait illi. Sequere me. Et
surgens secutus est eum. Et factum est
cum accumberet in domo illius: multi
publicani ⁊ peccatores simul discum-
bebāt cum ihesu ⁊ discipulis eius. Erāt
enim multi: qui et sequebantur eū. Et
scribe et pharisei videntes quia man-
ducaret cū publicanis et peccatoribȝ:
dixerunt discipulis eius. Quare cum
publicanis et peccatoribȝ manducat
et bibit magister vester? Hoc audito
ihesus ait illis. Non necesse habēt sa-
ni medico: sed qui male habent. Nō
enī veni vocare iustos: sed peccatores.
Et erāt discipuli iohānis et pharisei ie-
iunantes: et veniunt ⁊ dicūt illi. Qua-
re discipuli iohānis et phariseorū ieiu-
nant: tui aūt discipli nō ieiunāt? Et
ait illis ihesus. Nunqd possūt filij nu-
ptiarū q̄diu sponsus est cū illis ieiuna-
re? Quāto tempore habent secū spon-
sum non possunt ieiunare. Venient
autem dies cum auferetur ab eis spon-
sus: et tunc ieiunabūt in illis diebus.
Nemo assumentū panni rudis assuit
vestimēto veteri. Alioquin aufert sup-
plementū nouū a veteri: ⁊ maior scissu-
ra fit. Et nemo mittit vinū nouū in
utres veteres: alioquin dirumpet vi-
num utres: ⁊ vinū effundetur: et utres
peribūt. Sed vinū nouū in utres no-
uos mitti debet. Et factū ē iterū cū sab-
batis ābularet p̄ sata: ⁊ discipuli eius
ceperūt pregredi et vellere spicas. Pha-
risei aūt dicebāt ei. Ecce quid faciunt
discipuli tui sabbatis: qd nō licet. Et
ait illis. Nunq̄ legistis qd fecerit da-
uid quādo necessitatē habuit ⁊ esurijt

ipse ⁊ qui cū eo erāt: quomō introiuit
ī domū dei sub abiathar principe sa-
cerdotū et panes ꝓpositionis mādica-
uit quos nō licebat mādicare nisi solis
sacerdotibꝫ et dedit eis et q̄ cū eo erāt?
Et dicebat eis. Sabbatū ꝓpter hominē
factū ē: et nō homo ꝓpter sabbatū. Ita-
qꝫ dn̄s ē filius hoīs etiā sabbati. c. iii.
Et introiuit iterū in sinagogam:
et erat ibi homo habens manū
aridā. Et obseruabāt eū si sabbatis
curaret: ut accusarēt illū. Et ait homi-
ni habenti manū aridā. Surge in me-
dium. Et dicit eis. Licet sabbatis bene-
facere an male? animā saluam facere
an ꝑdere? At illi tacebāt. Et circūspici-
ens illos cum ira: contristatus super
cecitatem cordis eoꝝ dicit homini. Ex-
tende manū tuā. Et extendit: et restitu-
ta est manus illi. Exeuntes autē pha-
risei statim cum herodianis consiliū
faciebāt aduersus eum: quomō eum
ꝑderent. Ihesus aūt cum discipulis
suis secessit ad mare: et multa turba
a galilea et iudea secuta est eum: ⁊ ab
iherosolimis ⁊ ab ydumea ⁊ trās ior-
danen et qui circa tyrum et sydonem
multitudo magna audientes que fa-
ciebat uenerūt ad eum. Et dixit ihesus
discipulis suis: ut in nauicula sibi de-
seruiret ꝓpter turbā: ne comprimerent
eum. Multos enim sanabat: ita ut ir-
ruerent in eum ut illū tangerent quot-
quot habebāt plagas. Et spiritus im-
mundi cum illū uidebant ꝓcidebant
ei: et clamabāt dicentes. Tu es filius
dei. Et uehementer cōminabať eis: ne
manifestarent illum. Et ascendens in
mōtē uocauit ad se quos uoluit ipse:
et uenerūt ad eum. Et fecit ut essent du-
odecim cum illo: ⁊ ut mitteret eos pre-
dicare. Et dedit illis potestatē curādi

infirmitates: et eiciendi demonia. Et
imposuit simoni nomen petrus. Et
iacobū zebedei et iohānem fratrem ia-
cobi: ⁊ imposuit eis nomina boaner-
ges qđ est filii tonitrui. Et andreā
et philippū ⁊ bartholomeū ⁊ matheū:
et thomam et iacobū alphei ⁊ thadeū
et simonē chananeū: ⁊ iudam scarioth
qui tradidit illū. Et ueniūt ad domū.
Et cōuenit iterū turba: ita ut non pos-
sent neqꝫ panem mādurare. Et cū au-
dissent sui: exierūt tenere eum. Dicebāt
enim: quoniā in furorem uersus ē. Et
scribe qui ab iherosolimis descenderāt
dicebāt quoniā beelzebub habet: et q̄a
ī principe demonioꝝ eicit demonia. Et
conuocatis eis: in parabolis dicebat
illis. Quomō potest sathanas satha-
nam eicere? Et si regnū in se diuidať:
non potest regnū illud stare. Et si do-
mus sup̄ semetipsam dispciatur: nō
potest domus illa stare. Et si satha-
nas cōsurrexerit in semetipm̄ dispertitus
est: ⁊ non poterit stare sed finem habet.
Nemo potest uasa fortis ingressus in
domū diripere nisi prius fortem alli-
get: et tunc domū eius diripiet. Amē
dico uobis: quoniā omnia dimitten-
tur filiis hominū peccata et blasphe-
mie quibus blasphemauerūt. Qui au-
tem blasphemauerit in spiritū sanctū
non habebit remissionē in eternū: sed
reus erit eterni delicti: qm̄ dicebāt spiri-
tum immūdum habet. Et ueniūt ma-
ter eius et fratres: et foris stātes miserūt
ad eū uocantes eū. Et sedebat circa eū
turba: et dicunt ei. Ecce mater tua ⁊ fra-
tres tui foris querūt te. Et respondens
eis ait. Que est mater mea et fratres
mei? Et circūspiciēs eos qui ī circuitu
eius sedebant ait. Ecce mater mea et fr̄es
mei. Qui enī fecerit uoluntatē dei: hic

frater me⁹ ⁊ soror mea ⁊ mater ē. c.iiii.
Et iterū cepit docere ad mare: et
congregata est ad eū turba mul-
ta ita ut in navim ascendens sederet i
mari: ⁊ omnis turba circa mare sup
terrā erat: et docebat eos in parabo-
lis multa: ⁊ dicebat illis ī doctrina sua.
Audite. Ecce exijt seminās ad seminā-
dum. Et dum seminat: aliud cecidit
circa viam ⁊ venerunt volucres celi et
comederūt illud. Aliud vero cecidit su-
per petrosa ubi non habuit terrā mul-
tam: ⁊ statim exortū est quoniā nō ha-
bebat altitudinem terre: ⁊ quādo exor-
tus ē sol exestuavit et eo q nō haberet
radicē exaruit. Et aliud cecidit in spi-
nas: et ascenderunt spine et suffocave-
runt illud: ⁊ fructū nō dedit. Et aliud
cecidit in terrā bonā et dabat fructum
ascendentem ⁊ crescentem: et afferebat
unum triginta ⁊ unum sexaginta: et
unū centū. Et dicebat. Qui habet aures
audiendi audiat. Et cū esset singula-
ris: interrogaverūt eū hij q cū eo erant
duodeci parabolā. Et dicebat eis. Vo-
bis datū est scire misterium regni dei:
illis aūt qui foris sunt in parabolis
omnia fiunt. ut videntes videant et
non videant. ⁊ audientes audiāt ⁊ nō
intelligāt: ne quādo convertantur ⁊ di-
mittant eis peccata. Et ait illis. Nesci-
tis parabolā hanc? Et quomō omēs
parabolas cognoscetis? Qui seminat.
verbū seminat. Hij aūt sunt qui circa
viā ubi seminatur verbū: et cū audie-
rint cōfestim venit sathanas et aufert
qd seminatū est ī corda eoꝝ. Et hij sunt
similiter qui supra petrā seminātur: q
cum audierit verbū statim cū gaudio
accipiūt illud, et non habent radicem
in se sed temporales sunt: deinde orta
tribulatione ⁊ persecutione ꝓpter verbū
cōfestim scandalizant. Et alij sunt q
in spinis seminātur. Hij sunt q verbū
audiūt: et erumne seculi ⁊ deceptiō divi-
tiarum et circa reliqua cōcupiscētie intro-
euntes suffocāt verbū: ⁊ sine fructu effi-
citur. Et hij sunt qui sup terrā bonā se-
minati sunt: qui audiūt verbū ⁊ susci-
piūt: ⁊ fructificāt unū triginta unum
sexaginta ⁊ unū centū. Et dicebat illis.
Nunquid venit lucerna ut sub modio
ponatur aut sub lecto? Nōne ut super
candelabrū ponatur? Non est enī ali-
quid absconditū qd non manifestet:
nec factū est occultū qd non veniat in
palā. Si quis habet aures audiendi
audiat. Et dicebat illis. Videte quid
audiatis. In qua mensura mensi fue-
ritis remetietur vobis. Qui enī habet
dabitur illi: et qui non habet: etiā qd
habet auferetur ab eo. Et dicebat. Sic
est regnum dei: quēadmodū si homo
iaciat sementē in terrā ⁊ dormiat: et ex-
surgat nocte ⁊ die et semen germinet ⁊
increscat dum nescit ille. Ultro enim
terra fructificat: primū herbā deinde
spicā: deinde plenū frumentū in spica.
Et cum se produxerit fruct⁹ statim mit-
tit falcem: quoniā adest messis. Et di-
cebat. Cui assimilabimus regnū dei:
aut cui parabole cōparabim⁹ illud?
Sicut granū synapis qd cū seminatū
fuerit in terra minus est omnibus se-
minibus que sunt in terra: et cum natū
fuerit ascendit in arborē et fit maius
omnibus oleribus: et facit ramos ma-
gnos ita ut possint sub umbra eius a-
ves celi habitare. Et talibus multis pa-
rabolis loquebatur eis verbū prout po-
terāt audire: sine parabola aūt nō lo-
quebatur eis. Seorsum aūt discipulis
disserebat omnia. Et ait illis in illa
die cum sero esset factū. Transeamus

contra. Et dimittentes turbā assumūt
eum ita ut erat in naui: et alie naues
erant cum illo. Et facta est pcella ma-
gna uenti: et fluct⁹ mittebat ī nauim:
ita ut impleretur nauis. Et erat ipse
in puppi super ceruical dormiens: et ex-
citant eum et dicūt illi. Magister: nō
ad te ptinet quia perimus? Et exsur-
gens cōminatus est uento: ⁊ dixit ma-
ri. Tace: obmutesce. Et cessauit uent⁹:
et facta est tranquillitas magna. Et
ait illis. Quid timidi estis? Necdū ha-
betis fidē. Et timuerūt timore magno:
et dicebāt ad alterutrū. Quis putas est
iste; qa uent⁹ et mare obediūt ei. c. v.
Et uenerūt trans fretū maris ī re-
gionē gerasenorū. Et exeunti ei de
naui stati occurrit de monumētis ho-
mo in spiritu immūdo: qui domiciliū
habebat in monumentis. Et neqꝫ ca-
thenis iam quisq̄ poterat eum ligare:
quoniā sepe compedibus ⁊ cathenis
uinctus dirupisset cathenas ⁊ cōpedes
cōminuisset: et nemo poterat eū doma-
re. Et semp die ac nocte in monumen-
tis et in montibꝫ erat clamās: et con-
cidens se lapidibus. Videns aūt ihe-
sum a longe cucurrit ⁊ adorauit eum:
et clamans uoce magna dixit. Quid
michi et tibi ihesu fili dei altissimi? Ad-
iuro te p deū ne me torqueas. Dicebat
enim illi. Exi spiritus immūde ab ho-
mine isto. Et interrogabat eū. Quod
tibi nomē est? Et dicit ei. Legio michi
nomē est: quia multi sum⁹. Et depca-
batur eum multū: ne se expelleret extra
regionē. Erat aūt ibi circa montē grex
porcorū magnus pascens in agris: et
depcabant eum spiritus dicētes. Mitte
nos ī porcos: ut ī eos introeam⁹. Et con-
cessit eis stati ihesus. Et exeūtes spirit⁹
immūdi introierūt ī porcos: ⁊ magno

impetu grex pcipitatus est in mari ad
duo milia: et suffocati sunt in mari.
Qui aūt pascebāt eos fugerūt: et nun-
ciauerūt in ciuitatem ⁊ in agros. Et e-
gressi sunt uidere quid esset facti: ⁊ uene-
runt ad ihesum: et uident illū qui a de-
monio uexabatur sedentem uestitum
et sane mentis: et timuerūt. Et narra-
uerūt illis qui uiderāt qualiter factum
esset ei qui demoniū habuerat: ⁊ de por-
cis. Et rogare ceperūt eum: ut discede-
ret de finibus eorū. Cumqꝫ ascenderet
nauim: cepit illū depcari qui a demo-
nio uexatus fuerat ut esset cum illo et
non admisit eum: sed ait illi. Vade in
domū tuam ad tuos: ⁊ ānuncia illis
quāta tibi dn̄s fecerit: et misertus sit
tui. Et abijt ⁊ cepit pdicare in decapoli:
quāta sibi fecisset ihesus: ⁊ omnes mi-
rabātur. Et cum ascendisset ihesus in
nauim rursum trans fretū conuenit
turba multa ad eum: ⁊ erat circa ma-
re. Et uenit quidā de archisinagogis
nomine iayrus: ⁊ uidens eum pcidit
ad pedes eius: ⁊ depcabatur eū multū
dicens: quoniā filia mea in extremis ē:
Veni impone manū tuā sup eam: ut
salua sit ⁊ uiuat. Et abijt cū illo: et se-
quebatur eum turba multa: ⁊ cōprime-
bant eū. Et mulier q̄ erat in pfluuio
sanguinis annis duodecim ⁊ fuerat
multa pessa a cōpluribus medicis:
et erogauerat omnia sua: nec quicq̄
profecerat: sed magis deterius habebat:
Cum audisset de ihesu uenit in turba
retro: ⁊ tetigit uestimentū ei⁹. Dicebat
enim: quia si uel uestimentū eius teti-
gero salua ero. Et confestim siccatus
ē fons sanguinis ei⁹: et sensit corpore
qd sanata esset a plaga. Et stati ihe-
sus in semetipso cognoscens uirtutē
que exierat de illo: cōuersus ad turbā

aiebat. Quis tetigit vestimenta mea?
Et dicebant ei discipuli sui. Vides tur-
bam comprimentem te: et dicis quis
me tetigit? Et circuspiciebat videre eā
que hoc fecerat. Mulier vero timens et
tremēs sciens qđ factū esset in se: venit
et procidit ante eum et dixit ei omnem
veritatem. Ille aūt dixit ei. Filia fides
tua te salvā fecit: vade in pace: et esto
sana a plaga tua. Adhuc eo loquēte
veniūt nūcij ad archisynagogū dicen-
tes: qđ filia tua mortua ē. Quid ultra
vexas magistrū? Ihesus aūt audito
verbo qđ dicebatur: ait archisynago-
go. Noli timere: tantūmodo crede. Et
non admisit quenq̄ se sequi: nisi pe-
trum et iacobū et iohannem fratrem
iacobi. Et veniūt in domū archisyna-
gogi. Et vidit tumultū ⁊ flentes et eiu-
lantes multum: et ingressus ait illis.
Quid turbamini et ploratis? Puella
nō ē mortua sed dormit. Et irridebāt
eum. Ipse vero eiectis omnibꝫ assumit
patrē ⁊ matrem puelle: et qui secū erāt:
et ingrediūtur ubi puella erat iacens:
et tenens manū puelle ait illi. Thabi-
thacumi: qđ est interp̄tatū: puella tibi
dico surge. Et cōfestim surrexit puella:
et āmbulabat. Erat aūt ānoꝝ duodecī.
Et obstupuerūt stupore magno. Et
p̄cepit illis vehementer: ut nemo id sci-
ret: et dixit dari illi manducare. c. vi.

Et egressus inde abijt in patriā
suā: ⁊ sequebantur eum discipuli
sui. Et facto sabbato cepit ī synagoga
docere: et multi audientes āmirabant̄
in doctrina eius dicentes. Unde huic
hec omnia? Et que est sapientia q̄ da-
ta est illi: et virtutes tales q̄ per man⁹
eius efficiūtur? Nōne hic est faber fili-
us marie: frater iacobi et ioseph et iu-
de et simonis? Nōne et sorores eius
hic nobiscū sunt? Et scandalizabātur
ī illo. Et dicebat illis ihesus: qđ nō est
propheta sine honore nisi ī patria sua
et ī domo sua et ī cognatione sua. Et
nō poterat ibi virtutem ullā facere: nisi
paucos infirmos impositis manibꝫ
curavit: ⁊ mirabatur propter incredulita-
tem eoꝝ: et circuibat castella in circuitu
docens. Et vocavit duodecim: et cepit
eos mittere binos: ⁊ dabat illis potesta-
tem spirituū immūdoꝝ. Et p̄cepit eis
ne quid tollerent in via nisi virgā tan-
tum: nō perā nō panem neq; in zona
es: sed calciatos sandalijs: et ne indue-
rentur duabꝫ tunicis. Et dicebat eis.
Quocunq; introieritis in domū illic
manete donec exeatis inde: ⁊ quicunq;
nō receperint vos nec audierint vos:
exeuntes inde excutite pulverē de pedi-
bus vestris in testimoniū illis. Et exe-
untes p̄dicabāt ut penitentiā agerēt:
et demonia multa eiciebāt: ⁊ ungebāt
oleo multos egros ⁊ sanabant. Et au-
divit rex herodes: manifestū eni factū ē
nomē eius: ⁊ dicebat. Quia iohānes
baptista resurrexit a mortuis: et propter-
ea virtutes operantur in illo. Alij aūt
dicebāt quia helias est: alij vero dice-
bant quia propheta est quasi un⁹ ex pro-
phetis. Quo audito herodes ait. Quē
ego decollavi iohannē hic a mortuis
resurrexit. Ipse enim herodes misit ac
tenuit iohānem et vinxit eum in carce-
rem propter herodiadē uxorē philippi fra-
tris sui: quia duxerat eam. Dicebat eni
iohānes herodi. Non licet tibi habere
uxorem fratris tui. Herodias autem
insidiabat̄ illi: et volebat occidere eum
nec poterat. Herodes aūt metuebat io-
hannē sciens eum virū iustū ⁊ sanctū
et custodiebat eū: ⁊ audito eo multa fa-
ciebat: et libenter eū audiebat. Et cum

dies oportun⁹ accidisset: herodes na-
talis sui cenā fecit pricipib3 ⁊ tribunis
et primis galilee. Cumq; introisset fili-
a ipsi⁹ herodiadis ⁊ saltasset ⁊ placu-
isset herodi simulq; recumbentib3: rex
ait puelle. Pete a me qđ vis: et dabo
tibi. Et iurauit illi: quia quicquid pe-
tieris dabo tibi: licet dimidium regnū
mei. Que cum exisset: dixit matri sue.
Quid petā? At illa dixit. Caput iohā-
nis baptiste. Cumq; introisset statim
cum festinatione ad regem: petiuit di-
cens. Volo: ut protinus des michi in
disco caput iohānis baptiste. Et con-
tristatus est rex. Propter iusiurandū
et pter simul recumbentes noluit eam
contristare: sed misso spiculatore pre-
cepit afferri caput eius in disco: et decol-
lauit eum in carcere. Et attulit caput
ei⁹ ī disco: ⁊ dedit illud puelle: ⁊ puella
dedit matri sue. Quo audito discipli
eius uenerūt et tulerūt corpus eius: et
posuerūt illud in monumento. Et con-
uenientes apostoli ad ihesum: renūci-
auerūt ei omnia que egerant et docue-
rant. Et ait illis. Venite seorsum ī de-
sertū locū: et requiescite pusillū. Erant
enim qui ueniebāt ⁊ redibant multi:
et nec spaciū mādūcādi habebāt. Et
ascendentes in nauim abierūt in deser-
tum locū seorsum. Et viderūt eos abe-
untes: et cognouerūt multi: et pedestres
de omnib3 ciuitatibus cucurrerunt il-
luc ⁊ puenerūt eos. Et exiens vidit tur-
bam multā ihesus: ⁊ misertus est sup
eos quia erant sicut oues nō habētes
pastorem: et cepit illos docere multa.
Et cū iam hora multa fieret: accesserūt
discipuli eius dicentes. Desertus loc⁹
est hic: et iam hora preteriit. Dimitte il-
los: ut euntes in pximas villas et vi-
cos emant sibi cibos quos māducēt.

Et respōdēs ait illis. Date illis man-
ducare. Et dixerūt ei. Euntes emam⁹
ducentis denariis panes: et dabimus
illis manducare. Et dicit eis. Quot
panes habetis? Ite ⁊ videte. Et cum co-
gnouissent dicunt. Quinq; . Et duos
pisces. Et pcepit illis ut accūbere face-
rent omēs sedm contubernia sup viride
fenū. Et discubuerūt in partes: per
centenos et quinquagenos. Et accepti⁹
quinq; panib3 et duobus piscibus: in-
tuens in celū benedixit et fregit panes
⁊ dedit discipulis suis ut ponerent an-
te eos: ⁊ duos pisces diuisit omnibus.
Et māducauerūt omnes: et saturati
sunt. Et sustulerūt reliquias fragmen-
toꝝ duodecim cophinos plenos: ⁊ de
piscibus. Erant autē qui māducaue-
runt quinq; milia virorū. Et statim
coegit discipulos suos ascendere na-
uim ut pcederent eum trās fretum ad
bethsaydam: dum ipē dimitteret pplm.
Et cum dimisisset eos: abiit ī monte
orare. Et cum sero esset erat nauis in
medio mari: et ipse solus in terra. Et
videns eos laborātes in remigando:
erat enim uentus contrari⁹ eis: ⁊ circa
quartam vigiliā noctis uenit ad eos
ambulās supra mare: et uolebat pre-
terire eos. At illi ut viderunt eum am-
bulātem supra mare putauerunt fan-
tasma esse: et exclamauerūt. Omnes e-
nim viderūt eum: ⁊ cōturbati sunt. Et
statim locutus est cum eis: et dixit eis.
Cōfidite. Ego sum: nolite timere. Et
ascendit ad illos in nauim: ⁊ cessauit
uentus. Et plus magis intra se stupe-
bant. Non enim intellexerūt de pani-
bus. Erat enim cor eoꝝ obcecatum. Et
cum transfretassent, uenerūt in terram
genesareth: ⁊ applicuerūt. Cumq; egressi
essent de naui continuo cognouerunt

rum: & percurrentes universā regionē il-
lam ceperūt ī grabatis eos qui se ma-
le habebāt circūferre ubi audiebāt eū es-
se. Et quocūq; introiebat in vicos vel
in villas aut civitates: in plateis po-
nebāt infirmos. & deprecabanē eum ut
vel fimbriā vestimenti eius tangerēt:
et quotquot tangebāt eū salui fiebāt. c. vii.
Et conveniunt ad eum pharisei et
quidā de scribis: venientes ab
iherosolimis. Et cū vidissent quosdā
ex discipulis eius cōmunibz manibz
id est non lotis manducare panes:
vituperaverūt. Pharisei enim & omēs
iudei nisi crebro laverint manus non
mādurant tenentes traditionē senio-
rum: et a foro nisi baptizenē nō come-
dunt: et alia multa sunt que tradita
sunt illis servare. baptismata calicū
et urceoꝝ et eramentoꝝ & lectorum. Et
interrogabant eum pharisei et scribe.
Quare discipuli tui nō ābulant iuxta
traditionem senioꝝ: sed cōmunibus
manibus manducant panē? At ille
respondēs dixit eis. Bene prophetavit
ysaias de vobis ypocritis: sicut scriptū
est. Populus hic labijs me honorat:
cor aūt eoꝝ longe est a me. In vanum
autē me colunt docentes doctrinas et
precepta hominū. Relinquentes enim
mandatū dei tenetis traditiones ho-
minū: baptismata urceoꝝ et calicū et si-
milia hijs facitis multa. Et dicebat.
Bene irritū fecistis preceptū dei: ut tradi-
tionem vestrā servetis. Moyses enī di-
xit. Honora patrem tuū et matrē tuā:
et qui maledixerit patri vel matri mor-
te moriatē. Vos aūt dicitis. Si dixerit
homo patri aut matri corban qd est
donū quodcunq; ex me tibi profuerit: et ul-
tra nō dimittitis eū quicq̄ facere patri
suo aut matri: rescindentes verbū dei
per traditionē vestrā quā tradidistis.
Et multa similia huiꝰ facitis. Et advo-
cans iterū turbā dicebat illis. Audite
me omnes & intelligite. Nichil ē extra
hominē introiens in eum qd possit e-
um coinquinare: sed que de homine
procedūt illa sunt q̄ cōmunicāt homi-
nem. Si quis habet aures audiendi
audiat. Et cum introisset in domū a
turba: interrogabāt eum discipuli eiꝰ
parabolā. Et ait illis. Sic et vos im-
prudentes estis? Non intelligitis qa
omne extrinsecus introiens in hominē
non potest eum cōmunicare quia nō
introit ī cor eius: sed in ventrē vadit
et ī secessum exit purgās omēs escas?
Dicebat aūt: quoniā illa que de homi-
ne exeunt illa cōmunicant hominem.
Abintus enim de corde hominū ma-
le cogitacōnes procedūt: adulteria. for-
nicationes. homicidia. furta. avaricie.
nequicie. dolꝰ. impudicicie. oculꝰ ma-
lus: blasphemia. superbia. stulticia.
Omnia hec mala abintus procedūt: et
cōmunicāt hominē. Et inde surgens
abijt ī fines tyri & sydonis: et ingressꝰ
domū neminē voluit scire: & non potu-
it latere. Mulier enim statim ut audi-
vit de eo cuiꝰ filia habebat spiritū im-
mundū intravit: et procidit ad pedes e-
ius. Erat enī mulier gentilis: syrophe-
nissa genere. Et rogabat eum ut de-
moniū eiceret de filia eius. Qui dixit
illi. Sine prius saturari filios. Non
est enim bonū sumere panē filioꝝ: et
mittere canibus. At illa respondit: et
dixit illi. Utiq; dne. Nā & catelli come-
dunt sub mensa de micis puerorū. Et
ait illi. Propter hunc sermonē vade:
exijt demonium de filia tua. Et cum
abijsset domum invenit puellā iacen-
tem supra lectum: et demonium exisse.

Et iterū exiens de finibus tyri venit per
sydonem ad mare galilee inter medi-
os fines decapoleos. Et adducunt ei
surdum et mutū. Et deprecabantur eū
ut imponat illi manū. Et apprehendēs
eū de turba seorsū misit digitos suos
ĩ auriculas eiꝰ: ꝛ expuēs tetigit linguā
eius: et suspiciens in celū ingemuit: et
ait illi. Effeta: qḋ ē adaperire. Et sta-
tim aperte sunt aures eius: et solutū
est vinculū lingue eius: et loquebatur
recte. Et precepit illis ne cui dicerent.
Quāto aūt eis p̄cipiebat tāto magis
plus p̄dicabāt: et eo ampliꝰ āmirabā-
tur dicētes. Bene oīa fecit: et surdos
fecit audire: et mutos loqui. c. viii.
In diebus illis iterū cū turba multa esset cū ihū
nec haberent qḋ māducarent: cōuoca-
tis discipulis ait illis. Misereor super
turbā: quia ecce iam triduo sustinent
me nec habēt qḋ māducēt: et si dimise-
ro eos ieiunos in domū suā deficient
in via. Quidā enim ex eis delonge ve-
nerūt. Et responderūt ei discipuli sui.
Unde istos poterit quis hic saturare
panibꝫ ĩ solitudine? Et interrogauit
eos. Quot panes habetis? Qui dixe-
runt. Septem. Et p̄cepit turbe discum-
bere sup terrā. Et accipiens septem pa-
nes gratias agens fregit: et dabat dis-
cipulis suis ut apponerent: ꝛ apposue-
runt turbe. Et habebāt pisciculos pau-
cos: ꝛ ipos benedixit: et iussit apponi.
Et māducauerunt et saturati sunt: et
sustulerūt qḋ superauerat de fragmen-
tis septem sportas. Erant autem qui
manducauerāt q̄si quatuor milia: et
dimisit eos. Et statim ascendens na-
uim cū discipulis suis: venit in partes
dalmanutha. Et exierunt pharisei et
ceperūt cōquirere cū eo: querentes ab il-
lo signum de celo: temptantes eum.

Et ingemiscēs spiritu ait. Quid gene-
ratio ista signū querit? Amē dico vo-
bis: si dabitur generationi isti signū.
Et dimittens eos ascendit iterū nauī:
et abiit trans fretū. Et obliti sunt pa-
nes sumere: et nisi unū panē non ha-
bebāt secū ĩ naui. Et p̄cipiebat eis dicēs.
Uidete et cauete a fermento pharise-
orum: et fermento herodis. Et cogita-
bant ad alterutrū dicentes: quia panes
non habemꝰ. Quo cognito: ait illis
ihesus. Quid cogitatis quia panes
non habetis? Nondum cognoscitis
nec intelligitis? Adhuc cecatū habe-
tis cor vestrū? Oculos habentes nō vi-
detis: et aures habētes non auditis?
Nec recordamini quādo quīq; panes
fregi ĩ quīq; milia: et q̄t cophinos fra-
gmentorꝫ plenos sustulistis? Dicunt
ei. Duodecim. Quādo et septem panes
in quatuor milia: q̄t sportas fragmē-
torꝫ tulistis? Et dicunt ei. Septem. Et
dicebat eis. Quomodo nondū intelli-
gitis? Et veniūt bethsaydā: ꝛ adducūt
ei cecū: ꝛ rogabāt eum ut illū tangeret.
Et apprehensa manu ceci eduxit eum
extra vicū: et expuens in oculos eius
impositis manibꝫ suis: interrogauit
eum si quid videret. Et aspiciens ait.
Uideo homines velut arbores ābu-
lantes. Deinde iterū imposuit manus
sup oculos eiꝰ et cepit videre: et restitu-
tus est: ita ut clare videret omnia. Et
misit illū ĩ domū suā dicens. Uade in
domū tuā: et si ĩ vicū introieris nemini
dixeris. Et ingressus ē ihesus ꝛ discipli
eiꝰ castella cesaree philippi: et ĩ via in-
terrogabat discipulos suos dicens eis.
Quem me dicūt esse homines? Qui re-
sponderunt illi dicentes: iohannē ba- Alij
ptistā: alii heliam: alii vero q̄si unū de
prophetis. Tunc dicit illis. Uos vero

quem me esse dicitis? Respondens pe-
trus ait ei. Tu es cristus. Et cōminatꝰ
est eis: ne cui dicerent de illo. Et cepit
docere eos quoniā oportet filiū hoīs
pati multa ⁊ reprobari a senioribus ⁊
a sūmis sacerdotibus et scribis ⁊ occi-
di: ⁊ post tres dies resurgere. Et palā
verbū loquebatur. Et apprehendēs eū
petrus: cepit increpare eū. Qui cōuer-
sus ⁊ videns discipulos suos: cōmi-
natus est petro dicens. Vade retro me
sathana: quoniā nō sapis que dei sūt
sed que sunt hominum. Et cōuocata
turba cum discipulis suis: dixit eis. Si
quis vult me sequi deneget semetipm:
et tollat crucem suā ⁊ sequat̄ me. Qui
enim voluerit animā suā saluā facere
pdet eam: qui aūt pdiderit animam
suā ꝓpter me et euangeliū: saluā faciet
eā. Quid enim ꝓderit homini si lucre-
tur mundū totū: et detrimentū anime
sue faciat? Aut quid homo cōmu-
tationis dabit pro anima sua. Qui e-
nim me confusus fuerit et verba mea ī
generatiōne ista adultera ⁊ peccatrice:
et filiꝰ hoīs confundet̄ eū cū venerit in
gloria prīs sui cū āgelis sanctis. c. ix.

Et dicebat illis. Amen dico vo-
bis: quia sunt quidā de hic stan-
tibus qui nō gustabūt mortē: donec
videāt regnū dei veniens ī virtute. Et
post dies sex assumpsit ihesus petrū ⁊
iacobū et iohannē: et ducit illos in
mōtem excelsum solos: ⁊ trāsfiguratꝰ
ē corā ipīs. Et vestimēta eius facta sūt
splendētia ⁊ candida nimis velut nix:
qualia fullo non potest sup terrā can-
dida facere. Et apparuit illis helyas
cum moyse: et erāt loquentes cū ihesu.
Et respōdens petrus ait ihesu. Rabbi
bonū est nos hic esse: ⁊ faciamus tria
tabernacula: tibi vnū ⁊ moysi vnū et
helye vnū. Non enim sciebat qd diceret.
Erant enim timore exterriti. Et facta ē
nubes obumbrās eos: et venit vox de
nube dicens. Hic est filius meꝰ carissi-
mus: audite illū. Et statim circumspi-
cientes: neminē amplius viderūt nisi
ihesum tantū secū. Et descendentibus il-
lis de monte p̄cepit illis ne cuiquā qd
vidissent narrarent: nisi cū filius ho-
minis a mortuis resurrexerit. Et ver-
bum continuerūt apud se: conquiren-
tes quid esset cum a mortuis resurrexe-
rit. Et interrogabāt eū dicentes. Quid
ergo dicūt pharisei et scribe qa helyam
oporteat venire primum? Qui respon-
dens ait illis. Helyas cū venerit p̄mo
restituet oīa: et quomō scriptum est
in filiū hoīs: ut multa patiatur ⁊ con-
temnat̄. Sed dico vobis: qa et helyas
venit: et fecerūt illi quecunq; voluerūt
sicut scriptum est de eo. Et veniens ad
discipulos suos vidit turbā magnā cir-
ca eos: et scribas cōquirentes cū illis.
Et confestim oīs ppls vidēs ihesum
stupefactꝰ est et expauerūt: ⁊ accurrētes
salutabant eum. Et interrogauit eos.
Quid inter vos cōquiritis? Et respon-
dens vnus de turba dixit. Magister at-
tuli filiū meū ad te habentem spiritum
mutū: qui vbicunq; eū apprehenderit
allidit illū: ⁊ spumat et stridet dentib;
et arescit. Et dixi discipulis tuis ut eice-
rent illū: et non potuerūt. Qui respon-
dens eis dixit. O generatō incredula:
qͦ diu apud vos ero? Quā diu vos
patiar? Afferte illū ad me. Et attule-
runt eum. Et cū vidisset eū statim spi-
ritus conturbauit illū: et elisus in ter-
ram volutabat̄ spumās. Et interro-
gauit patrē eius. Quantū temporis
ē ex quo ei hoc accidit? At ille ait. Ab
infantia. Et frequēter eū in ignē et in

aquā misit: ut eū pderet. Sed si quid
potes·adiuua nos: misertus nr̄i. Ihe-
sus aūt ait illi. Si potes credere omīa
possibilia credenti. Et continuo excla-
mans pater pueri cū lacrimis aiebat.
Credo dn̄e: adiuua incredulitatē meā.
Et cū vidisset ihesus cōcurrentem tur-
bam: cōminatus est spiritui inmūdo
dicens illi. Surde et mute spirit⁹·ego
p̄cipio tibi exi ab eo: et amplius ne in-
troeas in eum. Et exclamās et multū
discerpens eum exijt ab eo: et factus est
sicut mortuus: ita ut multi dicerēt q̄a
mortuus est. Ihesus aūt tenēs manū
eius eleuauit eum: et surrexit. Et cū in-
troisset in domū: discipuli eius secreto
interrogabāt eū. Quare nos nō potui-
m⁹ eicere eū? Et dixit illis. Hoc gen⁹ ī
nullo potest exire: nisi in oratione et
ieiunio. Et inde pfecti p̄tergrediebant̄
galileā: nec volebat quenq̄ scire. Do-
cebat aūt discipulos suos: et dicebat
illis quoniā filius hominis tradetur
in manus hominū·et occident eum:
et occisus tercia die resurget. At illi i-
gnorabāt verbū: ⁊ timebāt interroga-
re eū. Et venerūt capharnaū. Qui cum
domi essent interrogabat eos. Quid ī
via tractabatis? At illi tacebant. Si-
quidem in via inter se disputauerāt:
quis eoꝝ maior esset. Et residens vo-
cauit duodecī: et ait illis. Si quis vult
primus esse: erit omniū nouissimus ⁊
omniū minister. Et accipiens puerū
statuit eū in medio eoꝝ: quē cū cōple-
xus esset ait illis. Quisquis unū ex hu-
iusmodi pueris receperit ī nomine me-
o me recipit: et quicunq; me susceperit
nō me suscipit: sed eū qui me misit. Re-
spondit illi iohānes dicēs. Magister
vidim⁹ quēdam in nomine tuo eicie-
tem demonia qui non sequitur nos:

et phibuim⁹ eū. Ihesus aūt ait. Noli-
te phibere eū. Nemo est enim q̄ faciat
virtutem in nomine meo: ⁊ possit cito
male loqui de me. Qui enim non est
aduersum vos: p vobis ē. Quisquis
enim potū dederit vobis calicē aque
in nomine meo quia christi estis: amē
dico vobis non pdet mercedem suam.
Et quisquis scādalizauerit unum ex
hijs pusillis credentibus in me: bonū
est ei magis si circundaretur mola a-
sinaria collo eius et in mare mittere-
tur. Et si scādalizauerit te man⁹ tua:
abscide illā. Bonū est tibi debilē intro-
ire in vitā·q̄z duas manus habētem
ire in gehennā in ignē inextinguibilē:
ubi vermis eoꝝ nō moritur: et ignis
nō extinguitur. Et si pes tuus te scan-
dalizat: āputa illū. Bonū est tibi clau-
dum introire in vitā eternā·q̄z duos
pedes habentē mitti in gehennā ignis
inextinguibilis: ubi vermis eoꝝ non
moritur: ⁊ ignis nō extinguit̄. Quod
si oculus tuus scādalizat te: eice eum.
Bonū est tibi luscū introire in regnū
dei·q̄z duos oculos habentem mitti in
gehennā ignis: ubi vermis eorū non
moritur: et ignis nō extinguit̄. Omīs
enī igne salietur: ⁊ omīs victima sale
salietur. Bonū ē sal. Qd si sal insulsū
fuerit ī quo illud cōdietis? Habete in
vobis sal: ⁊ pacē habete inter vos. c. x.

Et inde exurgens venit in fines
iudee ultra iordanen: et cōueniūt
iterū turbe ad eū: et sicut cōsueuerat ite-
rum docebat illos. Et accedentes pha-
risei interrogabāt eū·si licet viro uxorē
dimittere: temptantes eū. At ille respō-
dens dixit eis. Quid vobis p̄cepit mo-
yses? Qui dixerunt. Moyses pmisit li-
bellū repudij scribere et dimittere. Qui
bus respōdens ihesus ait. Ad duriciā

cordis uestri scripsit vobis preceptum
illud. Ab inicio aūt creature masculū
et feminā fecit eos deus. Propter hoc
relinquet homo patrem suum et ma-
trem: et adherebit ad uxorē suā: et erūt
duo in carne una. Itaqz iam nō sunt
duo: sed una caro. Quod ergo deus
coniūxit: homo non separet. Et in do-
mo iterū discipuli eius de eodē interro-
gaverūt eum. Et ait illis. Quicumqz
dimiserit uxorem suā et aliā duxerit:
adulteriū cōmittit sup eam. Et si uxor
dimiserit virū suū et alij nupserit: me-
chatur. Et offerebāt illi parvulos ut
tangeret illos: discipuli aūt cōmina-
bantur offerentibus. Quos cū videret
ihesus: indigne tulit. Et ait illis. Si-
nite parvulos venire ad me: ⁊ ne phi-
bueritis eos. Taliū est enim regnū dei.
Amen dico vobis: quisquis nō rece-
perit regnū dei velut parvulus: nō in-
trabit ī illud. Et complexās eos et im-
ponens manus sup illos: benedicebat
eos. Et cum egressus esset ī via: pro-
currens quidā genu flexo ante eū roga
bat eū dicens: Magister bone: quid
faciā ut vitam eternā pcipiam? Ihesus
aūt dixit ei. Quid me dicis bonū? Ne-
mo bonus: nisi unus deus. Precepta
nosti: ne adulteres. ne occidas. ne fu-
reris. ne falsū testimonium dixeris. ne
fraudē feceris: honora patrem tuū et
matrē. At ille respondēs ait illi. Ma-
gister hec omnia observavi a iuventu-
te mea. Ihesus aūt intuitus eū dilexit
eū: ⁊ dixit ei. Unū tibi deest. Vade: que-
cumqz habes vende et da pauperibus
et habebis thesaurū ī celo: ⁊ veni seque-
re me. Qui cōtristatus in verbo: abijt
merens. Erat enī habens multas pos-
sessiones. Et circūspiciēs ihesus: ait di-
scipulis suis. Quā difficile q̄ pecunias

habent ī regnū dei introibūt. Discipli
autem obstupescebāt in verbis ei⁹. At
ihesus rursus respōdens ait illis. Fili-
oli: q̄z difficile est confidentes in pecu-
nijs in regnū dei introire. Facilius est
camelū p foramē acus transire: q̄z di-
vitem intrare in regnum dei. Qui ma-
gis ādmirabanť dicētes ad semetipōs.
Et quis potest salvus fieri? Et intuēs
ihesus illos ait illis. Apud hoīes im-
possibile est: sed nō apud deū. Omnia
enim possibilia sunt apud deū. Et cepit
ei petrus dicere. Ecce nos dimisimus
omnia: et secuti sumus te. Respōdens
ihesus ait. Amen dico vobis: nemo
est q̄ reliquerit domū aut fratres aut
sorores aut patrem aut matrem aut fi-
lios aut agros ꝓpter me et ꝓpter euan-
geliū qui nō accipiet centies tantum
nūc in tempore hoc: domos et fratres
et sorores et matres et filios et agros
cū psecutōnibz: ⁊ ī sclo futuro vitā eter-
nam. Multi aūt erūt pmi novissimi:
⁊ novissimi primi. Erāt aūt ī via ascē-
dentes iherosolimā: et pcedebat illos
ihesus. Et stupebāt: et sequentes time-
bant. Et assumens iterū duodecim: ce-
pit illis dicere q̄ essent ei ventura. Quia
ecce ascendimus iherosolimā: et filius
hominis tradetur principibus sacerdo-
tum ⁊ scribis ⁊ senioribus: et dampna-
bunt eum morte. Et tradent eū genti-
bus ⁊ illudent ei: ⁊ conspuent eū et fla-
gellabunt eū et interficient eū: et tercia
die resurget. Et accedunt ad eū iacobz
et iohannes filij zebedei dicētes. Ma-
gister: volum⁹ ut qdcumqz pecierimus
facias nobis. At ille dixit eis. Quid
vultis ut faciā vobis? Et dixerūt. Da
nobis: ut unus ad dexterā tuā ⁊ alius
ad sinistrā tuā sedeam⁹ in gloria tua.
Ihesus aūt ait eis. Nescitis qd petatis.

Potestis bibere calicem quē ego bibo:
aut baptismo quo ego baptizor bapti-
zari? At illi dixerūt ei. Possum⁹. Ihe-
sus aūt ait eis. Calicē quidē quē ego
bibo bibetis ⁊ baptismū quo ego bapti-
zor baptizabimini: sedere aūt ad dexte-
ram meā uel ad sinistrā nō est meum
dare vobis: sed quibus paratū est. Et
audiētes decē indignari sūt de iacobo
et iohāne. Ihesus aūt vocans eos: a-
it illis. Scitis qa hij qui videnť princi-
pari gentibus dominanť eis: et prin-
cipes eoꝝ potestatem habent ipsoꝝ.
Non ita est aūt in vobis: sed quicūqȝ
voluerit fieri maior erit vester mini-
ster: et quicūqȝ voluerit ī vobis pmus
esse: erit omniū servus. Nam et filius
hoīs nō venit ut ministraretur ei: sed
ut ministraret: et daret animā suā re-
demptōnem pro multis. Et veniūt ihe-
richo. Et pficiscēte eo de ihericho et disci-
pulis ei⁹ ⁊ plurima multitudine: fili-
us thimei barthimeus cecus sedebat
iuxta viā mendicās. Qui cū audisset
quia ihesus nazarenus est: cepit cla-
mare ⁊ dicere. Ihesu fili david: miserere
mei. Et cōminabātur illi multi ut ta-
ceret. At ille multo magis clamabat:
fili david miserere mei. Et stās ihesus:
pcepit illū vocari. Et vocāt cecū: dicen-
tes ei. Animequior esto. Surge: vocat
te. Qui piecto vestimento suo exiliens
venit ad eū. Et respondēs ihesus dixit
illi. Quid tibi vis faciam? Cecus aūt
dixit ei. Rabboni ut videā. Ihesus aūt
ait illi. Vade. Fides tua te saluū fecit.
Et cōfestī vidit: et seqbať eū ī via. c. xi.

Et cū appropinquaret ihierosoli-
me et bethanie ad mōtem oliva-
rum mittit duos ex discipulis suis: et
ait illis. Ite ī castellū qđ cōtra vos ē:
et statim introeuntes illuc invenietis
pullū ligatum sup quē nemo adhuc
hominum sedit. Solvite illum: et ad-
ducite. Et si quis vobis dixerit quid
facitis: dicite quia domino necessari⁹
est: et continuo illū dimittet huc. Et
abeuntes invenerūt pullum ligatum
ante ianuam foris in bivio: ⁊ solvūt
eum. Et quidam de illic stantibus di-
cebant illis. Quid facitis solventes
pullū? Qui dixerūt eis sicut pceperat il-
lis ihesus: et dimiserūt eis. Et duxerūt
pullū ad ihesum: et imponūt illi vesti-
menta sua et sedit sup eū. Multi vesti- aut
mēta sua straverūt ī via. Alij aūt fron-
des cedebāt de arboribȝ: et sternebāt
ī via. Et qui pibāt et q sequebātur cla-
mabāt dicentes. Osanna benedictus
qui venit in nomine dn̄i: benedictum
qđ venit regnū patris nostri david: o-
sanna in excelsis. Et introivit ierosol-
limā in templū: et circūspectis omni-
bus cū iā vespera esset hora: exijt ī betha-
niam cū duodecī. Et alia die cū exirent
a bethania esurijt. Cumqȝ vidisset a-
lōge ficū habentē folia: venit si qđ for-
te inveniret in ea. Et cum venisset ad
eam: nichil invenit pter folia. Nō enī
erat tempus ficoꝝ. Et respōdens dixit
ei. Iam nō ampli⁹ ineternū ex te quis-
qȝ fructū māducet. Et audiebant disci-
puli ei⁹: et veniūt ierosolimā. Et cum
introisset in templū cepit eicere venden-
tes ⁊ ementes in tēplo: et mēsas num-
mulariorum et kathedras vendentiū co-
lumbas evertit. Et nō sinebat ut quis-
qȝ trāsferret vas per templū: ⁊ docebat
dicens eis. Nōne scriptū est quia do-
mus mea dom⁹ orationis vocabitur
omnibȝ gentibus? Vos aūt fecistis
eam speluncā latronum. Quo audi-
to: principes sacerdotū et scribe quere-
bant quomō eū pderent. Timebant enī

eũ: quoniã uniuersa turba ãmirabat
sup doctrina eius. Et cũ vespera facta
esset: egrediebat de ciuitate. Et cũ ma-
ne trãsirent: viderũt ficum aridã factã
a radicibz. Et recordatus petrus dixit
ei. Rabbi: ecce fic⁹ cui maledixisti aruit.
Et respondẽs ihesus ait illis. Habete
fidem dei. Amẽ dico vobis: quia qui-
cunq; dixerit huic mõti tollere · et mit-
tere in mare · ⁊ nõ hesitauerit ĩ corde suo
sed crediderit q̃a qdcunq; dixerit fiat:
fiet ei. Propterea dico vobis: omnia
quecunq; orantes petitis credite quia
accipietis: ⁊ euenient vobis. Et cũ stabi-
tis ad orandũ · dimittite si quid habe-
tis aduersus aliquẽ: ut et pater vester
qui in celis est dimittat vobis peccata
vestra. qd si vos nõ dimiseritis: nec pa-
ter vester qui ĩ celis est dimittet vobis
peccata vestra. Et veniũt rursus ihero-
solimã. Et cum ambularet in templo
accedũt ad eũ summi sacerdotes · et scri-
be ⁊ seniores: et dicũt ei. In qua pote-
state hec facis: ⁊ quis tibi dedit hanc
potestatem ut ista facias? Ihesus aũt
respondẽs ait illis. Interrogabo vos
et ego unũ verbũ · ⁊ respondete michi:
et dicam vobis in qua potestate hec fa-
ciam. Baptismũ iohãnis de celo erat
an ex hominibz? Respõdete michi. At
illi cogitabãt secũ dicentes. Si dixeri-
mus de celo: dicet nobis. Quare ergo
non credidistis ei? Si dixerim⁹ ex ho-
minibus: timemus populũ. Omnes
enim habebant iohannem quia vere
propheta esset. Et respondentes di-
cunt ihesu. Nescimus. Et respondens
ihesus ait illis. Neq; ego dico vobis
in qua potestate hec faciam. c. xii.

Et cepit illis in parabolis loqui.
Vineã pastinauit homo: ⁊ cir-
cumdedit sepẽ ⁊ fodit lacũ · et edificauit
turrim · et locauit eam agricolis: et pe-
regre pfect⁹ est. Et misit ad agricolas
in tempore seruũ: ut ab agricolis acci-
peret de fructu vinee. Qui apprehensũ
eum ceciderũt: et dimiserũt vacuũ. Et
iterũ misit ad illos aliũ seruũ: et illum
in capite vulnerauerũt: et cõtumeliis
affecerũt. Et rursum aliũ misit: et illũ
occiderũt: et plures alios quosdã ce-
dentes: alios vero occidentes. Adhuc
ergo unũ habẽs filiũ carissimũ · et illũ
misit ad eos nouissimũ dicens: quia
reuerebũtur filiũ meũ. Coloni autem
dixerũt ad inuicem. Venite occidam⁹
eum: et nostra erit hereditas. Et appre-
hendentes eũ occiderũt: et eiecerũt extra
vineam. Quid ergo faciet dñs vinee?
Veniet et pdet colonos: et dabit vine-
am aliis. Nec scripturã hanc legistis
lapidẽ quẽ reprobauerũt edificantes ·
hic factus est ĩ caput anguli: a dño fa-
ctum est istud et est mirabile in oculis
nostris? Et querebãt eũ tenere: ⁊ timu-
erunt turbã. Cognouerũt enĩ quoniã
ad eos parabolã hãc dixerit. Et relicto
eo abierũt. Et mittũt ad eũ quosdã ex
phariseis et herodianis: ut eum caperẽt
in verbo. Qui venientes dicũt ei. Ma-
gister: scimus quia verax es et non cu-
ras quenq;. Nec enim vides in faciem
hominũ: sed in veritate viã dei doces.
Licet dari tributum cesari: an nõ dabi-
mus? Qui sciẽs versutiã illoꝝ · ait illis.
Quid me temptatis? Afferte michi de-
nariũ ut videam. At illi attulerunt ei.
Et ait illis. Cuius est ymago hec et
inscriptio? Dicũt ei. Cesaris. Respon-
dens aũt ihesus dixit illis. Reddite igi-
tur que sunt cesaris cesari: et que sunt
dei deo. Et mirabãtur sup eo. Et vene-
runt ad eũ saducei qui dicunt resur-
rectionẽ non esse: et interrogabãt eum

dicētes. Magister: moyses nobis scri-
psit ut si cuius frater mortuus fuerit ⁊
dimiserit uxorem· ⁊ filios non relique-
rit: accipiat frater eius uxorem ipsius·
et resuscitet semen fratri suo. Septem
ergo fratres erāt: et prim⁹ accepit uxo-
rem: ⁊ mortuus est non relicto semine.
Et secundus accepit eam et mortuus
est: et nec iste reliquit semen. Et tercius
similiter. Et acceperūt eam similiter se-
ptem: et non reliquerūt semē. Nouissi-
ma omniū defuncta est et mulier. In
resurrectione ergo cū resurrexerint: cui⁹
de hijs erit uxor? Septem enim habu-
erunt eam uxorem. Et respondens ihe-
sus ait illis. Nōne ideo erratis: nō sci-
entes scripturas neq; virtutem dei? Cū
enim a mortuis resurrexerint neq; nu-
bent neq; nubentur: sed sunt sicut an-
geli dei in celis. De mortuis autē qd
resurgāt nō legistis in libro moysi su-
per rubum quomō dixerit illi deus in-
quiens: ego sum deus abraham ⁊ de-
us ysaac ⁊ deus iacob? Non est deus
mortuoꝝ sed viuoꝝ. Vos ergo multū
erratis. Et accessit unus de scribis· qui
audierat illos conquirentes: et vidēs
quoniā bene illis responderit· interro-
gauit eū qd esset primū omniū man-
datū. Ihesus aūt respōdit ei: quia pri-
mum omniū mandatū est. Audi isrl'
dn̄s deus nr̄ deus un⁹ est: ⁊ diliges
dn̄m deū tuū ex toto corde tuo· et ex to-
ta anima tua· ⁊ ex tota mente tua: ⁊ ex
tota virtute tua. Hoc est primū mādā-
tum. Secundū aūt simile est illi. Dili-
ges ꝓximū tuū tanq̄ teipm̄. Maius
hoꝝ aliud mandatū nō est. Et ait illi
scriba. Bene magister in veritate dixi-
sti: quia unus est deus ⁊ non est aliuſ
pter eū. Et ut diligatur ex toto corde·
et ex toto intellectu· ⁊ ex tota anima· et
ex tota fortitudine: et diligere ꝓximū
tanq̄ seipm̄· maius ē omnibus olo-
caustomatibꝫ· ⁊ sacrificijs. Ihesus aūt
videns q sapienter respōdisset: dixit
illi. Nō es lōge a regno dei. Et nemo
iam audebat eū interrogare. Et respō-
dens ihesus dicebat docēs in templo.
Quomō dicūt scribe xp̄m filiū esse da-
uid? Ipse enim dauid dicit in spiritu
sancto. Dixit domin⁹ dn̄o meo sede a
dextris meis: donec ponā inimicos tu-
os scabellū pedū tuoꝝ. Ipse ergo dauid
dicit eū dn̄m: et unde est filius ei⁹? Et
multa turba eum libenter audiuit. Et
dicebat eis in doctrina sua. Cauete a
scribis: qui volūt in stolis ambulare
et salutari ī foro· et ī primis cathedriſ
sedere in synagogis: ⁊ primos discubi-
tus in cenis. Qui deuorāt domos vi-
duaꝝ sub obtentu prolixe orationis:
hij accipient ꝓlixius iudiciū. Et sedēs
ihesus cōtra gazophilaciū aspiciebat
quomō turba iactaret es in gazophi-
laciū: et multi diuites iactabāt multa.
Cum venisset aūt vidua una pauper:
misit duo minuta qd ē quadrās. Et
conuocans discipulos suos ait illis.
Amen dico vobis: quoniā vidua hec
paup plus omnibꝫ misit· qui miserūt
in gazophilacium. Omēs enim ex eo
quod abundabat illis miserūt: hec
vero de penuria sua omnia que habu-
it misit totum victum suum. c. xiii.
Et cū egrederetur de templo: ait il-
li un⁹ ex discipulis suis. Magi-
ster: aspice quales lapides· et quales
structure. Et respōdens ihesus ait illi.
Vides has om̄es magnas edificatio-
nes? Non relinquetur lapis sup lapi-
dem qui nō destruatur. Et cum sederet
in mōte oliuaꝝ cōtra templū: interro-
gabāt eū separatim petrus et iacobus

et iohannes et andreas. Dic nobis
quādo ista fient: ⁊ qđ signū erit quan-
do hec oīa incipient cōsūmari. Et
rñdens ihesus cepit dicere illis. Vi-
dete ne quis vos seducat. Multi enī
venient ĩ noīe meo dicentes quia ego
sum: ⁊ multos seducent. Cum audieri-
tis aūt bella et opiniones belloꝝ: ne
timueritis. Oportet enim fieri: sed non-
dum finis. Exsurget enim gens cōtra
gentem et regnū sup regnū: et erūt ter-
remot⁹ p loca et fames. Iniciū doloꝝ
hec. Videte aūt vosmetipos. Tradent
enim vos in cōcilijs et in synagogis
vapulabitis: et ante presides et reges
stabitis ꝓpter me in testimonium illi⁹.
Et in omnes gentes primū oportet
pdicari euangeliū. Et cū duxerint vos
tradentes: nolite pcogitare quid loq-
mini: sed qđ datū vobis fuerit in illa
hora id loquimini. Nō enī vos estis
loquētes: sed spirit⁹ sanctus. Tradet
aūt frater fratrem in mortē et pater fi-
lium: et consurgent filij in parentes: ⁊
morte afficient eos. Et eritis odio o-
mnibus: ꝓpter nomē meū. Qui autē
sustinuerit in finē: hic saluus erit. Cū
aūt videritis abominationē desolati-
onis stantem ubi non debet: qui legit
intelligat. Tūc q̃ in iudea sunt fugiāt
in mōtes: et qui sup tectū ne descendat
in domū nec introeat ut tollat qđ de
domo sua: et qui in agro erit non
reuertatᷣ retro tollere vestimentū suū.
Ve aūt pregnātibus et nutrientibus
in illis diebȝ. Orate vero: ut hyeme nō
fiant. Erunt enim dies illi tribulatio-
nis tales quales nō fuerūt ab initio
creature quā condidit deus usqȝ nūc:
neqȝ fient. Et nisi breuiasset dn̄s dies:
nō fuisset salua oīs caro. Sed pro-
pter electos quos elegit breuiauit dies.
Et tunc si quis vobis dixerit ecce hic
est xp̄s ecce illic: ne credideritis. Ex-
surgent enim pseudo xp̄i et pseudo
prophete: et dabūt signa et portenta
ad seducendos si fieri potest etiā electos.
Vos ergo videte. Ecce pdixi vobis o-
mnia. Sed in illis diebȝ post tribula-
tionē illā sol cōtenebrabitᷣ: et luna nō
dabit splendorē suū. Et stelle celi erūt
decidentes: et virtutes que sunt ĩ celis
mouebūtur. Et tunc videbūt filiū ho-
minis venientem in nubibȝ cū virtute
multa et gloria. Et tūc mittet āgelos
suos: et cōgregabit electos suos a q̄tu-
or vētis a summo terre usqȝ ad summū ce-
li. A ficu aūt discite parabolā. Cum
iam ramus eius tener fuerit et nata
fuerint folia: cognoscitis quia in pxi-
mo sit estas. Sic ⁊ vos cum videritis
hec fieri: scitote qđ in pximo sit ĩ ostijs.
Amen dico vobis: quoniā nō transi-
bit generatio hec donec omnia ista
fiant. Celum et terra transibūt: verba
aūt mea nō trāsibūt. De die aūt illo
vel hora nemo scit neqȝ āgeli ĩ celo ne-
qȝ filius: nisi pater. Videte vigilate
et orate. Nescitis enim quādo tēpus
sit. Sicut homo qui peregre pfectus re-
liquit domū suam: ⁊ dedit seruis suis
potestatem cuiusqȝ operis: et ianitori
pcepit ut vigilet. Vigilate ergo. Nesci-
tis enim quādo domin⁹ dom⁹ veniat:
sero an media nocte an gallicātu an
mane: ne cū venerit repente inueniat
vos dormientes. Quod autem vobis
dico omnibus dico: vigilate. c. xiiii.

Erat aūt pascha ⁊ azima post bi-
duum: et querebāt summi sacer-
dotes et scribe quomodo eū dolo tenerēt
et occiderent. Dicebāt enim. Nō in die
festo: ne forte tumult⁹ fieret in pplo. Et
cum esset bethanie in domo simonis

leprosi et recumberet: venit mulier ha-
bens alabastrū unguenti nardi spicati
p̄ciosi: et fracto alabastro effudit sup
caput eius. Erant aūt quidā indigne
ferentes intra semetip̄os: ⁊ dicētes. Ut
q̄d pditio ista ungenti facta est? Po-
terat enim ungentum istud venūdari
plus q̄ trecentis denarijs: ⁊ dari pau-
peribus. Et fremebāt in eam. Ihesus
aūt dixit. Sinite eam. Quid illi mole-
sti estis? Bonū opus operata est i me.
Semp enim pauperes habetis vobis-
cum: et cū volueritis potestis illis be-
nefacere: me aūt nō semp habetis. Qđ
habuit hec fecit: p̄venit ungere corpus
meū in sepulturā. Amen dico vobis:
ubicūq3 p̄dicatū fuerit euangeliū istud
in universo mūdo: et q̄d fecit hec nar-
rabitur in memoriam eius. Et iudas
scariothis un9 de duodecim abijt ad
summos sacerdotes: ut p̄deret eū illis.
Qui audientes gavisi sūt: ⁊ p̄miserūt
ei pecuniā se daturos. Et querebat quo-
modo illū oportune traderet. Et p̄mo
die azimorū quādo pascha immola-
bant: dicūt ei discipuli. Quo vis eam9
et parem9 tibi ut manduces pascha?
Et mittit duos ex discipulis suis: et
dicit eis. Ite i civitatem: et occurret vo-
bis homo lagenā aque baiulās. Se-
quimini eum: et quocūq3 introierit
dicite dn̄o dom9: quia magister dicit.
Ubi est refectio mea: ubi pascha cū dis-
cipulis meis manducem? Et ipse vo-
bis demōstrabit cenaculū grāde stra-
tum: et illic parate nobis. Et abierūt
discipuli eius ⁊ venerūt in civitatem: ⁊
invenerūt sicut dixerat illis: et paraue-
runt pascha. Vespere aūt facto venit
cum duodecim. Et discumbentib3 eis
et māducantibus ait ihesus. Amen
dico vobis: quia un9 ex vobis trader

me qui manducat mecū. At illi cepe-
runt contristari et dicere singillatim.
Numquid ego? Qui ait illis. Unus ex
duodecim: qui intingit mecū manū i
catino. Et filius quidē hoīs vadit:
sicut scriptū est de eo. Ve aūt homini
illi: per quē filius hoīs tradetur. Bo-
num erat ei: si non esset natus homo
ille. Et manducantibus illis accepit
ihesus panem: et benedicens fregit: et
dedit eis et ait. Sumite: hoc ē corpus
meū. Et accepto calice: gratias agens
dedit eis. Et biberūt ex illo omnes. Et
ait illis. Hic est sanguis meus novi
testamenti: qui pro multis effundetur.
Amen dico vobis: q2 iam non bibā
de genimine vitis usq3 in diem illū
cum illud bibā novū in regno dei. Et
ymno dicto: exierūt in mōtem olivar̄.
Et ait eis ihesus. Omēs scādalizabi-
mini in nocte ista: quia scriptū est: per-
cutiā pastorē et dispgent oves. Sed
postea q̄ resurrexero: p̄cedā vos in ga-
lileā. Petrus autē ait illi. Et si omēs
scandalizati fuerint: sed non ego. Et
ait illi ihesus. Amen dico tibi: quia
tu hodie in nocte hac priusq̄ gallus
bis vocem dederit: ter me es negatur9.
At ille amplius loquebatur. Et si o-
portuerit me simul cōmori tibi: nō te
negabo. Similiter aūt et omnes dice-
bant. Et veniūt i p̄diū cui nomē gethse-
mani: et ait discipulis suis. Sedete
hic donec orem. Et assumit petrū et
iacobū et iohānem secū: et cepit paue-
re et tedere. Et ait illis. Tristis est a-
nima mea usq3 ad mortem. Sustine-
te hic et vigilate. Et cū p̄cessisset pau-
lulū procidit sup terrā: et orabat ut si
fieri posset trāsiret ab eo hora: et dixit.
Abba pater: omīa tibi possibilia sūt:
transfer calicem hunc a me. Sed non

quod ego volo:sed qd tu. Et venit:et
invenit eos dormiētes. Et ait petro. Si-
mon dormis? Non potuisti una ho-
ra vigilare? Vigilate ⁊ orate:ut non
intretis ī temptationē. Spiritꝰ quidē
promptus est:caro vero infirma. Et i-
terū abiens oravit:eundē sermonē di-
cens. Et reversus denuo: invenit eos
dormientes. Erant enī oculi eoꝝ gra-
vati:et ignorabāt quid responderent
ei. Et venit tercio:et ait illis. Dormite
iam:et requiescite. Sufficit. Venit ho-
ra:ecce filius hominis tradetur ī ma-
nus peccatoꝝ. Surgite eamꝰ. Ecce qui
me tradet ꝓpe est. Et adhuc eo loquē-
te·venit iudas scarioth unus de duo-
deci:et cū eo turba multa·cum gladijs
et lignis a summis sacerdotibꝫ et scri-
bis ⁊ senioribꝫ. Dederat aūt traditorꝰ
eis signū dicens. Quēcunqꝫ osculatus
fuero ipe est tenete eū:⁊ ducite caute. Et
cum venisset:statim accedens ad eum
ait. Rabbi. Et osculatus est eū. At illi
manus iniecerūt in ihesum et tenuerūt
eum. Unus aūt quidam de circūstan-
tibus educēs gladiū percussit servū sum-
mi sacerdotis: et amputavit illi auri-
culam. Et respondens ihesus ait illis.
Tanqꝫ ad latronem existis cū gladijs
et lignis comprehendere me. Quoti-
die eram apud vos ī templo docens:
et non me tenuistis. Sed ut implean-
tur scripture. Tunc discipuli eius relin-
quentes eū omnes fugerūt. Adolescēs
aūt quidā sequebatur eū amictus sin-
done sup nudo: et tenuerūt eū. At ille
reiecta sindone nudus ꝓfugit ab eis.
Et adduxerūt ihesum ad sūmū sacerdo-
tem:et cōvenerūt omnes sacerdotes ⁊
scribe et seniores. Petrus aūt a longe
secutus est eū usqꝫ intro in atriū sūmi
sacerdotis: et sedebat cum ministris

ad ignem:et calefaciebat se. Sūmi ve-
ro sacerdotes et omne cōciliū querebāt
adversus ihesum testimoniū·ut eum
morti traderent:nec inveniebant. Mul-
ti aūt testimoniū falsum dicebant ad-
versus eum:⁊ cōvenientia testimonia
nō erāt. Et quidā surgentes: falsum
testimoniū ferebāt adversus eū dicētes.
Quoniā nos audivimꝰ eum dicentē.
Ego dissolvā templū hoc manufactū:
et post triduū aliud nō manufactū edi-
ficabo. Et nō erat cōveniens testimo-
niū illorū. Et surgens aūt sūmꝰ sacer- ex
dos in mediū interrogavit ihesum di-
cens. Non respōdes quicqꝫ ad ea que
tibi obiciunt ab hijs? Ille aūt tacebat:
et nichil respōdit. Rursum summus
sacerdos interrogabat eū:et dixit ei. Tu
es cristus filius dei benedicti? Ihesus
aūt dixit illi. Ego sum. Et videbitis fi-
lium hominis sedentem a dextris vir-
tutis dei: ⁊ venientem cum nubibꝫ celi.
Sūmus aūt sacerdos scindēs vestimē-
ta sua ait. Quid adhuc desideramus
testes? Audistis blasphemiam. Quid
vobis videtur? Qui omnes cōdemna-
verūt eū esse reum mortis. Et ceperunt
quidā conspuere eū ⁊ velare faciē eius:
et colaphis eū cedere ⁊ dicere ei: ꝓpheti-
za. Et ministri alapis eū cedebāt. Et
cum esset petrus in atrio deorsum·venit
una ex ancillis summi sacerdotis: et
cum vidisset petrū calefacientem se:aspi-
ciēs illū ait. Et tu cū ihesu nazareno e-
ras. At ille negavit dicēs. Neqꝫ scio:
neqꝫ novi qd dicas. Et exijt foras āte
atriū:et gallus cantavit. Rursus aūt
cum vidisset illum ancilla cepit dicere
circūstantibus:quia hic ex illis est. At
ille iterū negavit. Et post pusillū rur-
sus qui astabāt dicebāt petro. Vere
ex illis es:nam ⁊ galileus es. Ille aūt

cepit anathematizare et iurare: quia
nescio hominem istum quem dicitis.
Et statim gallus iterum cantauit. Et
recordatus est petrus verbi quod dixe-
rat ei ihesus: priusq̄ gallus cātet bis-
ter me negabis. Et cepit flere. c. xv.

Et confestim mane cōsiliū facien-
tes sūmi sacerdotes cū senioribꝫ
et scribis et vniuerso cōcilio: vincītes
ihesū duxerūt et tradiderūt pilato. Et in-
terrogauit eū pilatꝰ. Tu es rex iudeoꝝ?
At ille respōdens ait illi. Tu dicis. Et
accusabāt eum sūmi sacerdotes ī mul-
tis. Pilatꝰ autē rursum interrogauit
eū dicens. Nō respondes quicq̄? Vi-
de in quantis te accusant. Ihesus au-
tem amplius nichil respondit: ita ut
miraretur pilatus. Per diē aūt festū
solebat dimittere illis vnū ex vinctis
quēcunq̄ petissent. Erat aūt qui dice-
batur barabbas. q̄ cū seditiosis erat
vinctus qui in seditione fecerat homi-
cidiū. Et cū ascendisset turba: cepit ro-
gare sicut sēp faciebat illis. Pilatus
aūt respōdit eis et dixit. Vultis dimit-
tam vobis regem iudeoꝝ? Sciebat e-
nim q͡ per inuidiā tradidissent eum
summi sacerdotes. Pontifices autem
concitauerūt turbā: ut magis barab-
ban dimitteret eis. Pilatus aūt iterū
respōdens ait illis. Quid ergo vultis
faciā regi iudeoꝝ? At illi iterū clama-
uerūt. Crucifige eū. Pilatus vero dice-
bat illis. Quid enim mali fecit? At il-
li magis clamabāt: crucifige eū. Pila-
tus aūt volēs pplo satisfacere dimisit
illis barabban: et tradidit ihesum fla-
gellis cesum ut crucifigeretur. Milites
aūt duxerūt eum in atriū p̄torij et con-
uocant totā cohortem: et induūt eum
purpura. et imponūt ei plectentes spi-
neā coronā: et ceperūt salutare eū. Aue
rex iudeoꝝ. Et percutiebant caput eius
arundine: et cōspuebāt eum: et ponen-
tes genua adorabāt eum. Et postq̄
illuserūt ei exuerūt illū purpura: et in-
duerūt eū vestimentis suis: et educunt
illū ut crucifigerent eū. Et angariauerūt
p̄tereuntē quempiā simonē cyreneū ve-
nientem de villa. patrem alexandri et
rufi: ut tolleret crucem eius. Et pducūt
illū in golgatha locū: qd̄ est interpta-
tum caluarie locus. Et dabāt ei bibere
mirratū vinū: et nō accepit. Et crucifi-
gentes eum diuiserunt vestimenta eiꝰ:
mittētes sortem sup eis quis quid tol-
leret. Erat aūt hora tercia: et crucifixe-
runt eū. Et erat titulus cause eiꝰ inscri-
ptus: rex iudeoꝝ. Et cū eo crucifigūt du-
os latrones: vnū a dextris et aliū a si-
nistris eiꝰ. Et impleta ē scriptura q̄ di-
cit. Et cū iniquis reputatꝰ est. Et pre-
tereuntes blasphemabāt eū: mouentes
capita sua et dicentes. Vah qui destru-
is templū dei: et in tribus diebꝫ reedifi-
cas. Saluū fac temetipm descendens
de cruce. Similiter et sūmi sacerdotes
illudentes ad alterutrū cum scribis di-
cebāt. Alios saluos fecit: seipm non
potest saluū facere. Cristus rex israhel.
descendat nunc de cruce: ut videamꝰ
et credamꝰ. Et qui cum eo crucifixi erāt
cōuiciabātur ei. Et facta hora sexta:
tenebre facte sunt p totā terrā usq̄ ī ho-
ram nonā. Et hora nona exclamauit
ihesus voce magna dicens. Heloy. he-
loy lamasabathani. Quod est interpre-
tatū. Deus meus. deus meus: ut quid
dereliquisti me? Et quidam de circū-
stantibus audientes dicebāt. Ecce he-
liam vocat. Currens aūt vnus et im-
plens spongiam aceto. circūponensq̄
calamo: potū dabat ei dicens. Sinite:
videamꝰ si veniat helias ad deponēdū

eum. Ihesus aūt emissa voce magna
expirauit. Et velū templi scissum est i
duo: a summo usq3 deorsum. Videns
aūt centurio q ex aduerso stabat· quia
sic clamās expirasset: ait. Vere homo
hic filius dei erat. Erant aūt et mulie-
res de longe aspicientes: inter quas e-
rat maria magdalene· et maria iaco-
bi minoris· et ioseph mater· et salome;
et cū esset in galilea sequebant eum et
ministrabāt ei: et alie multe que simul
cum eo ascenderāt ierosolimā. Et cū
iam sero esset factū· quia erat parasce-
ue qd est āte sabbatū· venit ioseph ab
arimathia nobilis decurio: qui et ipse
erat expectans regnū dei. Et audacter
introiuit ad pilatū: et petiit corpus ihe-
su. Pilatus aūt mirabat si iam obis-
set. Et accersito centurione: interroga-
uit eum si iam mortuus esset. Et cum
cognouisset a cēturione: donauit cor-
pus ioseph. Joseph aūt mercatus sin-
donem· et deponens eum inuoluit
sindone: et posuit eum in monumē-
to quod erat excisum de petra: et ad-
uoluit lapidem ad ostiū monumenti.
Maria magdalene et maria ioseph
aspiciebant ubi poneretur. c. xvi.

Et cum transissent sabbatū: maria
magdalene et maria iacobi et
salome emerunt aromata: ut venien-
tes ungerent ihesum. Et valde mane
una sabbatorum· veniunt ad monu-
mentum: orto iam sole. Et dicebant
ad inuicem. Quis reuoluet nobis la-
pidem ab ostio monumenti? Et respi-
cientes viderunt reuolutum lapidem.
Erat quippe magnus valde. Et intro-
euntes in monumentum viderunt iu-
uenem sedentem in dextris coopertum
stola candida: et obstupuerūt. Qui
dicit illis. Nolite expauescere. Ihesum
queritis nazarenū crucifixū: surrexit. nō
ē hic. Ecce loc⁹: ubi posuerūt eū. Sed
ite dicite discipulis eius et petro: qa pre-
cedet vos in galileam. Ibi eum vide-
bitis: sicut dixit vobis. At ille exeūtes
fugerūt de monumento. Inuaserat e-
nim eas tremor et pauor: et nemini
quicq3 dixerūt. Timebāt eni. Surgens
aūt ihesus mane prima sabbati appa-
ruit pmo marie magdalene: de qua
eiecerat septem demonia. Illa vadēs
nūciauit hijs qui cū eo fuerant lugen-
tibus et flentibus: et illi audientes qa
viueret et visus esset ab ea: nō credide-
runt. Post hec aūt duob3 ex hijs am-
bulātibus ostensus est in alia effigie
euntibus in villā: et illi eūtes nūcia-
uerūt ceteris: nec illis crediderunt. No-
uissime aūt recūbentibus illis undeci
apparuit: et exprobrauit incredulitatē
eoꝝ et duriciā cordis: quia hijs q vide-
rant eū resurrexisse nō crediderunt. Et
dixit eis. Euntes i mundū uniuersū:
pdicate euangeliū omni creature. Qui
crediderit et baptizatus fuerit· saluus
erit: qui vero nō crediderit· cōdemna-
bitur. Signa aūt eos qui crediderint
hec sequentur. In nomine meo demo-
nia eicient: linguis loquent nouis:
serpentes tollēt. Et si mortiferum quid
biberint: non eis nocebit. Sup egros
manus imponent: et bene habebunt.
Et dominus quidē ihesus postq̄ lo-
cutus est eis· assumptus est in celum:
et sedet a dextris dei. Illi autem profe-
cti predicauerunt ubiq3: domino coo-
perante et sermonem confirmante: se-
quentibus signis.

Explicit euāgeliū scdm marcum:
de greco translata i latinu
Incipit prefacio beati ieronimi pres-
biteri in euangelium secundum
luc am

Lucas sirus nacōe anthi-
ocensis·arte medic⁹·disci-
pulus apostoloꝝ·postea
paulū secut⁹ usqꝫ ad confes-
sionē ei⁹ serviens dño sine crimine:
Nam neqꝫ uxorem unq̄ habens neqꝫ fi-
lios: septuaginta et quatuor annorū
obijt in bithinia·plen⁹ spiritu sancto.
Qui cū iam scripta essent euāgelia·p
matheū quidē in iudea·p marcū aūt
in italia: sancto instigante spiritu in
achaie partibꝫ hoc scripsit euangeliū:
significans etiā ipē in principio ante
suū alia esse descripta. Cui extra ea q̄
ordo euāgelice dispositionis exposcit·
ea maxime necessitas laboris fuit: ut
primū grecis fidelibꝫ omni pphetati-
one venturi in carnē dei cristi manife-
stata humanitas: ne iudaicis fabulis
attenti: in solo legis desiderio tenerē-
tur: uel ne hereticis fabulis et stultis
sollicitationibꝫ seducti exciderent a ve-
ritate elaboraret: dehinc·ut in princi-
pio euangelij iohānis natiuitate pre-
sumpta·cui euangelium scriberet et in
quo elect⁹ scriberet indicaret: cōtestās ī
se cōpleta esse·q̄ essent ab alijs inchoa-
ta. Cui ideo post baptismū filij dei a
pfectione generacōnis ī cristo implere·
repetende a principio natiuitatis huma-
ne potestas pmissa ē: ut requirentibꝫ
demonstraret in quo apprehendēs e-
rat per nathan filiū dauid introitu re-
currentis ī deū generacionis admisso·
indisparabilis dei pdicās in homini-
bus cristū suū·pfecti opus hoīs redire
in se p filiū faceret: qui per dauid patrē
venientibus iter pbebat in cristo. Cui
luce non immerito etiā scribēdorum
actuū apostoloꝝ potestas ī ministerio
datur: ut deo in deū pleno et filio pdi-
tionis extincto·oracōne ab apostolis
facta·sorte domini electionis numer⁹
compleretur: sicqꝫ paulus cōsumma-
tionē apostolicis actibꝫ daret·quē diu
cōtra stimulū recalcitrantē dñs elegis-
set. Quod et legentibꝫ ac requirentibꝫ
deū·et si per singula expediri a nobis
utile fuerat: sciens tamē q operātem
agricolā oporteat de suis fructibus e-
dere·vitauim⁹ publicā curiositatem:
ne nō tā volentibꝫ deū demōstrare vide-
remur·quā fastidientibus prodidisse.

Explicit pfacio. Incipit euangelium
scdm lucā. Prohemiū ipius beati lu
ce ī euāgelium suum.

Quoniā quidē multi co-
nati sūt ordinare nar-
racōnes q̄ ī nobis com-
plete sūt rerū·sicut tradi-
derūt nobis q̄ ab inicio
ipi viderūt·et ministri
fuerūt sermonis: visū ē et michi assecuto
oīa a pricipio diligēter ex ordīe tibi
scribere optīe theophile: ut cognoscas
eoꝝ verboꝝ de qbꝫ erudit⁹ es veritatē. c.1 Incip
Fuit in diebus herodis re-
gis iudee sacerdos quidam
nomine zacharias de vi-
ce abia·et uxor illi de filia-
bus aaron: et nomen eius elizabeth.
Erant autem iusti ambo ante deum:
incedentes in omnibus mandatis ꝛ
iustificationibus domini sine quere-
la. Et non erat illis filius·eo q es-
set elizabeth sterilis: et ambo proces-
sissent ī diebꝫ suis. Factū est aūt cū sa-
cerdotio fungeretur zacharias in ordi-
ne vicis sue ante deū: scdm cōsuetudi-
nem sacerdotij sorte exijt ut incensum
poneret ingressus in templū domini.
Et oīs multitudo ppli erat orās fo-
ris hora incensi. Apparuit autem illi
angelus dñi: stans a dextris altaris

incensi. Et zacharias turbatus est vi-
dens : et timor irruit sup eū. Ait autē
ad illū āgelus. Ne timeas zacharia:
quoniā exaudita est depcatio tua: Et
uxor tua elizabeth pariet tibi filiū · et
vocabis nomē eius iohannem: et erit
gaudium tibi et exultatio: et multi in
natiuitate eius gaudebūt. Erit enim
magn⁹ corā dño : et vinū et siceram nō
bibet. Et spiritu sancto replebitur ad-
huc ex utero matris sue : ⁊ multos fili-
orū isrl̄ cōuertet ad dñm deum ipsoꝝ.
Et ipē pcedet ante illū ī spiritu et vir-
tute helie: ut conuertat corda patrū in
filios · et incredibiles ad prudentiā iu-
storꝝ: parare dño plebē pfectā. Et dixit
zacharias ad angelū. Unde hoc sciā?
Ego enī sum senex: et uxor mea pcessit
in diebꝫ suis. Et respōdens angelus
dixit ei. Ego sum gabriel q̄ asto ante
deum: ⁊ missus sum loqui ad te: ⁊ hec
tibi euangelizare. Et ecce eris tacens
et non poteris loqui usqꝫ ī diem quo
hec fiant: pro eo q̄ non credidisti ver-
bis meis · que implebūtur in tempore
suo. Et erat plebs expectans zachariā:
et mirabātur q̄ tardaret ipē ī templo.
Egressus aūt non poterat loqui ad il-
los. Et cognouerūt q̄ visionem vidis-
set ī templo. Et ipē erat innuens illis:
et pmansit mutus. Et factū est ut im-
pleti sunt dies officij ei⁹: abijt ī domū
suā. Post hos aūt dies cōcepit eliza-
beth uxor eius: ⁊ occultabat se mēsibꝫ
quinqꝫ dicens. Quia sic fecit michi do-
minus · in diebus quibus respexit au-
ferre obprobriū meū inter homines.
In mense aūt sexto missus ē angelus
gabriel a deo in ciuitatem galilee cui
nomen nazareth · ad virginem despō-
satam viro cui nomē erat ioseph · de
domo dauid: et nomē virginis maria.
Et ingressus āgelus ad eā dixit. Aue
gratia plena: dñs tecū: benedicta tu in
mulieribꝫ. Que cū audisset · turbata est
in sermone eius : et cogitabat qualis
esset ista salutatio. Et ait angelus ei.
Ne timeas maria: inuenisti enī grati-
am apud deū. Ecce concipies in utero
et paries filiū: ⁊ vocabis nomen eius
ihesum. Hic erit magnus: ⁊ fili⁹ altissi-
mi vocabitur. Et dabit illi dñs de⁹ se-
dem dauid patris eius: et regnabit ī
domo iacob in eternū: et regni ei⁹ nō
erit finis. Dixit aūt maria ad angelū.
Quomō fiet istud : quoniā virū non
cognosco? Et respōdens angelus di-
xit ei. Spiritus sanctus superueniet in
te: ⁊ virtus altissimi obumbrabit tibi.
Ideoqꝫ et qđ nascet̄ ex te sanctū : voca-
bit̄ fili⁹ dei. Et ecce elizabeth cognata tu-
a: ⁊ ipa cōcepit filiū ī senectute sua. Et
hic mēsis est sext⁹ illi q̄ vocat̄ sterilis:
Quia nō erit impossibile apud deum
omne verbū. Dixit autē maria. Ecce
ancilla dñi: fiat michi secundū verbū
tuū. Et discessit ab illa āgelus. Exsur-
gens aūt maria in diebus illis abijt
in mōtana cū festinatione in ciuitatē
iuda: et intrauit in domū zacharie: ⁊
salutauit elizabeth. Et factū est ut au-
diuit salutationem marie elizabeth:
exultauit infans in utero ei⁹. Et reple-
ta est spiritu sancto elizabeth: et excla-
mauit voce magna ⁊ dixit. Benedicta
tu inter mulieres: ⁊ benedictus fructus
ventris tui. Et unde hoc michi: ut veni-
at mater dñi mei ad me? Ecce enim ut
facta est vox salutationis tue ī auribꝫ
meis : exultauit in gaudio infans in
utero meo. Et beata que credidit: quo-
niā pficientur ea q̄ dicta sunt ei a dño.
Et ait maria. Magnificat anima me-
a dñm: et exultauit spiritus meus in

deo salutari meo: quia respexit humi-
litatem ancille sue. Ecce enī ex hoc bea-
tam me dicent omnes generationes:
quia fecit michi magna qui potens ē:
et sanctū nomē eius. Et misericordia
eius in progenie et progenies: timētibꝫ
eū. Fecit potentiā in brachio suo: disp-
sit supbos mente cordis sue. Deposu-
it potentes de sede: et exaltauit humiles.
Esurientes impleuit bonis: et diuites
dimisit inanes. Suscepit israhel pue-
rum suū memorari misericordie sue:
sicut locutus est ad patres nr̄os abra-
ham et semini eius in secula. Mansit
aūt maria cū illa quasi mēsibꝫ tribꝫ:
et reuersa est in domū suam. Elisabeth
autē impletū est tempus pariēdi: et pe-
perit filiū. Et audierūt vicini et cogna-
ti eius quia magnificauit dn̄s miseri-
cordiā suā cū illa: et congratulabātur
ei. Et factū est in die octauo venerunt
circūcidere puerū: et vocabāt eū nomi-
ne patris sui zachariā. Et respondens
mater eius dixit. Nequaq̄: sed vocabi-
tur iohānes. Et dixerūt ad illā. Quia
nemo est in cognatione tua qui voce-
tur hoc nomine. Innuebāt autē pri
eius: quē vellet vocari eum. Et postu-
lans pugillarē scripsit dicens: iohan-
nes est nomē eius. Et mirati sunt uni-
uersi. Apertū ē autē ilico os eius ⁊ lin-
gua eius: et loquebat̄ benedicens deū.
Et factus est timor sup oēs vicinos
eorꝫ: ⁊ super oīa montana iudee di-
uulgabātur oīa verba hec: et posue-
rūt oēs qui audierāt in corde suo di-
centes. Quis putas puer iste erit? Etenī
manus dn̄i erat cū illo. Et zacharias
pater eius repletus est spiritu sancto:
et pphetauit dicens. Benedictus dn̄s
deus israhel: quia visitauit et fecit rede-
mptionem plebis sue. Et erexit cornu
salutis nobis in domo dauid pueri
sui: sicut locutus est per os sanctorꝫ: q̄
a seculo sunt pphetarū eius: salutem ex
inimicis nr̄is: et de manu omniū qui
oderūt nos: ad faciendā misericordiā
cum patribus nr̄is ⁊ memorari testa-
menti sui sancti: iusiurandū qd iura-
uit ad abrahā patrem nr̄m daturū se
nobis: ut sine timore de manu inimi-
corꝫ nr̄orū liberati seruiamus illi: in san-
ctitate et iusticia corā ipso omībꝫ die-
bus nr̄is. Et tu puer ppheta altissimi
vocaberis: Preibis enī ante faciē dn̄i
parare vias eius: ad dandā sciētiam
salutis plebi eius in remissionē pecca-
torum eorꝫ: per viscera misericordie dei
nostri: in quibꝫ visitauit nos oriens
ex alto: illuminare hijs qui ī tenebris
et in umbra mortis sedent: ad dirigē-
dos pedes nostros in viam pacis.
Puer autem crescebat ⁊ confortabatur
spiritu: et erat in desertis usqꝫ in diem
ostensionis sue ad israhel. c. II.
Factum est autē in diebꝫ illis: exijt
edictum a cesare augusto: ut de-
scriberetur uniuersus orbis. Hec descri-
ptio prima facta est a p̄side syrie cyri-
no. Et ibāt oēs ut pfiterent̄ singuli
in suā ciuitatē. Ascēdit autē et ioseph
a galilea de ciuitate nazareth in iude-
am ciuitatē dauid que vocat̄ bethle-
em: eo q̄ esset de domo et familia dauid:
ut pfiteretur cum maria desponsata
sibi uxore pregnāte. Factū est autē cū
essent ibi: impleti sunt dies ut pareret.
Et peperit filiū suū pmogenitū: ⁊ pānis
eū inuoluit: ⁊ reclinauit eū in p̄sepio:
quia non erat ei locus in diuersorio.
Et pastores erāt ī regione eadem vigi-
lantes: ⁊ custodientes vigilias noctis
sup gregē suū. Et ecce āgelus dn̄i stetit
iuxta illos: ⁊ claritas dei circumfulsit

illos: et timuerūt timore magno. Et
dixit illis āgelus. Nolite timere. Ecce
enim euangelizo vobis gaudiū ma-
gnum qd̄ erit omni ꝑplo: quia natus
est vobis hodie saluator qui ē cristus
dn̄s in ciuitate dauid. Et hoc vobis
signū. Inuenietis infantem pannis
inuolutū: et positū ī p̄sepio. Et subito
facta est cum angelo multitudo mili-
tie celestis: laudantiū deū et dicentiū.
Gloria ī altissimis deo: ⁊ in terra pax
hominibꝫ bone volūtatis. Et factū ē
ut discesserūt ab eis angeli in celū: pa-
stores loquebātur adinuicem. Trans-
eamus usq; bethleem: et videamꝰ hoc
verbū qd̄ factū est qd̄ fecit dn̄s ⁊ osten-
dit nobis. Et venerūt festinātes: et in-
uenerūt mariā ⁊ ioseph. et infantē po-
situ in p̄sepio. Videntes autē cogno-
uerūt de verbo: qd̄ dictū erat illis de
puero hoc. Et omnes qui audierant
mirati sunt: et de hijs que dicta erant
a pastoribꝫ ad ipos. Maria aūt con-
seruabat omnia verba hec: conferens
in corde suo. Et reuersi sunt pastores
glorificantes et laudātes deū in omni-
bus que audierāt ⁊ viderant: sicut di-
ctum est ad illos. Et postq̄ cōsumma-
ti sunt dies octo. ut circūcideret̄ puer:
vocatū est nomē eius ihesus. Quod
vocatū ē ab āgelo priusq̄ ī utero con-
ciperetur. Et postq̄ impleti sunt dies
purgationis eius secūdum legem mo-
ysi tulerūt illū in iherusalē. ut sisterent
eum dn̄o: sicut scriptum est in lege do-
mini. Quia omne masculinū adape-
riens uuluam. sanctū dn̄o vocabitur.
Et ut darent hostiā scd̄m qd̄ dictū est
in lege dn̄i: par turturū aut duos pul-
los columbaꝝ. Et ecce homo erat in
ihrl̄m cui nomē symeon. Et homo iste
iustꝰ et timoratꝰ expectās cōsolationē
israhel: et spiritus sanctus erat in eo.
Et responsum acceperat a spiritu sācto.
nō visurū se mortem: nisi prius vide-
ret cristū dn̄i. Et venit in spiritu ī tem-
plum. Et cum inducerent puerū ihesū
parētes eiꝰ. ut facerēt scd̄m cōsuetudinē
legis pro eo: et ipse accepit eū in ulnas
suas: et benedixit deū ⁊ dixit. Nunc di-
mittis seruū tuū dn̄e scd̄m verbū tuū ī
pace: quia viderūt oculi mei salutare
tuū: quod parasti ante faciem omniū
ꝑplorū: lumen ad reuelationē gentiū:
et gloriā plebis tue israhel. Et erat pa-
ter eius et mater mirantes sup̄ hijs q̄
dicebātur de illo. Et benedixit illis sy-
meon: ⁊ dixit ad mariā matrem eius.
Ecce positus est hic in ruinam. ⁊ in re-
surrectionē multoꝝ ī israhel: et ī signū
cui cōtradicetur. Et tuā ipsius animā
ptransibit gladiꝰ: ut reuelent̄ ex mul-
tis cordibꝫ cogitationes. Et erat āna
prophetissa filia fanuel de tribu aser:
hec processerat in diebꝫ multis: et vixerat
cum viro suo ānis septē a virginitate
sua. Et hec vidua usq; ad ānos octo-
gitaquatuor: q̄ nō discedebat de tem-
plo. ieiunijs et obsecrationibꝫ seruiens
nocte ac die. Et hec ipa hora superueni-
ens cōfitebat̄ dn̄o: ⁊ loquebat̄ de ipo.
omnibꝫ q̄ expectabāt redemptionē ihrl̄m.
Et ut ꝑfecerūt omnia scd̄m legem dn̄i:
reuersi sunt in galileam. in ciuitatem
suā nazareth. Puer autē crescebat et
cōfortabatur. plenus sapiētia: et gra-
tia dei erat in illo. Et ibāt parentes e-
ius ꝑ omnes annos in iherusalē in die
solemni pasche. Et cū factus esset an-
noꝝ duodecim. ascendentibꝫ illis in
iherosolimā scd̄m cōsuetudinē diei fe-
sti. cōsummatisq; diebꝫ cum redirent.
remāsit puer ihesus in iherusalē: ⁊ nō
cognouerūt parentes eiꝰ. Existimātes

autē illū esse in comitatu: venerūt iter
diei: ⁊ requirebāt eū inter cognatos et
notos. Et nō invenientes regressi sūt
in iherusalē: requirentes eum. Et factū
est post triduū: invenerunt eū in tēplo
sedentem in medio doctoꝝ: audientē
illos et interrogantem eos. Stupebāt
aūt omēs qui eū audiebant: sup pru-
dentia ⁊ responsis eius. Et videntes
ammirati sunt. Et dixit mater ei⁹ ad
illū. Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pa-
ter tuus et ego dolentes querebam⁹
te. Et ait ad illos. Quid est qḋ me que-
rebatis? Nesciebatis quia ī hiis que
patris mei sunt oportet me esse? Et ipi
non intellexerūt verbū qḋ locutus est
ad eos. Et descendit cum eis: et venit
nazareth: et erat subdit⁹ illis. Et ma-
ter ei⁹ cōservabat omīa verba hec ī corde
suo. Et ihesus pficiebat sapiētia et eta-
te ⁊ gratia apud deū ⁊ hoīes. c. iii.

Anno autē quintodecimo imperii
tyberii cesaris: procurāte pōcio
pilato iudeam: tetrarcha aūt galilee
herode: philippo aūt fratre ei⁹ tetrarcha
ituree et traconitidis regionis: ⁊ lysa-
nia abiline tetrarcha: sub principib3
sacerdotum anna et caypha: factū est
verbum dñi sup iohannē zacharie fi-
lium in deserto. Et venit in omnē regi-
onem iordanis predicans baptismū
penitencie ī remissionē peccatoꝝ: sicut
scriptū est in libro sermonū ysaie pphe-
te. Vox clamātis in deserto parate vi-
am domini: rectas facite semitas eius.
Omnis vallis implebitur: et omnis
mons et collis humiliabitur. Et erūt
prava in directa: ⁊ aspera in vias pla-
nas: ⁊ videbit omīs caro salutare dei.
Dicebat ergo ad turbas q̄ exiebant ut
baptizarent ab ipo. Genimina vipe-
rarum: quis ostendit vobis fugere a
ventura ira? Facite ergo fruct⁹ dignos
penitentie: ⁊ ne ceperitis dicere patrem
habem⁹ abraham. Dico enim vobis:
quia potens est deus de lapidib3 istis
suscitare filios abrahe. Iam enī secu-
ris ad radicē arboris posita ē. Omīs
ergo arbor nō faciens fructū bonū ex-
cidetur: ⁊ in ignē mittetur. Et interro-
gabāt eum turbe dicentes. Quid ergo
faciem⁹? Respōdens aūt dicebat illis.
Qui habet duas tunicas det non ha-
benti: et qui habet escas similiter faci-
at. Venerūt aūt et publicani ut bapti-
zarentur: ⁊ dixerūt ad illū. Magister
quid faciemus? At ille dixit ad illos.
Nichil amplius q̄ qḋ cōstitutū ē vo-
bis faciatis. Interrogabant aūt eū et
milites dicētes. Quid faciem⁹ ⁊ nos?
Et ait illis. Neminē concuciatis neq3
calūniam faciatis: ⁊ contenti estote sti-
pendiis vestris. Existimāte aūt ppło
et cogitantib3 omnibus in cordibus
suis de iohāne: ne forte ipe esset cristus:
respōdit iohānes dicēs omnib3. Ego
quidē aqua baptizo vos: veniet aūt
fortior me cui⁹ non sum dignus solvere
corrigiā calciamentoꝝ eius: ipe vos
baptizabit ī spiritu sācto et igni. Cui⁹
ventilabrū in manu ei⁹: ⁊ purgabit a-
reā suā: et cōgregabit triticū in horre-
um suū: paleas aūt cōburet igni inex-
tinguibili. Multa quidē ⁊ alia exhor-
tans euāgelizabat ppło. Herodes au-
tem tetrarcha cum corriperet ab illo de
herodiade uxore fratris sui: et de omī-
bus malis que fecit herodes: adiecit ⁊
hoc sup omnia: ⁊ inclusit iohannem
in carcerem. Factū est aūt cū baptiza-
retur omnis ppłus: et ihesu baptizato
et orāte apertū est celū: et descendit spi-
ritus sanctus corporali specie sicut co-
lumba in ipm: et vox de celo facta est.

Tu es filius meus dilectus: in te com-
placuit michi. Et ipse ihesus erat inci-
piens quasi annoꝝ triginta ut puta-
batur filius ioseph · qui fuit hely · qui
fuit mathath · q̄ fuit levi · q̄ fuit melchi ·
q̄ fuit iāne · q̄ fuit ioseph · q̄ fuit matha-
thie · q̄ fuit amos · q̄ fuit naum · q̄ fuit he-
sli · q̄ fuit nagge · q̄ fuit maath · qui fuit
mathathie · q̄ fuit semei · q̄ fuit ioseph · q̄
fuit iuda · qui fuit iohanna · qui fuit re-
sa · q̄ fuit zorobabel · qui fuit salathiel ·
q̄ fuit neri · q̄ fuit melchi · q̄ fuit addi · q̄
fuit thosan · q̄ fuit helmadan · q̄ fuit her ·
qui fuit ihesu · qui fuit heliezer · qui fuit
iorim · qui fuit matthath · qui fuit levi
qui fuit symeon · qui fuit iuda · qui fuit
ioseph · q̄ fuit iona · qui fuit heliachim ·
qui fuit melcha · qui fuit menna · q̄ fuit
mathata · qui fuit nathan · qui fuit da-
vid · qui fuit iesse · qui fuit obeth · qui fu-
it booz · q̄ fuit salmō · q̄ fuit naason · q̄
fuit aminadab · q̄ fuit arān · q̄ fuit esrō ·
qui fuit phares · q̄ fuit iude · q̄ fuit iacob ·
qui fuit ysaac · q̄ fuit abrahe · qui fuit
thare · qui fuit nachor · qui fuit seruch ·
qui fuit ragau · q̄ fuit phalech · qui fuit
heber · qui fuit sale · qui fuit chaynan · q̄
fuit arphaxat · qui fuit sem · q̄ fuit noe ·
q̄ fuit lamech · q̄ fuit mathusale · q̄ fuit
enoch · qui fuit iareth · q̄ fuit malaleel ·
qui fuit chaynan · qui fuit enos · q̄ fuit
seth · q̄ fuit adam · qui fuit dei. c. iiii.
Ihesus autē plen⁹ spiritu sancto regres-
sus est a iordane: et agebatur in spiri-
tu in deserto diebꝫ quadraginta: et ten-
ptabat̄ a dyabolo. Et nichil mādauca-
vit in diebꝫ illis: et consūmatis illis e-
surijt. Dixit autē illi dyabolus. Si fi-
lius dei es: Dic lapidi huic ut panis
fiat. Et respondit ad illū ihesus. Scri-
ptum est · quia non in pane solo vivit
homo: sed in omī verbo dei. Et duxit
illū dyabolus: et ostendit illi omnia
regna orbis terre in momento tēporis:
et ait illi. Tibi dabo potestatē hanc u-
niversam · et gloriā illoꝝ: quia michi
tradita sunt · et cui volo do illa. Tu er-
go procidens si adoraveris corā me:
erūt tua omīa. Et respondens ihesus
dixit illi. Scriptū est. Dn̄m deum tuū
adorabis: et illi soli servies. Et duxit
illū in ihrlm · et statuit eū super pinnā
templi: et dixit illi. Si fili⁹ dei es: Mit-
te te hinc deorsum. Scriptū est enī · q̄
angelis suis mādavit de te · ut conser-
vent te: et quia ī manibꝫ tollent te · ne
forte offendas ad lapidem pedem tuū.
Et respondēs ihesus ait illi. Dictum
est. Non temptabis dn̄m deū tuū. Et
consūmata omī temptacōne: dyabol⁹
recessit ab illo usqꝫ ad temp⁹. Et regres-
sus est ihesus in virtute spiritus in ga-
lileam: et fama exijt p universam regi-
onem de illo. Et ipse docebat in syna-
gogis eoꝝ: et magnificabat̄ ab omī-
bus. Et venit nazareth ubi erat nutri-
tus: ⁊ intravit scdm consuetudinē suā
die sabbati in synagogā: et surrexit le-
gere. Et traditus est illi liber ysaye pro-
phete. Et ut revolvit librū: invenit lo-
cum ubi scriptū erat. Spiritus domi-
ni sup me · pter qd̄ unxit me euāgeliza-
re pauperibꝫ misit me: sanare cōtritos
corde · predicare captivis remissionē · ⁊
cecis visum: dimittere confractos ī re-
missionē: p̄dicare annū dn̄i acceptū:
et diē retributionis. Et cū plicuisset li-
brum: reddidit ministro et sedit. Et o-
mniū in synagoga oculi erāt intendē-
tes in eū. Cepit autē dicere ad eos: q̄a
hodie impleta ē hec scriptura ī auribꝫ
vestris. Et omnes testimoniū illi da-
bant: et mirabant̄ in verbis gratie · q̄
procedebāt de ore ipsius: ⁊ dicebant.

Nōne hic est fili⁹ ioseph? Et ait illis.
Utiq; dicetis michi hanc similitudinē.
Medice cura teipsum. Quanta audi-
uimus facta in capharnaū: fac et hic
in patria tua. Ait aūt. Amen dico vo-
bis quia nemo ꝓpheta accept⁹ ē in pa-
tria sua. In veritate dico vobis: multe
vidue erant in israhel in diebus helie
quādo clausum est celum annis trib;
et mensibus sex. cum facta esset fames
magna in omni terra: ⁊ ad nullā illa-
rum missus est helias · nisi in sarepta
sydonie · ad mulierem viduā. Et multi
leprosi erant in israhel sub helyseo pro-
pheta: ⁊ nemo eoꝝ mundatus est nisi
naaman syrus. Et repleti sunt omnes
in synagoga ira hec audiētes. Et sur-
rexerūt ⁊ eiecerūt illū extra civitatem: et
duxerūt illū usq; ad supciliū montis ·
sup quē civitas illoꝝ erat edificata: ut
p̄cipitarent eum. Ipse autem trāsiens ·
per mediū illoꝝ ibat. Et descendit in
capharnaum civitatem galilee: ibiq;
docebat illos sabbatis. Et stupebant
in doctrina eius: quia ī potestate erat
sermo ipsius. Et in synagoga erat ho-
mo habens demoniū immūdum: et
exclamauit voce magna dicens. Si-
ne: qd nobis et tibi ihesu nazarene?
Venisti pdere nos. Scio te q̄ sis: san-
ctus dei. Et increpauit illū ihesus di-
cens: Obmutesce: et exi ab eo. Et cum
proiecisset illū demoniū in medium ex-
ijt ab illo: nichilq; illum nocuit. Et fa-
ctus est pavor in omnib;: et colloque-
bant̄ adinvicem dicentes. Quod ē hoc
verbū: quia in potestate et virtute impe-
rat immūdis spiritibus ⁊ exeunt. Et
divulgabat̄ fama de illo · in omnem
locū regionis. Surgens aūt ihesus
de synagoga · introivit in domū simo-
nis. Socrus autem simonis tenebat̄
magnis febribus: et rogauerūt illum
pro ea. Et stans sup illā imperauit fe-
bri ⁊ dimisit illam: et cōtinuo surgēs
ministrauit illis. Cū sol aūt occidisset
omnes qui habebāt infirmos varijs
languoribus · ducebāt illos ad eum;
at ille singulis manus imponens cu-
rabat eos. Exiebant aūt demonia a
multis clamantia ⁊ dicencia: quia tu
es filius dei. Et increpans nō sinebat
ea loqui: quia sciebāt ipm esse xpistum.
Facta aūt die egressus ibat in desertū
locum: et turbe requirebāt eum et ve-
nerūt usq; ad ipm: ⁊ detinebāt illum
ne discederet ab eis. Quibus ille ait.
Quia ⁊ alijs civitatib; oportet me evā-
gelizare regnū dei: qa ideo miss⁹ sū. Et
erat p̄dicās ī synagogis galilee. c.v.
Factum est aūt cū turbe irruerent
in eum ut audirent verbū dei:
et ipe stabat secus stagnū genezareth.
Et vidit duas naves stantes sec⁹ sta-
gnum: piscatores aūt descenderant ⁊
lauabāt retia. Ascendēs aūt ī unā na-
vim que erat simonis: rogauit eum
a terra reducere pusillū. Et sedēs doce-
bat de navicula turbas. Ut cessauit
aūt loqui: dixit ad simonē. Duc in al-
tum: et laxate retia vestra in capturā.
Et respōdens simon dixit illi. Prece-
ptor p totam noctem laborātes nichil
cepimus: in verbo autem tuo laxabo
rete. Et cum hoc fecissent: cōcluserunt
pisciū multitudinē copiosam. Rūpeba-
tur autem rete eoꝝ. Et annuerūt socijs
qui erant in alia navi: ut venirent et
adiuvarent eos. Et venerunt ⁊ imple-
uerunt ambas naviculas: ita ut mer-
gerentur. Quod cum videret simon pe-
trus: procidit ad genua ihesu dicens.
Exi a me: qa homo peccator sum dne.
Stupor enim circūdederat eum · ⁊ omnes

qui cum illo erant: in captura piscium
quam ceperant. Similiter autem iacobum et
iohannem filios zebedei: qui erant so-
cii simonis. Et ait ad simonem ihesus.
Noli timere: ex hoc iam homines eris
capiens. Et subductis ad terram navibus:
relictis omnibus secuti sunt illum. Et fa-
ctum est cum esset in una civitatum: et ec-
ce vir plenus lepra: et videns ihesum: et
procidens in faciem suam: rogavit eum
dicens. Domine: si vis potes me mun-
dare. Et extendens manum: tetigit eum
dicens. Volo. Mundare. Et confestim lepra
discessit ab illo. Et ipse precepit illi ut ne-
mini diceret: sed vade ostende te sacer-
doti: et offer pro emundatione tua si-
cut precepit moyses in testimonium illis.
Perambulabat autem magis sermo de il-
lo: et conveniebant turbe multe ut audi-
rent: et curarentur ab infirmitatibus
suis. Ipse autem secedebat in desertum et
orabat. Et factum est in una dierum: et ipse
sedebat docens. Et erant pharisei seden-
tes et legis doctores qui venerant ex o-
mni castello galilee et iudee et ierusalem:
et virtus domini erat ad sanandum eos. Et
ecce viri portantes in lecto hominem qui
erat paraliticus: et querebant eum infer-
re et ponere ante eum. Et non inveni-
entes qua parte illum inferrent pre turba:
ascenderunt supra tectum: et per tegulas
summiserunt eum cum lecto in medium ante
ihesum. Quorum fidem ut vidit dixit. Ho-
mo: remittuntur tibi peccata tua. Et
ceperunt cogitare scribe et pharisei dicen-
tes. Quis est hic qui loquitur blasphe-
mias? Quis potest dimittere peccata:
nisi solus deus? Ut cognovit autem ihesus
cogitationes eorum: respondens dixit ad il-
los. Quid cogitatis in cordibus vestris?
Quid est facilius dicere dimittuntur tibi
peccata: an dicere surge et ambula? Ut autem
sciatis quia filius hominis habet potestatem in
terra dimittendi peccata: ait paralitico.
Tibi dico surge: tolle lectum tuum: et vade
in domum tuam. Et confestim consurgens
coram illis tulit lectum in quo iacebat: et
abiit in domum suam magnificans deum.
Et stupor apprehendit omnes: et magni-
ficabant deum. Et repleti sunt timore di-
centes: quia vidimus mirabilia hodie.
Et post hec exiit: et vidit publicanum
nomine levi sedentem ad theloneum: et
ait illi. Sequere me. Et relictis omni-
bus: surgens secutus est eum. Et fecit
ei convivium magnum levi in domo sua:
et erat turba multa publicanorum et ali-
orum qui cum illis erant discumbentes.
Et murmurabant pharisei et scribe eorum:
dicentes ad discipulos eius. Quare cum
publicanis et peccatoribus manduca-
tis et bibitis? Et respondens ihesus di-
xit ad illos. Non egent qui sani sunt me-
dico: sed qui male habent. Non veni
vocare iustos: sed peccatores ad pe-
nitentiam. At illi dixerunt ad eum. Qua-
re discipuli iohannis ieiunant freque-
ter et obsecrationes faciunt: similiter
et phariseorum: tui autem edunt et bibunt?
Quibus ipse ait. Numquid potestis
filios sponsi dum cum illis est sponsus
facere ieiunare? Venient autem dies et cum
ablatus fuerit ab illis sponsus: tunc
ieiunabunt in illis diebus. Dicebat autem
et similitudinem ad illos. Quia nemo
commissuram a novo vestimento immit-
tit in vestimentum vetus: alioquin et no-
vum rumpit: et veteri non convenit com-
missura a novo. Et nemo mittit vi-
num novum in utres veteres: alioquin
rumpit vinum novum utres: et vinum effun-
detur et utres peribunt. Sed vinum novum
in utres novos mittendum est: et utraque
conservantur. Et nemo bibens vetus statim

vult novum: dicit enim vetus melius est. c. vi.
Factum est autem in sabbato secundo-
primo: cum transiret per sata vel-
lebant discipuli eius spicas: et manduca-
bant confricantes manibus. Quidam
autem phariseorum dicebant illis. Quid
facitis quod non licet in sabbatis? Et re-
spondens ihesus ad eos dixit. Nec hoc
legistis quod fecit david: cum esurisset ipse
et qui cum illo erant: quomodo intravit
in domum dei: et panes propositionis
sumpsit et manducavit: et dedit hiis qui
cum ipso erant: quos non licet manducare
nisi tantum sacerdotibus? Et dicebat illis:
quia dominus est filius hominis etiam sab-
bati. Factum est autem et in alio sabbato:
ut intraret in synagogam et doceret.
Et erat ibi homo: et manus eius dextra
erat arida. Observabant autem scribe
et pharisei si in sabbato curaret: ut in-
venirent unde accusarent eum. Ipse vero
sciebat cogitationes eorum: et ait homini
qui habebat manum aridam. Surge: et
sta in medium. Et surgens stetit. Ait
autem ad illos ihesus. Interrogo vos si
licet sabbatis benefacere an male: ani-
mam salvam facere an perdere? Et circum-
spectis omnibus dixit homini. Extende
manum tuam. Et extendit: et restituta est
manus eius. Ipsi autem repleti sunt insi-
piencia: et colloquebantur ad invicem quid-
nam facerent ihesu. Factum est autem in il-
lis diebus exiit in montem orare: et erat
pernoctans in oratione dei. Et cum dies
factus esset vocavit discipulos suos:
et elegit duodecim ex ipsis quos et apostolos
nominavit: simonem quem cognomina-
vit petrum et andream fratrem eius: iaco-
bum et iohannem: philippum et bartholo-
meum: matheum et thomam iacobum
alphei et simonem qui vocatur zelotes
et iudam iacobi: et iudam scarioth qui
fuit proditor. Et descendens cum illis
stetit in loco campestri et turba discipu-
lorum eius: et multitudo copiosa plebis
ab omni iudea et iherusalem et maritima
et tyri et sydonis: qui venerant ut audi-
rent eum: et sanarentur a languoribus
suis. Et qui vexabantur a spiritibus
immundis curabantur. Et omnis tur-
ba querebat eum tangere: quia virtus
de illo exiebat et sanabat omnes. Et
ipse elevatis oculis in discipulos suos
dicebat. Beati pauperes: quia vestrum
est regnum dei. Beati qui nunc esuritis:
quia saturabimini. Beati qui nunc
fletis: quia ridebitis. Beati eritis cum
vos oderint homines et cum separaverint vos
et exprobraverint: et eiecerint nomen
vestrum tamquam malum propter filium hominis.
Gaudete in illa die et exultate: ecce enim
merces vestra multa est in celo. Secun-
dum hec enim faciebant prophetis pa-
tres eorum. Verumtamen ve vobis diviti-
bus: qui habetis consolationem vestram.
Ve vobis qui saturati estis: quia esu-
rietis. Ve vobis qui ridetis nunc: quia
lugebitis et flebitis. Ve cum bene vobis
dixerint omnes homines. Secundum hec
enim faciebant pseudoprophetis patres eorum. Sed
vobis dico qui auditis. Diligite ini-
micos vestros: benefacite hiis qui vos
oderunt. Benedicite maledicentibus
vos: orate pro calumniantibus vos.
Ei qui te percutit in maxillam: prebe et al-
teram: et ab eo qui aufert tibi vestimen-
tum: etiam tunicam noli prohibere. Omni
autem petenti te tribue: et qui aufert que
tua sunt ne repetas. Et prout vultis
ut faciant vobis homines: et vos faci-
te illis similiter. Et si diligitis eos qui
vos diligunt: que vobis est gratia?
Nam et peccatores diligentes se dili-
gunt. Et si benefeceritis hiis qui vobis

benefaciunt: que vobis est gratia? Si-
quidem et peccatores hoc faciunt. Et
si mutuū dederitis hijs a quibus spe-
ratis recipere: q̄ gratia est vobis? Nā
et peccatores peccatoribꝫ feneranť: ut
recipiant equalia. Verūtamen diligi-
te inimicos vestros ⁊ benefacite: et mu-
tuū date · nichil inde sperantes: et erit
merces vestra multa. ⁊ eritis filij altis-
simi: quia ipē benignꝰ ē sup ingratos
et malos. Estote ergo misericordes: si-
cut et pater vester misericors ē. Nolite
iudicare: ⁊ non iudicabimini. Nolite
condemnare: et non cōdemnabimini.
Dimittite: et dimittemini. Date: et
dabitur vobis. Mensurā bonā ⁊ con-
fertam · et coagitatā et sup effluentem
dabūt in sinū vestrū. Eadē vero men-
sura qua mensi fueritis: remetietur vo-
bis. Dicebat aūt illis ⁊ similitudinem.
Nunquid potest cecus cecum ducere?
Nōne ambo in foueā cadūt? Nō est
discipulus sup magistrū: pfectus autē
omnis erit: si sit sicut magister eiꝰ. Quid
aūt vides festucā in oculo fratris tui:
trabem aūt que in oculo tuo est non
consideras? Aut quomodo potes di-
cere fratri tuo · frater · sine eiciā festucā
de oculo tuo: ipē in oculo tuo trabem
non videns? Ypocrita · eice primū tra-
bem de oculo tuo: et tunc perspicies ut
educas festucam de oculo fratris tui.
Non est enim arbor bona q̄ facit fru-
ctus malos: neqꝫ arbor mala faciens
fructum bonū. Vnaqueqꝫ enim arbor
de fructu suo cognoscitur. Neqꝫ enim
de spinis colligūt ficus: neqꝫ de rubo
vindemiāt uvam. Bonus homo de
bono thesauro cordis sui pfert bonū: et
malus homo de malo thesauro pfert
malū. Ex abūdātia eni cordis os lo-
quit. Quid aūt vocatis me dn̄e dn̄e: ⁊
nō facitis que dico? Omīs q̄ venit ad
me · et audit sermones meos · et facit e-
os: ostendā vobis cui similis sit. Si-
milis est homini edificāti domū qui
fodit in altū: et posuit fundamentū su-
pra petram. Inundatione autem fa-
cta illisum est flumen domui illi: et nō
potuit eam mouere. Fundata eni erat
supra petram. Qui aūt audit et nō fa-
cit similis est homini edificanti domū
suā supra terram sine fundamento: in
quā illisus ē fluuiꝰ · ⁊ cōtinuo cecidit: ⁊
facta ē ruina domꝰ illiꝰ magna. c. vii.
Cum aūt implesset omnia verba
sua in aures plebis: intrauit ca-
pharnaū. Centurionis aūt cuiusdā
seruus male habens erat moriturus:
qui illi erat p̄ciosus. Et cum audisset
de ihesu · misit ad eum seniores iudeo-
rum: rogans eū ut veniret · ⁊ saluaret
seruū eiꝰ. At illi cū venissent ad ihesum
rogabant eum sollicite dicentes ei: q̄a
dignus est ut hoc illi p̄stes. Diligit eni
gentem nr̄am: et synagogam ipse edi-
ficauit nobis. Ihesus autem ibat cū
illis. Et cum iam non longe esset a do-
mo: misit ad eum centurio amicos
dicens. Domine: noli vexari. Nō eni
sum dignꝰ ut sb tectū meū intres: pro-
pter qd̄ ⁊ meipsum non sum dignum
arbitratus ut venirem ad te: sed dic
verbo et sanabitur puer meus. Nam
et ego homo sum sub potestate cōsti-
tutus · habens sub me milites: et dico
huic vade ⁊ vadit · ⁊ alio veni ⁊ venit:
et seruo meo fac hoc et facit. Quo au-
dito ihesus miratus est: et cōuersus se-
quentibꝫ se turbis dixit. Amen dico
vobis: nec in israhel tantam fidem in-
ueni. Et reuersi qui missi fuerant do-
mum: inuenerūt seruū qui languerat
sanū. Et factū est deinceps ibat ihesus

in ciuitatem que uocat̄ naym: et ibant
cum eo discipuli eius ⁊ turba copiosa.
Cum aūt appropinquaret porte ciuita-
tis: ecce defunctus efferebatur fili⁹ uni-
cus matris sue. Et hec uidua erat: et
turba ciuitatis multa cum illa. Quā
cum uidisset dñs: misericordia mot⁹
sup eā dixit illi. Noli flere. Et accessit:
et tetigit loculū. Hij aūt qui portabāt
steterūt. Et ait. Adolescēs·tibi dico sur-
ge. Et resedit qui erat mortuus: ⁊ cepit
loqui; et dedit illū matri sue. Accepit
aūt omnes timor: et magnificabant
deum dicentes. Quia ꝓpheta magnus
surrexit in nobis: ⁊ quia de⁹ uisitauit
plebem suā. Et exijt hic sermo in uni-
uersam iudeam de eo: et omnē circa re-
gionē. Et nūciauerūt iohāni discipli
eius de omnibus hijs. Et cōuocauit
duos de discipulis suis iohannes: et
misit ad ihesum dicens. Tu es q̄ uentu-
rus es · an alium expectam⁹? Cū aūt
uenissent ad eum uiri dixerunt. Iohā-
nes baptista misit nos ad te dicens.
Tu es qui uenturus es an aliū expecta-
mus? In ipsa aūt hora multos cura-
uit a languoribꝫ suis et plagis·et spi-
ritibꝫ malis: ⁊ cecis multis donauit
uisum. Et respondens dixit illis. Eun-
tes renūciate iohanni que audistis ⁊
uidistis. Quia ceci uident claudi am-
bulant·leprosi mundant̄: surdi audi-
unt·mortui resurgunt·pauperes euan-
gelizant̄: et beatus est quicūqꝫ nō fue-
rit scādalizat⁹ in me. Et cum discessis-
sent nuncij iohānis: cepit de iohāne
dicere ad turbas. Quid existis in deser-
tum uidere? Arundinē uento agitatā?
Sed qđ existis uidere? Hoīem mollibꝫ
uestimētis indutū? Ecce qui ī ueste pre-
ciosa sūt et delicijs·ī domibꝫ regū sūt.
Sed quid existis uidere? Prophetam?
Vtiqꝫ dico uobis: et plus q̄ ꝓphetā.
Hic est de quo scriptum est. Ecce mitto
angelū meū ante faciem tuā: qui ꝑpa-
rabit uiam tuā ante te. Dico enim uo-
bis: maior inter natos mulierū ꝓphe-
ta iohāne baptista nemo est. Qui aūt
minor est in regno dei·maior est illo.
Et omnis ꝓplus audiens·et publica-
ni·iustificauerūt deum: baptizati ba-
ptismo iohānis. Pharisei aūt ⁊ legis-
periti·consiliū dei spreuerunt in semet-
ipsos: nō baptizati ab eo. Ait autem
dñs. Cui ergo similes dicam hoīnes
generatōnis hui⁹: et cui similes sunt?
Similes sūt pueris sedētibꝫ ī foro: et
loquētibꝫ ad inuicē et dicētibus. Can-
tauim⁹ uobis tibijs et non saltastis:
lamētauim⁹ ⁊ non plorastis. Venit
aūt iohānes baptista neqꝫ māducās
panem neqꝫ bibēs uinū: et dicitis. De-
moniū habet. Venit filius hoīs man-
ducās ⁊ bibens: et dicitis. Ecce homo
deuorator et bibens uinū·amicus pu-
blicanoꝝ et peccatoꝝ. Et iustificata est
sapientia·ab oībus filijs suis. Ro-
gabat aūt illū quidā de phariseis ut
māducaret cum illo. Et ingressus do-
mum pharisei discubuit. Et ecce mu-
lier que erat in ciuitate peccatrix·ut co-
gnouit ꝙ accubuit in domo pharisei
attulit alabastrū ungenti: et stans re-
tro secus pedes ei⁹ lacrimis cepit riga-
re pedes ei⁹·et capillis capitis sui ter-
gebat: ⁊ osculabat̄ pedes ei⁹ et ungen-
to ungebat. Videns aūt phariseus q̄
uocauerat eū: ait intra se dicēs. Hic si
esset ꝓpheta: sciret utiqꝫ que ⁊ qualis ē
mulier que tangit eum: quia peccatrix
est. Et respondens ihesus dixit ad il-
lum. Simon: habeo tibi aliquid dice-
re. At ille ait. Magister dic. Duo de-
bitores erant cuidam feneratori: un⁹

debebat denarios quingentos: et ali-
us quinquaginta. Non habentibus
illis unde redderent: donauit utrisqꝫ.
Quis ergo eum plus diligit? Respon-
dens simon dixit. Estimo: quia is cui
plus donauit. At ille dixit ei. Recte iu-
dicasti. Et conuersus ad mulierem. di-
xit simoni. Vides hāc mulierem? In-
traui in domū tuā: aquā pedibꝫ meis
non dedisti: hec aūt lacrimis rigauit
pedes meos: ⁊ capillis suis tersit. Os-
culū michi non dedisti: hec aūt ex quo
intrauit nō cessauit osculari pedes me-
os. Oleo caput meū non unxisti: hec
aūt ungento unxit pedes meos. Pro-
pter qd̄ dico tibi. Remittunt̄ ei peccata
multa: quoniā dilexit multū. Cui aūt
minus dimittitur. minus diligit. Di-
xit aūt ad illā. Remittunt̄ tibi peccata.
Et ceperūt qui simul accumbebant di-
cere intra se. Quis est hic qui etiā pecca-
ta dimittit? Dixit aūt ad mulierē. Fides
tua te saluā fecit. Vade in pace. c. viii.
Et factū est deinceps. ⁊ ipse iter faci-
ebat per ciuitates et castella p̄di-
cans ⁊ euangelizans regnū dei. ⁊ du-
odecim cum illo: et mulieres alique. q̄
erant curate a spiritibꝫ malignis et
infirmitatibus. maria que vocat̄ ma-
gdalene. de qua septem demonia exie-
rant: ⁊ iohāna uxor chuze procuratoris
herodis. et susanna et alie multe que
ministrabant ei de facultatibus suis.
Cum aūt turba plurima conueniret
et de ciuitatibꝫ properarēt ad eū: dixit p
similitudinē. Exijt q̄ seminat semina-
re semen suū. Et dum seminat aliud
cecidit secus viam. et conculcatū est: et
volucres celi comederunt illud. Et ali-
ud cecidit supra petram. ⁊ natū aruit:
quia non habebat humorem. Et ali-
ud cecidit inter spinas: et simul exorte
spine suffocauerūt illud. Et aliud ceci-
dit in terram bonā: et ortū fecit fructū
centuplū. Hec dicens clamabat. Qui
habet aures audiendi audiat. Inter-
rogabāt aūt eum discipuli ei9: q̄ esset
hec parabola. Quibus ipse dixit. Vo-
bis datum est nosse misteriū regni dei:
ceteris aūt in parabolis: ut videntes
non videāt. ⁊ audientes nō intelligāt.
Est aūt hec parabola. Semen est ver-
bum dei. Qui aūt secus viā. hij sunt
qui audiūt: deinde venit dyabolus ⁊
tollit verbū de corde eoꝝ. ne credentes
salui fiant. Nam qui supra petram:
qui cū audierint cum gaudio suscipi-
unt verbū. Et hij radices non habēt:
quia ad tempus credūt. et in tempore
temptationis recedunt. Quod aūt in
spinas cecidit: hij sunt qui audierunt
et a sollicitudinibꝫ et diuitijs et volu-
ptatibus vite euntes suffocant̄: ⁊ non
referunt fructū. Quod aūt in bonam
terrā: hij sunt qui ī corde bono et opti-
mo audientes verbū retinent: ⁊ fructū
afferunt in paciencia. Nemo aūt lucer-
nam accendens operit eam vase. aut
subtus lectū ponit: sed supra candela-
brum ponit: ut intrantes videant lu-
men. Non ē enim occultū qd̄ nō ma-
nifestetur: nec absconditū qd̄ non co-
gnoscatur. ⁊ in palam veniat. Vide-
te ergo quō audiatis. Qui enī habet
dabitur illi: et quicunqꝫ non habet:
etiam qd̄ putat se habere auferetur ab
illo. Venerūt aūt ad illū mater et fra-
tres ei9: ⁊ non poterant adire ad eum
pre turba. Et nunciatū est illi. Mater
tua ⁊ fratres tui stant foris: volentes
te videre. Qui respondens dixit ad eos.
Mater mea ⁊ fratres mei hij sunt: qui
verbū dei audiūt et faciūt. Factū ē aūt
ī una dieꝝ: et ipse ascendit ī nauiculā.

et discipuli eius: et ait ad illos. Trāsfre-
tamus trans stagnū. Et ascenderūt.
Et nauigātibus illis obdormiuit: et
descendit procella venti in stagnū: ⁊
compellebant̄ et periclitabant̄. Acce-
dentes autem suscitauerūt eū dicentes.
Preceptor perimus. At ille surgens in-
crepauit ventū et tempestatem aque et
cessauit: ⁊ facta est trāquillitas. Dixit
autem illis. Ubi est fides vestra? Qui
timētes mirati sunt ad inuicem dicen-
tes. Quis putas hic est? Quia et ventis
et mari imperat: ⁊ obediunt ei. Et na-
uigauerūt ad regionē gerasenorū: q̄
est contra galileā. Et cum de naui e-
gressus esset ad terram occurrit illi vir
quidā q̄ habebat demoniū iā tēporibus
multis: et vestimēto non induebatur:
neq; in domo manebat sed in monu-
mentis. Is ut vidit ihesum procidit an-
te illū: et exclamās voce magna dixit.
Quid michi ⁊ tibi est ihesu fili dei altis-
simi? Obsecro te: ne me torqueas. Pre-
cipiebat enim spiritui immūdo: ut ex-
iret ab homine. Multis enī tempori-
bus arripiebat illū: ⁊ vinciebat̄ cathe-
nis ⁊ cōpedibus custoditus: et ruptis vin-
culis agebatur a demonio in deserta.
Interrogauit autē illū ihesus dicens.
Quod tibi nomē est? At ille dixit. Le-
gio. Quia intrauerāt demonia multa
in eum. Et rogab[a]āt illū: ne impera-
ret illis ut in abissum irent. Erat aūt
ibi grex porcorū multorū pascentiū in
monte: et rogabāt eū ut permitteret eis
in illos ingredi. Et permisit illis. Exie-
runt ergo demonia ab homine: et in-
trauerunt in porcos: et impetu abijt
grex per preceps i stagnū: ⁊ suffocatus est.
Quod ut viderūt factū q̄ pascebant fuge-
runt: ⁊ nunciauerūt in ciuitatē et i vil-
las. Exierūt aūt videre quod factū est: et
venerūt ad ihesum: ⁊ inuenerūt homi-
nem sedentem a quo demonia exierāt
vestitū: ac sana mente ad pedes eius:
et timuerūt. Nūciauerūt aūt illis et q̄
viderant: quomō sanus factus esset a
legione. Et rogauerūt illū oīs mul-
titudo gerasenorū: ut discederet ab ipsis:
quia magno timore tenebant̄. Ipse
aūt ascendens nauim reuersus est. Et
rogabat illū vir: a quo demonia exi-
erant ut cum eo esset. Dimisit aūt eū
ihesus dicens. Redi in domū tuam: et
narra quāta tibi fecit deus. Et abijt per
uniuersam ciuitatē predicans quanta
illi fecisset ihesus. Factū est aūt cū redis-
set ihesus: excepit illū turba. Erāt aūt
omnes expectantes eum. Et ecce venit
vir cui nomē iairus et ipē princeps sy-
nagoge erat: et cecidit ad pedes ihesu:
rogans eū ut intraret in domū eius:
quia unica filia erat ei fere annorū du-
odecim: et hec moriebat̄. Et contigit
dum iret: a turbis comprimebat̄. Et
mulier quedā erat in fluxu sanguinis
ab ānis duodecim: que in medicos e-
rogauerat omnē substantiā suā: nec
ab ullo potuit curari. Accessit retro et
tetigit fimbriā vestimēti eius: ⁊ cōfestim
stetit fluxus sanguinis eius. Et ait ihe-
sus. Quis est qui me tetigit? Negāti-
bus aūt omnibus: dixit petrus et qui cū
illo erāt. Preceptor: turbe te cōprimūt
et affligūt: ⁊ dicis quis me tetigit? Et
dixit ihesus. Tetigit me aliquis. Nā
et ego noui virtutem de me exisse. Ui-
dens aūt mulier quia nō latuit: tremēs
venit ⁊ procidit ante pedes eius: et ob
quā causam tetigerit eū indicauit co-
ram omni populo: et quēadmodū cōfestim
sanata sit. At ipse dixit ei. Filia: fides
tua te saluā fecit. Uade i pace. Adhuc
illo loquēte: venit quidā ad principē

synagoge dicēs ei quia mortua ē filia
tua: noli vexari illum. Ihesus aūt au-
dito hoc verbo: respōdit patri puelle.
Noli timere. Crede tantū: et salua erit.
Et cum venisset domū·non pmisit in-
trare secū quēq̄ nisi petrū et iacobū
et iohānem: et patrem et matrem puel-
le. Flebāt aūt omnes: et plangebant
illā. At ille dixit. Nolite flere. Non est
mortua puella sed dormit. Et deride-
bant eū: scientes q̄a mortua esset. Ipse
autem tenens manū eius clamauit
dicens. Puella surge. Et reuersus est
spiritus eius: et surrexit continuo. Et
iussit illi dare manducare. Et stupue-
runt parentes eius: quibus precepit ne
alicui dicerent quod factū erat. c. ix.

Conuocatis aūt ihesus duodeci
apl'is·dedit illis virtutem et po-
testatem sup omīa demonia: et ut lan-
guores curarent. Et misit illos pdica-
re regnū dei: et sanare infirmos. Et a-
it ad illos. Nichil tuleritis in via ne-
q; virgā neq; peram·neq; panem neq;
pecuniā: neq; duas tunicas habeatis.
Et i quācunq; domū intraueritis ibi
manete: et inde ne exeatis. Et quicunq;
non receperint vos: exeuntes de ciuita-
te illa etiā puluerem pedū vestrorū excu-
tite in testimoniū supra illos. Egressi
aūt circuibāt per castella: euangelizā-
tes et curantes ubiq;. Audiuit autem
herodes tetrarcha omīa que fiebant
ab eo·et hesitabat eo q' diceret a qui-
busdā quia iohānes surrexit a mortu-
is: a quibusdā vero quia helyas appa-
ruit: ab aliis aūt quia pheta unus
de antiquis surrexit. Et ait herodes.
Iohānem ego decollaui. Quis ē aūt
iste de quo ego talia audio? Et quere-
bat videre eū. Et reuersi apli narrauerūt
illi quecunq; fecerūt: et assumptis illis
secessit seorsum i locū desertū·q̄ ē bethsa-
ide. Quod cū cognouissent turbe secuti sūt
illū: et excepit illos et loquebat illis de
regno dei: et eos qui cura indigebant
sanabat. Dies aūt ceperat declinare.
Et accedentes duodecim dixerunt illi.
Dimitte turbas: ut euntes in castella
villasq; que circa sunt diuertāt et inue-
niāt escas: quia hic in loco deserto su-
mus. Ait aūt ad illos. Vos date illis
manducare. At illi dixerūt. Non sūt
nobis plus q̄ quinq; panes et duo pi-
sces: nisi forte nos eamus·et emamus i
omnē hanc turbā escas. Erant autē
fere viri quinq; milia. Ait aūt ad disci-
pulos suos. Facite illos discumbere
per cōuiuia quinquagenos: et ita fece-
runt. Et discubuerūt omnes. Acceptis
aūt quinq; panibus et duobus piscibus
respexit in celū et benedixit illis: et fre-
git et distribuit discipulis suis: ut pone-
rent ante turbas. Et māducauerūt o-
mnes: et saturati sunt. Et sublatū est
quod superfuit illis fragmentorum cophi-
ni duodecim. Et factū est cū solus esset
orās·erant cum illo et discipli: et inter-
rogauit illos dicens. Quem me dicūt
esse turbe? At illi responderūt et dixe-
runt: iohānem baptistā; alii aūt helyā:
alii vero quia unus pheta de priori-
bus surrexit. Dixit aūt illis. Vos au-
tem quem me esse dicitis? Respondens
simon petrus dixit. Xpistū dei. At ille
increpans illos precepit ne cui dicerēt
hoc: dicens·quia oportet filium hominis
multa pati et reprobari a senioribus
et principibus sacerdotū·et scribis et occi-
di·et tercia die resurgere. Dicebat aūt
ad omnes. Si quis vult post me ve-
nire·abneget semetipsum: et tollat crucē
suā quotidie: et sequatur me. Qui enim
voluerit animā suā saluā facere perdet

illā. Nam qui pdiderit animā suam
propter me: saluā faciet illā. Quid eni͂
proficit homo si lucretur universum
mundū: se aūt ipm pdat ⁊ detrimētū
sui faciat? Nam q̄ me erubuerit et me-
os sermones: hunc filius hominis e-
rubescet cum venerit in maiestate sua
et patris et sanctorū angelorū. Dico
aūt vobis: vere sunt aliqui hic stātes
qui nō gustabūt mortem donec vide-
ant regnū dei. Factū est aūt post hec
verba fere dies octo: et assumpsit petrū
et iacobum et iohānem: et ascendit in
montē ut oraret. Et factū ē dum ora-
ret: species vultus eius altera: ⁊ vestitꝰ
eiꝰ albus et fulgens. Et ecce duo viri
loquebant̄ cū illo. Erant aūt moyses
et helyas visi in maiestate: et dicebāt
excessum eius quem completurꝰ erat
in iherusalē. Petrus vero ⁊ qui cū illo erāt
gravati erant somno. Et evigilantes
viderūt maiestatē eius: et duos viros
qui stabāt cum illo. Et factū est cum
discederent ab illo: ait petrus ad ihe-
sum. Preceptor bonū est nos hic esse:
et faciamꝰ tria tabernacla: unū tibi: et
unū moysi: et unū helye. Nesciens qđ
diceret. Hec aūt illo loquente: facta est
nubes et obumbravit eos: ⁊ timuerūt
intrantibꝫ illis in nubē. Et vox facta
est de nube dicens. Hic est filius meꝰ
dilectus: ipm audite. Et dū fieret vox
inventꝰ ē ihesus solus: et ipi tacuerūt:
et nemini dixerūt in illis diebꝫ quicq̄
ex hijs que viderant. Factū est aūt in
sequenti die descendētibꝫ illis de mon-
te: occurrit illis turba multa. Et ecce vir
de turba exclamavit dicens. Magister
obsecro te: respice ī filiū meū q̄a unicꝰ
est michi. Et ecce spiritꝰ apphendit eū:
et subito clamat: et elidit et dissipat eū
cum spuma: et vix discedit dilaniās
eum. Et rogavi discipulos tuos ut eice-
rent illū: et nō potuerūt. Respondens
aūt ihesus dixit. O generatio infidelis
et perversa: usq; quo ero apud vos ⁊ pa-
tiar vos? Adduc huc filiū tuū. Et cū
accederet: elisit illū demoniū et dissipa-
vit. Et increpavit ihesus spiritū immū-
dum ⁊ sanavit puer: ⁊ reddidit illū pa-
tri eiꝰ. Stupebāt aūt omēs ī magnitu-
dine dei: omībusq; mirātibꝫ in omībꝫ
que faciebat: dixit ad discipulos suos.
Ponite vos in cordibus vrīs sermo-
nes istos. Filius enim hoīs: futurū est
ut tradat̄ in manus hominū. At illi
ignorabāt verbū istud: et erat velatū
ante eos ut non sentirent illud: ⁊ time-
bant eū interrogare de hoc verbo. In-
travit aūt cogitatio in eos: quis eoꝝ
maior esset. At ihesus videns cogita-
tiones cordis illoꝝ apphendit puerū:
et statuit illū secus se: ⁊ ait illis. Qui-
cunq; susceperit puerū istū in nomine
meo me recipit. Et quicunq; me rece-
perit: recipit eum qui me misit. Nam
qui minor est inter omēs vos: hic ma-
ior est. Respōdens aūt iohānes dixit.
Preceptor vidimus quēdam in noīe
tuo eicientem demonia: ⁊ phibuimus
eū: quia nō sequit̄ nobiscū. Et ait ad
illos ihesus. Nolite phibere. Qui eni͂
non ē adversū vos: pro vobis est. Fa-
ctum est aūt dū cōplerent̄ dies assum-
ptionis eius: et ipe faciē suā firmavit
ut iret ī iherusalē. Et misit nūcios āte
cōspectū suū: et euntes intraverūt ī civi-
tatem samaritanorū ut pararent illi.
Et nō receperūt eū: q̄a facies eius erat
euntis iherusalem. Cum vidissent au-
tem discipuli eius iacobus et iohan-
nes dixerunt. Domine vis dicimꝰ ut
ignis descendat de celo: et cōsumat il-
los? Et cōversus increpavit illos dicēs.

Nescitis cui⁹ spiritus estis. Filius ho-
minis nō venit animas pdere sed sal-
uare. Et abierūt ī aliud castellū. Factū
est aūt ambulantibꝫ illis in via: dixit
quidā ad illū. Sequar te quocunqꝫ
ieris. Dixit illi ihesus. Vulpes foueas
habent. ⁊ volucres celi nidos: fili⁹ aūt
hoīs nō habet ubi caput suū reclinet.
Ait autē ad alterū. Sequere me. Ille
aūt dixit. Domine: pmitte michi pri-
mum ire. ⁊ sepelire patrem meū. Dixit
qꝫ ei ihesus. Sine ut mortui sepeliāt
mortuos suos: tu aūt vade ⁊ annūcia
regnū dei. Et ait alter. Sequar te dñe:
sed pmitte michi pmū renūciare hiis
qui domi sunt. Ait ad illū ihesus. Ne-
mo mittens manū suam ad aratrū ⁊
aspiciēs retro: apt⁹ est regno dei. c. x.
Post hec aūt designauit dñs ⁊ a-
lios septuaginta duos: et misit
illos binos āte faciē suā ī omnē ciui-
tatē ⁊ locū quo erat ipse ventur⁹. Et
dicebat illis. Messis quidem multa:
operarij aūt pauci. Rogate ergo do-
minū messis: ut mittat operarios in
messem. Ite: ecce ego mitto vos sicut
agnos inter lupos. Nolite portare sac-
culū neqꝫ peram neqꝫ calciamēta: et ne-
minē per viā salutaueritis. In quan-
cunqꝫ domū intraueritis: primū dici-
te pax huic domui; et si ibi fuerit fili⁹
pacis: requiescet sup illū pax vra; sin aūt:
ad vos reuertetur. In eadem aūt do-
mo manete: edētes et bibētes q̄ apud
illos sunt. Dignus est enī operarius
mercede sua. Nolite transire de domo
in domū. Et in quācunqꝫ ciuitatē in-
traueritis ⁊ susceperint vos manduca-
te que apponuntur vobis: et curate in-
firmos qui in illa sunt: et dicite illis,
appropinquabit in vos regnum dei.
In quācunqꝫ aūt ciuitatē intraueritis
et non susceperint vos: exeuntes ī pla-
teas ei⁹ dicite. Etiā puluerem q̄ adhesit
nobis de ciuitate vestra extergim⁹ in
vos. Tamē hoc scitote quia appropin-
quabit regnū dei. Dico vobis: quia
sodomis in die illa remissius erit q̄ꝫ il-
li ciuitati. Ve tibi corozaym ve tibi
bethsayda: quia si in tyro et sydone fa-
cte fuissent virtutes q̄ facte sūt ī vobis
olim in cilicio ⁊ cinere sedētes penituissēt.
Verūtamē tyro et sydoni remissius erit
ī iudicio q̄ꝫ vobis. Et tu capharnaū
usqꝫ ad celū exaltata: usqꝫ ad infernū
demergēris. Qui vos audit me audit:
et qui vos spernit me spernit. Qui au-
tem me spernit: spernit eum q̄ me misit.
Reuersi sunt aūt septuaginta duo cū
gaudio dicentes. Dñe: etiā demonia
subiciūtur nobis in noīe tuo. Et ait
illis. Videbā sathanan sicut fulgur
de celo cadentē. Ecce dedi vobis potesta-
tem calcādi supra serpētes ⁊ scorpiones
et supra omnē virtutem inimici: et ni-
chil vobis nocebit. Verūtamē in hoc
nolite gaudere: quia spirit⁹ vobis sub-
iciunt. Gaudete aūt: q nomina vra
scripta sunt in celis. In ipa hora exul-
tauit in spiritu sancto ⁊ dixit. Confite-
or tibi dñe pater celi ⁊ terre: q abscondi-
sti hec a sapientibꝫ ⁊ prudētibus: et re-
uelasti ea paruulis. Etiā pater: quoni-
am sic placuit āte te. Omnia michi tra-
dita sūt a patre meo. Et nemo scit q̄s
sit filius nisi pater: ⁊ quis sit pater nisi
filius: ⁊ cui voluerit filius reuelare. Et
cōuersus ad discipulos suos dixit. Be-
ati oculi qui vident q̄ vos videtis. Di-
co enim vobis: q multi pphete et reges
voluerūt videre q̄ vos videtis et non
viderūt: ⁊ audire q̄ auditis ⁊ nō audi-
erūt. Et ecce quidā legisperitus surrexit
temptans illū ⁊ dicens. Magister: qd

faciendo vitā eternā possidebo? At il-
le dixit ad eū. In lege quid scriptū est?
Quomodo legis? Ille respōdens di-
xit. Diliges dn̄m deū tuū ex toto cor-
de tuo ⁊ ex tota anima tua ⁊ ex omni-
bus viribus tuis ⁊ ex omī mente tua:
et ꝓximū tuū sicut teipm̄. Dixitq; illi.
Recte respōdisti. Hoc fac ⁊ vives. Ille
autē volēs iustificare seipm̄ dixit ad
ihesum. Et quis ē me⁹ ꝓxim⁹? Suspi-
ciens aūt ihesus dixit. Homo quidā
descendebat ab ihrl'm ī iherichō et inci-
dit ī latrones: q̄ etiā despoliauerūt eū:
⁊ plagis impositis abierūt semiuiuo
relicto. Accidit autē ut sacerdos quidā de-
scenderet eadē via: et viso illo p̄teriuit.
Similiter et leuita: cum esset sec⁹ locū
et videret eū ptransijt. Samaritanus
aūt quidā iter faciēs venit secus eū: et
videns eum misericordia motus ē. Et
appropians alligauit vulnera ei⁹ in-
fundens oleū ⁊ vinū; et imponens il-
lum in iumentū suū duxit ī stabulū:
et curā eius egit. Et altera die ꝓtulit
duos denarios: ⁊ dedit stabulario ⁊
ait. Curā illius habe: ⁊ qdcūq; supe-
rogaueris ego cum rediero reddā tibi.
Quis horū triū videtur tibi ꝓxim⁹ fuis-
se illi qui incidit in latrones? At ille
dixit. Qui fecit misericordiā ī illū. Et
ait illi ihesus. Vade: et tu fac similiter.
Factū est aūt dū irent et ip̄e intrauit ī
quoddā castellū: ⁊ mulier quedā mar-
tha noīe excepit illū ī domū suā: ⁊ huic
erat soror nomine maria. Que etiam
sedens secus pedes dn̄i audiebat ver-
bum illius: martha aūt satagebat
circa frequens ministeriū. Que stetit ⁊
ait. Dn̄e: non ē tibi cure q soror mea
reliquit me solā ministrare? Dic ergo
illi ut me adiuuet. Et respondēs dixit
illi dominus. Martha martha sollicita
es: et turbaris erga plurima. Porro
unū ē necessariū. Maria optimā par-
tem elegit: q̄ nō auferet ab ea. c.xi.
Et factū est cum esset in quodam
loco orās: ut cessauit dixit un⁹
ex discipulis eius ad eum. Domine do-
ce nos orare: sicut docuit iohannes
discipulos suos. Et ait illis. Cū oratis
dicite. Pater sanctificetur nomē tuū:
adueniat regnū tuū: panē nr̄m quoti-
dianū da nobis hodie: ⁊ dimitte no-
bis peccata nr̄a. siquidē et ip̄i dimit-
tim⁹ debentib; nob: ⁊ ne nos inducas
ī temptationē. Et ait ad illos. Quis
vestrū habebit amicū et ibit ad illum
media nocte ⁊ dicet illi amice cōmoda
michi tres panes. quoniā amic⁹ me⁹
venit de via ad me. et non habeo qd
ponā ante illū: ⁊ ille deintus respon-
dens dicat. noli michi molestus esse. iā
ostiū clausum est. ⁊ pueri mei mecum
sunt in cubili. non possum surgere et
dare tibi? Et ille si pseueraverit pulsās:
dico vobis. ⁊ si nō dabit illi surgens
eo q amicus ei⁹ sit: ꝓpter improbita-
tem tamen ei⁹ surget. ⁊ dabit illi quot
habet necessarios. Et dico ego vobis.
Petite ⁊ dabit vobis: querite ⁊ inuenie-
tis: pulsate ⁊ aperietur vobis. Omnis
eni q̄ petit accipit: ⁊ q̄ querit inuenit:
et pulsanti aperietur. Quis aūt ex vo-
bis patrem petit panē: nunquid lapi-
dem dabit illi? Aut piscem: nunquid
pro pisce serpentē dabit illi? Aut si pe-
tierit ouū: nunquid porriget illi scor-
pionē? Si ergo vos cū sitis mali no-
stis bona data dare filijs vr̄is: quāto
magis pater vester celestis de celo da-
bit bonū spiritū petentibus se. Et erat
eiciens demoniū ⁊ illud erat mutū: et
cum eiecisset demoniū locut⁹ ē mutus:
et ammirate sunt turbe. Quidā autē

ex eis dixerunt. In beelzebub principe
demonioꝝ eicit demonia. Et alii tem-
ptantes: signū querebant ab eo. Ipse
aūt ut vidit cogitationes eoꝝ dixit e-
is. Omne regnū in seipm̄ divisum de-
solabitur: ⁊ dom⁹ supra domū cadet.
Si aūt et sathanas in seipm̄ divisus
est · quomō stabit regnū ei⁹? quia
dicitis ī beelzebub eicere me demonia?
Si aūt ego in beelzebub eicio demoni-
a: filii vestri in quo eiciunt? Ideo ipsi
iudices vestri erūt. Porro si in digito
dei eicio demonia: pfecto pvenit ī vos
regnū dei. Cum fortis armat⁹ custo-
dit atriū suū: in pace sunt ea que pos-
sidet. Si aūt fortior eo supveniens vi-
cerit eū: universa arma eius auferet in
quibus cōfidebat: ⁊ spolia eius distri-
buet. Qui nō est mecū cōtra me ē: et q
non colligit mecū dispgit. Cū immū-
dus spirit⁹ exierit de homine pambu-
lat per loca inaquosa · querēs requiē:
et non inveniēs dicit. Revertar in do-
mum meā unde exivi. Et cum venerit
invenit eā scopis mundatā. Tunc va-
dit ⁊ assumit septem alios spirit⁹ secū
nequiores se: ⁊ ingressi habitāt ibi. Et
fiūt novissima hoīs illius peiora pri-
oribus. Factū est aūt cum hec diceret:
extollens vocē quedā mulier de turba
dixit illi. Beat⁹ venter qui te portavit:
et ubera q suxisti. At ille dixit. Quin-
ymmo beati qui audiūt verbū dei: et
custodiunt illud. Turbis aūt cōcurrentibȝ
cepit dicere. Generatio hec generatio
nequā est: signū querit ⁊ signū non da-
bitur ei nisi signū ione. Nā sicut fuit
ionas signū ninivitis: ita erit fili⁹ ho-
minis generationi isti. Regina austri
surget ī iudicio cū viris generatōnis
hui⁹ ⁊ condemnabit illos: qꝛ venit a
finibȝ tre audire sapientiā salomonis.
Et ecce plus qȝ salomon hic. Viri ni-
nivite surgent in iudicio cū generatio-
ne hac ⁊ cōdemnabūt illā: quia peni-
tentiā egerunt in pdicatōne ione. Et
ecce plus qȝ iona hic. Nemo lucernā
accendit et in abscondito ponit neqȝ
sub modio sed supra candelabrū: ut
qui ingrediūtur lumen videant. Lucer-
na corporis tui est oculus tuus. Si o-
culus tuus fuerit simplex · totū corpus
tuū lucidū erit: si aūt neqȝ fuerit: etiam
corpus tuū tenebrosū erit. Vide ergo
ne lumē qd ī te ē tenebre sint. Si ergo
corpus tuū totū lucidū fuerit · non ha-
bens aliquā partē tenebrarū: erit luci-
dum totū. Et sicut lucerna fulgoris il-
luminabit te. Et cū loqueretr: rogavit
illū quidā pharise⁹ ut prāderet apud
se. Et ~~Ihs autem~~ ingressus recubuit.
Phariseus aūt cepit intra se reputās
dicere: quare nō baptizatus esset ante
prandiū. Et ait dñs ad illum. Nunc
vos pharisei qd de foris est calicis · et
cathini mūdatis: qd aūt intus ē vrm̄
plenū est rapina ⁊ iniquitate. Stulti:
nōne qui fecit qd de foris est · etiam id
quod de intus est fecit? Verūtamē qd
supest date elimosinā: et ecce omnia
munda~~ta~~ sunt vobis. Sed ve vobis
phariseis qui decimatis mentā et ru-
tam ⁊ omne olus: ⁊ pteritis iudiciū ⁊
caritatem dei. Hec aūt oportuit facere:
et illa nō omittere. Ve vobis pharise-
is: quia diligitis pmas cathedras ī
synagogis · et salutationes ī foro. Ve
vobis quia estis ut monumēta q nō
apparent · et homines ambulātes su-
pra nesciūt. Respōdens aūt quidam
ex legisperitis ait illi. Magister: hec di-
cens etiā cōtumeliā nobis facis. At il-
le ait. Et vobis legisperitis ve: quia
oneratis homines oneribȝ q portare

non possunt: et ipsi uno digito vestro
non tangitis sarcinas. Ve vobis q̄
edificatis monumenta ꝓphetarū: pa-
tres autem vestri occiderūt illos. Sed
profecto testificamini qꝫ consentitis o-
peribꝫ patrū vestroꝝ: quoniāquidem
ipsi eos occiderūt: vos aūt edificatis e-
orū sepulcra. Propterea et sapientia
dei dixit. Mittā ad illos ꝓphetas ⁊ a-
postolos et ex illis occidēt ⁊ ꝑsequent̄:
ut inquiratur sanguis omniū ꝓphe-
taꝝ: q̄ effusus est a constitutōne mūdi
a generatione ista: a sanguine abel
usqꝫ ad sanguinē zacharie: q̄ periit īter
altare et edē. Ita dico vobis: requiret̄
ab hac generatōne. Ve vobis legisꝑi-
ritis qui tulistis clavem sciencie: ipsi
non introistis: et eos qui introibant
prohibuistis. Cum aūt hec ad illos
diceret: ceperūt pharisei ⁊ legisꝑiti gra-
viter insistere: ⁊ os ei⁹ opprimere de mul-
tis insidiantes ei: et querentes aliqͥd
capere de ore ei⁹ ut accusarēt eū. c. xii.
Multis aūt turbis cōcurrentibus
ita ut se invicem conculcarēt: ce-
pit dicere ad discipulos suos. Attendi-
te a fermento phariseoꝝ qd̄ est ypocri-
sis. Nichil enim opertū est qd̄ non reve-
letur: neqꝫ absconditū qd̄ non sciatur.
Quoniā que in tenebris dixistis: ī lu-
mine dicent̄: et qd̄ in aure locuti estis
in cubiculis: ꝑdicabitur ī tectis. Dico
aūt vobis amicis meis ne terreamini
ab hiis qui occidūt corpus: ⁊ post hec
nō habent ampli⁹ quid faciāt. Osten-
dam aūt vobis quē timeatis. Timete
eum: qui postqꝫ occiderit: habet pote-
statem mittere ī gehennā. Ita dico vo-
bis: hunc timete. Nōne quinqꝫ passeres
veneūt dipondio: et unus ex illis nō
est ī oblivione corā deo? Sed et capil-
li capitis vestri omnes numerati sunt.
Nolite ergo timere: multis passeribꝫ
pluris estis. Dico aūt vobis: omnis
quicunqꝫ confessus fuerit me corā ho-
minibus: ⁊ filius hominis confitebit̄
illū corā angelis dei. Qui aūt negave-
rit me coram hominibus: negabitur
corā angelis dei. Et omnis qui dicit
verbū in filiū hoīs remittetur ei: ei aūt
qui in spiritū sanctū blasphemaverit
non remittetur. Cum autē inducerent
vos in synagogas: et ad magistratus
et potestates: nolite solliciti esse: quali-
ter aut quid respōdeatis aut quid di-
catis. Spiritus enim sanctus docebit
vos in ipsa hora: quid oporteat vos
dicere. Ait aūt ei quidā de turba. Ma-
gister dic fratri meo: ut dividat mecū
hereditatem. At ille dixit ei. Homo:
quis me cōstituit iudicem aut diviso-
rem supra vos? Dixitqꝫ ad illos. Vi-
dete ⁊ cavete ab omni avaricia: quia
non in abundancia cuiusqꝫ vita est ex
hiis que possidet. Dixit aūt similitu-
dinē ad illos dicens. Hoīs cuiusdā di-
vitis uberes fructus ager attulit: ⁊ co-
gitabat intra se dicens. Quid faciam:
qꝛ nō habeo quo cōgregem fruct⁹ me-
os? Et dixit. Hoc faciā. Destruā hor-
rea mea: et maiora faciā: et illuc con-
gregabo omnia que nata sunt michi
et bona mea: et dicā anime mee. Ani-
ma: habes multa bona posita in an-
nos plurimos: requiesce: comede: bibe:
epulare. Dixit autē illi deus. Stulte
hac nocte animā tuam repetent a te.
Que autem parasti cui⁹ erūt? Sic est
qui sibi thesaurizat: ⁊ non est in deum
dives. Dixitqꝫ ad discipulos suos. Ide-
o dico vobis. Nolite solliciti esse ani-
me vestre quid manducetis: neqꝫ cor-
pori quid vestiamini. Anima plus
ē qꝫ esca: ⁊ corpus plus qꝫ vestimentū.

Considerate coruos·q̄a non seminãt
neq; metūt quibus non ē cellariū neq;
horreū: ⁊ de⁹ pascit illos. Quãto ma-
gis vos pluris estis illis? Quis aūt
vestrum cogitando potest adicere ad
staturā suā cubitū vnū? Si ergo neq;
quod minimū est potestis: quid de
ceteris solliciti estis? Considerate lilia
quomō crescunt. Non laborāt nō
nent. Dico aūt vobis: nec salomon
in omni gloria sua vestiebatur sicut
vnū ex istis. Si aūt fenū qd̄ hodie est
in agro·⁊ cras in clibanū mittitur de-
us sic vestit: quãtomagis vos pusil-
le fidei? Et vos nolite querere qd̄ man-
ducetis·aut quid bibatis: ⁊ nolite in
sublime tolli. Hec aūt omnia gentes
mūdi querūt. Pater aūt vester scit qm̄
hiis indigetis. Verūtamē querite pri-
mum regnum dei ⁊ iusticiam eius: et
hec omnia adicientᷣ vobis. Nolite ti-
mere pusillus grex: quia cōplacuit pa-
tri vestro dare vobis regnū. Vendite
que possidetis et date elemosinā. Fa-
cite vobis sacculos qui nō veterescūt:
thesaurū nō deficientem in celis: q̄ fur
nō appropiat·neq; tinea corrumpit.
Ubi enim thesaurus vester est: ibi ⁊ cor
vestrū erit. Sint lūbi vestri p̄cincti ⁊ lu-
cerne ardentes: ⁊ vos similes homini-
bus expectātibus dn̄m suū quādo re-
uertatᷣ a nuptiis: ut cū venerit ⁊ pulsa-
uerit confestim aperiāt ei. Beati servi
illi: quos cū venerit domin⁹ invenerit
vigilātes. Amen dico vobis: q̄p p̄cin-
get se ⁊ faciet illos discūbere: et trāsiēs
ministrabit illis. Et si venerit ī secūda
vigilia: et si in tercia vigilia venerit et
ita invenerit: beati sunt servi illi. Hoc
autē scitote: qm̄ si sciret paterfamilias
qua hora fur veniret vigilaret utiq;
et nō sineret p̄fodi domū suā. Et vos
estote parati: quia qua hora non pu-
tatis filius hominis veniet. Ait aūt
ei petrus. Domine: ad nos dicis hanc
parabolā an ⁊ ad omnes? Dixit aūt
domin⁹. Quis putas est fidelis dispē-
sator et prudēs: quē cōstituit domin⁹
supra familiā suā ut det illis ī tēpore
tritici mensurā? Beat⁹ ille servus: quē
cum venerit dn̄s invenerit ita facientē.
Vere dico vobis: quoniā supra omni-
a que possidet cōstituet illū. Quod si
dixerit servus ille in corde suo·morā
facit domin⁹ me⁹ venire: ⁊ ceperit p̄cu-
tere servos ⁊ ancillas et edere·et bibere·
et inebriari: veniet domin⁹ servi illius
in die qua nō sperat ⁊ hora qua nescit
et dividet eū: partemq; eius cū infide-
libus ponet. Ille aūt servus q̄ cogno-
uit voluntatem domini sui·et non se p̄pa-
rauit·et nō fecit sc̄dm voluntatem eius
vapulabit multis: qui aūt nō cogno-
uerit et fecit digna plagis vapulabit
paucis. Omni aūt cui multū datū est·
multū queretur ab eo: et cui cōmenda-
uerūt multū: plus petent ab eo. Ignē
veni mittere in terrā: et quid volo nisi
ut accendatur? Baptismo aūt habeo
baptizari·⁊ quomō coartor usq; dū
p̄ficiatᷣ? Putatis q̄a pacem veni dare
in terram? Nō dico vobis: sed sepa-
rationem. Erunt enim ex hoc quinq;
in domo una divisi: tres in duos et
duo in tres dividentur: pater ī filium·
et filius in patrem suū: mater in filiā·
et filia in matrem: socrus in nurū suā
et nurus in socrū suā. Dicebat autem
ad turbas. Cum videritis nubē orien-
tem ab occasu statim dicitis nimbus
venit et ita fit: et cum austrū flantem
dicitis·quia estus erit et fit. Ypocrite
faciē celi et terre nostis p̄bare: hoc au-
tem tempus quomodo non p̄batis?

Quid aūt et a vobis ipsis nō iudicatis qd iustū est? Cum aūt vadis cum adversario tuo ad principē in via: da operam liberari ab illo: ne forte trahat te ad iudicē: et iudex tradat te exactori: et exactor mittat te in carcerem. Dico tibi: non exies inde donec etiam novissimum minutum reddas. c. xiii.

Aderant aūt quidā ipō in tēpore nunciātes illi de galileis: quorū sanguinē pilatus miscuit cū sacrificijs eorū. Et respondens dixit illis. Putatis q hij galilei pre omnibꝫ galileis peccatores fuerīt quia talia passi sūt? Non dico vobis: sed nisi penitentiam habueritis omnes similit̄ peribitis: sicut illi decem ⁊ octo supra quos cecidit turris in syloā ⁊ occidit eos. Putatis quia ⁊ ipi debitores fuerint p̄ter oīnes homines habitantes in iherusalem? Non dico vobis: sed si non penitentiam habueritis omnes similiter peribitis. Dicebat aūt ⁊ similitudinē. Arborem fici habebat quidā plantatā ī vinea sua: et venit querens fructū in illa: ⁊ non invenit. Dixit aūt ad cultorem vinee. Ecce āni tres sunt ex quo venio querens fructū in ficulnea hac: et non invenio. Succide ergo illā. Ut quid etiā terrā occupat? At ille respondēs dixit illi. Domine: dimitte illā et hoc anno usqꝫ dum fodiā circa illā ⁊ mittam stercora. Et siquidē fecerit fructū: sin autē in futurū succides eā. Erat aūt docens in synagoga eorū sabbatis. Et ecce mulier que habebat spiritum infirmitatis annis decem ⁊ octo: et erat inclinata: nec omnino poterat sursum respicere. Quam cū videret ihesus vocavit eam ad se: et ait illi. Mulier: dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus: et confestim erecta est: et glorificabat deum. Respondēs aūt archisynagogus: indignans q̄a sabbatis curasset ihesus: dicebat turbe. Sex dies sunt in quibus oportet operari. In hijs ergo venite ⁊ curamini: et non in die sabbati. Respondēs aūt ad illū dñs dixit. Ypocrite unusquisqꝫ vestrū sabbato nō solvit bovē suū aut asinū a presepio et ducit adaquare? Hanc aūt filiā abrahe quā alligavit sathanas ecce decem et octo annis: non oportuit solvi a vinculo isto die sabbati? Et cum hec diceret erubescebāt omnes adversarij eius: et omnis populus gaudebat in universis q̄ gloriose fiebāt ab eo. Dicebat ergo. Cui simile est regnū dei: et cui simile estimabo illud? Simile ē grano sinapis: qd acceptū homo misit in ortum suū ⁊ crevit: ⁊ factū est in arborem magnam: et volucres celi requieverūt in ramis eius. Et iterū dixit. Cui simile estimabo regnū dei? Simile est fermēto qd acceptū mulier abscondit in farine sata tria: donec fermentaret̄ totū. Et ibat p civitates ⁊ castella docens: et iter faciens in iherusalē. Ait aūt illi quidā. Dñe: si pauci sūt q̄ salvāt̄? Ipe aūt dixit ad illos. Cōtendite intrare per angustā portam: quia multi dico vobis querūt intrare: ⁊ non poterunt. Cum aūt intraverit paterfamilias et clauserit ostiū et incipietis foris stare: et pulsare ostiū dicentes: Dñe aperi nobis; et respōdens dicet vobis. Nescio vos unde sitis. Tunc incipietis dicere. Mādicavimꝰ corā te et bibimꝰ: et in plateis nostris docuisti. Et dicet vobis. Nescio vos unde sitis. Discedite a me oīnes operarij iniquitatis. Ibi erit fletus ⁊ stridor dentiū: cū videritis abraham et ysaac et iacob et omnes

prophetas in regno dei: vos autem
expelli foras. Et venient ab oriente et
occidente et aquilone et austro: et accū-
bent in regno dei. Et ecce sunt novissi-
mi qui erant primi: et sunt primi qui
erant novissimi. In ipā die accesserūt
quidā phariseorꝫ dicentes illi. Exi et
vade hinc: quia herodes vult te occi-
dere. Et ait illis. Ite et dicite vulpi illi.
Ecce eicio demonia ⁊ sanitates pficio
hodie et cras: et tercia die consumor.
Verūtamē oportet me hodie ⁊ cras et
sequenti ambulare: q̄a nō capit ꝓphe-
tam perire extra iherusalē. Iherusalem
iherusalē que occidis ꝓphetas et lapi-
das eos qui mittunt̄ ad te. Quotiēs
volui congregare filios tuos quēad-
modū avis nidū suū sub pennis: et
noluisti. Ecce relinquetur vobis do-
mus vr̄a deserta. Dico aūt vobis: q̄a
nō videbitis me donec veniat cū dicetis:
benedictꝰ q̄ venit ī noīe dn̄i. c. xiiii.
Et factū est cū introisset ihesus in
domū cuiusdam principis pha-
riseorꝫ sabbato manducare panem: ⁊
ipī observabāt eū. Et ecce quidā ydro-
picus erat ante illū. Et respōdens ihe-
sus: dixit ad legisperitos ⁊ phariseos
dicens. Si licet sabbato curare? At il-
li tacuerūt. Ipe vero apphensum sana-
vit eū: ac dimisit. Et respondens ad
illos dixit. Cuiꝰ vestrum asinus aut
bos in puteū cadet: et non continuo
extrahet illū die sabbati? Et non pote-
rant ad hec respondere illi. Dicebat
aūt ⁊ ad invitatos parabolam: inten-
dens quomō primos accubitus elige-
rent: dicens ad illos. Cum invitatus
fueris ad nuptias: non discumbas ī
primo loco: ne forte honoratior te sit
invitatus ab illo: ⁊ veniens is qui te
et illū vocavit: dicat tibi da huic locū:
et tunc incipias cum rubore novissi-
mum locū tenere. Sed cum vocatus
fueris vade recumbe in novissimo lo-
co: ut cū venerit qui te invitavit dicat
tibi. Amice ascende superiꝰ. Tunc erit
tibi gloria corā simul discumbentibꝫ:
quia omīs qui se exaltat humiliabit̄:
et qui se humiliat exaltabit̄. Dicebat
aūt ⁊ ei qui se invitaverat. Cum facis
prandiū aut cenā: noli vocare amicos
tuos: neqꝫ fratres tuos neqꝫ cognatos:
neqꝫ vicinos divites: ne forte et ipsi te
reinvitent: et fiat tibi retributio. Sed
cū facis cōvivīū voca pauperes debi-
les claudos et cecos et beatus eris: q̄a
non habent retribuere tibi. Retribuet̄
aūt tibi in resurrectione iustorꝫ. Hec cū
audisset quidā de simul discūbentibꝫ
dixit illi. Beatus qui mādūcabit pa-
nem in regno dei. At ipe dixit ei. Ho-
mo quidā fecit cenā magnā: et voca-
vit multos. Et misit servū suū hora
cene dicere invitatis ut venirent: quia
iam parata sunt omnia. Et ceperunt
simul omnes excusare. Primus dixit
ei. Villam emi: et necesse habeo exire ⁊
videre illā. Rogo te: habe me excusatū.
Et alter dixit. Iuga boū emi quinqꝫ: et
eo ꝓbare illa. Rogo te: habe me excu-
satū. Et alius dixit. Vxorem duxi: et i-
deo non possum venire. Et reversus
servus nunciavit hec dn̄o suo. Tunc
iratus paterfamilias dixit servo suo.
Exi cito in plateas ⁊ vicos civitatis: ⁊
pauperes ac debiles ⁊ cecos et claudos
introduc huc. Et ait servus. Domine:
factū est ut imperasti: et adhuc locus
est. Et ait dn̄s servo. Exi in vias et se-
pes ⁊ cōpelle intrare: ut impleatur do-
mus mea. Dico aūt vobis: q nemo
virorꝫ illorū qui vocati sunt gustabit
cenam meā. Ibant aūt turbe multe

rum eo: et cōuersus dixit ad illos. Si
quis uenit ad me et nō odit patrē suū
et matrē · et uxorē et filios et fratres et
sorores · adhuc aūt ⁊ animā suā: nō
potest meus esse discipulus. Et q̄ non
baiulat crucem suā et uenit post me:
non potest meus esse discipulus. Quis
enim ex uobis uolēs turrim edificare
non prius sedēs computat sumptus
qui necessarii sunt · si habeat ad pficiē-
dum: ne postea quā posuerit fundamē-
tum · et nō potuerit pficere · omnes qui
uidēt incipiant illudere ei dicentes · q̄a
hic homo cepit edificare et nō potuit
consūmare? Aut quis rex iturus cōmit-
tere bellū aduersus aliū regem: non se-
dens prius cogitat si possit cū decem
milibus occurrere ei · qui cū uiginti mili-
bus uenit ad se? Alioquin adhuc il-
lo lōge agente: legationē mittens ro-
gat ea q̄ pacis sunt. Sic ergo omnis
ex uobis qui non renūciat omnibus
que possidet: non potest meus esse
discipulus. Bonum est sal. Si autem
sal quoq; euanuerit: in quo condie-
tur? Neq; in terram neq; in sterquili-
niū utile est: sed foras mittetur. Qui
habet aures audiēdi audiat. c. xv.

Erant autem appropinquātes ei
publicani et peccatores: ut audi-
rent illū. Et murmurabāt pharisei et
scribe dicentes: quia hic peccatores re-
cipit et mādicat cū illis. Et ait ad il-
los parabolā istā dicēs. Quis ex uo-
bis homo qui habet centum oues: et
si pdiderit unā ex illis · nōne dimittit
nonagintanouem in deserto et uadit
ad illā q̄ perierat donec inueniat illā?
Et cum inuenerit eā · imponit i hume-
ros suos gaudēs: et ueniens domū
cōuocat amicos ⁊ uicinos dicēs illis.
Congratulamini michi: quia inueni
ouē meā q̄ perierat. Dico uobis: ita
gaudiū erit in celo sup uno peccatore
penitentiā agente: q̄ʒ supra nonagin-
tanouē iustis qui non indigent peni-
tentia. Aut q̄ mulier habēs dragmas
decem: si pdiderit dragmā unā · nōne
accendit lucernā ⁊ euertit domū ⁊ que-
rit diligenter · donec inueniat eā? Et
cum inuenerit: conuocat amicas ⁊ ui-
cinas dicēs. Congratulamini michi:
quia inueni dragmā quā pdideram.
Ita dico uobis: gaudiū erit corā an-
gelis dei sup uno peccatore penitenti-
am agente. Ait aūt. Homo quidam
habuit duos filios: ⁊ dixit adolescen-
tior ex illis patri. Pater: da michi por-
tionē substantie que me contingit. Et
diuisit illis substantiā. Et non post
multos dies · cōgregatis omnibus adoles-
centior filius peregre pfectus est i regio-
nem lōginquā: ⁊ ibi dissipauit substā-
tiam suā uiuendo luxuriose. Et post-
q̄ʒ omnia consūmasset: facta ē fames
ualida in regione illa: ⁊ ipse cepit ege-
re. Et abiit et adhesit uni ciuiū regio-
nis illius: ⁊ misit illū in uillā suā ut
pasceret porcos. Et cupiebat implere
uentrē suū de siliquis quas porci mā-
ducabāt: ⁊ nemo illi dabat. In se aūt
reuersus dixit. Quanti mercennarii i
domo patris mei abundant panibus:
ego aūt hic fame pereo. Surgam et
ibo ad patrem meū: et dicā ei pater: pec-
caui in celū ⁊ corā te: iam non sum di-
gnus uocari filius tuus: fac me sicut
unū de mercennariis tuis. Et surgens
uenit ad patrem suū. Cū aūt adhuc
lōge esset · uidit illū pater ipsius: ⁊ mise-
ricordia motus est: ⁊ accurrens cecidit
sup collū eius · ⁊ osculatus est eū. Dixitq;
ei filius. Pater: peccaui in celū et corā
te: iam non sum dignus uocari filius

tuus. Dixit aūt pater ad servos suos.
Cito pferte stolam primā· et induite
illū: et date anulū in manū eius: et
calciamēta in pedes eius. Et adduci-
te vitulū saginatū ⁊ occidite· ⁊ mādu-
cemus et epulemur: quia hic fili⁹ me⁹
mortuus fuerat et revixit: perierat et
inventus est. Et ceperūt epulari. Erat
aūt filius ei⁹ senior in agro. Et cū ve-
niret ⁊ appropinquaret domui· audi-
vit symphoniā et chorum: et vocavit
unum de servis: et interrogavit quid
hec essent. Isq; dixit illi. Frater tuus
venit: et occidit pater tuus vitulum
saginatū: quia salvū illū recepit. In-
dignatus est aūt: et nolebat introire.
Pater ergo illius egressus cepit roga-
re illū. At ille respondens dixit patri
suo. Ecce tot annis servio tibi: ⁊ nun-
q̄ mandatū tuū p̄terivi: et nunq̄ dedi-
sti michi hedum ut cum amicis me-
is epularer. Sed postq̄ fili⁹ tuus hic
qui devoravit substantiā suā cū mere-
tricibus venit: occidisti illi vitulū sagi-
natū. At ip̄e dixit illi. Fili tu semp me-
cum es: et omnia mea tua sunt. Epu-
lari aūt et gaudere oportebat: quia
frater tuus hic mortuus erat et revi-
xit: perierat et inventus est. c. xvi.

Dicebat aūt et ad discipulos suos.
Homo quidā erat dives q̄ ha-
bebat villicū: et hic diffamatus est a-
pud illū: quasi dissipasset bona ip̄ius.
Et vocavit illum: et ait illi. Quid hoc
audio de te? Redde rationē villicatio-
nis tue. Iam enim non poteris villi-
care. Ait aūt villicus intra se. Quid
faciā: quia domin⁹ meus aufert a me
villicationē? Fodere non valeo: men-
dicare erubesco. Scio quid faciā: ut
cum amotus fuero a villicatione: re-
cipiāt me i domos suas. Cōvocatis
itaq; singulis debitoribȝ dn̄i sui: dice-
bat primo. Quantū debes dn̄o meo?
At ille dixit. Centū cados olei. Dixit
q; illi. Accipe cautionē tuā: et sede cito
scribe quinquaginta. Deinde alio di-
xit. Tu vero quantum debes? Qui ait.
Centū choros tritici. Ait illi. Accipe
lr̄as tuas: ⁊ scribe octoginta. Et lau-
davit domin⁹ villicum iniquitatis q̄a
prudenter fecisset: quia filij hui⁹ seculi
prudentiores filijs lucis in generatio-
ne sua sunt. Et ego vobis dico. Faci-
te vobis amicos de māmona iniqui-
tatis: ut cum defeceritis recipiant vos
in eterna tabernacula. Qui fidelis est
in minimo et in maiori fidelis est: et
qui in modico iniquus est· et in ma-
iori iniquus ē. Si ergo in iniquo mā-
mona fideles non fuistis: qd̄ verū est
quis credet vobis? Et si in alieno fide-
les nō fuistis: qd̄ vr̄m ē quis dabit vo-
bis? Nemo servus potest duobus do-
minis servire. Aut enim unū odiet· ⁊
alterū diliget: aut uni adherebit ⁊ alte-
rum contemnet. Non potestis deo ser-
vire ⁊ māmone. Audiebāt aūt om̄ia
hec pharisei qui erant avari: et deride-
bant illū. Et ait illis. Vos estis q̄ iu-
stificatis vos corā hominibȝ: deus
aūt novit corda vestra. Quia qd̄ ho-
minibus altum est: abominatio est
ante deū. Lex et prophete usq; ad io-
hannē: ex eo regnū dei evangelizat:
et omnis in illud vim facit. Facilius
est aūt celū et terrā p̄terire: q̄ de lege u-
num apicem cadere. Om̄is q̄ dimittit
uxorem suā· et alterā ducit mechatur:
et qui dimissam a viro ducit mechat̄.
Homo quidam erat dives qui indue-
batur purpura ⁊ bisso: ⁊ epulabatur
quotidie splendide. Et erat quidam
mendic⁹ nomine lazarus: qui iacebat

ad ianuā eius ulceribus plenus· cupi-
ens saturari de micis que cadebāt de
mēsa diuitis: ⁊ nemo illi dabat. Sed
et canes veniebāt: et lingebāt ulcera e-
ius. Factū est aūt ut moreretur mēdi-
cus: ⁊ portaretur ab angelis in sinū
abrahe. Mortu⁹ ē aūt et diues: et se-
pultus est in inferno. Eleuās aūt ocu-
los suos cū esset in tormentis: uidit
abraham a longe· et lazarū in sinu e-
ius: et ipe clamās dixit. Pater abra-
ham miserere mei: et mitte lazarū ut
intinguat extremū digiti sui ī aqua· ut
refrigeret linguā meā: quia crucior in
hac flāma. Et dixit illi abraham. Fi-
li recordare quia recepisti bona ī vita
tua: et lazarus similiter mala. Nunc
aūt hic cōsolat̄: tu vero cruciaris. Et
in hijs omnibus inter nos et vos ca-
hos magnū firmatū ē: ut hij qui vo-
lunt hinc trāsire ad vos nō possīnt:
neq; inde huc trāsmeare. Et ait. Rogo
ergo te pater: ut mittas eū ī domū pa-
tris mei. Habeo enim quinq; fratres: ut
testetur illis ne ⁊ ipi veniāt ī hūc locū
tormentoꝝ. Et ait illi abraham. Ha-
bent moysen et ꝓphetas: audiāt illos.
At ille dixit. Nō pater abraham: sed
si quis ex mortuis ierit ad eos penitē-
tiam agent. Ait aūt illi. Si moysen ⁊
prophetas non audiūt: neq; si quis
ex mortuis resurrexerit credent. c. xvii.
Et ad discipulos suos ait. Impos-
sibile ē ut nō veniant scandala.
Ve aūt illi ꝑ quē veniūt. Utilius est
illi si lapis molaris imponatur circa
collum eius· et ꝓiciatur in mare: q̄
ut scādalizet unū de pusillis istis. At-
tendite vobis. Si peccauerit in te fra-
ter tuus· increpa illū: et si penitentiā e-
gerit dimitte illi. Et si septies ī die pec-
cauerit in te: et septies in die cōuersus
fuerit ad te dicens· penitet me: dimitte
illi. Et dixerūt apostoli dn̄o. Adauge
nobis fidē. Dixit aūt dn̄s. Si habe-
retis fidē sicut granū sinapis: diceretis
huic arbori moro eradicare et trans-
plantare in mare: et obediret vobis.
Quis autē vestrū habens seruū aran-
tem aut pascentē boues qui regresso
de agro dicat illi statim transi recūbe:
et non dicit· para q̄ cenem ⁊ p̄cinge te
et ministra michi donec māducem et
bibam· ⁊ post hec tu manducabis ⁊
bibes? Nūquid gratiā habet seruo il-
li: quia fecit que ei imperauerat? Non
puto. Sic et vos cū feceritis omnia q̄
p̄cepta sunt vobis dicite: serui inutiles
sum⁹. Quod debuim⁹ facere fecimus.
Et factū est dum iret ī iherusalē: transi-
ebat ꝑ mediā samariā et galileā. Et
cum ingrederet̄ qddā castellū: occurre-
runt ei decem viri leprosi. Qui steterūt
ā longe: ⁊ leuauerūt vocem dicentes.
Ihesu p̄ceptor: miserere nostri. Quos
ut vidit dixit. Ite: ostendite vos sacer-
dotibz. Et factū est dum irent: mūdati
sunt. Unus aūt ex illis ut vidit quia
mūdatus est: regressus est cū magna
voce magnificās deū. Et cecidit in fa-
ciem ante pedes ei⁹: gratias agens. Et
hic erat samaritan⁹. Respōdens aūt
ihesus dixit. Nōne decem mūdati sunt?
Et nouē ubi sunt? Non est inuentus
qui rediret· ⁊ daret gloriā deo: nisi hic
alienigena. Et ait illi. Surge vade:
q̄a fides tua te saluū fecit. Interroga-
tus aūt a phariseis quando venit re-
gnum dei: respōdit eis, dixit. Non
venit regnū dei cū obseruatione: neq;
dicent ecce hic aut ecce illic. Ecce enim
regnū dei intra vos est. Et ait ad disci-
pulos suos. Venient dies quando
desideretis videre unū diem filij hoīs:

et nō videbitis. Et dicent vobis. Ecce
hic et ecce illic. Nolite ire: neq; sectemi-
ni. Nam sicut fulgur choruscans de
sub celo ī ea que sub celo sunt fulget:
ita erit filius hoīs in die sua. Primū
aūt oportet illū multa pati: ⁊ reproba-
ri a generatione hac. Et sicut factū est
in diebȝ noe: ita erit et in diebȝ filij ho-
minis. Edebāt et bibebāt· uxores du-
cebāt· ⁊ dabant̄ ad nuptias· usq; in
diem qua intravit noe in archam: et
venit diluviū ⁊ pdidit omnes. Simi-
liter sicut factū est ī diebȝ loth. Edebāt
et bibebant ⁊ vendebāt plantabāt et
edificabāt: qua die aūt exijt loth a zo-
domis· pluit ignem ⁊ sulphur de celo:
et oīnes pdidit. Scdm hec erit qua di-
e fili⁹ hoīs revelabit̄. In illa hora q̄ fue-
rit in tecto· et vasa eius in domo ne de-
scendet tollere illa: et qui in agro: simi-
liter non redeat retro. Memores esto-
te uxoris loth. Quicumq; quesierit ani-
mam suā salvā facere pdet illam. Et
quicūq; pdiderit illā: vivificabit eam.
Dico vobis: in illa nocte erūt duo in
lecto uno: unus assumetur et alter re-
linquetur. Due erūt molentes ī unū:
una assumet̄ ⁊ altera relinquet̄. Duo
in agro: unus assumetur: ⁊ alter relin-
quet̄. Respōdētes dicūt illi. Ubi dn̄e?
Qui dixit illis. Ubicūq; fuerit corp⁹ il-
luc cōgregabūtur ⁊ aquile. c. xviii.

Dicebat aūt ⁊ parabolā ad illos:
quoniā oportet semp orare et
nō deficere: dicens. Iudex quidā erat
in quadā civitate: qui deū nō timebat
et hominē nō reverebat̄. Vidua autē
quedā erat in civitate illa: et veniebat
ad eū dicens. Vindica me de adversa-
rio meo. Et nolebat per multū temp⁹.
Post hec aūt dixit intra se. Et si deū
nō timeo nec hominē revereor: tamē
quia molesta est michi hec vidua vin-
dicabo illā: ne in novissimo veniens
suggillet me. Ait aūt dn̄s. Audite
quid iudex iniquitatis dicit. De⁹ aūt
nō faciet vindictā electoꝝ suoꝝ clamā-
tiū ad se die ac nocte: et patientiā habe-
bit in illis? Dico vobis: quia cito faci-
et vindictā illoꝝ. Verūtamē fili⁹ ho-
minis veniens: putas inveniet fidem
in terra? Dixit aūt ⁊ ad quosdā qui i
se confidebāt tanq̄ iusti ⁊ aspnaban-
tur ceteros parabolā istā. Duo hoīes
ascendebāt in templū ut orarent: un⁹
phariseus ⁊ alter publican⁹. Pharise-
us stans· hec apud se orabat. Deus
gratias ago tibi: quia non sum sicut
ceteri hominū· raptores· iniusti· adul-
teri: velut etiā hic publican⁹. Ieiuno
bis in sabbato: decimas do omniū q̄
possideo. Et publican⁹ alonge stans
nolebat nec oculos ad celū levare: sed
percutiebat pectus suū dicens. De⁹ pici-
us esto michi peccatori. Dico vobis:
descendit hic iustificatus in domum
suā ab illo: quia oīnis qui se exaltat
humiliabitur: et qui se humiliat exal-
tabit̄. Afferebant aūt ad illū ⁊ infan-
tes: ut eos tangeret. Quod cū viderēt
discipli increpabant illos. Ihesus aūt
cōvocās illos dixit. Sinite pueros ve-
nire ad me: et nolite vetare eos. Taliū
est enim regnū dei. Amen dico vobis:
quicūq; nō acceperit regnum dei sicut
puer· non intrabit in illud. Et interro-
gavit eum quidam princeps dicens.
Magister bone: quid faciens vitā eter-
nam possidebo? Dixit aūt ei ihesus.
Quid me dicis bonū? Nemo bon⁹ nisi
solus deus. Mandata nosti. Nō occi-
des: non mechaberis· nō furtū facies·
nō falsum testimoniū dices: honora
patrē tuū et matrē. Qui ait. Hec omia

custodiui a iuuentute mea. Quo audi-
to ihesus: ait ei. Adhuc unū tibi deest.
Omnia queq; habes vende et da
pauperibus: et habebis thesaurū in celo:
et veni sequere me. His ille auditis
contristat⁹ est: quia dives erat valde.
Videns aūt ihesus illū tristē factū dixit.
Quā difficile qui pecunias habent in
regnū dei intrabūt. Facilius est enim
camelū p foramen acus transire: q̄ di-
uitem intrare in regnū dei. Et dixerūt
qui audiebāt. Et quis potest saluus
fieri? Ait illis. Que impossibilia sunt
apud homines: possibilia sunt apud
deū. Ait aūt petrus. Ecce nos dimisi-
mus omnia: et secuti sum⁹ te. Qui di-
xit eis. Amen dico vobis: nemo est q̄
reliquit domū aut parentes aut fra-
tres aut uxorem aut filios ꝓpter regnū
dei et non recipiat multo plura ī hoc
tempore: et in seculo venturo vitā eter-
nam. Assūpsit aūt ihesus duodecim:
et ait illis. Ecce ascendimus iherosoli-
mam: et cōsumabunt omīa q̄ scripta
sunt per prophetas de filio hominis.
Tradetur enī gentibus et illudetur ⁊ flagel-
labit̄: et cōspuetur: et postq̄ flagella-
uerint occident eū: et die tercia resur-
get. Et ipi nichil hor̄ intellexerunt. Et
erat verbū istud absconditū ab eis: et
nō intelligebāt que dicebātur. Factū
est autē cū appropinquaret ihericho:
cecus quidā sedebat secus viā mendi-
cans. Et cū audiret turbā ptereūtem:
interrogabat quid hoc esset. Dixerūt
aūt ei: q ihesus nazaren⁹ trāsiret. Et
clamauit dicens. Ihesu fili dauid: mi-
serere mei. Et qui pibant increpabant
eū ut taceret. Ipe vero multomagis cla-
mabat: fili dauid miserere mei. Stās
aūt ihesus: iussit illū adduci ad se. Et
cum appropinquasset: interrogauit
illū dicens. Quid tibi vis faciam? At
ille dixit. Dñe ut videā. Et ihesus di-
xit ei. Respice. Fides tua te saluū fecit.
Et confestim vidit: et sequebatur il-
lum magnificās deū. Et omīs plebs
ut vidit dedit laudem deo. c. xix.
Et ingressus pābulabat ihericho.
Et ecce vir noīe zacheus: et hic
pīceps erat publicanor̄: et ipe dives.
Et querebat videre ihesum quis esset:
et non poterat pre turba: quia statu-
ra pusillus erat. Et pcurrens ascendit
in arborem sicomor̄ ut videret eū: q̄a
inde erat trāsitur⁹. Et cū venisset ad lo-
cum: suspiciēs ihesus vidit illū: ⁊ dixit
ad eū. Zachee festinās descende: quia
hodie in domo tua oportet me mane-
re. Et festinās descendit: et excepit illū
gaudēs. Et cū viderent omēs murmu-
rabāt dicentes: q ad hominē peccato-
rem divertisset. Stans autē zacheus
dixit ad ihesum. Ecce dimidiū bonor̄
meor̄ dñe do pauperibus: et si qd aliquē
defraudaui reddo quadruplum. Ait
ihesus ad eum. Quia hodie salus do-
mui huic facta est: eo q ipse filius sit
abrahe. Venit enī fili⁹ hoīs querere ⁊
saluū facere qd perierat. Hec illis audi-
entibus adiciēs dixit parabolā: eo q
esset ꝓpe iherusalē: ⁊ quia existimarent
q cōfestim regnū dei manifestaretur.
Dixit ergo. Homo quidā nobilis ab-
iit in regionē longinquā accipere sibi
regnū: ⁊ reuerti. Vocatis aūt decem ser-
uis suis: dedit eis decem mnas: et ait
ad illos. Negociamini dū venio. Ci-
ues aūt ei⁹ oderāt eū: et miserūt legati-
onem post illum dicentes. Nolumus
hunc regnare sup nos. Et factū est ut
rediret accepto regno: et iussit vocari
seruos quibus dedit pecuniā: ut sciret
quātū quisq; negociatus esset. Venit

autē prim⁹ dicens. dñe: mna tua decē
mnas acquisiuit. Et ait illi. Euge bo-
ne serue: quia in modico fuisti fidelis:
eris potestatem habens supra decem
ciuitates. Et alter uenit dicens. Dñe:
mna tua fecit quinq; mnas. Et huic a-
it. Et tu esto sup quinq; ciuitates. Et al-
ter uenit dicens. Dñe ecce mna tua:
quā habui repositā ī sudario. Timui
enim te quia homo austerus es: tollis
quod nō posuisti. et metis qd non se-
minasti. Dixit ei. De ore tuo te iudico
serue nequā. Sciebas q ego homo
austerus sum tollens qd non posui: et
metens qd nō seminaui: Et quare nō
dedisti pecuniā meā ad mensam: et e-
go ueniēs cum usuris utiq; exegissem
illud? Et astantibꝫ dixit. Auferte ab
illo mnam: et date illi q decē mnas ha-
bet. Et dixerunt ei. Dñe: habet decem
mnas. Dico aūt uobis: qa omni ha-
bēti dabit̄ et abūdabit: ab eo aūt q nō
habet. & qd habet. auferet̄ ab eo. Verū-
tamē inimicos meos illos qui nolue-
runt me regnare sup se adducite huc:
et interficite āte me. Et hijs dictis pre-
cedebat ascendens iherosolimā. Et fa-
ctum est cū appropinquasset ad beth-
phage et bethaniam. ad mōtem qui
uocat̄ oliueti: misit duos discipulos
suos dicēs. Ite ī castellū qd cōtra uos
est. In qd introeūtes. inuenietis pullū
asine alligatū: cui nemo unq̄ hoīm
sedit. Soluite illum: et adducite. Et si
quis uos interrogauerit quare solui-
tis. sic dicetis ei: Quia dñs operā eius
desiderat. Abierūt aūt qui missi erāt:
et inuenerunt sicut dixit illis stantem
pullū. Soluentibꝫ aūt illis pullū: di-
xerūt dñi eius ad illos. Quid soluitis
pullū? At illi dixerūt. Quia dominꝰ
eum necessariū habet. Et duxerūt illū
ad ihesum. Et iactātes uestimēta sua
supra pullū: imposuerūt ihesum. Eūte
autē illo substernebāt uestimēta sua ī
uia. Et cū appropinquaret iā ad descē-
sum mōtis oliueti: ceperūt omēs tur-
be descendentium gaudentes laudare
deū uoce magna sup omnibus quas
uiderāt uirtutibꝫ dicentes. Benedictꝰ
qui uenit rex in noīe dñi: pax in celo &
gloria ī excelsis. Et quidā phariseoꝝ
de turbis dixerunt ad illū. Magister
increpa discipulos tuos. Quibus ipse
ait. Dico uobis: quia si hij tacuerint
lapides clamabunt. Et ut appropin-
quauit: uidens ciuitatē fleuit sup illā
dicens. Quia si cognouisses et tu. Et
quidē ī hac die tua q ad pacē tibi: nūc
aūt abscōdita sūt ab oclis tuis. Quia
uenient dies in te. & circundabūt te ini-
mici tui uallo: et circundabūt te. et co-
angustabūt te undiq;: et ad terrā pro-
sternēt te. et filios tuos qui in te sunt.
Et nō relinquent in te lapidē sup lapi-
dem: eo q nō cognoueris tempus uisi-
tatōnis tue. Et ingressus in templum
cepit eicere uendētes & ementes: dicens
illis. Scriptū est: quia domꝰ mea do-
mus oratōnis est. Vos aūt fecistis il-
lam speluncā latronū. Et erat docens
cotidie in templo. Principes aūt sa-
cerdotum et scribe et principes plebis
querebāt illū perdere: et nō inueniebāt
quid facerent illi. Omnis enī ppłus sus-
pensus erat audiens illum. c. xx.
Et factum est in una dierū docen-
te illo pplm in templo & euange-
lizante: cōuenerūt principes sacerdotū
et scribe cū senioribꝫ: et aiunt dicentes
ad illū. Dic nobis in qua potestate hec
facis. Aut quis est qui dedit tibi hāc
potestatem? Respōdens aūt ihesus di-
xit ad illos. Interrogabo uos et ego

vnū verbū. Respondete michi. Baptis-
mum iohannis de celo erat: an ex ho-
minibꝫ? At illi cogitabant inter se di-
centes. Quia si dixerim⁹ de celo dicet.
Quare ergo nō credidistis illi? Si au-
tem dixerim⁹ ex hominibꝫ: plebs vni-
uersa lapidabit nos. Certi sunt enim
iohānem prophetā esse. Et responde-
runt se nescire vnde esset. Et ihesus a-
it illis. Neqꝫ ego dico vobis: in qua
potestate hec facio. Cepit aūt dicere
ad plebem parabolā hāc. Homo plā-
tauit vineā ⁊ locauit eam colonis: et
ipse peregre fuit multis temporibꝫ. Et
in tempore misit ad cultores seruū: ut
de fructu vinee darent illi. Qui cesum
dimiserūt eum inanē. Et addidit al-
terū seruū mittere. Illi aūt hunc quoqꝫ
cedentes et afficientes cōtumelia: dimi-
serūt inanem. Et addidit terciū mitte-
re: qui ⁊ illū vulnerātes eiecerūt. Dixit
aūt dūs vinee. Quid faciā? Mittā fili-
um meū dilectū: forsitan cū hunc vide-
rint verebuntur. Quem cum vidissent
coloni: cogitauerunt inter se dicentes.
Hic est heres. Occidam⁹ illū: ut nr̄a fi-
at hereditas. Et eiectū illū extra vineā
occiderunt. Quid ergo faciet illis dūs
vinee? Veniet ⁊ pdet colonos istos: ⁊
dabit vineā aliis. Quo audito dixerūt
illi. Absit. Ille aūt aspiciens eos ait.
Quid ē ergo hoc qđ scriptū ē. lapidem
quē reprobauerūt edificātes hic fact⁹ ē
i caput āguli? Omnis q ceciderit supra
illū lapidē cōquassabit: supra quē au-
tem ceciderit cōminuet illū. Et qrebāt
principes sacerdotū et scribe mittere i
illū man⁹ illa hora: ⁊ timuerūt plim.
Cognouerūt eni qꝛ ad ipos dixerit si-
militudinē hanc. Et obseruātes mise-
runt insidiatores q se iustos simula-
rent: ut caperēt eū i sermone: et traderēt

illū principatui ⁊ potestati p̄sidis. Et
interrogauerūt eū dicentes. Magister
scim⁹ quia recte dicis ⁊ doces: et non
accipis psonam: sed viā dei in veritate
doces. Licet nobis dare tributū cesari
an nō? Considerans aūt dolū illorū
dixit ad eos. Quid me temptatis? Osten-
dite michi denariū. Cui⁹ habet ymagi-
nem ⁊ inscriptionē? Respōdentes dixe-
runt. Cesaris. Et ait illis. Reddite er-
go q sunt cesaris cesari: et q sūt dei deo.
Et non potuerūt verbū ei⁹ rephendere
corā plebe: et mirati in responso eius
tacuerūt. Accesserunt aūt quidā sadu-
ceorꝫ. qui negant esse resurrectionē: et
interrogauerūt eū dicentes. Magister.
moyses scripsit nobis: si frater alicui⁹
mortuus fuerit habens vxorem. ⁊ hic
sine liberis fuerit: ut accipiat eā frater
eius vxorem: et suscitet semē fratri suo.
Septem ergo fratres erant: ⁊ primus
accepit vxorem et mortu⁹ est sine filiis.
Et sequens accepit illā: et ipse mortuus
est sine filio. Et tercius accepit illā: si-
militer ⁊ omnes septem: ⁊ non relique-
runt semē: et mortui sunt. Nouissime
omniū mortua est et mulier. In resur-
rectione ergo cui⁹ eorꝫ erit vxor? Siqui-
dem septem habuerūt eam vxorē. Et
ait illis ihesus. Filii hui⁹ seculi nubūt
et traduntur ad nuptias: illi vero q di-
gni habebunt seculo illo. et resurrecti-
one ex mortuis neqꝫ nubent neqꝫ ducēt
vxores: neqꝫ ultra mori poterūt. Equa-
les enim angelis sunt: et filii sunt dei:
cū sint filii resurrectionis. Quia vero
resurgant mortui: ⁊ moyses ostendit
sec⁹ rubū: sicut dicit dūm deū abrahā
et deū ysaac. et deū iacob. Deus autem
non est mortuorꝫ sed viuorꝫ. Omnes
enī viuunt ei. Respondētes aūt quidā
scribarꝫ dixerūt ei. Magister bene dixisti.

Et amplius non audebant eū quicq̄
interrogare. Dixit aūt ad illos. Quo-
modo dicūt xp̄m filiū david esse: ⁊ ipe
david dicit ī libro psalmoꝝ. Dixit do-
min⁹ dn̄o meo sede a dextris meis · do-
nec ponā inimicos tuos scabellū pedū
tuoꝝ? David ergo dn̄m illū vocat: et
quomō filius eius est? Audiente aūt
omni ꝑplo dixit discipl'is suis. Atten-
dite a scribis qui volūt ambulare in
stolis · et amant salutatōnes in foro:
et primas kathedras in synagogis:
et pmos discubitus in cōuiuijs. Qui
devorāt domos viduarū: simulan-
tes longam orationem. Hij accipient
damnationem maiorem. c. xxi.

Respiciens aūt vidit eos qui mit-
tebāt munera sua ī gazophilaci-
um divites. Vidit aūt ⁊ quādā vidu-
am paupculā mittentem era minuta
duo. Et dixit. Vere dico vobis: q̄a vi-
dua hec paup plus q̄ om̄es misit. Nā
om̄es hij ex abundanti sibi miserunt
in munera dei: hec autem ex eo q̄ de-
est illi omnē victum suū quē habuit
misit. Et quibusdā dicentib; de tēplo
q̄ bonis lapidib; et donis ornatum
esset · dixit. Hec que videtis: venient dies
in quibus non relinquet̄ lapis sup la-
pidē qui nō destruat̄. Interrogauerūt
autem illū dicētes. Preceptor quando
hec erūt: et qd̄ signū cū fieri incipient?
Qui dixit. Videte ne seducamini. Mul-
ti enim venient in noīe meo dicentes
quia ego sum: et tempus appropinqua-
uit. Nolite ire post eos: cū aūt audie-
ritis prelia et sediciones · nolite terreri.
Oportet primū hec fieri: sed nondum
statim finis. Tunc dicebat illis. Sur-
get gens contra gentem et regnū adu-
sus regnū: et terremot⁹ magni erūt p
loca · ⁊ pestilentie ⁊ fames: terroresq; de
celo · ⁊ signa magna erūt. Sed āte hec
omnia inicient vobis manus suas:
et psequent̄ tradentes in synagogas ⁊
custodias: trahentes ad reges ⁊ p̄sides
propter nomē meū. Continget autem
vobis in testimoniū. Ponite ergo in
cordibus vr̄is non p̄meditari quēad-
modū respondeatis. Ego enim dabo
vobis os ⁊ sapientiā: cui nō poterunt
resistere ⁊ cōtradicere omnes adversa-
rij vestri. Trademini aūt a parentib; ⁊
fratribus ⁊ cognatis ⁊ amicis: ⁊ mor-
te afficient ex vobis. Et eritis odio o-
mnibus hominibus ꝑpter nomē meū.
Et capillus de capite vestro non peri-
bit. In patientia vestra possidebitis
animas vr̄as. Cum aūt videritis cir-
cundari ab exercitu ihrl'm: tūc scito-
te quia appropinquabit desolatio ei⁹.
Tunc q̄ in iudea sunt fugiāt ad mon-
tes: et qui in medio eius discedant · et
qui in regionibus non intrent in eā:
quia dies ultionis hij sunt ut imple-
antur omnia que scripta sunt. Ve au-
tem pregnantibus ⁊ nutriētib; in illis
dieb;. Erit enī pressura magna super
terrā: et ira ꝑplo huic. Et cadent ī ore
gladij: ⁊ captivi ducent̄ in om̄es gen-
tes. Et ihrl'm calcabit̄ a gentibus:
donec impleantur tempora nationū.
Et erūt signa in sole et luna et stellis:
et in terris pressura gentiū p̄ cōfusione
sonit⁹ maris ⁊ fluctuū: arescentib; ho-
minibus p̄ timore et expectatōne que
supuenient universo orbi. Nam virtu-
tes celoꝝ movebūtur. Et tunc videbūt
filiū hois venientē in nube cū potesta-
te magna ⁊ maiestate. Hijs autē fieri
incipiētibus · respicite et levate capita
vestra: quoniā appropinquat redem-
ptio vestra. Et dixit illis similitudinē.
Videte ficulneā et omnes arbores; cū

producunt iam ex se fructũ: scitis quo-
niam ꝓpe est estas. Ita et vos cũ vide-
ritis hec fieri: scitote quoniã ꝓpe est re-
gnum dei. Amen dico vobis: quia nõ
preteribit generacio hec donec omĩa
fiant. Celum et terra trãsibunt · verba
aũt mea non trãsibũt. Attendite aũt
vobis ne forte grauent̃ corda vestra
in crapula et ebrietate et curis huius
vite: et superveniat in vos repentina di-
es illa. Tanq̃ laqueus enim superveni-
et in omẽs: qui sedent sup faciẽ omĩs
terre. Vigilate ergo omĩ tempore orã-
tes: ut digni habeamini fugere ista o-
mnia que futura sunt: ⁊ stare ãte filiũ
hominis. Erat autem diebus docens
in templo: noctibus vero exiens mo
rabatur in monte qui vocat̃ oliveti.
Et omnis populus manicabat ad e-
um in templo audire eum. c. xxii.

Appropinquabat aũt dies festus
azimoꝝ qui dicitur pascha. Et
querebãt principes sacerdotũ ⁊ scribe
quomõ eũ interficerent: timebãt vero
plebem. Intrauit aũt sathanas in iu-
dam qui cognominabatur scarioth·
unũ de duodecim: et abijt et locutus
est cum principibꝫ sacerdotũ et magi-
stratibꝫ queadmodũ illũ traderet eis.
Et gavisi sunt: et pacti sunt pecuniã
illi dare. Et spopondit. Et querebat
oportunitatẽ: ut traderet illũ sine tur-
bis. Venit aũt dies azimoꝝ: in qua
necesse erat occidi pascha. Et misit pe-
trum ⁊ iohãnem dicens. Euntes para-
te nobis pascha: ut manducem⁹. At
illi dixerũt. Ubi vis paremus? Et di-
xit ad eos. Ecce introeuntibus vobis
in ciuitatẽ occurret vobis homo am-
phoram aque portans: sequimini eũ
in domũ in quã intrat: et dicetis pa-
trifamilias dom⁹. Dicit tibi magister.

Ubi est diuersoriũ ubi pascha cũ disci-
pulis meis manducem? Et ipse osten-
det vobis cenaculũ magnũ stratũ: et
ibi parate. Euntes aũt invenerũt sicut
dixit illis: ⁊ parauerũt pascha. Et cũ
facta esset hora discubuit: ⁊ duodeci
apli cum eo. Et ait illis. Desiderio de-
sideraui hoc pascha manducare vo-
biscũ: ãteq̃ patiar. Dico enim vobis:
quia ex hoc nõ mãducabo illud donec
impleatur in regno dei. Et accepto ca-
lice gratias egit et dixit. Accipite et di-
uidite iter vos. Dico enĩ vobis: q nõ
bibam de generatione vitis donec re-
gnum dei veniat. Et accepto pane gra-
tias egit ⁊ fregit: ⁊ dedit eis dicẽs. Hoc
est corpus meũ: quod ꝑ vobis datur.
Hoc facite in meã cõmemorationem.
Similiter et calicem: postq̃ cenauit di-
cens. Hic est calix nouũ testamentum
in sanguine meo: qui pro vobis fun-
detur. Verũtamen ecce manus traden-
tis me mecũ est in mensa. Et quidẽ fili-
us hominis scdm qd̃ diffinitũ ẽ vadit.
Verũtamẽ ve homini ꝑ quẽ tradetur.
Et ipi ceperũt querere inter se: qs esset
ex eis q̃ hoc facturus esset. Facta est au-
tem ⁊ cõtencio inter eos: quis eoꝝ vide-
retur esse maior. Dixit aũt eis. Reges
gentiũ dominãtur eoꝝ: ⁊ qui potestatẽ
habent sup eos benefici vocant̃. Vos
aũt non sic. Sed qui maior est in vo-
bis fiat sicut iunior: ⁊ qui p̃cessor est
sicut ministrator. Nam quis maior
est? Qui recumbit: an qui ministrat?
Nõne qui recumbit? Ego aũt in me-
dio vestrũ sum sicut q̃ ministrat. Vos
aũt estis qui ꝑmãsistis mecũ in tẽpta-
tionibꝫ meis. Et ego dispono vobis
sicut disposuit michi pater me⁹ regnũ:
ut edatis ⁊ bibatis sup mensam meã in
regno meo: et sedeatis sup thronos

duodecim iudicantes duodecim tribꝫ
israhel. Ait aūt dñs simoni. Simon:
ecce sathanas expetiuit vos·ut cribra-
ret sicut triticū. Ego aūt rogaui ꝓ te:
ut nō deficiat fides tua. Et tu aliquā-
do conuersus: confirma fratres tuos.
Qui dixit ei. Domine: tecū parat⁹ sū
et in carcerem ⁊ in mortem ire. Et ille
dixit. Dico tibi petre: non cātabit ho-
die gallus·donec ter abneges nosse
me. Et dixit eis. Quādo misi vos sine
sacculo et pera et calciamētis: nūquid
aliquid defuit vobis? At illi dixerūt.
Nichil. Dixit ergo eis. Sed nunc q̄ ha-
bet sacculū tollat: similiter ⁊ perā. Et
qui non habet: vendat tunicam suā ⁊
emat gladiū. Dico enim vobis: quo-
niam adhuc hoc qđ scriptū ē oportet
impleri in me: et qͥ cum iniquis depu-
tatus est. Etenim ea que sunt de me fi-
nem habent. At illi dixerūt. Dñe: ecce
duo gladij hic. At ille dixit eis. Sat
est. Et egressus ibat secūdū cōsuetudi-
nem in montem oliuarꝫ. Secuti sunt aūt
illū ⁊ discipli. Et cū peruenisset ad locū:
dixit illis. Orate: ne intretis ī tempta-
tionē. Et ipe auulsus est ab eis quātū
iactus est lapidis: ⁊ positis genibus
orabat dicens. Pater: si vis transfer
calicem istū a me. Verūtamē nō mea
voluntas: sed tua fiat. Apparuit aūt
illi angelus de celo confortans eū. Et
factus in agonia prolixi⁹ orabat. Et
factus est sudor ei⁹·sicut gutte sangui-
nis decurrentis ī terrā. Et cū surrexisset
ab oratōne ⁊ venisset ad discipulos su-
os: inuenit eos dormientes p̄ tristicia.
Et ait illis. Quid dormitis? Surgite
orate: ne intretis in temptationē. Ad-
huc eo loquēte: ecce turba·et q̄ vocaba-
tur iudas unus de duodecim antece-
debat eos: et appropīquauit ihesu·ut
oscularetur eum. Ihesus aūt dixit illi.
Iuda·osculo filiū hominis tradis?
Videntes aūt hij qui circa ipm erant
qđ futurū erat: dixerūt ei. Dñe: si percu-
timus in gladio? Et percussit unus ex il-
lis seruū principis sacerdotū: et ampu-
tauit auriculā ei⁹ dexterā. Respōdēs
autē ihesus ait. Sinite. Vsqꝫ huc. Et
cum tetigisset auriculā ei⁹·sanauit eū.
Dixit aūt ihesus ad eos qui venerāt
ad se principes sacerdotū ⁊ magistra-
tus templi ⁊ seniores. Quasi ad latro-
nem existis cū gladijs ⁊ fustibꝫ. Cum
quotidie vobiscū fuerim ī templo: nō
extendistis manus in me. Sed hec est
hora vr̄a: et potestas tenebrarꝫ. Com-
prehendētes aūt eū·duxerūt ad domū
principis sacerdotū: petrus vero seque-
batur alonge. Accenso aūt igne ī me-
dio atrij·et circūsedentibꝫ illis: erat pe-
trus in medio eorū. Quem cū vidisset
ancilla quedam sedentē ad lumen: et
eum fuisset intuita dixit. Et hic cū illo
erat. At ille negauit eum dicens. Mu-
lier: non noui illū. Et post pusillū ali-
us vidēs eū dixit. Et tu de illis es. Pe-
trus vero ait. O homo nō sū. Et inter-
uallo facto quasi hore vni⁹: alius qui-
dam affirmabat dicens. Vere et hic
cum illo erat: nam et galileus est. Et
ait petr⁹. Homo: nescio quid dicis. Et
cōtinuo adhuc illo loquēte cantauit
gallus. Et cōuersus dñs respexit petrū.
Et recordat⁹ ē petr⁹ verbi dñi sicut dixe-
rat: qr̄ priusq̄ꝫ gall⁹ cātet·ter me nega-
bis. Et egressus foras petr⁹ fleuit ama-
re. Et viri qui tenebāt illū·illudebāt ei
cedentes. Et velauerūt eū: ⁊ percutiebāt
faciē ei⁹: et interrogauerūt eū dicentes.
Prophetiza. Quis est qui te percussit?
Et alia multa blasphemātes dicebāt
in eum. Et ut factus ē dies·cōuenerūt

seniores plebis ⁊ principes sacerdotū
et scribe: ⁊ duxerūt illū ī cōsiliū suū di-
centes. Si tu es cristus· dic nobis. Et
ait illis. Si vobis dixero nō credetis
michi: si aūt ⁊ interrogauero nō respō-
debitis michi: neq; dimittetis. Ex hoc
autem erit filius hoīs sedens a dextris
virtutis dei. Dixerunt aūt omnes. Tu
ergo es filius dei? Qui ait. Vos dici-
tis: qꝛ ego sum. At illi dixerūt. Quid
adhuc desideram⁹ testimoniū? Ipsi
enim audiuim⁹ de ore eius. c. xxiii.
Et surgens omīs multitudo eoꝝ
duxerūt illū ad pilatū. Ceperūt
aūt accusare illū dicentes. Hunc inue-
nimus subuertentem gentem nostrā:
et ꝓhibentem tributa dari cesari: et di-
centem se cristū regem esse. Pilat⁹ aūt
interrogauit eū dicens. Tu es rex iude-
orū? At ille respondens ait. Tu dicis.
Ait aūt pilatus ad principes sacerdo-
tum ⁊ turbas. Nichil inuenio cause ī
hoc homine. At illi inualescebant di-
centes. Cōmouit ꝑplm docens ꝑ uni-
uersam iudeā· incipiēs a galilea usq;
huc. Pilatus aūt audiens galileā· in-
terrogauit si homo galileus esset. Et
ut cognouit ꝙ de herodis potestate
esset remisit eū ad herodem: qui ⁊ ipse
iherosolimis erat illis diebus. Hero-
des aūt viso ihesu: gauisus est valde.
Erat enī cupiens ex multo tempore vi-
dere eū eo ꝙ audiret multa de eo: ⁊ spe-
rabat signum aliqđ videre ab eo fieri.
Interrogabat aūt illū multis sermo-
nibus: at ipe nichil illi respondebat.
Stabāt aūt principes sacerdotū ⁊ scri-
be cōstāter accusātes eū. Spreuit aūt
illū herodes cū exercitu suo: ⁊ illusit in-
dutū veste alba: ⁊ remisit ad pilatum.
Et facti sunt amici herodes ⁊ pilatus
in ipsa die: nam antea inimici erant
ad inuicem. Pilatus aūt conuocatis
principib; sacerdotū et magistratib;
et plebe: dixit ad illos. Obtulistis mi-
chi hūc hominē· quasi auertentem po-
pulū: ⁊ ecce ego corā vobis īterrogās·
nullā causam inuenio ī homine isto:
ex hijs in quib; eum accusatis. Sed
neq; herodes. Nam remisi vos ad il-
lum: ⁊ ecce nichil dignū morte actū est
ei. Emendatū ergo illū dimittam. Ne-
cesse autē habebat dimittere eis ꝑ diē
festū unū. Exclamauit aūt simul uni-
uersa turba dicens. Tolle hūc: ⁊ dimit-
te nobis barrabam. Qui erat ꝓpter se-
dicionē quandā factā in ciuitate ⁊ ho-
micidiū missus in carcerem. Iterū aūt
pilatus locut⁹ est ad eos: volēs dimit-
tere ihesum. At illi succlamabāt dicē-
tes. Crucifige: crucifige eū. Ille autem
tercio dixit ad illos. Quid enī mali fe-
cit iste? Nullā causā mortis inuenio
in eo. Corripiā ergo illū et dimittam.
At illi instabāt vocib; magnis postu-
lantes ut crucifigeretur: ⁊ inualescebāt
voces eoꝝ. Et pilat⁹ adiudicauit fieri
petitionē eoꝝ. Dimisit aūt illis eū· qui
propter homicidiū et seditionē missus
fuerat in carcerē quē petebāt: ihesū vero
tradidit volūtati eoꝝ. Et cū ducerēt eū
apphenderūt simonē quendā cyrenen-
sem venientem de villa: ⁊ imposuerūt
illi crucē portare post ihesum. Seque-
batur aūt illū multa turba ꝑpli et mu-
lierū: que plāgebāt ⁊ lamentabantur
eum. Cōuersus aūt ad illas ihesus di-
xit. Filie iherusalē nolite flere sup me:
sed sup vosipās flete· et sup filios ve-
stros. Quoniā ecce venient dies ī qui-
bus dicent. Beate steriles· et ventres q̄
non genuerūt: ⁊ ubera que non lacta-
uerūt. Tunc incipient dicere montib;
cadite sup nos: ⁊ collib; operite nos.

Quia si ī viridi ligno hec faciūt: in ari-
do qd fiet? Ducebant aūt et alij duo
nequā cum eo: ut interficerent. Et post-
q̄ venerūt in locū qui vocatur calua-
rie · ibi crucifixerunt eū: ⁊ latrones: vnū
a dextris · ⁊ alterū a sinistris. Jhesus au-
tem dicebat. Pater dimitte illis. Nō
enim sciunt quid faciūt. Dividentes
vero vestimēta eius miserūt sortes. Et
stabat ppl's expectans: et deridebant
eum principes cum eis dicentes. Ali-
os saluos fecit: se saluū faciat · si hic ē
cristus dei electus. Illudebant aūt ei ⁊
milites accedentes: ⁊ acetū offerentes
ei dicentes. Si tu es rex iudeoꝝ saluū
te fac. Erat aūt ⁊ suprscriptō scripta su-
per eū litteris grecis ⁊ latinis et hebra-
icis: hic est rex iudeoꝝ. Unus aūt de
hijs qui pendebāt latronibꝫ blasphe-
mabat eū dicens. Si tu es cristus: sal-
uum fac teipm̄ ⁊ nos. Respondēs au-
tem alter increpabat eum dicens. Ne-
q; tu times deū: qui in eadem damna-
tione es. Et nos quidem iuste: nā di-
gna factis recipimus. Hic vero nichil
mali gessit. Et dicebat ad ihesum. Do-
mine: memento mei cum veneris in re-
gnum tuū. Et dixit illi ihesus. Amen
dico tibi: hodie mecū eris in paradiso.
Erat aūt fere hora sexta: et tenebre fa-
cte sunt in universam terrā usq; in ho-
ram nonā. Et obscurat' est sol: et ve-
lum templi scissum est medium. Et
clamans voce magna ihesus ait. Pa-
ter: ī man' tuas cōmendo spiritū meū.
Et hec dicens expirauit. Videns aūt
centurio qd factū fuerat: glorificauit
deum dicens. Vere hic homo iustus
erat. Et omnis turba eorū qui simul
aderāt ad spectaculū istud · et videbāt
que fiebant: percucientes pectora sua re-
vertebant. Stabant aūt omnes noti

eius alonge: ⁊ mulieres que secute eū
erant a galilea hec videntes. Et ecce
vir noīe ioseph qui erat decurio · vir
bonus ⁊ iustus: hic nō cōsenserat con-
silio ⁊ actibus eoꝝ · ab arimathia ciui-
tate iudee: qui expectabat ⁊ ip̄e regnū
dei. Hic accessit ad pilatū ⁊ petijt cor-
pus ihesu: ⁊ depositū involuit syndo-
ne: et posuit eū in monumēto exciso:
in quo nondū quisq; positus fuerat.
Et dies erat parasceues: et sabbatū il-
lucescebat. Subsecute aūt mulieres q̄
cum eo venerāt de galilea viderūt mo-
numentū: ⁊ queadmodū positū erat
corpus eius: ⁊ revertentes parauerunt
aromata ⁊ unguenta: et sabbato qui-
dem siluerūt scdm mādatū. c. xxiiii.

Una aūt sabbati valde diluculo
venerūt ad monumentū portan-
tes que parauerāt aromata: ⁊ invene-
runt lapidē revolutū a monumento:
et ingresse non invenerūt corpus dnī
ihesu. Et factum est dum mente con-
sternate essent de isto: ecce duo viri ste-
terunt secus illas in veste fulgenti. Cū
timerent aūt et declinarent vultum in
terrā: dixerūt ad illas. Quid queritis
viventem cū mortuis? Non ē hic: sed
surrexit. Recordamini qualiter locut'
est vobis · cum adhuc in galilea esset
dicens. Quia oportet filiū hominis
tradi in manus hominū peccatorū:
et crucifigi · ⁊ die tercia resurgere. Et re-
cordate sunt verboꝝ eius: ⁊ regresse a
monumēto nunciauerunt hec omnia
illis undecim: ⁊ ceteris omnibꝫ. Erat
aūt maria magdalene · ⁊ iohanna · ⁊
maria iacobi · et cetere q̄ cū eis erant: q̄
dicebant ad aplos hec. Et visa sunt
āte illos sicut deliramētum verba ista:
et nō credebāt illis. Petr' aūt surgēs
cucurrit ad monumētū: et procumbens

vidit lintheamina sola posita: ⁊ abijt
secū mirans qđ factum fuerat. Et ecce
duo ex illis ibant ipsa die in castellū
quod erat in spacio stadiorꝫ sexagīta
ab iherusalē nomine emmaus: et ipi
loquebanť ad invicem de hijs omni-
bus que acciderant. Et factū est dum
fabularentur et secū quererent: et ipse
ihesus appropiquās ibat cū illis. Ocu-
li aūt illorꝫ tenebantur · ne eum agno-
scerent. Et ait ad illos. Qui sūt hij ser-
mones quos cōfertis ad invicem am-
bulātes: et estis tristes? Et respondēs
un⁹ cui nomē cleophas: dixit ei. Tu so-
lus peregrin⁹ es ī iherusalē ⁊ nō cogno-
visti que facta sunt in illa hijs diebꝫ?
Quibꝫ ille dixit. Que? Et dixerūt. De
ihesu nazareno qui fuit vir ꝓpheta:
potens in opere ⁊ sermone · coram deo
et omī ꝑplo. Et quomō eū tradiderūt
sūmi sacerdotes ⁊ principes nostri in
damnatōnē mortis: et crucifixerūt eū.
Nos aūt sperabam⁹: quia ipe esset re-
demptur⁹ israhel. Et nunc sup hec o-
mnia tercia dies est hodie: q hec facta
sunt. Sed ⁊ mulieres quedam ex nrīs
terruerūt nos · que ante lucem fuerunt
ad monumentū: ⁊ nō invento corpo-
re ei⁹ · venerūt dicentes se etiā visionē
angelorꝫ vidisse: qui dicūt eum vivere.
Et abierunt quidā ex nrīs ad monu-
mentū: ⁊ ita invenerunt sicut mulieres
dixerūt: ipm vero non invenerunt. Et
ipse dixit ad eos. O stulti ⁊ tardi corde
ad credendū in omībus q̄ locuti sunt
prophete. Nonne hec oportuit pati
xpistū: et ita intrare in gloriā suā? Et
incipiens a moyse ⁊ omībus ꝓphetis:
interpretabať illis in omnibꝫ scriptu-
ris que de ipo erāt. Et appropinqua-
verūt castello quo ibant: ⁊ ipe se finxit
longius ire. Et coegerūt illū dicentes.

Mane nobiscū quoniam advespera-
scit: ⁊ inclinata est iā dies. Et intravit
cum illis. Et factū est dum recumberet
cum eis accepit panē: ⁊ benedixit ac fre-
git: ⁊ porrigebat illis. Et apti sunt o-
culi eorꝫ: ⁊ cognoverūt eū: ⁊ ipe evanu-
it ex oclis eorꝫ. Et dixerunt ad invicem.
Nōne cor nrm ardēs erat ī nobis · dū
loqueretur in via: ⁊ aperiret nobis scri-
pturas? Et surgentes eadem hora re-
gressi sunt in iherusalē: ⁊ invenerunt
cōgregatos undecim · ⁊ eos qui cū illis
erant dicentes q surrexit dns vere: et
apparuit simoni. Et ipi narrabant q̄
gesta erāt ī via: ⁊ quomō cognoverūt
eum in fractione panis. Dum autem
hec locuntur: stetit ihesus in medio eo-
rum ⁊ dixit. Pax vobis. Ego sū: noli-
te timere. Conturbati vero ⁊ cōterriti · ex-
istimabant se spiritū videre. Et dixit
eis. Quid turbati estis: ⁊ cogitationes
ascendūt in corda vestra? Videte ma-
nus meas ⁊ pedes: quia ego ipe sum.
Palpate ⁊ videte: quia spiritus carnē
et ossa nō habet · sicut me videtis ha-
bere. Et cum hoc dixisset: ostendit e-
is manus ⁊ pedes. Adhuc aūt illis
nō credentibus et mirāntibus pre gau-
dio · dixit. Habetis hic aliquid quod
manducet? At illi obtulerūt ei partem
piscis assi: ⁊ favū mellis. Et cū mādu-
casset coram eis: sumens reliquias de-
dit eis. Et dixit ad eos. Hec sunt verba
q̄ locut⁹ sū ad vos cū adhuc essem vo-
biscū: quoniā necesse est impleri omīa
que scripta sunt in lege moysi et ꝓphe-
tis ⁊ psalmis de me. Tūc aperuit illis
sensum · ut intelligerent scripturas: ⁊ di-
xit eis. Quoniā sic scriptū ē · et sic opor-
tebat xpistū pati ⁊ resurgere a mortuis
tercia die: ⁊ p̄dicare in nomine ei⁹ peni-
tentiā ⁊ remissionē peccatorꝫ ī omnes

gentes: incipientibus ab iherosolima.
Vos aūt testes estis hoȝ. Et ego mit-
tam pmissum patris mei ī vos: vos
aūt sedete in civitate · quoadusqȝ indu-
amini virtute ex alto. Eduxit aūt eos
foras in bethaniam: ⁊ elevatis mani-
bus suis benedixit eis. Et factū est dū
benediceret illis recessit ab eis: ⁊ fereba-
tur in celum. Et ipsi adorantes regres-
si sunt in iherusalem cum gaudio ma-
gno: et erant semper in templo lau-
dantes et benedicentes deum. amen.
Explicit evāgeliū sc̄dm lucā: incipit
argumentū
~~prologus~~ in evangeliū sc̄dm iohannē

Hic est iohannes evange-
lista un⁹ ex discipulis dn̄i:
qui virgo a deo electus ē:
quē de nuptijs volentem
nubere vocavit deus. Cui virginitatis
in hoc duplex testimoniū datur in eu-
angelio: q̄ et pre ceteris dilectus a deo
dicit: et huic matrem suā de cruce com-
mendavit dn̄s · ut virginē virgo serva-
ret. Deniqȝ manifestans in evangelio
q̄ erat ipe incorruptibilis verbi opus
inchoans · solus verbū carnē factum
esse · nec lumen a tenebris cōprehensū
fuisse testatur. primū signū ponēs q̄d
in nuptijs fecit dn̄s ostendens q̄ ipe
erat: ut legentibȝ demonstraret q̄ ubi
dn̄s invitatus sit deficere nuptiaȝ vi-
num debeat: et veteribus immutatis
nova omnia que a cristo instituunt
appareāt. Hoc aūt evāgeliū scripsit in
asia · postea q̄ ī pathmos insula apo-
calipsim scripserat: ut cui ī principio ca-
nonis icorruptibile pricipiū pnotat
in genesi: ei etiā incorruptibilis finis
p virginē ī apocalipsi redderet dicēte
cristo ego sum alpha et o. Et hic ē io-
hannes: qui sciens supvenisse diem re-
cessus sui — Convocatis discipulis suis
in epheso · per multa signoȝ experimē-
ta pmens cristū · descendens ī defossū
sepulture sue locū facta oratione · po-
situs est ad patres suos: tam extrane⁹
a dolore mortis q̄ a corruptione car-
nis invenitur alienus. Tamen post o-
mnes evāgeliū scripsit: ⁊ hoc virgini
debebat. Quoȝ tamē vel scriptoȝ tēpo-
ris dispositō · vel libroȝ ordinatio ideo
a nobis per singula non exponitur:
ut sciendi desiderio collato et querē-
tibus fructus laboris: ⁊ deo magiste-
rij doctrina servetur. Explicit ~~plogus~~ argumentū
Incipit evāgeliū sc̄dm iohēm. Ca. i.

In principio erat verbū: ⁊ verbū erat
apud deū: et de⁹ erat verbū. Hoc erat
in principio apud deū. Omnia p ipm
facta sunt: ⁊ sine ipo factum est nichil.
Quod factū est in ipo vita erat: ⁊ vita
erat lux hominū: et lux in tenebris lu-
cet · ⁊ tenebre eā nō cōphenderūt. Fu-
it homo missus a deo: cui nomē erat io-
hānes. Hic venit ī testimoniū ut testi-
moniū phiberet de lumine: ut omēs
crederent p illū. Nō erat ille lux: sed ut
testimoniū phiberet de lumine. Erat
lux vera: que illuminat omnē homi-
nem venientem in hūc mundū. In mū
do erat: ⁊ mūdus p ipm factus est: et
mūdus eū non cognovit. In ppria ve-
nit: ⁊ sui eū nō receperūt. Quotquot aūt
receperūt eū · dedit eis potestatem filios
dei fieri: hijs qui credūt in nomine ei⁹.
Qui nō ex sanguinibȝ neqȝ ex volun-
tate carnis · neqȝ ex volūtate viri: sed
ex deo nati sunt. Et verbū caro factum
est: et habitavit in nobis. Et vidimus
gloriā ei⁹ · gloriam quasi unigeniti a
patre: plenū gratia ⁊ veritate. Iohan-
nes testimonium phibet de ipo · ⁊ cla-
mat dicens. Hic erat quē dixi: q̄ post
me venturus est · ante me factus est:

quia prior me erat. Et de plenitudine eius nos om̄es accepim⁹ et gratiam pro gratia: quia lex per moysen data est: gratia ⁊ veritas per ihesum cristū facta ē. Deum nemo vidit unq̄. Unigenitus filius q̄ est in sinu patris: ip̄e enarrauit. Et hoc est testimoniū iohānis: quādo miserūt iudei ab iherosolimis sacerdotes ⁊ leuitas ad eū ut interrogarent eū. Tu quis es? Et cōfessus est: ⁊ non negauit. Et cōfessus est: q̄a nō sum ego crist⁹. Et interrogauerūt eū. Quid ergo? Helias es tu? Et dixit. Nō sū. Propheta es tu? Et respondit. Non. Dixerunt ergo ei. Quis es ut responsū dem⁹ hijs q̄ miserūt nos? Quid dicis de teip̄o? Ait. Ego vox clamantis in deserto dirigite viā dn̄i: sicut dixit ysaias ꝓpheta. Et qui missi fuerāt erant ex phariseis. Et interrogauerūt eum: ⁊ dixerūt ei. Quid ergo baptizas si tu nō es crist⁹: neq; helias neq; ꝓpheta? Respōdit eis iohānes dicēs. Ego baptizo in aqua: medius aūt vestrū stetit quē vos nescitis. Ipse est q̄ post me venturus est qui ante me factus ē: cui⁹ ego non sum dignus ut soluam eius corrigiā calciamenti. Hec ī bethania facta sunt trās iordanem: ubi erat iohānes baptizans. Altera die vidit iohānes ihesum venientem ad se: et ait. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mūdi. Hic est de quo dixi. Post me venit vir qui ante me factus ē q̄a prior me erat: ⁊ ego nesciebā eū. Sed ut manifestetur in israhel: propterea veni ego in aqua baptizans. Et testimoniū phibuit iohānes dicēs. Quia vidi spiritū descendentem q̄si columbam de celo: ⁊ mansit sup eū. Et ego nesciebam eū: sed qui misit me baptizare ī aqua: ille michi dixit. Sup quē videris spiritū descendentem ⁊ manentem sup eum: hic est qui baptizat ī spiritu sancto. Et ego vidi et testimoniū phibui: quia hic est filius dei. Altera die iterū stabat iohānes: ⁊ ex discipulis eius duo. Et respiciens ihesum ambulantem dixit. Ecce agnus dei. Et audierūt eū duo discipli loquētem: ⁊ secuti sunt ihesum. Conuersus aūt ihesus et vidēs eos sequētes se: dicit eis. Quid queritis? Qui dixerūt ei. Rabbi quod dicitur interp̄tatū magister: ubi habitas? Dicit eis. Venite et videte. Venerunt ⁊ viderūt ubi maneret: ⁊ apud eū manserūt die illo. Hora aūt erat quasi decima. Erat aūt andreas frater simonis petri: unus ex duob; qui audierat a iohāne: ⁊ secuti fuerant eū. Inuenit hic primū fratrem suū simonē: et dicit ei. Inuenim⁹ messiam: quod est interp̄tatū cristus. Et adduxit eum ad ihesum. Intuit⁹ aūt eū ihesus dixit. Tu es simon fili⁹ iohanna: tu vocaberis cephas: quod interpretatur petr⁹. In crastinū voluit exire in galileā: ⁊ inuenit philippū. Et dicit ei ihesus. Sequere me. Erat aūt philippus a bethsayda ciuitate ādree et petri. Inuenit philippus nathanahel: ⁊ dicit ei. Quem scripsit moyses in lege ⁊ ꝓphete: inuenim⁹ ihesum filiū ioseph a nazareth. Et dixit ei nathanahel. A nazareth potest aliq̄d boni esse. Dicit ei philippus. Veni ⁊ vide. Vidit ihesus nathanahel venientē ad se: ⁊ dicit de eo. Ecce vere israhelita: ī quo dol⁹ nō ē. Dicit ei nathanahel. Unde me nosti? Respondit ihesus ⁊ dixit ei. Priusq̄ te philippus vocaret cū esses sb̄ ficu vidi te. Respōdit ei nathanahel et ait. Rabbi: tu es fili⁹ dei: tu es rex israhel. Respōdit ihesus: ⁊ dixit ei. Quia dixi tibi vidi te sub ficu

credis: maius hijs videbis. Et dicit ei.
Amen amen dico vobis: videbitis
celum apertū: ⁊ angelos dei ascenden-
tes ⁊ descendentes supra filiū hoīs. c. ii.
Et die tercia nupcie facte sūt ī cha-
na galilee: ⁊ erat mater ihesu ibi.
Vocatus est aūt ⁊ ihesus et discipli e-
ius ad nupcias. Et deficiente vino: di-
xit mater ihesu ad eum. Vinū nō ha-
bent. Et dicit ei ihesus. Quid michi et
tibi est mulier? Nondum venit hora
mea. Dicit mater ei⁹ ministris. Quod-
cunq; dixerit vobis facite. Erant aūt
ibi lapidee ydrie sex posite scdm puri-
ficationem iudeoꝝ: capientes singule
metretas binas vel ternas. Dicit eis
ihesus. Implete ydrias aqua. Et im-
pleverūt eas usq; ad summū. Et dicit
eis ihesus. Haurite nūc: ⁊ ferte archi-
triclino. Et tulerunt. Vt aūt gustavit
architriclinus aquā vinū factā ⁊ non
sciebat unde esset: ministri aūt sciebāt
qui hauserant aquā: vocat spōsum
architriclin⁹ et dicit ei. Omnis homo
primū bonū vinū ponit: et cum ine-
briati fuerint tunc id qd deterius est;
tu aūt servasti bonū vinū usq; adhuc.
Hoc fecit iniciū signoꝝ ihesus in cha-
na galilee: et manifestavit gloriam
suā; ⁊ crediderūt in eum discipuli eius.
Post hoc descendit capharnaū ipse
et mater eius ⁊ fratres eius ⁊ discipli
eius: et ibi manserūt nō multis dieb;.
Et ꝓpe erat pascha iudeoꝝ: ⁊ ascendit
ihesus iherosolimā; et invenit in tem-
plo vendentes boves et oves ⁊ colum-
bas ⁊ nūmularios sedentes. Et cum
fecisset quasi flagellum de funiculis o-
mnes eiecit de templo: oves quoq; et
boves et nūmularioꝝ effudit es: et
mensas subvertit. Et hijs q columbas
vendebant dixit. Auferte ista hinc: et

nolite facere domū patris mei domū
negociationis. Recordati sunt vero di-
scipuli eius quia scriptum est: zelus
domus tue comedit me. Respōderūt
ergo iudei ⁊ dixerūt ei. Quod signum
ostendis nobis qa hec facis? Respon-
dit ihesus: ⁊ dixit eis. Solvite templū
hoc: et in tribus diebus excitabo illud.
Dixerūt ergo iudei. Quadraginta et
sex annis edificatum est templū hoc:
et tu in tribus diebus excitabis illud?
Ille autē dicebat de templo corporis
sui. Cum ergo resurrexisset a mortuis
recordati sunt discipli eius quia hoc
dicebat: ⁊ crediderūt scripture: ⁊ sermo-
ni quē dixit ihesus. Cum aūt esset ihe-
rosolimis in pascha in die festo: mul-
ti crediderūt in noīe ei⁹ videntes signa ei⁹
q faciebat. Ipse aūt ihesus nō credebat
semetipm eis eo q ipe nosset omēs: ⁊
qa opus ei nō erat ut quis testimo-
nium perhiberet de homine. Ipse eni
sciebat quid esset in homine. c. iii.
Erat aūt homo ex phariseis nyco-
demus nomine: princeps iude-
oꝝ. Hic venit ad ihesum nocte: ⁊ dixit
ei. Rabbi: scim⁹ qa a deo venisti ma-
gister. Nemo enim potest hec signa fa-
cere q tu facis: nisi fuerit deus cum eo.
Respondit ihesus: ⁊ dixit ei. Amen a-
men dico tibi: nisi quis renatus fuerit
denuo: non potest videre regnum dei.
Dicit ad eū nycodem⁹. Quomodo po-
test homo nasci cum sit senex? Nun-
quid potest in ventrem matris sue ite-
rato introire ⁊ renasci? Respōdit ihe-
sus. Amē amen dico tibi: nisi quis re-
natus fuerit ex aqua ⁊ spiritu sancto:
nō potest introire in regnū dei. Quod
natū est ex carne caro ē: et quod natū
est ex spiritu spiritus est. Non mireris
qa dixi tibi: oportet vos nasci denuo.

Spiritus ubi vult spirat: ⁊ vocem ei⁹
audis: sed nescis unde veniat aut quo
vadat. Sic est omnis qui natus est ex
spiritu. Respondit nycodemus: et di-
xit ei. Quomō possunt hec fieri? Respō-
dit ihesus: ⁊ dixit ei. Tu es magister in
israhel et hec ignoras? Amen amen
dico tibi: quia quod scim⁹ loquimur:
et quod vidimus testamur: ⁊ testimo-
niū nostrū non accipitis. Si terrena
dixi vobis et non creditis: quomō si
dixero vobis celestia credetis? Et nemo
ascendit in celū nisi qui descendit de ce-
lo: filius hominis qui est in celo. Et si-
cut moyses exaltavit serpentem in de-
serto: ita exaltari oportet filiū hominis:
ut omnis qui credit in ipo nō pereat:
sed habeat vitam eternā. Sic enī deus
dilexit mundū ut filiū suū unigenitū
daret: ut omnis qui credit in eū non
pereat: sed habeat vitam eternā. Non
enim misit deus filiū suū in mundū
ut iudicet mundū: sed ut salvetur mū-
dus per ipm. Qui credit in eum non
iudicat̄. Qui aūt non credit iam iudi-
catus est: quia non credit in nomine
unigeniti filij dei. Hoc est autem iudi-
cium: quia lux venit in mūdum: ⁊ di-
lexerunt homines magis tenebras q̄̄
lucem. Erant enim eorū mala opera.
Omnis enim qui male agit odit lu-
cem: ⁊ non venit ad lucem: ut nō argu-
ant̄ opera eius. Qui aūt facit verita-
tem venit ad lucem ut manifestentur
opera eius: quia ī deo sūt facta. Post
hec venit ihesus ⁊ discipli eius in iude-
am terram: ⁊ illic morabatur cū eis ⁊
baptizabat. Erat aūt ⁊ iohānes bapti-
zans in enon iuxta salim: quia aque
multe erant illic: ⁊ veniebant et bapti-
zabantur. Nondū enim missus fue-
rat iohannes in carcerem. Facta est
autē questio ex discipulis iohānis cū
iudeis de purificatione. Et venerunt
ad iohannē: ⁊ dixerūt ei. Rabbi: qui e-
rat tecū trans iordanem: cui tu testimo-
nium phibuisti: ecce hic baptizat: et o-
mnes veniūt ad eū. Respōdit iohan-
nes ⁊ dixit. Non potest homo accipe-
re quicq̄: nisi fuerit ei datū de celo. Ipi
vos michi testimoniū phibetis q̄ di-
xerim: nō sum ego crist⁹: sed quia mis-
sus sum ante illū. Qui habet spōsam
sponsus est: amicus autē sponsi qui
stat ⁊ audit eum: gaudio gaudet pro-
pter vocem spōsi. Hoc ergo gaudium
meū impletū est. Illū oportet crescere:
me autē minui. Qui desursum venit
sup omnes est. Qui est de terra de terra
est et de terra loquitur: qui de celo ve-
nit sup omnes est. Et qd̄ vidit ⁊ audi-
vit hoc testatur: ⁊ testimoniū ei⁹ nemo
accipit. Qui aūt acceperit eius testimo-
niū signavit: quia deus verax ē. Quē
enim misit deus: verba dei loquitur.
Non enim ad mensuram dat de⁹ spi-
ritum. Pater diligit filium: et omnia
dedit in manu eius. Qui credit in fili-
um habet vitam eternam: qui autem
incredulus est filio: non videbit vi-
tam: sed ira dei manet super eū. c. iiii.

Ut ergo cognovit ihesus quia au-
dierūt pharisei q̄ ihesus plures
discipulos facit ⁊ baptizat q̄̄ iohānes:
quāq̄ ihesus nō baptizaret sed disci-
puli ei⁹: reliquit iudeā et abijt iterū in
galileā. Oportebat aūt eum trāsire p
samariā. Venit ergo in civitatē sama-
rie qui dicitur sychar: iuxta prediū qd̄
dedit iacob ioseph filio suo. Erat aūt
ibi fons iacob. Ihesus aūt fatigatus
ex itinere: sedebat sic supra fontē. Ho-
ra aūt erat quasi sexta. Venit mulier
de samaria haurire aquam. Dicit ei

ihesus. Da michi bibere. Discipuli enim
ei⁹ abierant in civitatem ut cibos eme-
rent. Dicit ergo ei mulier illa samari-
tana. Quomodo tu iudeus cū sis bibe-
re a me poscis: que sum mulier sama-
ritana? Nō enī coutuntur iudei sama-
ritanis. Respōdit ihesus: et dixit ei. Si
scires donū dei· et quis est qui dicit ti-
bi da michi bibere: tu forsitan petisses
ab eo: et dedisset tibi aquā vivā. Dicit
ei mlier. Dñe: neq; ī quo haurias ha-
bes: et puteus altus est. Unde ergo ha-
bes aquā vivam? Nūquid tu maior
es patre nostro iacob qui dedit nobis
puteū: et ipse ex eo bibit· et filii eius· et pe-
cora eius? Respondit ihesus: et dixit
ei. Omnis q̄ bibit ex aqua hac sitiet iterū.
Qui aūt biberit ex aqua quā ego da-
bo ei· nō sitiet in eternū: sed aqua quā
ego dabo ei· fiet in eo fons aque saliē-
tis in vitam eternam. Dicit ad eum
mulier. Dñe da michi hāc aquam:
ut non sitiam neq; veniam huc hau
rire. Dicit ei ihesus. Vade voca vi-
rum tuum: et veni huc. Respondit
mulier et dixit. Non habeo virū. Dicit
ei ihesus. Bene dixisti: quia non habeo
virū. Quinq; enim viros habuisti: et
nunc quē habes non est tu⁹ vir. Hoc
vere dixisti. Dicit ei mulier. Dñe: video
quia ꝓpheta es tu. Patres nostri ī mō-
te hoc adoraverūt: et vos dicitis quia
iherosolimis est locus ubi adorare o-
portet. Dicit ei ihesus. Mulier crede mi-
chi: quia veniet hora quādo neq; in
monte hoc· neq; in iherosolimis ado-
rabitis patrem. Vos adoratis quod
nescitis: nos adoramus qđ scimus:
quia salus ex iudeis est. Sed venit ho-
ra et nunc est: quādo veri adoratores
adorabūt patrem in spiritu et veritate.
Nam et pater tales querit: qui adorēt
eum. Spiritus est deus: et eos q̄ ado-
rant eum in spiritu et veritate oportet
adorare. Dicit ei mulier. Scio quia
messias venit: qui dicitur cristus. Cum
ergo venerit: ille nobis annūciabit o-
mnia. Dicit ei ihesus. Ego sum: qui
loquor tecum. Et continuo venerūt di-
scipli eius: et mirabant᷑ quia cū mulie-
re loquebat᷑. Nemo tamen dixit: quid
queris aut qđ loqueris cū ea. Reliquit
ergo ydriam suā mulier: et abiit in civi-
tatem. et dicit illis hominibus. Veni-
te et videte hominē qui dixit michi o-
mnia quecunq; feci. Nunquid ipse est
cristus? Exierūt de civitate: et veniebāt
ad eū. Interea rogabāt eū discipuli di-
centes. Rabbi māduca. Ille aūt dixit
eis. Ego cibū habeo māducare quem
vos nescitis. Dicebant ergo discipuli
ad invicem. Nūquid aliquis attulit ei
manducare? Dicit ei ihesus. Meus
cibꝫ est· ut faciā volūtatem ei⁹ q̄ misit
me: ut ꝑficiam opus eius. None vos
dicitis q̄ adhuc quatuor menses sūt
et messis venit? Ecce dico vobis: leva-
te oculos vros et videte regiones: q̄a
albe sūt iam ad messem. Et qui metit
mercedem accipit et cōgregat fructum
in vitam eternā: ut et qui seminat simul
gaudeat et qui metit. In hoc enim est
verbū verū: quia alius ē qui seminat:
et ali⁹ ē qui metit. Ego misi vos me-
tere: qđ vos non laborastis. Alii labo-
raverūt: et vos ī labores eoꝝ introistis.
Ex civitate aūt illa multi crediderunt
in eum samaritanoꝝ ꝓpter verbū mu-
lieris testimoniū phibentis: quia dixit
michi omnia quecunq; feci. Cū venis-
sent ergo ad illū samaritani· rogave-
runt eum ut ibi maneret. Et māsit ibi
duos dies. Et multo plures crediderūt
propter smonē ei⁹. Et mulieri dicebāt:

quia nō ꝓpter tuā loquelam credim⁹.
Ipsi enim audiuim⁹ et scimus: quia
hic est vere salvator mundi. Post du-
os aūt dies exijt inde: et abijt ī galile-
am. Ipse enim ihesus testimoniū ꝑhi-
buit: quia ꝓpheta in sua patria hono-
rem non habet. Cum ergo venisset in
galileam exceperunt eum galilei: cum
omīa vidissent q̄ fecerat iherosolimis ī
die festo. Et ipi eni venerāt ad diē festū.
Venit ergo iterū in chana galilee: ubi
fecit aquā vinū. Et erat quidā regul⁹
cui⁹ filius infirmabat̄ capharnaum.
Hic cum audisset quia ihesus adue-
niret a iudea in galileā abijt ad eum:
et rogabat eum ut descenderet ⁊ sana-
ret filiū eius. Incipiebat enim mori.
Dixit ergo ihesus ad eū. Nisi signa et
prodigia videritis nō creditis. Dicit
ad eum regulus. Dn̄e: descende prius-
q̄ȝ moriatur filius meus. Dicit ei ihe-
sus. Vade: filius tuus vivit. Credidit
homo sermoni quē dixit ei ihesus: et
ibat. Iam aūt eo descendente servi oc-
currerūt ei: ⁊ nunciauerūt dicentes: q̄a
filius eius viueret. Interrogabat ergo
horam ab eis in qua melius habue-
rit. Et dixerūt ei: q̄a heri hora septima
reliquit eū febris. Cognovit ergo pa-
ter quia illa hora erat in qua dixit ei
ihesus filius tuus vivit: et credidit i-
pse: et domus eius tota. Hoc iterum
secundum signum fecit ihesus: cum
venisset a iudea in galileam. c. v.
Post hec erat dies fest⁹ iudeoꝝ: ⁊ a-
scendit ihesus iherosolimā. Est
aūt iherosolimis ꝓbatica piscina que
cognominatur hebraice bethsaida:
quinq; porticus habens. In hijs iace-
bat multitudo magna languentium
cecoꝝ et claudoꝝ aridoꝝ: expectāntium
aque motum. Angelus aūt domini
descendebat scdm tempus in piscinā:
et mouebatur aqua. Et qui prior
descendisset ī piscinā post motionem
aque: sanus fiebat a quacunq; detine-
bat̄ infirmitate. Erat aūt quidā homo
ibi triginta ⁊ octo ānos habēs in infir-
mitate sua. Hunc cum vidisset ihesus
iacentem: et cognouisset quia iā mul-
tum temp⁹ haberet dicit ei. Vis san⁹
fieri? Respondit ei languidus. Domi-
ne: hominē non habeo ut cū turbata
fuerit aqua mittat me in piscinā. Dū
venio eni ego: alius ante me descendit.
Dicit ei ihesus. Surge: tolle grabatū
tuū ⁊ ambula. Et statim sanus fact⁹
est homo ille: ⁊ sustulit grabatū suū ⁊
ambulabat. Erat aūt sabbatū in die
illo: dicebāt ergo iudei illi qui sanatus
fuerat. Sabbatū est: non licet tibi tol-
lere grabatū tuū. Respondit eis. Qui
me sanū fecit ille michi dixit: tolle gra-
batum tuum et ambula. Interrogaue-
runt ergo eū. Quis est ille homo qui
dixit tibi tolle grabatū tuū ⁊ ambula?
Is aūt qui sanus fuerat effectus nesci-
ebat quis esset. Ihesus eni declinauit
a turba cōstituta in loco. Postea inue-
nit eū ihesus in templo: ⁊ dixit illi. Ec-
ce sanus factus es: iam noli peccare:
ne deteri⁹ tibi aliquid cōtingat. Abijt
ille homo: ⁊ nunciauit iudeis q̄a ihe-
sus esset qui fecit eū sanū. Propterea
persequebant̄ iudei ihesum: quia hec fa-
ciebat in sabbato. Ihesus aūt respōdit
eis. Pater meus usq; modo operatur:
et ego operor. Propterea ergo magis
querebāt eū iudei interficere: quia nō
solū solvebat sabbatū: sed et patrem suū
dicebat deū: equalē se faciens deo. Re-
spondit itaq; ihesus: ⁊ dixit eis. Amē
amen dico vobis: non potest filius a
se facere quicq̄ȝ: nisi qđ viderit patrem

faciente͂. Quecūq; eni͂ ille fecerit: hec et
filius similiter facit. Pater eni͂ diligit
filiū: ⁊ omnia demōstrat ei que ipse fa-
cit: ⁊ maiora hijs demōstrabit ei ope-
ra ut vos miremini. Sicut enim pa-
ter suscitat mortuos ⁊ vivificat: sic et
filius quos vult vivificat. Neq; enim
pater iudicat quenq̄: sed om̄e iudiciū
dedit filio: ut omnes honorificēt filiū
sicut honorificāt patrem. Qui nō ho-
norificat filiū: nō honorificat patrē
qui misit illū. Amē amē dico vobis:
quia qui verbū meū audit et credit ei
qui misit me: habet vitā eternā. Et in
iudiciū non venit: sed transijt a mor-
te i vitā. Amē amē dico vobis: q̄a ve-
nit hora et nūc ē quādo mortui audiēt
vocē filij dei: et q̄ audierīt vivēt. Sicut
eni͂ pater habet vitā i semetipo: sic dedit
⁊ filio habere vitā i semetipo. Et potesta-
tem dedit ei ⁊ iudiciū facere: q̄a filius ho-
minis est. Nolite mirari hoc: quia ve-
nit hora in qua omnes qui in monu-
mentis sunt audiēt vocem filij dei: et
procedēt qui bona fecerūt in resurrecti-
onē vite: qui vero mala egerūt i resur-
rectionē iudicij. Nō possum ego a me-
ipso facere quicq̄. Sicut audio iudi-
co: ⁊ iudiciū meū iustū ē: q̄a nō quero
volūtatem meā sed volūtatem ei' qui
misit me. Si ego testimoniū phibeo
de me testimoniū meū nō est verū. Ali-
us est qui testimoniū phibet de me: et
scio quia verū est testimoniū eius qđ
phibet de me. Vos misistis ad iohā-
nem: et testimonium phibuit veritati.
Ego aūt non ab homine testimoniū
accipio: sed hec dico: ut vos salui sitis.
Ille erat lucerna ardēs ⁊ lucens. Vos
aūt voluistis ad horā exultare i luce
eius. Ego aūt habeo testimoniū ma-
ius iohāne. Opera eni͂ q̄ dedit michi
pater ut pficiā ea: ipa opera que ego
facio testimoniū phibēt de me: quia
pater misit me. Et qui misit me pater:
ipse testimoniū phibuit de me. Neq;
vocem eius unq̄ audistis: neq; speciē
eius vidistis. Et verbū eius non habe-
tis in vobis manēs: quia quē misit il-
le huic vos non creditis. Scrutamini
scripturas: quia vos putatis in ipsis
vitam eternā habere. Et ille sunt que
testimoniū phibēt de me: ⁊ nō vultis
venire ad me ut vitā habeatis. Clari-
tatem ab hominibus nō accipio: sed
cognovi vos: q̄a dilectionē dei nō ha-
betis in vobis. Ego veni i noīe patris
mei: ⁊ nō accepistis me. Si alius vene-
rit i nomine suo: illū accipietis. Quo-
modo vos potestis credere q̄ gloriā ab
invicē accipitis: ⁊ gloriā q̄ a solo deo
est nō queritis? Nolite putare q̄a ego
accusaturus sim vos apud patrē. Est q̄
accusat vos: moyses in quo vos spe-
ratis. Si eni͂ crederetis moysi: crederetis
forsitan ⁊ michi. De me eni͂ ille scripsit.
Si aūt illius litteris nō creditis: quo-
modo meis verbis creditis? c. vi.
Post hec abijt ihesus trans mare
galilee: qđ est tyberiadis. Et se-
quebatur eū multitudo magna: quia vi-
debāt signa que faciebat sup hijs qui
infirmabant. Subijt ergo in mōtem
ihesus: ⁊ ibi sedebat cū discipulis suis.
Erat aūt pximū pascha: dies festus
iudeoꝝ. Cum sublevasset ergo oculos
ihesus ⁊ vidisset quia multitudo ma-
xima venit ad eū: dicit ad philippum.
Unde ememus panes ut manducent
hij? Hoc aūt dicebat temptans eum.
Ipe eni͂ sciebat quid esset facturus. Re-
spondit ei philippus. Ducentoꝝ dena-
rioꝝ panes non sufficiūt eis: ut unus-
quisq; modicū quid accipiat. Dicit ei

vnus ex discipulis eius andreas frater
simonis petri. Est puer vnus hic: qui
habet quinq; panes ordeaceos ⁊ duos
pisces. Sed hec qd sūt inter tantos? Di-
xit ergo ihesus. Facite homines discū-
bere. Erat aūt fenū multū in loco. Dis-
cubuerūt ergo viri·numero q̄si quinq;
milia. Accepit ergo ihesus panes: et
cum gratias egisset distribuit discum-
bentibus. Similiter et ex piscib; quā-
tum volebāt. Vt autem impleti sunt:
dixit discipulis suis. Colligite q̄ supa-
uerant fragmenta ne pereant. Colle-
gerūt ergo: ⁊ impleuerūt duodecim co-
phinos fragmentor; ex quinq; pani-
bus ordeaceis ⁊ duobus piscibus: q̄
supfuerūt hijs qui mādūcauerāt. Illi
ergo homines cū vidissent qd fecerat
signū dicebāt. Quia hic est vere pphe-
ta: qui venturus est in mūdū. Ihesus
ergo cum cognouisset q̄a venturi essent
ut raperent eū ⁊ facerent eum regem: fu-
git iterū in mōtem ipse solus. Vt autē
sero factū est: descenderūt discipli eius
ad mare. Et cū ascendissent nauim:
venerūt trans mare in capharnaum.
Et tenebre iam facte erāt: ⁊ non vene-
rat ad eos ihesus. Mare aūt vento
magno flante exsurgebat. Cum remi-
gassent ergo quasi stadia vigintiquin-
q; aut triginta: vident ihesum ambu-
lantem supra mare·⁊ pximū naui fi-
eri: ⁊ timuerūt. Ille aūt dicit eis. Ego
sum: nolite timere. Voluerūt ergo acci-
pere eum in nauim: et statim nauis
fuit ad terrā quā ibant. Altera die tur-
ba que stabat trās mare·vidit q̄a na-
uicula alia non erat ibi nisi una: ⁊ q̄a
non introisset cum discipulis suis ihe-
sus in nauim: sed soli discipli ei9 abis-
sent. Alie vero supuenerūt naues a ty-
beriade iuxta locū vbi manducauerāt
panē: gratias agētes deo. Cum ergo
vidisset turba quia ihesus nō esset ibi
neq; discipli eius ascenderunt in naui-
culas: ⁊ venerūt capharnaū querētes
ihesum. Et cū inuenissent eum trans
mare: dixerunt ei. Rabbi·quādo huc
venisti? Respondit eis ihesus: et dixit.
Amen amen dico vobis: queritis me
non quia vidistis signa·sed quia mā-
ducastis ex panibus: ⁊ saturati estis.
Operamini non cibum qui perit: sed
qui pmanet in vitam eternā: quē fili9
hoīs dabit vobis. Hunc enim pater si-
gnauit de9. Dixerūt ergo ad eū. Quid
faciem9: ut operemur opera dei? Respō-
dit ihesus: ⁊ dixit eis. Hoc ē opus dei:
ut credatis in eū quē misit ille. Dixerūt
ergo ei. Quod ergo tu facis signū: ut
videam9 ⁊ credam9 tibi? Quid opera-
ris? Patres nostri manducauerunt
māna in deserto: sicut scriptū ē. Panē
de celo dedit eis manducare. Dixit er-
go eis ihesus. Amē amē dico vobis:
non moyses dedit vobis panē de celo:
sed pater me9 dat vobis panē de celo
verū. Panis eni dei est q̄ de celo descē-
dit: ⁊ dat vitam mūdo. Dixerūt ergo
ad eū. Dn̄e semp da nobis panē hunc.
Dixit aūt eis ihesus. Ego sum panis
vite. Qui venit ad me non esuriet: ⁊ q̄
credidit in me non sitiet unq̄. Sed di-
xi vobis: quia ⁊ vidistis me: ⁊ nō cre-
didistis. Omē qd dat michi pater ad
me veniet: ⁊ eū qui venit ad me non e-
iciā foras: quia descendi de celo non
ut faciā volūtatē meā sed volūtatem
ei9 q̄ misit me. Hec ē aūt volūtas ei9 q̄
misit me patris: ut omne qd dedit mi-
chi nō pdam ex eo: sed resuscitē illud i
nouissimo die. Hec ē eni volūtas pa-
tris mei qui misit me: ut omīs q̄ videt
filiū ⁊ credit in eum habeat vitā eternā:

et ego resuscitabo eũ in novissimo die.
Murmurabãt ergo iudei de illo · q̃a
dixisset·ego sum panis vivus qui de
celo descendi. Et dicebãt. Nõne hic est
filius ioseph cuius nos novimus patrẽ
et matrem? Quomõ ergo dicit hic·q̃a
de celo descendi? Respondit ergo ihe-
sus:⁊ dixit eis. Nolite murmurare in
invicem. Nemo potest venire ad me:
nisi pater qui misit me traxerit eum:⁊
ego resuscitabo eum in novissimo di-
e. Est scriptũ in ꝓphetis. Erunt om̃es
docibiles dei. Om̃is qui audivit a pa-
tre ⁊ didicit venit ad me. Nõ quia pa-
trem vidit quisq̃:nisi is qui est a deo.
hic vidit patrem. Amen amẽ dico vo-
bis:qui credit in me habet vitã eternã.
Ego sum panis vite. Patres vestri mã-
ducaverũt mãna in deserto:⁊ mortui
sunt. Hic est panis de celo descendẽs:
ut si quis ex ipo mãducaverit nõ mo-
riatur. Ego sũ panis vivus:q̃ de celo
descendi. Si quis mãducaverit ex hoc
pane vivet in eternũ. Et panis quẽ e-
go dabo caro mea est:pro mũdi vita.
Litigabãt ergo iudei ad invicem dicẽ-
tes. Quomõ potest hic nobis carnẽ
suã dare ad mãducandũ? Dixit ergo
eis ihesus. Amen amen dico vobis:
nisi mãducaveritis carnẽ filij hois et
biberitis eius sanguinẽ: non habebi-
tis vitam in vobis. Qui mãducat me-
am carnẽ ⁊ bibit meũ sanguinẽ·habet
vitam eternã:⁊ ego resuscitabo eum in
novissimo die. Caro enim mea vere
est cibus:et sanguis meus vere est po-
tus. Qui mãducat meã carnẽ et bibit
meũ sanguinẽ:in me manet·et ego in
illo. Sicut misit me vivens pater et e-
go vivo ꝓpter patrẽ:⁊ q̃ mãducat me:
⁊ ipe vivet ꝓpter me. Hic ẽ panis q̃ de
celo descendit. Nõ sicut mãducaverũt
patres vestri mãna:⁊ mortui sũt. Qui
mãducat hunc panẽ: vivet in eternũ.
Hec dixit in synagoga·docens in ca-
pharnaũ. Multi ergo audientes ex di-
scipulis eius: Dixerũt;durus ẽ hic ser-
mo. Et quis potest eum audire? Sci-
ens autẽ ihesus apud semetipm quia
murmurarent de hoc discipli eius:dixit
eis. Hoc vos scandalizat? Si ergo vi-
deritis filiũ hominis ascendentẽ ubi
erat prius; Spiritus ẽ qui vivificat:
caro nõ ꝓdest quicq̃. Verba que ego
locutus sum vobis: spiritus ⁊ vita sunt.
Sed sunt quidã ex vobis q̃ nõ credũt.
Sciebat enim ab inicio ihesus qui es-
sent non credentes:⁊ quis traditurus
esset eum. Et dicebat. Propterea dixi
vobis: q̃a nemo potest venire ad me:
nisi fuerit ei datum a pr̃e meo. Ex hoc
multi discipulorũ eius abierunt retro:
et iam nõ cum illo ambulabant. Di-
xit ergo ihesus ad duodecim. Nũquid
et vos vultis abire? Respondit ergo ei
symon petrus. Domine:ad quẽ ibimus?
Verba vite eterne habes. Et nos credi-
dimus ⁊ cognovimus:q̃a tu es xp̄us
filius dei. Respõdit eis ihesus. Nõne
ego vos duodecim elegi: et ex vobis u-
nus dyabolus ẽ? Dicebat aũt de iuda
symonis scariothis. Hic enĩ erat tra-
diturus eũ cũ esset unus ex duodeci. c. vii.
Post hec aũt ãbulabat ihesus in
galileam. Nõ enĩ volebat in iu-
deam ambulare:q̃a querebãt eũ iudei
interficere. Erat aũt in proximo dies
festus iudeorũ scenophegia. Dixerunt
autem ad eũ fratres eius. Transi hinc et
vade ĩ iudeã:ut et discipuli tui videãt
opera tua q̃ facis. Nemo quippe in oc-
culto quid facit:et querit ipe ĩ palã esse.
Si hec facis: manifesta te ipm mun
do. Neque enim fratres eius credebãt

in eum . Dicit ergo eis ihesus. Tempꝰ
meū nondū aduenit : tempus autem
vestrū semꝑ est paratū. Nō potest mū-
dus odisse vos. Me autē odit : quia
ego testimoniū phibeo de illo: qr̄ opera
eius mala sunt. Vos ascendite ad di-
em festū hūc. Ego nō ascendam ad di-
em festū istū : quia meū tempus nōdū
impletū est. Hec cū dixisset: ipē mansit
in galilea . Vt aūt ascenderūt fratres
eiꝰ- tūc et ipē ascendit ad diē festū non
manifeste: sed q̄si ī occulto. Judei ergo
querebāt eū in die festo: ⁊ dicebāt. Vbi
est ille? Et murmur multus de eo erat
in turba . Quidā enim dicebant quia
bonus est: alij dicebāt non- sed seducit
turbas . Nemo tamen palam loque-
batur de illo: ꝓpter metū iudeoꝝ. Jam
aūt die festo mediāte: ascendit ihesus
in templū ⁊ docebat. Et mirabantur
iudei dicētes. Quomō hic litteras scit
cum non didicerit? Respondit eis ihe-
sus: ⁊ dixit. Mea doctrina non ē mea:
sed eius qui misit me. Si quis volue-
rit volūtatem eius facere: cognoscet de
doctrina- utrū ex deo sit : an ego a me
ipō loquar. Qui a semetipō loquitur
gloriā ꝓpriam querit. Qui aūt querit
gloriam eiꝰ qui misit eum - hic verax
est: ⁊ iniusticia in illo non est. Nonne
moyses dedit vobis legem? Et nemo
ex vobis facit legem. Quid me queritis
interficere ? Respondit turba et dixit.
Demoniū habes. Quis te querit inter-
ficere ? Respondit ihesus : et dixit eis.
Vnū opus feci : et omnes miramini.
Propterea moyses dedit vobis circū-
cisionem: non quia ex moyse est: sed ex
patribus . Et in sabbato circūciditis
hoīem. Si circūcisionē accipit homo ī
sabbato ut nō soluat̄ lex moysi: michi
indignamini q̄a totū hoīem sanū feci
in sabbato? Nolite iudicare secundū
faciē : sed iustum iudiciū iudicate. Di-
cebāt ergo quidā ex iherosolimis. Nō-
ne hic est quē querunt interficere? Ecce
palā loquitur : ⁊ nichil ei dicūt. Num-
quid vere cognouerūt principes quia
hic est cristus ? Sed hunc scimꝰ unde
sit: cristus aūt cum venerit : nemo scit
unde sit. Clamabat ergo ihesus ī tem-
plo docens et dicens . Et me scitis - et
unde sim scitis : et a meipō non veni:
sed est verus qui misit me quē vos ne-
scitis. Ego scio eū: ⁊ si dixero q̄a nescio
eum: ero similis vobis mendax. Sed
scio eum, quia ab ipso sum: et ipse me
misit. Querebant ergo eum apꝓhende-
re: ⁊ nemo misit in illū manus : quia
nondū venerat hora eius . De turba
autem multi crediderūt in eū . Et dice-
bant. Cristus cum venerit: numq̄d plu-
ra signa faciet q̄ȝ que hic facit? Audi-
erunt pharisei turbā murmurantem
de illo hec: ⁊ miserūt principes ⁊ pha-
risei ministros: ut apprehenderent ihe-
sū. Dixit ergo eis ihesus . Adhuc mo-
dicum tempus vobiscū sum : et vado
ad eū qui me misit . Queretis me et nō
inuenietis: et ubi sum ego vos nō po-
testis venire . Dixerunt ergo iudei ad se-
metipōs. Quo hic iturus est- quia nō
inueniemus eum? Nūquid in dispsio-
nem gentiū iturus est - ⁊ docturus gen-
tes? Quis est hic sermo quē dixit - que-
retis me et non inuenietis : et ubi sum
ego vos nō potestis venire? In nouis-
simo autē die magno festiuitatis sta-
bat ihesus: ⁊ clamabat dicens. Si q̄s
sitit: veniat ad me ⁊ bibat. Qui credit
in me sicut dicit scriptura : flumina de
ventre eius fluent aque viue . Hoc au-
tem dixit de spiritu : quē accepturi erāt
credentes in eum . Nondū enim erat

spiritus datus: quia ihesus nõdum
erat glorificat⁹. Ex illa ergo turba cũ
audissent hos sermones eius dicebant.
Hic est vere ꝓpheta. Alij dicebãt. Hic
est cristus. Quidã aũt dicebãt. Nũqd
a galilea venit cristus? Nõne scriptu-
ra dicit: q̃a ex semine david · ⁊ de beth-
leem castello ubi erat david venit crist⁹?
Dissensio itaq; facta est in turba ꝓpter
eum. Quidã aũt ex ipis volebãt ap-
p̄hendere eum: sed nemo misit sup illũ
man⁹. Venerũt ergo ministri ad pon-
tifices ⁊ phariseos: et dixerunt eis illi.
Quare non adduxistis eum? Respõ-
derũt ministri. Nũquã sic locutus est
homo: sicut hic homo. Respõderunt
ergo eis pharisei. Nũquid et vos sedu-
cti estis? Nunquid ex principibus ali-
quis credidit in eũ: aut ex phariseis?
Sed turba hec que non novit legem:
maledicti sunt. Dixit nycodemus ad
eos. ille qui venit ad eum nocte: q̃ un⁹
erat ex ipis. Nũquid lex nostra iudi-
cat hominẽ: nisi p̄us audierit ab ipo
et cognoverit quid faciat? Responde-
runt: ⁊ dixerũt ei. Nũquid ⁊ tu galile⁹
es? Scrutare scripturas ⁊ vide: quia
a galilea ꝓpheta nõ surgit. Et reversi
sunt unusquisq; ĩ domũ suã. c. viii.
Ihesus aũt perexit in mõtem oliveti: et
diluculo iterũ venit in templũ: ⁊ omĩs
p̄plus venit ad eum: ⁊ sedens docebat
eos. Adducunt aũt scribe ⁊ pharisei
mulierem dep̄hensam in adulterio: et
statuerũt eam in medio: ⁊ dixerunt ei.
Magister: hec mulier modo dep̄hen-
sa ẽ in adulterio. In lege aũt moyses
mãdavit nobis huiusmodi lapidare.
Tu ergo quid dicis? Hoc aũt dicebãt
temptãtes eum: ut possent accusare eũ.
Ihesus aũt inclinãs se deorsum: digi-
to scribebat ĩ terra. Cũ ergo ꝑseveraret
interrogantes: erexit se ⁊ dixit eis. Qui
sine peccato est vestrũ: prim⁹ in illã la-
pidem mittat. Et iterum se inclinãs
scribebat in terrã. Audientes autẽ hec
unus post unũ exibant incipientes a
senioribus: ⁊ remãsit solus ihesus: et
mulier in medio stans. Erigens autẽ
se ihesus: dixit ei. Mulier: ubi sunt qui
te accusabãt? Nemo te cõdemnavit?
Que dixit. Nemo dñe. Dixit autẽ ihe-
sus. Nec ego te condemnabo. Vade:
et iam ampli⁹ noli peccare. Iterũ ergo
locutus est eis ihesus dicens. Ego sũ
lux mundi. Qui sequit᷑ me nõ ãbulat
in tenebris: sed habebit lumẽ vite. Di-
xerũt ergo ei pharisei. Tu de teipõ testi-
moniũ ꝑhibes: testimoniũ tuũ nõ est
verũ. Respõdit ihesus: ⁊ dixit eis. Et si e-
go testimoniũ ꝑhibeo de meipõ · verũ ẽ te-
stimoniũ meũ: q̃a scio unde veni ⁊ quo
vado. Vos aũt nescitis unde venio:
aut quo vado. Vos aũt scdm carnẽ
iudicatis: ego nõ iudico quenq;. Et si
iudico ego · iudiciũ meũ verũ ẽ: q̃a sol⁹
nõ sum · sed ego ⁊ qui misit me pater.
Et ĩ lege vr̃a scriptum est: quia duorũ
hominũ testimoniũ verũ est. Ego sum
qui testimonium ꝑhibeo de meipso:
et testimoniũ ꝑhibet de me qui misit
me pater. Dicebãt ergo ei. Ubi est pa-
ter tuus? Respõdit ihesus. Neq; me
scitis: neq; patrem meũ. Si me sciretis:
forsitan ⁊ patrem meũ sciretis. Hec ver-
ba locutus ẽ ihesus in gazophilacio:
docens in templo. Et nemo app̄hẽdit
eum: quia necdũ venerat hora ei⁹. Di-
xit ergo iterũ eis ihesus. Ego vado: et
queretis me: et in peccato vr̃o moriemi-
ni. Quo ego vado · vos nõ potestis ve-
nire. Dicebãt ergo iudei. Nunquid in-
terficiet semetipm̃: q̃a dicit quo ego va-
do vos nõ potestis venire? Et dicebat

eis. Vos de deorsum estis: ego de su-
pnis sum. Vos de mūdo hoc estis: e-
go nō sum de hoc mundo. Dixi ergo
vobis: q̄a moriemini in peccatis vr̄is.
Si enim non credideritis quia ego sū:
moriemini i peccato vr̄o. Dicebāt ergo
ei. Tu q̄s es? Dicit eis ihesus. Pricipi-
um: q̄ ⁊ loquor vobis. Multa habeo
de vobis loqui ⁊ iudicare: sed qui me
misit verax ē: ⁊ ego q̄ audiui ab eo hec
loquor in mūdo. Et nō cognouerūt:
quia patrem eius dicebat deū. Dixit
ergo eis ihesus. Cum exaltaueritis fi-
liū hoīs tunc cognoscetis q̄a ego sū:
et a meip̄o facio nichil: sed sic docuit
me pater hec loquor. Et qui me misit
mecū est: ⁊ non reliquit me solū: quia
ego q̄ placita sunt ei facio semp̄. Hec
illo loquente: multi crediderūt in eum.
Dicebat ergo ihesus ad eos qui credi-
derūt ei iudeos. Si vos mās̄eritis in
sermone meo: vere discipuli mei eritis:
et cognoscetis veritatem: ⁊ veritas li-
berabit vos. Respōderūt ei. Semen a-
brahe sumꝰ: et nemini seruiuimꝰ vnq̄.
Quomodo tu dicis liberi eritis? Respō-
dit eis ihesus. Amen amen dico vo-
bis: quia om̄is q̄ facit peccatū seruus
est peccati. Seruus aūt non manet in
domo in eternum: filius manet in e-
ternum. Si ergo vos filius liberaue-
rit: vere liberi eritis. Scio quia filij
abrahe estis: sed queritis me interfi-
cere: quia sermo meus nō capit in vo-
bis. Ego qđ vidi apud patrē loquor:
et vos que vidistis apud patrem ve-
strum facitis. Respōderūt et dixerunt
ei. Pater noster abraham est. Dicit e-
is ihesus. Si filij abrahe estis: opera
abrahe facite. Nunc aūt queritis me
interficere: hominē qui veritatem vo-
bis locutus sum: quam audiui a deo.

Hoc abraham nō fecit. Vos facitis
opera patris vestri. Dixerunt itaqꝫ ei.
Nos ex fornicatione non sumus nati.
Vnū patrē habemꝰ deū. Dixit ergo eis
ihesus. Si deus pater vester esset: di-
ligeretis vtiqꝫ me. Ego eni ex deo p̄ces-
si et veni. Neqꝫ eni a meip̄o veni: sed il-
le me misit. Quare loq̄lā meā non co-
gnoscitis? Quia nō potestis audire
sermonē meū. Vos ex patre dyabolo
estis: ⁊ desideria patris vestri vultis fa-
cere. Ille homicida erat ab inicio: ⁊ in
veritate non stetit: quia nō est veritas
in eo. Cum loquitur mendaciū: ex pro-
prijs loquitur: quia mendax est ⁊ pa-
ter eiꝰ. Ego aūt quia veritatem dico:
non creditis michi. Quis ex vobis ar-
guet me de peccato? Si veritatem di-
co: quare vos non creditis michi?
Qui est ex deo: verba dei audit. Pro-
pterea vos nō auditis: quia ex deo nō
estis. Respōderūt ergo iudei: ⁊ dixerūt
ei. Nōne bene dicimꝰ nos: quia sama-
ritanꝰ es tu: ⁊ demoniū habes? Respō-
dit ihesus. Ego demoniū nō habeo:
sed honorifico patrem meū: ⁊ vos in-
honorastis me. Ego aūt non quero
gloriā meā. Est qui querat ⁊ iudicet.
Amen amē dico vobis: si quis sermo-
nem meū seruauerit mortem nō videbit
in eternum. Dixerūt ergo iudei. Nūc co-
gnouimꝰ: q̄a demoniū habes. Abra-
ham mortuus est ⁊ p̄phete: et tu dicis
si quis sermonē meū seruauerit non gu-
stabit mortem in eternū? Nūquid tu
maior es patre nr̄o abrahā q̄ mortuꝰ
est? Et p̄phete mortui sūt. Quē teip̄m
facis? Respōdit ihesus. Si ego glori-
fico meip̄m: gloria mea nichil ē. Est
pater meꝰ qui glorificat me: quē vos
dicitis quia deus noster ē ⁊ nō cogno-
uistis eum. Ego aūt noui eum. Et si

dixero quia non scio eum: ero similis
vobis mendax. Sed scio eum: et ser-
monem eius servo. Abraham pater
vester exultavit ut videret diē meum:
et vidit: et gavisus est. Dixerūt ergo iu-
dei ad eū. Quinquaginta ānos nondū
habes: et abraham vidisti? Dixit eis
ihesus. Amen amen dico vobis: an-
teq̄ abraham fieret ego sum. Tulerūt
ergo lapides ut iacerēt ī eū. Ihesus aūt
abscōdit se: et exivit de templo. c. ix.
Et preteriens ihesus vidit hominē
cecū a nativitate: et interrogave-
runt eū discipli eius. Rabbi. quis pecca-
vit. hic aut parentes eius: ut cecus nasce-
retur? Respondit ihesus. Neq̄ hic pec-
cavit neq̄ parentes eius: sed ut mani-
festentur opera dei in illo. Me oportet
operari opera eius qui misit me. do-
nec dies est. Venit nox: quādo nemo
potest operari. Quādiu sum ī mūdo.
lux sum mūdi. Hoc cū dixisset expuit
in terrā. et fecit lutū ex sputo: et linivit
lutum sup oculos eius: et dixit ei. Va-
de lava in natatoria syloe: qd interp̄-
tatur missus. Abiit ergo et lavit: et ve-
nit videns. Itaq̄ vicini et qui viderāt
eum prius quia mendicus erat dicebāt.
Nōne hic est qui sedebat et mendica-
bat? Alii dicebāt quia hic est: alii au-
tem nequaq̄: sed similis est ei. Ille ve-
ro dicebat: quia ego sum. Dicebāt er-
go ei. Quomō aperti sunt tibi oculi?
Respōdit. Ille homo qui dicit ihesus
lutum fecit. et unxit oculos meos: et di-
xit michi. Vade ad natatoriā syloe. et
lava. Et abii: et lavi. et vidi. Et dixerūt
ei. Ubi ē ille? Ait. Nescio. Adducūt eū
ad phariseos qui cecus fuerat. Erat
autē sabbatū quādo lutū fecit ihesus:
et aperuit oculos eius. Iterū ergo inter-
rogabāt eū pharisei quomō vidisset.
Ille autē dixit eis. Lutū michi posuit
sup oculos: et lavi et video. Dicebant
ergo ex phariseis quidā. Non est hic
homo a deo: qui sabbatū nō custodit.
Alii aūt dicebāt. Quomō potest ho-
mo peccator hec signa facere? Et scisma
erat inter eos. Dicunt ergo ceco iterū.
Tu quid dicis de eo qui aperuit oculos
tuos? Ille autē dixit: quia propheta est.
Non crediderunt ergo iudei de illo q̄a
cecus fuisset et vidisset: donec vocave-
runt parentes eius qui viderat: et in-
terrogaverūt eos dicentes. Hic est filius
vester: quē vos dicitis quia cecus na-
tus est? Quomō ergo nunc videt? Re-
sponderūt eis parentes eius: et dixerūt.
Scimus quia hic est filius noster: et q̄a
cecus natus est. Quomō aūt nūc vide-
at nescimus: aut quis eius aperuit ocu-
los nos nescimus. Ipm interrogate.
Etatem habet: ipse de se loquatur. Hec
dixerūt parentes eius: quoniam timebāt iude-
os. Iam enim cōspiraverāt iudei: ut
si quis eum cōfiteretur esse cristū extra
synagogā fieret. Propterea parentes
eius dixerūt. quia etatem habet: ipm
interrogate. Vocaverūt ergo rursum
hominē qui fuerat cecus: et dixerūt ei.
Da gloriā deo. Nos scimus quia hic
homo peccator est. Dixit ergo eis ille.
Si peccator est nescio: unū scio: quia
cecus cū essem. modo video. Dixerunt
ergo illi. Quid fecit tibi? Quomō ape-
ruit tibi oculos? Respondit eis. Dixi
vobis iam: et audistis. Quid iterū vul-
tis audire? Numquid et vos vultis di-
scipli eius fieri? Maledixerūt ergo ei: et
dixerūt. Tu discipulus illius sis: nos
aūt moysi discipuli sumus. Nos sci-
mus quia moysi locutus est deus: hūc
autem nescimus unde sit. Respondit
ille homo: et dixit eis. In hoc enim

mirabile est q͂a vos nescitis unde sit:
et aperuit meos oculos. Scimus aūt
quia peccatores deus non audit: sed
si quis dei cultor est ⁊ volūtatem eius
facit: hunc exaudit. A seculo non est
auditū: quia quis aperuit oculos ce-
ci nati. Nisi esset hic a deo: non pote-
rat facere quicq̄. Respōderūt: ⁊ dixerūt
ei. In peccatis natus es totus: ⁊ tu do-
ces nos? Et eiecerūt eum foras. Audi-
uit ihesus quia eiecerūt eum foras: et
cum inuenisset eum dixit ei. Tu credis
in filiū dei? Respōdit ille ⁊ dixit. Quis
est dn̄e ut credā in eum? Et dixit ei ihe-
sus. Et vidisti eum: et q̄ loquitur tecū
ipse est. At ille ait. Credo dn̄e. Et pci-
dens adorauit eum. Et dixit ei ihesus.
In iudiciū ego in hūc mūdum veni:
ut qui non vident videāt: et qui vidēt
ceci fiant. Et audierūt quidā ex phari-
seis qui cū ipo erant: ⁊ dixerūt ei. Nun-
quid et nos ceci sumus? Dixit eis
ihesus. Si ceci essetis non haberetis
peccatum. Nunc vero dicitis quia vi-
dem⁹: peccatum vestrum manet. c. x.
Amen amen dico vobis: qui non
intrat p hostiū in ouile sed ascē-
dit aliūde: ille fur est ⁊ latro. Qui aūt
intrat per hostiū pastor est ouiū. Hu-
ic hostiarius aperit: ⁊ oues vocem e-
ius audiūt. Et ꝓprias oues vocat no-
minatim: ⁊ educit eas. Et cum ꝓprias
oues emiserit ante eas vadit: ⁊ oues
illū sequūtur: quia sciūt vocem eius.
Alienū aūt non sequūtur sed fugiūt
ab eo: quia non nouerunt vocem alie-
noꝝ. Hoc ꝓuerbiū dixit eis ihesus. Il-
li aūt non cognouerūt quid loquere-
tur eis. Dixit ergo eis iterū ihesus. Amē
amē dico vobis: quia ego sum hostiū
ouiū. Omnes q̄tq̄t venerūt fures sunt
et latrones: sed nō audierūt eos oues.

Ego sū hostiū. Per me si quis introie-
rit saluabitur: ⁊ ingredietur ⁊ egredie-
tur: ⁊ pascua inueniet. Fur nō venit:
nisi ut furetur ⁊ mactet ⁊ pdat. Ego ve-
ni ut vitam habeāt: et abundantius
habeāt. Ego sum pastor bonus. Bo-
nus pastor animā suā dat p ouibus
suis. Mercennari⁹ aūt ⁊ q̄ non est pa-
stor cui⁹ non sunt oues ꝓprie: videt lu-
pum venientē ⁊ dimittit oues ⁊ fugit: ⁊
lupus rapit: ⁊ dispgit oues. Mercēna-
rius aūt fugit quia mercennari⁹ est: ⁊
non ptinet ad eum de ouibus. Ego
sum pastor bon⁹: ⁊ cognosco meas:
et cognoscūt me mee. Sicut nouit me
pater: et ego agnosco patrē: et animā
meā pono p ouib; meis. Et alias o-
ues habeo que nō sūt ex hoc ouili: ⁊ il-
las oportet me adducere ⁊ vocem meā
audient: et fiet unū ouile et un⁹ pastor.
Propterea me pater diligit: quia ego
pono animā meā: et iterū sumā eam.
Nemo tollet eam a me: sed ego pono
eam a meipō. Potestatem habeo po-
nendi eam: ⁊ potestatem habeo iterū
sumendi eam. Hoc mandatū accepi
a patre meo. Dissensio iterū facta est
inter iudeos: ꝓpter sermones hos. Di-
cebāt aūt multi ex ipis. Demoniū ha-
bet ⁊ insanit. Quid eum auditis? Alii
dicebant. Hec verba non sunt demo-
niū habentis. Nunquid demonium
potest cecorum oculos aperire? Facta
sunt autē encenia in iherosolimis: et
hyems erat. Et ambulabat ihesus in
templo in porticu salomonis. Circū-
dederūt ergo eum iudei: et dicebant ei.
Quousq; animam nostram tollis?
Si tu es cristus: dic nobis palam. Re-
spondit eis ihesus. Loquor vobis: et
non creditis. Opera q̄ ego facio ī noīe
patris mei: hec testimoniū phibent de

me. Sed vos non creditis: quia non
estis ex ovibus meis. Oves mee vocē
meam audiūt: ⁊ ego cognosco eas: et
sequūtur me. Et ego vitam eternā do
eis: ⁊ non peribūt in eternū: ⁊ nō rapi-
et eas quisq̃ de manu mea. Pater me-
us qđ dedit michi maius omnibus ē:
et nemo potest rapere de manu patris
mei. Ego ⁊ pater unū sumus. Sustu-
lerūt lapides iudei · ut lapidarent eū.
Respōdit eis ihesus. Multa bona o-
pera ostendi vobis ex patre meo: Pro-
pter qđ eorū opus me lapidatis? Respō-
derūt ei iudei. De bono opere non la-
pidamus te · sed de blasphemia: ⁊ qa
tu homo cum sis: facis teipsm deū. Re-
spondit eis ihesus. Nōne scriptū ē in
lege vestra quia ego dixi dii estis? Si
illos dixit deos ad quos sermo dei fa-
ctus est · ⁊ non potest solui scriptura:
quē pater sanctificavit et misit in mū-
dum vos dicitis quia blasphemas
quia dixi filius dei sum? Si nō facio
opera patris mei: nolite credere michi.
Si aūt facio: ⁊ si michi nō vultis cre-
dere operibus credite: ut cognoscatis
et credatis · quia in me est pater · ⁊ ego
in patre. Querebāt ergo eū apphende-
re: ⁊ exivit de manibus eorū. Et abiit
iterū trās iordanem in eum locū ubi e-
rat iohānes baptizās pmū: ⁊ māsit il-
lic. Et multi venerūt ad eū et dicebāt: qa
iohānes quidē signū fecit nullū. Omnia
aūt quecūq; dixit iohānes de hoc vera
erant: et multi crediderūt in eum. c. xi.

Erat autē quidā languens laza-
rus a bethania: de castello ma-
rie ⁊ marthe sororū eius. Maria aūt
erat que unxit dñm unguento · ⁊ exter-
sit pedes eius capillis suis: cuius frater
lazarus infirmabatur. Miserūt ergo so-
rores eius ad eum dicētes. Domine:
ecce quē amas infirmatur. Audiens
aūt ihesus: dixit eis. Infirmitas hec
non est ad mortem · sed pro gloria dei:
ut glorificetur filius dei per eam. Dilige-
bat aūt ihesus martham: ⁊ sororem
eius mariā ⁊ lazarū. Ut ergo audivit
quia infirmabatur: tunc quidē mānsit
in eodem loco duobus diebus. Dein-
de post hec dicit discipulis suis. Eamus
in iudeā iterū. Dicūt ei discipuli. Rabbi
nunc querebāt te iudei lapidare: ⁊ iterū
vadis illuc? Respōdit ihesus. Nōne
duodecim sūt hore diei? Si quis ābu-
laverit in die non offendit: qa lucem
huius mūdi videt. Si aūt ambulave-
rit in nocte offendit: quia lux non est
in eo. Hec ait: ⁊ post hec dicit eis. La-
zarus amicus noster dormit: sed va-
do ut a somno exsuscitem eū. Dixerūt
ergo discipuli eius. Dñe: si dormit sal-
vus erit. Dixerat aūt ihesus de morte
eius: illi aūt putaverūt quia de dormi-
tione somni diceret. Tunc ergo ihesus
dixit eis manifeste. Lazarus mortuus
est: et gaudeo propter vos ut credatis:
quoniā non eram ibi. Sed eamus ad
eum. Dixit ergo thomas qui dicitur
didimus ad condiscipulos. Eamus et
nos: et moriamur cū eo. Venit itaq;
ihesus: et invenit eum quatuor dies
iam in monumēto habentem. Erat
aūt bethania iuxta iherosolimā quasi
stadiis quindecim. Multi aūt ex iude-
is venerant ad martham ⁊ mariā: ut
cōsolarentur eas de fratre suo. Martha
ergo ut audivit qa ihesus venit occur-
rit illi: maria aūt domi sedebat. Dixit
ergo martha ad ihesū. Dñe: si fuisses
hic frater meus non fuisset mortuus.
Sed ⁊ nunc scio: qa quecūq; poposce-
ris a deo dabit tibi deus. Dicit illi ihesus.
Resurget frater tuus. Dicit ei martha.

Scio quia resurget · ī resurrectione in
nouissimo die. Dicit ei ihesus. Ego sū
resurrectio ⁊ vita. Qui credit in me etiā
si mortuus fuerit viuet: ⁊ omnis qui
viuit ⁊ credit in me: non morietur in
eternū. Credis hoc? Ait illi. Utiq; dn̄e.
Ego credidi quia tu es xp̄us fili⁹ dei:
qui in hunc mūdum venisti. Et cum
hec dixisset: abijt ⁊ vocauit mariam
sororem suā silētio dicens. Magister
adest: et vocat te. Illa ut audiuit sur-
git cito: ⁊ venit ad eum. Nondū enim
venerat ihesus in castellū: sed erat ad-
huc in illo loco ubi occurrerat ei mar-
tha. Iudei ergo qui erant cum ea ī do-
mo ⁊ consolabātur eam cū vidissent
mariam quia cito surrexit et exijt: se-
cuti sunt eam dicētes. Quia vadit ad
monumentū ut ploret ibi. Maria er-
go cum venisset ubi erat ihesus: vidēs
eum cecidit ad pedes ei⁹ ⁊ dixit ei. Do-
mine · si fuisses hic non esset mortuus
frater meus. Ihesus ergo ut vidit eā
plorantem et iudeos qui venerant cū
ea plorantes infremuit spiritu: ⁊ turba-
uit seipm̄ ⁊ dixit. Ubi posuistis eum?
Dicunt ei. Dn̄e: veni ⁊ vide. Et lacri-
matus est ihesus. Dixerūt ergo iudei.
Ecce quomō amabat eum. Quidam
aūt ex ipis dixerūt. Non poterat hic
qui aperuit oculos ceci nati facere: ut
hic nō moreretur? Ihesus ergo rursum
fremens in semetipso venit ad monu-
mentū. Erat aūt spelunca: ⁊ lapis sup-
positus erat ei. Ait ihesus. Tollite la-
pidem. Dicit ei martha soror ei⁹ · qui
mortuus fuerat: dn̄e iam fetet: qua-
triduanus enim est. Dicit ei ihesus.
Nōne dixi tibi: quoniā si credideris
videbis gloriā dei? Tulerūt ergo lapi-
dem. Ihesus aūt eleuans sursum ocu-
lis dixit. Pater gratias ago tibi qm̄
audisti me. Ego aūt sciebā quia semp
me audis: sed ꝓpter ppl'm q̄ circūstat di-
xi: ut credant quia tu me misisti. Hec
cum dixisset: voce magna clamauit.
Lazare veni foras. Et statim ꝓdijt q̄
fuerat mortuus ligatus manus et pe-
des institis: ⁊ facies illius sudario e-
rat ligata. Dixit eis ihesus. Soluite
eum: ⁊ sinite abire. Multi ergo ex iude-
is qui venerāt ad mariā et martham
et viderant que fecit ihesus: credide-
runt in eum. Quidā autē ex ipis abie-
runt ad phariseos: ⁊ dixerunt eis que
fecit ihesus. Collegerūt ergo pōtifices
et pharisei conciliū ⁊ dicebant. Quid
facimus: quia hic homo multa signa
facit? Si dimittimus eum sic: om̄s
credent in eum. Et venient romani: et
tollent locum nostrū ⁊ gentem. Unus
aūt ex ipis cayphas nomine: cū esset
pontifex anni illius dixit eis. Vos ne-
scitis quicq̄ nec cogitatis: quia expe-
dit vobis ut unus moriatur homo ꝓ
ppl'o: ⁊ non tota gens pereat. Hoc au-
tem a semetipō non dixit: sed cum esset
pontifex anni illius ꝓphetauit: q̄a ihe-
sus moritur⁹ erat ꝓ gente. Et nō tan-
tum ꝓ gente: sed ut filios dei qui erāt
dispsi congregaret in unū. Ab illo er-
go die cogitauerunt ut interficerent eū.
Ihesus ergo iam non ī palam ābula-
bat apud iudeos: sed abijt in regionē
iuxta desertum in ciuitatem que dicitur
effrem: ⁊ ibi morabatur cum discipulis
suis. Proximum autem erat pascha
iudeoꝝ · ⁊ ascenderūt multi iherosoli-
mam de regione ante pascha: ut san-
ctificarent seipos. Querebant ergo ihe-
sum: ⁊ colloquebantur ad inuicem in
templo stantes. Quid putatis quia
non venit ad diem festum illum? De-
derant autem pontifices et pharisei

mandatum: ut si quis cognouerit u-
bi sit indicet: ut apprehendant eū. c.xii.
Ihesus ergo ante sex dies pasche venit
bethaniam ubi lazarus fuerat mortu-
us: quē suscitauit ihesus. Fecerūt aūt
ei cenā ibi et martha ministrabat: la-
zarus vero unus erat ex discūbētibus
cum eo. Maria ergo accepit librā un-
guenti nardi pistici p̄ciosi ⁊ unxit pedes
ihesu: ⁊ extersit pedes ei⁹ capillis suis:
et dom⁹ impleta est ex odore unguēti.
Dixit ergo unus ex discipulis eius iu-
das scariothis qui erat eum traditur⁹.
Quare hoc unguentū non venijt tre-
centis denarijs: ⁊ datum est egenis?
Dixit aūt hoc nō quia de egenis p̄ti-
nebat ad eum: sed quia fur erat: et lo-
culos habēs ea que mittebantur por-
tabat. Dixit ergo ihesus. Sine illā:
ut ī diē sepulture mee seruet illud. Pau-
peres enim semꝑ habetis vobiscū: me
aūt nō semꝑ habetis. Cognouit ergo
turba multa ex iudeis quia illic est: ⁊
venerunt non ꝓpter ihesum tantū: sed
ut lazarū viderēt quē suscitauit a mor-
tuis. Cogitauerūt aūt principes sacer-
dotū ut ⁊ lazarū interficerent: q̄a multi
propter illū abibant ex iudeis: ⁊ crede-
bant in ihesum. In crastinū autē tur-
ba multa que venerat ad diem festū
cum audissent quia venit ihesus ihe-
rosolimā acceperūt ramos palmaꝝ:
et ꝓcesserūt obuiam ei et clamabant:
osanna· benedictus qui venit in noīe
dn̄i rex israhel. Et inuenit ihesus asel-
lum: ⁊ sedit sup eum sicut scriptum est.
Noli timere filia syon: ecce rex tuus ve-
nit sedens sup pullū asine. Hec nō co-
gnouerūt discipli ei⁹ p̄mū: sed quādo
glorificatus est ihesus tunc recordati
sunt quia hec erant scripta de eo: ⁊ hec
fecerunt ei. Testimoniū ergo ꝑhibebat
turba que erat cum eo quādo lazarū
vocauit de monumento: ⁊ suscitauit
eum a mortuis. Propterea ⁊ obuiam
venit ei turba: quia audierūt eū fecisse
hoc signū. Pharisei ergo dixerunt ad
semetipos. Videtis quia nichil ꝓfici-
mus? Ecce mūdus totus post eū abijt.
Erāt aūt quidā gentiles ex hijs q̄ ascē-
derāt ut adorarēt in die festo. Hij ergo
accesserunt ad philippū qui erat a beth-
sayda galilee: ⁊ rogabant eum dicētes.
Domine: volum⁹ ihesum videre. Ve-
nit philippus: et dicit ādree. Andreas
rursum ⁊ philippus dixerūt ihesu. Ihe-
sus aūt respōdit eis dicens. Venit ho-
ra ut clarificetur fili⁹ hominis. Amē
amen dico vobis: nisi granū frumēti
cadens in terram mortuū fuerit: ip̄m
solum manet. Si aūt mortuū fuerit:
multum fructū affert. Qui amat ani-
mam suā: ꝑdet eam. Et qui odit ani-
mam suā in hoc mūdo: in vitā eternā
custodit eā. Si quis michi ministrat:
me sequatur. Et ubi sum ego: illic et
minister meus erit. Si quis michi mi-
nistrauerit: honorificabit eum pater
meus. Nunc anima mea turbata est.
Et quid dicā? Pater saluifica me ex
hac hora. Sed ꝓpterea veni in horam
hāc. Pater clarifica nomē tuū. Venit
ergo vox de celo dicens. Clarificaui: ⁊
iterū clarificabo. Turba ergo que sta-
bat et audierat dicebat tonitruū esse fa-
ctum. Alij aūt dicebāt. Angelus ei lo-
cutus est. Respōdit ihesus: ⁊ dixit. Nō
propt̄ me hec vox venit: sed ꝓpter vos.
Nunc iudiciū est mūdi: Nūc princeps
hui⁹ mūdi eicietur foras. Et ego si ex-
altatus fuero a terra: omnia traham
ad meip̄m. hoc aūt dicebat: significās
quia morte esset moriturus. Respōdit
ei turba. Nos audiuimus ex lege· q̄a

cristus manet in eternū. Et quomodo
tu dicis oportet exaltari filiū hois? Et
quis ē iste filius hominis? Dixit ergo
eis ihesus. Adhuc modicū lumē in
uobis est. Ambulate dum lucem habe-
tis: ut non tenebre uos cōprehendāt.
Et qui ambulat ī tenebris: nescit quo
uadit. Dum lucem habetis credite in
lucem: ut filii lucis sitis. Hec locut⁹ est
ihesus: et abiit ⁊ abscōdit se ab eis. Cū
aūt tanta signa fecisset coram eis nō
credebāt in eum: ut sermo ysaie imple-
retur quē dixit. Dñe quis credidit au-
ditui nr̄o: et brachiū dñi cui reuelatū
est? Propterea non poterāt credere: qa
iterū dixit ysaias. Excecauit oculos eo-
rum ⁊ indurauit cor eorū: ut non ui-
deant oculis ⁊ intelligāt corde et con-
uertantur ⁊ sanem eos. Hec dixit ysai-
as quādo uidit gloriā eius: ⁊ locut⁹
est de eo. Verūtamē et ex principibus
multi crediderūt in eum: sed ꝓpter pha-
riseos nō cōfitebantur: ut de synago-
ga nō eicerentur. Dilexerūt enim glo-
riam hominū magis qȝ gloriam dei.
Ihesus aūt clamauit ⁊ dixit. Qui cre-
dit in me: nō credit in me·sed in eum
qui misit me. Et qui uidet me: uidet
eum qui misit me. Ego lux in mundū
ueni: ut omīs qui credit in me in tene-
bris non maneat. Et si quis audierit
uerba mea ⁊ non custodierit: ego non
iudico eū. Non enim ueni ut iudicem
mūdū: sed ut saluificem mundū. Qui
spernit me et non accipit uerba mea:
habet q̄ iudicet eum. Sermo quē locu-
tus sum: ille iudicabit eum in nouissi-
mo die. Quia ego ex meipō nō sū lo-
cutus: sed q̄ misit me pater ipse michi
mandatū dedit: quid dicam et quid
loquar. Et scio: quia mādatū ei⁹ uita
eterna est. Que ergo ego loquor: sicut
dixit michi pater sic loquor. c. xiii.
Ante diem festū pasche sciens ihe-
sus qa uenit hora ei⁹ ut trāseat
ex hoc mūdo ad patrem: cū dilexisset
suos qui erant in mūdo: in finem di-
lexit eos. Et cena facta cum dyabolus
iam misisset in cor ut traderet eum iu-
das simonis scariothis: sciens quia
omnia dedit ei pater in manus et qa
a deo exiuit et ad deum uadit: surgit
a cena ⁊ ponit uestimenta sua: et cū ac-
cepisset lintheum p̄cinxit se. Deinde mi-
sit aquā ī peluim: ⁊ cepit lauare pedes
discipuloꝝ: ⁊ extergere linteo quo erat
p̄cinctus. Venit ergo ad simonem pe-
trum. Et dicit ei petrus. Dñe tu michi
lauas pedes? Respondit ihesus: ⁊ di-
xit ei. Quod ego facio tu nescis modo:
scies aūt postea. Dicit ei petrus. Non
lauabis michi pedes in eternū. Respō-
dit ei ihesus. Si non lauero te: nō ha-
bebis partem mecū. Dicit ei simon pe-
trus. Domine: nō tantū pedes meos:
sed ⁊ manus et caput. Dicit ei ihesus.
Qui lotus est nō indiget nisi ut pedes
lauet: sed est mūdus tot⁹. Et uos mū-
di estis: sed non omnes. Sciebat enī
quisnam esset qui traderet eum. Pro-
pterea dixit: non estis mūdi omnes.
Postqȝ ergo lauit pedes eorū accepit
uestimenta sua: et cum recubuisset iterū
dixit eis. Scitis quid fecerim uobis?
Vos uocatis me magister ⁊ domine:
et bene dicitis. Sum etenim. Si ergo
ego laui pedes uestros domin⁹ ⁊ ma-
gister: ⁊ uos debetis alter alteri⁹ laua-
re pedes. Exemplū enim dedi uobis:
ut quēadmodū ego feci uobis ita et
uos faciatis. Amen amē dico uobis:
nō est seruus maior domino suo: neqȝ
apostolus maior est eo qui misit illū.
Si hec scitis: beati eritis si feceritis ea.

Non de omnibus vobis dico. Ego
scio quos elegerim. Sed ut adimple-
atur scriptura: qui mãducat mecũ pa-
nem leuabit contra me calcaneũ suũ.
Amodo dico vobis priusꝗ̃ fiat: ut
cũ factũ fuerit credatis quia ego sum.
Amen amen dico vobis: qui accipit
si quem misero me accipit. Qui autem
me accipit: accipit eum qui me misit.
Cum hec dixisset ihesus turbatus est
spiritu: ⁊ ꝓtestatus est ⁊ dixit. Amen
amen dico vobis: quia unus ex vobis
tradet me. Aspiciebãt ergo ad inuicẽ
discipuli: hesitãtes de quo diceret. Erat
ergo recumbens unus ex discipulis e-
ius in sinu ihesu: quem diligebat ihe-
sus. Innuit ergo huic simon petrus:
et dixit ei. Quis est de quo dicit? Ita-
q; cum recubuisset ille supra pect⁹ ihe-
su: dicit ei. Dñe quis est? Respõdit ihe-
sus. Ille est: cui ego intinctũ panẽ por-
rexero. Et cum intinxisset panẽ: dedit
iude simonis scariothis. Et post bu-
cellã introiuit in eum sathanas. Et di-
cit ei ihesus. Quod facis fac cici⁹. Hoc
aũt nemo sciuit discũbentiũ: ad quid
dixerit ei. Quidã enim putabãt quia
loculos habebat iudas ꝙ dixisset ei
ihesus. eme ea que opus sunt nobis
ad diem festũ: aut egenis ut aliquid
daret. Cũ ergo accepisset ille buccellã:
exiuit cõtinuo. Erat aũt nox. Cũ ergo
exisset dixit ihesus. Nunc clarificatus
est filius hominis: ⁊ deus clarificat⁹
est in eo. Si deus clarificat⁹ est in eo:
et deus clarificabit eum in semetipõ: et
continuo clarificabit eum. Filioli: ad-
huc modicũ vobiscum sum. Queretis
me: et sicut dixi iudeis quo ego vado
vos non potestis venire. Et vobis di-
co modo. Mãdatũ nouũ do vobis: ut
diligatis inuicẽ sicut dilexi vos: ut et
vos diligatis inuicẽ. In hoc cognoscẽt
omnes quia discipuli estis mei: si dile-
ctionẽ habueritis ad inuicem. Dicit
ei simon petrus. Dñe quo vadis? Re-
spondit ihesus. Quo ego vado non
potes me modo sequi: sequeris autẽ
postea. Dicit ei petrus. Quare nõ pos-
sũ te sequi modo? Aĩam meã ꝓ te po-
nam. Respõdit ei ihesus. aĩam tuã ꝓ
me pones? Amẽ amẽ dico tibi: nõ cãta-
bit gall⁹ donec ter me neges. c. xiiii.

Et ait discipulis suis. Non turbetur
cor vestrũ. Creditis in deũ: et in
me credite. In domo patris mei man-
siones multe sunt. Si quo minus di-
xissem vobis: quia vado parare vobis
locum. Et si abiero ⁊ ꝑparauero vobis
locum: iterũ venio ⁊ accipiam vos ad
meipm: ut ubi sum ego ⁊ vos sitis. Et
quo ego vado scitis: ⁊ viam scitis. Di-
cit ei thomas. Dñe: nescimus quo va-
dis. Et quomõ possum⁹ viam scire?
Dicit ei ihesus. Ego sum via: ⁊ veritas
et vita. Nemo venit ad patrem nisi ꝑ
me. Si cognouissetis me: et patrẽ me-
um utiq; cognouissetis. Et amodo
cognoscetis eũ: ⁊ vidistis eum. Dicit ei
philippus. Dñe: ostende nobis patrẽ et
sufficit nobis. Dicit ei ihesus. Tanto
tpe vobiscũ sũ et nõ cognouistis me?
Philippe: qui videt me videt ⁊ patrem.
Quomõ tu dicis ostende nobis patrẽ?
Non credis quia ego in patre: ⁊ pater
in me est? Verba que ego loquor vo-
bis: a meipo non loquor. Pater aũt
in me manens: ipe facit opera. Non
creditis quia ego in patre: ⁊ pater ĩ me
est? Alioquin ꝓpter opera ipa credite.
Amen amen dico vobis: qui credit in
me opera que ego facio ⁊ ipe faciet: et
maiora horũ faciet: Quia ego ad pa-
trem vado: ⁊ q̃dcumq; petieritis patrem

in nomine meo hoc faciā: ut glorificet̄
pater in filio. Si quid petieritis me ī
nomine meo hec faciam. Si diligitis
me: mandata mea servate. Et ego ro-
gabo patrem et aliū paraclitū dabit
vobis ut maneat vobiscū ī eternū: spi-
ritū veritatis quē mund⁹ nō potest ac-
cipere: quia non videt eū nec scit eum.
Vos aūt cognoscetis eum: q̄a apud
vos manebit: ⁊ in vobis erit. Non
relinquā vos orphanos: veniam ad
vos. Adhuc modicū: ⁊ mūdus me iā
non videt. Vos aūt videbitis me: q̄a
ego vivo et vos vivetis. In illo die
vos cognoscetis quia ego sum ī patre
meo: ⁊ vos in me: ⁊ ego ī vobis. Qui
habet mādata mea ⁊ servat ea: ille est
qui diligit me. Qui aūt diligit me: di-
ligetur a patre meo. Et ego diligam
eum: et manifestabo ei meipm̄. Dicit
ei iudas: nō ille scariothis. Domine
quid factū est q̄a manifestatur⁹ es no-
bis teipm̄: et non mūdo? Respondit
ihesus: et dixit ei. Si quis diligit me
sermonē meū servabit: et pater me⁹ di-
liget eum: ⁊ ad eum veniemus: ⁊ man-
sionē apud eum faciem⁹. Qui non di-
ligit me: sermones meos non servat.
Et s'monē quē audistis non est me⁹:
sed ei⁹ qui misit me patris. Hec locu-
tus sum vobis: apud vos manens.
Paraclitus aūt spiritus sanctus quē
mittet pater in nomine meo ille vos
docebit oīa: ⁊ suggeret vobis oīa
quecunq; dixero vobis. Pacem relin-
quo vobis: pacem meam do vobis.
Non quomō mūdus dat: ego do vo-
bis. Non turbetur cor vestrū: neq; for-
midet. Audistis quia ego dixi vobis:
vado ⁊ venio ad vos. Si diligeretis
me: gauderetis utiq; quia vado ad
patrem: quia pater maior me est. Et
nunc dixi vobis priusq̄ fiat: ut cum
factū fuerit credatis. Iam non multa
loquar vobiscū. Venit enim princeps
mūdi hui⁹: et in me non habet quicq̄.
Sed ut cognoscat mūdus q̄a diligo
patrē: et sicut mādatū dedit michi pater
sic facio. Surgite: eam⁹ hinc. c. xv.

Ego sum vitis vera: ⁊ pater meus
agricola est. Omnē palmitem
in me non ferentem fructū tollet eum:
et omnē qui fert fructū purgabit eum:
ut fructū plus afferat. Iam vos mūdi
estis: ꝓpter sermonē quē locutus sum
vobis. Manete ī me: ⁊ ego in vobis.
Sicut palmes nō potest ferre fructū a se-
metipo nisi māserit in vite: sic nec vos
nisi in me māseritis. Ego sum vitis:
vos palmites. Qui manet in me et
ego in eo hic fert fructū multū: quia si-
ne me nichil potestis facere. Si quis
in me non manserit mittetur foras si-
cut palmes ⁊ arescet: ⁊ colligent eum
et in ignem mittent ⁊ ardet. Si man-
seritis in me ⁊ verba mea in vobis mā-
serint: qđcunq; volueritis petetis: ⁊ fi-
et vobis. In hoc clarificatus est pater
meus: ut fructū plurimū afferatis: et
efficiamini mei discipli. Sicut dilexit
me pater: ⁊ ego dilexi vos. Manete in
dilectione mea. Si p̄cepta mea serva-
veritis manebitis in dilectione mea:
sicut ⁊ ego patris mei p̄cepta servavi:
et maneo ī ei⁹ dilectione. Hec locut⁹ sū
vobis: ut gaudiū meū sit in vobis: et
gaudiū vestrū impleatur. Hoc est pre-
ceptū meū: ut diligatis invicē sicut di-
lexi vos. Maiorē hac dilectionē nemo
habet: ꝙ ut animā suā ponat quis ꝓ
amicis suis. Vos amici mei estis: si fe-
ceritis que ego p̄cipio vobis. Iam nō
dicam vos servos: quia servus nescit
quid faciat dn̄s eius. Vos autē dixi

amicos: q̄a om̄ia quecūq; audiui a
patre meo nota feci vobis. Nō vos me
elegistis sed ego elegi vos: ⁊ posui vos
ut eatis ⁊ fructū afferatis: ⁊ fructus ve-
ster maneat: ut qđcūq; pecieritis patrē
in nomine meo det vobis. Hec mādo
vobis: ut diligatis inuicem. Si mun-
dus vos odit: scitote quia me priorē
vobis odio habuit. Si de mundo fu-
issetis: mundus qđ suū erat diligeret.
Quia vero de mūdo nō estis. sed ego
elegi vos de mūdo: ꝓpterea odit vos
mūdus. Mementote ſmonis mei: quē
ego dixi vobis. Nō est seruus maior
dn̄o suo. Si me ꝑsecuti sunt et vos ꝑ-
sequent̄. Si sermonē meū seruauerūt:
et vr̄m seruabūt. Sed hec om̄ia facient
vobis ꝓpter nomē meū: quia nesciūt
eum qui misit me. Si non venissem
et locutus fuissem eis: peccatū non ha-
berent. Nunc aūt excusationē non ha-
bent de peccato suo. Qui me odit: et
patrē meū odit. Si opera nō fecissem
in eis que nemo alius fecit: peccatum
non haberent. Nunc autem et viderūt
et oderūt: ⁊ me ⁊ patrē meū. Sed ut ad-
impleat̄ ſmo q̄ in lege eoꝝ scriptus ē:
quia odio habuerūt me gratis. Cum
aūt venerit paraclitus quē ego mittā
vobis a patre spiritū veritatis q̄ a pa-
tre ꝓcedit: ille testimoniū ꝑhibebit de
me. Et vos testimonium ꝑhibebitis:
quia ab inicio mecum estis. c. xvi.

Hec locut⁹ sum vobis: ut nō scan-
dalizemini. Absq; synagogis
facient vos. Sed venit hora: ut om̄is
qui interficit vos arbitretur obsequiū
se prestare deo. Et hec facient vobis:
quia nō nouerūt patrē neq; me. Sed
hec locut⁹ sū vobis: ut cū venerit hora
eoꝝ. reminiscamini: q̄a ego dixi vobis.
Hec autem vobis ab inicio nō dixi:
quia vobiscū eram. Et nunc vado ad
eum qui misit me: ⁊ nemo ex vobis in-
terrogat me quo vadis. Sed quia hec
locutus sum vobis: tristicia impleuit
cor vestrū. Sed ego veritatem dico vo-
bis: expedit vobis ut ego vadā. Si
enim non abiero: paraclitus non ve-
niet ad vos. Si aūt abiero: mittā eū
ad vos. Et cū venerit: ille arguet mū-
dum de peccato et de iusticia et de iu-
dicio. De peccato quidē: q̄a nō credide-
rūt ī me. De iusticia vero: q̄a ad patrē
vado: ⁊ iā nō videbitis me. De iudicio
aūt: quia princeps mūdi hui⁹ iā iudi-
catus est. Adhuc multa habeo vobis
dicere: sed non potestis portare modo.
Cum aūt venerit ille spirit⁹ veritatis:
docebit vos omnē veritatem. Non e-
nim loquetur a semetipo: sed quecūq;
audiet loquetur: ⁊ q̄ ventura sunt an-
nūciabit vobis. Ille me clarificabit:
q̄a de meo accipiet: ⁊ annūciabit vo-
bis. Om̄ia quecūq; habet pater mea
sūt. Propterea dixi q̄a de meo accipiet:
et annūciabit vobis. Modicū ⁊ iam
nō videbitis me. ⁊ iterū modicū ⁊ vide-
bitis me: quia vado ad patrem. Dixe-
runt ergo ex discipulis eius ad inuicē.
Quid est hoc qđ dicit nobis modicū
et nō videbitis me. et iterū modicū et
videbitis me ⁊ quia vado ad patrē?
Dicebāt ergo. Quid est hoc qđ dicit
modicū? Nescim⁹ quid loquitur. Co-
gnouit aūt ihesus quia volebant eū
interrogare: et dixit eis. De hoc queri-
tis inter vos quia dixi modicū ⁊ non
videbitis me: ⁊ iterū modicū et videbi-
tis me. Amen amē dico vobis: quia
plorabitis ⁊ flebitis vos: mūdus au-
tem gaudebit. Vos aūt cōtristabimi-
ni: sed tristicia vestra vertetur in gau-
diū. Mulier cū parit tristiciā habet: q̄a

venit hora ei⁹. Cū aūt pepererit puerū
iam non meminit pressure ꝓpter gau-
diū: quia natus est homo in mundū.
Et vos igitur nunc quidē tristiciam
habetis. Iterū aūt videbo vos ⁊ gaude-
bit cor vestrū: et gaudiū vestrū nemo
tollet a vobis. Et in illo die me non
interrogabitis quicq̄. Amen amē di-
co vobis: si quid pecieritis patrem in
nomine meo dabit vobis. Vsq; mo-
do nō petistis quicq̄ in nomine meo.
Petite et accipietis: ut gaudiū vestrū
sit plenū. Hec in ꝓuerbijs locut⁹ sum
vobis. Venit hora: cum iam non in
prouerbijs loquar vobis: sed palam
de patre annunciabo vobis. In illo
die in nomine meo petetis. Et nō di-
co vobis: quia ego rogabo patrem
de vobis. Ipse enim pater amat vos
q̄a vos me amastis: ⁊ credidistis q̄a
ego a deo exivi. Exivi a patre ⁊ veni in
mūdum: iterū relinquo mūdum: ⁊ va-
do ad patrem. Dicunt ei discipuli ei⁹.
Ecce nunc palam loqueris: et ꝓuerbi-
um nullū dicis. Nunc scimus quia
scis omnia: ⁊ non opus est tibi ut q̄s
te interroget. In hoc credim⁹: quia a
deo existi. Respondit eis ihesus. Mo-
do creditis? Ecce venit hora: ⁊ iam ve-
nit ut dispgamini unusquisq; in ꝓpri-
a: ⁊ me solū relinquatis. Et non sum
solus: quia pater mecū est. Hec locut⁹
sum vobis: ut in me pacem habeatis.
In mundo pressuram habebitis: sed
confidite: ego vici mūdum.

Hec locutus est ihesus: ⁊ subleua-
tis oculis in celū dixit. Pater ve-
nit hora: clarifica filiū tuū·ut fili⁹ tu⁹
clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem
omnis carnis: ut omne qđ dedisti ei
det eis vitam eternā. Hec est aūt vita
eterna: ut cognoscant te solū deū verū:
et quē misisti ihesum cristū. Ego te cla-
rificaui super terrā: opus consūmaui:
quod dedisti michi ut faciam. Et nūc
clarifica me tu pater apud temetipm:
claritate quā habui priusq̄ mūd⁹ fie-
ret apud te. Manifestaui nomē tuū
hominibꝫ: q̄s dedisti michi de mūdo.
Tui erant: ⁊ michi eos dedisti: et sermo-
nem tuū seruauerunt. Nūc cognoue-
runt: quia omnia que dedisti michi
abs te sūt. Quia verba q̄ dedisti michi
dedi eis: ⁊ ipsi acceperūt ⁊ cognouerūt
vere quia a te exiui: ⁊ crediderūt q̄a tu
me misisti. Ego pro eis rogo. Nō pro
mūdo rogo: sed ꝓ hijs q̄s dedisti mi-
chi: quia tui sunt. Et mea omnia tua
sunt: ⁊ tua mea sunt: ⁊ clarificat⁹ sum
in eis. Et iā non sum in mūdo: et hij ī
mūdo sunt: ⁊ ego ad te venio. Pater
sancte serua eos in nomine tuo quos
dedisti michi: ut sint unū sicut et nos.
Cum essem cum eis: ego seruabā eos
in nomine tuo. Quos dedisti michi e-
go custodiui: ⁊ nemo ex hijs periit nisi
filius ꝑditionis: ut scriptura impleat̄.
Nūc aūt ad te venio: ⁊ hec loquor in
mūdo: ut habeāt gaudiū meū imple-
tum in semetipis. Ego dedi eis sermo-
nem tuū: ⁊ mūdus eos odio habuit:
quia nō sunt de mūdo sicut et ego nō
sum de mūdo. Non rogo ut tollas e-
os de mūdo: sed ut serues eos a malo.
De mūdo nō sunt: sicut ⁊ ego non sū
de mūdo. Sanctifica eos in veritate.
Sermo tuus veritas est. Sicut tu me
misisti in mūdum: ita ⁊ ego misi eos
in mundū. Et pro eis ego sanctifico
meipm: ut sint ⁊ ipi sanctificati in veri-
tate. Non pro eis aūt rogo tantū: sed
et pro eis qui credituri sunt per verbū
eoꝝ in me: ut omnes unū sint sicut tu
pater in me ⁊ ego in te·ut ⁊ ipi ī nobis

vnū sint: ut credat mūdus quia tu me
misisti. Et ego claritatem quā tu dedi-
sti michi dedi eis: ut sint vnū sicut et
nos vnū sumus. Ego ī eis ⁊ tu in me:
ut sint cōsūmati in vnū: et cognoscat
mūdus quia tu me misisti: et dilexisti
eos sicut ⁊ me dilexisti. Pater: q̄s dedi-
sti michi volo ut vbi sū ego ⁊ illi sint
mecū: ut videant claritatem meā quā
dedisti michi: quia dilexisti me ante
constitutionē mūdi. Pater iuste: mū-
dus te non cognouit. Ego autē te co-
gnoui: et hij cognouerūt quia tu me
misisti. Et notum feci eis nomē tuū ⁊
notum faciā: ut dilectio qua dilexisti
me ī ipīs sit: ⁊ ego in ipsis. c. xviii.

Hec cum dixisset ihesus: egressus
est cum discipulis suis trās tor-
rentem cedron vbi erat ort⁹: in quem
introiuit ipē ⁊ discipuli eius. Sciebat
aūt ⁊ iudas qui tradebat eum locum:
quia frequenter ihesus cōuenerat illuc
cum discipulis suis. Iudas ergo cum
accepisset cohortem ⁊ a pontificibus et
phariseis ministros: venit illuc cū la-
ternis ⁊ facibus ⁊ armis. Ihesus itaq̧
sciens omnia que ventura erant super
eū: processit ⁊ dixit eis. Quē queritis?
Respōderūt ei. Ihesum nazarenū. Di-
cit eis ihesus. Ego sum. Stabat autē
et iudas qui tradebat eum cū ipīs. Vt
ergo dixit eis ego sum: abierūt retror-
sum ⁊ ceciderūt in terram. Iterū ergo
interrogauit eos. Quem queritis? Illi
aūt dixerūt. Ihesum nazarenū. Respō-
dit ihesus. Dixi vobis: quia ego sum.
Si ergo me queritis: sinite hos abire.
Vt impleretur sermo quē dixit: quia
q̄s dedisti michi nō pdidi ex eis quen-
q̄. Simon ergo petr⁹ habens gladiū
eduxit eū: ⁊ percussit pontificis seruū: et
abscidit eius auriculam dexterā. Erat

aūt nomen seruo malchus. Dicit er-
go ihesus petro. Mitte gladiū tuū in
vaginā. Calicē quē dedit michi pater:
nō bibā illū? Cohors aūt ⁊ tribunus
et ministri iudeorū cōprehenderūt ihe-
sum: et ligauerūt eū ⁊ adduxerūt eum
ad annā pmū. Erat enī socer cayphe:
qui erat pōtifex anni illius. Erat aūt
cayphas qui consiliū dederat iudeis:
quia expedit vnū hominē mori pro
pplo. Sequebatur aūt ihesum simon
petrus: ⁊ alius discipulus. Discipulus
aūt ille erat notus pōtifici: ⁊ introiuit
cum ihesu in atriū pontificis. Petrus
aūt stabat ad ostiū foris. Exiuit ergo
discipulus alius qui erat notus pon-
tifici: ⁊ dixit ostiarie: et introduxit pe-
trum. Dicit ergo petro ancilla ostia-
ria. Nūquid ⁊ tu ex discipłis es hoīs
istius? Dicit ille. Non sum. Stabāt
autē serui et ministri ad prunas quia
frigus erat: ⁊ calefaciebant se. Erat au-
tem cum eis ⁊ petrus: stans ⁊ calefaci-
ens se. Pontifex ergo interrogauit ihe-
sum de discipłis suis: ⁊ de doctrina e-
ius. Respondit ei ihesus. Ego palam
locutus sum mūdo. Ego semp docui
in synagoga et in templo quo omēs
iudei conueniūt: ⁊ in occulto locutus
sum nichil. Quid me interrogas? In-
terroga eos qui audierūt: quid locut⁹
sum ipīs. Ecce hij sciunt: que dixerim
ego. Hec aūt cū dixisset: unus assistēs
ministrorū dedit alapam ihesu dicēs.
Sic respōdes pontifici? Respondit ei
ihesus. Si male locutus sum: testimo-
niū phibe de malo. Si aūt bene: quid
me cedis? Et misit eum annas ligatū
ad cayphan pontificem. Erat autem
simon petrus stās: ⁊ calefaciens se. Di-
xerūt ergo ei. Nūquid ⁊ tu ex discipłis
eius es? Negauit ille ⁊ dixit. Nō sum.

Dixit unus ex servis pōtificis: cogna-
tus eius cuius abscidit petrus auricu-
lam. Nōne ego te vidi in orto cū illo?
Iterum ergo negavit petrus: et statim
gallus cātavit. Adducūt ergo ihesū
a caypha in p̄toriū. Erat aūt ma-
ne. Et ipi non introierūt in p̄toriū ut
non contaminarētur: sed ut māduca-
rent pascha. Exivit ergo pilat⁹ ad eos
foras ⁊ dixit. Quā accusationē affer-
tis adversus hominē hunc? Respon-
derūt: ⁊ dixerūt ei. Si non esset hic ma-
lefactor: non tibi tradidissemus eum.
Dicit ergo eis pilatus. Accipite eum
vos: ⁊ secūdū legem vestrā iudicate eū.
Dixerūt ergo ei iudei. Nobis nō licet
interficere quemq̄. Ut sermo ihesu im-
pleretur quē dixit: significās qua mor-
te esset moritur⁹. Introivit ergo iterū
in p̄toriū pilatus: ⁊ vocavit ihesum:
et dixit ei. Tu es rex iudeoꝝ? Respon-
dit ihesus. A temetipō hoc dicis: an
alij dixerūt tibi de me? Respondit pi-
latus. Nūquid ego iude⁹ sum? Gens
tua et pontifices tradiderunt te michi.
Quid fecisti? Respōdit ihesus. Regnū
meū non est de hoc mūdo. Si ex hoc
mūdo esset regnū meū: ministri mei
utiq; decertarent ut nō traderer iudeis.
Nunc aūt regnū meū nō est hinc. Di-
xit itaq; ei pilat⁹. Ergo rex es tu? Re-
spōdit ihesus. Tu dicis: q̄a rex sū ego.
Ego in hoc natus sum ⁊ ad hoc veni
in mūdum: ut testimoniū phibeā ve-
ritati. Omnis qui est ex veritate audit
vocem meā. Dicit ei pilatus. Quid est
veritas? Et cū hoc dixisset: iterū exivit ad
iudeos: ⁊ dicit eis. Ego nullā invenio
ī eo causā. Est aūt cōsuetudo vobis:
ut unū dimittā vobis in pascha. Vul-
tis ergo dimittam vobis regem iude-
oꝝ? Clamaverūt ergo rursum oēs
dicentes. Non hunc: sed barrabam.
Erat autem barrabas latro. c. xix.
Tunc ergo app̄hendit pilatus ihe-
sum: et flagellavit. Et milites
plectentes coronā de spinis imposue-
runt capiti ei⁹: et veste purpurea circū-
dederūt eum. Et veniebāt ad eum: et
dicebāt. Ave rex iudeoꝝ. Et dabant
ei alapas. Exivit iterū pilatus foras:
et dicit eis. Ecce adduco vobis eum
foras: ut cognoscatis quia nullam
invenio in eo causam. Exivit ergo ihe-
sus portans spineā coronā: ⁊ purpu-
reum vestimentū. Et dicit eis. Ecce ho-
mo. Cū ergo vidissent eū pōtifices et mi-
nistri: clamabāt dicētes. Crucifige: cru-
cifige eū. Dicit eis pilatus. Accipite
eum vos: ⁊ crucifigite. Ego enim non
invenio in eo causam. Respōderūt ei
iudei. Nos legem habemus: et scdm
legem debet mori: quia filiū dei se fecit.
Cum ergo audisset pilatus hunc ser-
monē: magis timuit. Et ingressus est
in p̄toriū iterū: et dicit ad ihesum. Un-
de es tu? Ihesus aūt respōsum non
dedit ei. Dicit ergo ei pilatus. Michi
non loqueris? Nescis quia potestatē
habeo crucifigere te ⁊ potestatē habeo
dimittere te? Respōdit ihesus. non ha-
beres potestatem adversum me ullā:
nisi tibi datū esset desup. Propterea
qui me tradidit tibi maius peccatum
habet. Et exinde querebat pilatus di-
mittere eū. Iudei aūt clamabāt dicētes.
Si hunc dimittis: non es amic⁹ cesa-
ris. Omnis enim qui se regem facit con-
tradicit cesari. Pilat⁹ aūt cū audisset
hos sermones adduxit foras ihesum:
et sedit pro tribunali in loco qui dicit̄
lythostratos: hebraice autē gabatha.
Erat autē parasceue pasche: hora q̄si
sexta: ⁊ dicit iudeis. Ecce rex vester. Illi

aūt clamabāt. Tolle tolle: crucifige eū.
Dicit eis pilatus. Regem vestrū cru-
cifigam? Respōderūt pontifices. Nō
habem⁹ regem: nisi cesarem. Tūc ergo
tradidit eis illū: ut crucifigeretur. Susce-
perūt aūt ihesum: ⁊ eduxerūt. Et baiu-
lans sibi crucem exivit in eum qui dici-
tur calvarie locū: hebraice golgotha.
Ubi crucifixerūt eum: ⁊ cum eo alios
duos hinc ⁊ hinc: mediū aūt ihesum.
Scripsit aūt ⁊ titulū pilatus: ⁊ posuit
sup crucē. Erat aūt scriptū: ihesus na-
zarenus rex iudeoꝝ. Hunc ergo titulū
multi iudeoꝝ legerūt: quia ꝓpe civita-
tem erat loc⁹ ubi crucifixus ē ihesus. Et
erat scriptū hebraice grece ⁊ latine. Di-
cebāt ergo pilato pōtifices iudeoꝝ. No-
li scribere rex iudeoꝝ: sed qa ipse dixit:
rex sum iudeoꝝ. Respōdit pilat⁹. Qđ
scripsi scripsi. Milites ergo cum crucifi-
xissent eū acceperūt vestimenta eius: ⁊
fecerūt quatuor partes: unicuiq; mili-
ti partem: ⁊ tunicam. Erat aūt tunica
inconsutilis: desup cōtexta per totū. Di-
xerūt ergo ad invicem. Non scindam⁹
eam: sed sortiamur de illa cui⁹ sit. Ut
scriptura impleretur dicens. Partiti
sunt vestimenta mea sibi: et in vestem
meam miserūt sortem. Et milites qui-
dem hec fecerūt. Stabāt aūt iuxta cru-
cem ihesu mater eius: et soror matris
eius maria cleophe ⁊ maria magda-
lene. Cum vidisset ergo ihesus matrē
et discipulū stantem quē diligebat: di-
cit matri sue. Mulier: ecce filius tuus.
Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua.
Et ex illa hora accepit eam discipls i
sua. Postea sciens ihesus quia omīa
consūmata sūt: ut consūmaretur scri-
ptura dicit. Sitio. Uas ergo erat po-
situ aceto plenū. Illi aūt plenā aceto
spōgiā ysopo circūponētes: obtulerūt

ori eius. Cum ergo accepisset ihesus
acetū dixit. Cōsummatū est. Et incli-
nato capite tradidit spiritū. Iudei er-
go quoniā parasceve erat ut nō rema-
nerent in cruce corpora sabbato: erat
enim magn⁹ dies ille sabbati: rogave-
runt pilatum ut frangerent eoꝝ crura
et tollerent. Venerunt ergo milites: ⁊
primi quidem fregerūt crura: et alteri⁹
qui crucifixus est cum eo. Ad ihesum
aūt cum venissent: ut viderunt eum iā
mortuū non fregerunt eius crura: sed
unus militū lancea latus eius aperu-
it: ⁊ continuo exivit sanguis ⁊ aqua.
Et qui vidit testimoniū ꝑhibuit: ⁊ ve-
rum est testimoniū eius. Et ille scit qa
vera dicit: ut ⁊ vos credatis. Facta sūt
enī hec: ut scriptura impleretur. Os
nō cōminuetis ex eo. Et iterū alia scri-
ptura dicit. Videbūt in quē transfixe-
runt. Post hec aūt rogavit pilatum
ioseph ab arimathia eo q esset disci-
pulus ihesu: occultus aūt ꝓpter metū
iudeoꝝ: ut tolleret corpus ihesu. Et per-
misit pilatus. Venit ergo: et tulit cor-
pus ihesu. Venit aūt ⁊ nycodemus q
venerat ad ihesum nocte pmū: ferens
mixturam mirre et aloes quasi libras
centū. Acceperūt ergo corpus ihesu: et
ligaverūt eū lintheis cū aromatibus
sicut mos est iudeis sepelire. Erat aūt
in loco ubi crucifixus est ortus: ⁊ ī orto
monumentū novū in quo nondum
quisq̄ positus erat. Ibi ergo ꝓpter pa-
rasceven iudeorū: quia iuxta erat mo-
numentū posuerūt ihesum. c. xx.

Una aūt sabbati maria magdale-
ne venit mane cum adhuc tene-
bre essent ad monumentū: ⁊ vidit la-
pidem sublatū a monumento. Cucur-
rit ergo ⁊ venit ad simonē petrū: ⁊ ad
aliū discipulū quē amabat ihesus: et

dicit illis. Tulerūt dominū de monu=
mento: & nescim⁹ ubi posuerūt eū. Exijt
ergo petrus et ille alius discipulus: et
venerūt ad monumētū. Currebāt au=
tem duo simul: & ille alius discipulus
ꝓcucurrit citi⁹ petro: et venit prim⁹ ad
monumentū. Et cum se inclinasset vi=
dit posita linthea mina: nō tamē intro=
iuit. Venit ergo simō petr⁹ sequēs eū:
& introiuit ī monumētū. Et vidit linthe=
amina posita: & sudariū quod fuerat
sup caput eius nō cū lintheaminibus
positum: sed separatī involutū ī unū
locū. Tunc ergo introivit & ille discipu=
lus qui venerat primus ad monumē=
tum: & vidit & credidit. Nondū enim
sciebant scripturā: quia oportuit eum
a mortuis resurgere. Abierūt ergo iteꝝ
discipuli ad semetipōs. Maria autē
stabat ad monumentū foris plorās.
Dum ergo fleret: inclinavit se et ꝓspe=
xit in monumentū. Et vidit duos an=
gelos in albis sedentes: unū ad caput
et unū ad pedes: ubi positū erat corp⁹
ihesu. Dicūt ei illi. Mulier qd ploras?
Dicit eis. Quia tulerūt dominū meū:
et nescio ubi posuerūt eum. Hec cū di=
xisset cōversa est retrorsum: & vidit ihe=
sum stantem: & nō sciebat qa ihesus est.
Dicit ei ihesus. Mulier quid ploras?
Quē queris? Illa existimās quia or=
tulanus esset: dicit ei. Domine: si tu su=
stulisti eum dicito michi ubi posuisti
eum: & ego eum tollā. Dicit ei ihesus.
Maria. Cōversa illa dicit ei. Rabbo=
ni: qd dicitur magister. Dicit ei ihesus.
Noli me tangere. Nondū enī ascendi
ad patrem meū. Vade aūt ad fratres
meos: et dic eis. Ascendo ad patrem
meū & patrem vestrū: deū meū & deum
vestrū. Venit maria magdalene an=
nunciās discipulis qa vidi dominū:
et hec dixit michi. Cum ergo sero esset
die illo una sabbatorū et fores essent
clause ubi erāt discipli cōgregati ꝓpter
metū iudeorū: venit ihesus et stetit in
medio: & dixit eis. Pax vobis. Et cum
hec dixisset: ostendit eis manus et la=
tus. Gavisi sunt ergo discipli: viso do=
mino. Dixit ergo eis iterū. Pax vobis.
Sicut misit me pater: & ego mitto vos.
Hec cū dixisset insufflavit: et dicit eis.
Accipite spiritū sanctū. Quoꝝ remiseri=
tis peccata remittunt eis: & quoꝝ reti=
nueritis retenta sunt. Thomas autē
unus ex duodecim qui dicitur didim⁹:
non erat cum eis quādo venit ihesus.
Dixerūt ergo ei alij discipli. Vidimus
dominū. Ille aūt dixit eis. Nisi videro
in manibus ei⁹ fixurā clavoꝝ. et mit=
tam digitū meū in locū clavoꝝ: & mit=
tam manū meā in latus eius: nō cre=
dam. Et post dies octo iterū erāt disci=
puli ei⁹ intus: & thomas cū eis. Venit
ihesus ianuis clausis: & stetit ī medio
et dixit eis. Pax vobis. Deinde dicit
thome. Infer digitū tuū huc & vide ma=
nus meas: & affer manū tuā et mitte
in lat⁹ meū: & noli esse incredulus sed
fidelis. Respōdit thomas & dixit. Do=
min⁹ meus: et de⁹ me⁹. Dicit ei ihesus.
Quia vidisti me ~~thoma~~ credidisti: be=
ati qui nō viderūt et crediderūt. Multa
quidē et alia signa fecit ihesus in con=
spectu discipuloꝝ suoꝝ: que non sunt
scripta in libro hoc. Hec aūt scripta sūt
ut credatis qa ihesus ē fili⁹ dei: et ut cre=
dētes vitā habeatis ī noīe eius. c. xxi.

Postea manifestavit se iteꝝ ihesus
ad mare tyberiadis. Manifesta=
vit aūt sic. Erant simul simon petrus
et thomas q̄ dicit didim⁹ & nathana=
el q̄ erat a chana galilee: et filij zebedei:
et alij ex discipulis ei⁹ duo. Dicit eis

simon petrus. Vado piscari. Dicūt ei.
Venimus ⁊ nos tecum. Et exierunt et
ascenderūt in navī: et illa nocte nichil
prendiderūt. Mane aūt iam facto ste-
tit ihesus in littore: nō tamē cognoue-
runt discipuli quia ihesus est. Dicit
ergo eis ihesus. Pueri: nūquid pulmē-
tariū habetis? Responderūt ei. Non.
Dicit eis. Mittite in dexterā navigij
rete: ⁊ invenietis. Miserūt ergo: ⁊ iam
non valebāt illud trahere pre multitu-
dine pisciū. Dicit ergo discipulus ille
quē diligebat ihesus petro. Domin⁹
est. Simon petrus cum audisset quia
domin⁹ est· tunica succinxit se: erat eni
nudus: et misit se in mare. Alij autē
discipuli navigio venerūt. Nō enim
longe erant a terra: sed quasi cubitis
ducentis trahentes rete pisciū. Vt ergo
descenderūt in terram viderūt prunas
positas: ⁊ piscem superpositū et panē.
Dicit eis ihesus. Afferte de piscibus
quos prendidistis nunc. Ascendit si-
mon petrus ⁊ traxit rete in terram: ple-
num magnis piscibus centūquinqua-
ginta tribus. Et cum tanti essent: nō
est scissum rete. Dicit ei ihesus. Venite
prandete. Et nemo audebat discumben-
tiū interrogare eum tu quis es: sciētes
quia dūs est. Et venit ihesus ⁊ accepit
panem ⁊ dat eis: ⁊ piscē similiter. Hoc
iam tercio manifestatus est ihesus di-
scipulis suis: cum resurrexisset a mor-
tuis. Cum ergo prandidisset: dixit si-
moni petro ihesus. Simon iohānis:
diligis me plus hijs? Dicit ei. Etiam
dūe tu scis q̄a amo te. Dicit ei. Pasce
agnos meos. Dicit ei iterū. Simon io-
hannis diligis me? Ait illi. Etiā dūe:
tu scis q̄a amo te. Dicit ei iterū. Pasce
agnos meos. Dicit ei tercio. Simon
iohannis amas me? Contristat⁹ est
petrus quia dixit ei tercio amas me: ⁊
dicit ei. Domine tu omnia nosti: tu
scis quia amo te. Dicit ei. Pasce oves
meas. Amen amen dico tibi: cū esses
iunior cingebas te: ⁊ ambulabas ubi
volebas. Cum aūt senueris extendes
man⁹ tuas: ⁊ alius te cinget: et ducet
quo tu non vis. Hoc aūt dixit: signi-
ficās qua morte clarificatur⁹ esset deū.
Et cum hoc dixisset: dicit ei. Sequere
me. Conversus petrus vidit illū disci-
pulū quē diligebat ihesus sequentem:
qui ⁊ recubuit in cena sup pectus eius
et dixit: dūe quis est qui tradet te. Hūc
ergo cum vidisset petrus: dicit ihesu.
Domine: hic aūt quid? Dicit ei ihesus.
Sic eum volo manere: donec veniam:
Quid ad te? Tu me sequere. Exijt ergo
sermo iste inter fratres: q̄a discipl's ille
non moritur. Et non dixit ei ihesus
non moritur: sed sic eū volo manere
donec veniam: quid ad te. Hic ē disci-
pulus ille q̄ testimoniū phibet de hijs:
⁊ scripsit hec. Et scim⁹ q̄a verū ē testimo-
niū ei⁹. Sunt aūt et alia mlta q̄ fecit
ihesus: que si scribant per singula nec
ipm arbitror mūdū capere posse eos
q̄ scribēdi sūt libros. Explicit euāgeliū
scdm iohēm: Incipit pfacio in omēs
eplās sancti pauli apli.

Primū querit: quare post
euangelia q̄ supplementū
legis sūt· ⁊ in quibus no-
bis exempla ⁊ pcepta vivē-
di plenissime digesta sunt: voluerit a-
postolus has eplās ad singulas ec-
clesias destinare. Hac aūt causa factū
videtur: ut scilicet inicia nascentis ec-
clesie novis causis existentibus preve-
niret: ⁊ ut psentia atq; orientia reseca-
ret vicia: ⁊ post futuras excluderet que-
stiones: exemplo pphetarū· qui post

editam legem moysi in qua omnia dei
mandata legebantur: nichilominus
tamen doctrina sua rediuiua semper
ipsi cōpressere peccata: ꝛ ꝓpter exemplū
viuendi libros ad nostrā etiā memo-
riam transmiserūt. Deinde queritur:
cur non amplius q̄ꝫ decem epistolas
ad ecclesias scripserit. Decem sunt enī
cum ea que dicitur ad hebreos: nam
relique quatuor ad discip̄los specia-
liter sunt porrecte. Ut ostenderet nouū
non discrepare a veteri testamento · et
se contra legem non facere moysi: ad
numerū p̄morū decalogi mandatoꝝ
suas ep̄las destinauit: ꝛ q̄t ille p̄ceptis
a pharaone instituit liberatos: tot de h̄ic
epistolis a dyaboli ꝛ ydolatrie seruitu-
te edocet acquisitos. Nam ꝛ duas ta-
bulas lapideas · duoꝝ testamentorū
figurā habuisse · viri eruditissimi tra-
diderūt. Epistolā sane que ad hebreos
scribitur quidam pauli non esse affir-
mant · eo q̄ non sit eius nomine titu-
lata · ꝛ ꝓpter sermonis stiliq; distātiā:
sed aut barnabe iuxta tertullianū aut
luce iuxta quosdam: vel certe clemētis
discipuli apostoloꝝ et episcopi roma-
ne ecclesie post ap̄los ordinati. Qui-
bus respōdendū est: si ꝓpterea pauli nō
erit quia eius non habet nomē: ergo
nec alicui9 erit: quia nullius nomine
titulatur. Quod si incōueniēs absur-
dumq; est: ipsius magis esse credenda
est que tāto doctrine sue fulget eloquio.
Sed quoniā apud hebreoꝝ ecclesias
quasi destructor legis falsa suspicōne
habebatur: voluit tacito nomine de
figuris legis · et veritate cristi reddere
rationē: ne odiū nominis · fronte p̄la-
ti · utilitatem excluderet lectionis. Nō
est sane mirū si eloquentior videatur
in proprio · id est hebreo q̄ꝫ i peregrino
id est in greco: quo cetere epistole sunt
scripte sermone. Mouet etiā quosdā
quare romanoꝝ epistola i primo sit
posita: cum eam nō primo scriptam
ratio manifestet. Nā hanc se ꝓficiscē-
tem ī iherosolimam scripsisse testatur:
cum corinthios et alios iam ante ut
ministeriū qd̄ secū portatur9 erat colli-
gerent litteris adhortat9 sit. Sed inde
intelligi quidā volunt ita omnes epi-
stolas ordinatas · ut prima poneret̄
quāuis posterior fuerit destinata: ut
per singulas epistolas gradibus ad
p̄fectiora veniretur. Romanoꝝ nāq;
pleriq; tam rudes erant · ut non intel-
ligerent dei se gratia · ꝛ nō suis meritis
esse saluatos: ꝛ ob hoc duo inter se ipsi
cōflictarēt. Idcirco illos indigere asserit
corrigi: vicia gentilitatis priora com-
memorans. Corinthijs autē iā dicit
scientie gratiā esse concessam: et non
tam omnes increpat: q̄ꝫ cur peccātes
non increpauerūt reprehendit · sicut ait.
Auditur inter vos fornicatio. Et iterū.
Congregatis vobis cum meo spiritu:
tradere huiusmodi sathane. In scd̄a
vero laudātur: ꝛ ut magis ac magis
proficiant cōmonent̄. Galathe vero
iam nullius criminis arguunt̄: nisi
hoc tantū · q̄ callidissimis pseudo a-
postolis crediderūt. Ephesij sane nul-
la rep̄hensione sed multa laude sunt
digni: quia fidē apostolicā seruauerūt.
Philipenses etiā multomagis collau-
dantur: qui nec audire quidē falsos
ap̄los voluerūt. Thessalonicenses ni-
chilomin9 in duabus epistolis omni
laude ꝓsequitur: eo q̄ non solū fidem
ī cōcussam seruauerit veritatis: sed etiā
in p̄secutione ciuiū fuerint constantes
inuenti. Colosenses aūt tales erant:
ut cum ab ap̄lo visi corporaliter non

fuissent: hac laude digni haberentur.
Et si corpore inquit absens sum: sed
spiritu vobiscū sum gaudens · et vidēs
ordinem vestrū. De hebreis vero quid
dicendū est? quorū thessalonicenses q̄
plurimū laudati sunt · imitatores fa-
cti esse dicūtur. Sicut ipse ait. Et vos
fratres imitatores facti estis ecclesiarū
dei · que sunt in iudea: eadē enim passi
estis et vos a contribulibꝫ vestris: que
et illi a iudeis. Apud ipos quoqꝫ he-
breos eadem cōmemorat dicens. Nā
et vinctis compassi estis: et rapinā bo-
norū vestrorū cum gaudio suscepistis:
cognoscentes vos habere meliorem et
manentē substantiā. Explicit prologus
generalis in omēs eplās: Incipit prolo-
gus specialis in eplām ad romanos

Romani sūt qui ex iudeis
et gentibus crediderūt. Hij
superba cōtentione volebāt
se alterutrū superponere. Nā
iudei dicebāt. Nos sumus ppłs dei·
quos ab initio dilexit et fovit: nos cir-
cūcisi ex genere abrahā · sācta descendi-
mus ex stirpe: et notus retro apud iu-
deam tantū deus. Nos de egipto signis
dei et virtūtibus liberati · mare sicco per-
transivimus pede: cum inimicos nros
gravissimi fluctus involverēt. Nobis
pluit manna dns in deserto: et quasi
filijs suis celeste pabulū ministravit.
Nos die noctuqꝫ in columna nubis
ignisqꝫ precessit: ut nobis in invio iter
ostenderet. Atqꝫ ut cetera eius circa nos
immensa beneficia taceamus: nos soli
digni fuimus dei legem accipere · et vocē
dei loquentis audire: eiusqꝫ cognosce-
re voluntatem. In qua lege nobis p-
missus est cristus: ad quos etiā ipse
se venisse testatus est dicens · non veni
nisi ad oves que perierāt domus isrł.

cum vos canes potius q̄ homines
appellaverit. Equum ne ergo est ut ydo-
la hodie deserentes · quibus ab initio
deservistis · nobis cōparemini: et non
potius in proselitorū locum ex legis au-
ctoritate et consuetudine deputemini?
Et hoc ipm non merebamini: nisi qa
larga semp dei clementia voluit vos
ad nostrā imitationē admittere. Gen-
tes etiā econtrario respōdebāt. Quan-
to enī maiora erga vos dei beneficia
narraveritis: tanto maioris vos cri-
minis reos esse monstrabitis. Semp
enim hijs omnibus extitistis ingrati.
Nam ipis pedibus quibus aridum
mare transistis · ludebatis ante ydola
q̄ fecistis: et ipo ore quo paulo āte ob
necem adversariorū dno cātaveratis:
simulacra vobis fieri poposcistis: illis
oculis quibus venerando deū i nube
vel igne conspicere solebatis: simula-
cra intuebamini. Māna quoqꝫ vobis
fastidio fuit: et semp in deserto cōtra
dnm murmurastis: ad egiptū unde
vos manu valida eiecerat redire cupi-
entes. Quid plura? Ita patres vestri
crebra provocatione dnm irritaverunt·
ut omēs i heremo morerent: nec plus
ex senioribus eorū q̄ duo homines ter-
ram repromissionis intrarent. Sed
quid antiqua replicamus: cum etiam
si illa minime fecissetis · de hoc solo:
nemo vos dignos venia iudicaret · q
dnm xpistū prophetarū semp vobis voci-
bus repromissum · nō solum suscipere
noluistis sed etiā morte pessima pere-
mistis? Quem ut nos cognovimus
statim credidimus: cum nobis de eo
ante nō fuerit pdicatū. Unde probatur:
q ydolis serviuimus · non obstinationi
mentis · sed ignorantie deputandum.
Qui enī cognitū ilico sequimur: olim

utriq; sequeremur si antea cognouisse-
mus. Hic autē vos de generis nobili-
tate iactatis: quasi nō morū imitato
magis q̄ carnalis natiuitas filios
vos faciat esse sanctorū. Deniq; esau
⁊ ysmahel cū de stirpe sint abrahe: mini-
me tamen in filios reputant̄. Hiis ta-
liter altercantibȝ· apostolus se mediū
interponens: ita partiū dirimit questi-
ones· ut neutrū eoꝝ sua iusticia salutē
meruisse cōfirmet: ambos vero p̄plos
et scienter ⁊ grauiter deliquisse: iudeos
q̄ per p̄uaricationē legis deū inhono-
rauerint: gentes vero q̄ cū cognitū de
creatura creatorem ut deū debuerit ve-
nerari· gloriā eius in manufacta mu-
tauerint simulacra: utrosq; etiā simili-
ter veniā cōsecutos · equales esse vera-
cissima ratione demonstrat: p̄sertim
cum in eadē lege p̄dictum ⁊ iudeos et
gentes ad cristi fidem vocandos esse
ostendet. Quamobrem vicissim eos
humilians: ad pacem et concordi-
am cohortatur. Explicit ꝓlogus spe
cialis Incipit ~~prologus tercius~~ Argumentum i ep̄lam b. pauli ad Romanos
Romani sūt partis ytalie.
Hii p̄uenti sunt a falsis
apostolis: ⁊ sub nomine
dn̄i nostri ihesu cristi in le-
gem ⁊ ꝓphetas erant inducti. Hos re-
uocat aplus ad verā ⁊ euāgelicā fidē
scribēs eis a corintho. Explicit ~~prologus~~ Argumentum
Incipit ep̄la bt̄i pauli apl̄i ad romanos. c. i.
Paulus seruus ihesu
cristi· vocat⁹ aplus
segregatus in euan-
geliū dei· qd̄ āte pro-
miserat per ꝓphetas
suos ī scripturis san-
ctis de filio suo· qui factus ē ei ex semi-
ne dauid sc̄dm carnē: qui p̄destinat⁹
est filius dei in virtute sc̄dm spiritum
sanctificationis ex resurrectione mor-
tuoꝝ ihesu cristi dn̄i nr̄i: p̄ quē accepi-
mus gratiā et apostulatū ad obediē-
dum fidei in omnibȝ gētibus pro no-
mine eius: in quibȝ estis ⁊ vos vocati
ihesu cristi: omnibus qui sunt rome·
dilectis dei vocatis sanctis. Gratia vo-
bis ⁊ pax a deo patre ⁊ dn̄o nr̄o ihesu
cristo. Primū quidē gratias ago deo
meo per ihesū cristū pro omībȝ vobis:
quia fides vr̄a annūciatur in vniuer-
so mūdo. Testis enim michi est deus
cui seruio in spiritu meo in euangelio
filii eius: q̄ sine intermissione memori-
am vestri facio semꝑ in orationibus
meis: obsecrans si quo modo tandē
aliquando ꝓsperū iter habeā in volū-
tate dei veniendi ad vos. Desidero eni
videre vos: ut aliquid impertiar vo-
bis gratie spiritualis ad confirmādos
vos: id est simul consolari in vobis
per eam que inuicem est fidem vestrā
atq; meam. Nolo aūt vos ignorare
fratres: q̄a sepe ꝓposui venire ad vos
et ꝓhibit⁹ sum usq; adhuc: ut aliquē
fructū habeā in vobis sicut ⁊ in ceteris
gentibus. Grecis ac barbaris sapienti-
bus ⁊ insipientibȝ debitor sum: itaq;
qd̄ in me ꝓmptū ē et vobis qui rome
estis euangelizare. Nō enim erubesco
euangeliū. Virtus eni dei est in salutē
omni credenti: iudeo primū et greco.
Iusticia enim dei ī eo reuelatur ex fide
in fidem: sicut scriptū est. Iust⁹ autem
ex fide viuit. Reuelatur enim ira dei de
celo sup̄ omnē impietatē et iniusticiā
hominū: eoꝝ qui veritatē dei ī iniusti-
cia detinēt: q̄a qd̄ notū ē dei manifestū
est ī illis. Deus eni illis reuelauit. In-
uisibilia eni ipsi⁹ a creatura mūdi per
ea q̄ facta sūt intellecta cōspiciunt̄: sem-
piterna quoq; eius virt⁹ et diuinitas:

ita ut sint inexcusabiles. Quia cũ co-
gnouissēt deũ non sicut deũ glorifica-
uerunt aut grãs egerũt: sed euanuerũt
in cogitationibꝫ suis: ⁊ obscuratũ est
insipiens cor eoꝝ. Dicētes enim se esse
sapientes: stulti facti sunt. Et mutaue-
runt gloriã incorruptibilis dei in si-
militudinem ymaginis corruptibilis
hominis: ⁊ volucrũ ⁊ quadrupedũ et
serpentiũ. Propter qđ tradidit illos
deus in desideria cordis eoꝝ in immũ-
diciã: ut contumelijs afficiãt corpora
sua in semetipis. Qui cõmutauerunt
veritatem dei in mendaciũ: ⁊ coluerũt
et seruierũt creature potius q̃ creatori:
qui est benedictus in secula amē. Pro-
pterea tradidit illos deꝰ in passiones
ignominie. Nam femine eoꝝ immu-
tauerũt naturalē usum: in eum usum
qui est contra naturã. Similiter autē
et masculi relicto naturali usu femine
exarserũt in desiderijs suis in inuicē.
masculi in masculos turpitudinē ope-
rantes: et mercedē quã oportuit erro-
ris sui ĩ semetipis recipientes. Et sicut
non ꝓbauerũt deũ habere in noticia:
tradidit illos deus in reprobũ sensũ:
ut faciãt ea que nõ cõueniũt: repletos
omĩ iniquitate·malicia·fornicatõne·
auaricia·nequicia·plenos ĩuidia·ho-
micidijs·ↄtentõne·dolo·malignitate·
susurrones·detractores·deo odibiles:
ↄtumeliosos·supbos·elatos·inuẽtores
maloꝝ·parentibus non obedientes:
insipiẽtes·incõpositos·sine affectione·
absqꝫ federe: sine misericordia. Qui cũ
iusticiam dei cognouissēt·non intelle-
xerunt quoniam qui talia agunt di-
gni sunt morte: non solũ qui ea faci-
unt: sed etiã q̃ ↄsentiũt facientibus. C. II.

Propter qđ inexcusabilis es o ho-
mo omĩs qui iudicas. In quo
enim iudicas alterũ: teipm condēnas.
Eadem enim agis que iudicas. Sci-
mus enĩ: quoniã iudiciũ dei ē scđm
veritatem ĩ eos qui talia agũt. Existi-
mas aũt hoc o homo q̃ iudicas eos q̃
talia agunt et facis ea: quia tu effugi-
es iudicium dei? An diuitias bonita-
tis eius ⁊ patientie et longanimitatis
cõtemnis? Ignoras quoniã benigni-
tas dei ad penitentiã te adducit? Se-
cundũ aũt duriciã tuã et impenitens
cor thezaurisas tibi iram in die ire et
reuelatõnis iusti iudicij dei: qui reddet
vnicuiqꝫ scđm opera eius. Hijs quidē
qui scđm patientiã boni operis: glo-
riã ⁊ honorem et ĩcorruptionē queren-
tibus vitam eternã. Hijs aũt qui sunt
ex contentõne ⁊ qui nõ acquiescũt veri-
tati·credunt aũt iniquitati: ira·⁊ indi-
gnatio·tribulatio·⁊ ãgustia in omnē
animã hominis operantis malũ: iu-
dei pmũ ⁊ greci. Gloria aũt ⁊ honor
et pax omni operãti bonũ: iudeo pri-
mum ⁊ greco. Non enim est acceptio
psonaꝝ apud deũ. Quicũqꝫ enim sine
lege peccauerũt·sine lege peribũt: ⁊ qui-
cunqꝫ in lege peccauerũt: p legem iudi-
cabuntur. Non enim auditores legis
iusti sunt apud deũ: sed factores legis
iustificabũtur. Cum enim gentes que
legem non habent naturaliter ea que
legis sunt faciũt: eiusmodi legem nõ
habentes ipi sibi sunt lex: q̃ ostendũt
opus legis scriptũ in cordibus suis:
testimonium reddente illis consciẽtia
ipsoꝝ et inter se in inuicē cogitationũ
accusantiũ aut etiã defendentiũ: ĩ die
cum iudicabit deus occulta hominũ
secũdũ euangeliũ meũ p ihesum cristũ.
Si autē tu iudeus cognominaris et
requiescis in lege·et gloriaris in deo·
et nosti voluntatem eius·et probas

utiliora instructus p legem: cōfidis te
ipm esse ducem cecorū·lumen eoꝝ qui
in tenebris sunt·eruditorē insipientiū·
magistrū infantiū·habentem formā
sciencie ꝛ veritatis in lege; qui ergo ali-
um doces teipm non doces? Qui p̄di-
cas nō furandū furaris: qui dicis nō
mechandū mecharis. Qui abomina-
ris ydola: sacrilegiū facis. Qui in lege
gloriaris: per p̄uaricationē legis deū
inhonoras. Nomē enim dei per vos
blasphematur inter gētes: sicut scriptū
est. Circūcisio quidem ꝓdest si legem ob-
serues: si aūt p̄uaricator legis sis: cir-
cūcisio tua ꝓputiū facta est. Si igitur
ꝓputiū iusticias legis custodiat: nōne
ꝓputiū illius in circūcisionem reputa-
bitur? Et iudicabit id qđ ex natura ē
preputiū legem cōsummans·te: qui
per litteram et circumcisionem preua-
ricator legis es. Nō enim qui in ma-
nifesto iudeus est·neqꝫ qui in mani-
festo in carne est circūcisio: sed qui in
abscondito iudeus est et circumcisio
cordis in spiritu nō littera: cui⁹ laus
non ex hominibus sed ex deo est. c.iii.

Quid ergo amplius iudeo est·aut
q̄ utilitas circūcisionis? Mul-
tum per omne modū. Primū quidē:
q̄a credita sūt illis eloquia dei. Quid
enim si quidā illorū nō crediderunt?
Nūquid incredulitas illoꝝ fidem dei
euacuauit? Absit. Est aūt de⁹ verax:
omnis autē homo mendax sicut scri-
ptum est: ut iustificeris in sermonibus
tuis ꝛ vincas cum iudicaris. Si aūt
iniquitas nostra iusticiā dei cōmēdat:
quid dicemus? Nūquid iniquus est
deus: qui infert iram? Secūdū homi-
nem dico. Absit. Alioquin quomodo
iudicabit deus hunc mundū? Si enī
veritas dei i meo mēdacio abundauit
in gloriā ipsius: quid adhuc et ego
tanq̄ȝ peccator iudicor ꝛ nō sicut blas-
phemamur·et sicut aiunt quidā nos
dicere·faciam⁹ mala ut veniāt bona?
Quoꝝ dampnatō iusta ē. Quid ergo?
Precellim⁹ eos? Nequaq̄ȝ. Causati e-
nim sumus iudeos et grecos omnes
sub peccato esse: sicut scriptū est. Quia
non est iustus quisq̄ȝ: non ē intelligēs:
non est requirens deū. Omēs declina-
uerūt simul inutiles facti sunt: non est
qui faciat bonum nō est usqꝫ ad unū.
Sepulcrum patens est guttur eorum:
linguis suis dolose agebant: venenū
aspidum sub labiis eorū. Quorū os
maledictione ꝛ amaritudine plenum
est: veloces pedes eorum ad effunden-
dum sanguinē. Contricio ꝛ infelicitas
in viis eoꝝ: et viam pacis nō cogno-
uerūt: non est timor dei ante oculos e-
orū. Scimus aūt·quoniā quecunqꝫ
lex loquitur hiis qui in lege sūt loqui-
tur: Ut omne os obstruatur ꝛ subdi-
tus fiat omnis mundus deo: quia ex
operibꝫ legis nō iustificabit̄ omīs ca-
ro corā illo. Per legem enī cognitio pec-
cati. Nūc aūt iusticia dei sine lege ma-
nifestata est: testificata a lege ꝛ ꝓphetis.
Iusticia autē dei per fidem ihesu cristi:
in omnes ꝛ sup omnes qui credūt in
eum. Non enim est distinctio. Omēs
enim peccauerunt et egent gloria dei.
Iustificati gratis p graciā ipsius p re-
dēptionē que ē in cristo ihesu: quē ꝓpo-
suit deus ꝓpiciatorem per fidem i san-
guine ipsius ad ostensionē iusticie sue
propter remissionē p̄cedenciū delictoꝝ
in sustentacione dei·ad ostensionē iu-
sticie eius in hoc tempore: ut sit ipse
iustus et iustificans eū q ex fide est ihe-
su cristi. Ubi est ergo gloriatō tua? Ex-
clusa est. Per quā legē? Factoꝝ? Nō.

Sed per legem fidei. Arbitramur enī iustificari hominē ꝑ fidem: sine operibus legis. An iudeoꝝ deus tantum? Nonne et gentiū? Immo et gentiū. Quoniā quidē unus est deus qui iustificat circumcisionē ex fide: et ꝑpuciū per fidem. Legem ergo destruimꝰ ꝑ fidem? Absit. Sed legem statuimꝰ. c. iiii.

Quid ergo dicemꝰ invenisse abraham patrē nostrū scd'm carnē? Si enim abraham ex operibꝫ iustificatus est: habet gloriā: sed non apud deum. Quid enim scriptura dicit? Credidit abraham deo: ⁊ reputatū est illi ad iusticiā. Ei aūt qui operatur: merces non imputatur scd'm gratiā: sed secundū debitū. Ei vero qui nō operatur: credenti aūt in eum qui iustificat impiū reputatur fides eius ad iusticiam secundū ꝓpositū gratie dei: sicut ⁊ david dicit beatitudinē hominis cui deus acceptō fert iusticiā sine operibꝫ. Beati quoꝝ remisse sunt iniquitates: et quoꝝ tecta sunt peccata. Beatꝰ vir cui non imputabit dn̄s peccatū. Beatitudo ergo hec in circumcisione manet: an etiā in ꝑpucio? Dicimꝰ enī: q̄a reputata est abrahe fides ad iusticiā. Quomō ergo reputata est? In circūcisione: an ī ꝑpucio? Nō ī circūcisione: sed ī ꝑpucio. Et signū accepit circūcisionis signaculū iusticie fidei q̄ est ī ꝑpucio: ut sit pater omniū credentiū ꝑ prepuciū. ut reputetur ⁊ illis ad iusticiā: Et sit pater circūcisionis. non hijs tantū qui sunt ex circūcisione: sed ⁊ hijs qui sectantur vestigia fidei que est ī prepucio patris nostri abrahe. Nō enī ꝑ legem ꝓmissio abrahe aut semini eius ut heres esset mūdi: sed ꝑ iusticiā fidei. Si enim qui ex lege heredes sunt: exinanita ē fides: abolita ē ꝓmissio. Lex enī iram operatur. Ubi enim non est lex: nec ꝑvaricatō. Ideo ex fide: ut secundū graciā firma sit ꝓmissio omni semini. Non enim qui ex lege est solū: sed ⁊ ei qui ex fide est abrahe qui est pater omniū nostrū: sicut scriptum est. Quia patrem multarū gentiū posui te ante deū cui credidisti: qui vivificat mortuos: ⁊ vocat ea que non sunt tanq̄ ea que sunt. Qui contra spem in spem credidit: ut fieret pater multaꝝ gentium: secundū q̄ dictū est ei. Sic erit semen tuū: sicut stelle celi ⁊ arena maris. Et non infirmatus est in fide: nec consideravit corpus suū emortuū: cum iā fere centū esset ānoꝝ: ⁊ emortuā vulvā sare. In repromissione etiā dei nō hesitavit diffidentia: sed confortatus est fide dans gloriā deo: plenissime sciēs: quia quecunq̄ ꝓmisit deus potēs est et facere. Ideo et reputatū est illi ad iusticiā. Non est aūt scriptū tantū ꝓpter ipsum quia reputatū est illi ad iusticiam: sed et ꝓpter nos quibus reputabitur credentibꝫ in eū qui suscitavit ihesum cristū dn̄m nr̄m a mortuis: q̄ traditus est ꝓpter delicta nr̄a: ⁊ resurrexit propter iustificatōnem nr̄am. c. v.

Iustificati ergo ex fide pacem habeamꝰ ad deum ꝑ dn̄m nr̄m ihesum cristum: per quē habemꝰ accessum per fidem in graciā istam: in qua stamus ⁊ gloriamur in spe glorie filiorū dei. Nō solū aūt: sed ⁊ gloriamur ī tribulatōnibꝫ: scientes q̄ tribulatio patientiā operatur: patientia aūt ꝓbationē: ꝓbatio vero spem. Spes aūt non confundit: quia caritas dei diffusa est in cordibꝫ nostris: per spiritū sanctū qui datus ē nobis. Ut quid enim cristꝰ cū adhuc infirmi essemꝰ secūdū tempꝰ ꝓ impijs mortuus est? Vix enim pro iusto q̄s

moritur. Nam ꝓ bono forsitan quis
audeat mori. Cōmendat aūt caritatē
suam deus in nobis: quoniam cum
adhuc peccatores essemus secundum
tempus · cristus ꝓ nobis mortuus est.
Multo igitur magis nunc iustificati
in sanguine ipsius salui erimꝰ ab ira
per ipsum. Si enim cum inimici esse-
mus reconciliati sumus deo · ꝑ mor-
tem filij eius: multo magis recōcilia-
ti salui erimus in vita ipsius. Nō so-
lum aūt: sed ⁊ gloriamur in deo per
dnm̄ nostrū ihesum cristū: ꝑ quē nūc
recōnliationē accepimus. Propterea
sicut ꝑ unū hominē peccatū in hunc
mūdum intrauit ⁊ per peccatū mors:
et ita ī omnes hōmines mors ptrāsijt: ī
quo omnes peccauerūt. Usqȝ ad legē
enim peccatū erat in mūdo. Peccatū
aūt non imputabat᷑ cum lex nō esset:
sed regnauit mors ab adam usqȝ ad
moysen · etiā in eos qui non peccaue-
runt ī similitudinē p̄uaricatōnis ade:
qui est forma futuri. Sed non sicut de-
lictū: ita ⁊ donū. Si enim uniꝰ delicto
multi mortui sunt: mlto magis gra-
tia dei et donū · ī gratia uniꝰ hōminis
ihesu cristi · in plures abundauit. Et
nō sicut ꝑ unū peccatū: ita et donum.
Nam iudiciū ex uno in condemnatio-
nem: gratia aūt ex multis delictis in
iustificationē. Si enim unius delicto
mors regnauit ꝑ unū: multo magis
abundantiā gratie et donationis et
iusticie accipientes in vita regnabunt
per unū ihesum cristum. Igitur sicut
per uniꝰ delictū in omnes homines ī
cōdemnationē: sic ⁊ per uniꝰ iusticiā
in omnes homines in iustificationē
vite. Sicut enim per in obedientiam
unius hōminis peccatores constituti
sunt multi: ita et ꝑ uniꝰ obeditionem
iusti constituentur multi. Lex aūt sub-
intrauit: ut abundaret delictū. Ubi au-
tem abundauit delictū · supabundauit
gratia: ut sicut regnauit peccatū ī mor-
tem · ita ⁊ gratia regnet ꝑ iusticiā ī vitā
eternā: ꝑ ihesū cristū dnm̄ nr̄m. c. vi.

Quid ergo dicemꝰ? Manebimus
in peccato: ut gratia abundet?
Absit. Si enim mortui sumꝰ peccato:
quomō adhuc viuemꝰ in illo? An i-
gnoratis fratres: quia quicunqȝ bapti-
zati sumꝰ in cristo ihesu ī morte ipsiꝰ
baptizati sumꝰ? Consepulti enī sumꝰ
cū illo ꝑ baptismū in mortem: ut quo-
modo cristus surrexit a mortuis per
gloriā patris: ita et nos in nouitate
vite ambulemꝰ. Si enim cōplantati
facti sumus similitudini mortis eiꝰ:
simul et resurrectionis erimꝰ. Hoc sciē-
tes: quia vetus homo noster simul cru-
cifixus ē ut destruatur corpus peccati:
ut ultra non seruiamꝰ peccato. Qui e-
nim mortuus est: iustificatus est a pec-
cato. Si aūt mortui sumus cū cristo
credimꝰ quia simul etiā viuemus cum
cristo: eo scientes q̄ cristus resurgens
ex mortuis iam non moritur: mors
illi ultra nō dn̄abitur. Quod enī mor-
tuus est peccato · mortuꝰ est semel: qd̄
autem viuit · viuit deo. Ita ⁊ vos existi-
mate vos mortuos quidē esse peccato:
viuentes aūt deo in cristo ihesu. Nō
ergo regnet peccatū in vestro mortali
corpore: ut obediatis concupiscentijs
eius. Sed neqȝ exhibeatis membra ve-
stra arma iniquitatis peccato: sed ex-
hibete vos deo tanq̄ȝ ex mortuis viuē-
tes: ⁊ membra vestra arma iusticie deo.
Peccatū enim vobis nō dn̄abit᷑. Nō
enī sub lege estis: sed sub gratia. Quid
ergo? Peccabimꝰ: quoniam non su-
mus sб lege sed sub grā? Absit. An

nesciatis quoniā cui exhibetis vos ser-
vos ad obediendū: servi estis eius cui
obeditis·sive peccati ad mortem sive
obeditionis ad iusticiā? Gratias aūt
deo qđ fuistis servi peccati: obedistis aūt
ex corde·i eā formā doctrine i q̄ traditi
estis. Liberati aūt a peccato: servi facti e-
stis iusticie. Humanū dico: ꝓpter in-
firmitatē carnis vr̄e. Sicut eni exhibu-
istis mēbra vr̄a servire immūdicie ⁊ ini-
quitati ad iniquitatē: ita nūc exhibete
membra vestra servire iusticie in sancti-
ficatōnem. Cum enim servi essetis pec-
cati: liberi fuistis iusticie. Quē ergo fru-
ctum habuistis tunc in illis: in quibꝫ
nūc erubescitis? Nā finis illoꝝ mors
est. Nunc vero liberati a peccato·servi
aūt facti deo: habetis fructū vestrū in
sanctificationē: finē vero vitā eternā.
Stipēdia eni peccati mors: gratia aūt
dei vita eterna·i xp̄o ihesu dn̄o nr̄o. c. vii
An ignoratis fratres scientibꝫ eni
legem loquor: quia lex in homi-
ne dn̄atur quāto tēpore vivit? Nā q̄
sub viro est mulier: vivente viro alli-
gata est legi. Si aūt mortu⁹ fuerit vir
eius: soluta est a lege viri. Igitur vivē-
te viro vocabitur adultera si fuerit cū
alio viro: si aūt mortuus fuerit vir e-
ius·liberata est a lege viri: ut non sit
adultera si fuerit cum alio viro. Itaqꝫ
fratres mei ⁊ vos mortificati estis legi
per corpus cristi: ut sitis alteri⁹ qui ex
mortuis resurrexit: ut fructificetis deo.
Cum enim essem⁹ in carne·passiones
peccatoꝝ que per legem erāt operabā-
tur in membris nostris: ut fructificarēt
morti. Nūc aūt soluti sum⁹ a lege mor-
tis·in qua detinebamur: ita ut servia-
mus in novitate spirit⁹ ⁊ non in vetu-
state littere. Quid ergo dicemus? Lex
peccatū est? Absit. Sed peccatum nō
cognovi: nisi ꝑ legem. Nā ɔcupiscēti-
ā nesciebam: nisi lex diceret. Nō con-
cupisces. Occasione aūt accepta·pecca-
tum per mandatū operatū est in me
omnē concupiscentiā. Sine lege enim
peccatū mortuū erat. Ego aūt vivebā
sine lege aliquādo. Sed cum venisset
mandatū: peccatū revixit. Ego autem
mortu⁹ sum: ⁊ inventū est michi man-
datū qđ erat ad vitā: hoc esse ad mortē.
Nā peccatū occasione accepta ꝑ man-
datū seduxit me: ⁊ ꝑ illud occidit. Ita
qꝫ lex quidē sancta: ⁊ mandatū sanctū
et iustū et bonū. Quod ergo bonū est
michi factū est mors? Absit. Sed pec-
catū ut appareat peccatū ꝑ bonū ope-
ratū est michi mortem: ut fiat supra
modū peccans peccatū per mandatū.
Scim⁹ enim: qꝛ lex spiritualis ē. Ego
aūt carnalis sum: venūdatus sub pec-
cato. Quod enim operor nō intelligo.
Nō enim qđ volo bonū hoc ago: sed
quod odio malū illud facio. Si autē
quod nolo illud facio: consentio legi
quoniā bona est. Nūc aūt iā nō ego
operor illud·sed qđ habitat in me pec-
catū. Scio enim: quia nō habitat in
me hoc est in carne mea bonū. Nam
velle adiacet michi: ꝑficere aūt bonū
non invenio. Non enim qđ volo bo-
num hoc facio: sed qđ nolo malū hoc
ago. Si autem qđ nolo facio illud:
iam non ego operor illud: sed qđ ha-
bitat in me peccatū. Invenio igit̄ legē
volenti michi facere bonū: quoniam
michi malū adiacet. Condelector enī
legi dei scđm interiorē hominē. Video
aūt aliā legē i mēbris meis·repugnā-
tem legi mētis mee: ⁊ captivātē me in
lege peccati q̄ est i mēbris meis. Infelix
ego homo: qs me liberabit de corpore
mortis hui⁹? Gratia dei per ihesū xp̄m

dñm nrm. Igit᷑ ego ipſe mēte ſeruio legi
dei: carne autem legi peccati. c. viii.
Nichil ergo nunc dānatōis eſt
hijs qui ſunt in criſto iheſu: qui
non ſcḋm carnē ambulāt. Lex eni ſpi-
ritus vite in criſto iheſu: liberauit me
a lege peccati et mortis. Nam qḋ im-
poſſibile erat legi in quo infirmabat᷑
p carnē: deus filiū ſuū mittens in ſimi-
litudinē carnis peccati. et de peccato
dampnauit peccatū in carne: ut iuſtifi-
catio legis impleretur in nobis. qui
non ſcḋm carnē ambulam⁹ ſed ſcḋm
ſpiritū. Qui eni ſcḋm carnē ſūt: q̄ car-
nis ſūt ſapiūt: q̄ vero ſcḋm ſpiritū ſūt:
q̄ ſunt ſpiritus ſentiūt. Nā prudentia
carnis mors eſt: prudentia aūt ſpiri-
tus vita ⁊ pax. Quoniā ſapientia car-
nis inimica eſt deo. legi enim dei nō
eſt ſubiecta: nec eni poteſt. Qui aūt in
carne ſunt: deo placere non poſſunt.
Vos autē in carne nō eſtis ſed ī ſpiri-
tu: ſi tamē ſpiritus dei habitat ī vobis.
Si quis aūt ſpiritū criſti non habet:
hic nō eſt ei⁹. Si aūt criſtus ī vobis ē:
corpus quidē mortuū eſt ꝑpter peccatū:
ſpiritus vero viuit ꝑpter iuſtificationē.
Qḋ ſi ſpiritu⁹ ei⁹ qui ſuſcitauit iheſum
a mortuis habitat in vobis: q̄ ſuſcita-
uit iheſum criſtū a mortuis viuifica-
bit et mortalia corpora veſtra: ꝑpter
inhabitantē ſpiritū ei⁹ in vobis. Ergo
fratres debitores ſum⁹: nō carni ut ſe-
cundū carnē viuam⁹. Si enim ſcḋm
carnē vixeritis: moriemini: ſi aūt ſpiri-
tu facta carnis mortificaueritis: viue-
tis. Quicūq; enim ſpiritu dei aguntur:
hij ſunt filij dei. Nō eni accepiſtis ſpi-
ritū ſeruitutis iterū in timore: ſed acce-
piſtis ſpiritū adoptionis filioꝝ dei: in
quo clamam⁹ abba pater. Ipſe enim
ſpirit⁹ teſtimoniū reddit ſpiritui nro:
q̄ ſum⁹ filij dei. Si aūt filij: ⁊ heredes:
heredes quidē dei: coheredes aūt criſti:
ſi tamē compatimur ut et conglori-
ficemur. Exiſtimo eni: q̄ nō ſunt cō-
digne paſſiones hui⁹ temporis ad fu-
turā gloriā: q̄ reuelabit᷑ in nobis. Nā
exſpectatio creature reuelationē filioꝝ
dei exſpectat. Vanitati enim creatura
ſubiecta eſt nō volens: ſed ꝑpter eū qui
ſubiecit eam in ſpe: quia ⁊ ipā creatu-
ra liberabit᷑ a ſeruitute corruptionis
in libertatē glorie filioꝝ dei. Scimus
enim: q̄ omīs creatura ingemiſcit et
parturit uſq; adhuc. nō ſolū aūt illa:
ſed et nos ipi primitias ſpirit⁹ haben-
tes: ⁊ ipi intra nos gemim⁹ adoptio-
nem filioꝝ dei: exſpectātes redemptionē
corporis noſtri. Spe enim ſalui fa-
cti ſum⁹. Spes aūt que videtur nō eſt
ſpes. Nā qḋ videt quis qḋ ſperat? Si
aūt quod nō videm⁹ ſperam⁹: p paciē-
tiā exſpectam⁹. Similiter aūt et ſpirit⁹
adiuuat infirmitatē noſtrā. Nā qḋ o-
rem⁹ ſicut oportet neſcim⁹: ſed ipſe ſpi-
ritus poſtulat p nobis gemitibꝫ ine-
narrabilibꝫ. Qui aūt ſcrutatur corda:
ſcit quid deſideret ſpirit⁹: q̄a ſcḋm deū
poſtulat p ſanctis. Scim⁹ aūt quoniā
diligentibꝫ deū: omnia cooperant᷑ in
bonū: hijs q̄ ſcḋm ꝓpoſitū vocati ſunt
ſancti. Nā quos p̄ſciuit et p̄deſtinauit
cōformes fieri ymaginis filij ſui: ut ſit
ipe p̄mogenit⁹ ī multis fratribꝫ. Quos
aūt p̄deſtinauit hos ⁊ vocauit: et quos
vocauit hos ⁊ iuſtificauit. Quos au-
tem iuſtificauit: illos et glorificauit.
Quid ergo dicem⁹ ad hec? Si deus p
nobis: quis contra nos? Qui etiā ꝓprio
filio nō pepercit: ſed p nobis omnibus
tradidit illū. Quomō nō etiā cū illo
omnia nobis donauit? Quis accuſa-
bit aduſus electos dei? Deus q̄ iuſtificat.

Quis est qui cōdemnet? Xp̄us ihesus
qui mortuus est ymmo qui et resurre-
xit: qui est ad dexterā dei: qui etiā inter-
pellat p̄ nobis. Quis ergo nos sepa-
rabit a caritate cristi? Tribulatio an
angustia an fames an nuditas an
periculū: an p̄secutio an gladius? Si-
cut scriptū est. Quia p̄pter te mortifica-
mur tota die: estimati sum⁹ sicut oves
occisionis. Sed in hijs omnibus su-
peram⁹: propter eum qui dilexit nos.
Certus sum enim: quia neq; mors
neq; vita neq; angeli neq; principat⁹
neq; virtutes neq; instantia neq; futu-
ra neq; fortitudo neq; altitudo neq;
profundū neq; creatura alia poterit
nos separare a caritate dei: que est in
cristo ihesu domino nostro. c. ix.

Veritatem dico in cristo ihesu. nō
mentior. testimoniū michi phi-
bente cōscientia mea in spiritu sancto:
quoniā tristicia michi est magna: et
cōtinuus dolor cordi meo. Optabā
enī ego ipse anathema esse a cristo pro
fratribȝ meis qui sunt cognati mei se-
cundū carnē qui sunt israhelite: quoȝ
adoptio est filiorū et gloria et testamē-
tum et legislatio et obsequiū et p̄missa:
quoȝ patres ex quibȝ cristus secūdum
carnē. qui est sup omnia de⁹ benedict⁹
in secula amē. Nō aūt qȝ exciderit ver-
bum dei. Non enim omēs qui israhel
hij sunt israhelite. neq; qui semē sunt
abrahe omēs filij. Sed in ysaac vo-
cabitur tibi semen: id est non qui filij
carnis hij filij dei: sed qui filij sunt pro-
missionis. estimanē in semine. Pro-
missionis enim verbū hoc est. Scd̄m
hoc temp⁹ veniā: et erit sare fili⁹. Non
solū aūt illa: sed et rebecca ex vno con-
cubitu habēs ysaac patris nostri. Cū
enim nōdū nati fuissent aut aliquid
boni egissent aut mali: ut secūdū ele-
ctionē p̄positū dei maneret. nō ex ope-
ribus sed ex vocante dictū est ei: quia
maior serviet minori. sicut scriptū est.
Jacob dilexi: esau autem odio habui.
Quid ergo dicem⁹? Nūquid iniq̄tas
apud deū? Absit. Moysi enim dicit.
Miserebor cui misertus sum: et miseri-
cordiā p̄stabo cui miserebor. Igitur
non volentis neq; currentis sed mise-
rentis est dei. Dicit enim scriptura pha-
raoni. Quia i hoc ip̄m excitaui te ut o-
stendā in te virtutem meā: et ut annū-
cietur nomē meū in vniuersa terra. Er-
go cui vult miseretur: et quē vult indu-
rat. Dicis itaq; michi. Quid adhuc
queritur? Voluntati eius quis resistit?
O homo: tu quis es. qui respōdeas
deo? Nūquid dicit figmentū ei qui se
finxit: q̄d me fecisti sic? An nō habet
potestatem figulus luti ex eadē massa
facere aliud quidē vas i honorē: aliud
vero in cōtumeliā? Quod si deus volens
ostendere iram. et notā facere potentiā
suā sustinuit in multa patientia vasa
ire apta in interitū: ut ostenderet diui-
tias glorie sue in vasa misericordie q̄
p̄parauit in gloriā. Quos et vocauit
nos: nō solū ex iudeis sed etiā ex gen-
tibȝ: sicut in osee dicit. Vocabo non
plebem meā. plebē meā: et non dilectā
dilectā: et nō misericordiā cōsecutā mi-
sericordiā cōsecutā. Et erit: in loco ubi
dictū est eis nō plebs mea vos: ibi vo-
cabūtur filij dei vivi. Ysaias autem
clamat p̄ israhel. Si fuerit numerus
filioȝ israhel tanq̄ȝ arena maris: reli-
quie salue fient. Verbū enī cōsūmans
et abbrevians in equitate: q̄a verbū bre-
viatū faciet dn̄s sup terrā. Et sicut p̄di-
xit ysaias nisi domin⁹ sabaoth reliquis-
set nobis semen sicut sodoma facti

essem⁹: ꝛ sicut gomorra similes fuisse-
mus. Quid ergo dicem⁹? Quod gentes
que nō sectabant iusticiā apphēderūt
iusticiā: iusticiā autē q̄ ex fide ē. Israhel
vero sectando legē iusticie: in legē iusti-
cie nō puenit. Quare? q̄a nō ex fide: sed
q̄si ex operibꝫ. Offenderūt enī ī lapidē
offensionis: sicut scriptū ē. Ecce pono
ī syon lapidē offensionis ꝛ petrā scādali:
et omīs q̄ credit ī eū nō ɔfundet. c.x.
Fratres: volūtas quidem cordis
mei et obsecratio ad deū fit pro
illis in salutem. Testimoniū enim phi-
beo illis q̄ emulationē quidē dei ha-
bent: sed nō scdm sciētiā. Ignorātes
enī iusticiā dei · ꝛ suā querētes statuere:
iusticie dei nō sunt subiecti. Finis enī
legis cristus: ad iusticiā omī credenti.
Moyses enim scripsit: quoniā iustici-
am que ex lege est qui fecerit homo: vi-
uet in ea. Que autē ex fide ē iusticia sic
dicit. Ne dixeris in corde tuo · q̄s ascē-
det in celū · id est cristū deducere: aut q̄s
descendet in abyssum · hoc est cristū a
mortuis reuocare. Sed quid dicit scri-
ptura? Prope est verbū in ore tuo et
in corde tuo. Hoc est verbū fidei quod
p̄dicam⁹: quia si confitearis ī ore tuo
dūm ihesum: ꝛ in corde tuo credideris
q̄ deus illū suscitauit a mortuis: sal-
uus eris. Corde enim credit̄ ad iustici-
am: ore autē cōfessio fit ad salutē. Di-
cit enī scriptura. Omnis qui credit in
illū non cōfundetur. Nō enī est distin-
ctio iudei ꝛ greci. Nā idē dūs omniū:
diues ī omēs qui inuocāt illū. Omīs
enī quicūqꝫ inuocauerit nomē dūi:
saluus erit. Quomō ergo inuocabūt
in quē nō crediderūt? Aut quomō cre-
dent ei: quē nō audierūt? Quomō au-
tem audient: sine p̄dicante? Quomō
vero p̄dicabūt: nisi mittantur? Sicut
scriptū est. Quā speciosi pedes euāgeli-
zantiū pacem: euangelizantiū bona.
Sed non omnes obediūt euangelio.
Ysaias enī dicit. Dūe: quis credidit
auditui nr̄o? Ergo vides ex auditu:
auditus autē p verbū cristi. Sed dico.
Numquid nō audierūt? Et quidē in o-
mnē terrā exiuit sonus eoꝝ: et in fines
orbis terre verba eoꝝ. Sed dico. Num-
quid israhel non cognouit? Primus
moyses dicit. Ego ad emulationem
vos adducā nō in gentem: in gentem
insipientem: in irā vos mittā. Ysaias
autē audet et dicit. Inuent⁹ sum a nō
querentibꝫ me: palā apparui hijs qui
me nō interrogabāt. Ad isrl̄ autē dicit.
Tota die expādi man⁹ meas ad p̄plm̄
nō credentē: sed ɔtradicentē michi. c.xi.
Dico ergo. Numqd de⁹ repulit po-
pulū suū? Absit. Nam et ego
israhelita sum ex semine abraham de
tribu beniamin. Non repulit de⁹ ple-
bem suā quā p̄sciuit. An nescitis in
helya quid dicit scriptura: quēadmo-
dum interpellat deū aduersū israhel?
Dūe p̄phetas tuos occiderūt: altaria
tua suffoderūt · ꝛ ego relictus sum sol⁹:
et querūt animā meā. Sed quid dicit
illi diuinū responsum? Reliqui michi
septē milia viroꝝ: qui nō curuauerūt
genua ante baal. Sic ergo et in hoc
tēpore: reliquie scdm electionē gratie
salue facte sunt. Si autē gratia: iā nō
ex operibꝫ. Alioquin gratia iā nō est
gratia. Quid ergo? Quod querebat isra-
hel hoc non est cōsecut⁹: electio autem
cōsecuta est: ceteri vero excecati sūt sicut
scriptū ē. Dedit illis deus spiritū com-
punctionis: oculos ut nō videāt ꝛ au-
res ut nō audiāt: usqꝫ ī hodiernū diē.
Et dauid dicit. Fiat mensa eoꝝ corā
ipis ī laqueū: ꝛ in captionē et ī scādalū

et in retributionē illis. Obscurentur
oculi eoꝝ ne videāt: ⁊ dorsū eoꝝ semꝑ
incurua. Dico ergo. Nūqd sic offen-
derūt ut caderent? Absit. Sed illorū
delicto salus gentibus: ut illos emu-
lent. Qd si delictum eorū diuitie sunt
mūdi ⁊ diminutio eoꝝ diuitie gentiū:
quātomagis plenitudo eoꝝ? Uobis
enī dico gentibꝫ. Quādiu quidē ego
sum gentiū apłus ministeriū meū ho-
norificabo: si quo modo ad emulan-
dum ꝓuocem carnē meā: ⁊ saluos fa-
ciam aliquos ex illis. Si enī amissio
eoꝝ reconciliatio ē mūdi: q̄ assumptio
nisi vita ex mortuis? Qd si delibatio
sancta est: ⁊ massa. Et si radix sancta:
et rami. Qd si aliqui ex ramis fracti
sunt: tu aūt cū oleaster esses insert⁹ es
in illis: ⁊ socius radicis ⁊ pinguedinis
oliue factus es: noli gloriari aduersus
ramos. Qd si gloriaris: non tu radi-
cem portas: sed radix te. Dicis ergo.
Fracti sunt rami: ut ego inserar. Bene.
Propter incredulitatem fracti sūt. Tu
aūt fide stas. Noli altū sapere sed time.
Si enim de⁹ naturalibꝫ ramis nō pe-
percit: ne forte nec tibi parcat. Uide er-
go bonitatem ⁊ seueritatē dei. In eos
quidē qui ceciderūt seueritatem: in te
aūt bonitatem dei: si ꝑmanseris i bo-
nitate. Alioquin ⁊ tu excideris. Sed ⁊
illi si nō ꝑmāserint i incredulitate in-
serentur. Potens est enim de⁹ iterū inse-
rere illos. Nā ⁊ si tu ex naturali excisus
es oleastro ⁊ contra naturā insert⁹ es
in bonā oliuā: quātomagis hij qui
secundū naturā inserentur sue oliue?
Nolo enī vos ignorare frēs misteriū
hoc. ut nō sitis vobisipsis sapientes:
quia cecitas ex parte contingit in isrł
donec plenitudo gentiū intraret: ⁊ sic
omīs israhel saluus fieret: sicut scriptū
est. Ueniet ex syon: qui eripiat et auer-
tat impietatem ab iacob. Et hoc illis
a me testamentū: cū abstulero peccata
eoꝝ. Secundū euangeliū quidē inimi-
ci ꝓpter vos: secundū electionē aūt ca-
rissimi ꝓpter patres. Sine penitentia
enim sunt dona ⁊ vocatio dei. Sicut
enim aliquādo et vos nō credidistis
deo nūc aūt misericordiā ↄsecuti estis
propter incredulitatē illorū: ita et isti
nūc nō crediderūt i vestrā misericordiā:
ut ⁊ ipi misericordiā ↄsequātur. Con-
clusit enim de⁹ oīa in incredulitate:
ut omniū misereatur. O altitudo di-
uitiaꝝ sapientie ⁊ sciencie dei: quā incō-
prehensibilia sunt iudicia eius: et in-
uestigabiles vie ei⁹. Quis enī cogno-
uit sensum dnī: aut quis ↄsiliarius
eius fuit? Aut quis prior dedit illi: et
retribuetur ei? Quoniam ex ipo et per
ipsum et in ipso sunt omnia: ipi glo-
ria in secula seculorum amen. c. xii.
Obsecro itaqꝫ vos fratres per mise-
ricordiā dei: ut exhibeatis corpo-
ra vestra hostiā viuentem sanctā deo
placentem: rationabile obsequiū vrm.
Et nolite conformari huic seculo: sed
reformamini in nouitate sensus vri:
ut ꝓbetis que sit volūtas dei bona ⁊
bene placens ⁊ ꝑfecta. Dico enim per
gratiā que data est michi omnibus q̄
sunt inter vos: nō plus sapere q̄ opor-
tet sapere: sed sapere ad sobrietatem: ⁊
unicuiqꝫ sicut de⁹ diuisit mensurā fidei.
Sicut enī in uno corpore multa mem-
bra habem⁹: omnia aūt membra nō
eundem actū habent: ita multi unū
corpus sum⁹ in cristo: singuli aūt al-
ter alteri⁹ mēbra: habentes donatio-
nes scdm gratiā que data est nobis
differentes. Siue ꝓpheciam: scdm rati-
onē fidei. Siue ministeriū: i ministrādo.

Siue qui docet: in doctrina. Qui exhor-
tatur in exhortādo. Qui tribuit: i sim-
plicitate. Qui preest: in sollicitudine.
Qui miseretur: in hilaritate. Dilectio:
sine simulatōne. Odiētes malū: adherē-
tes bono. Caritatem fraternitatis in-
uicem diligentes: honore inuicem preue-
niētes. Sollicitudine nō pigri: spiritu
feruētes: dn̄o seruiētes. Spe gaudētes:
i tribulatōne patiētes: orationi instā-
tes: Necessitatibȝ sctōrȝ cōmunicātes:
hospitalitatē sectātes. Benedicite psequē-
tibȝ vos: Benedicite: et nolite maledi-
cere. Gaudete cū gaudētibus: flere cū
flentibȝ. Id ipm inuicem sentiētes. Nō
alta sapientes: sed humilibus cōsenti-
entes. Nolite esse prudētes apud vos-
metipos. Nulli malū p malo reddē-
tes: puidentes bona non tantū corā
deo: sed etiā corā omnibus hominibȝ.
Si fieri potest qd ex vobis est: cū omni-
bus hominibus pacem habētes. Nō
vosmetipos defendentes carissimi: sed
date locū ire. Scriptū est enim. Michi
vindictam: et ego retribuam dicit do-
minus. Sed si esurierit inimic⁹ tuus
ciba illum: si sitit: potū da illi. Hoc e-
nim faciens: carbones ignis cōgeres
super caput eius. Noli vinci a ma-
lo: sed vince in bono malum. c. xiii.

Omnis anima potestatibȝ subli-
mioribus subdita sit. Non est e-
nim potestas nisi a deo. Que aūt sunt
a deo: ordinata sunt. Itaqȝ qui resistit
potestati: dei ordinatōni resistit. Qui
aūt resistūt: ipi sibi damnatōnem ac-
quirūt. Nā principes nō sunt timori
boni operis sed mali. Vis aūt non
timere potestatem? Bonū fac: et habe-
bis laudem ex illa. Dei enim minister
est: tibi in bonū. Si aūt malū feceris:
time. Nō enī sine causa gladiū portat.
Dei enim minister est: vindex in iram
ei q̄ malū agit. Ideoqȝ necessitate sub-
diti estote: nō solū ppter iram: sed etiā
propter cōscientiā. Ideo enim et tribu-
ta prestatis. Ministri enim dei sunt: in
hoc ipm seruientes. Reddite ergo omni-
bus debita. Cui tributū tributū: cui ve-
ctigal vectigal: cui timorem timorem:
cui honorē honorem. Nemini quicq̄
debeatis: nisi ut inuicē diligatis. Qui
enim diligit pximū: legem adimple-
uit. Nā nō adulterabis. non occides.
nō furaberis. non falsum testimoniū
dices. non cōcupisces: et si qd est aliud
mandatū in hoc verbo instauratur: di-
liges pximū tuū sicut teipm. Dilectio
proximi malū nō operatur. Plenitudo
ergo legis est dilectio. Et hoc scientes
tempus: quia hora est iam nos de so-
mno surgere. Nūc enim propior est nr̄a
salus: q̄ cū credidim⁹. Nox pcessit: di-
es aūt appropinquabit. Abiciam⁹ ergo
opera tenebrarȝ et induamur arma lu-
cis: sic ut in die honeste ābulem⁹. Nō
in comessatōnibus et ebrietatibus: nō
in cubilibȝ et impudiciciis: nō in cōten-
tione et emulatione: sed induimini
dominū ihesum cristum: et carnis cu-
ram ne feceritis in desideriis. c. xiiii.

Infirmū aūt i fide assumite: nō in discē-
ptatōnibȝ cogitatōnū. Alius enī cre-
dit māducare se omnia: Qui aūt infir-
mus est: olus māducet. Is qui mādu-
cat: nō māducātem nō spernat: et qui
nō māducat: māducātem nō iudicet.
Deus enim illū assumpsit. Tu quis
es qui iudicas alienū seruū? Dn̄o suo
stat aut cadit. Stabit aūt. Potens est
enim de⁹ statuere illū. Nā alius iudi-
cat diem inter diem: ali⁹ aūt iudicat
omnē diem. Unusquisqȝ in suo sensu
abundet. Qui sapit diem: dn̄o sapit:

et qui mãducat· dño mãducat. Gra-
tias enim agit deo. Et qui nõ mãdu-
cat· dño nõ mãducat: ⁊ gratias agit
deo. Nemo enim nr̃m sibi viuit: ⁊ ne-
mo sibi moritur. Siue enim viuim⁹·
dño viuim⁹: siue morimur· dño mo-
rim̃. Siue ergo viuim⁹ siue morim̃:
dñi sumus. In hoc enim xp̄us mor-
tuus est ⁊ resurrexit: ut ⁊ viuoꝝ ⁊ mor-
tuoꝝ dñetur. Tu aũt quid iudicas fra-
trem tuũ: aut tu q̃re spernis fratrẽ tuũ?
Omnes enim stabimus ante tribunal
dei. Scriptũ est enim. Viuo ego dicit
dñs: quoniã michi flectetur omne ge-
nu: ⁊ omnis lingua cõfitebit̃ deo. Ita
q₃ unusquisq₃ nostrũ p̄ se rationẽ red-
det deo. Nõ ergo amplı⁹ inuicem iu-
dicem⁹. Sed hoc iudicate magis: ne
ponatis offendiculũ fratri uel scãdalũ.
Scio ⁊ cõfido in dño ihesu: q̄a nichil
cõmune p̄ ip̄m· nisi ei qui existimat q̄d
cõmune esse: illi cõmune est. Si enim
propter cibũ frater tuus contristatur:
iam nõ sc̃dm caritatẽ ambulas. No-
li cibo tuo illũ pdere: p̄ quo xp̄s mor-
tuus est. Nõ ergo blasphemetur bonũ
nostrũ. Nõ est enĩ regnũ dei esca et po-
tus: sed iusticia ⁊ pax ⁊ gaudiũ ĩ spiri-
tu sancto. Qui enim in hoc seruit xp̄o
placet deo: ⁊ pbatus est hominibus.
Itaq₃ que pacis sunt sectemur: ⁊ que
edificationis sunt in inuicem custodi-
amus. Noli pp̄ter escam destruere op⁹
dei. Omnia quidẽ sunt mũda: sed ma-
lũ est homini qui p̄ offendiculũ man-
ducat. Bonũ ẽ nõ mãducare carnẽ ⁊
nõ bibere vinũ: neq₃ ĩ quo frater tu⁹ of-
fendit̃ aut scãdalizat̃ aut infirmat̃. Tu
fidẽ habes penes temetip̄m: habe co-
rã deo. Beat⁹ q̃ nõ iudicat semetip̄m
ĩ eo q̄d pbat. Qui aũt discernit: si mãdu-
cauerit dãnat⁹ ẽ: q̄a nõ ex fide. Omne
aũt q̄d nõ est ex fide peccatũ est. c. xv
Debem⁹ aũt nos firmiores inbe-
cillitates infirmoꝝ sustinere: et
non nobis placere. Unusquisq₃ vr̃m
proximo suo placeat in bonũ: ad edi-
ficationẽ. Etenim xp̄us nõ sibi placu-
it: sed sicut scriptũ est: improperia im-
properãtiũ tibi ceciderũt sup me. Que-
cunq₃ enim scripta sunt· ad nostrã do-
ctrinã scripta sunt: ut p̄ patientiã ⁊ cõ-
solationẽ scripturaꝝ spem habeamus.
Deus aũt patientie ⁊ solatij det vobis
idip̄m sapere in alterutrũ sc̃dm ihesũ
xp̄m: ut unanimes vno ore honorifi-
cetis deum et patrem domini nostri
ihesu xp̄i. Propter quod suscipite in-
uicem: sicut et xp̄us suscepit vos in ho-
norem dei. Dico enĩ xp̄m ihesum mi-
nistrũ fuisse circũcisionis pp̄ter verita-
tem dei· ad cõfirmandas pmissiones
patrũ: gentes aũt super misericordia
honorare deũ: sicut scriptum est. Pro-
pterea cõfitebor tibi in gentibus dñe:
et nomini tuo cantabo. Et iterum di-
cit. Letamini gẽtes cũ plebe ei⁹. Et iterũ.
Laudate omnes gentes dñm: et ma-
gnificate eũ omnes pp̄li. Et rursus ysa-
ias ait. Erit radix iesse: et qui exurget
regere gẽtes· ĩ eum gẽtes sperabũt. De⁹
aũt spei repleat vos omni gaudio et
pace in credendo: ut abũdetis in spe ⁊
virtute spirit⁹ sancti. Certus sũ aũt fra-
tres mei ⁊ egoip̄e de vobis: quoniã et
ip̄i pleni estis dilectione· repleti omni
sciencia: ita ut possitis alterutrũ mo-
nere. Audaci⁹ aũt scripsi vobis fratres
ex parte· tanq̄ in memoriã vos redu-
cens: propter gratiã que data est mi-
chi a deo ut sim minister xp̄i ihesu in
gentibus sanctificãs euangeliũ dei: ut
fiat oblatio gentiũ accepta et sanctifi-
cata in spiritu sancto. Habeo igitur

gloriā in xp̄o ihesu ad deū. Nō enim
audeo aliquid loqui eoꝝ que ꝑ me nō
efficit xp̄us ī obedientiā gentiū: verbo
et factis in virtute signoꝝ et ꝓdigioꝝ
in virtute spiritus sancti: ita ut ab ihe-
rusalē ꝑ circuitū usq; ad illiricū reple-
uerim euāgeliū xp̄i. Sic aūt p̄dicaui
euangeliū hoc · non ubi nominatus
est xp̄us ne super alienū fundamen-
tum edificarē: sed sicut scriptū ē quibȝ
nō ē annūciatū de eo videbūt: ⁊ q̄ non
audierūt de eo intelligent · ꝓpter quod
et impediebar plurimū venire ad vos.
Nūc vero ulteri⁹ locū non habens in
hiis regionibus: cupiditatem aūt ha-
bens veniendi ad vos ex multis iam
p̄cedentibus ānis: cū in hyspaniā ꝓfi-
cisci cepero · spero q̄ p̄teriens videam
vos · ⁊ a vobis deducar illuc · si vobis
p̄mū ex parte fruit⁹ fuero. Nūc igitur
proficiscar ī iherusalē ministrare san-
ctis. Probauerūt enim macedonia et
achaia collationē aliquā facere ī pau-
peres sanctoꝝ q̄ sunt in iherusalē. Pla-
cuit enī eis: et debitores sunt eoꝝ. Nā
si spiritualiū eoꝝ participes facti sunt
gentiles: debent et in carnalibȝ mini-
strare eis. Hoc igit̄ cū cōsūmauero et
assignauero eis fructū hunc: per vos
proficiscar in hyspaniā. Scio autem:
q̄m veniēs ad vos ī abūdantia bene-
dictionis xp̄i veniā. Obsecro ergo vos
fr̄es ꝑ dn̄m nr̄m ihesū xp̄m ⁊ ꝑ carita-
tem sancti spirit⁹ ut adiuuetis me ī ora-
tionibȝ ad deū · ut liberer ab infidelibȝ
q̄ sunt ī iudea: ⁊ obsequiū mei oblatio
accepta fiat in ihrl'm sanctis: ut veniā
ad vos ī gaudio ꝑ voluntatē dei ut re-
frigerer vobiscū. De⁹ autem pacis sit
cum omnibus vobis amen. c. xvi.
Commēdo aūt vobis phebē soro-
rē nr̄am q̄ ē ī ministerio ecclesie
que ē cencris ut eā suscipiatis ī dn̄o
digne sanctis: et assistatis ei ī q̄cūq; ne-
gocio vr̄i indiguerit. Et enī ipa q̄ȝ assti-
tit multis: ⁊ michi ip̄i. Salutate priscā
⁊ aquilā adiutores meos ī xp̄o ihesu:
q̄ ꝑ aīa mea suas ceruices supposuerūt:
quibȝ nō sol⁹ ego grās ago sed et cū-
cte ecclesie gentiū: ⁊ domesticā ecclesiā eoꝝ.
Salutate epheneū dilectū michi: q̄ est
p̄mitiu⁹ asye ī xp̄o ihesu. Salutate ma-
riā q̄ mltū laborauit ī vobis. Saluta-
te andronicū ⁊ iuliam cognatos ⁊ cō-
captiuos meos q̄ sūt nobiles ī ap̄lis:
q̄ et āte me fuerūt ī xp̄o. Salutate āpli-
atū dilectissimū michi ī dn̄o. Saluta-
te vrbanū adiutorē nr̄m ī xp̄o ihesu: et
stachin dilectum meū. Salutate appel-
len ꝓbum in cristo. Salutate eos qui
sūt ex aristoboli domo. Salutate hero-
dionē cognatū meū. Salutate eos q̄
sūt ex narcisci domo: q̄ sūt ī dn̄o. Sa-
lutate triphenā ⁊ triphosā: q̄ laborāt
ī dn̄o. Salutate psidam carissimā: q̄
mltū laborauit ī dn̄o. Salutate rufū
electū ī dn̄o: ⁊ matrē ei⁹ ⁊ meā. Saluta-
te asincretū flegontā hermen patrobam
hermā: ⁊ q̄ cū eis sunt fr̄es. Salutate
philologū ⁊ iuliam nereū et sororē ei⁹
⁊ olimpiadem: ⁊ om̄es q̄ cū eis sūt san-
ctos. Salutate inuicē ī osculo sancto.
Salutāt vos om̄es ecclesie xp̄i. Rogo
aūt vos fr̄es ut obseruetis eos q̄ dissēsio-
nes ⁊ offendicula p̄ter doctrinā quā vos
didicistis faciunt: ⁊ declinate ab illis.
Huiusmodi enī xp̄o dn̄o nr̄o nō seru-
iunt sed suo ventri: ⁊ ꝑ dulces s'mones ⁊
benedictiones seducūt corda innocētiū.
Vr̄a enī obediētia in om̄i loco diuul-
gata ē. Gaudeo igit̄ ī vobis: sed volo
vos sapiētes esse ī bono: et simplices
in malo. De⁹ aūt pacis cōterat satha-
nan sub pedibȝ vr̄is velociter. Gratia

dñi nostri ihesu xpi vobiscũ. Salutat
vos thimotheꝰ adiutor meꝰ: et lucius
et iason et sosipater cognati mei. Sa-
luto vos ego tercius: q̃ scripsi episto-
lam in dño. Salutat vos gaius ho-
spes meus: et universe ecclie. Salutat
vos erastꝰ archariꝰ civitatis: et quar-
tus frater. Gratia dñi nostri ihesu xpi
cũ omnibꝫ vobis amen. Ei aũt qui po-
tens est vos confirmare iuxta euãgeliũ
meũ et p̃dicationẽ ihesu xpi: scḋm reve-
lationẽ misterij temporibꝫ eternis ta-
citi: qḋ nũc patefactũ est per scripturas
prophetarũ scḋm p̃ceptũ eterni dei ad
obeditionẽ fidei i cũctis gentibꝫ cogni-
ti soli sapienti deo p ihesũ xpm: cui ho-
nor et gloria in secula seculorũ amen.
Explicit epla ad romanos. Incipit
prologus in eplam ad corinthios.

Corinthij sunt achaici: et
hij similiter ab aplo audi-
erũt verbũ veritatis: et sub-
versi sunt multipharie a
falsis apl̃is. Quidam a philosophie
verbosa eloquentia: alij secta legis iu-
daice inducti sunt. Hos revocat apo-
stolus ad verã fidem et euangelicam
sapientiam: scribẽs eis ab epheso per
thimotheum. Explicit plogus. Inci
pit epla ad corinthios prima. c. i.

Paulus vocatꝰ apo-
stolus ihesu xpi per
volũtatẽ dei et sosste-
nes frater ecclesie dei
que ẽ corinthi: san-
ctificatis i xpo ihesu
vocatis sanctis: cũ omnibus qui invo-
cant nomẽ dñi nri ihesu xpi in omni
loco ipsorũ et nro. Gratia vobis et pax
a deo patre nro. et dño ihesu xpo. Gra-
tias ago deo meo semp p vobis i gra-
tia dei q̃ data est vobis in xpo ihesu:
q̃a in omnibꝫ divites facti estis in illo
in omni verbo et in omni sciẽtia: sicut
testimoniũ xpi confirmatũ ẽ in vobis: ut
nichil vobis desit in nulla gratia: ex-
spectãtibꝫ revelationẽ dñi nri ihesu xpi:
qui et confirmabit vos usqꝫ in finẽ sine
crimine: in die adventꝰ dñi nri ihesu
xpi. Fidelis deꝰ: p quẽ vocati estis in
societatem filij eiꝰ ihesu xpi dñi nostri.
Obsecro aũt vos fratres p nomẽ dñi
nri ihesu xpi: ut idipm dicatis omes:
et nõ sint i vobis scismata. Sitis aũt
pfecti in eodẽ sensu: et in eadẽ sciẽtia.
Significatũ est enim michi de vobis
fr̃es mei ab hijs qui sũt chloes: q̃a conten-
tiones sunt inter vos. Hoc aũt dico: qḋ
unusquisqꝫ vr̃m dicit. Ego quidẽ sum
pauli: ego aũt apollo: ego vero cephe:
ego aũt xpi. Divisus est xps? Nũqd
paulus crucifixꝰ ẽ p vobis: aut i noĩe
pauli baptizati estis? Gratias ago
deo meo q̃ neminẽ vr̃m baptizaui: ni-
si crispum et gaiũ: ne quis dicat q̃ in
noĩe meo baptizati estis. Baptizaui
aũt et stephane domũ: ceterũ nescio si quẽ
aliũ vr̃m baptizauerim. Nõ enim mi-
sit me xps baptizare sed euangelizare:
nõ i sapiẽtia verbi: ut nõ euacuet crux
xpi. Verbũ enim crucis pereuntibꝫ quidẽ
stulticia ẽ: hijs aũt qui salui fiũt id est
nobis: virtꝰ dei ẽ. Scriptũ ẽ eni. Perdã
sapiẽtiã sapientiũ: et prudẽtiã prudẽ-
tiũ reprobabo. Ubi sapiẽs ubi scriba:
ubi inquisitor huiꝰ seculi? Nõne stul-
tam fecit deꝰ sapiẽtiã huiꝰ mũdi? Nã
quia in dei sapiẽtia nõ cognovit mũ-
dus p sapiẽtiã deũ: placuit deo p stul-
ticiã p̃dicationis saluos facere credẽtes.
Quoniã et iudei signa petũt: et greci sa-
piẽtiam querũt: Nos aũt p̃dicamus
xpm crucifixũ: iudeis quidẽ scandalũ: gẽ-
tibꝫ aũt stulticiã: ipsis autem vocatis

iudeis atq3 grecis · cristū dei virtutem
et dei sapiētiā. Quia qd̄ stultū ē dei · sa-
pientiꝰ est hominibꝫ: ⁊ qd̄ infirmū est
dei: fortiꝰ ē hominibꝫ. Uidete enim vo-
cationē vestrā frēs: q̄a nō multi sapien-
tes sc̄dm carnē nō multi potētes non
multi nobiles: sed q̄ stulta sunt mūdi e-
legit deꝰ ut cōfundat sapientes: ⁊ infir-
ma mūdi elegit deꝰ ut ꝯfundat fortia:
⁊ ignobilia mūdi ⁊ cōtēptibilia elegit
deꝰ et ea q̄ nō sūt · ut ea que sūt destrue-
ret: ut nō gloriet̄ omīs caro ī ꝯspectu
eiꝰ. Ex ipō aūt vos estis ī xp̄o ihesu: q̄
factꝰ ē nobis sapiētia ⁊ iusticia et sāti-
ficatō ⁊ redēptio: ut queādmodū scri-
ptū ē: q̄ gloriat̄ ī dn̄o glorietur. c. ii.
Et ego cū venissem ad vos fratres:
veni nō in sublimitate s̄monis
aut sapiētie · annūciās vobis testimo-
niū xp̄i. Nō eni iudicaui me scire ali-
quid inter vos nisi ihesū xp̄m: et hunc
crucifixū. Et ego ī infirmitate ⁊ timore
⁊ tremore multo fui apud vos: et s̄mo
meꝰ et p̄dicacio mea nō ī psuasibilibꝫ
humane sapiētie verbis: sed ī ostensio-
ne spiritꝰ et virtutis: ut fides vr̄a nō
sit ī sapiētia hominū sed in virtute dei.
Sapientiā aūt loquimur inter pfectos.
Sapiētiā vero nō huiꝰ secli neq3 prīci-
pū huiꝰ secli q̄ destruūtur: sed loquimur
dei sapiētiā ī misterio q̄ absconditā ē:
quā p̄destinauit deꝰ ante secula ī glo-
riā nostrā: quā nemo principū huiꝰ se-
culi cognouit. Si enim cognouissent:
nūquā dn̄m glorie crucifixissent. Si-
cut scriptū est: qd̄ oculus nō vidit nec
auris audiuit nec in cor hoīs ascen-
dit: q̄ p̄parauit deꝰ hijs q̄ diligūt illū.
Nobis aūt reuelauit deꝰ p spiritū suū.
Spiritꝰ eni oīa scrutat̄: etiā pfunda
dei. Quis eni scit hominū q̄ sūt hoīs:
nisi spiritꝰ hoīs q̄ in ipō ē? Ita et que
dei sūt nemo cognouit nisi spiritus dei.
Nos aūt nō spiritū huiꝰ mūdi accepi-
mus sed spiritū q̄ ex deo est: ut sciamꝰ
q̄ a deo donata sūt nobis: q̄ ⁊ loquimur
nō in doctis humane sapiētie verbis:
sed in doctrina spiritus: spiritualibꝫ
spiritualia ꝯparātes. Animalis aūt
homo nō p̄cipit ea que sunt spiritus
dei. Stulticia enim est illi: ⁊ nō potest
ītelligere: q̄a spiritualiter examinatur.
Spiritualis aūt iudicat oīa: ⁊ ipē a
nemine iudicat̄: sicut scriptū est. Quis
eni cognouit sensū dn̄i: aut q̄s instru-
xit eū? Nos aūt sēsū xp̄i habemꝰ. c. iii.
Et ego frēs nō potui vobis loqui
q̄si spiritualibꝫ: sed q̄si carnalibꝫ.
Tāquā paruulis ī xp̄o lac vobis potū
dedi nō escā. Nōdū eni poteratis: sed
nec nūc quidē potestis. Adhuc eni car-
nales estis. Cū eni sit inter vos zelus
et ꝯtentō: nōne carnales estis ⁊ sc̄dm
hominē ābulatis? Cū eni q̄s dicat e-
go quidē sū pauli · aliꝰ aūt ego apol-
lo: nōne hoīes estis? Quid igit̄ est ap-
pollo? Quid vero paulꝰ? Ministri eiꝰ
cui credidistis. Et unicuiq3 sicut dn̄s
dedit. Ego plātaui appollo rigauit:
sed deꝰ īcremētū dedit. Itaq3 neq3 q̄ plā-
tat ē aliqd̄ neq3 q̄ rigat: sed q̄ incremētū
dat deꝰ. Qui plātat aūt ⁊ q̄ rigat unū
sūt. Unusquisq3 aūt p̄priā mercedē ac-
cipiet sc̄dm suū laborē. Dei eni sumus
adiutores. Dei agricultura estis: dei edi-
ficatio estis. Sc̄dm gr̄iā dei q̄ data ē mi-
chi ut sapiēs architectꝰ fundamētū po-
sui: aliꝰ aūt superedificat. Unusquisq3
aūt videat quomō superedificet. Funda-
mētū enim aliud nemo potest ponere
p̄ter id qd̄ positū ē: qd̄ ē xp̄s ihesus. Si
q̄s aūt superedificat supra fundamētū
hoc aurū argentū lapides p̄ciosos · li-
gna fenū stipulā: uniuscuiusq3 opus

manifestū erit. Dies enim dñi declara-
bit: q̄a ĩ igne reuelabit̄: ⁊ uniuscuiusq;
opus q̄le sit ignis ꝓbabit. Si cui⁹ o-
pus mãserit qd̄ superedificauit: mercedē
accipiet. Si cui⁹ op⁹ arserit detrimētū
patiet̄: ipe aūt saluus erit: sic tamē q̄si
p ignē. Nescitis q̄a tēplū dei estis: ⁊ spi-
rit⁹ dei habitat ĩ uobis? Si q̄s autem
tēplū dei uiolauerit: disꝑdet illū deus.
Tēplū eni dei sanctū ē: qd̄ estis uos. Ne-
mo se seducat. Si q̄s uidet̄ int̄ uos sa-
piēs esse ĩ hoc seclo: stult⁹ fiat ut sit sa-
piēs. Sapiētia eni hui⁹ mūdi stulticia
est apud deū. Scriptū est eni. Cōprehē-
dam sapientes in astutia eoꝝ. Et iterū.
De⁹ nouit cogitatōnes sapientū: qm̄
vane sūt. Nemo itaq; glorietur in ho-
minibȝ. Omnia eni ura sūt: siue paul⁹
siue appollo siue cephas siue mund⁹
siue uita siue mors siue p̄sentia siue fu-
tura. Omnia enim uestra sunt: uos
autem christi: xp̄us autem dei. c. iiii.

Sic nos existimet homo ut mini-
stros xp̄i: et dispēsatores misteri-
oꝝ dei. Hic iã queritur inter dispēsatores:
ut fidelis q̄s inueniat̄. Michi aūt p mi-
nimo ē ut a uobis iudicer: aut ab hu-
mano die. Sed neq; meipm̄ iudico.
Nichil eni michi ɔsci⁹ sum: sed nō in
hoc iustificat⁹ sum. Qui aūt iudicat
me dñs ē. Itaq; nolite ãte temp⁹ iudi-
care: quoadusq; ueniat dñs qui ⁊ illu-
minabit abscōdita tenebraꝝ et mani-
festabit ɔsilia cordiū: ⁊ tunc laus erit
unicuiq; a deo. Hec aūt fr̄es trāsfigura-
ui in me ⁊ appollo ꝓpter uos: ut ĩ nobis
discatis ne supra quã scriptū est un⁹
aduersus alteꝝ infletur p alio. Quis e-
nim te discernit? Quid aūt habes qd̄
nō accepisti? Si aūt accepisti: qd̄ glo-
riaris q̄si nō acceperis? Iam saturati
estis: iã diuites facti estis. Sine nobis
regnatis. Et utinã regnetis: ut ⁊ nos
uobiscū regnem⁹. Puto eni q de⁹ nos
apl̄os nouissimos ostendit tãq̄ mor-
ti destinatos: q̄a spectaclm̄ facti sum⁹
mūdo ⁊ ãgelis et hominibȝ. Nos stul-
ti ꝓpter xp̄m: uos aūt prudētes ĩ xp̄o.
Nos infirmi: uos autē fortes. Uos
nobiles: nos aūt ignobiles. Usq; in
hãc horã ⁊ esurim⁹ ⁊ sitim⁹ ⁊ nudi su-
mus: ⁊ colaphis cedimur ⁊ instabiles
sum⁹: ⁊ laboram⁹ operãtes manibȝ no-
stris. Maledicimr̄: et bñdicim⁹. Perse-
cutōnē patimr̄: et sustinem⁹. Blasphe-
mamr̄: ⁊ obsecram⁹. Tãq̄ purgamēta
hui⁹ mūdi facti sum⁹: oīm̄ ꝑipsima
usq; ad huc. Nō ut ɔfundã uos hec scri-
bo: sed ut filios meos carissimos mo-
neo. Nã si decē milia pedagogoꝝ habe-
atis in xp̄o: sed nō multos p̄res. Nã in
xp̄o ihesu p euangeliū ego uos genui.
Rogo ergo uos: imitatores mei esto- sic̄ ⁊ ego xp̄i
te. Ideo misi ad uos thimotheū q̄ ē fi-
li⁹ me⁹ carissim⁹ ⁊ fidelis ĩ dño: q̄ uos
cōmonefaciat uias meas q̄ sūt in xp̄o
ihesu: sicut ubiq; ĩ oīm ecclesia doceo.
Tãq̄ nō uētur⁹ sim ad uos: sicut infla-
ti sūt quidã. Veniã aūt ad uos cito si
dñs uoluerit: ⁊ cognoscã nō s̄monē e-
orū q̄ inflati sūt: sed uirtutē. Nō eni ĩ
s̄mone ē regnū dei: sed ĩ uirtute. Quid
uultis? In uirga ueniã ad uos an in
caritate ⁊ spiritu mãsuetudinis? c. v.

Omnino audit̄ int̄ uos fornica- nocte 21
tio: ⁊ talis fornicatio q̄lis nec in-
ter gētes: ita ut uxorē p̄ris sui aliq̄s ha-
beat. Et uos inflati estis: ⁊ nō magis
luctū habuistis: ut tollat̄ de medio ue-
strū q̄ hoc op⁹ fecit. Ego quidē absens
corpore: p̄sens aūt spiritu: iã iudicaui
ut p̄sens eū q̄ sic operat⁹ ē in noīe dñi
nr̄i ihesu xp̄i cōgregatis uobis et meo
spiritu cū uirtute dñi nr̄i ihesu tradere

huiusmodi tradere sathane ī īteritū car-
nis: ut spiritꝰ saluus sit in die dñi nr̄i
ihesu xp̄i. Nō ē bona gloriatō vr̄a. Ne-
scitis qa modicū fermētū totā massā
corrūpit? Expurgate vetꝰ fermētū: ut
sitis noua cōspersio sicut estis azimi.
Etenī pascha nr̄m imolatꝰ ē xp̄s. Ita-
q; epulemꝰ: nō ī fermēto veteri neq; ī fer-
mēto malitie ⁊ nequicie: sed ī azimis
sinceritatis ⁊ veritatis. Scripsi vobis
ī epl̄a: ne cōmisceamini fornicarijs. Nō
vtiq; fornicarijs huiꝰ mūdi aut aua-
ris aut rapacibꝫ aut ydolis seruiētibꝫ: a-
lioqui debueratis de hoc mūdo exisse.
Nūc autē scripsi vobis non cōmisceri.
Si is q̄ frater noīat̄ īter vos et ē forni-
cator aut auarꝰ aut ydolis seruiens aut
maledicꝰ aut ebriosus aut rapax: cū
huiusmodi nec cibū sumere. Quid e-
nim michi de hijs q̄ foris sūt iudica-
re? Nonne de hijs q̄ intꝰ sūt vos iudi-
catis? Nā eos q̄ foris sūt deus iudica-
bit. Auferte malū ex vobis ipis. c. vi.

Audet aliquis vestrum habens
negotium aduersus alterū iudi-
cari apud iniqs: ⁊ nō apud sanctos?
An nescitis: qm̄ sancti de hoc mūdo iu-
dicabūt? Et si ī vobis iudicabit mun-
dus: indigni estis q̄ de minimis iudi-
cetis? Nescitis qm̄ angelos iudicabi-
mus? Quātomagis secularia? Secula-
ria igit̄ iudicia si habueritis: cōtēptibi-
les q̄ sūt ī ecclesia illos cōstituite ad iu-
dicādū. Ad uerecūdiā vr̄am dico. Sic
nō ē īter vos sapiēs quisq̄ q̄ possit iu-
dicare īter fratrē suū: sed frater cū fratre
iudicio cōtēdit: ⁊ hoc apud infideles. Iā
quidē oīno delictū ē ī vobis: q̄ iudi-
cia habetis īter vos. Quare nō magis
iniuriā accipitis? Quare non magis
fraudē patimini? Sed vos iniuriā facitis
et fraudatis: ⁊ hoc fratribꝫ. An nescitis
qa iniqui regnū dei nō possidebūt? No-
lite errare: neq; fornicarii neq; ydolis ser-
uientes: neq; adulteri: neq; molles: neq;
masculoꝝ cōcubitores: neq; fures: neq;
auari: neq; ebriosi: neq; maledici: ne-
q; rapaces regnū dei possidebūt. Et hec
qdā fuistis: sed abluti estis: sed sanctifica-
ti estis: sed iustificati estis: in noīe dñi
nr̄i ihesu xp̄i et ī spiritu dei nr̄i. Oīa
michi licēt: sed nō oīa expediūt. Oīa
michi licēt: sed ego sub nulliꝰ redigar
potestate. Esca vētri ⁊ vēter escis: deus
aūt et hūc ⁊ hās destruet. Corpꝰ aūt nō
fornicatōni sed dño: ⁊ dñs corpori. De-
us vero ⁊ dñm suscitauit: et nos susci-
tabit p virtutē suā. Nescitis qm̄ corpo-
ra vr̄a mēbra sūt xp̄i? Tollēs ergo mē-
bra xp̄i: faciā mēbra meretricis? Ab-
sit. An nescitis: qm̄ q̄ adheret meretri-
ci vnū corpꝰ efficit̄? Erūt enī inq̄t duo
ī carne vna. Qui aūt adheret dño: vnꝰ
spiritꝰ ē. Fugite fornicatōnē. Oē enī
peccatū qd̄cūq; fecerit homo extra corpꝰ
ē: q̄ aūt fornicat̄: ī corpꝰ suū peccat. An
nescitis qm̄ mēbra vr̄a templū spiritꝰ sūt
sācti q̄ ī vobis ē quē habetis a deo: ⁊ nō
estis vr̄i? Empti enī estis pcio magno:
glorificate et portate deum in corpore
vr̄o. c. vii.

De quibꝫ aūt scripsi-
stis michi: bonū est homini
mulierē nō tāgere. Propter fornicatio-
nem aūt vnusquisq; suā vxorē habeat:
⁊ vnaqueq; suū virū habeat. Vxori vir
debitū reddat: silr̄ autē et vxor viro.
Mulier sui corporis potestatem nō habet
sed vir: silr̄ aūt ⁊ vir sui corporis po-
testatē nō habet sed mulier. Nolite frau-
dare inuicem nisi forte ex consensu ad
tempus ut vacetis oratōni: ⁊ iterū reu-
timini ī idipm: ne tēptet vos sathanas
propter incōtinētiā vr̄am. Hoc aūt di-
co scdm̄ indulgētiā: nō scdm̄ imperiū.

Volo aūt om̄es vos hoīes esse sicut
meipm̄. Sed unusquisq; ꝓpriū donū
habet ex deo: ali⁹ quidē sic: ali⁹ vero sic.
Dico aūt nō nuptis ⁊ viduis: bonū ē
illis si sic pmāserit sicut et ego. Qđ si
nō se ɔtinēt·nubāt. Meli⁹ ē eni nubere
q̄ uri. Hiis aūt q̄ m̄rimonio iūcti sūt
p̄cipio non ego sed dn̄s: uxorē a viro
nō discedere. Qđ si discesserit·manere
inuptā: aut viro suo reconciliari. Et
vir uxorē nō dimittat. Nā ceteris ego
dico nō dn̄s. Si q̄s frater uxorē habet
infidelē·⁊ hec ɔsentit habitare cū illo: nō
dimittat illā. Et si qua mlier habet vi-
rū infidelē ⁊ hic ɔsentit habitare cū illa:
nō dimittat viꝝ. Sanctificat⁹ ē eni vir
infidelis p mulierē fidelē: ⁊ sāctificata ē
mlier infidelis p viꝝ fidelē. Alioquī filij
vri immūdi essent: nūc aūt sācti sūt.
Qđ si infidelis discedit·discedat. Nō e-
nim servituti sbiect⁹ ē frater aut soror ī
eiusmodi. In pace aūt vocauit vos
de⁹. Unde eni scis mlier si viꝝ saluū fa-
cies? Aut unde scis vir si mlierē saluā
facies? Nisi unicuiq; sicut diuisit dn̄s.
Unū quēq; sicut vocauit de⁹ ita ābu-
let: ⁊ sicut ī omībꝫ ecclesijs doceo. Circū-
cisus aliq̄s vocat⁹ ē: nō adducat ꝓpu-
ciū. In ꝓpucio aliq̄s vocat⁹ ē: nō circū-
cidat. Circūcisio nichil est·⁊ ꝓpuciū ni-
chil ē: sed obseruatio mādatoꝝ dei. Unus-
q̄sq; ī q̄ vocatiōe vocat⁹ ē: ī ea pmane-
at. Seruus vocat⁹ es: nō sit tibi cure.
Sed et si potes fieri liber: magis utere.
Qui eni ī dn̄o vocat⁹ ē seruus: libert⁹ ē
dn̄i. Similiter q̄ liber vocat⁹ ē: seru⁹ ē xp̄i.
Precio ēpti estis: nolite fieri serui hoīm.
Unusq̄sq; ergo ī quo vocat⁹ ē frater: ī
hoc pmaneat apud deū. De virginibꝫ
aūt p̄ceptū dn̄i nō habeo: ɔsiliū aūt do
tāq̄ misericordiā ɔsecut⁹ a deo: ut sim
fidelis. Existimo eni hoc bonū esse ꝓpter
instātē necessitatē: qm̄ bonū ē homini
sic esse. Alligat⁹ es uxori: noli q̄rere so-
lutiōnē. Solut⁹ es ab uxore: noli q̄rere
uxorē. Si aūt acceperis uxorē nō pec-
casti: ⁊ si nupserit virgo non peccauit.
Tribulatiōnem tamē carnis habebūt
huiusmodi. Ego autem vobis parco.
Hoc itaq; dico fratres: Tēp⁹ breue est.
Reliquū ē: ut ⁊ q̄ habēt uxores·tāq̄ nō
habētes sint: ⁊ q̄ flent·tāq̄ nō flētes: et
q̄ gaudēt·tāq̄ nō gaudētes: et q̄ emūt·
tāq̄ nō possidētes: ⁊ q̄ utunt̄ hoc mūdo·
tāq̄ nō utāt̄. Preterit eni figura hui⁹
mūdi. Volo aūt vos sine sollicitudi-
ne esse. Qui sine uxore est·sollicit⁹ est q̄
dn̄i sūt: quomō placeat deo. Qui au-
tem cū uxore ē·sollicit⁹ ē que sūt mūdi·
quomō placeat uxori: ⁊ diuisus ē. Et
mlier innupta ⁊ virgo cogitat que dn̄i
sūt: ut sit sancta corpore ⁊ spiritu. Que
aūt nupta ē cogitat q̄ sūt mūdi: quo-
mō placeat viro. Porro hoc ad utili-
tatē vrām dico·nō ut laqueum vobis in-
iciā: sed ad id qđ honestū ē·⁊ qđ facul-
tatē p̄beat. sine impedimēto dn̄m obse-
crandi. Si q̄s aūt turpē se videri existi-
mat sup virgine sua q̄ sit supadulta
et ita oportet fieri: qđ vult faciat. Nō
peccat si nubat. Nā q̄ statuit in corde
suo firm⁹ nō habens necessitatē·pote-
statē aūt habēs sue voluntatis: ⁊ hoc iu-
dicauit ī corde suo seruare virginē suā:
bene facit. Igit̄ et q̄ m̄rimonio iūgit
virginē suā bene facit: ⁊ q̄ non iūgit·
meli⁹ facit. Mlier alligata ē legi: quā-
to tpe vir ei⁹ viuit. Qđ si dormierit vir
ei⁹: liberata est. Cui aūt vult nubat: tan-
tum ī dn̄o. Beatior aūt erit: si sic pmā-
serit scd̄m meū ɔsiliū. Puto aūt: q̄ ⁊ e-
go spiritum dei habeam. c. viii.

De hijs aūt q̄ ydolis imolant̄ sci-
mus: q̄a om̄es scientiā habem⁹.

Scientia inflat: caritas vero edificat.
Si q̄s aūt se existimat scire aliqd: nō-
dū cognouit quēadmodū oporteat eū
scire. Si q̄s aūt diligit deū: hic cognit⁹
ē ab eo. De escis aūt q̄ ydolis imolāt:
scim⁹ q̄a nichil ē ydolū in mūdo: & q̄
nullus de⁹ nisi un⁹. Nā & si sūt q̄ dicā-
tur dij siue in celo siue i terra: siquidē
sūt dij multi & dn̄i multi: nobis tamē u-
nus de⁹ pater ex quo oīa et nos ī il-
lo. & un⁹ dn̄s ihesus xp̄s p quē oīa:
& nos p ipm. Sed nō in oībz est scie-
tia. Quidā aūt cū sciētia usq; nūc ydo-
li. q̄si ydolotitū māducāt: et cōsciētia
ipoz cū sit infirma polluit. Esca aūt
nos nō cōmēdat deo. Neq; eni si man-
ducauerim⁹ abūdabim⁹: neq; si non
māducauerim⁹ deficiem⁹. Uidete au-
tem: ne forte hec licētia vr̄a offendicu-
lum fiat infirmis. Si eni q̄s viderit eū
q̄ habet sciētiā i ydolio recūbentē: nō-
ne cōsciētia ei⁹ cū sit infirma edificabit
ad māducandū ydolotita? Et peribit
infirm⁹ i tua cōsciētia frater: ꝑpter quē
xp̄s mortu⁹ est. Sic aūt peccātes i fra-
tres & pcutiētes cōsciētiā eoz infirmā: i
xp̄m peccatis. Quapropt̄ si esca scāda-
lizat fratrē meū nō māducabo carnē
i eternū: ne fratrē meū scādalizē. c.ix.

Non sum liber? Nō sum aplus?
Nonne xp̄m ihesū dn̄m nr̄m vi-
di? Nōne op⁹ meū vos estis in dn̄o?
Et si alijs nō sū aplus: sed tamē vobis
sū. Nā signaclm apostolat⁹ mei vos
estis i dn̄o. Mea defensio apud eos q̄
me iterrogāt. hec ē. Nūqd nō habem⁹
potestatē māducādi & bibēdi? Nūqd
nō habem⁹ potestatē mulierē sororē cir-
cūducendi: sicut & ceteri apli & frēs dn̄i
et cephas? Aut ego solus et barna-
bas nō habem⁹ potestatē hoc operā-
di? Quis militat suis stipēdijs unq̄?
Quis plātat vineā: & de fructu eius
nō edit? Quis pascit gregē: & de lacte
gregis nō māducat? Nūqd scd'm ho-
minē hec dico? An & lex nō hec dicit?
Scriptū ē eni i lege moysi. Nō alliga-
bis os boui triturāti. Nūqd de bubz
cura ē deo? An ꝑpter nos utiq; dicit?
Nā ꝑpter nos scripta sūt: qm̄ debet in
spe q̄ arat arare: & q̄ triturat. i spe fru-
ctus ꝑcipiēdi. Si nos vobis spiritua-
lia seminauim⁹: magnū ē si nos car-
nalia vr̄a metam⁹? Si alij potestatis
vr̄e participes sunt. q̄re nō poti⁹ nos?
Sed nō usi sum⁹ hac potestate. Sed
oīa sustinem⁹: ne qd̄ offendiculū de-
mus euāgelio xp̄i. Nescitis qm̄ q̄ i sa-
crario opant̄: q̄ de sacrario sūt edūt?
Et q̄ altario deseruiūt cū altario parti-
cipāt: ita & dn̄s ordinauit hijs q̄ euā-
geliū ānūciāt: de euāgelio viuere. Ego
aūt nullo hoz usus sū. Nō aūt scripsi
hec: ut ita fiāt i me. Bonū ē eni michi
magis mori: quā ut gloriā meā q̄s e-
uacuet. Nā etsi euāgelizauero: nō ē mi-
chi gloria. Necessitas eni michi incū-
bit. Ve eni michi ē: si nō euāgelizaue-
ro. Si eni volēs hec ago mercedē ha-
beo: si aūt inuit⁹. dispēsatō michi credi-
ta ē. Que ē ergo merces mea? Ut euāge-
liū p̄dicās. sine sūptu ponā euāgeliū:
ut nō abutar potestate mea i euāgelio.
Nā cū liber essem ex oībz. oīm me
seruū feci: ut plures lucrifacerē. Et fact⁹
sū iudeis tāq̄ iude⁹: ut iudeos lucrarer.
Hijs q̄ sub lege sūt. q̄si sub lege essem.
cū ipe nō essem sub lege: ut eos q̄ sub
lege erāt lucrifacerē. Hijs q̄ sine lege e-
rant tāq̄ sine lege essē: cū sine lege dei
nō essem. sed i lege essem xp̄i: ut lucrifa-
cerē eos q̄ sine lege erāt. Fact⁹ sū infir-
mis infirm⁹: ut infirmos lucrifacerem.
Oībz oīa fact⁹ sū: ut oēs facerē

saluos. Omnia autem facio propter euange-
lium: ut particeps eius efficiar. Nescitis quod
hii qui in stadio currunt omnes quidem currunt:
sed unus accipit brauium? Sic currite: ut
comprehendatis. Omnis autem qui in agone conten-
dit ab omnibus se abstinet: et illi quidem ut
corruptibilem coronam accipiant: nos autem
incorruptam. Ego igitur sic curro non quasi in
incertum: sic pugno non quasi aerem verberans.
Sed castigo corpus meum et in servitu-
tem redigo: ne forte cum aliis predica-
uerim ipse reprobus efficiar. c. x.

Nolo enim vos ignorare fratres: quoniam
patres nostri omnes sub nube fuerunt et
omnes mare transierunt: et omnes in moyse
baptizati sunt in nube et in mari. Et omnes
eandem escam spiritalem manducaverunt: et
omnes eundem potum spiritalem biberunt. Bi-
bebant autem de spiritali consequente eos pe-
tra: petra autem erat christus. Sed non in pluri-
bus eorum beneplacitum est deo. Nam prostrati
sunt in deserto. Hec autem in figura facta sunt
nostri: ut non simus concupiscentes malorum: si-
cut et illi concupierunt. Neque ydolatre effici-
amini sicut quidam ex ipsis: quemadmodum
scriptum est. Sedit populus manducare et bibe-
re: et surrexerunt ludere. Neque fornicemur
sicut quidam ex ipsis fornicati sunt: et ceciderunt
una die viginti tria milia. Neque tempte-
mus christum sicut quidam eorum temptaverunt: et
a serpentibus perierunt. Neque murmurave-
ritis sicut quidam eorum murmuraverunt: et
perierunt ab exterminatore. Hec autem o-
mnia in figura contingebant illis: scripta
sunt autem ad correptionem nostram: in quos fines
seculorum devenerunt. Itaque qui se existimat
stare: videat ne cadat. Temptatio vos
non apprehendat nisi humana. Fidelis
autem deus est, qui non patietur vos temptari su-
pra id quod potestis: sed faciet cum temptatio-
ne etiam proventum: ut possitis sustinere.
Propter quod carissimi michi: fugite ab
ydolorum cultura. Ut prudentibus loquor:
vos ipsi iudicate quod dico. Calix benedi-
ctionis cui benedicimus: nonne communicatio
sanguinis christi est? Et panis quem frangi-
mus: nonne participatio corporis domini est?
Quoniam unus panis et unum corpus multi
sumus: omnes qui de uno pane participa- et de uno calice
mus. Videte israel secundum carnem. Nonne qui
edunt hostias participes sunt altaris?
Quid ergo? Dico quod ydolis immolatum
sit aliquid: aut quod ydolum sit aliquid? Sed
que immolant gentes demoniis immolant: et
non deo. Nolo autem vos socios fieri de-
moniorum. Quia non potestis calicem domini
bibere et calicem demoniorum: non potestis
mense domini participes esse: et mense demo-
niorum. An emulamur dominum? Numquid forti-
ores illo sumus? Omnia michi licent: sed
non omnia expediunt. Omnia michi licent: sed
non omnia edificant. Nemo quod suum est querat:
sed quod alterius. Omne quod in macello venit
manducate: nichil interrogantes propter consci-
entiam. Domini est terra: et plenitudo eius. Si quis
vocat vos infidelium et vultis ire: omne
quod vobis apponitur manducate: nichil
interrogantes propter conscientiam. Si quis autem di-
xerit hoc immolatum est ydolis: nolite man-
ducare propter illum qui indicavit: et propter consci-
entiam. Conscientiam autem dico: non tuam sed alte-
rius. Ut quid enim libertas mea iudicatur ab
aliena conscientia? Si ego cum gratia partici-
po: quid blasphemor pro eo quod gratias ago?
Sive ergo manducatis sive bibitis vel
aliud quid facitis: omnia in gloria dei facite.
Sine offensione estote iudeis et gentibus et
ecclesie dei: sicut et ego per omnia omnibus
placeo non querens quod michi utile est:
sed quod multis ut salvi fiant. c. xi.

Imitatores mei estote: sicut et ego christi.
Laudo autem vos fratres quod per omnia mei
memores estis: et sicut tradidi vobis
precepta mea tenetis. Volo autem vos

scire: q͛ omnis viri caput xp̄s ē: caput
aūt mulieris vir. Caput vero xp̄i deus.
Omnis vir orās aut ꝓphetās velato ca-
pite: deturpat caput suū. Omnis autem
mulier orās aut ꝓphetās nō velato ca-
pite: deturpat caput suū. Vnū enī est:
ac si decaluet. Nā si nō velat mulier: tō-
deat. Si vero turpe ē mulieri tōderi aut
decaluari: velet caput suū. Vir qdē nō
debet velare caput suū: qm̄ ymago et
gloria dei ē: mulier aūt glia viri ē. Nō
enī vir ex muliere ē: sed mulier ex viro. Et-
enī nō ē creat⁹ vir ꝓpter mulierē: sed mu-
lier ꝓpter viꝝ. Ideo debet mulier velamen
habere supra caput suū: ꝫ ꝓpter āgelos.
Verūtamē neqꝫ vir sine muliere: neqꝫ
mulier sine viro ī dño. Nā sicut mulier
de viro: ita ꝫ vir ꝑ mulierē. Omnia autē
ex deo. Vosipi iudicate: decet mulierem
nō velatā orare deū? Nec ipa natura
docet vos. Qđ vir qdē si comā nutriat
ignominia ē illi: mulier vero si comā
nutriat gloria ē illi: qm̄ capilli ꝑ vela-
mine ei dati sūt. Si qs aūt videt ɔten-
ciosus esse: nos talē ɔsuetudinē nō ha-
bem⁹: neqꝫ ecclia dei. Hoc aūt ꝑcipio:
nō laudās q͛ nō ī meli⁹ sed ī deterius
ɔvenitis. Primū qdē ɔvenientibꝫ vobis
ī ecclesiam audeo scissuras esse inter vos:
et ex parte credo. Nā oportet hereses es-
se: ut ꝫ q̄ ꝓbati sūt manifesti fiāt ī vo-
bis. Cōvenientibꝫ ergo vobis ī unū: iā
nō ē dñicā cenā māducare. Vnusqsqꝫ
enī suā cenā ꝑsumit ad māducandū.
Et ali⁹ qdē esurit: ali⁹ aūt ebri⁹ ē. Nū-
qd domos nō habetis ad māducādū
ꝫ bibēdū? Aut ecclesiam dei ɔtemnitis:
ꝫ ɔfunditis eos q̄ nō habēt? Quid dicā
vobis? laudo vos: in hoc nō laudo.
Ego enī accepi a dño qđ ꝫ tradidi vo-
bis: qm̄ dñs ihesus ī qua nocte trade-
bat: accepit panē ꝫ gr̄as agēs fregit,
et dixit. Accipite ꝫ māducate. Hoc est
corp⁹ meū: qđ ꝑ vobis tradet. Hoc fa-
cite ī meā ɔmemorationē. Similiter ꝫ ca-
licem: postq̄ cenauit dicens. Hic calix
novū testamētū ē ī meo sāguine. Hoc
facite quotiēscūqꝫ bibetis: ī meā cōme-
moratonē. Quotiēscūqꝫ enī māduca-
bitis panē hūc ꝫ calicē bibetis: mortē
dñi annūciabitis donec veniat. Itaqꝫ
quicūqꝫ māducauerit panē et biberit
calicē dñi indigne: re⁹ erit corporis et
sanguinis dñi. Probet aūt seipm̄ ho-
mo: ꝫ sic de pane illo edat: ꝫ de calice bi-
bat. Qui enī māducat ꝫ bibit indigne
iudiciū sibi manducat et bibit: nō di-
iudicās corp⁹ dñi. Ideo inter vos multi
infirmi ꝫ imbecilles: ꝫ dormiunt multi.
Qđ si nosmetipos diiudicarem⁹: nō
vtiqꝫ iudicaremur. Dū iudicam̄ aūt:
a dño corripim̄: ut nō cū hoc mūdo dā-
nemur. Itaqꝫ fr̄es mei cū ɔvenitis ad
māducādū: inuicē expectate. Si qs esu-
rit domi manducet: ut non in iudiciū
conueniatis. Cetera autem cū venero
disponā. xii

De spūalibꝫ aūt
nolo vos ignorare fr̄es. Scitis
aūt qm̄ cum gētes essetis: ad simulacra
muta ꝑut ducebamini euntes. Ideo no-
tū vobis facio: q͛ nemo ī spiritu dei lo-
quēs dicit anathema ihesu. Et nemo
potest dicere dñs ihesus: nisi in spiritu
sancto. Divisiones vero gr̄arꝫ sūt: idē
aūt spūs. Et divisiones ministratonū
sūt: idē aūt dñs. Et divisiones operato-
nū sūt: idē vero de⁹ q̄ operat omnia ī omi-
bus. Vnicuiqꝫ aūt dat manifestatio spi-
rit⁹: ad utilitatē. Alij qdē ꝑ spiritū dat
sermo sapiētie: alij aūt sermo sciētie scdm
eundē spiritū. Alteri fides ī eodē spiritu:
alij gr̄a sanitatū ī uno spiritu. Alij o-
peratio virtutū: alij ꝓphetia: alij discre-
tio spirituū: alij genera linguas: alij

interp̄tatio ſmonū. Hec autem om̄ia
operat̄ unus atq; idē ſpirit⁹: diuidēs
ſinglis ꝑut vult. Sicut enī corp⁹ unū
eſt · ⁊ mēbra habet mlta: om̄ia aūt mē-
bra corporis cū ſit mlta unū tamē cor-
pus ſūt: ita ⁊ xp̄s. Etenī ī uno ſpiritu
oēs nos ī unū corp⁹ baptizati ſum⁹.
ſiue iudei ſiue gētiles ſiue ſui ſiue libe-
ri: ⁊ om̄es uno ſpiritu potati ſumus.
Nā et corp⁹ nō ē unū mēbrū ſed mlta.
Si dixerit pes · qm̄ nō ſū man⁹ · nō ſū
de corpore: nō ideo nō ē de corpore? Et
ſi dixerit auris · qm̄ nō ſū oculus · non
ſū de corpore: nō ideo nō ē de corpore?
Si totū corp⁹ oculus: ubi audit⁹? Si
totū audit⁹: ubi odorat⁹? Nūc autē
poſuit de⁹ mēbra: unūqdq; eoꝝ ī cor-
pore ſicut voluit. Qđ ſi eſſēt om̄ia unū
mēbrū: ubi corp⁹? Nūc aūt mlta qdē
mēbra: unū aūt corp⁹. Nō poteſt aūt
dicere oculus manui · opera tua nō indi-
geo: aut iterū caput pedibꝫ: nō eſtis mi-
chi neceſſarij. Sed mltomagis q̄ uidē-
tur mēbra corporis infirmiora eſſe: ne-
ceſſariora ſūt. Et q̄ putam⁹ ignobili-
ora mēbra eſſe corporis: hijs honorē
abūdātiorē circūdam⁹. Et q̄ inhoneſ-
ta ſūt nr̄a: abundātiorē honeſtatem
habēt. Honeſta aūt nr̄a nulli⁹ egent.
Sed de⁹ tēperauit corp⁹ · ei cui deerat ·
abundātiorē tribuēdo honorē: ut nō
ſit ſciſma ī corpore: ſed ī idipm ꝓ inui-
cem ſollicita ſint mēbra. Et ſi qđ patit̄
unū mēbrū · cōpatiūt̄ om̄ia mēbra: ſi-
ue gloriat̄ unū mēbrū: cōgaudēt om̄ia
mēbra. Vos aūt eſtis corp⁹ xp̄i: ⁊ mē-
bra de mēbro. Et quoſdā qdē poſuit
de⁹ ī eccl̄ia: p̄mū apl̄os · ſcđo ꝓphetas ·
tercio doctores: deinde virtutes · exinde
gr̄as curationū · opitulatiōes · guber-
natiōes · gn̄a linguaꝝ · interp̄tationes
ſmonū. Nūqđ om̄es apl̄i? Nūquid
om̄es ꝓphete? Nūqđ om̄es doctores?
Nūqđ om̄es virtutes? Nūqđ om̄es
gr̄iā habēt curationū? Nūquid oēs
linguis loquūtur? Nūquid omnes
interp̄tantur? Emulamini autem ca-
riſmata meliora. Et adhuc excellenti-
orem uiam uobis demonſtro. c. xiii.
Si linguis hoīm loq̄r ⁊ āgeloꝝ:
caritatē aūt nō habeā: fact⁹ ſum
velut es ſonās aut cimbalū tinniens.
Et ſi habuero ꝓpheciā · ⁊ nouerī miſteri-
a oīa et omnē ſciēciā · ⁊ habuero omnē
fidē ita ut mōtes trāſferā · caritatē aūt
nō habuero: nichil ſum. Et ſi diſtribu-
ero ī cibos paupeꝝ om̄es facultates
meas · ⁊ ſi tradidero corp⁹ meū ita ut
ardeā: caritatē aūt nō habuero: nichil
michi ꝓdeſt. Caritas patiēs eſt: beni-
gna eſt. Caritas nō emulat̄ · nō agit
ꝑperā: nō inflat̄ · nō ē ābiciosa: nō q̄rit
q̄ ſua ſūt. Nō irritat̄ · nō cogitat malū:
nō gaudet ſuꝑ iniquitate: cōgaudet
aūt ueritati. Om̄ia ſuffert · oīa credit ·
om̄ia ſperat: om̄ia ſuſtinet. Caritas
nūq̄ excidit. Siue ꝓphetie euacuabū-
tur: ſiue lingue ceſſabūt: ſiue ſciēcia de-
ſtruet̄. Ex parte enī cognoſcim⁹: ⁊ ex par-
te ꝓphetam⁹. Cū aūt venerit qđ ꝑfectū
eſt: euacuabit̄ qđ ex parte eſt. Cū eſſem
paruul⁹ loquebar ut paruul⁹: ſapiebā
ut paruul⁹: cogitabā ut paruul⁹. Quā-
do aūt fact⁹ ſum vir: euacuaui q̄ erāt
paruuli. Videm⁹ nūc ꝑ ſpeculm ī enigma-
te: tūc aūt facie ad faciē. Nūc cogno-
ſco ex parte: tūc aūt cognoſcā: ſicut et
cognit⁹ ſū. Nūc aūt manēt fides ſpes
caritas tria hec. Maior aūt hoꝝ ē cari-
Sectamini caritatē: tas. c. xiiii.
emulamini ſpūalia: magis aūt
ut ꝓphetis. Qui enī loquit̄ lingua: nō
hominibꝫ loquit̄ · ſed deo. Nemo enī
audit. Spirit⁹ autem loquit̄ miſteria.

Nā q̄ ꝓphetat: hominibꝫ loquit̄ ad e-
dificationē ꝛ exhortationē et ꝯsolatio-
nē. Qui loquit̄ lingua semetipm̄ edifi-
cat: q̄ aūt ꝓphetat ecclesiā dei edificat.
Volo aūt oēs vos loqui liguis: ma-
gis aūt ꝓphetare. Nā maior ē q̄ ꝓphe-
tat q̄z q̄ loquit̄ liguis: nisi forte īterpre-
tur: ut ecclesia edificationem accipiat.
Nūc aūt fr̄es, si venero ad vos liguis
loquēs, qd̄ vobis ꝓdero: nisi vobis lo-
quar aut ī revelatione, aut in sciētia,
aut in ꝓphetia, aut ī doctrina? Tamē
q̄ sine aīa sūt vocē dātia, sive tybia si-
ve cythara: nisi distinctionē sonituū
dederint quomō sciet̄ id qd̄ canit̄ aut
qd̄ cytharizat̄? Etenī si īcertā vocē det
tuba, q̄s parabit se ad bellū? Ita ꝛ vos
ꝑ liguā nisi manifestū s̄monē dederitis:
quomō sciet̄ id qd̄ dicit̄? Eritis enī in
aera loquētes. Tā multa utputa genera
liguarꝫ sūt ī hoc mūdo: ꝛ nichil sine vo-
ce ē. Si ergo nescieto virtutē vocis ero
ei cui loq̄r barbarus: ꝛ q̄ loquit̄ michi
barbarꝰ. Sic et vos qm̄ emulatores e-
stis spirituū ad edificationē eccl'ie: que-
rite ut abūdetis. Et ideo q̄ loquit̄ lin-
gua: oret ut īterpret̄. Nā si orē ligua
spiritꝰ meꝰ orat: mēs aūt mea sine fru-
ctu ē. Quid ergo ē? Orabo spiritu: ora-
bo ꝛ mēte. Psallā spiritu: psallā ꝛ mē-
te. Ceterū si bn̄dixeris spiritu: q̄s supplet
locū ydiote? Quomō dicet amen sup
tuā bn̄dictionē? Quoniā qd̄ dicas ne-
scit. Nā tu q̄dē bene ḡrias agis: sed al-
ter nō edificat̄. Gratias ago deo q̄ o-
mniū vr̄m ligua loquor. Sed ī ecclia
volo quīq; verba sensu meo loqui, ut
et alios instruā: q̄z decē milia verborꝫ ī
ligua. Fr̄es: nolite pueri effici sensibꝫ
sed malicia parvuli estote: sensibꝫ aūt
pfecti estote. In lege enī scriptū ē. Qm̄ ī
alijs linguis ꝛ labijs alijs loq̄r ꝓplo
huic: et nec sic exaudient me dicit dn̄s.
Itaq; ligue ī signū sūt nō fidelibꝫ, sed
infidelibꝫ: ꝓphetie aūt nō infidelibꝫ, sed
fidelibꝫ. Si ergo ꝯveniat univ̄sa ecclia
in unū ꝛ oēs linguis loquāt̄: intrent
aūt ydiote aut infideles, nōne dicēt qd̄
insanitis? Si aūt omēs ꝓphetēt: intret
aūt q̄s infidelis vel ydiota ꝯvincit̄ ab
omībꝫ: dijudicat̄ ab omībus. Occulta
cordis eiꝰ manifesta fiūt: ꝛ ita cadēs
in faciē adorabit deū: ꝓnūciās q̄ vere
deꝰ in vobis sit. Quid ergo ē fr̄es? Cū
ꝯvenitis, unusquisq; vr̄m psalmū ha-
bet, doctrinā habet, apocalipsim ha-
bet: linguā habet, interp̄tationē ha-
bet: omīa ad edificationē fiāt. Sive
lingua q̄s loquit̄, scd̄m duos, aut ut
multū tres, ꝛ ꝑ partes: et unꝰ interp̄tetur.
Si aūt nō fuerit interpres taceat in ec-
clesia: sibi aūt loquat̄ ꝛ deo. Prophe-
te aūt duo aut tres dicāt: ꝛ ceteri diju-
dicēt. Qd̄ si alij revelatū fuerit sedenti:
prior taceat. Potestis enī oēs ꝑ singu-
los ꝓphetare: ut omēs discāt: et omēs
exhortent̄. Et spiritꝰ prophetarū ꝓphe-
tis subiectꝰ est. Nō enī dissensionis ē deꝰ
sed pacis: sicut ꝛ in omībꝫ ecclijs san-
ctorū doceo. Mulieres in ecclesijs taceāt.
Nō enī ꝑmittit̄ eis loqui sed subditas
esse: sicut et lex dicit. Si qd̄ aūt volūt
discere: domi viros suos interrogēt. Tur-
pe ē enī mulieri loqui in ecclia. An a vo-
bis verbū dei ꝓcessit: aut in vos solos
ꝑvenit? Si q̄s videt̄ propheta esse, aut
spūalis: cognoscat q̄ scribo vobis: q̄a
dn̄i sūt mādata. Si q̄s aūt ignorat: i-
gnorabitur. Itaq; fratres emulamini
prophetare: et loqui linguis nolite
prohibere. Omnia aūt honeste ꝛ secun-
dum ordinem fiant in vobis. c. xv.
Notū aūt vobis facio fr̄es euāge-
liū qd̄ p̄dicavi vobis, quod et

accepistis·ī quo ⁊ statis·ꝑ qḋ ⁊ salua-
mini:q̄ ratōe p̄dicaueri vobis si tene-
tis:nisi frustra credidistis. Tradidi enī
vobis ī pmis qḋ ⁊ accepi:quoniā xp̄s
mortuꝰ ē ꝓ peccatis nr̄is scḋm scriptu-
ras: ⁊ q̄a sepultꝰ ē ⁊ q̄a resurrexit tcia
die scḋm scripturas: ⁊ q̄a visꝰ ē cephe: ⁊
post hec vndeci. Deinde visus ē pluſq̄
quīgētis fribꝫ simul: ex quibꝫ mlti ma-
nent vſq; adhuc: q̄dā aūt dormierūt.
Deinde visus ē iacobo: deinde aplis o-
mnibꝫ. Nouissime aūt omniū·tāq̄ ab-
ortiuo visus ē ⁊ michi. Ego enī sū mi-
nimꝰ aplorū:q̄ nō sū dignus vocari
apl̄us:qm̄ ꝑsecutꝰ sū ecclīam dei. Gra-
tia aūt dei sū id qḋ sū: ⁊ gr̄a eiꝰ in me
vacua nō fuit: sed abūdātiꝰ illis omni-
bus laboraui. Nō ego aūt: sed gr̄a
dei mecū. Siue enī ego siue illi:sic p̄di-
camꝰ: ⁊ sic credidistis. Si aūt xp̄s p̄-
dicat̄ ꝙ resurrexit a mortuis:quomō
q̄dā dicūt ī vobis·qm̄ resurrectio mor-
tuoꝝ nō ē? Si aūt resurrectio mortuoꝝ
nō ē: neq; xp̄s resurrexit. Si aūt xp̄s
nō resurrexit:inanis ē p̄dicatō nr̄a:ina-
nis ē ⁊ fides vr̄a. Inuenimur aūt et falsi
testes dei:qm̄ testimoniū dixīmꝰ aduſſ
deū ꝙ suscitauit xp̄m quē nō suscitauit:
si mortui nō resurgūt. Nā si mortui
nō resurgūt: neq; xp̄s resurrexit. Qḋ si
xp̄s nō resurrexit:vana ē fides vr̄a. Ad-
huc enī estis ī pctīs vr̄is. Ergo et q̄ dor-
mierūt ī xp̄o perierūt. Si ī hac vita tā-
tum ī xp̄o sperātes sumꝰ: miserabilio-
res sumꝰ omībꝫ hominibꝫ. Nūc autē
xp̄s resurrexit a mortuis p̄mitie dormi-
entiū:qm̄ q̄dē ꝑ hoīem mors: ⁊ ꝑ hoīem
resurrectio mortuoꝝ. Et sicut ī adam o-
mnes moriunt̄:ita ⁊ ī xp̄o omēs viui-
ficabunt̄. Vnuſquiſq; aūt ī suo ordi-
ne:p̄mitie xp̄s. Deinde hij q̄ sūt xp̄i:q̄ ī
aduentū eiꝰ crediderūt. Deinde finis cū
tradiderit regnū deo ⁊ prī:cū euacuaue-
rit omnē principatū ⁊ potestatē ⁊ virtutē.
Oportet aūt illū regnare:donec ponat
oēs inimicos sub pedibꝫ eiꝰ. Nouissi-
me aūt inimica destruet̄ mors. Omīa
enī subiecit sub pedibꝫ eius. Cū aūt di-
cat omīa subiecta sūt ei:sine dubio pre-
ter eū q̄ subiecit ei omīa. Cū aūt subie-
cta fuerint illi omīa: tūc ⁊ ip̄e filiꝰ sub-
iectꝰ erit illi q̄ subiecit sibi omīa: ut sit
deus oīa ī omībꝫ. Alioquī qḋ facient q̄
baptizant̄ ꝑ mortuis? Si omnino mor-
tui nō resurgūt:ut qḋ ⁊ baptizant̄ pro
illis? Vt qḋ et nos periclitamur omī ho-
ra? Quotidie morior ꝓpter vr̄am glo-
riā fr̄es:quā habeo ī xp̄o ihesu dn̄o nr̄o.
Si scḋm hoīem ad bestias pugnaui
ephesi: qḋ michi ꝓdest si mortui nō re-
surgūt? Manducemus ⁊ bibamꝰ:cras
enī moriemur. Nolite seduci. Corrūpūt
mores bonos colloq̄a mala. Euigila-
te iusti: ⁊ nolite peccare. Ignorātiā enī
dei q̄dā habēt. Ad reuerētiā vobis lo-
quor. Sed dicit aliq̄s. Quomō resur-
gunt mortui? Quali aūt corpore veni-
ent? Insipiēs tu qḋ seminas nō viuifi-
cat̄ nisi pus moriat̄. Et qḋ seminas
nō corpꝰ qḋ futuꝝ ē seminas: sed nu-
dum granū:vtputa tritici·aut alicuiꝰ ce-
teroꝝ. Deꝰ aūt dat illi corpꝰ sicut vult:
⁊ vnicuiq; seminū ꝓpriū corpus. Nō
oīs caro eadē caro: sed alia hoīm alia
pecoꝝ alia caro aūt volucrū:alia autē
piscium. Et corpora celestia: ⁊ corpora ter-
restria. Sed alia q̄dē celestiū gloria: a-
lia aūt terrestriū. Alia claritas solis:
alia claritas lune: ⁊ alia claritas stel-
larū. Stella enī a stella differt ī clarita-
te:sic ⁊ resurrectio mortuoꝝ. Seminat̄
enī ī corruptiōe: surget ī icorruptiōe.
seminat̄ ī ignobilitate:surget in glo-
ria. Seminat̄ ī infirmitate: surget in

virtute. Seminat̃ corpus animale:
surget corpus spiritale. Si est corpus
animale est et spiritale: sicut scriptum
est. Factus est primus homo adam
in animã viventem: novissim⁹ adã in
spiritum vivificãtem. Sed non prius
quod spiritale ē: sed quod animale:
deinde quod spiritale. Prim⁹ homo
de terra terrenus: secũdus homo de ce-
lo celestis. Qualis terrenus tales ⁊ ter-
reni: et qualis celestis: tales et celestes.
Igit̃ sicut portavimus ymaginem ter-
reni: portem⁹ ⁊ ymaginē celestis. Hoc
aũt dico fr̃es: q̃a caro ⁊ sãguis regnũ
dei possidere nõ possũt: neq̃ corruptio
incorruptelã possidebit. Ecce misteriũ
vobis dico. Om̃es quidē resurgem⁹: sed
nõ oēs immutabim̃. In momēto i ictu
oculi i novissima tuba. Canet enĩ tuba:
et mortui resurgēt incorrupti: ⁊ nos im-
mutabim̃. Oportet enĩ corruptibile hoc
induere incorruptionē: ⁊ mortale hoc
induere imortalitatē. Cũ aũt mortale
hoc induerit imortalitatē: tũc fiet sermo
q̃ script⁹ ē. Absorta ē mors i victoria.
Ubi ē mors victoria tua? Ubi ē mors
stimul⁹ tu⁹? Stimul⁹ aũt mortis pec-
catũ est: virt⁹ vero peccati lex. Deo aũt
gr̃as: q̃ dedit nobis victoriã p dñm
nr̃m ihesũ xp̄m. Itaq̃ fr̃es mei dilecti
stabiles estote ⁊ imobiles: abũdãtes
in omni opere dñi semp: sciētes q labor
vester non est inanis in dño. .xvi.
De collectis aũt q̃ fiũt i sanctos: si-
cut ordinavi ecclijs galatie: ita
⁊ vos facite p unã sabbati. Unusq̃sq̃
vr̃m apud se reponat recōdēs qđ ei be-
ne placuerit: ut nõ cũ venero tũc colle-
cte fiãt. Cũ aũt p̃sens fuero: q̃s pbave-
ritis p epl̃as hos mittã pferre gratiã
vr̃am i ihrlm. Qđ si dignũ fuerit ut e-
go eã: mecũ ibũt. Veniã aũt ad vos:
cũ macedoniã ptrãsiero. Nã macedo-
niã ptrãsibo. Apud vos aũt forsitan
manebo vel etiã hyemabo: ut vos me
deducat̃ quocũq̃ iero. Nolo enĩ vos mo-
do i trãsitu videre. Spero enĩ me aliq̃n-
tulũ tēporis manere apud vos: si dñs
pmiserit. Permanebo aũt ephesi usq̃
ad penthecosten. Ostiũ enĩ michi aper-
tũ ē magnũ ⁊ evidēs: ⁊ advsarij multi.
Si aũt venerit thimothe⁹: videte ut si-
ne timore sit apud vos. Op⁹ enĩ dñi
operat̃ sicut ⁊ ego. Ne q̃s ergo illũ sper-
nat. Deducite aũt illũ i pace: ut veniat
ad me. Expecto enĩ illũ cũ fr̃ib;. De a-
pollo aũt fr̃e vobis notum facio: q̃m
multũ rogavi eũ ut veniret ad vos cũ
fr̃ib;: ⁊ utiq̃ nõ fuit volũtas ei⁹ ut nũc
veniret. Veniet aũt: cũ ei vacuũ fuerit.
Vigilate state ĩ fide: viriliter agite ⁊ cõ-
fortamini: oĩa vr̃a ĩ caritate fiãt. Ob-
secro aũt vos fr̃es. nostis domũ stepha-
ne et fortunati q̃m sũt pmitie achaye:
⁊ in ministeriũ sanctorũ ordinaverũt se-
ipos: ut ⁊ vos subditi sitis eiusmodi: ⁊
omni cooperãti ⁊ laboranti. Gaudeo
aũt in p̃sentia stephane et fortunati et
achayci: quoniã id qđ vobis deerat
ipi suppleverũt. Refecerunt enim ⁊ meũ
spiritum ⁊ vestrum. Cognoscite ergo
qui eiusmodi sunt. Salutant vos o-
mnes ecclesie asye. Salutant vos in
domino multum aquila et priscilla
cum domestica sua ecclesia: apud q̃s
et hospitor. Salutant vos omnes
fratres. Salutate invicem: in osculo
sancto. Salutatio mea: manu pau-
li. Si quis non amat dominũ no-
strum ihesum cristum: sit anathema
maranatha. Gratia domini nostri
ihesu cristi vobiscum. Caritas mea cũ
omnibus vobis in cristo ihesu amen.
Explicit epl̃a p̃ma ad chorinthios.

Incipit plogus in scd̄am epis argumentū

[P]Ost actam tolā ad corin. a corinthijs penitentiam cōsolatoriā scribit eis epistolam apostol9 a troade per thitū. et collaudās eos hortat̄ ad meliora: ꝯtristatos quidē eos sed emēdatos ostendens. Explicit plogus. Incipit epl'a scd'a ad corinthios. Ca. i.

[P]Aulus apostolus cristi ihesu per volūtatem dei et thimoteus frater: ecclesie dei que est corinthi cū omnib3 sanctis q̄ sunt in uniūsa achaia. Gratia vobis et pax a deo patre nostro ⁊ dn̄o ihesu cristo. Benedict9 deus et pater dn̄i nr̄i ihesu cristi pater misericordiarꝫ ⁊ deus totius ꝯsolationis. qui cōsolat̄ nos in omni tribulatione nostra: ut possimus et ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt per exhortationē qua exhortamur et ipi a deo: quoniā sicut habundant passiones cristi in nobis ita et per cristū habūdat ꝯsolatio nostra. Siue autē tribulamur pro vr̄a exhortatione et salute. siue cōsolamur pro vestra consolatione. siue exhortamur pro vr̄a exhortatione ⁊ salute. que operatur tolleratiā earūdem passionum quas et nos patimur. et spes nostra firma est pro vobis: scientes quoniam sicut socij passionū estis. sic eritis ⁊ cōsolationis. Nō eni volum9 ignorare vos fratres de tribulatione nr̄a que facta est ī asia: quoniā supra modū grauati sum9 supra virtutē: ita ut taederet nos etiā viuere. Sed ipi in nobismetipsis respōsum mortis habuimus. ut nō sim9 fidentes in nobis sed in deo q̄ suscitat mortuos: qui de tātis periculis nos eripuit et eruit: in quem speram9 quoniā et adhuc eripiet adiuuātib3 et vobis in oratōne pro nobis: ut ex multaꝝ personis facieꝝ eius que in nobis est donationis per multos gratie agant̄ pro nobis. Nam gloria nostra hec est testimoniū cōscientie nostre: q in simplicitate cordis et sinceritate dei et non in sapiētia carnali sed in gratia dei cōuersati sum9 in hoc mūdo: habundancius autē ad vos. Nō eni alia scribimus vobis q̄ que legistis et cognouistis. Spero autem q usq3 ī finē ꝯgnoscetis. sicut ⁊ cognouistis nos ex parte: q̄a gloria vestra sum9 sicut et vos nostra ī die dn̄i nr̄i ihesu cristi. Et hac confidētia volui prius venire ad vos ut secūdam gratiā haberetis. et per vos trāsire in macedoniam et iterū a macedonia venirē ad vos: et a vobis deduci in iudeam. Cū ergo hoc voluissem: nūquid leuitate usus sum? Aut que cogito scd'm carnē cogito: ut sit apud me est et nō? Fidelis autē deus quia sermo noster qui fuit apud vos. nō est in illo ē ⁊ nō: sed est in illo est. Dei eni fili9 ihesus cristus qui in vobis per nos p̄dicat9 est per me ⁊ siluanū ⁊ thimotheū nō fuit in illo est et nō: sed est ī illo fuit. Quotquot eni promissiones dei sunt ī illo ē. Ideo et per ipm amen deo ad gloriā nr̄am. Qui aūt ꝯfirmat nos vobiscū ī cristo. ⁊ q̄ unxit nos de9. et qui signauit nos. et dedit pign9 spirit9 in cordibus nr̄is. Ego aūt testē deū inuoco in animā meam q parcens vobis non veni ultra corinthum. non quia dominamur fidei vestre sed adiutores sumus gaudij vestri: nā fide statis. c. ii.

[S]tatui aūt hoc ipse m apud me: ne iterum in tristicia venirē ad

vos. Si enī ego cōtristo vos: et quis ē
qui me letificet: nisi q̄ cōtristatᷣ ex me?
Et hoc ipm̄ scripsi vobis ut nō cū ve-
nero tristiciā sup tristiciā habeā: de qui-
bus oportuerat me gaudere: cōfidēs in o-
mnibus vobis quia meū gaudium
omnium vrm̄ ē. Nā ex multa tribula-
tione et angustia cordis scripsi vobis
per multas lacrimas: non ut cōtristē-
mini. sed ut sciatis quā caritatē habe-
am abūdātius ī vobis. Si quis au-
tem cōtristauit me: nō me cōtristauit:
sed ex parte: ut non onerē omnes vos.
Sufficit illi qui eiusmodi ē obiurga-
tio hec que fit a pluribꝫ: ita ut ecōtra-
rio magis donetis et cōsolemini: ne forte
abundantiori tristitia absorbeatᷣ qui
eiusmodi est. Propter qḋ obsecro vos:
ut cōfirmetis in illū caritatē. Ideo enī
et scripsi vobis ut cognoscā experimen-
tum vrm̄: an in omnibꝫ obediētes sitis.
Cui autē aliquid donastis: ꝛ ego. Nā
et ego quod donaui: si quid donaui
propter vos: in psona cristi: ut nō cir-
cūueniamᷣ a sathana. Non enī igno-
ramꝰ cogitationes eius. Cū venissem
autē troadē ꝓpter euāgeliū cristi: ꝛ osti-
um michi aptū esset in dn̄o: nō habui
requiē spiritui meo: eo ꝙ non inuene-
rim thytū fratrē meū: sed valefaciens
eis profectus sū ī macedoniā. Deo au-
tem gratias qui semp triumphat nos
in cristo ihesu: ꝛ odorē noticie sue ma-
nifestat p nos in omni loco: quia cristi
bonus odor sumus deo in hiis q̄ sal-
ui fiunt: ꝛ in hiis qui pereūt. Aliis qui-
dem odor mortis in mortem: aliis
autem odor vite in vitam. Et ad hec
quis tam ydoneus? Non enim su-
mus sicut plurimi adulterantes ver-
bum dei: sed ex sinceritate sicut ex deo
coram deo in cristo loquimur. c. iii.

Incipimꝰ iterū nosmetipsos cōmenda-
re: aut numquid egemꝰ sicut quidam
commendaticiis epistolis ad vos aut
ex vobis? Epistola nr̄a vos estis scri-
pta in cordibꝫ nr̄is: que scitur ꝛ legitᷣ
ab omnibus hominibus: manifestati:
qm̄ epistola estis cristi ministrata a
nobis: ꝛ scripta nō atramēto: sed spi-
ritu dei viui: nō ī tabulis lapideis: sed
in tabulis cordis carnalibus. Fiduci-
am aūt talem habemus p cristū ad de-
um: non ꝙ sufficiētes simus cogitare
aliquid a nobis q̄si ex nobis: sed suffi-
ciētia nr̄a ex deo ē: qui ꝛ ydoneos nos
fecit ministros noui testamenti non
littera sed spiritu. Littera enī occidit:
spiritus autē viuificat. Quod si mini-
stratio mortis litteris deformata ī la-
pidibꝫ fuit in gloria: ita ut nō possent
intendere filii israhel in faciem moysi:
propter gl̄am vultus eius que euacu-
atur: quomodo nō magis ministrati-
o spiritꝰ erit in gl̄a? Nā si ministratō
dānatōnis gl̄a ē: multo magis abun-
dat ministeriū iusticie in gl̄a. Nā nec
glificatū ē quod claruit in hac parte:
propter excellentem gl̄am. Si enī qḋ
euacuatᷣ per gl̄am ē: multo magis qḋ
manet: ī gl̄a ē. Habētes igitᷣ talē spem
multa fiducia utimur. Et nō sicut mo-
yses ponebat velamen sup faciē suā:
ut nō intenderent filii isrl̄ in faciē eius
qḋ euacuatᷣ: sed obtusi sūt sensus eorꝫ:
usqꝫ in hodiernū enim diē idipm̄ vela-
men in lectione veteris testamēti ma-
net nō reuelatū: quoniā in cristo eua-
cuatᷣ: sed usqꝫ in hodiernū diē cum legi-
tur moyses velamen positū ē super cor
eorū. Cū aūt conuersus fuerit ad deū:
auferetur velamen. Dn̄s aūt spiritus
est. Ubi aūt spiritus dn̄i: ibi libertas.
Nos vero omnes reuelata facie gl̄am

domini speculātes in eādē ymaginē
transformamur a claritate in clarita-
tem: tanq̄ʒ a domini spiritu. c. iiii.
Ideo habētes hāc ministrationē iuxta
q̄d misericordiā cōsecuti sum⁹ nō defi-
cim⁹: sed abdicam⁹ occulta dedecoris.
non ambulātes in astucia neq; adul-
terantes verbū dei: sed in manifestati-
one veritatis cōmēdantes nosmetipos
ad omnē cōsciencīā hominū corā deo.
Quod si etiā opertū est euangeliū no-
strū: in hijs qui pereūt est opertū: in qui-
bus deus hui⁹ seculi excecauit mentes
infideliū: ut nō fulgeat illuminatio eu-
angelij glorie cristi: qui est ymago dei.
Non enī nosmetipos predicam⁹ sed
ihesum cristū dn̄m nostrū. Nos autē
seruos vr̄os per ihesum: quoniā deus
qui dixit de tenebris lucē splendescere.
illuxit in cordibʒ nr̄is ad illuminatio-
nem sciētie claritatis in facie ihesu cri-
sti. Habem⁹ aūt thesaurū istū i vasis
fictilibʒ: ut sublimitas sit virtutis dei:
et nō ex nobis. In omnibʒ tribulatio-
nē patimur: sed nō angustiamur. A-
poriamr̄: sed nō destituimur. Persecuti-
onē patimur: sed nō derelinquimur.
Deicimur: sed nō perim⁹. Semp mor-
tificationē ihesu in corpore nr̄o circū-
ferentes: ut et vita ihesu manifestetur
in corporibʒ nostris. Semp enī nos
qui viuim⁹ in mortē tradimur ꝓpter
ihesum: ut et vita ihesu manifestetur
in carne nr̄a mortali. Ergo mors in
nobis operatr̄: vita aūt in vobis. Ha-
bentes aūt eundē spiritū fidei sicut scri-
ptū est. credidi ꝓpter qd̄ locut⁹ sum: et
nos credim⁹. propter qd̄ ⁊ loquimur:
scientes quoniā q̄ suscitauit ihesum et
nos cū ihesu suscitabit: et cōstituet vo-
biscū. Omnia enī propter vos: ut gra-
cia abundās per multos in graciarū
actione abundet in gloriam dei. Pro-
pter qd̄ nō deficim⁹: sed licet is qui fo-
ris est noster homo corrūpatur: tamē
is qui intus est renouatr̄ de die in diē.
Id enī qd̄ in presenti est momētaneū
et leue tribulacōnis nr̄e: supra modū
in sublimitate eternū glorie pondus
operatur in nobis: nō ꝯtemplātibus
nobis que videntur sed que non vidē-
tur. Que enī videntr̄ temporalia sunt:
que aūt non videntr̄ eterna sunt. c. v.
Scimus enim: quoniā si terrestris
domus nostra hui⁹ habitatio-
nis dissoluatur: qd̄ edificationē ex deo
habem⁹ domū nō manufactā eternā
in celis. Nā et in hoc ingemiscim⁹ ha-
bitationē nostrā que de celo est super-
indui cupientes: si tamē vestiti et non
nudi inueniamur. Nā ⁊ qui sum⁹ in
hoc tabernaclo ingemiscim⁹ grauati:
eo qd̄ nolum⁹ expoliari. sed supuesti-
ri: ut absorbeatr̄ qd̄ mortale est a vita.
Qui aūt efficit nos in hoc ip̄m deus:
qui dedit nobis pignus spiritus. Au-
dentes igitr̄ semper ⁊ scientes. quoniā
dum sum⁹ in corpore peregrinamur
a dn̄o. Per fidem enī ambulamus: ⁊
nō per speciē. Audem⁹ aūt et bonam
voluntatem habemus magis peregri-
nari a corpore et p̄sentes esse ad dn̄m:
et ideo cōtendim⁹ siue absentes siue p̄-
sentes placere illi. Omēs enī nos ma-
nifestari oportet ante tribunal cristi:
ut referat unusquisq; ꝓpria corporis
prout gessit siue bonū siue malū. Sci-
entes ergo timorē dn̄i hominibʒ sua-
dem⁹: deo aūt manifesti sum⁹. Spero
aūt et in ꝯsciētijs vr̄is manifestos nos
esse. Nō iterū cōmendam⁹ nos vobis:
sed occasionē dam⁹ vobis gloriādi ꝓ
nobis: ut habeatis ad eos qui in facie
gloriantr̄ et nō in corde. Siue enī mēte

excedim⁹ deo: siue sobrij sum⁹ vobis.
Caritas enī cristi urget nos: estimātes
hoc: quoniā si unus pro omībȝ mor-
tuus est: ergo omnes mortui sunt. Et
pro omībȝ mortu⁹ est crist⁹: ut et qui
viuūt iam nō sibi uiuāt: sed ei qui ꝑ
ipsis mortuus est et resurrexit. Itaqȝ
nos ex hoc neminē nouim⁹ secūdum
carnē. Et si cognouim⁹ scdm carnē cri-
stū: sed nūc iam non nouim⁹. Si qua
ergo ī cristo noua creatura est: vetera
transierūt: ecce facta sunt omnia noua.
Omnia aūt ex deo qui nos recōcilia-
uit sibi per cristū: et dedit nobis mini-
steriū recōciliationis. Quoniā quidē
deus erat in cristo mūdū recōcilians
sibi: non reputās illis delicta ipoꝝ: et
posuit in nobis verbū recōciliationis.
Pro cristo ergo legatione fungimur
tanqȝ deo exhortāte per nos: obsecram⁹
pro cristo: recōciliamini deo. Eū q̄ nō
nouerat peccatū ꝑ nobis peccatū fecit:
ut nos efficeremur iusticia dei ī ipō. c. vi.
Adiuuātes autē: exhortamur ne
in vacuū gratiam dei recipiatis.
Ait enī. Tempore accepto exaudiui te:
et in die salutis adiuui te. Ecce nunc
tempus acceptabile: ecce nunc dies sa-
lutis. Nemini dantes ullā offensionē:
ut nō vituperetur ministeriū nostrum.
Sed in omībȝ exhibeam⁹ nosmetipos
sicut dei ministros in multa paciētia:
in tribulationibȝ: in necessitatibȝ: ī an-
gustijs: in plagis: in carceribȝ: in sedi-
tionibus: in laboribȝ: in vigilijs: in ie-
iunijs: in castitate: in sciētia: in longa-
nimitate: in suauitate: in spiritu sācto.
In caritate nō ficta: in verbo veritatis:
in virtute dei. Per arma iusticie: a de-
xtris et a sinistris. Per gloriā et igno-
bilitatem: per infamiā et bonā famā.
Vt seductores et veraces: sicut q̄ ignoti
et cogniti. Quasi morientes et ecce viui-
mus: ut castigati et non mortificati.
Quasi tristes semꝑ aūt gaudentes: si-
cut egentes multos aūt locupletātes:
tanqȝ nichil habentes et omnia possi-
dentes. Os nostrū patet ad vos o co-
rinthij: cor nostrū dilatatū est. Nō an-
gustiamini ī nobis. Angustiamini
aūt in visceribus vrīs. Eandē aūt ha-
bentes remunerationē: tanqȝ filijs di-
co: dilatamini et vos. Nolite iugum
ducere cū infidelibus. Que enī partici-
patio iusticie cū iniquitate: aut que so-
cietas luci ad tenebras? Que aūt con-
uentio cristi ad belial? Aut que pars
fideli cū infideli? Qui autē consensus
templo dei cū ydolis? Vos enim estis
templū dei viui sicut dicit deus: quoni-
am inhabitabo in illis et inambula-
bo: et ero illoꝝ deus et ipi erunt michi
ꝑplus. Propter quod exite de medio e-
oꝝ et separamini dicit dn̄s: et immūdū
ne tetigeritis: et ego recipiā vos: et ero
vobis ī prēm: et vos eritis michi ī filios
et filias dicit dn̄s omnipotēs. c. vii.
Has ergo habētes promissiones
karissimi mūdem⁹ nos ab omī
inquinamēto carnis et spirit⁹: perfici-
entes sanctificationē in timore dei. Ca-
pite nos. Neminē lesim⁹: neminē cor-
rupim⁹: neminē circūuenim⁹. Non ad
cōdemnationē vestrā dico. Predixim⁹
enim qȝ ī cordibus nrīs estis ad com-
moriendū et ad conuiuendū. Multa
michi fiducia est apud vos: multa mi-
chi gloriatio pro vobis. Replet⁹ sum
consolatione: supabundo gaudio in
omni tribulatione nostra. Nam et cū
venissem⁹ in macedoniā: nullā requiē
habuit caro nostra: sed omnem tribula-
tionē passi sumus. Foris pugne: int⁹
timores. Sed qui consolat̄ humiles:

consolatus est nos deus in adventu titi.
Non solū aūt in adventu eius: sed etiā
in cōsolatione qua cōsolatus est in vo-
bis·referēs nobis vrm desideriū vrm
fletū vrām emulationē pro me: ita ut
magis gauderē. Quoniā ⁊ si cōtrista-
ui vos in epistola: nō me penitet. Et si
peniteret vidēs q epistola illa et si ad
horā vos cōtristauit: nūc gaudeo·nō
quia cōtristati estis: sed quia cōtrista-
ti estis ad penitentiā. Cōtristati enim
estis scd'm deū: ut in nullo detrimētū
patiamini ex nobis. Que enī scd'm deū
tristicia est penitentiā in salutē stabilē
operatur: seculi autē tristicia mortē ope-
ratur. Ecce enī hoc ipsum scd'm deū cō-
tristari vos quātā in vobis operatur
sollicitudinē: sed defensionē: sed indi-
gnationē·sed timorē·sed desideriū·sed
emulationē: sed vindictā. In omnibus
exhibuistis vos incontaminatos esse
negotio. Igitur ⁊ si scripsi vobis non
propter eū qui fecit iniuriā nec propter
eū qui passus est: sed ad manifestādā
sollicitudinē nostrā quā habemus pro
vobis corā deo. Ideo cōsolati sumus.
In consolatione aūt nrā abundanti-
us magis gauisi sumus sup gaudio ti-
ti: quia refectus est spiritus eius ab omi-
bus vobis. Et si quid apud illū de vo-
bis gloriatus sum·nō sum cōfusus: sed
sicut omnia vobis in veritate locuti su-
mus: ita et gloriatio nostra que fuit
ad titū veritas facta ē. Et viscera eius
abundātius in vobis sunt: reminiscen-
tis omniū vrm obediētiā quomō cū
timore ⁊ tremore excepistis illū. Gau-
deo: q ī omībz cōfido ī vobis. c. viii.

Notam aūt facimus vobis fres
gratiā dei q̄ data est in ecclesijs
macedonie: et q in multo experimēto
tribulationis abūdātia gaudij ipoꝝ
et altissima paupertas eoꝝ abundauit
in divitias simplicitatis eoꝝ. Quia se-
cundū virtutē testimoniū illis reddo:
et supra virtutem voluntarij fuerūt: cū
multa exhortatione obsecrantes nos
gratiā ⁊ cōmunicationē ministerij qd
fit in sanctos. Et nō sicut sperauimus:
sed semetipsos dederūt·primū dn̄o·de-
inde nobis per volūtatem dei: ita ut
rogaremus titū ut quēadmodū cepit
ita et pficiat in vobis etiā gratiā istā.
Sed sicut in omnibz abundatis fide
et sermone et sciētia et omni sollicitu-
dine insup ⁊ caritate vrā ī nos: ut et ī
hac gratia abundetis. Non quasi im-
perās dico: sed per alioꝝ sollicitudinē
etiā vre caritatis ingeniū bonū com-
probās. Scitis enī gratiā dn̄i nostri
ihesu cristi: quoniā propter vos egenus
factus est cū esset dives: ut illius inopia
vos divites essetis. Et consiliū in hoc
do. Hoc enī vobis utile est: q nō solū
facere·sed et velle cepistis ab anno pri-
ore. Nūc vero et facto pficite: ut quē-
admodū prōptus est animus volūtatis:
ita sit ⁊ perficiēdi ex eo qd habetis. Si
enī volūtas prompta est: scd'm id qd
habet accepta est·nō scd'm id qd non
habet. Nō enī ut alijs sit remissio·vo-
bis aūt tribulatio: sed ex equalitate in
presenti tpe vestra abundātia illoꝝ in-
opiā suppleat·ut et illoꝝ abundātia
vestre inopie sit supplemētum: ut fiat
equalitas sicut scriptū est. Qui multū
habuit nō abundauit: et qui modicū
nō minorauit. Gratias aūt ago deo
qui dedit eandē sollicitudinē pro vo-
bis in corde titi: quoniā exhortationē
quidē suscepit: sed cū sollicitior esset sua
volūtate profectus ē ad vos. Misimus
etiā cū illo fratrem nrm: cuius laus est
in euangelio per omēs ecclesias. Nō

solū aūt: sed ⁊ ordinat⁹ est ab ecclesijs
comes pegrinatōnis nrē ī hāc grām
que ministrat a nobis ad dnī gloriā
et destinatā voluntatē nrām: devitātes
hoc ne quis nos vituperet in hac ple-
nitudine q̄ ministrat a nobis in dnī
gloriā. Providem⁹ enī bona: nō solū
corā deo: sed etiā corā hominibz. Mi-
simus aūt cū illis et fratrē nrm quem
probavim⁹ in multis sepe sollicitum
esse: nūc aūt multo sollicitiorē cōfide-
ntia multa in vos: sive pro tito qui est
socius meus et in vobis adiutor: sive
fratres nostri apostoli ecclesiarū gloria
cristi. Ostensionē ergo que est caritatis
vrē et nrē glorie pro vobis: in illos
Cap^m .ix. ostendite in facie ecclesiarū. Nam de
ministerio qđ fit in sanctos: ex abun-
danti est michi scribere vobis. c.ix.
Scio enī promptū animū vrm pro
quo de vobis glorior apud ma-
cedones: quoniā et achaia parata ē
ab anno p̄terito: et vrā emulatio pro-
vocavit plurimos. Misim⁹ autē fra-
tres: ut ne qđ gloriamur de vobis eva-
cuetur in hac parte: ut quēadmodū
dixi parati sitis: ne cū venerint macedo-
nes mecū et invenerint vos impara-
tos erubescam⁹ nos: ut nō dicamus
vos ī hac substātia. Necessariū ergo ex-
istimavi rogare fratres ut p̄veniāt ad
vos: et preparēt repromissam benedi-
ctionē hāc paratā esse: sic quasi bene-
dictionē: nō quasi avariciā. Hoc aūt
dico. Qui parce seminat parce ⁊ metet:
et qui seminat in benedictionibz: de be-
nedictionibz et metet. Unusquisq; pro-
ut destinavit in corde suo: nō ex tristi-
cia aut ex necessitate. Hilarē enī datorē
diligit deus. Potēs est autem deus o-
mnem graciā abundare facere in vo-
bis: ut ī omnibz semp omnē sufficientiā
habētes abundetis in omne opus
bonum: sicut scriptum est. Dispersit
dedit pauperibz: iusticia eius manet
in seculū seculi. Qui aūt amministrat
semen seminātī: et panē ad mādūcan-
dū prestabit. Et multiplicabit semen
vestrū et augebit incrementa frugū iu-
sticie vrē: ut in omnibus locupletati
abundetis in omnē simplicitatem: q̄
operatur per nos graciarū actionē deo.
Quoniā ministeriū hui⁹ officij nō so-
lum supplet ea que desunt sanctis: sed
etiā abūdat per multas graciarū actio-
nes in dño per probationē ministerij
huius: glorificātes deū in obediencia
confessionis vrē in evangelio cristi et
simplicitate cōmunicatōnis vrē ī illos
et in omnes: et in ipsorū obsecratione
pro vobis: desiderantiū vos ꝓpter emi-
nentē graciā dei in vobis. Gracias a-
go deo sup inenarrabili dono ei⁹. c.x.
Ipse aūt ego paul⁹ obsecro vos per mā-
suetudinē et modestiā cristi: q̄ in facie
quidē humilis sum inter vos: absens
aūt cōfido in vobis. Rogo autē vos
ne presens audeā per eā cōfidentiā qua
existimor audere in quosdā: qui arbi-
trantur nos tāq̄ secdm carnē ambule-
mus. In carne enī ambulātes: nō se-
cundū carnē militam⁹. Nā arma mi-
licie nrē nō carnalia: sed potentia deo
ad destructionē municionū: cōsilia de-
struentes: et omnē altitudinē extollen-
tem se adversus scientiā dei: ⁊ in capti-
vitatem redigentes omnē intellectū in
obsequiū cristi: et in promptu habentes
ulcisci omnē inobedienciā: cum imple-
ta fuerit vestra obediencia. Que scdm
faciem sunt videte. Si quis cōfidit sibi
cristi se esse: hoc cogitet iterū apud se:
quia sicut ipse cristi est: ita et nos. Nā
et si amplius aliquid gloriatus fuero

de potestate nr̄a quā dedit nobis dn̄s ī
edificationē ⁊ nō ī destructionē vr̄am:
nō erubescā. Ut aūt nō existimer tāq̄
terrere vos per epistolas: quoniā qui-
dē epistole inquiūt graues sunt et for-
tes: presentia aūt corporis infirma et
sermo ɔtēptibilis: hoc cogitet q̄ eiusmo-
di est: quia quales sumus verbo per
epistolas absentes: tales et p̄sentes in
facto. Nō eni audem⁹ inserere aut cō-
parare nos quibusdā qui seipsos cō-
mendāt: sed ipi in nobis nosmetip̄os
metiētes: et cōparātes nosmetip̄os no-
bis. Nos aūt nō ī immensum gloriabi-
mur: sed scd̄m mensurā regule qua mē-
sus ē nobis de⁹ mensurā ptingendi usq̄
ad vos. Nō eni quasi nō pertingētes
ad vos superextendim⁹ nos. Usq̄ ad
vos eni puenim⁹ in euāgelio cristi: nō
ī immensum gloriantes ī alienis labo-
ribus. Spem aūt habētes crescentis
fidei vr̄e. in vobis magnificari scd̄m
regulā nr̄am in abundātia. etiā ī illa
que ultra vos sunt euangelizare. nō
in aliena regula in hijs que p̄parata
sūt gloriari. Qui aūt gloriat̄ in dn̄o
glorietur. Nō eni q̄ seip̄m cōmēdat ille
probat⁹ ē: sed quē de⁹ cōmēdat. c. xi.
Utinā sustineretis modicū q̄d insi-
piētie mee: sed et supportate me.
Emulor eni vos dei emulatione: despō-
di eni vos uni viro virginē castā exhi-
bere cristo. Timeo aūt ne sicut serpens
euam seduxit astucia sua: ita corrūpā-
tur sensus vr̄i ⁊ excidāt a simplicitate
que est in cristo. Nā si is qui venit ali-
um cristū p̄dicat quē nō p̄dicauim⁹:
aut aliū spiritū accipitis quē nō acce-
pistis aut aliud euāgeliū q̄d nō recepi-
stis: recte pateremini. Existimo eni ni-
chil me min⁹ fecisse a magnis aposto-
lis. Nā et si imperit⁹ sermone: sed nō scientia.

In omnibz aūt manifest⁹ sum vobis.
Aut nūq̄d peccatū feci meip̄m humili-
ans: ut vos exaltemini? Quoniā gra-
tis euāgeliū dei euāgelizaui vobis: ali-
as eccl̄ias expoliaui accipiēs stipēdi-
a ad ministeriū vr̄m: et cū essem apud
vos ⁊ egerē nulli onerosus fui. Nā q̄d
michi deerat suppleuerūt fr̄es q̄ venerūt
a macedonia: et ī omībz sine onere me
vobis seruaui: et seruabo. Est veritas
cristi in me: quoniā hec gloriatio nō
infringetur ī me in regionibz achaie.
Quare? Quia nō diligo vos? Deus
scit. Quod aūt facio ⁊ faciā: ut ampu-
tem occasionē eoꝝ. qui volūt occasio-
nē: ut in quo gloriātur inueniātur si-
cut et nos. Nā eiusmodi pseudo apo-
stoli sunt operarij subdoli: trāsfigurā-
tes se in apostolos cristi. Et nō mirū.
Ipe eni sathanas trāsfigurat se in an-
gelū lucis. Nō est ergo magnū: si mi-
nistri eius trāsfigurentur velut ministri
iusticie: quoꝝ finis erit secundū opera
ipoꝝ. Iterū dico: ne quis me putet in-
sipientē. Alioquin velut insipientem
accipite me: ut et ego modicū q̄d glo-
rier. Quod loquor nō loquor scd̄m de-
um sed quasi ī insipientia: in hac sub-
stantia glorie. Quoniā multi gloriā-
tur scd̄m carnē: et ego gloriabor. Libē-
ter enim suffertis insipiētes: cū sitis ipi
sapiētes. Sustinetis eni si q̄s vos ī ser-
uitutē redigit: si quis deuorat. si quis
accipit. si quis extollitur: si quis in fa-
ciem vos cedit. Scd̄m ignobilitatē di-
co: quasi nos infirmi fuerim⁹ in hac
parte. In quo quis audet: in insipien-
tia dico: audeo et ego. Hebrei sunt: et
ego. Israhelite sūt: et ego. Semē abra-
he sunt: et ego. Ministri cristi sunt: et
ego. Ut minus sapiēs dico: plus ego.
In laboribz plurimis in carceribus

abundātius: in plagis supra modū:
in mortibꝫ frequēter. A iudeis quīqui-
es quadragenas una minus accepi.
Ter virgis cesus sum: semel lapidatꝰ
sum: ter naufragium feci. Nocte ⁊ die
in profundo maris fui. In itineribus
sepe: periculis fluminū· periculis latro-
nū· periculis ex genere· periculis ex gen-
tibꝫ· periclis in civitate· periclis in soli-
tudine· periculis in mari: periculis in
falsis fratribꝫ. In labore ⁊ erumna: in
vigiliis multis. In fame ⁊ siti: in ieiu-
niis multis. In frigore et nuditate: pre-
ter illa que extrinsecus sunt: instantia
mea quotidiana· sollicitudo omniū
eccliaꝝ. Quis infirmatur: ⁊ ego nō infir-
mor? Quis scādalizatur: ⁊ ego nō uror?
Si gloriari oportet: que infirmitatis
mee sunt gloriabor. Deus ⁊ pater do-
mini nr̄i ihesu cristi scit qui est benedi-
ctus in secula q̄ non mētior. Damasci
ꝑpositus gentis arethe regis custodie-
bat civitatē damascenoꝝ ut me cōpre-
hēderet: ⁊ per fenestrā in sporta dimissus
sū ꝑ murū: et sic effugi manꝰ eiꝰ. c. xii.

Si gloriari oportet: non expedit
quidē. Veniā aūt ad visiones
et revelationes dn̄i. Scio hominē in
cristo ante ānos quatuordecim sive ī
corpore sive extra corpꝰ nescio deꝰ scit:
raptū huiusmodi usq; ad terciū celū.
Et scio huiusmodi hominē sive in cor-
pore sive extra corpꝰ nescio deꝰ scit: qm̄
raptꝰ est in paradisum: et audivit ar-
chana verba que nō licet homini lo-
qui. Pro huiusmodi gloriabor: pro
me aūt nichil nisi ī infirmitatibꝫ meis.
Nā et si voluero gloriari: nō ero insi-
piēs. Veritatē eni dicā. Parco aūt: ne
quis me existimet supra id qđ videt in
me: aut audit aliqđ ex me. Et ne ma-
gnitudo revelationū extollat me: datꝰ
est michi stimulus carnis mee angelꝰ
sathane ut me colaphizet. Propter
qđ ter dn̄m rogavi ut discederet a me:
⁊ dixit michi. Sufficit tibi gratia mea.
Nam virtꝰ ī infirmitate ꝑficitur. Libē-
ter igitur gloriabor in infirmitatibus
meis: ut inhabitet in me virtus cristi.
Propter qđ placeo michi in infirmita-
tibus meis: in cōtumeliis in necessita-
tibus in persecutionibꝫ: in angustiis ꝑ
cristo. Cū eni infirmor tūc potēs sum.
Factꝰ sum insipiēs: vos me coegistis.
Ego eni a vobis debui cōmēdari. Ni-
chil eni minꝰ feci ab hiis q̄ sunt supra
modū apostoli. Tam et si nichil sum:
signa tamē apostolatꝰ mei facta sunt
super vos in omni patientiā signis et
prodigiis et virtutibꝫ. Quid ē eni qđ
minꝰ habuistis pre ceteris ecclesiis: ni-
si q̄ egoipse nō gravavi vos? Dona-
te michi hanc iniuriā. Ecce tercio hoc
paratꝰ sum venire ad vos: et non ero
gravis vobis. Nō eni quero que vr̄a
sunt: sed vos. Nec eni debēt filii parē-
tibus thesaurizare: sed parentes filiis.
Ego aūt libentissime impendā ⁊ super-
impendar ipse pro animabꝫ vr̄is: li-
cet plus vos diligens minus diligar.
Sed esto. Ego vos nō gravavi: sed
cū essem astutꝰ dolo vos cepi. Nūquid
per aliquē eoꝝ quos misi ad vos cir-
cūveni vos? Rogavi titū: et misi cum
illo fratrē. Nūquid titus vos circūve-
nit? Nōne eodē spiritu ābulavimꝰ?
Nōne eisdē vestigiis? Olim putatis
q̄ excusemus nos apud vos? Coram
deo in cristo loquimur. Omnia autem
karissimi propter edificationē vestrā.
Timeo eni ne forte cū venero· non qua-
les volo inveniā vos: ⁊ ego inveniar
a vobis qualē nō vultis: ne forte con-
tentiones emulatōnes animositates

dissensiones detractiones susurratio-
nes inflationes seditiones sint inter
vos. Ne iterũ cũ venero humiliet me
deus apud vos: ꝛ lugeã multos ex hijs
qui ante peccauerũt et nõ egerũt peni-
tentiã sup immũdicia et fornicatione
et impudicicia quã gesserunt. c. xiii.
Ecce tercio hoc venio ad vos. In
ore duoꝝ vel triuȝ testiũ stabit
omne verbũ. Predixi enĩ et predico ut
presens vobis ꝛ nũc absens hijs qui
ante peccauerũt ꝛ ceteris oĩbꝫ: qm̃ si
venero iterũ nõ parcã. An experimentũ
queritis eiꝰ qui in me loquit̃ cristus?
Qui in vobis non infirmatur sed po-
tens est in vobis. Nam ꝛ si crucifixus
est ex infirmitate: sed viuit ex virtute
dei. Nam et nos infirmi sumus in il-
lo: sed viuimus cum eo ex virtute dei
in vobis. Vosmetipsos temptate: si
estis in fide ipsi vos probate. An nõ
cognoscitis vosmetipsos: quia cristus
ihesus in vobis est? Nisi forte repro-
bi estis. Spero autem quod cognosci-
tis: quia nos non sumus reprobi. O-
ramus autem deum ut nichil mali fa-
ciatis: non ut nos probati appareamꝰ
sed ut vos quod bonum est faciatis.
Nos aũt ut reprobi simus. Non enĩ
possumꝰ aliquid aduersus veritatem:
sed pro veritate. Gaudemꝰ enĩ quoniã
nos infirmi sumꝰ: vos aũt potentes
estis. Hoc et oramꝰ: vestrã ↄsũmatio-
nem. Ideo hec absens scribo: ut nõ pre-
sens durius agã scd'm potestatẽ quã
dñs dedit michi in edificationẽ et nõ
in destructionẽ. De cetero fratres gau-
dete. perfecti estote: exhortamini. idipm̃
sapite. Pacẽ habete: et deus pacis et
dilectionis erit vobiscũ. Salutate in-
uicem in osculo sancto. Salutãt vos
oĩes sancti. Gratia dñi nostri ihesu
cristi. et caritas dei. ꝛ cõmunicatio san-
cti spiritꝰ sit cũ oĩbꝫ vobis amẽ. Ex-
plicit epl'a scd'a ad corinth. Incipit ꝓlo-
gus in epl'am ad galatas.
Galathe sunt greci. Hij ver-
bũ veritatis primũ ab a-
postolo acceperũt: sed post
discessũ eiꝰ temptati sũt a fal-
sis apl'is: ut ĩ legẽ ꝛ circũcisionẽ ne ver-
terent. Hos apl'us reuocat ad fidẽ veri-
tatis: scribẽs eis ab epheso. Explicit ꝓ-
logus. Incipit epl'a ad galatas. c. i.
Paulus apostolus
nõ ab hominibꝫ ne-
q; per hominẽ sed p
ihesum cristũ et deũ
patrẽ qui suscitauit
eũ a mortuis. et qui
mecũ sunt omnes fratres: ecclesijs ga-
lathie. Gratia vobis ꝛ pax a deo patre
nr̃o et dño ihesu cristo: qui dedit semet-
ipm̃ pro peccatis nr̃is ut eriperet nos
de presenti seculo nequã scd'm volũtatẽ
dei et pr̃is nr̃i: cui est gloria in secula se-
culoꝝ amen. Miror q sic tã cito trans-
feramini ab eo qui vos vocauit ĩ gra-
tiã cristi in aliud euangeliũ qd' nõ est
aliud: nisi sũt aliqui qui vos contur-
bãt: et volũt ↄuertere euangeliũ cristi.
Sed licet nos aut angelus de celo eu-
angelizet vobis preterq̃ quod euãge-
lizauimꝰ vobis: anathema sit. Sicut
prediximꝰ ꝛ nũc iterũ dico: si quis vo-
bis euangelizauerit preter id quod ac-
cepistis: anathema sit. Modo enĩ ho-
minibꝫ suadeo. an deo? An quero ho-
minibꝫ placere? Si adhuc hominibꝫ
placerẽ: cristi seruꝰ nõ essem. Notũ enĩ
vobis facio fratres euangeliũ qd' euã-
gelizatũ est a me: quia nõ est scd'm ho-
minẽ. Neq; enĩ ego ab homine accepi
illud neq; didici: sed per reuelationem

ihesu cristi. Audistis eni͂ cõuersationē
meā aliquādo in iudaismo· quoniā
supra modū persequebar ecclesiā dei·
et expugnabā illā: et proficiebā in iuda=
ismo supra multos coetaneos meos
in genere meo: abundanti⁹ emulator
existens paternaꝝ mearꝝ traditionum.
Cū autē placuit ei qui me segregauit ex
de utero mr̄is mee et vocauit per gra=
tiā suā ut reuelaret filiū suū in me ut
euangelizarē illū in gentibꝫ: cõtinuo
non acquieui carni et sanguini. Neqꝫ
veni iherosolimā ad antecessores me=
os apostolos: sed abij ĩ arabiā: et ite=
rū reuersus sū damascū. Deinde post
annos tres veni iherosolimā videre
petrū: et mā̄si apud eū diebꝫ quindecī.
Aliū aūt aploꝝ vidi neminē: nisi ia=
cobū fratrem dn̄i. Que aūt scribo vo=
bis: ecce corā deo quia nō mētior. De=
inde veni in partes syrie et cilicie. Erā
aūt ignot⁹ facie · ecclesijs iudee: q̄ erāt
in cristo. Tātū aūt auditū habebant:
quoniā qui persequebatur nos aliquā=
do nūc euāgelizat fidē quā aliquādo
expugnabat: et ĩ me clarificabāt deū.

Deinde post ānos quatuor= c. ii.
decim iterū ascendi iherosolimā
cū barnaba: assumpto et tito. Ascen=
di aūt scd̄m reuelationē: et cõtuli cum
illis euāgeliū qd̄ predico in gentibus.
Seorsum aūt hijs qui videbant̄ ali=
quid esse: ne forte in vacuū currerē aut
cucurrissem. Sed neqꝫ titus qui mecū
erat · cū esset gētilis cõpulsus est circū=
cidi: sed propter subintroductos falsos
fratres qui subintroierūt explorare li=
bertatē nr̄am quā habem⁹ ĩ cristo ihe=
su: ut nos in seruitutē redigerēt. Quibꝫ
neqꝫ ad horā cessim⁹ subiectioni: ut ve=
ritas euāgelij permaneat apud vos.
Ab hijs aūt qui videbātur esse aliqd̄:
q̄les aliquādo fuerīt nichil mea interest.
Deus eni͂ personā hominis non acci=
pit. Michi eni͂ qui videbant̄ esse aliqd̄
nichil cõtulerūt. Sed econtra cū vidis=
sent q̄ creditū est michi euāgeliū prepucij
sicut et petro circūcisionis: qui eni͂ ope=
rat⁹ est petro in apostolatū circūcisio=
nis · operat⁹ est et michi inter gentes:
et cū cognouissent gratiā que data est
michi · iacobus ⁊ cephas ⁊ iohannes
qui videbant̄ colūne esse dextras dede=
rūt michi ⁊ barnabe societatis: ut nos
in gentes ipi aūt in circūcisionē: tātū
ut pauperū memores essem⁹. Quod
etiam sollicit⁹ fui hoc ip̄m facere. Cum
aūt venisset petr⁹ anthiochiam ĩ faci=
em ei restiti: quia reprehensibilis erat.
Prius eni͂ quā venirent quidā ab ia=
cobo cū gentibꝫ edebat. Cū autē venis=
sent · subtrahebat ⁊ segregabat se: timēs
eos qui ex circūcisione erāt. Et simula=
tioni ei⁹ cõsenserūt ceteri iudei: ita ut et
barnabas duceret̄ ab eis ĩ illā simula=
tionē. Sed cū vidissem q̄ nō recte am=
bularent ad veritatem euangelij: dixi
cephe corā oībꝫ. Si tu cū iudeus sis
gentiliter viuis et nō iudaice: quomō
gētes cogis iudaizare? Nos natura
iudei et nō ex gentibꝫ peccatores: scien=
tes aūt q̄ nō iustificatur homo ex o=
peribus legis · nisi per fidē ihesu cristi:
et nos in cristo ihesu credim⁹ · ut iustifi=
cemur ex fide cristi ⁊ nō ex operibꝫ legis.
Propter qd̄ ex operibus legis nō iusti=
ficabit̄ om̄is caro. Qd̄ si querentes iu=
stificari in cristo inuenti sumus et ipsi
peccatores: nūquid cristus peccati mi=
nister est? Absit. Si enim que destruxi
iterū hec reedifico: preuaricatorem me
cõstituo. Ego eni͂ per legem legi mortu=
us sum ut deo viuā, cristo confixus sū
cruci. Viuo autem iam nō ego: viuit

vero in me cristus. Qd aūt nūc vivo ī
carne·in fide vivo filij dei: qui dilexit
me et tradidit semetipm̄ pro me. Nō
abicio graciā dei. Si eni per legē iusti-
cia: ergo gratis cristꝰ mortuꝰ ē. c. iii.
O insensati galathe: quis vos fa-
scinavit non obedire veritati?
Ante quorū oculos ihesus cristꝰ pro-
scriptꝰ est: ⁊ in vobis crucifixꝰ. Hoc so-
lū a vobis volo discere. Ex operibꝫ le-
gis spiritū accepistis: an ex auditu fi-
dei? Sic stulti estis: ut cū spiritu ceperi-
tis: nūc carne cōsumamini. Tāta pas-
si estis sine causa: si tamen sine causa.
Qui ergo tribuit vobis spiritū et ope-
ratꝰ virtutes in vobis: ex operibꝫ legis·
an ex auditu fidei? Sicut scriptum est:
abrahā credidit deo et reputatū ē illi
ad iusticiā. Cognoscite ergo: q̄a q̄ ex fi-
de sunt: hij sūt filij abrahe. Providēs
aūt scriptura quia ex fide iustificat gē-
tes deus: pnunciavit abrahe quia be-
nedicent̄ in te om̄es gentes. Igit̄ qui
ex fide sunt: benedicētur cū fideli abra-
ham. Quicūq; eni ex operibꝫ legis sūt:
sub maledicto sunt. Scriptū est enim.
Maledictꝰ om̄is qui nō permāserit ī
om̄ibꝫ que scripta sunt in libro legis:
ut faciat ea. Quoniā aūt ī lege nemo
iustificatur apud deū·manifestū ē: q̄a
iustꝰ ex fide vivit. Lex aūt nō est ex fide:
sed qui fecerit ea vivet in illis. Cristus
nos redemit de maledicto legis factꝰ
pro nobis maledictū: quia scriptū est
maledictꝰ om̄is qui pendet in ligno:
ut in gentibꝫ benedictio abrahe fieret
in cristo ihesu·ut pollicitationē spiritꝰ
accipiamꝰ per fidē. Fratres scd̄m ho-
minē dico: tamē hominis cōfirmatū
testamentū nemo spernit aut superordi-
nat. Abrahe dicte sunt pmissiones:
et semini eiꝰ. Nō dicit et seminibꝫ q̄si
in multis: sed quasi in uno: et semini
tuo qui est cristus. Hoc aūt dico testa-
mentū cōfirmatū a deo: que post qua-
dringentos et triginta ānos facta est
lex: nō in irritū facit ad evacuandam
promissionē. Nā si ex lege hereditas:
iam nō ex pmissione. Abrahe aūt p
repromissionē donavit deus. Quid
igitur lex? Propter trāsgressionē posi-
ta ē: donec veniret semē cui pmiserat:
ordinata per angelos in manu medi-
atoris. Mediator aūt unꝰ nō est: deꝰ
aūt unꝰ est. Lex ergo adūsus pmissa
dei? Absit. Si eni data esset lex que pos-
set vivificare: vere ex lege esset iusticia.
Sed conclusit scriptura om̄ia sub pecca-
to: ut promissio ex fide ihesu cristi da-
retur credētibus. Prius aūt q̄ veniret
fides sub lege custodiebamur: cōclusi
in eā fidem que revelāda erat. Itaq; lex
pedagogꝰ noster fuit in cristo: ut ex fi-
de iustificemur. At ubi venit fides: iā
nō sumꝰ sub pedagogo. Om̄es eni fi-
lij dei estis: per fidē que ē in cristo ihu.
Quicūq; eni ī cristo baptizati estis: cri-
stū induistis. Nō est iudeus neq; gre-
cus: nō est servꝰ neq; liber: nō ē mascu-
lus neq; femina. Omnes enim vos
unum estis in cristo ihesu. Si autem
vos cristi: ergo abrahe semen estis se-
cundū promissionē heredes. c. iiii.
Dico aūt. Quādo qe heres parvu-
lus est nichil differt a servo·cū sit
dn̄s om̄iū: sed sub tutoribꝫ et actoribꝫ
est usq; ad p̄finitū tēpus a patre. Ita ⁊
nos cū essemus parvuli: sub elemētis
mūdi huiꝰ eramꝰ servientes. At ubi ve-
nit plenitudo tēporis misit deus filiū
suū factū ex muliere factū sub lege: ut e-
os qui sub lege erāt redimeret: ut ado-
ptionē filiorū reciperemꝰ. Quoniā aūt
estis filij dei misit deus spiritū filij sui

in corda vestra clamantē abba pater.
Itaq; iam non est servus·sed fili⁹. Qđ
si fili⁹: et heres ꝑ deū. Sed tunc quidē
ignorantes deum: hijs qui natura
non sunt dij serviebatis. Nūc autem
cū cognoveritis deū ymmo cogniti si-
tis a deo: quomō cōvertimini iterū ad
infirma et egena elementa quibus de-
nuo servire vultis? Dies observatis ⁊
menses et tempora et annos. Timeo
vos: ne forte sine causa laboraverim in
vobis. Estote sicut ego: quia ⁊ ego si-
cut vos. Fratres obsecro vos: nichil
me lesistis. Scitis aūt quia ꝑ infirmi-
tatē carnis evangelizavi vobis iam
pridē: ⁊ temptationē vestrā i carne mea
nō sprevistis neq; respuistis: sed sicut
angelū dei excepistis me·sicut cristum
ihesum. Ubi ē ergo beatitudo vestra?
Testimoniū eni ꝑhibeo vobis: quia si
fieri posset oculos vestros eruissetis: ⁊
dedissetis michi. Ergo inimic⁹ vobis
factus sum verū dicens vobis? Emu-
lant vos non bene: sed excludere vos
volūt: ut illos emulemini. Bonū aūt
emulamini in bono semꝑ: ⁊ non tan-
tum cū p̄sens sum apud vos. Filioli
mei quos iterū parturio: donec forme-
tur cristus in vobis. Vellē aūt esse a-
pud vos modo ⁊ mutare vocem meā:
quoniā cōfundor in vobis. Dicite mi-
chi: qui sub lege vultis esse. Legē non
legistis? Scriptū est eni quoniā abra-
ham duos filios habuit: unū de an-
cilla: ⁊ unū de libera. Sed is q̄ de ancil-
la secūdū carnē natus est: qui aūt de
libera ꝑ repromissionē. Que sunt per
allegoriā dicta. Hec eni sūt duo testa-
menta. Unū quidē in monte syna in
servitutem generās: q̄ est agar. Syna
enim mōs est ī arabia qui coniunctus
est ei·que nūc est iherusalē: et servit cū

filijs suis. Illa aūt que sursū ē ihrlm
libera est: q̄ est mater nostra. Scriptū
est eni. Letare sterilis que nō paris: erū-
pe ⁊ clama que nō parturis: q̄a multi
filij deserte magis·q̄ eius que habet
virum. Nos autē fratres scđm ysaac
promissionis filij sum⁹. Sed quomō
tunc is q̄ secūdū carnē nat⁹ fuerat ꝑse-
quebatᷣ eū qui secūdū spiritū: ita ⁊ nūc.
Sed quid dicit scriptura? Eice ancillā
et filiū eius. Non eni heres erit filius
ancille: cum filio libere. Itaq; fratres
non sum⁹ ancille filij sed libere: qua
libertate cristus nos liberavit. c. v.

State: ⁊ nolite iterū iugo servitutis
cōtineri. Ecce ego paulus dico
vobis: quoniā si circūcidamini crist⁹
vobis nichil ꝓderit. Testificor aūt rur-
sus omni homini circūcidenti se: qm̄ debi-
tor ē univ̄se legis faciēde. Evacuati estis
a cristo. Qui in lege iustificamini: a
gratia excidistis. Nos eni spiritu ex fi-
de spem iusticie expectam⁹. Nā i cristo
ihesu neq; circūcisio aliqđ valet neq;
p̄putiū: sed fides que ꝑ caritatē opera-
tur. Currebatis bene. Quis vos impe-
divit veritati nō obedire? (Nemini cō-
senseritis) Persuasio hec nō est ex eo q̄
vocavit vos. Modicū fermentū totā
massam corrūpit. Ego cōfido ī vobis
ī dño: q̄ nichil aliud sapietis. Qui au-
tem conturbat vos: portabit iudiciū
quicūq; est ille. Ego aūt fratres si circū-
cisionē adhuc p̄dico: quid adhuc ꝑse-
cutionē patior? Ergo evacuatū ē scā-
dalum crucis. Utinā ⁊ abscidātur q̄
vos cōturbāt. Vos enim in libertatē
vocati estis fratres: tantū ne libertatē
in occasionē detis carnis: sed ꝑ carita-
tem spirit⁹ servite invicem. Omnis eni
lex in uno sermone impletur: diliges
proximū tuū sicut teipm. Qđ si invicē

mordetis et comeditis: videte ne ab
invicē cōsumamini. Dico aūt ī cristo.
Spiritu ambulate: ꝛ desideria carnꝭ
non pficietis. Caro enim concupiscit
adversus spiritū: spirit⁹ aūt adūsus
carnē. Hec enim sibi invicem adversā-
tur: ut non quecūqꝫ vultis illa facia-
tis. Qđ si spiritu ducimini: non estis
sub lege. Manifesta sunt autē opera
carnis: que sunt fornicatio·immūdi-
cia·impudicicia·luxuria·ydoloꝝ servi-
tus·veneficia·inimicicie·cōtēciones·e-
mulationes·ire·rixe·dissensiones·se-
cte·invidie·homicidia·ebrietates·
comessationes·ꝛ hiis similia: q̄ pdico
vobis sicut pdixi: quoniā qui talia
agunt regnū dei nō consequent̄. Fru-
ctus aūt spiritus est caritas·gaudiū·
pax·paciencia·benignitas·bonitas·
longanimitas·mānsuetudo·fides·mo-
destia·continētia·castitas. Adversus
huiusmodi non est lex. Qui autem
sunt cristi: carnem suā crucifixerunt
cum viciis et concupiscentiis. c. vi.
Si vivim⁹ spiritu: spiritu ꝛ ambu-
lem⁹. Non efficiamr̄ inanis glo-
rie cupidi: invicem pvocātes: invicem
invidentes. Fratres: ꝛ si pocupat⁹ fu-
erit homo ī aliquo delicto·vos q̄ spiri-
tuales estis huiusmodi instruite ī spi-
ritu lenitatis: considerās teipm̄ ne ꝛ tu
tempteris. Alter alteri⁹ onera portate:
ꝛ sic adimplebitis legē cristi. Nā si q̄s
existimat se aliquid esse cū nichil sit:
ipē se seducit. Opus autem suū pbet
unusquisqꝫ: ꝛ sic in semetipso tātū glo-
riā habebit: ꝛ nō ī altero. Unusquisqꝫ
enim onus suū portabit. Cōmunicet
aūt hiis qui cathezizatr̄ verbo: ei qui
se cathezizat in omnibꝫ bonis. Noli-
te errare. De⁹ nō irridetur. Que enim
seminaverit homo: hec et metet. Qm̄

qui seminat in carne sua·de carne et
metet ꝛ corruptionē: qui aūt seminat
in spiritu: de spiritu metet vitā eternā.
Bonū autē facientes nō deficiamus:
tempore enim suo metem⁹ nō deficien-
tes. Ergo dum tempus habem⁹ ope-
remur bonū ad omēs: maxime autē
ad domesticos fidei. Videte qualibꝫ
litteris scripsi vobis mea manu. Qui-
cunqꝫ enim volūt placere in carne hij
cogunt vos circūcidi: tantū ut crucis
cristi psecutionē nō paciant̄. Neqꝫ enī
qui circūcidūtur legem custodiūt: sed
volūt vos circūcidi ut in carne vestra
glorientur. Michi aūt absit gloriari
nisi in cruce dn̄i nostri ihesu cristi: per
quē michi mūdus crucifixus est: ꝛ ego
mūdo. In cristo enim ihesu neqꝫ circū-
cisio aliquid valet neqꝫ pputiū: sed no-
va creatura. Et quicunqꝫ hāc regulā
secuti fuerint: pax sup illos ꝛ misericor-
dia ꝛ sup israhel dei. De cetero nemo
michi molestus sit. Ego enī stigmata
dn̄i ihesu ī corpore meo porto. Gratia
dn̄i nr̄i ihesu cristi cum spiritu vr̄o fr̄es
amen. Explicit epl'a ad galatas: Incipit
argumentū in eplā ad ephe.
Ephesij sunt asyani. Hij
accepto verbo veritatis p-
stiterūt ī fide. Hos collau-
dat apl's scribēs eis a ro-
ma de carcere p tichicū dyaconē. Explicit
argumentū. Incipit epla ad ephesios. c. i.
Paulus apl's cristi
ihesu p volūtatē dei
omnibꝫ sanctis qui
sūt ephesi: et fidelibꝫ
in cristo ihesu. Gra-
tia vobis et pax a
deo patre nostro: et dn̄o ihesu cristo.
Benedict⁹ de⁹ et pater dn̄i nostri ihesu
cristi q̄ benedixit nos ī omī benedictione

spirituali in celestibꝫ in cristo: sicut ele=
git nos in ipo ante mūdi ꝯstitutōnē:
ut essemꝰ sācti ⁊ immaculati ī cōspectu
eiꝰ in caritate. Qui p̄destinavit nos ī
adoptōnē filioꝝ p ihesū cristū in ipm
scd̄m ꝓpositū volūtatis sue in laudē
glorie ḡr̄e sue: ī q̄ gratificavit nos in
dilecto filio suo: ī quo habemꝰ redēpci=
onē p sanguinē eius remissionē pecca=
toꝝ scd̄m divitias gratie eiꝰ q̄ supabū=
davit in nobis in omī sapiēcia ⁊ pru=
dencia: ut notū faceret nobis sacramē=
tum volūtatis sue scd̄m beneplacitū eiꝰ
qd̄ ꝓposuit in eo in dispensatōne pleni=
tudinis tēporū instaurare omīa ī cri=
sto q̄ ī celis ⁊ q̄ ī terra sūt ī ipo. In quo
etiā nos sorte vocati sumꝰ: p̄destinati
scd̄m ꝓpositū eiꝰ q̄ operat̄ omīa scd̄m
cōsiliū volūtatis sue: ut simꝰ ī laudē
glorie eiꝰ nos qui āte speravimꝰ ī cri=
sto. In quo ⁊ vos cū audissetis verbū
veritatis euāgeliū salutis vr̄e: in quo
et credētes signati estis spiritu ꝓmissi=
onis sancto: q̄ ē pignꝰ hereditatis nr̄e
in redēptionē acquisitionis in laudē
glorie ipius. Propterea et ego audi=
ens fidē vestrā q̄ est in cristo ihesu ⁊ di=
lectionē in omēs sanctos: nō cesso gra=
tias agēs p vobis memoriā vr̄i faci=
ens in oratōnibꝫ meis: ut deꝰ dn̄i nr̄i
ihesu cristi pater glorie det vobis spi=
ritū sapiēcie et revelationis in agnito=
nem eiꝰ illuminatos oculos cordis ve=
stri: ut sciatis q̄ sit spes vocatōnis eiꝰ
et q̄ divicie glorie hereditatis eiꝰ ī san=
ctis: ⁊ q̄ sit supeminēs magnitudo vir=
tutis eiꝰ in nos qui credimꝰ scd̄m ope=
rationē potēcie virtutis quā operatꝰ
est ī cristo: suscitans illū a mortuis et
ꝯstituēs ad dexterā suā in celestibus
supra omnē principatū ⁊ potestatē et
virtutē ⁊ dn̄acionē ⁊ omē nomen qd̄
nominat̄ nō solū ī hoc seculo sed etiā
in futuro: ⁊ omīa subiecit sub pedibꝫ
eiꝰ. Et ipm dedit caput supra omnē
ecclesiā q̄ ē corpꝰ ipsiꝰ: et plenitudo eiꝰ:
qui omnia in omībꝫ adimpletur. c.ii.
Et vos cū essetis mortui delictis ⁊
peccatis vr̄is in quibꝫ aliquādo
āmbulastis scd̄m sclm mūdi huiꝰ. scd̄m
pricipē potestatis aeris huiꝰ. spiritꝰ q̄
nūc operat̄ in filios diffidēcie: ī quibꝫ
et nos omnes aliquādo cōversati su=
mus in desiderijs carnis nr̄e faciētes
volūtatē carnis ⁊ cogitationū: et era=
mus natura filij ire sicut et ceteri. Deꝰ
aūt qui dives est in misericordia ꝓpter
nimiā caritatē suā qua dilexit nos: ⁊
cū essemꝰ mortui peccatis ꝯvivificavit
nos cristo. cuiꝰ gratia estis salvati: et
cōresuscitavit et cōsedere fecit in celesti=
bus in cristo ihesu: ut ostenderet in se=
culis supvenientibꝫ abundātes divi=
tias gratie sue in bonitate sup nos in
cristo ihesu. Gratia enī estis salvati p
fidē: ⁊ h̄ nō ex vobis. Dei enī donū est.
nō ex operibus: ut ne quis glorietur.
Ipsiꝰ enim sumꝰ factura: creati ī cristo
ihesu in operibꝫ bonis: que p̄paravit
deꝰ ut in illis ambulemꝰ. Propter qd̄
memores estote q̄ aliquādo vos era=
tis gētes ī carne q̄ dicebamini p̄puciū
ab ea q̄ dicit̄ circūcisio in carne manu=
facta: q̄ eratis illo in t̄pe sine cristo alie=
nati a ꝯversatōne israhel. et hospites
testamētorū ꝓmissionis spem nō ha=
bentes: ⁊ sine deo ī hoc mūdo. Nunc
autē in cristo ihesu vos q̄ aliquādo e=
ratis lōge facti estis ꝓpe in sanguine
cristi. Ipe enī est pax nr̄a q̄ fecit utraqꝫ
unū: ⁊ mediū parietē macerie solvēs
inimicicias in carne sua: legem mādato=
rum decretis evacuās ut duos condat
in semetipm in unū novū hominem

faciēs pacē: ut recōciliet ābos in uno
corpore deo p crucē interficiēs inimici-
cias ī semetipo: ⁊ veniēs euāgelizauit
pacē vobis q̄ lōge fuistis: ⁊ pacē hijs
qui pe: qm p ipm habem⁹ accessum
ābo in uno spiritu ad patrē. Ergo iā
nō estis hospites et aduene sed estis ci-
ues sanctoꝝ ⁊ domestici dei: supedifica-
ti sup fundamentū aploꝝ ⁊ phetarū
ipo summo āgulari lapide xpo ihesu: ī q̄
omīs edificatō cōstructa crescit ī tēplū
sanctū ī dno. In quo ⁊ vos coedificami-
ni ī habitaclm dei: ī spiritu sancto. c. iii.

Huius rei gratia ego paulus vin-
ctus xpi ihesu p vobis gentibz:
si tamē audistis dispensatōnē gracie
dei q̄ data est michi in vobis: qm secu-
dum reuelatōnē notū michi factū ē sa-
cramētū sicut supra scripsi ī breui put
potestis legētes intelligere prudentiā
meā ī misterio xpi: qd alijs generatio-
nibz nō est agnitū filijs hominū. sicu-
ti nūc reuelatū est sanctis aplis eius ⁊
prophetis in spiritu: esse gētes cohere-
des ⁊ concorporales ⁊ comparticipes pmissio-
nis ī xpo ihesu p euāgeliū cui⁹ fact⁹ sū
ego minister scdm donū gratie dei q̄
data est michi scdm operatōnē virtu-
tis ei⁹. Michi enī omniū sanctorū mi-
nimo data est gratia hec: ī gentibz eu-
āgelizare inuestigabiles diuitias xpi:
et illuminare omēs q̄ sit dispēsatō sa-
cramēti absconditi a seculis ī deo qui o-
mnia creauit: ut innotescat pricipibz
et potestatibz in celestibz p ecclesiā mul-
tiformis sapiētia dei: scdm pfinitionē
seculoꝝ quā fecit ī xpo ihesu dno nro:
in quo habem⁹ fiduciā et accessum in
cōfidētia p fidē ei⁹. Propter qd peto
ne deficiatis ī tribulacionibz meis p
vobis: q̄ est gloria vrā. Huius rei grā
flecto genua mea ad patrē dni nostri
ihesu xpi ex quo omnis paternitas in
celis ⁊ in terra nominatur: ut det vobis
secūdū diuitias glorie sue virtutē cor-
roborari p spiritū eius ī interiori hoīe
xpm habitare p fidē ī cordibz vestris:
in caritate radicati ⁊ fundati: ut possi-
tis cōphēdere cū omībz sanctis q̄ sit lati-
tudo ⁊ lōgitudo ⁊ sublimitas ⁊ pfūdū.
Scire etiā supeminētē sciētie caritatē
xpi: ut impleamini ī omnē plenitudi-
nem dei. Ei autē q̄ potēs ē omīa facere
supabundāter quā petim⁹ aut intelli-
gim⁹ scdm virtutē q̄ operatur in nobis:
ipi gloria ī ecclesia et ī xpo ihesu ī oēs
generatōnes seculi scloꝝ amē. c. iiii.

Obsecro itaqz vos ego vinctus in
dno: ut digne ābuletis vocatio-
ne qua vocati estis cū omni humilita-
te et māsuetudine: cū patiētia: suppor-
tantes inuicē ī caritate: sollicite suare
unitatē spirit⁹ in vinculo pacis. Unū
corp⁹ ⁊ un⁹ spirit⁹: sicut ⁊ vocati estis
in una spe vocatōnis vrē. Un⁹ dns:
una fides: unū baptisma. Unus de⁹
et pater omniū: q̄ sup omēs ⁊ p omīa.
et ī omībz nobis. Unicuiqz autē nrm
data est gratia scdm mensurā donatō-
nis xpi. Propter qd dicit. Ascendēs ī
altū captiuā duxit captiuitatē: dedit
dona hominibus. Qd autē ascendit:
quid ē nisi qa et descendit pmū ī inferi-
ores partes terre? Qui descendit: ipe
est ⁊ q̄ ascendit sup omēs celos: ut ad-
impleret omīa. Et ipe dedit quosdā
quidē aplos: quosdā autē phetas: a-
lios vero euāgelistas alios autē pasto-
res et doctores ad cōsumationē sanctoꝝ
in opus ministerij: ī edificatōnē corpo-
ris xpi: donec occurram⁹ omēs ī uni-
tatē fidei ⁊ agnitōnis filij dei: in virū
pfectū ī mensurā etatis plenitudinis
xpi: ut iā nō sim⁹ paruuli fluctuantes

et circũferant omni vento doctrine ĩ ne-
quicia hominũ in astucia ad circũuẽ-
tionẽ erroris. Ueritatẽ aũt facientes ĩ
caritate crescam⁹ in illo p omnia q̄ est
caput xp̄us: ex quo totũ corp⁹ cõpactũ
et cõnexũ p omnẽ iũcturã sũministra-
tõnis scd̄m operationẽ ĩ mensurã uni-
uscuiusq; mẽbri augmẽtũ corporis fa-
cit: ĩ edificatõnẽ sui ĩ caritate. Hoc igi-
tur dico ⁊ testificor ĩ dño: ut iã nõ am-
buletis sicut et gẽtes ãbulãt ĩ vanita-
te sensus sui: tenebris obscuratũ habẽ-
tes intellectũ: alienati a vita dei p igno-
rãtiã q̄ est in illis: ꝓpter cecitatẽ cordis
ipsoꝝ: q̄ desperãtes semetipsos tradide-
runt impudicicie: ĩ operatõnẽ immũ-
dicie omnis ĩ avariciã. Uos aũt non
ita didicistis xp̄m: si tamẽ illũ audi-
stis ⁊ ĩ ipo edocti estis sicut ẽ veritas in
ihesu: deponere vos scd̄m pristinã cõ-
versatõnẽ veterẽ hominẽ q̄ corrũpitur
scd̄m desideria erroris. Renouamini
aũt spiritu mẽtis vr̄e: ⁊ induite nouũ
hominẽ q̄ scd̄m deũ creatus est ĩ iusti-
cia ⁊ sãctitate veritatis. Propter qd̄ de-
ponẽtes mẽdaciũ loquimini veritatẽ
unusquisq; cũ ꝓximo suo: qm̄ sum⁹
invicẽ mẽbra. Irascimini: ⁊ nolite pec-
care. Sol nõ occidat sup iracũdiã ve-
stram. Nolite locũ dare dyabolo. Qui
furabat̃ iã nõ furet̃: magis aũt labo-
ret operãdo manib; suis q̄ bonũ est:
ut habeat unde tribuat necessitatẽ pati-
enti. Omnis sermo malus ex ore vestro
nõ ꝓcedat: sed si quis bon⁹ ad edifica-
tionẽ fidei: ut det gratiã audiẽtib;. Et
nolite cõtristare spiritũ sanctũ dei: ĩ quo
signati estis ĩ die redẽptionis. Omnis
amaritudo et ira et indignatio et cla-
mor ⁊ blasphemia tollat̃ a vobis: cũ
omni malicia. Estote aũt invicẽ beni-
gni: misericordes donãtes invicem:
sicut ⁊ de⁹ in xp̄o donauit vobis. c. v.
Estote ergo imitatores dei sicut fi-
lij carissimi: ⁊ ãbulate ĩ dilectio-
ne sicut ⁊ xp̄us dilexit nos: ⁊ tradidit
semetipm̄ p nobis oblatõnẽ et hostiã
deo ĩ odorẽ suauitatis. Fornicatõ au-
tem et omnis immũdicia aut avaricia
nec noĩetur in vobis: sicut decet san-
ctos: aut turpitudo aut stultiloquiũ
aut scurrilitas q̄ ad rem nõ ptinet: sed
magis gratiaꝝ actio. Hoc enĩ scitote
intelligẽtes: q̄ omnis fornicator aut
immũdus aut avarus qd̄ est ydoloꝝ
servit⁹ nõ habet hereditatẽ ĩ regno xp̄i
⁊ dei. Nemo vos seducat inanib; ver-
bis: ꝓpter hec enĩ venit ira dei ĩ filios
diffidẽcie. Nolite ergo effici participes
eoꝝ. Eratis enĩ aliquãdo tenebre: nũc
aũt lux ĩ dño: ut filij lucis ambulate.
Fruct⁹ enĩ lucis ẽ ĩ omni bonitate et iu-
sticia ⁊ veritate: Probãtes quid sit be-
neplacitũ deo: ⁊ nolite cõmunicare op-
erib; infructuosis tenebraꝝ: magis au-
tem redarguite. Que enĩ in occlto fiũt
ab ipis: turpe est ⁊ dicere. Omnia autẽ
q̄ arguũtur a lumine manifestantur.
Omne enĩ qd̄ manifestat̃ lumẽ ẽ. Pro-
pter qd̄ dicit. Surge q̄ dormis ⁊ exur-
ge a mortuis: et illuminabit te xp̄us.
Videte itaq; fr̄es quomõ caute ambu-
letis: nõ q̄si insipiẽtes sed ut sapiẽtes:
redimẽtes temp⁹ qm̄ dies mali sũt. Pro-
pterea nolite fieri imprudẽtes: sed intelli-
gẽtes q̄ sit voluntas dei. Et nolite ine-
briari vino ĩ quo ẽ luxuria: sed imple-
mini spiritu sãcto: loquẽtes vobismet-
ipis ĩ psalmis ymnis ⁊ cãticis spiritua-
lib; cãtantes ⁊ psallẽtes in cordib; ve-
stris dño: gratias agẽtes semp p omi-
bus in noĩe dñi nr̄i ihesu xp̄i deo ⁊ pa-
tri. Subiecti invicẽ in timore xp̄i. Mu-
lieres viris suis subdite sint sicut dño:

quoniā vir caput est mulieris sicut cri-
stus caput est ecclesie: ipse salvator cor-
poris ei⁹. Sed sicut ecclesia subiecta est
xpo: ita et mulieres viris suis ī omībz.
Viri diligite uxores vr̄as sicut et cri-
stus dilexit ecclesiā: ⁊ seipm̄ tradidit p
ea ut illā sanctificaret mūdās eā lava-
cro aque ī verbo vite: ut exhiberet ipse
sibi gloriosam ecclesiā nō habētē ma-
culā aut rugā aut aliqd huiusmodi:
sed ut sit sancta ⁊ imaculata. Ita ⁊ viri
debēt diligere uxores suas: ut corpora
sua. Qui suā uxorē diligit: seipm̄ dili-
git. Nemo eni unq̄ carnē suā odio ha-
buit: sed nutrit ⁊ fovet eā sicut ⁊ xp̄s ec-
clesiā: q̄a mēbra sum⁹ corporis ei⁹ de car-
ne ei⁹ ⁊ de ossibz ei⁹. Propt̄ hoc relinquet
homo patrē ⁊ matrē suā: ⁊ adherebit uxo-
ri sue: ⁊ erūt duo in carne una. Sacra-
mētū hoc magnū ē. Ego aūt dico: in
xpo ⁊ ī ecclesia. Verūtamē ⁊ vos singli
unusquisqz uxorē suā sicut seipm̄ dili-
gat: uxor aūt timeat virū suū. c. vi.

Filii obedite parētibz vr̄is ī dn̄o.
Hoc eni iustū est. Honora patrē
tuū ⁊ matrē tuā: qd est mādatū pmū
in pmissione: ut bene sit tibi: ⁊ sis lon-
gevus sup terrā. Et patres nolite ad
iracundiā pvocare filios vr̄os: sed e-
ducate illos ī disciplina et correptione
dn̄i. Servi obedite dn̄is carnalibz cū
timore et tremore: in simplicitate cor-
dis vr̄i sicut xpo: nō ad oculū servien-
tes q̄si hominibz placentes: sed ut servi
xpi facientes volūtatē dei ex animo cū
bona volūtate servientes sicut dn̄o ⁊ nō
hominibz: sciētes qm̄ unusquisqz qd-
cunqz fecerit bonū: hoc recipiet a dn̄o
sive servus sive liber. Et vos dn̄i eadē
facite illis remittētes minas: scientes
q̄a ⁊ illoz et vester dn̄s est ī celis: ⁊ p̄so-
narū acceptio nō ē apud deū. De cetero
fratres confortamini ī dn̄o: ⁊ in potētia
virtutis eius. Induite vos armaturā
dei ut possitis stare adv̄sus insidias
dyaboli: q̄a nō est nobis colluctatio
adv̄sus carnē ⁊ sanguinē: sed adv̄sus
pricipes ⁊ potestates: adv̄sus mundi
rectores tenebraꝝ harū: cōtra spiritalia
nequicie ī celestibz. Propterea accipite
armaturā dei ut possitis resistere ī die
malo: et ī omībz pfecti stare. State er-
go succincti lūbos vr̄os in veritate: et
induti loricā iusticie: ⁊ calciati pedes
in pparatōnē euāgelii pacis. In omī-
bus sumētes scutū fidei ī quo possitis
omīa tela nequissimi ignea extinguere:
⁊ galeā salutis assumite: ⁊ gladiū spi-
ritus qd ē verbū dei: p omnē oratōnē
⁊ obsecrationē orātes omī tpe ī spiritu
⁊ ī ipo vigilātes ī omī instātia et obse-
cratōne p omībus sanctis ⁊ p me: ut
detur michi sermo in apertione oris mei
cum fiducia notum facere misteriū eu-
angelii p quo legatōne fungor in ca-
thena: ita ut ī ipo audeā put opor-
tet me loqui. Ut aūt et vos sciatis q̄
circa me sūt qd agā: omīa vobis no-
ta faciet tichic⁹ carissim⁹ frater et fide-
lis minister ī dn̄o: quē misi ad vos ī
hoc ipm̄ ut cognoscatis q̄ circa nos
sunt: ⁊ cōsolet corda vr̄a. Pax fratribus
et caritas cū fide a deo prē nr̄o: ⁊ dn̄o
ihesu xpo. Gratia cū omībz q̄ diligūt
dn̄m nr̄m ihm̄ xpm̄ ī corruptione amē.

Explicit epl'a ad ephesios. Incipit argu
mentū ī epl'am ad philippen.

Philipenses sunt macedo-
nes. Hii accepto verbo ve-
ritatis pstiterunt in fide:
nec receperūt falsos aplos.
Hos collaudat aplus: scribēs eis a ro-
ma de carcere p epafroditū. Explicit ar-
gumentū. Incipit epl'a ad philipē. c. i.

Paulus ⁊ thimothe-
us servi ihesu cristi.
omnibus sanctis in
xpo ihesu qui sunt
philippis cũ episcopis
et dyaconibus. Gra-
tia vobis ⁊ pax a deo patre nostro: et
dño ihesu xpo. Gratias ago deo meo
in omni memoria vestri semp̄ ĩ cunctis
orationibus meis p̄ omnibus vobis
cũ gaudio deprecationẽ faciens sup̄ cõ-
municatione vestrã in euãgelio xpi a
p̄mo die usq; nũc: confidẽs hoc ip̄m
quia qui cepit in vobis opus bonũ
p̄ficiet usq; ĩ diẽ xpi ihesu. Sicut est mi-
chi iustũ hoc sentire p̄ omnibus vobis:
eo q̄ habeã vos in corde ⁊ in vinclis
meis ⁊ in defensione ⁊ cõfirmatione eu-
angelij: socios gaudij mei omnes vos
esse. Testis enim michi est deus quomõ
cupiã omnes vos in visceribus ihesu
xpi. Et hoc oro: ut caritas vestra ma-
gis ac magis abundet in omni scien-
tia et in omni sensu: ut p̄betis potiora
ut sitis sinceres et sine offensa in diem
xpi: repleti fructu iusticie p̄ ihesum xpm
in laudem ⁊ gloriã dei. Scire aũt vo-
lo vos fratres: quia que circa me sũt
magis ad p̄fectũ venerũt euãgelij: ita
ut vincla mea manifesta fierẽt in xpo ĩ
omni p̄torio ⁊ in ceteris omnibus: ut plu-
res e fratribus in dño cõfidẽtes ĩ vincu-
lis meis abundãtius auderent sine
timore verbũ dei loqui. Quidã quidẽ
et p̄pter invidiã ⁊ cõtentionem: quidã
aũt et p̄pter bonã voluntatem xpm p̄di-
cant. Quidã ex caritate: scientes quo-
niã in defensionẽ euangelij positus sũ.
Quidã aũt ex cõtentione xpm annunci-
ant nõ sincere: existimãtes pressuram
se suscitare vinculis meis. Quid enĩ?
Dũ omni modo sive p̄ occasionẽ sive

per veritatẽ xpus annũciatur: ⁊ in hoc
gaudeo: sed ⁊ gaudebo. Scio enĩ quia
hoc michi p̄veniet ad salutem per ve-
stram orationẽ ⁊ subministrationẽ spi-
ritus ihesu xpi. scdm expectationẽ ⁊ spẽ
meã quia in nullo cõfundar: sed in o-
mni fiducia sicut semp̄ et nũc magni-
ficabitur xpus in corpore meo: sive per
vitã sive p̄ mortẽ. Michi enim vivere
xpus est: ⁊ mori lucrũ. Quod si vivere in
carne: hic michi fructus operis est: et
quid eligam ignoro. coartor autem
e duobus desideriũ habẽs dissolui
et esse cũ xpo multo magis melius: p̄ma-
nere aũt in carne necessariũ p̄pter vos.
Et hoc cõfidens scio q̄a manebo et p̄-
manebo omnibus vobis ad p̄fectũ ve-
strum ⁊ gaudiũ fidei: ut gratulatio ve-
stra abundet in xpo ihesu ĩ me: p̄ meũ
adventũ iterũ ad vos. Tantũ digne eu-
angelio xpi cõversamini: ut sive cũ ve-
nero et videro vos: sive absens audiã
de vobis: quia statis in uno spiritu u-
nanimes collaborãtes fidei euãgelij:
et in nullo terreamini ab adversariis: q̄
est illis causa p̄ditionis: vobis aũt sa-
lutis. Et hoc a deo: Quia vobis dona-
tum est p̄ xpo: nõ solũ ut in eũ credatis
sed ut etiam pro illo patiamini: idem
certamen habentes quale et vidistis
in me: et nunc audistis de me. c. ii.
Si qua ergo cõsolatio ĩ cristo: si q̄d
solatiũ caritatis: si qua societas
spiritus: si qua viscera miserationis:
implete gaudiũ meũ: ut idem sapiatis:
eandem caritatem habentes: unani-
mes: idip̄m sentientes. Nichil p̄ contẽ-
tionẽ neq; p̄ inanẽ gloriã: sed in hu-
militate superiores sibi invicem arbi-
trantes: non que sua sunt singuli cõ-
siderantes: sed ea que aliorũ. Hoc enĩ
sentite in vobis: quod ⁊ in cristo ihesu.

Qui cū in forma dei esset non rapinā
arbitratꝰ ē esse se equalē deo: sed semet-
ipm̄ exinaniuit formā serui accipiens
in similitudinē hominū factus: et ha-
bitu inuentꝰ ut homo humiliauit se-
metipm̄ factꝰ obediēs usqꝫ ad mortē:
mortem aūt crucis. Propter qđ et deꝰ
exaltauit illū: ⁊ donauit illi nomē qđ
est sup omē nomē: ut in noīe ihesu o-
mne genu flectat̄ celestiū terrestriū et in-
fernoꝝ: ⁊ omīs lingua confiteat̄ quia
dn̄s ihesus xp̄s in gloria est dei pr̄is.
Itaqꝫ carissimi mei sicut semꝑ obedi-
stis: nō in ꝑsentia mei tantū sed mul-
tomagis nūc in absentia mea: cū me-
tu et tremore vestrā salutem operami-
ni. Deus est eni q̄ operat̄ in vobis et
velle ⁊ ꝑficere ꝓ bona volūtate. Om̄ia
aūt facite sine murmuratōibꝫ et hesi-
tatōibꝫ: ut sitis sine querela ⁊ simpli-
ces filij dei sine rep̄hensione in medio
nationis praue et ꝑuerse: inter q̄s lu-
cetis sicut luminaria in mūdo verbū
vite ꝯtinētes ad gloriā meā ī die xp̄i:
q̄a nō ī inuacuū cucurri neqꝫ inuacuū
laboraui: sed ⁊ si immolor supra sacri-
ficiū ⁊ obsequiū fidei vr̄e: gaudeo ⁊ cō-
gratulor omnibus vobis. Idipm̄ aūt
et vos gaudete: ⁊ ꝯgratulamini michi.
Spero autē in dn̄o ihesu thimotheū
me cito mittere ad vos: ut ⁊ ego bono
animo sim cognitis q̄ circa vos sunt.
Neminē eni habeo tam unanimē: qui
sincera affectione ꝓ vobis sollicitꝰ sit.
Om̄es eni q̄ sua sunt querūt: nō q̄ sūt
ihesu cristi. Experimētū aūt eiꝰ cogno-
scite: q̄a sicut patri filiꝰ mecū seruiuit in
euangelio. Hūc igit̄ spero me mittere
ad vos: mox ut videro q̄ circa me sūt.
Cōfido aūt ī dn̄o: qm̄ et ip̄e veniā ad
vos cito. Necessarium aūt existimaui
epafroditū fratrem ⁊ cooperatorem et
cōmilitonē meū: vr̄m aūt apl̄m: et mi-
nistrum necessitatis mee: mittere ad
vos: quoniāquidē omnes vos deside-
rabat: ⁊ mestꝰ erat ꝓpterea q꜄ ⁊ audiera-
tis illū infirmatū. Nā ⁊ infirmatus ē
usqꝫ ad mortem: sed deꝰ misertꝰ est eiꝰ.
Nō solū aūt eiꝰ: verum etiā et mei: ne
tristiciā super tristiciā haberem. Festi-
nantiꝰ ergo misi illū: ut viso eo iterū
gaudeatis: ⁊ ego sine tristicia sim. Ex-
cipite itaqꝫ illū cū omī gaudio ī dn̄o:
et eiusmodi cū honore habetote: qm̄
propter opꝰ xp̄i usqꝫ ad mortē accessit:
tradens aīam suā: ut impleret id qđ ex
vobis deerat erga meū obsequiū. c. iii.

De cetero fratres mei gaudete ī do-
mino. Eadē vobis scribere michi
quidē nō pigrū: vobis aūt necessariū.
Videte canes: videte malos operari-
os: videte concisionē. Nos eni sumꝰ
circūcisio q̄ spiritu seruimꝰ deo: ⁊ glori-
amur ī xp̄o ihesu ⁊ nō in carne fiduci-
am habētes: quāq̄ꝫ et ego habeā cōfi-
dentiā in carne. Si quis alius videt̄
confidere in carne: ego magis: circūci-
sus octaua die ex genere israhel de tri-
bu beniamin: hebreus ex hebreis secū-
dum legem phariseus: scd̄m emulati-
onē ꝑsequēs ecclesiā dei: scd̄m iusticiā
que ī lege ē ꝯuersatꝰ sine querela. Sed
q̄ michi fuerūt lucra: hec arbitratꝰ sum
propter xp̄m detrimēta. Verūtamē ex-
istimo omnia detrimentū esse ꝓpter e-
minentē sciētiā ihesu xp̄i dn̄i mei: ꝓpter
quē omnia detrimentū feci ⁊ arbitror
ut stercora ut xp̄m lucrifaciā: ut et in-
ueniar in illo nō habens meā iustici-
am que ex lege est: sed illā que ex fide ē
xp̄i: que ex deo est iusticia in fide ad co-
gnoscendū illū: ⁊ virtutem resurrectio-
nis eius: ⁊ societatem passionū illius:
configuratꝰ morti eius: si [illegible] quomodo

occurrā ad resurrectionē que ē ex mor-
tuis: nō ꝙ iam acceperim aut iā ꝑfect⁹
// si quo modo sim. Sequor aūt' cōprehendā ī quo
et cōprehensus sum a xp̄o ihesu. Fra-
tres: ego me non arbitror ꝯprehēdisse.
Vnū aūt: que quidē retro sunt oblivis-
cens ad ea vero q̄ sunt p̄ora extendēs
meip̄m: ad destinatū ꝑsequor· ad bra-
viū sup̄ne vocatōnis dei in xp̄o ihesu.
Quicunq; ergo ꝑfecti sumus hoc sen-
tiam⁹: et si quid aliud sapitis: et hoc
vobis deus revelavit. Verūtamen ad
quod ꝑvenimus ut idem sapiamus:
et in eadem ꝑmaneam⁹ regula. Imi-
tatores mei estote fratres: et observate
eos qui ita ambulāt sicut habetis for-
mam nostrā. Multi enim ambulant
q̄s sepe dicebā vobis: nūc aūt ⁊ flens
dico inimicos crucis xp̄i: quorū finis
interitus: quoꝝ deus venter est: et glo-
ria in confusione ipsoꝝ qui terrena sa-
piunt. Nostra aūt conversatō in celis
est. Unde etiam salvatorem exspecta-
mus dominū nostrū ihesum cristum:
qui reformabit corpus humilitatis
nostre configuratum corpori clarita-
tis sue: secundum operationem qua
etiā possit subicere sibi om̄ia. c. iiii.
Itaq; fratres mei carissimi et desideran-
tissimi: gaudiū meū ⁊ corona mea: sic
state ī dn̄o carissimi. Euchodiā rogo
⁊ sinthicen dep̄cor ī idip̄m sapere ī do-
mino. Etiā rogo ⁊ te germane cōpar:
adiuva illas que mecū laboraverūt
in evangelio cum clemēte et ceteris ad-
iutoribus meis: quoꝝ nomina sunt
in libro vite. Gaudete in dn̄o semꝑ: i-
terum dico gaudete. Modestia vestra
nota sit om̄ibus hominibȝ. Domin⁹
enim ꝓpe est. Nichil solliciti sitis: sed ī
omni oratione et obsecratōne cū gra-
ciaꝝ actione petitiones vr̄e innotescāt
apud deū. Et pax dei que exuperat o-
mnē sensum: custodiat corda vestra
et intelligentias vestras in xp̄o ihesu.
De cetero fratres quecunq; sunt vera·
quecunq; pudica· quecunq; iusta· que-
cunq; sancta· quecūq; amabilia· que-
cunq; bone fame: si qua virt⁹· si qua
laus discipline· hec cogitate: q̄ ⁊ didi-
cistis· et accepistis· et audistis· et vidi-
stis in me. Hec agite: ⁊ deus pacis erit
vobiscū. Gavisus sum aūt ī domino
vehementer quoniā tandē aliquādo
refloruistis ꝓ me sentire sicut et sentie-
batis. Occupati aūt eratis. Non quasi
propter penuriā dico. Ego enim didi-
ci in quibus sum sufficiens esse. Scio
⁊ humiliari: scio ⁊ abūdare. Ubiq; et
in omnibȝ institut⁹ sum: ⁊ saciari et e-
surire et abundare et penuriam pati.
Omnia possum: in eo qui me ꝯfortat.
Verūtamen bene fecistis: ꝯmunican-
tes tribulationi mee. Scitis aūt et vos
philipenses ꝙ in principio evangelii
quādo ꝓfect⁹ sum a macedonia· nul-
la michi ecclesia ꝯmunicavit in ratio-
ne dati ⁊ accepti· nisi vos soli: quia et
thessalonicā semel ⁊ bis ī usum michi
misistis. Nō q̄a quero datū: sed requi-
ro fructū abūdātē ī ratōne vr̄a. Habeo
aūt omnia: ⁊ abundo. Repletus sum
acceptis ab epafrodito: que misistis ī
odorem suavitatis hostiā acceptam
placentem deo. Deus autem meus im-
pleat omne desideriū vestrū secūdum
divitias suas in gloria in xp̄o ihesu.
Deo aūt et patri nostro gloria: in se-
cula seculorū amen. Salutate omnē
sanctum in xp̄o ihesu. Salutant vos
qui mecum sunt fratres. Salutant
vos omnes sancti: maxime autem
qui de cesaris domo sunt. Gratia do-
mini nr̄i ihesu xp̄i cū spiritu vr̄o amē.

Explicit epla ad philippenses. Incipit ar
gumentum in eplam ad colocenses.
Colosenses · et hij sicut et la-
odicenses sunt asiani: et
ipi preventi erant a pseudo
apostolis. Nec ad hos acces-
sit ipse apostolus: sed et hos per epistolam recor-
rigit. Audierant enim verbum ab archippo:
qui et ministerium in eos accepit. Er-
go apostolus iam ligatus scribit eis
ab epheso per tychicum dyaconem et
onesimum acolitum. Explicit argume
tum. Incipit epla ad colocenses. Cap. i.

Paulus apostolus ihesu
xpi p voluntatem dei:
et thimotheus frater:
hijs qui sunt colossis
sanctis et fidelibus
fratribus in xpo ihesu:
Gratia vobis et pax a deo patre nro.
Gratias agimus deo et patri dni nri
ihesu xpi semper p vobis orantes: audi-
entes fidem vestram in xpo ihesu et dile-
ctionem quam habetis in sanctos omnes
propter spem que reposita est vobis i
celis: quam audistis in verbo veritatis
evangelij qd pervenit ad vos sicut et in
universo mundo est: et fructificat et crescit
sicut in vobis ex ea die qua audistis
et cognovistis gratiam dei in veritate:
sicut didicistis ab epafra carissimo co-
servo nro: qui est fidelis p vobis minister
xpi ihesu. Qui etiam manifestavit nobis
dilectionem vestram in spiritu. Ideo et nos
ex qua die audivimus non cessamus pro
vobis orantes: et postulantes ut im-
pleamini agnitione voluntatis eius i
omni sapientia et intellectu spiritali: ut
ambuletis digne deo per omnia placen-
tes: in omni opere bono fructificantes
et crescentes in scientia dei: in omni
virtute confortati secundum potentiam
claritatis eius in omni patientia et
longanimitate: cum gaudio gratias
agentes deo patri: qui dignos nos fecit i
partem sortis sanctorum in lumine. Qui
eripuit nos de potestate tenebrarum: et
transtulit in regnum filij dilectionis sue:
in quo habemus redemptionem et remis-
sionem peccatorum. Qui est ymago dei in-
visibilis · primogenitus omnis creature:
quoniam in ipo condita sunt universa
in celis et in terra visibilia et invisibilia.
Sive throni sive dominationes sive prin-
cipatus sive potestates: omnia p ipm
et in ipo creata sunt. Et ipse est ante o-
mnes: et omnia in ipo constant. Et
ipse est caput corporis ecclesie qui est
principium primogenitus ex mortuis: ut
sit in omnibus ipse primatum tenens. Quia
in ipo complacuit omnem plenitudinem
inhabitare: et p eum reconciliari omnia
in ipo: pacificans p sanguinem crucis
eius sive que in terris sive que in celis
sunt. Et vos cum essetis aliquando ali-
enati et inimici sensu · in operibus malis:
nunc autem reconciliavit in corpore carnis
eius p mortem · exhibere vos sanctos et im-
maculatos et irreprehensibiles coram ipo:
si tamen permanetis in fide fundati et sta-
biles et immobiles a spe evangelij qd
audistis: qd predicatum est i universa creatu-
ra que sub celo est: cuius factus sum ego paulus
minister: qui nunc gaudeo i passionibus p
vobis: et adimpleo ea que desunt passi-
onum xpi i carne mea p corpore eius qd
est ecclesia. Cuius factus sum ego minister
secundum dispensationem dei que data est michi
in vobis: ut impleam verbum dei · misterium
qd absconditum fuit a seculis et genera-
tionibus: nunc autem manifestum est sanctis
eius quibus voluit deus notas facere di-
vitias glorie sacramenti huius i gentibus.
quod est xps i vobis spes glorie: quem nos

annũciamꝰ: corripiẽtes omnẽ hoĩem
et docentes in omĩ sapientia: ut exhi-
beamꝰ omnẽ hoĩem ꝑfectũ in xp̃o ihe-
su: ĩ quo et laboro certãdo sc̃dm opera-
tionẽ eiꝰ quã operatĩ ĩ me ĩ virtute. c. ii.
Volo enĩ vos scire qualẽ sollicitu-
dinẽ habeã ꝓ vobis et pro hijs
qui sunt laodicie· ⁊ quicũq; nõ viderũt
faciẽ meã in carne: ut ꝯsolentur corda
ip̃oꝝ instructi in caritate et in omnes
divitias plenitudinis intellectꝰ ĩ agni-
tione misterij dei pr̃is xp̃i ihesu: ĩ quo
sunt omnes thesauri sapientie ⁊ scien-
tie abscõditi. Hoc aũt dico: ut nemo
vos decipiat in sublimitate sermonũ.
Nã et si corpore absens sum: sed spiri-
tu vobiscũ sum· gaudẽs ⁊ vidẽs ordinẽ
vestrũ· ⁊ firmamentũ eiꝰ que in xp̃o est
fidei vestre. Sicut ergo accepistis ihesũ
xp̃m dñm nostrũ in ip̃o ambulate: ra-
dicati ⁊ supedificati in ip̃o· ⁊ cõfirma-
ti in fide sicut ⁊ didicistis: abũdantes
in illo in gr̃aꝝ actione. Videte ne q̃s
vos decipiat ꝑ philosophiã et inanẽ
fallaciã: sc̃dm tradicionẽ hominũ· se-
cũdũ elementa mũdi: et nõ sc̃dm xp̃m.
Quia in ip̃o inhabitat om̃is plenitu-
do divinitatis corporaliter: et estis in
illo repleti q̃ est caput om̃is pricipatꝰ
et potestatis. In quo et circũcisi estis
circũcisione nõ manufacta ĩ expolia-
tione corporis carnis: sed ĩ circũcisione
xp̃i consepulti ei in baptismo: in quo
et resurrexistis per fidem operationis
dei qui suscitavit illũ a mortuis. Et
vos cũ mortui essetis in delictis ⁊ p̃pu-
cio carnis vestre cõvivificavit cũ illo·
donans vobis omnia delicta: delens
quod adversus nos erat cyrographũ
decreti: q̃d erat ꝯtrariũ nobis. Et ip̃m
tulit de medio affigens illud cruci: ⁊
expolians principatus et potestates:

traduxit cõfidenter: palã triumphãs
illos ĩ semetip̃o. Nemo ergo vos iudi-
cet in cibo aut in potu aut ĩ parte diei
festi aut neomenie aut sabbatoꝝ q̃ sũt
umbra futuroꝝ: corpꝰ aũt xp̃i. Nemo
vos seducat volens in humilitate et
religione angeloꝝ que non vidit· am-
bulãs frustra inflatꝰ sensu carnis sue:
et nõ tenens caput ex quo totũ corpus
ꝑ nexꝰ et cõiunctiones subministratũ et
cõstructũ crescit ĩ augmẽtũ dei. Si mor-
tui estis cũ xp̃o ab elemẽtis huiꝰ mun-
di: q̃d adhuc tanq̃ viventes in mũdo
decernitis? Ne tetigeritis· neq; gusta-
veritis· neq; cõtrectaveritis: que sunt o-
mnia in interitu ip̃o usu sc̃dm p̃cepta
et doctrinas hominũ: que sunt ratio-
nem quidem habentia sapientie in su-
perstitione et humilitate et nõ ad par-
cendum corpori: non in honore ali-
quo ad saturitatem carnis. c. iii.
Igit̃ si ꝯresurrexistis cũ xp̃o q̃ sursũ sunt
querite ubi xp̃s est in dextera dei sedens:
que sursũ sũt sapite: nõ que sup̃ terrã.
Mortui enim estis et vita vr̃a abscon-
dita est cũ xp̃o in deo: cũ aũt xp̃s appa-
ruerit vita vr̃a: tũc ⁊ vos apparebitis
cũ ip̃o in gloria. Mortificate ergo mẽ-
bra vr̃a que sũt sup̃ terrã: fornicationẽ·
immũdiciã· libidinẽ· ꝯcupiscentiã ma-
lã· et avariciã· q̃ est simulacroꝝ serviťꝰ:
propter que venit ira dei sup̃ filios in-
credulitatis· in quibꝫ ambulastis ali-
quãdo cũ viveretis in illis. Nũc autẽ
deponite et vos om̃ia: irã indignati-
onẽ maliciã blasphemiã turpẽ sermo-
nem de ore vr̃o. Nolite mẽtiri invicẽ:
expoliãtes vos veterẽ hoĩem cũ actibꝫ
suis et induentes novũ eũ q̃ renovat̃
in agnitionẽ sc̃dm ymaginẽ eiꝰ q̃ crea-
vit eũ: ubi nõ est gentilis ⁊ iudeꝰ: circũ-
cisio et p̃puciũ: barbarus et scita· servus

et liber: sed omnia et in omnibus xps.
Induite vos ergo sicut electi dei sancti
et dilecti viscera misericordie: benigni-
tatem· humilitatem· modestiam· pati-
entiam· supportantes invicem et donan-
tes vobismetipsis si quis adversus a-
liquem habet querelam: sicut et dominus
donavit vobis· ita et vos. Super o-
mnia autem hec caritatem habete quod est
vinculum perfectionis: et pax xpi exultet
in cordibus vestris· in qua et vocati
estis in uno corpore: et grati estote. Ver-
bum xpi habitet in vobis abundanter:
in omni sapientia docentes et commo-
nentes vosmetipsos psalmis ymnis et
canticis spiritualibus in gratia cantantes
in cordibus vestris deo. Omne quodcumque
facitis in verbo aut in opere. omnia
in nomine domini nostri ihesu xpi: gratias
agentes deo et patri per ipsum. Mulieres
subdite estote viris: sicut oportet in do-
mino. Viri diligite uxores vestras: et
nolite amari esse ad illas. Filii obedi-
te parentibus per omnia: hoc enim
placitum est in domino. Patres nolite ad
iracundiam provocare filios vestros:
ut non pusillo animo fiant. Servi
obedite per omnia dominis carnalibus: non
ad oculum servientes quasi hominibus
placentes: sed in simplicitate cordis ti-
mentes deum. Quodcumque facitis· ex ani-
mo operamini· sicut domino et non homi-
nibus: scientes quod a domino accipietis
retributionem hereditatis. Domino xpo ser-
vite. Qui enim iniuriam facit recipiet
id quod inique gessit: et non est per-
sonarum acceptio apud deum. c. iiii.

Domini quod iustum est et equum
servis prestate: scientes quod et vos
dominum habetis in celo. Orationi instate·
vigilantes in ea in gratiarum actione: oran-
tes simul et pro nobis: ut deus aperiat
nobis ostium sermonis ad loquendum
misterium xpi: propter quod etiam vin-
ctus sum: ut manifestem illud ita ut o-
portet me loqui. In sapientia ambula-
te ad eos qui foris sunt: tempus redimen-
tes. Sermo vester semper in gratia sale sit
conditus: ut sciatis quomodo oporteat vos
unicuique respondere. Que circa me sunt
omnia vobis nota faciet tythicus carissi-
mus frater et fidelis minister et conservus
in domino: quem misi ad vos ad hoc ipsum
ut cognoscat que circa vos sunt: et consolet
corda vestra cum onesimo carissimo et fideli
fratre qui ex vobis est: qui omnia que hic agun-
tur nota facient vobis. Salutat vos
aristarcus concaptivus meus: et marcus conso-
brinus barnabe. de quo accepistis man-
data. Si venerit ad vos: suscipite illum.
Et ihesus qui dicitur iustus: qui sunt ex cir-
cumcisione. Hii soli sunt adiutores mei
in regno dei: qui michi fuerunt solatio.
Salutat vos epafras qui ex vobis est
servus xpi ihesu: semper sollicitus pro
vobis in orationibus: ut stetis perfecti
et pleni in omni voluntate dei. Testi-
monium enim illi perhibeo: quod habet
multum laborem pro vobis et pro hiis
qui sunt laodicie et qui ierapoli. Salu-
tat vos lucas medicus carissimus: et
demas. Salutate fratres qui sunt la-
odicie et nympham: et que in domo eius
est ecclesiam. Et cum lecta fuerit apud
vos epistola hec· facite ut et in laodi-
censium ecclesia legatur: et eam que la-
odicensium est vobis legatur. Et dici-
te archippo. Vide ministerium quod acce-
pisti in domino: ut illud impleas. Salu-
tatio mea: manu pauli. Memores esto-
te vinculorum meorum. Gratia domini ihesu vo-
biscum amen. Explicit epistola ad colocenses.

Explicit epl̃a ad colosen.

Incipit argumentū in epl'am ad thes
salonicenses primam.

Thessalonicenses sūt ma-
cedones: qui accepto ver-
bo veritatis perstiterūt in
fide: etiā in persecutione civium suor̄.
Preterea nec receperūt falsos aposto-
los: nec ea q̄ a falsis apl'is dicebātur.
Hos collaudat apl'us scribēs eis ab
athenis: per tythicū dyaconū: et onesi-
mū acolitū. Explicit argumentū. In-
cipit epl'a pⁱma ad thessalonicenses. c. i.

Paulus et silvanus
et thimotheus: eccle-
sie thessalonicensiū
in deo patre nostro
et dn̄o ihesu cristo:
gratia vobis et pax.
Gratias agim⁹ deo semp pro omni-
bus vobis memoriā vestri faciētes in
oraçonibȝ nr̄is sine intermissione: me-
mores operis fidei vr̄e et laboris. et
caritatis: et sustinētie spei dn̄i nr̄i ihesu
cristi: ante deū et prēm nr̄m. Scientes
fratres dilecti a deo electionē vr̄am: q̄a
euāgeliū nr̄m nō fuit ad vos in s̄mo-
ne tantum: sed et in virtute et in spiritu
sancto et in plenitudine multa: sicut sci-
tis quales fuerim⁹ i vobis ꝓpter vos.
Et vos imitatores nr̄i facti estis et do-
mini: excipiētes verbū in tribulatione
multa cū gaudio spirit⁹ sancti: ita ut fa-
cti sitis forma om̄ibȝ credētibȝ in mace-
donia et in achaia. A vobis eni diffa-
mat⁹ est s̄mo dn̄i nō solū in macedo-
nia et in achaia: sed et in omni loco fi-
des vr̄a q̄ ē ad deū ꝓfecta est: ita ut nō
sit nobis necesse quicq̄ loqui. Ipi eni
de nobis annūciāt qualē introitū ha-
buerim⁹ ad vos: et quomō ɔversi estis
ad deū a simulacris servire deo vivo et
vero: et expectare filium eius de celis
quem suscitavit ex mortuis ihesum:
quia eripuit nos ab ira ventura. c. ii.

Nam ipi scitis fratres introitū no-
strū ad vos. quia nō inanis fu-
it: sed ante passi multa et cōtumelijs
affecti sicut scitis in philippis: fiduciā
habuim⁹ in deo nr̄o loqui ad vos eu-
angeliū dei in multa sollicitudine. Ex-
hortatio eni nr̄a nō de errore neq; de
inmūdicia neq; in dolo: sed sicut pro-
bati sum⁹ a deo ut crederet' nobis euā-
geliū ita loquimur: nō quasi homini-
bus placentes: sed deo qui probat cor-
da nr̄a. Neq; eni aliquādo fuim⁹ in
sermone adulaçonis sicut scitis: neq;
in occasione avaricie deus testis est:
nec querētes ab hominibȝ gloriā neq;
a vobis neq; ab alijs cū possem⁹ vo-
bis oneri esse ut cristi apl'i. Sed facti su-
mus parvuli in medio vr̄m tāq̄ si nu-
trix foveat filios suos: ita desiderātes
vos cupide. volebam⁹ tradere vobis
nō solū euangeliū dei sed etiā animas
nr̄as: quoniā carissimi nobis facti e-
stis. Memores enim ~~facti~~ estis fratres
laboris nostri et fatigationis: nocte
et die operātes: ne quē vestrū gravare-
mus: predicavim⁹ in vobis euāgeliū
dei. Vos testes estis et deus: q̄ sancte
et iuste et sine querela vobis qui credi-
distis fuim⁹ sicut scitis: qualiter unū-
queq; vestrū sicut pater filios suos de-
precātes vos et cōsolātes: testificati su-
mus ut ambularetis digne deo qui
vocavit vos in suū regnū et gloriam.
Ideo et nos gratias agim⁹ deo sine
intermissione: quoniā cū accepissetis
a nobis verbū audit⁹ dei: accepistis il-
lud nō ut verbū hominū sed sicut est
vere verbū dei: qui operat' in vobis q̄
credidistis. Vos eni imitatores facti
estis fratres ecclesiarū dei que sunt in

iudea in cristo ihesu: quia eadem passi
estis ⁊ vos a ꝯtribulibus vestris sicut
et ipi a iudeis: q̄ ⁊ dn̄m occiderūt ihesū
et ꝓphetas·et nos psecuti sunt: ⁊ deo
nō placent·⁊ omnibus hominibus ad-
uersant̄: prohibentes nos gentilibus
loqui ut salue fiāt: ut impleāt peccata
sua semper. Peruenit ira dei sup illos
usq; in finē. Nos aūt fratres desolati
a vobis ad tempus ore·aspectu·non
corde: abundātius festinauimus faciē
vestrā videre cum multo desiderio: qm̄
voluimus venire ad vos. Ego quidē
paulus ⁊ semel et iterū: sed impediuit
nos sathanas. Que ē eni nr̄a spes aut
gaudiū aut corona glīe? Nōne vos
āte dn̄m nr̄m ihesū cristū i aduētu ei⁹?
Vos eni estis glīa nr̄a ⁊ gaudiū. c. iii.

Propter qd̄ nō sustinētes āplius.
placuit nobis remanere atheni-
solis: ⁊ misimus thimotheū fratrem
nostrū ⁊ ministrū dei i euangelio cristi
ad ꝯfirmandos vos ⁊ exhortandos
pro fide vestra: ut nemo moueat̄ in tri-
bulationibus istis. Ipi eni scitis: qȝ in
hoc positi sumus. Nā ⁊ cū apud vos
essemus p̄dicebamus vobis passuros
nos tribulationes: sicut et factū est ⁊ sci-
tis. Propterea ⁊ ego ampli⁹ nō susti-
nēs misi ad cognoscendā fidē vr̄am:
ne forte temptauerit vos is q̄ temptat: et
inanis fiat labor noster. Nūc autem
veniēte thimotheo ad nos a vobis·et
ānunciāte nobis fidē ⁊ caritatem ve-
strā: ⁊ quia memoriā nostri habetis
bonā: sēper desiderātes nos videre·sicut
et nos quoq; vos: ideo ꝯsolati sum⁹
fratres in vobis in omī necessitate et
tribulatione nr̄a ꝑ fidē vestrā: quoni-
am nūc viuimus: si vos statis i dn̄o.
Quā eni gratiaȝ actionē possum⁹ deo
retribuere pro vobis i omni gaudio
quo gaudem⁹ propter vos ante deū
nr̄m: nocte ac die abundātius orātes
ut videam⁹ faciē vr̄am ⁊ ꝯpleam⁹ ea
que desunt fidei vr̄e? Ipe aūt de⁹ ⁊ pater
noster ⁊ dn̄s ihesus crist⁹ dirigat viā
nr̄am ad vos. Vos aūt dn̄s multipli-
cet: ⁊ abundare faciat caritatē vr̄am i
inuicē ⁊ i omēs: quēadmodū ⁊ nos i
vobis ad ꝯfirmāda corda vr̄a sine que-
rela i sanctitate āte deum ⁊ patrem no-
strum in aduentu dn̄i nostri ihesu cri-
sti cum omnibus sanctis ei⁹ amen. c. iiii.

De cetero ergo fratres rogam⁹ vos
et obsecram⁹ i dn̄o ihesu: ut quē-
admodū accepistis a nobis quomo-
do oporteat vos ambulare et placere
deo sicut ⁊ ambuletis: ut abūdetis ma-
gis. Scitis eni q̄ pcepta dederi vobis
per dn̄m ihesū. Hec ē aūt volūtas dei
sanctificatō vr̄a ut abstineatis vos a
fornicatione: ut sciat unusq̄sq; vestrū
vas suū possidere i sanctificatione ⁊ ho-
nore: nō i passione desiderij sicut ⁊ gen-
tes q̄ ignorāt deū. Et ne q̄s supgredi-
atur neq; circūueniat in negocio frem
suū: qm̄ vindex ē dn̄s de hijs omnibus
sicut p̄diximu⁹ vobis ⁊ testificati sum⁹
Nō eni vocauit nos de⁹ i immūdiciā:
sed in sanctificationē. Itaq; qui hec sp̄er-
nit nō hominē spernit sed deū: q̄ etiā de-
dit spiritū suū sanctum i nobis. De ca-
ritate aūt fraternitatis non necesse ha-
buim⁹ scribere vobis. Ipsi enim vos a
deo didicistis: ut diligatis inuicē. Ete-
nim illud facitis i omēs fratres: in v-
niūsa macedonia. Rogam⁹ aūt vos
fratres ut abūdetis magis: ⁊ operā de-
tis ut quieti sitis·⁊ ut vr̄m negociū a-
gatis·et operemini manib; vr̄is sicut
precepim⁹ vobis: ⁊ ut honeste ambule-
tis ad eos q̄ foris sunt·⁊ nulli⁹ aliq̄d
desideretis. Nolum⁹ aūt vos ignorare

fratres de dormientibus: ut nō contriste-
mini sicut et ceteri qui spem nō habent.
Si enī credimus φ ihesus mortuus ē
et resurrexit: ita ⁊ deus eos q̄ dormierūt
per ihesum adducet cū eo. Hoc enī vo-
bis dicimus in verbo dñi: quia nos
qui vivimus q̄ residui sumus: ī adve-
tu dñi nō pveniem⁹ eos q̄ dormierūt.
Quoniā ipe dñs in iussu ⁊ in voce ar-
changeli ⁊ in tuba dei descendet de celo:
et mortui qui in cristo sunt resurgent
primi. Deinde nos q̄ vivimus q̄ relin-
quimur simul rapiemur cū illis ī nu-
bibus obviam cristo in aera: ⁊ sic sem-
per cum domino erimus. Itaq3 conso-
lamini invicem in verbis istis. c. v.

De temporibus aūt ⁊ momentis
fratres nō indigetis ut scribam⁹
vobis. Ipi enī diligēter scitis: qa dies
dñi sicut fur ī nocte ita veniet. Cū enī
dixerint pax ⁊ securitas: tūc repentin⁹
eis superveniet interit⁹ sicut dolor ī ute-
ro habentis: ⁊ nō effugient. Vos aūt
fratres nō estis in tenebris: ut vos di-
es ille tanq3 fur cōphendat. Omēs
enī vos filij lucis estis: ⁊ filij diei. Nō
sum⁹ noctis neq3 tenebrarū. Igit̄ non
dormiamus sicut ⁊ ceteri: sed vigilem⁹
et sobrij simus. Qui enī dormiūt no-
cte dormiūt: ⁊ qui ebrij sūt nocte ebrij
sūt. Nos aūt q̄ diei sumus sobrij su-
mus: induti loricā fidei ⁊ caritatis et
galeā spei salutis: qm̄ nō posuit nos
deus in irā sed in acquisitionē salutis
per dñm nr̄m ihesū cristū qui mortu⁹ ē
pro nobis: ut sive vigilem⁹ sive dor-
miamus simul cū illo vivam⁹. Prop-
ter qd̄ ɔsolamini invicem ⁊ edificate
alterutrū: sicut ⁊ facitis. Rogam⁹ aūt
vos fr̄es ut noveritis eos q̄ laborant
inter vos ⁊ psunt vobis ī dño ⁊ mo-
nent vos: ut habeatis illos abūdāti⁹
in caritate pter opus illoꝝ: ⁊ pacē ha-
bete cū eis. Rogam⁹ aūt vos fratres:
corripite inquietos ɔsolamini pusil-
lanimes suscipite infirmos: patiētes
estote ad omēs. Videte ne quis malū
pro malo alicui reddat: sed semp qd̄
bonū est sectamini ī invicē ⁊ in omēs.
Semper gaudete: sine intermissione o-
rate: ī omibus gratias agite. Hec est
enī volūtas dei in cristo ihesu: ī omib3
vobis. Spiritū nolite extinguere: pro-
phetias nolite spernere. Omnia autem
probate: qd̄ bonū est tenete: ab omni
specie mala abstinete vos. Ipe aūt de⁹
pacis sanctificet vos p omnia: ut inte-
ger spiritus vester et aīa ⁊ corpus sine
querela in adventu domini nr̄i ihesu
cristi svet. Fidelis ē qui vocavit vos:
qui etiā faciet. Fratres orate pro no-
bis. Salutate fratres omēs in osculo
sancto. Adiuro vos p dñm: ut legat
epistola hec omibus sanctis fratribus.
Gratia dñi nr̄i ihesu cristi vobiscū a-
men. Explic̄ epl̄a pma ad tessalo. Incipit
argumentū in epistolam secundam.

Ad thessalonicenses secūdā
scribit epl̄am aplus: ⁊ no-
tū facit eis de tēporib3 no-
vissimis et de adversarij
deiectione. Scribit hanc epistolam
ab athenis per titum dyaconem et
onesimum acolitum. Explicit argu-
mentū. Incip̄ epl̄a scd̄a ad thessalocēn. c. i.

Paulus ⁊ silvanus
⁊ thimotheus: ecclesie
thessalonicensiū in
deo patre nr̄o ⁊ dño
ihesu cristo: gratia
vobis et pax a deo
patre nr̄o ⁊ dño ihesu cristo. Gratias
agere debemus semper deo pro vobis
fratres ita ut dignū ē: quā supercrescit

fides vr̃a et abundat caritas uniuscu=
iusq; vr̃m in invicē: ita ut et nos ipsi
in vobis glorienꝛ in ecclesijs dei p pa=
tiētia vr̃a ⁊ fide et in omnibus ꝑsecutō=
nibus vestris ⁊ tribulationibus q̃s su=
stinetis in exemplū iusti iudicij dei: ut
digni habeamini ī regno dei pro quo
et patimini: si tamen iustū est apud de=
um retribuere retributionē hijs q̃ vos
tribulāt: ⁊ vobis q̃ tribulamini requi=
em nobiscū in revelatione dñi ihesu de
celo cum āgelis virtutis ei⁹ ī flamma
ignis dantis vindictā hijs qui nō no=
verunt deū et q̃ nō obediūt euangelio
dñi nr̃i ihesu cristi. Qui penas dabunt
in interitu eternas a facie dñi ⁊ a glā
virtutis eius: cū venerit glorificari in
sāctis suis ⁊ āmirabilis fieri in omni=
bus q̃ crediderūt: quia creditū ē testimo=
nium nr̃m sup vos ī die illo. In quo
etiā oram⁹ semp pro vobis ut digne=
tur vos vocatōne sua deus: ⁊ impleat
omnē voluntatem bonitatis sue ⁊ op⁹
fidei ī virtute: ut clarificeꝛ nomen dñi
nr̃i ihesu cristi ī vobis: ⁊ vos ī illo: secū=
dū grām dei nr̃i ⁊ dñi ihesu cristi. c. ii.

Rogamus aūt vos fratres p ad=
ventū dñi nostri ihesu cristi ⁊ nr̃e
congregationis ī ipm: ut nō cito mo=
veamini a vr̃o sensu neq; terreamini
neq; p spiritum neq; per sermonē neq;
per epistolā tanq̃ per nos missam: q̃si
instet dies dñi. Ne quis vos seducat
ullo modo. Quoniā nisi venerit discen=
sio primū: ⁊ revelat⁹ fuerit homo pecca=
ti filius pditionis: q̃ adversatur et ex=
tollitur supra omē qd̄ dicitur de⁹ aut
quod colit: ita ut ī templo dei sedeat
ostendēs se tanq̃ sit deus. Nō retinetis
q cum adhuc essem apud vos hec di=
cebam vobis? Et nūc quid detineat
scitis: ut reveleꝛ in suo tempore. Nam
misterium iā operaꝛ iniquitatis: tan=
tum ut qui tenet nūc teneat: donec de
medio fiat. Et tunc revelabiꝛ ille ini=
quus quē dñs ihesus interficiet spiri=
tu oris sui: ⁊ destruet illustratione ad=
vent⁹ sui: eum cuius ē advent⁹ scdm
opationē sathane ī omni virtute et
signis ⁊ prodigijs mendacibȝ et in o=
mni seductōne iniquitatis hijs qui pe=
reunt: eo q caritatē veritatis non rece=
perunt ut salvi fierēt. Ideo mittet illis
deus opationē erroris ut credāt men=
dacio: ut iudicentur omēs q̃ non credi=
derunt veritati: sed consenserūt iniqui=
tati. Nos aūt debem⁹ gratias agere
deo semp pro vobis fratres dilecti a de=
o: q elegerit nos deus pmitias in salu=
tem in sanctificatione spirit⁹ ⁊ in fide
veritatis: in quā ⁊ vocavit vos per eu=
angeliū nostrū ī acquisitionē glorie
dñi nostri ihesu cristi. Itaq; fratres sta=
te: ⁊ tenete traditiones q̃s didicistis:
sive per sermonē sive per epistolā nr̃am.
Ipse aūt dñs noster ihesus crist⁹ et de⁹
et pater noster qui dilexit nos: ⁊ dedit
consolationē eternā ⁊ spem bonā ī grā=
tia: exhorteꝛ corda vestra ⁊ confirmet
in omni opere ⁊ sermone bono. c. iii.

De cetero fratres orate pro nobis
ut sermo dei currat ⁊ clarificetur
sicut ⁊ apud vos: ⁊ ut liberemur ab im=
portunis ⁊ malis hominibȝ. Nō enim
omniū est fides. Fidelis aūt dñs ē qui
confirmabit vos: ⁊ custodiet a malo.
Confidim⁹ aūt de vobis fratres ī do=
mino: qm̄ que pcipim⁹ ⁊ facitis: et fa=
cietis. Dñs aūt dirigat corda vestra ī
caritate dei: ⁊ patientia cristi. Denun=
ciamus aūt vobis fratres ī noīe dñi
nr̃i ihesu cristi: ut subtrahatis vos ab
omni fratre ambulante inordinate: et
nō scdm traditionem quā acceperūt

a nobis. Ipsi enim scitis queadmodū
oporteat imitari nos: quō nō inquieti
fuimus inter vos neq; gratis panem
mādūcauim⁹ ab aliquo: sed ī labore
et in fatigatione nocte ⁊ die operātes.
ne quē vestrū grauarem⁹. Non quasi
nō habuerim⁹ potestatē: sed ut nosmet-
ipsos formā darem⁹ vobis ad imitan-
dum nos. Nā ⁊ cū essem⁹ apud vos
hoc denūciabamus vobis: quō si quis
non vult operari: nec māducet. Audi-
uim⁹ enī inter vos quosdā ābulātes
inquiete nichil operātes sed curiose a-
gentes. Hijs aūt q̄ eiusmodi sūt denū-
ciam⁹ ⁊ obsecram⁹ in dn̄o ihesu cristo
ut cū silētio operātes: suū panē mādu-
cent. Vos aūt frēs nolite deficere bene-
facientes. Quod si q̄s nō obedit verbo
nr̄o p eplam hūc notate: ⁊ nō ɔmiscea-
mini cū illo ut ɔfūdat̄. Et nolite q̄si
inimicū existimare: sed corripite ut fra-
trem. Ipse aūt de⁹ pacis det vobis pa-
cem sempiternā ī omī loco. Dn̄s cū omi-
bꝫ vobis. Salutatō mea manu pau-
li: qd̄ ē signum in omī epla. Ita scribo.
Gracia dn̄i nr̄i ihesu cristi cū omībꝫ vo-
bis amen. Explicit epla scd̄a ad thessa-
lonicen. Incipit argumentū in eplam
pmā ad thimotheum.

Thimotheū instruit et docet
de ordinatōne episcopat⁹
et dyaconij ⁊ oīs ecclasti-
ce disciplīe: scribēs ei a la-
odicia p tichicū dyaconē. Explicit ar-
gumentū. Incipit epla ad thimothe-
um prima. capitulum pmum

Paulus
apostolus ihesu cri-
sti secundū imperiū
dei saluatoris nr̄i ⁊
cristi ihesu spei nr̄e:
thimotheo dilecto fi-
lio in fide: gratia ⁊ misericordia ⁊ pax
a deo patre et cristo ihesu domino nr̄o.
Sicut rogaui te ut remaneres ephesi cū
irem in macedoniā: ut denūciares qui-
busdam ne aliter docerent: neq; inten-
derent fabulis ⁊ genealogijs intermi-
natis: q̄ questiones prestant magis
q̄ edificationē dei que ē in fide. Finis
aūt precepti est caritas: de corde puro:
et ɔsciencia bona: et fide nō ficta. A qui-
bus quidā aberrātes ɔuersi sunt in va-
niloquiū: volentes esse legis doctores
non intelligentes neq; q̄ loquunt̄: ne-
q; de quibꝫ affirmāt. Scim⁹ aūt quia
bona est lex si quis ea legitime utatur:
sciens hoc quia lex iusto nō est posita
sed iniustis et non subditis: impijs ⁊
peccatoribus sceleratis ⁊ ɔtaminatis
patricidis ⁊ matricidis homicidis for-
nicarijs masculoꝝ ɔcubitoribꝫ plagi-
arijs mēdacibꝫ et piuris: ⁊ si qd̄ aliud
sane doctrine aduersat̄: q̄ ē scd̄m euāge-
lium glorie beati dei quod creditū est
michi. Gratias ago ei q̄ me ɔfortauit
in cristo ihesu dn̄o nr̄o: quia fidelē me
existimauit ponēs ī ministerio. Qui
prius blasphemus fui ⁊ psecutor ⁊ con-
tumeliosus: sed misericordiam dei ɔsecut⁹
sum qa ignorās feci in incredulitate.
Superabūdauit aūt gratia dn̄i nostri
cum fide et dilectione q̄ est in cristo ihe-
su. Fidelis sermo ⁊ omī acceptione di-
gnus: quia cristus ihesus venit ī hūc
mundū peccatores saluos facere: quo-
rum primus ego sum. Sed ideo mise-
ricordiā ɔsecutus sum: ut ī me pmo
ostenderet crist⁹ ihesus omēm patientiā
ad informationem eoꝝ q̄ credituri sūt
illi in vitam eternā. Regi aūt seculorū
immortali inuisibili soli deo honor et
gloria: in secula seculorū amen. Hoc
preceptū cōmendo tibi fili thimothee

secundum precedentes in te propheci-
as:ut milites in illis bonā miliciam.
habens fidem ⁊ bonam consciencia.
Quā quidam repellentes circa fidem
naufragauerūt:ex quibus ē hymene-
us et alexander quos tradidi satha-
ne:ut discant non blasphemare. c.ii.
Obsecro igit̄ primum omniū fieri
obsecrationes orationes postula-
tiones graciaꝝ actiones pro omnibus
hominibꝫ:pro regibꝫ ⁊ omnibus qui ī
sublimitate sūt:ut quietā ⁊ trāquillā
vitam agamꝰ ī omni pietate et castita-
te. Hoc eni bonū est ⁊ acceptū corā sal-
uatore nr̄o deo:q̄ omēs homines vult
saluos fieri:⁊ ad agnitionē veritatis
venire. Unus eni deus·unus ⁊ media-
tor dei ⁊ hominū homo cristus ihesus:
qui dedit redēptionē semetipm̄ pro o-
mnibꝫ:Cuius testimoniū temporibus
suis cōfirmatū ē:i quo positus sū ego
p̄dicator ⁊ aplus. Veritatē dico non
mentior:doctor gentiū in fide ⁊ veritate.
Volo ergo viros orare in omni loco:
leuantes puras manꝰ sine ira ⁊ discē-
ptatione. Similiter ⁊ mlieres ī habitu
ornato·cū verecundia ⁊ sobrietate or-
nantes se:⁊ nō in tortis crinibus aut
auro aut margaritis uel veste preci-
osa:sed qđ decet mulieres:promittētes
pietatē ꝑ opera bona. Mulier ī silentio
discat:cū omni subiectione. Docere au-
tem mlieri nō ꝑmitto neqꝫ dn̄ari in vi-
rū:sed esse ī silētio. Adam eni p̄mꝰ for-
matꝰ ē deinde eua:⁊ adā nō ē seductꝰ:
mlier aūt seducta in p̄uaricatione fuit.
Saluabitur autem ꝑ filiorū generati-
onem:si ꝑmanserit in fide et dilectio-
ne ⁊ sanctificatione cū sobrietate. c.iii.
Fidelis sermo. Si qs episcopatum
desiderat:bonum opus desiderat.
Oportet enim episcopū irreprehensibilē
esse·unīꝰ uxoris virū:sobriū·ornatū·
prudētem·pudicū·hospitalē·doctorem·
nō vinolentū·nō ꝑcussorem·sed mo-
destum:nō litigiosum·nō cupidū:sed
sue domui bene ꝑpositū:filios habentē
subditos cū omni castitate. Si qs au-
tem domui sue p̄esse nescit:quomodo
ecclesie dei diligentiā habebit? Non ne-
ophitū:ne in supbiā elatus ī iudiciū
incidat dyaboli. Oportet aūt illū et te-
stimoniū habere bonū ab hijs q̄ foris
sunt:ut nō in opprobriū incidat et in
laqueū dyaboli. Dyacones similiter
pudicos·non bilingues·non multo
vino deditos:nō turpe lucrū sectātes:
habentes misteriū fidei ī cōsciencia pu-
ra. Et hij aūt ꝓbētur primū:⁊ sic mi-
nistrent nullū crimen habētes. Mulie-
res similiter pudicas:nō detrahentes:
sobrias·fideles ī omnibus. Dyacones
sint unius uxoris viri:q̄ filijs suis be-
ne presint·⁊ suis domibꝫ. Qui enim be-
ne ministrauerint·gradū bonū sibi
acquirent:⁊ multā fiduciā in fide que
est in cristo ihesu. Hec tibi scribo fili thi-
mothee:sperans me ad te venire cito.
Si aūt tardauero:ut scias quomodo
oporteat te in domo dei conūsari que ē
ecclesia dei viui:columna ⁊ firmamen-
tum veritatis. Et manifeste magnū ē
pietatis sacramentum qđ manifesta-
tum est in carne·iustificatum est in
spiritu:apparuit angelis predicatum
est gentibus:creditum est in mun-
do·assumptum est in gloria. c.iiii.
Spiritus aūt manifeste dicit·qa
in nouissimis temporibꝫ disce-
dent quidā a fide:attendentes spiriti-
bus erroris ⁊ doctrinis demoniorū in
ypocrisi·loquentiū mendaciū ⁊ caute-
riatam habentiū suā consciencia:pro-
hibentiū nubere:abstinere a cibis quos

deus creauit ad pcipiendū cū gratiaꝝ
actione fidelib3: ꝛ hijs q̄ cognouerunt
veritatē. Quia oīs creatura dei bona: et
nichil reiciendū qd̄ cū gratiaꝝ actōne
pcipitur. Sanctificat̄ enī per verbū dei
et oratiōnē. Hec proponens fratrib3
bonus eris minister cristi ihesu: enutri-
tus verbis fidei ꝛ bone doctrine quā
assecutus es. Ineptas aūt ꝛ aniles fa-
bulas deuita. Exerce aūt teipm̄ ad pi-
etatē. Nā corporalis exercitatō ad mo-
dicū utilis ē. Pietas aūt ad omnia u-
tilis ē: promissionē habens vite que
nūc est et future. Fidelis sermo: ꝛ om̄i
acceptione dignus. In hoc enī labo-
ramus ꝛ maledicimr̄ quia speramus
in deū viuū: q̄ est saluator omniū ho-
minū: maxime fideliū. Precipe hec et
doce. Nemo adolescētiā tuā ɔtemnat:
sed exemplū esto fideliū: ī verbo: in con-
uersatione: in caritate: ī fide: in castita-
te. Dū venio attende lectōni: exhortati-
oni doctrine. Noli negligere gratiam
que in te ē: que data ē tibi per propheti-
am cū impositione manuū p̄sbiterij.
Hec meditare: ī hijs esto: ut profectus
tu⁹ manifest⁹ sit om̄ib3. Attende tibi
ꝛ doctrine: insta ī illis. Hoc enī faciēs: ꝛ
teipm̄ saluū facies: ꝛ eos q̄ te audiūt.
Seniorē ne increpaueris: sed c. v.
obsecra ut patrē. Iuuenes ut fra-
tres: anus ut mr̄es: iuuēclas ut soro-
res ī om̄i castitate. Viduas honora:
que vere vidue sūt. Si qua aūt vidua
filios aut nepotes habet: discat pri-
mum domū suā regere ꝛ mutuā vicē
reddere parentibus. Hoc enī acceptum
est corā deo. Que aūt vere vidua est et
desolata speret in deū: ꝛ instet obsecra-
tionib3 ꝛ orationib3 nocte ꝛ die. Nā
que in delicijs ē: viuens mortua ē. Et
hoc p̄cipe: ut irreprehensibiles sint. Si
quis aūt suoꝝ ꝛ maxime domesticoꝝ
curam nō habet: fidem negauit: ꝛ ē in-
fideli deterior. Vidua eligatur nō mi-
nus sexaginta annorū: que fuerit uni⁹
viri uxor: in operibus bonis testimoni-
um habens: si filios educauit: si hospi-
tio recepit: si sanctoꝝ pedes lauit: si tri-
bulatione paciētibus subministrauit:
si omne opus bonū subsecuta ē. Ado-
lescentiores aūt viduas deuita. Cum
enim luxuriate fuerit in cristo nubere
volūt: habentes damnationē: q̄a pri-
mā fidem irritā fecerūt. Simul autē ꝛ
ociose discunt circuire domos: nō so-
lum ociose sed ꝛ verbose ꝛ curiose: lo-
quētes q̄ nō oportet. Volo aūt iunio-
res nubere: filios procreare: matres fa-
milias esse: nullā occasionem dare ad-
uersario maledici gratia. Iam enim
quedā ɔuerse sunt retro sathanan. Si
q̄s fidelis habet viduas subministret
illis ut non grauetur ecclia: ut hijs q̄
vere vidue sūt sufficiat. Qui bene pre-
sunt presbiteri duplici honore digni
habeātur: maxime q̄ laborāt in verbo
ꝛ doctrina. Dicit enim scriptura. Non
infrenabis os boui trituranti. Et dign⁹
est operarius mercede sua. Aduersus
presbiterū accusationē noli recipere: ni-
si sub duob3 aut tribus testibus. Pec-
cātes corā om̄ibus argue: ut ꝛ ceteri
timorē habeāt. Testor corā deo et cristo
ihesu ꝛ electis āgelis: ut hec custodias
sine p̄iudicio: nichil faciēs alterā par-
tem declinando. Manus cito nemini
imposueris: neq3 cōmunicaueris pecca-
tis alienis. Teipm̄ castū custodi. No-
li adhuc aquā bibere: sed modico vi-
no utere propter stomachū tuū et fre-
quentes tuas infirmitates. Quorun-
dam hominū peccata manifesta sunt
p̄cedentia ad iudiciū: quosdā autem

subsecuntur. Similiter et facta bona
manifesta sunt: et que aliter se ha-
bent abscondi non possunt. c. vi.
Quicūqz sūt sub iugo servi· dn̄os
suos om̄i honore dignos arbi-
trentur: ne nomē dn̄i ⁊ doctrina blasphe-
metur. Qui aūt fideles habent dn̄os
nō ɔtemnāt quia fr̄es sūt: sed magis
seruiāt q̄a fideles sūt ⁊ dilecti: q̄a bene-
ficij participes sunt. hec doce: ⁊ exhortare.
Si q̄s aliter docet· ⁊ nō acquiescit sa-
nis sermonibꝫ dn̄i nr̄i ihesu cristi· et ei
que scd̄m pietatē ē doctrine: superbus
nichil sciens sed languēs circa questi-
ones ⁊ pugnas verboꝝ: ex quibꝫ oriū-
tur invidie ɔtentiones blasphemie su-
spiciones male· ɔflictationes hominū
mente corruptoꝝ ⁊ q̄ veritate priuati
sūt: existimāciū questū esse pietatē. Est
aūt quest⁹ magnus: pietas cum suf-
ficientia. Nichil eni intulim⁹ in hunc
mūdū: haut dubiū q̄a nec auferre q̄d
possum⁹. Habētes aūt alimēta et q̄bus
tegamur: hijs ɔtenti sim⁹. Nā q̄ volunt
divites fieri· incidūt i tēptationē ⁊ i la-
queū dyaboli ⁊ desideria mlt̄a inutilia
et nociua: q̄ mergūt homines i interitū
et p̄ditionē. Radix eni oīm maloꝝ est
cupiditas: quā q̄dā appetentes errave-
rūt a fide: ⁊ inseruerūt se doloribꝫ mltis.
Tu aūt o homo dei hec fuge. Sectare ve-
ro iusticiā· pietatē· fidē· caritatē· patien-
tiā· mansuetudinem. Certa bonū certa-
mē: app̄hēde vitā eternā: i qua vocat⁹
es ⁊ ɔfessus bonā ɔfessionē corā mltis
testibꝫ. Precipio tibi corā deo q̄ viuifi-
cat oīa ⁊ cristo ihesu q̄ testimoniū red-
didit sub pōcio pylato bonam ɔfessio-
nem: ut serues mādatū sine macla ir-
reprehensibile usqz i adventū dn̄i nostri
ihesu cristi: quē suis tēporibꝫ ostendet
beat⁹ ⁊ solus potēs rex regū ⁊ domin⁹
dn̄antiū: q̄ solus habet immortalita-
tem ⁊ lucē inhabitat inaccessibilē: quē
null⁹ hoīm vidit sed nec videre potest:
cui honor ⁊ imperiū sempiternū amen.
Divitibꝫ hui⁹ seculi p̄cipe nō sublime
sapere: neqz sp̄are in incerto diuitiarū
sed i deo vivo q̄ p̄stat nobis oīa abūde
ad fruēdū: bene agere: divites fieri i bo-
nis opribꝫ: facile tribuere· ɔmunicare:
thesaurizare sibi fūdamentū bonū in
futurū: ut app̄hendāt veram vitā. O thi-
mothee depositū custodi: devitās p̄pha-
nas vocū novitates et oppositiones
falsi noīs sciētie: quā quidā p̄mittētes
circa fidem exciderūt. Gratia tecū amē.
Explicit ep̄la p̄ma ad thimotheū. Inci-
pit argumentū in ep̄lam secundam.
Item thimotheo scribit de exhortatione
martirij ⁊ oīs regule veritatis: ⁊ q̄d
futurū sit tēporibꝫ novissimis· ⁊ de sua
passione: scribēs ei ab urbe. Explicit argu-
mentū. Incipit ep̄la scd̄a ad thimo. c. i.
Paulus apostol⁹
ihesu cristi p̄ volūta-
tem dei scd̄m p̄missi-
onem vite q̄ ē in cri-
sto ihesu· thimotheo
carissimo filio: gra-
tia ⁊ misericordia ⁊ pax a deo patre nr̄o et
cristo ihesu dn̄o nr̄o. Gratias ago de-
o meo cui seruio a progenitoribꝫ meis
in ɔsciētia pura: q̄ sine intermissione
habeam tui memoriā in oratōibus
meis nocte ac die desiderans te videre
memor lacrimaꝝ tuaꝝ: ut gaudio im-
plear. Recordationē accipiēs ei⁹ fidei
que ē in te non ficta q̄ et habitauit pri-
mū in auia tua loide ⁊ mr̄e tua euni-
ce: Certus sū aūt q̄ et in te. p̄pter quā
causam amoneo te ut resuscites grati-
am dei q̄ est in te per impositionē ma-
nuū mearū. Nō enim dedit nobis de⁹

spiritū timoris sed virtutis et dilectio-
nis ⁊ sobrietatis. Noli itaqȝ erubescere
testimonium domini nostri neqȝ me
vinctū eius: sed collabora euangelio
sc̄dm virtutē dei. q̄ nos liberauit ⁊ vo-
cauit vocatione sua sācta: nō sc̄dm o-
pera nostra sed sc̄dm ꝓpositum suū et
gratiā: que data ē nobis ī cristo ihesu
āte tēpora secularia: Manifestata ē au-
tē nūc p illuminatōnē saluatoris nr̄i
ihesu cristi: qui destruxit quidē mortē:
illuminauit aūt vitā et incorruptio-
nem p euangeliū: in quo posit⁹ sum
ego p̄dicator et apostolus et magister
gētiū. Ob quā causam etiā hec patior:
sed nō cōfundor. Scio em̄ cui credidi:
et certus sum quia potēs est depositū
meū suare i illū diem. Formam habe
sanoꝝ verboꝝ q̄ a me audisti in fide et
in dilectōne in cristo ihesu. Bonū depo-
situm custodi p spiritū sanctū qui ha-
bitat in nobis. Scis em̄ hoc q aversi
sunt a me omnes q̄ in asia sūt: ex q̄bȝ
est phigelus et hermogenes. Det mise-
ricordiā dn̄s onesifori domui: q̄a sepe
me refrigerauit ⁊ cathenam meā non
erubuit: sed cū romam venisset sollici-
te me quesiuit ⁊ inuenit. Det illi dn̄s in-
uenire mis̄cdiā a deo ī illa die. Et quā-
ta ephesi ministrauit michi: tu melius nosti.

ii.

Tu ergo fili mi confor-
tare ī gratia q̄ est in cristo ihesu:
et que audisti a me p multos testes: hec
commenda fidelibȝ hominibȝ qui ydo-
nei erūt ⁊ alios docere. Labora sicut bo-
nus miles cristi ihesu. Nemo militās
deo implicat se negocijs secularibus:
ut ei placeat cui se probauit. Nā et q̄
certat in agone non coronabitur nisi
legitime certauerit. Laborantē agrico-
lam oportet primū de fructibȝ accipere.
Intellige que dico: dabit em̄ tibi dn̄s
in omībȝ intellectū. Memor esto dn̄m
ihesum cristū resurrexisse a mortuis ex
semine dauid sc̄dm euangeliū meū in
quo laboro usqȝ ad vincula q̄si male
operans: sed verbum dei nō ē alliga-
tum. Ideo oīa sustineo ꝓpter electos: ut
et ipi salutē cōsequātur q̄ est in cristo
ihesu cū gloria celesti. Fidelis smo. Nā
si cōmortui sum⁹ ⁊ conuiuem⁹: si su-
stinebim⁹ ⁊ cōregnabimus: si negaue-
rimus ⁊ ille negabit nos: si non credi-
mus ille fidelis permanet: negare se-
ipm nō potest. Hec autem commone
testificās corā deo. Noli contendere ver-
bis: ad nichil enim utile ē nisi ad sub-
uersionem audientiū. Sollicite aūt
cura teipm̄ probabilē exhibere deo: op-
rariū inconfusibilē: recte tractātē verbū
veritatis. Prophana aūt et inanilo-
quia deuita. Multū em̄ ꝓficiūt ad im-
pietatē: et sermo eoꝝ ut cācer serpit. Ex
quibȝ est hymeneus ⁊ philetus: q̄ a ve-
ritate exciderūt dicētes resurrectionem
esse iam factā: ⁊ subuerterūt quorūdā
fidem. Sed firmū fūdamētū dei stat: ha-
bens signaculū hoc. Cognouit domi-
nus q̄ sūt eius: ⁊ discedat ab iniq̄tate
omīs qui inuocat nomē dn̄i. In ma-
gna aūt domo nō solum sūt vasa au-
rea ⁊ argentea: sed ⁊ lignea ⁊ fictilia: ⁊
quedā quidē in honorē: quedā aūt in
cōtumeliam. Si q̄s ergo emūdauerit
se ab istis: erit vas ī honorē sanctifica-
tum: et utile dn̄o: ad omē opus bonū
paratū. Iuuenilia aūt desideria fuge:
sectare vero iusticiā fidem spem ⁊ cari-
tatē ⁊ pacem cū hijs qui inuocant do-
minū de corde puro. Stultas autē et
sine disciplina questiones deuita: sciēs
q̄a generant lites. Seruū aūt dn̄i nō
oportet litigare: sed mansuetū esse ad
omnes: docibilē: patientē: cū modestia

corripientē eos q̄ resistunt veritati: ne-
quādo deus det illis penitentiam ad
cognoscendam veritatem · et resipi-
scāt a dyaboli laqueis: a quo captivi
tenentur ad ipsius voluntatem. c. iii.
Hoc aūt scito quia in novissimis
diebus · instabūt tēpora pericu-
losa: et erūt homines seipos amantes·
cupidi· elati· superbi· blasphemi parenti-
bus nō obediētes· ingrati scelesti· sine
affectione sine pace: criminatores· in-
continētes· immites· sine benignitate
proditores· proterui· tumidi et volu-
ptatum amatores· magis q̄ dei: ha-
bentes speciem quidē pietatis· virtutem
aūt eius abnegantes. Et hos devita.
Ex hijs enī sunt q̄ penetrant domos
et captivas ducunt mulierculas one-
ratas peccatis · que ducuntur varijs
desiderijs: semꝑ discentes· ⁊ nunq̄ ad
scientiā veritatis pervenientes. Quēad-
modū aūt iamnes et mambres resti-
terunt moysi· ita et hij resistunt verita-
ti: homines corrupti mēte · reprobi cir-
ca fidem: sed ultra nō proficient. Insi-
pientia enim eorū manifesta erit omi-
bus: sicut et illorū fuit. Tu aūt assecu-
tus es meam doctrinā· institutionem·
propositū· fidem longanimitatem di-
lectionē patientiā ꝑsecutiones passio-
nes: qualia michi facta sunt antiochi-
e yconio listris: quales persecutiones
sustinui: ⁊ ex omnibus eripuit me dn̄s.
Et om̄es qui pie volunt vivere in cri-
sto ihesu ꝑsecutionē patient̄. Mali aūt
homines et seductores proficient in
peius: errantes et in errorem mittentes.
Tu vero ꝑmane in hijs que didicisti·
⁊ credita sunt tibi: sciens a quo didice-
ris: et q̄a ab infantia sacras litteras
nosti· que te possunt instruere ad salu-
tem ꝑ fidem que ē in cristo ihesu. Omīs
scriptura divinitus inspirata· utilis ē
ad docendū· ad arguēdū· ad corripien-
dū· ad erudiendū ī iusticia: ut ꝑfect⁹ sit
homo dei ad om̄e op⁹ bonū instructus.
Testificor corā deo ⁊ ihū cri- c. iiii.
sto q̄ iudicatur⁹ ē vivos et mor-
tuos · ⁊ adventū ipsius ⁊ regnū eius:
predica verbū· insta oportune impor-
tune: argue· obsecra· increpa in omni
patientia et doctrina. Erit enim tēpus
cum sanam doctrinā nō sustinebunt:
sed ad sua desideria coacervabunt sibi
magistros pruriētes auribꝫ: ⁊ a veri-
tate quidē auditū avertent· ad fabľas
aūt convertentur. Tu vero vigila· ī omi-
bus labora: opus fac evangeliste· mi-
nisteriū tuum imple· sobri⁹ esto. Ego
enī iam delibor: ⁊ tempus resolutōnis
mee instat. Bonū certamen certavi:
cursum cōsummavi: fidem servavi. In
reliquo reposita ē michi corona iusti-
cie: quā reddet michi dn̄s ī illa die iu-
stus iudex. Nō solum aūt michi: sed et
hijs qui diligūt adventū ei⁹. Festina
ad me venire cito. Demas enī me reli-
quit diligens hoc seclm et abijt thessa-
lonicam: crescens ī galaciā· thitus in
dalmaciam: lucas ē mecū solus. Mar-
cum assume ⁊ adduc tecū: est enim mi-
chi utilis in ministerio. Thichicū aūt
misi ephesum. Penulā quā reliqui tro-
ade apud carpū veniēs affer tecum et
libros: maxime aūt membranas. Al-
exāder erari⁹ multa mala michi osten-
dit: reddet illi dn̄s scdm opera ei⁹: quē
et tu devita. Valde enim restitit v̄bis
nostris. In prima mea defensione ne-
mo michi affuit· sed om̄es me dereli-
querūt: nō illis imputet̄. Dn̄s aūt mi-
chi astitit ⁊ confortavit me ut ꝑ me pdi-
catio impleat̄: ⁊ audiāt om̄es gentes
et liberat⁹ sum de ore leonis. Liberavit

me dñs ab omī opere malo· et saluū
faciet in regnū suū celeste: cui glā in se-
cula seculorū amen. Saluta priscillā
et aquilam: et onesifori domū. Erast⁹
remansit corinthi: trophimū aūt reli-
qui infirmū mileti. Festina ante hye-
mem venire. Salutant te eubolus et
pudens et linus et claudia: et fratres
oēs. Dñs ihesus cristus cum spiri-
tu tuo. Gratia vobiscū amen. Expli
cit epla ad thimotheū scdā. Incipit ar
gumentū in eplā ad titū.

Thytum cōmonefacit et in-
struit de cōstitutione psbi-
terij et de spirituali conuer-
satione et hereticis vitan-
dis q̄ traditōnibȝ iudaicis credūt: scri-
bens ei a nycopoli. Explicit argumen

Incipit epla ad thitum. Cap. primū.

Paulus seru⁹ dei apo-
stolus aūt ihesu cri-
sti secundū fidem ele-
ctorum dei et agnitō-
nem veritatis· que
secundū pietatē est i
spem vite eterne: quā promisit qui nō
mentitur deus āte tempora secularia:
manifestauit aūt tēporibȝ suis verbū
suū in pdicatione· que credita ē michi
scdm preceptum saluatoris nostri dei:
thyto dilecto filio scdm communē fidē:
gratia et pax a deo patre et cristo ihesu
saluatore nostro. Huius rei gratia reli-
qui te crete ut ea que desunt corrigas:
et cōstituas p ciuitates psbiteros sicut
et ego disposui tibi· si quis sine crimi-
ne est unius uxoris vir: filios habens fi-
deles non in accusatione luxurie aut
nō subditos. Oportet enī episcopū si-
ne crimine esse sicut dei dispensatorem:
non superbum· nō iracundū· non vino-
lentum· nō percussorem· nō turpis lucri
cupidū: sed hospitalē benignū· sobriū·
iustum· sanctum· cōtinentē· amplecten-
tem eū qui scdm doctrinā ē fidelem ser-
monē: ut potēs sit exhortari i doctrina
sana· et eos qui contradicunt arguere.
Sunt enī multi etiā inobedientes· vani-
loqui et seductores· maxime qui de cir-
cumcisione sunt quos oportet redar-
gui: qui uniuersas domos subuertūt·
docentes q̄ nō oportet turpis lucri gra-
tia. Dixit quidā ex illis pprius ipsorū
propheta. Cretenses semp mendaces
male bestie ventris pigri. Testimoniū
hoc verum est. Quā ob causam incre-
pa illos dure ut sani sint in fide: non
intendētes iudaicis fabulis et mādatis
hominū auersātiū se a veritate. Omnia
munda mundis: coinquinatis autē et
infidelibȝ· nichil ē mūdū: sed inquinate
sunt eorum et mens et consciētia. Con-
fitenē se nosse deum factis aūt negāt:
cum sint abominati et incredibiles et
ad omne opus bonum reprobi. c. ii.

Tu autē loquere que decent sanā
doctrinā. Senes ut sobrij sint:
pudici· prudētes· sani in fide: in dilecti-
one i patiētia. Anus similiter i habitu
sancto: nō criminatrices· non multo
vino seruiētes: bene docentes ut pruden-
tiam doceāt. Adolescentulas· ut viros
suos ament: filios suos diligāt: pru-
dentes· castas· sobrias dom⁹ curā ha-
bētes: benignas· subditas viris suis:
ut non blasphemetur verbū dei. Iuue-
nes similiter hortare ut sobrij sint. In
omnibus teipm prebe exemplū bonorū
operū: in doctrina· i integritate· in gra-
uitate. Verbū sanū irreprehensibile: ut
is qui ex aduerso ē vereatur: nichil ha-
bens malū dicere de nobis. Seruos
dñis suis subditos esse in omnibȝ pla-
centes: nō contradicentes· nō fraudātes·

sed in omnibus fidem bonā ostendentes:
ut doctrinam salvatoris nr̄i dei ornēt
in omībus. Apparuit enim gracia dei
et salvatoris nostri omnibus homi-
nibus erudiens nos: ut abnegantes
impietatem et secularia desideria · so-
brie et iuste et pie vivamus in hoc se-
culo: expectantes beatam spem et ad-
ventum glorie magni dei et salvato-
ris nr̄i ihesu cristi: qui dedit semetipm̄
pro nobis ut nos redimeret ab omī
iniqtate: ⁊ mūdaret sibi populū acce-
ptabilem sectatorem bonorum operū.
Hec loquere ⁊ exhortare: ⁊ argue cum
omī imperio. Nemo te cōtēnat. c. iii.
Ammone illos principibus ⁊ po-
testatibus subditos esse: dicto o-
bedire: ad omne op⁹ bonū paratos esse:
neminē blasphemare · non litigiosos
esse · sed modestos: omnē ostendentes
mansuetudinē ad omēs hoīes. Eram⁹
enī aliquādo ⁊ nos insipiētes · incredu-
li · errātes servientes desideriis ⁊ volupta-
tibus variis: ī malicia ⁊ invidia agētes:
odibiles · odiētes invicē. Cū autē beni-
gnitas ⁊ humanitas apparuit salva-
toris nr̄i dei nō ex operibus iusticie q̄
fecimus nos sed scdm suā misericordiā
salvos nos fecit p lavacrū regenerati-
onis et renovatōnis spirit⁹ sācti: quē
effudit in nos abunde p ihesum cristū
salvatorē nostrū: ut iustificati gratia
ipius heredes simus scdm spem vite e-
terne. Fidelis smo ē. Et de hiis volo te
cōfirmare: ut curent bonis operib3 pre-
esse q̄ credūt deo. Hec sūt bona et utilia
hominibus. Stultas aūt questiones
et genealogias et cōtētiones ⁊ pugnas
legis devita. Sūt enī inutiles et vane.
Hereticū hominem post unā et scdam
correptionē devita: sciēs quia subūsus
est qui eiusmodi est: ⁊ delinquit cū sit
proprio iudicio cōdemnatus. Cū mise-
ro ad te arteman aut tychicū: festina
ad me venire nicopolim. Ibi enī statui
hyemare. Zenam legisperitū ⁊ apol-
lo sollicite pmitte: ut nichil illis desit.
Discāt aūt et nr̄i bonis operibus pre-
esse ad usus necessarios: ut nō sint in-
fructuosi. Salutāt te qui mecū sunt o-
mnes. Saluta eos q̄ nos amāt ī fide.
Gratia dei cum omībus vobis amē.
Explicit ep̄la ad thitū. Incipit argumē-
tū in ep̄lam ad philemonem

Philemoni familiares lit-
teras facit p onesimo ser-
vo eius: scribens ei ab ur-
be roma de carcere per su-
prascriptum onesimum. Explicit ar-
gumentū. Incip̄ ep̄la ad philemonē. c. i.

Paulus vinctus cri-
sti ihesu ⁊ thimothe-
us frater: philemo-
ni dilecto adiutori
nr̄o · ⁊ appie sorori
carissime ⁊ archippo
cōmilitoni nr̄o: et ecclesie que i domo
tua est. Gratia vobis et pax a deo pa-
tre nr̄o: et dn̄o ihesu cristo. Gratias a-
go deo meo semp memoriā tui faciēs
in oratonibus meis · audiens carita-
tem tuā ⁊ fidem quā habes in dn̄o ihe-
su ⁊ in omēs sanctos: ut cōmunicatō
fidei tue evidēs fiat ī agnitione omīs
opis boni in cristo ihesu. Gaudiū enī
magnū habui ⁊ cōsolatōnē in caritate
tua: qa viscera sctōꝝ requieverunt per
te frater. Propter quod multā fiduci-
am habens in cristo ihesu imperandi
tibi quod ad rem ptinet: ppter carita-
tem magis obsecro cū sis talis ut pau-
lus senex nūc aūt ⁊ vinct⁹ ihesu cristi:
obsecro te p meo filio quē genui ī vin-
culis onesimo q̄ tibi aliquādo inutilis

fuit:nūc aūt et michi z tibi utilis:quē
remisi tibi. Tu aūt illū ut mea viscera
suscipe. Quē ego volueram mecū detine-
re:ut pro te michi ministraret ī vincu-
lis euangelij. Sine cōsilio aūt tuo ni-
chil volui facere:ut ne velut ex necessi-
tate bonū tuū esset·sed voluntariū. For-
sitan eni ideo discessit ad horā a te·ut in
eternū illū reciperes:iam nō ut servum
sed pro servo carissimū frēm:maxime
michi. Quāto aūt magis tibi:et ī car-
ne et ī dño. Si ergo habes me sociū:
suscipe illū sicut me. Si autē aliqđ no-
cuit tibi aut debet:hoc michi imputa.
Ego paulus scripsi mea manu. Ego
reddam:ut non dicā tibi q z teipm mi-
chi debes. Ita frater ego te fruar in do-
mino:refice viscera mea ī cristo. Con-
fidens in obediētia tua scripsi tibi:sciēs
qm et sup id qđ dico facies. Simul et
para michi hospiciū:nā spero p oratio-
nes vr̄as donari me vobis. Salutat
te epafras concaptivus meꝰ in cristo ihe-
su:marcꝰ aristarchus demas z lucas
adiutores mei. Gratia dñi nr̄i ihesu
cristi cū spiritu vestro amen. Explicit
eplā ad philemonē. Incipit argumē-
tū in eplām ad hebreos.

In primis dicendū est cur aplus pau-
lus ī hac epla scribendo nō servaverit
morem suū:ut vel vocabulū nominis
sui vel ordinis describeret dignitatem.
Hec causa est·q ad eos scribēs q ex cir-
cumcisione crediderant q̄si gentiū apo-
stolus z nō hebreorū:sciens quoqz eorū
superbiam·suāqz humilitatē ipe demō-
strās meritū officij sui noluit āteferre.
Nā simili modo etiā iohānes aplus
propter humilitatē in epla sua nomē
suū eadē ratōne nō ptulit. Hanc ergo
eplam fertur apostolꝰ ad hebreos con-
scriptā hebraica lingua misisse:cuius
sensum z ordinē retinens lucas euan-
gelista post excessum apostoli pauli
greco sermone cōposuit. Explicit argu-
mentū. Incipit epla ad hebreos. ca. pˣi.

Multipharie multisqz
modis olim deus
loquēs patribus in
prophetis:novissi-
me diebꝫ istis locu-
tus ē nobis in filio
quē cōstituit heredem universorū:p quē
fecit et secl'a. Qui cū sit splendor glorie
et figura substātie eius·portansqz oīa
verbo virtutis sue purgationē pecca-
torū faciēs:sedet ad dexterā maiesta-
tis in excelsis tanto melior angelis ef-
fectus:quanto differētius pre illis no-
men hereditavit. Cui eni dixit aliquā-
do angelorū:filius meus es tu ego ho-
die genui te? Et rursum. Ego ero illi ī
patrem:z ipe erit michi in filiū. Et cū
iterum introducit pmogenitū in orbē
terre dicit. Et adorent eum omnes an-
geli dei. Et ad angelos quidem dicit.
Qui facit āgelos suos spiritus:et mi-
nistros suos flammā ignis. Ad filiū
autem. Thronus tuus deꝰ in seculum
seculi:virga equitatis virga regni tui.
Dilexisti iusticiā et odisti iniq̄tatem:
propterea unxit te deus deus tuus o-
leo exultationis pre participibꝫ tuis.
Et tu in principio dñe terrā fundasti:
et opera manuū tuarum sunt celi. Ipi
peribunt tu autē pmanebis:z omnes
ut vestimentū veterascent. Et velut a-
mictum mutabis eos z mutabūtur:
tu autem idem ipse es:z anni tui non
deficient. Ad quē aūt angelorum di-
xit aliquādo sede a dextris meis:quo-
adusqz ponā inimicos tuos scabellū
pedū tuorū? Nonne oēs sūt āministra-
torij spiritꝰ:ī ministeriū missi propter

eos q̄ hereditatē capiunt salutis? c. ii.
Propterea abundantius oportet
obseruare nos ea q̄ audiuimus:
ne forte pefluam⁹. Si eni q̄ p ange-
los dictus ē sermo factus est firmus. et
si om̄is p̄uaricatio et inobediētia ac-
cepit iustā mercedis retributionē: quo-
modo nos effugiem⁹ si tantā neglexeri-
mus salutē? Que cū initiū accepisset
enarrari p dn̄m: ab eis q̄ audierūt in
nos ɔfirmata ē: ɔtestāte deo signis et por-
tentis et uarijs uirtutib3 et spiritus san-
cti distributionib3 scd̄m suā uolūtatē.
Non enim angelis subiecit de⁹ orbē
terre futurū: de quo loquimr̄. Testatus
est aūt in quodā loco q̄s dicēs. Quid
est homo q̄ memor es eius: aut filius
hominis quoniā uisitas eū? Minui-
sti eum paulo minus ab angelis: glā
et honore coronasti eum: et cōstituisti
eū super opera manuū tuaꝝ. Omnia
subiecisti sub pedibus eius. In eo eni
q̄ omnia ei subiecit: nichil dimisit nō
subiectū ei. Nunc aūt necdū uidemus
om̄ia subiecta ei. Eum aūt q̄ modico
q̄ āgeli minoratus ē uidem⁹ ihesum
propter passionē mortis glā et honore
coronatū: ut gratia dei pro omnibus
gustaret mortē. Decebat eni eum pro-
pter quē om̄ia et p quē omnia: q̄ mul-
tos filios in gloriā adduxerat: aucto-
rem salutis eoꝝ per passionē cōsūmari.
Qui enim sāctificat et q̄ sanctificātur:
ex uno omnes. Propter quā causam
non ɔfunditur fratres eos uocare di-
cens. Nūciabo nomē tuū fratrib3 me-
is: in medio ecclesie laudabo te. Et ite-
rum. Ego ero fidens ī eū. Et iterū. Ecce
ego et pueri mei: quos dedit michi de-
us. Quia ergo pueri cōmunicauerūt
carni et sanguini: et ipe similiter parti-
cipauit eisdem: ut p mortem destrueret
eum qui habebat mortis imperiū id ē
dyabolū: et liberaret eos qui timore
mortis p totam uitā obnoxij erāt ser-
uituti. Nusq̄ enim angelos apphendit:
sed semen abrahe apphendit. Unde
debuit p omnia fratrib3 similari: ut
misericors fieret et fidelis pontifex ad
deū: ut repropitiaret delicta pp̄li. In eo
eni in quo passus ē ipe et temptat⁹: po-
tēs ē et eis q̄ temptant̄ auxiliari. c. iii.
Unde fr̄es sācti uocatōnis celestis
participes: ɔsiderate apl̄m et pō-
tificem ɔfessionis nostre ihesum: q̄ fide-
lis ē ei qui fecit illum: sicut et moyses
in omni domo illi⁹. Amplioris eni
glorie iste pre moyse dign⁹ ē habitus:
quāto ampliorē honorē habet dom⁹
qui fabricauit illā. Om̄is namq̄ do-
mus fabricatur ab aliquo. Qui autē
om̄ia creauit deus ē. Et moyses quidē
fidelis erat in tota domo ei⁹ tanq̄ fa-
mulus in testimoniū eoꝝ que dicenda
erant: cristus uero tanq̄ filius ī domo
sua. Que domus sumus nos: si fidu-
ciam et gloriam spei usq̄ ad finem fir-
mā retineam⁹. Quapropter sicut di-
cit spiritus sanctus. hodie si uocē au-
dieritis nolite obdurare corda ur̄a: si-
cut ī exacerbatione scd̄m diem tempta-
tionis in deserto. Ubi temptauerunt
me patres uestri: probauerūt et uiderūt
opera mea quadraginta annis. Pro-
pter qd̄ infensus fui generatōni huic.
et dixi semp errant corde. Ipsi aūt nō
cognouerūt uias meas: quibus iura-
ui in ira mea si introibunt in requiem
meā. Uidete fratres: ne forte sit in ali-
quo ur̄m cor malū incredulitatis dis-
cedendi a deo uiuo. Sed adhortami-
ni uosmetipsos p singlos dies donec
hodie cognominat̄: ut nō obduretur
q̄s ex uobis fallacia pcti. Participes

enim cristi effecti sumus:si tamen inici-
um substātie eiꝰ usq; ad finē firmum
retineamus: dū dicit hodie si vocem
eiꝰ audieritis nolite obdurare corda
vestra queadmodū in illa exacerbatō-
ne. Quidā enī audientes exacerbave-
rūt:sed nō universi q̄ profecti sunt ab
egipto p moysen. Quibꝫ autē infensꝰ
est quadraginta ānis? Nōne illis qui
peccaverunt: quorū cadavera ꝓstrata
sunt in deserto? Quibus aūt iuravit
non introire in requiē ipsius:nisi illis
qui increduli fuerūt? Et videmus qui-
a non potuerunt introire in requiem
ipsius propter incredulitatem. c.iiii.
Timeamus ergo: ne forte relicta
pollicitatione introeūdi ī requiē
eius·existimet aliquis ex nobis deesse.
Etenī et nobis nūciatū est queadmo-
dum et illis: sed non profuit illis ser-
mo auditꝰ nō admixtus fidei ex hijs
que audierūt. Ingredienur enī in re-
quiem q̄ credidimus: queadmodū di-
xit. Sicut iuravi in ira mea:si introi-
bunt in requiē meā. Et quidē operibꝫ
ab institutione mūdi pfectis: dixit enī
quodā loco de die septima sic. Et re-
quievit deus die septima ab omnibus
operibus suis. Et ī isto rursum. Si in-
troibūt in requiē meā. Quoniā ergo
superest introire quosdā in illam: ⁊ hij
quibus prioribus ānūciatum ē nō in-
troierunt propter incredulitatē: iterū
terminat diē quendā hodie in david
dicendo·post tātū tēporis sicut supra
dictū est. hodie si vocē eius audieritis
nolite obdurare corda vrā. Nam si
eis ihesus requiē pstitisset: nūq̄ de a-
lia loqueretur post·hac die. Itaq; relin-
quitur sabbatismus ppło dei. Qui enī
ingressus est in requiem eiꝰ: etiam ipse
requievit ab operibus suis sicut et a
suis deus. Festinemus ergo ingredi in
illā requiem: ut ne in idipm quis inci-
dat incredulitatis exemplū. Vivus ē
enim sermo dei ⁊ efficax ⁊ penetrabili-
or omni gladio ancipiti: ⁊ pertingens
usq; ad divisionē anime ac spiritus·
compagū quoq; ac medullarū: ⁊ dis-
cretor cogitationū ⁊ intentionū cordis.
Et nō est ulla creatura invisibilis in
cōspectu eiꝰ: omnia aūt nuda et aperta
sunt oculis eius: ad quē nobis sermo.
Habentes ergo pōtificem magnū qui
penetravit celos ihesum filiū dei: tene-
amus spei nrē cōfessionem. Non enī
habemus pōtificem q̄ non possit com-
pati infirmitatibus nrīs: temptatum
aūt p omnia pro similitudine absq;
pctō. Adeamꝰ ergo cū fiducia ad thro-
nū gratie eiꝰ: ut misedīā cōsequamur·et
gratiā inveniamꝰ in auxilio oportuno.
Omnis namq; pontifex ex c.v.
hominibꝫ assumptꝰ pro homi-
nibus cōstituitur in hijs que sunt ad
deum: ut offerat dona ⁊ sacrificia pro
peccatis. Qui cōdolere possit hijs qui i-
gnorāt et errāt: qm̄ et ipse circundatus
ē infirmitate: et ꝓpterea debet quemad-
modū ⁊ p ppło·ita etiā et p semetipo
offerre pro peccatis. Nec quisq̄ sumit
sibi honorem: sed q̄ vocat a deo tanq̄
aaron. Sic ⁊ cristus nō semetipm cla-
rificavit ut pōtifex fieret: sed qui locu-
tus ē ad eum. Filius meus es tu: ego
hodie genui te. Queadmodū ⁊ ī alio
loco dicit. Tu es sacerdos in eternum:
scdm ordinē melchisedech. Qui in die-
bus carnis sue pces supplicationesq;
ad eū qui possit illū salvū facere a mor-
te·cū clamore valido ⁊ lacrimis offe-
rens: exauditus est pro sua reverentia.
Et quidem cū esset filius dei didicit ex
hijs q̄ passus ē obedientiā: et cōsūmatꝰ

factus est omnibus obtemperātibȝ sibi
causa salutis eterne: appellatus a deo
pōtifex iuxta ordinē melchisedech. De
quo nobis grandis sermo ⁊ interpre-
tabilis ad dicendū: quoniā imbecilles
facti estis ad audiendū. Etenī cū debe-
retis magistri esse propter tempꝰ: rur-
sum indigetis ut vos doceamini que
sint elemēta exordij sermonū dei: et fa-
cti estis quibȝ lacte opus sit nō solido
cibo. Omnis enī qui lactis ē particeps:
expers ē sermonis iusticie. Paruulus
enim ē. Perfectorū autē ē solidus cibȝ:
eorū q̄ pro ipā cōsuetudine exercitatos
habēt sensꝰ ad discretionē boni ac mali.

Quapropt intermittētes in- c. vi.
choatōnis cristi sermonē ad pfecti-
onem feramur: nō rursū iacientes fun-
damentū penitētie ab operibus mortu-
is et fidei ad deū · baptismatū doctri-
ne · impositionis quoq; manuū · ac re-
surrectionis mortuorū: ⁊ iudicij eterni.
Et hec faciemꝰ: si quidē permiserit deus.
Impossibile enim ē eos qui semel sūt
illuminati · gustauerūt etiā donū ce-
leste · et participes facti sunt spiritꝰ san-
cti: gustauerūt nichilominus bonum
dei verbū · virtutesq; seculi venturi · ⁊ pro-
lapsi sūt: rursus renouari ad penitēti-
am: rursum crucifigētes sibimetipsis
filiū dei: et ostentui habētes. Terra enī
sepe venientem super se bibens ymbrem
et germinās herbā oportunā illis a
quibus colitur accipit benedictionē a de-
o: proferens autē spinas ac tribulos
reproba est et maledicto proxima: cu-
ius cōsummatio in cōbustionē. Con-
fidimus autē de vobis dilectissimi me-
liora et viciniora saluti: tam et si ita
loquimur. Nō enī iniustus deus ut
obliuiscatur operis vestri ⁊ dilectionis quā
ostendistis in noīe ipsiꝰ: q̄ ministrastis
sanctis et ministratis. Cupimus autē
vnūquemq; vestrū eandē ostentare sol-
licitudinem ad expletionē spei vsq; in
finem ut non segnes efficiamini: verū
imitatores eorū qui fide et patientia
hereditabunt promissiones. Abrahe
nanq; promittēs deus · quia neminem
habuit p quē iuraret maiorē: iurauit
per semetipm dicens · nisi benedicēs be-
nedicam tibi et mltiplicans multipli-
cabo te: ⁊ sic lōganimiter ferens ade-
ptus est repromissionē. Homines enī
per maiorē sui iurāt: et oīs cōtrouersie
eorū finis ad cōfirmatōnē · ē iuramētū.
In quo abūdātius volens deꝰ osten-
dere pollicitationis heredibus immo-
bilitatē cōsilij sui · interposuit iusiuran-
dum: ut p duas res immobiles qui-
bus impossibile est mentiri deū · fortis-
simū solatiū habeamꝰ qui cōfugimꝰ
ad tenendā ꝓpositam spem: quā sicut
anchorā habemꝰ anime tutam ac fir-
mam et incedentem vsq; ad interiora
velaminis: ubi precursor p nobis intro-
ijt ihesus secundum ordinem melchi-
sedech · pontifex factꝰ in eternum. c. vii.

Hic enim melchisedech rex salem
sacerdos dei sūmi · qui obuiauit
abrahe regresso a cede regū: et benedi-
xit ei: cui et decimas omnium diuisit
abrahā. primū quidē qui interpretatur
rex iusticie · deinde autē et rex salem quod
est rex pacis: sine patre · sine mre · sine
genealogia · neq; initiū dierū neq; finē
vite habens: assimilatus autē filio dei
manet sacerdos in ꝑpetuū. Intuemini
autē quātus sit hic: cui et decimas dedit
de precipuis abrahā patriarcha. Et
quidē de filijs leui sacerdotiū accipien-
tes · mandatū habēt decimas sumere
a populo secundum legem id ē a fratribus suis:
quanq; et ipsi exierint de lūbis abrahe.

cuius aūt generatio nō annumerat
in eis·decimas sumpsit ab abraham:
et hunc qui habebat repromissiones
benedixit. Sine ulla aūt ɔtradictione:
qđ minus est a meliore benedicit. Et
hic quidē decimas morientes homines
accipiūt: ibi aūt ɔtestatur quia vivit.
Et ut ita dictū sit·p abraham: et levi q
decimas accepit·decimat⁹ est. Adhuc
enī in lumbis patris erat: quādo obvi-
avit ei melchisedech. Si ergo cōsumma-
tio p sacerdotiū leviticū erat·ppłus enī
sub ipo legem accepit: quid adhuc ne-
cessariū fuit scđm ordinē melchisedech
aliū surgere sacerdotē ⁊ nō scđm ordi-
nem aaron dici? Trāslato enī sacerdo-
tio: necesse est ut et legis translatio fiat.
In quo enī hec dicunt de alia tribu ē:
de qua nullus altario p̄sto fuit. Ma-
nifestum ē enī q ex iuda ortus sit deus
noster: in qua tribu nichil de sacerdoti-
bus moyses locut⁹ ē. Et āpli⁹ adhuc
manifestū ē·si secundū similitudinem
melchisedech exsurgat alius sacerdos
qui nō scđm legē mādati carnalis fa-
ctus est: sed scđm virtutē vite insolubi-
lis. Contestat enim: quoniā tu es sa-
cerdos in eternū scđm ordinē melchise-
dech. Reprobatio quidē pcedētis māda-
ti propter infirmitatē eius et inutilita-
tem. Nichil enī ad pfectum adduxit
lex. Introductio vero melioris spei p
quā proximam⁹ ad deū: ⁊ quantū est
nō sine iureiurando. Alii quidē sine
iureiurādo sacerdotes facti sunt: hic
aūt cū iureiurādo p eum qui dixit ad
illū. Iuravit dns et nō penitebit eum:
tu es sacerdos in eternū. In tantū me-
lioris testamēti sponsor factus ē ihesus.
Et alii quidē plures facti sunt sacerdo-
tes idcirco q morte phiberent pmana-
re: hic aūt eo q maneat in eternum
sempiternū habet sacerdotiū. Unde et
salvare in ppetuū potest accedens p se-
metipm ad deū: semp vivens ad inter-
pellandū pro nobis. Talis enī decebat
ut nobis esset pontifex: sanctus·inno-
cens·impollut⁹·segregat⁹ a peccatori-
bus: ⁊ excelsior celis factus. Qui non
habet necessitatē quotidie quemadmo-
dum sacerdotes prius p suis delictis
hostias offerre: deinde pro ppli. Hoc
enī fecit semel se offerendo. Lex enim ho-
mines constituit sacerdotes infirmita-
tem habētes: sermo aūt iurisiurādi q
post legē ē·filiū in eternū pfectū. c. viii.

Capitulū aūt sup ea que dicūtur.
Talem habem⁹ pōtificem: q con-
sedit in dextera sedis magnitudinis
in celis sanctorū minister·⁊ tabernaculi
veri: qđ fixit deus ⁊ nō homo. Omnis
enim pōtifex ad offerendū munera et
hostias ɔstituit. Unde necesse est ⁊ hūc
habere aliqđ qđ offerat. Si ergo esset
sup terram: nec esset sacerdos cū essent
qui offerrent scđm legem munera qui
exemplari ⁊ umbre deserviūt celestiū: si-
cut responsum ē moysi cū cōsummaret
tabernaclm. Vide inquit omnia facito
scđm exemplar: qđ tibi ostensum est
in mōte. Nūc aūt melius sortitus est
ministeriū quāto ⁊ melioris testamē-
ti mediator est: qđ in melioribus repro-
missionibus sancitū est. Nā si illud
prius culpa vacasset: nō utiq; secūdi
locus inquireret. Vituprās enim eos di-
cit. Ecce dies venient dicit dns: ⁊ ɔsum-
mabo super domum israhel et super
domū iuda testamentū novū: non se-
cundū testamentū qđ feci pribus eorū
in die qua apphendi manū eorū ut e-
ducerem illos de terra egipti: qm ipsi
nō permāserūt in testamento meo: et e-
go neglexi eos dicit dns. Quia hoc est

testamentū quod disponā domui isrl
post dies illos dicit dn̄s. dādo leges
meas ī mentē eorꝫ ⁊ ī corde eorꝫ supscri-
bam eas: et ero eis in deū: et ipi erūt mi-
chi in pplm. Et nō docebit unusquisqꝫ
proximū suū et unusquisqꝫ fr̄em suū
dicēs cognosce dn̄m: qm̄ om̄es scient
me a minore usqꝫ ad maiorem: quia
propitius ero iniq̄tatibus eorꝫ ⁊ pecca-
torū eorꝫ iā non memorabor. Dicendo
aūt nouū: veterauit p̄us. Qđ aūt an-
tiquat ⁊ senescit: ppe interitū ē. c. ix.
Habuit quidē ⁊ prius iustificatio-
nes culture: ⁊ sanctū seclare. Ta-
bernaclm eni factum ē primū. in quo
erant candelabra ⁊ mensa et ppositio
panū quod dicit̄ sancta: post velamē-
tum aūt. scdm tabernaclm qđ dicitur
sancta sanctorꝫ aureū habēs thuribl̄m
et archam testamēti circūtectā ex omni
parte auro: in qua urna aurea habēs
manna. et virga aaron que frondue-
rat. et tabule testamenti: supqꝫ eā che-
rubin glīe obumbrātia ppitiatoriū: de
quibus non ē modo dicendū p singla.
Hijs vero ita cōpositis. in p̄ori quidē
tabernaclo semp introibāt sacerdotes
sacrificiorꝫ officia ꝯsummātes: ī scđo
aūt semel ī āno solus pōtifex non sine
sāguine quē offerret p sua ⁊ ppli igno-
rancia: hoc significāte spiritu sancto.
nōdū ppalatā esse sāctorū viā adhuc
priore tabernaclo habēte statū. Que
parabola ē tēporis instātis: iuxta quā
munera ⁊ hostie offerūtur q̄ nō pūt
iuxta cōsciētiā pfectū facere servientē:
solūmodo in cibis et ī potibꝫ ⁊ in vari-
js baptismatibꝫ ⁊ iusticijs carnis: us-
qꝫ ad tempus correctionis impositis.
Cristus aūt assistens pōtifex futurorꝫ
bonorꝫ p amplius ⁊ pfectius taberna-
culū nō manufactū id est non huius
creationis: neqꝫ per sanguinē hircorū
aut vitulorū sed p pprīū sanguinē in-
troiuit semel ī sancta: eterna redēptōne
inuēta. Si eni sanguis hircorꝫ ⁊ thau-
rorum ⁊ cinis vitule aspersus inq̄na-
tos sāctificat ad emūdationē carnis:
quātomagis sanguis cristi q̄ per spiri-
tum sanctū semetipm obtulit imma-
culatū deo emūdauit cōsciētiā nr̄am
ab opribus mortuis ad seruiendū de-
o viuenti. Et ideo noui testamenti me-
diator est: ut morte intercedēte ī redem-
ptionem earꝫ p̄uaricationū. que erāt
sub priori testamento: repromissionē
accipiāt q̄ vocati sunt eterne heredita-
tis. Ubi eni testamentū est mors necesse
est intercedat testatoris. Testamentū
eni ī mortuis ꝯfirmatū est. Alioquin
nōdum valet: dū viuit q̄ testatus est.
Unde nec primū quidē sine sanguine
dedicatū est. Lecto enim omī mādato
legis a moyse uniūso pplo: accipiens
sanguinē vitulorꝫ ⁊ hircorꝫ cū aqua ⁊
lana coccinea et ysopo: ipm quoqꝫ li-
brū et om̄em pplm aspsit dicēs. Hic
sanguis testamenti: qđ mandauit ad
vos deus. Etiā tabernaclm ⁊ omnia
vasa ministerij sāguine similiter asp-
sit. Et om̄ia pene in sanguine scdm le-
inventus ē aperire librū: nec videre eum.
Et unus de senioribȝ dixit michi. Ne
fleveris. Ecce vicit leo de tribu iuda ra-
dix david aperire librū: ⁊ solvere septē
signacula eius. Et vidi: et ecce ī medio
throni ⁊ quatuor animaliū ⁊ ī medio
seniorum agnum stantem tanq̄ occi-
sum habentem cornua septem ⁊ oculos
septem: q̄ sūt septē spirit⁹ dei missi in o-
mnem terrā. Et venit: ⁊ accepit de dexte-
ra sedentis ī throno librū. Et cū aperu-
isset librū: quatuor animalia ⁊ vigin-
tiq̄tuor seniores ceciderunt corā agno
habentes singuli cytharas ⁊ fialas au-
reas plenas odoramētoꝝ: q̄ sunt ora-
tiones sāctorū: ⁊ cantabāt canticū no-
vum dicentes. Dignus es dn̄e accipe-
re librum ⁊ aperire signacula eius: qm̄
occisus es ⁊ redemisti nos deo ī sangui-
ne tuo ex omni tribu ⁊ lingua et ꝑplo
et natione: ⁊ fecisti nos deo nostro re-
gnum ⁊ sacerdotes ⁊ regnabim⁹ super
terrā. Et vidi: ⁊ audivi vocē angeloꝝ
multoꝝ in circuitu throni ⁊ animaliū
et senioꝝ: ⁊ erat numer⁹ eorū milia mi-
lium dicentiū voce magna. Dignus
est agnus q̄ occisus ē accipere virtutē
et divinitatem ⁊ sapientiā: ⁊ fortitudi-
nem et honorem ⁊ gloriā ⁊ benedictio-
nem. Et omnē creaturā que in celo est
et sup terrā et sub terra: ⁊ q̄ sunt ī mari
et q̄ in eo: omēs audivi dicentes sedē-
ti in throno et agno. Benedictio et ho-
nor et gloria et potestas in secula secu-
lorū. Et quatuor animalia dicebant
amen. Et vigintiquatuor seniores ce-
ciderunt in facies suas: et adoraverūt
viventem in secula seculorum. c. vi.

Et vidi q̄ aperuisset agnus unū
de septem sigillis: et audivi u-
num de quatuor animalibus dicentē
tanq̄ vocem tonitrui. Veni et vide.

Et vidi: et ecce equus albus. et qui
sedebat sup illū habebat arcū: ⁊ data
est ei corona: ⁊ exivit vincēs ut vince-
ret. Et cū aperuisset sigillū scdm: audi-
vi scdm animal dicens. Veni et vide.
Et exivit alius equus rufus: ⁊ q̄ sede-
bat sup illū datū est ei ut sumeret pacē
de terra: ⁊ ut invicem se interficiant: et
datus est ei gladius magnus. Et cū a-
peruisset sigillū tercium: audivi terciū
animal dicens. Veni ⁊ vide. Et ecce e-
quus niger: ⁊ q̄ sedebat sup illū habe-
bat stateram in manu sua. Et audivi
tanq̄ vocem ī medio quatuor anima-
lium dicentiū. Bilibris tritici denario
uno: ⁊ tres bilibres ordei denario uno:
et vinū ⁊ oleum ne leseris. Et cū aperu-
isset sigillū quartū audivi vocē quar-
ti animalis dicentis. Veni ⁊ vide. Et
ecce equus pallidus: ⁊ q̄ sedebat sup eū
nomen illi mors: ⁊ infernus sequebat̄
eum. Et data ē illi potestas sup quatu-
or partes terre: interficere gladio fame
et morte et bestijs terre. Et cū aperuisset
sigillū quītū: vidi subtus altare ani-
mas interfectoꝝ ꝑpter verbū dei: ⁊ pro-
pter testimoniū q̄d habebāt. Et clama-
bant voce magna dicētes. Usquequo
dn̄e sanctꝰ et verus non iudicas ⁊ nō
vindicas sāguinē nr̄m de hijs q̄ habi-
tant ī terra? Et date sunt illis singule
stole albe: ⁊ dictū est illis ut requiesce-
rent adhuc tēpus modicū: donec com-
pleant̄ conservi eoꝝ: ⁊ fratres eorū qui
interficiendi sunt sicut ⁊ illi. Et vidi cū
aperuisset sigillū sextū: ⁊ ecce terre motꝰ
magnus factꝰ est. Et sol factus est ni-
ger tanq̄ saccus cilicinꝰ: ⁊ luna tota
facta est sicut sanguis: ⁊ stelle de celo
ceciderūt super terram sicut ficus emittit
grossos suos cū a vento magno mo-
vet̄. Et celū recessit sicut liber involutꝰ:
et omīs mons ⁊ insule de locis suis
mote sunt. Et reges terre ⁊ principes
et tribuni et divites ⁊ fortes et omnis
servus et liber abscōderūt se ī speluncis
et in petris montiū: ⁊ dicunt montibꝫ
et petris cadite sup nos. ⁊ abscondite
nos a facie sedentis sup thronū et ab
ira agni: q̄m venit dies magnus ire
ipsorum. Et quis poterit stare? c. vii.

Post hec vidi q̄tuor angelos stan-
tes sup quatuor angulos terre:
tenētes quatuor ventos terre ne flarēt
sup terram: neq; sup mare neq; ī ullā
arborem. Et vidi alterū angelū ascen-
dentem ab ortu solis habentē signum
dei vivi: ⁊ clamavit voce magna q̄tu-
or angelis quibus datū est nocere ter-
re ⁊ mari dicens. Nolite nocere terre ⁊
mari neq; arboribus: quoadusq; si-
gnemus servos dei nr̄i in frontibus eo-
rum. Et audivi numerū signatorū:
centūquadragintaq̄tuor milia signa-
ti ex omni tribu filioꝝ isrl̄. Ex tribu iu-
da: duodecim milia signati. Ex tribu
ruben: duodecim milia signati. Ex tri-
bu gad: duodecim milia signati. Ex
tribu aser: duodecim milia signati. Ex
tribu neptalim: duodecī milia signa-
ti. Ex tribu manasse: duodecim milia
signati. Ex tribu symeon: duodecī mi-
lia signati. Ex tribu levi: duodecī mili-
a signati. Ex tribu ysachar: duodecim
milia signati. Ex tribu zabulon: duo-
decim milia signati. Ex tribu ioseph:
duodecim milia signati. Ex tribu ben-
iamin: duodecī milia signati. Post
hec vidi turbā magnā quā dinumera-
re nemo poterat ex omnibus gētibus
et tribubus ⁊ p̄plis ⁊ linguis: stantes
ante thronū ⁊ in cōspectu agni amicti
stolis albis: ⁊ palme ī manibus eorū.
Et clamabant voce magna dicentes.

Salus deo nr̃o: qui sedet sup thronū
et agno. Et om̄es angeli stabant ī cir-
cuitu throni ⁊ seniorū ⁊ q̈tuor aīaliū:
et ceciderūt ī conspectu throni in facies
suas: et adorauerūt deū dicentes amē.
Benedictio ⁊ claritas ⁊ sapiētia ⁊ gra-
tiarū actio: honor ⁊ virtus ⁊ fortitudo
deo nr̃o ī secula seculorū amen. Et re-
spondit un⁹ de senioribꝫ: ⁊ dixit michi.
Hij qui amicti sūt stolis albis q̄ sunt
et unde venerunt? Et dixi illi. Dn̄e mi
tu scis. Et dixit michi. Hij sunt q̄ vene-
runt de tribulacōne magna: ⁊ lauerūt
stolas suas: ⁊ dealbauerūt eas ī sāgui-
ne agni. Ideo sūt āte thronū dei: ⁊ serui-
ent ei die ac nocte in tēplo eius: et qui
sedet in throno habitabit super illos.
Nō esurient neq; sitiēt amplius: neq;
cadet super illos sol neq; ullus estus:
qm̄ agnus q̄ in medio throni ē reget
illos: ⁊ deducet illos ad vite fontes a-
quarum; et absterget deus omnem
lacrimam ab oculis eorum. c. viii.

Et cū aperuisset sigillū septimū: fa-
ctum ē silentiū in celo quasi me-
dia hora. Et vidi septē angelos stātes
in cōspectu dei: ⁊ date sunt illis septem
tube. Et alius angel⁹ venit ⁊ stetit āte
altare habens thuribulū aureū: et da-
ta sunt illi incensa multa: ut daret de o-
rationibꝫ sāctorum om̄i supra altare
aureū qđ ē āte thronū dei. Et ascendit
fumus incensoꝝ de oracōnibꝫ sancto-
rum de manu angeli: corā deo. Et ac-
cepit angel⁹ thuribulū aureū ⁊ imple-
uit illud de igne altaris ⁊ misit in ter-
ram: ⁊ facta sūt tonitrua ⁊ voces ⁊ ful-
gura et terre motus magnus: ⁊ septē
angeli q̄ habebāt septem tubas p̄para-
uerunt se ut tuba canerēt. Et primus
angelus tuba cecinit. Et facta ē grādo
et ignis mixta ī sanguine: ⁊ missū est
in terrā. Et tercia pars terre combusta
est: ⁊ tercia pars arborū cōcremata est:
et om̄e fenū viride combustū est. Et se-
cundus angelus tuba cecinit: et tanq̄
mons magn⁹ igne ardēs missus est
in mare. Et facta ē tercia pars maris
sanguis: ⁊ mortua ē tercia pars creatu-
re eorū que habebāt animas ī mari: ⁊
tercia pars nauiū interijt. Et tercius
angel⁹ tuba cecinit: ⁊ cecidit de celo stel-
la magna ardēs tanq̄ facula. Et ceci-
dit ī terciā partem fluminū ⁊ in fōtes
aquaꝝ: et nomen stelle dicit̄ absinthi-
um. Et facta ē tercia pars aquaꝝ ī ab-
sinthiū: ⁊ multi hominū mortui sūt de
aquis: q̄a amare facte sūt. Et quart⁹
angelus tuba cecinit: ⁊ percussa ē tercia pars
solis et tercia pars lune ⁊ tercia pars
stellarū: ita ut obscuraret̄ tercia pars
eorum: ⁊ diei nō luceret pars tercia: et
noctis similit̄. Et vidi: ⁊ audiui vocem
vni⁹ aquile volantis p̄ mediū celi: di-
cētis voce magna. Ve ve ve habitan-
tibus ī tra: de ceteris vocibꝫ triū āgelo-
rum qui erant tuba canituri. c. ix.

Et quint⁹ angelus tuba cecinit: ⁊
vidi stellam de celo cecidisse in
terram: ⁊ data est ei clauis putei abissi.
Et aperuit puteum abissi: ⁊ ascendit
fumus putei sicut fum⁹ fornacis ma-
gne: ⁊ obscurat⁹ est sol ⁊ aer de fumo
putei. Et de fumo putei exierūt locuste
in terrā: ⁊ data est illis potestas sicut
habent potestatem scorpiones terre. Et
p̄ceptū est illis ne lederent fenum terre
neq; om̄e viride neq; omnem arborē:
nisi tantū homines q̄ nō habent signū
dei in frōtibꝫ suis. Et datū est [illegible] ne oc-
ciderent eos: sed ut cruciarent̄ mensibꝫ
quinq;. Et cruciat⁹ eorum ut cruciat⁹
scorpij: cū percutit hominem. Et in die-
bus illis querent homines mortē ⁊ nō

inuenient eam: et desiderabūt mori: et
fugiet mors ab eis. Et similitudines
locustarum similes equis paratis ad preli-
um: et sup capita earum tanq̄ corone si-
miles auro: et facies earum tanq̄ facies
hominū. Et habebāt capillos sicut ca-
pillos mulierū: et dentes earum sicut dentes
leonū erāt. Et habebāt loricas sicut lo-
ricas ferreas: et vox alarum earū sicut
vox curruū equorum multorum currētiū i bel-
lū. Et habebāt caudas similes scorpio-
nū: et aculei erāt in caudis earum: et pote-
stas earum nocere hominibus mēsibus quin-
q̄. Et habebāt sup se regem angelum
abissi cui nomen hebraice labaddon.
Ve unum abijt: et ecce veniūt adhuc
duo ve post hec. Et sextus angelus tu-
ba cecinit: et audiui vocē unā ex quatu-
or cornibus altaris aurei quod est
ante oculos dei: dicētem sexto angelo q̄
habebat tubā. Solue quatuor ange-
los q̄ alligati sūt in flumine magno
eufraten. Et soluti sunt quatuor āgeli
qui parati erāt in horā et diem et men-
sem et annū: ut occiderent terciā partē
hominū. Et numer9 equestris exercit9
vicies milies dena milia. Audiui nu-
merum eorum: et ita vidi equos i visione.
Et qui sedebāt super eos habētes lori-
cas igneas et iacinctinas et sulphure-
as: et capita equorum erant tanq̄ capita
leonū: et de ore eorum procedit ignis et fu-
mus et sulphur. Et ab hiis tribus pla-
gis occisa est tercia pars hominū: de
igne et de fumo et sulphure q̄ procede-
bāt ex ore ipsorū. Potestas enī equorum
in ore eorum ē: et in caudis eorum. Nā cau-
de eorum similes serpētibus habentes ca-
pita: et in hiis nocent. Et ceteri hoīes
qui nō sunt occisi i hiis plagis: neq̄
penitentiā egerūt de operibus manuū
suarum ut non adorarent demonia
et simulacra aurea et argentea et erea
et lapidea et lignea q̄ neq̄ videre pos-
sunt neq̄ audire neq̄ ambulare: et nō
egerūt penitentiā ab homicidijs suis
neq̄ a veneficijs suis neq̄ a fornica-
tione sua: neq̄ a furtis suis. c. x.

Et vidi aliū angelū fortem descē-
dētem de celo amictum nube: et
yris in capite ei9. Et facies ei9 erat ut
sol: et pedes ei9 tanq̄ colūna ignis. Et
habebat i manu sua libellū apertū: et po-
suit pedem suū dexterū supra mare: sini-
strum aūt sup terram: et clamauit vo-
ce magna queadmodū cū leo rugit.
Et cū clamasset: locuta sūt septem to-
nitrua voces suas. Et cū locuta fuissēt
septem tonitrua voces suas: ego scri-
pturus eram. Et audiui vocē de celo
dicētē michi. Signa q̄ locuta sūt septē
tonitrua: et noli ea scribere. Et angel9
quē vidi stantem supra mare et supra
terrā leuauit manū suam ad celū et iu-
rauit p viuētem i secula seculorum q̄ crea-
uit celum et ea q̄ in eo sunt et terram et
ea q̄ in ea sunt et mare et ea que in eo
sunt: q̄a temp9 nō erit ampli9: sed i di-
ebus vocis septimi angeli cum ceperit
tuba canere: cōsūmabitur misteriū dei si-
cut euangelizauit p seruos suos pro-
phetas. Et audiui vocē de celo iterū
loquētem mecū et dicentem. Vade: et
accipe librum apertū de manu angeli
stantis supra mare et super terram. Et
abij ad āgelum dicens ei ut daret mi-
chi librum: et dixit michi. Accipe librū
et deuora illum: et faciet amaricari
vētrē tuū: sed i ore tuo erit dulce tanq̄
mel. Et accepi librum de manu āgeli
et deuoraui illū: et erat in ore meo tanq̄
mel dulce. Et cū deuorassem eū: amari-
catus ē venter me9. Et dixit michi. Oportet
te iterū prophetare gentibus et populis

et linguis et regibus multis. c. xi.
Et datꝰ ē michi calamus similis
virge: dicēs est michi. Surge:
et metire templū dei et altare: et adorā-
tes in eo. Atriū vero qḋ est foris tēplū
eice foras: et ne metiaris illud: qm̄ da-
tum ē gentibꝫ. Et ciuitatē sanctā calca-
būt mensibus quadraginta duobꝫ. Et
dabo duobus testibus meis: et ꝓphe-
tabunt diebꝫ mille ducentis sexaginta
amicti saccis. Hij sūt due oliue ⁊ duo
candelabra ī cōspectu dn̄i terre stantes.
Et si quis voluerit eos nocere: ignis
exiet de ore eoꝝ et deuorabit inimicos
eorū: ⁊ si quis voluerit eos ledere: sic o-
portet eū occidi. Hij habent potestatem
claudēdi celū ne pluat diebꝫ ꝓphetie il-
lorū: ⁊ potestatē habent sup aquas cō-
uertendi eas ī sanguinē: ⁊ ꝑcutere ter-
ram om̄i plaga quotienscūqꝫ volue-
rint. Et cū finierint testimoniū suū be-
stia q̄ ascendit de abisso faciet adūsꝰ
eos bellum: ⁊ vincet illos: ⁊ occidet eos.
Et corpora eoꝝ iacebūt ī plateis ciuita-
tis magne q̄ vocatur spiritualiter so-
doma et egiptus: ubi et dn̄s eorū cru-
cifixus ē. Et videbūt de tribubꝫ de po-
pulis et linguis ⁊ gentibus corpora e-
orum ꝑ tres dies ⁊ dimidiū: ⁊ corpora
eoꝝ nō sinent poni ī monumētis. Et
inhabitantes terrā gaudebūt sup illos
et iocundabunt: ⁊ munera mittent in-
uicem: qm̄ hij duo prophete cruciaue-
runt eos q̄ inhabitabāt sup terrā. Et
post dies tres et dimidiū spiritus vite
a deo intrauit in eos. Et steterūt super
pedes suos: ⁊ timor magnꝰ cecidit sup
eos q̄ viderūt eos. Et audierūt vocem
magnā de celo dicentē eis. Ascendite
huc. Et ascenderunt in celū in nube: et
viderūt illos inimici eoꝝ. Et ī illa hora
factꝰ ē terre motus magnꝰ: ⁊ decima
pars ciuitatis cecidit. Et occisi sunt in
terre motu noīa hominū septē milia:
et reliqui in timorē sūt missi: ⁊ dederūt
gloriā deo celi. Ve secūdū abijt: ⁊ ecce
ve terciū veniet cito. Et septimꝰ angelꝰ
tuba cecinit: ⁊ facte sūt voces magne
in celo dicētes. Factū est regnū huius
mūdi dn̄i nr̄i ⁊ xp̄i eius: ⁊ regnabūt
in secula seculoꝝ amen. Et viginti qua-
tuor seniores q̄ in conspectu dei sedent
in sedibꝫ suis ceciderūt ī facies suas: et
adorauerūt deū dicentes. Gratias agi-
mus tibi dn̄e deꝰ noster omīpotens:
qui es ⁊ q̄ eras: ⁊ qui venturus es: quia
accepisti virtutē tuā magnā et regna-
sti. Et irate sūt gentes; ⁊ aduenit ira
tua et tempꝰ mortuoꝝ iudicari et red-
dere mercedem seruis tuis prophetis
et sanctis: et timentibus nomen tu-
um pusillis ⁊ magnis: et exterminan-
di eos qui corruperunt terram. c. xii.
Et apertū ē templū dei ī celo: ⁊ visa
est archa testamēti eiꝰ in templo
eius. Et facta sunt fulgura et voces: ⁊
terre motꝰ ⁊ grādo magna. Et signū
magnū apparuit in celo. Mulier amic-
ta sole: et luna sub pedibus eiꝰ: ⁊ in ca-
pite eius corona stellaꝝ duodecī. Et in
utero habens ⁊ clamabat parturiens:
et cruciat' ut pariat. Et visum ē aliud
signū in celo. Et ecce draco magnus
rufus habens capita septē ⁊ cornua de-
cem: ⁊ in capitibꝫ eiꝰ septem dyadema-
ta: et cauda eiꝰ trahebat terciā partem
stellaꝝ celi et misit eas in terrā. Et dra-
co stetit āte mulierē que erat paritura:
ut cū peperisset filiū eius deuoraret. Et
peperit filiū masculū: q̄ recturus erat
omnes gentes in virga ferrea. Et ra-
ptus est filius eiꝰ ad deū ⁊ ad thronū
eius: ⁊ mulier fugit in solitudinē ubi
habebat locū paratū a deo: ut ibi pascāt

eam diebꝫ mille ducētisſexaginta. Et
factum ē preliū magnū in celo. Micha-
hel et angeli eius pliabant̄ cū draco-
ne; et draco pugnabat et angeli eiꝰ et
non valuerūt: neqꝫ locus inuentus ē
amplius eoꝝ in celo. Et proiectus est
draco ille magnus-serpēs antiquus-
qui vocabat̄ dyabolus et sathanas-
qui seducit vniūsum orbem:ꝛ piectus
est in terrā:et angeli eiꝰ cum illo missi
sunt. Et audiui vocē magnā ī celo di-
centē. Nūc facta est salus et virtus et
regnū dei nr̄i et potestas cristi eiꝰ: qꝛ
proiectus est accusator fratrū nr̄orū:
qui accusabat illos āte cōspectum dei
nostri die ac nocte. Et ipi vicerunt eū
propter sanguinē agni et ꝓpter verbū
testimonij sui:ꝛ nō dilexerūt animas
suas usqꝫ ad mortē. Propterea leta-
mini celi:ꝛ q̄ habitatis ī eis. Ve terre
et mari: quia descendit dyabolus ad
vos habens irā magnā:sciens ꝙ mo-
dicū tēpus habet. Et postq̄ꝫ vidit dra-
co ꝙ proiectus esset in terrā: ꝑsecutus
est mulierē que ꝑperit masculū. Et da-
te sūt mulieri ale due aquile magne:
ut volaret in desertū ī locū suū: ubi a-
litur ꝑ tempus ꝛ tēpora et dimidium
temporis a facie serpētis. Et misit ser-
pēs ex ore suo post mulierē aquā tāq̄ꝫ
flumen: ut eā faceret trahi a flumine.
Et adiuuit terra mulierē:ꝛ aperuit ter-
ra os suū et absorbuit flumen. quod
misit draco de ore suo. Et iratꝰ ē dra-
co ī mulierē:ꝛ abijt facere preliū cū re-
liquis de semine eiꝰ q̄ custodiūt man-
data dei:ꝛ habēt testimoniū ihu cristi.
Et stetit sup arenam maris. c.xiii.
Et vidi de mari bestiā ascendentē
habentem capita septē:ꝛ cornua
decem:ꝛ sup cornua eiꝰ decē diadema-
ta:ꝛ sup capita eiꝰ nōia blasphemie.
Et bestia quā vidi similis erat pardo:
et pedes eius sicut pedes ursi:ꝛ os eiꝰ
sicut os leonis. Et dedit illi draco vir-
tutem suā et potestatē magnā. Et vi-
di unū de capitibꝫ suis quasi occisum
in mortem:ꝛ plaga mortis eiꝰ curata
est. Et āmirata est vniūsa terra post
bestiā. Et adorauerūt draconē qui de-
dit potestatem bestie:ꝛ adorauerūt be-
stiam dicentes. Quis similis bestie:et
quis poterit pugnare cū ea? Et datū
est ei os loquēs magna et blasphemi-
as:ꝛ data ē ei potestas facere menses
quadragītaduos. Et aperuit os suū
in blasphemias ad deū·blasphema-
re nomen eiꝰ ꝛ tabernaculū eiꝰ:ꝛ eos q̄
in celo habitant. Et datū est illi bellū
facere cū sanctis:ꝛ vincere eos. Et data
est illi potestas in omnē tribū et ꝑplm
et linguā et gentem:ꝛ adorabūt eam
omēs qui inhabitāt terrā: quoꝝ nō
sunt scripta nōia in libro vite agni q̄
occisus est ab origine mūdi. Si quis
habet aurē audiat. Qui ī captiuitatē
duxerit ī captiuitatē vadet: q̄ ī gladio
occiderit: oportet eū gladio occidi. Hic
est patiētia:ꝛ fides sanctoꝝ. Et vidi ali-
am bestiā ascendētem de terra:ꝛ habe-
bat cornua duo similia agni:ꝛ loque-
bat̄ sicut draco. Et potestatē prioris
bestie omnem faciebat in ɔspectu eiꝰ: et
fecit terrā et habitantes in ea adorare
bestiam primam: cuiꝰ curata ē plaga
mortis. Et fecit signa magna: ut etiā
ignem faceret de celo descendere in trā
in ɔspectu hoīum. Et seducit habitan-
tes in terra propter signa q̄ data sunt
illi facere in ɔspectu bestie: dicens habi-
tantibꝫ in terra: ut faciant ymaginem
bestie que habet plagā gladij ꝛ vixit.
Et datum ē illi ut daret spiritum yma-
gini bestie:ꝛ ut loquat̄ ymago bestie:

et faciet ut quicūq; nō adorauerint y-
maginem bestie occidantur. Et faciet
omēs pusillos et magnos et diuites
et pauperes ⁊ liberos et seruos habere
caracterē in manu dextera aut in frō-
tibus suis: et ne quis possit emere aut
qui vendere nisi habeat caracterem aut nomē
bestie: ~~aut nomen~~ aut numerū nomi-
nis eius. Hic sapiētia ē. Qui habet in-
tellectum: computet numerum bestie.
Numerus enim hominis est: et nu-
merus eiꝰ sexcentisexagintasex. c. xiiii.
Et vidi: et ecce agnꝰ stabat supra
montē syon. ⁊ cum eo centūqua-
draginta quattuor milia habentes nomē
eius et nomen pr̄is eius scriptū ī fron-
tib3 suis. Et audiui vocē de celo tanq̄
vocē aquarū multarū: ⁊ tanq̄ vocem
tonitrui magni; ⁊ vocē quā audiui si-
cut cytharedorū cytharizanciū ī cytha-
ris suis. Et cantabāt quasi canticum
nouū ante sedem ⁊ ante quatuor ani-
malia ⁊ seniores: ⁊ nemo poterat dice-
re cāticū nisi illa centūquadraginta-
quatuor milia q̄ empti sūt de terra. Hij
sunt qui cū mulieribus nō sunt coin-
quinati: virgines enī sunt. Hij sequūt
agnū quocunq; ierit. Hij empti sunt
ex omnibus p̄mitie deo et agno: ⁊ in o-
re eorū non ē inuentū mendaciū. Si-
ne macula enī sunt āte thronū dei. Et
vidi alterū angelū volātem p̄ mediū
celum: habentem euangeliū eternū: ut
euāgelizaret sedentibus sup̄ terrā ⁊ sup̄
omnē gētem ⁊ tribū et linguā ⁊ p̄plm:
dicens magna voce. Timete dn̄m ⁊ da-
te illi honorē: quia venit hora iudicij
eius: ⁊ adorate eū qui fecit celum ⁊ ter-
ram mare ⁊ fontes aquaꝝ. Et aliꝰ an-
gelus secutus ē dicens. Cecidit cecidit
babilon illa magna: q̄ a vino ire for-
nicationis sue potauit omēs gentes.

Et terciꝰ angelus secutꝰ est illos dicēs
voce magna. Si quis adorauerit be-
stiam et ymaginē eiꝰ ⁊ acceperit cara-
cterem ī frōte sua aut ī manu sua: hic
bibet de vino ire dei qd̄ mixtū ē mero
in calice ire ip̄ius: Et cruciabit̄ igne ⁊
sulphure ī conspectu āgeloꝝ sanctoꝝ:
et āte ꝯspectū agni. Et fumus tormen-
torum eorū ascendet ī secula seculorū.
Nec habēt requiem die ac nocte q̄ ado-
rauerūt bestiam et ymaginē eius: et si
quis acceperit caracterē nominis eius.
Hic paciētia sanctorū ē: qui custodiūt
mandata dei et fidem ih̄esu. Et audiui
vocem de celo dicentē michi. Scribe.
Beati mortui: qui in dn̄o moriuntur.
Amodo iā dicit spiritꝰ: ut requiescāt
a laboribus suis. Opera enī illoꝝ secū-
tur illos. Et vidi: et ecce nubem candi-
dam: ⁊ supra nubē sedētem similē fili-
o hominis habentem in capite suo co-
ronam aureā: ⁊ in manu sua falcem
acutā. Et alius āgelus exiuit de t̄plo:
clamans voce magna ad sedētem su-
per nubem. Mitte falcē tuam et mete:
quia venit hora ut metaꝛ: quoniam
aruit messis terre. Et misit qui sedebat
sup̄ nubem falcē suam in terrā: et mes-
sa ē terra. Et alius āgelus exiuit de
templo qd̄ est in celo: habens ⁊ ip̄e fal-
cem acutam. Et alius angelus exiuit
de altari q̄ habebat potestatem supra
ignem et aquam: ⁊ clamauit voce
magna ad eum q̄ habebat falcem acu-
tam dicens. Mitte falcem tuā acutā
et vindemia botros vinee terre: quoni-
am mature sunt vue eiꝰ. Et misit an-
gelus falcem suā acutam in terram: ⁊
vindemiauit vineā t̄re: et misit in lacū
ire dei magnū. Et calcatꝰ est lacꝰ extra
ciuitatē: ⁊ exiuit sāguis de lacu usq; ad
frenos equoꝝ per stadia millesexcenta.

Et vidi aliud signum in c.xv.
celo magnū et mirabile. ange-
los septē habentes plagas septem no-
uissimas: quoniā in illis consūmata
est ira dei. Et vidi tanq̄ mare vitreū
mixtum igne et eos qui vicerunt besti-
am et ymaginē eius ⁊ numerū nomi-
nis eius stantes supra mare vitreum:
habētes cytharas dei et cantātes canti-
cum moysi servi dei: ⁊ cāticum agni di-
centes. Magna et mirabilia sūt opera
tua dn̄e deus om̄ipotens: iuste ⁊ vere
sunt vie tue domine rex seculoꝝ. Quis
nō timebit te domine: ⁊ magnificabit
nomen tuū? Quia solus pius es: qm̄
omnes gentes venient ⁊ adorabunt
in conspectu tuo: quoniā iudicia tua
manifesta sunt. Et post hec vidi: et ec-
ce apertū est templū tabernaculi testimo-
nij in celo. Et exierunt septē angeli ha-
bentes septē plagas de templo. vestiti
lapide mundo et candido: ⁊ precincti
circa pectora zonis aureis. Et unum
de quatuor animalibꝫ dedit septē an-
gelis septem fialas aureas: plenas i-
racundie dei viuētis in secula seculorū.
Et impletū ē tēplū dei fumo a maiesta-
te dei ⁊ de virtute eiꝰ: ⁊ nemo poterat in-
troire i tēplū: donec cōsūmarent̄ septem
plage septem angelorum. c.xvi.
Et audivi vocem magnā de tem-
plo dicentem septem āgelis. Ite:
et effundite septem fialas ire dei in ter-
ram. Et abijt primus āgelus ⁊ effudit
fialam suā in terrā: ⁊ factū est vulnus
seuum ⁊ pessimū in homines q̄ habebāt
caracterem bestie: ⁊ in eos q̄ adorave-
runt bestiā ⁊ ymaginē eiꝰ. Et secūdus
angelus effudit fialam suā in mare:
et factus ē sanguis tanq̄ mortui: et o-
mnis anima vivens mortua ē in ma-
ri. Et tercius effudit fialā suam super
flumina ⁊ super fontes aquarū: ⁊ factꝰ
est sanguis. Et audivi angelū aqua-
rum dicentem. Iustus es domine q̄ es
et qui eras sanctus qui hec iudicasti:
quia sanguinē sanctorū ⁊ prophetarū
effuderūt: et sanguinē eis dedisti bibere.
Digni enim sunt. Et audivi alterū di-
centem. Etiam dn̄e deus om̄ipotens:
vera et iusta iudicia tua. Et quartus
āgelus effudit fialam suā in solem: et
datum est illi estu affligere homines ⁊
igni. Et estuaverunt homines estu ma-
gno: ⁊ blasphemaverunt nomē dei ha-
bentis potestatem super has plagas:
neq; egerūt penitentiā ut darent illi glo-
riam. Et quintus angelus effudit fia-
lam suā sup sedem bestie: et factum est
regnū eiꝰ tenebrosū. Et cōmāducave-
rūt linguas suas p̄ dolore: ⁊ blasphe-
maverunt deū celi p̄ doloribꝫ ⁊ vulne-
ribus suis: ⁊ non egerūt penitentiam
ex operibꝫ suis. Et sextus angelus effu-
dit fialam suā i flumen illud magnū
eufraten: ⁊ siccavit aquam eiꝰ ut pa-
raretur via regibus ab ortu solis. Et
vidi de ore draconis ⁊ de ore bestie ⁊
de ore pseudo ꝓphete exire spiritꝰ tres
immundos i modum ranarū. Sunt
enī spiritus demonioꝝ facientes signa:
et procedūt ad reges totius terre cōgre-
gare illos in prelium ad diē magnū
om̄ipotentis dei. Ecce venio sicut fur.
Beatꝰ q̄ vigilat et custodit vestimēta
sua ne nudus ambulet: ⁊ videāt turpi-
tudinem eiꝰ. Et cōgregabit illos in lo-
cum q̄ vocatur hebraice armageddon.
Et septimus angelꝰ effudit fialā suā
in aerem: ⁊ exivit vox magna de tem-
plo a throno dicens. Factū est. Et fa-
cta sunt fulgura et voces et tonitrua:
et terre motus factꝰ est magnꝰ qualis
nunq̄ fuit ex quo homines fuerūt sup

terrā: talis terre mot⁹ sic magnus. Et
facta est civitas magna i tres partes:
et civitates gētiū ceciderūt. Et babilon
magna venit i memoriam ante deū:
dare illi calicem vini indignationis
ire eius. Et omnis insula fugit: ⁊ mon-
tes nō sunt inventi. Et grādo magna
sicut talentū descendit de celo in homi-
nes: ⁊ blasphemaverūt homines deum
propter plagam grandinis: quoniā
magna facta est vehementer. c. xvii.

Et venit unus de septē angelis q̄
habebant septem fialas: ⁊ locu-
tus est mecum dicēs. Veni et ostendā
tibi dampnationē meretricis magne q̄
sedet super aquas multas: cū qua forni-
cati sunt reges terre: ⁊ inebriati sunt q̄
inhabitant terram de vino prostitutō-
nis eius. Et abstulit me in spiritu in deser-
tum. Et vidi mulierē sedētem sup besti-
am coccineā: plenā nominibus blas-
phemie: habētem capita septem et cor-
nua decem. Et mulier erat circundata
purpura et coccino et inaurata auro
et lapide p̄cioso ⁊ margaritis: habēs
poculum aureum in manu sua plenū
abominatione ⁊ immūdicia fornica-
tionis eius. Et in frōte eius nomē scri-
ptum mysteriū babilon magna: mater fornica-
tionum et abominationū terre. Et vi-
di mulierem ebriam de sāguine sācto⁊:
et de sāguine martiru ihesu. Et mirat⁹
sum cū viderem illā ammiratione ma-
gna. Et dixit michi angelus. Quare
miraris? ego dicā tibi sacramētū muli-
eris et bestie que portat eam: q̄ habet
capita septē ⁊ cornua decē. Bestia quā
vidisti fuit et nō est: et ascensura est de
abisso ⁊ in interitū ibit: ⁊ mirabuntur
inhabitātes terrā quorū nō sūt scripta
nomina in libro vite a constitutione
mundi videntes bestiam que erat ⁊ nō
est. Et hic est sensus: qui habet sapien-
tiam. Septem capita septem montes
sunt supra quos mulier sedet: ⁊ septē sūt
reges. Quinqȝ ceciderunt: unus ē: et ali-
us nōdum venit. Et cū venerit: opor-
tet illum breve tempus manere. Et be-
stia que erat ⁊ nō est ipa octava est: et
de septem est: Et in interitū vadit. Et
decem cornua que vidisti decem reges
sunt qui regnū nondū acceperunt: sed
potestatem tanq̄ reges una hora ac-
cipient post bestiā. Hij unū consilium
habēt: ⁊ virtutem ⁊ potestatem suā be-
stie tradent. Hij cū agno pugnabunt:
et agnus vincet illos: quoniā domi-
nus dn̄orū est ⁊ rex regum: et qui cū
illo sunt vocati et electi ⁊ fideles. Et di-
xit michi. Aquas q̄s vidisti ubi mere-
trix sedet: ppli sunt ⁊ gentes ⁊ lingue: et
decem cornua q̄ vidisti i bestia hij odi-
ent fornicariā ⁊ desolatā facient illā ⁊
nudam: ⁊ carnes ei⁹ mādurabunt et
ipsam igni concremabunt. Deus enim
dedit in corda eorū ut faciāt qd placi-
tum ē illi: ut dent regnū suū bestie do-
nec cōsummētur verba dei. Et mulier
quā vidisti est civitas magna: que ha-
bet regnum sup reges terre. c. xviii.

Et post hec vidi aliū angelum de-
scendētem de celo habētem pote-
statem magnā: ⁊ terra illuminata est
a gloria eius. Et clamavit i fortitudi-
ne dicens. Cecidit cecidit babilon ma-
gna: ⁊ facta ē habitatio demoniorū:
et custodia omnis spiritus immundi: et
custodia omnis volucris immunde
et odibilis: q̄a de vino ire fornicatio-
nis eius biberunt omnes gentes. Et re-
ges terre cū illa fornicati sunt: ⁊ merca-
tores terre de virtute deliciaꝝ ei⁹ divi-
tes facti sunt. Et audivi aliā vocem de
celo dicentem. Exite de illa ppls me⁹:

et ne participes sitis delictorū eius: et
de plagis eius non accipiatis. Quo-
niam pervenerunt peccata eius usq; ad
celum: ⁊ recordatus est dn̄s iniquitatū
eius. Reddite illi sicut et ipsa reddidit
vobis: et duplicate duplicia scđm ope-
ra eius. In poculo quo miscuit vobis
miscete illi duplū. Quantū glorifica-
vit se et in deliciis fuit: tantum date il-
li tormentū et luctum: quia ī corde suo
dicit. Sedeo regina: ⁊ vidua nō sum:
et luctum nō videbo. Ideo in una die
venient plage eius mors et luctus et
fames: ⁊ igni cōburetur: quia fortis ē
deus qui iudicabit illā. Et flebunt et
plangent se sup illam reges terre q̄ cū
illa fornicati sunt et ī deliciis vixerunt
cum viderint fumū incendii eius: lon-
ge stantes ꝓpter timorem tormentorū
eius dicentes. Ve ve civitas illa ma-
gna babilon, et civitas illa fortis: qm̄
una hora venit iudiciū tuum. Et ne-
gociatores terre flebunt super illam ⁊
lugebūt: qm̄ merces eorū nemo emet
amplius: mercem auri et argenti ⁊ la-
pidis p̄ciosi ⁊ margarite ⁊ bissi ⁊ pur-
pure ⁊ serici et cocci: ⁊ omne lignum thy-
inum: et omnia vasa eboris: ⁊ oīa vasa
de lapide precioso ⁊ eramento et ferro
et marmore: ⁊ cynamomū ⁊ amomū
et odoramentorū et unguenti: ⁊ thuris
et vini et olei et simile et tritici ⁊ iumē-
torum et oviū ⁊ equorū et redarum ⁊
mancipiorū et animaꝝ hominū. Et
poma tua desiderii anime tue discesse-
runt a te: et omnia pinguia ⁊ preclara
perierunt a te: ⁊ amplius illa iam nō
invenient. Mercatores hominū. Qui
divites facti sunt ab ea longe stabūt
propter timorē tormentoꝝ eius: flētes
ac lugentes et dicentes. Ve ve civitas
illa magna: que amicta erat bisso et
purpura et cocco, et deaurata ē auro
et lapide p̄cioso et margaritis: quo-
niam una hora destitute sūt tante di-
vitie. Et omnis gubernator et omnes
qui in lacum navigāt et naute et qui
in mari operantur: lōge steterūt: et cla-
maverunt videntes locum incendii eius
dicētes. Que similis civitati huic ma-
gne? Et miserunt pulverē sup capita
sua: et clamaverūt flentes et lugentes
dicentes. Ve ve civitas illa magna: ī
qua divites facti sūt omnes q̄ habēt
naves in mari de p̄ciis eius: quoniā
una hora desolata est. Exulta super eā
celum et sancti apli et prophete: qm̄ iu-
dicavit deus iudiciū vr̄m de illa. Et
sustulit unus angelus fortis lapidē
q̄si molarem magnū: ⁊ misit ī mare
dicens. Hoc impetu mittetur babilon
civitas illa magna: ⁊ ultra iā nō inve-
nietur. Et vox citharedoꝝ ⁊ musicoꝝ
et tybia canentiū et tuba nō audietꝛ in
te amplius: ⁊ omnis artifex omnisq; ars
nō invenietꝛ in te amplius: et vox mo-
le nō audietꝛ in te āplius. Et lux lucer-
ne nō lucebit ī te amplius: et vox spōsi
et sponse nō audietꝛ adhuc in te: quia
mercatores tui erāt principes terre: quia ī ve-
neficiis tuis erraverūt omnes gētes. Et
ī ea sāguis ꝓphetaꝝ ⁊ sāctoꝝ inventus
ē: ⁊ omniū q̄ interfecti sūt ī terra. xix
Post hec audivi q̄si vocē turbarū
multarū in celo dicentiū alleluia.
Laus et gloria et virtus deo nostro
est: q̄a vera et iusta iudicia sunt eius: q̄
iudicavit de meretrice magna: q̄ corru-
pit terrā in prostitutione sua: et vindi-
cavit sanguinē servoꝝ suoꝝ de manibꝫ
eius. Et iterū dixerunt alleluia. Et fumus
eius ascendit in secla seclorū. Et ceciderūt
seniores viginti quatuor et q̄tuor ani-
malia et adoraverūt deū sedentem sup

thronū: dicētes amen alla. Et vox de
throno exiuit dicens. Laudē dicite deo
nr̄o omēs sancti ei⁹: ⁊ q̄ timetis deū pu-
silli et magni. Et audiui q̄si vocē tube
magne ⁊ sicut vocē aquaꝝ multaꝝ et
sicut vocē tonitruoꝝ magnoꝝ dicētiū
alla: qm̄ regnauit dn̄s deus noster o-
mnipotēs. Gaudeam⁹ ⁊ exultem⁹ ⁊ de-
mus gl̄am ei: quia venerūt nuptie a-
gni: ⁊ vxor ei⁹ p̄parauit se. Et datum ē
illi ut cooperiat se bissinū splendēs can-
didū. Bissinū eni iustificatōnes sunt
sanctoꝝ. Et dixit michi. Scribe. Beati
q̄ ad cenā nuptiaꝝ agni vocati sunt.
Et dixit michi. Hec v̄ba dei vera sūt. Et
cecidi an̄ pedes ei⁹: ut adorarē eū. Et di-
xit michi. Vide ne feceris. Conseruus
tu⁹ sū: ⁊ frm̄ tuoꝝ habentiū testimoniū
ihesu. Deū adora. Testimoniū eni ihe-
su ē spirit⁹ p̄phetie. Et vidi celū apertū:
et ecce equus albus: ⁊ q̄ sedebat sup eū
vocabat̄ fidelis et verax: et cū iusticia
iudicat ⁊ pugnat. Oculi aūt ei⁹ sicut
flāma ignis: et i capite ei⁹ dyademata
multa: habēs nomē scriptum qd̄ nemo
nouit nisi ipe. Et vestit⁹ erat veste asp-
sa sanguine: ⁊ vocabat̄ nomē ei⁹ ver-
bum dei. Et exercit⁹ q̄ sunt i celo seque-
bant̄ eū i equis albis: vestiti bissino al-
bo ⁊ mūdo. Et de ore ei⁹ pcedit gla-
dius ex vtraqꝫ parte acut⁹: ut i ipo per-
cuciat gētes. Et ipe reget eas in virga
ferrea: ⁊ calcat torclar vini furoris ire
dei omnipotētis. Et habet i vestimēto et
in femore suo scriptū: rex regū: et dn̄s
dn̄antiū. Et vidi vnū āgelū stātem i
sole: ⁊ clamauit voce magna dicens
omībꝫ auibꝫ q̄ volā p mediū celi. Ve-
nite et ꝯgregamini ad cenā magnā:
ut manducetis carnes regū ⁊ carnes
tribunorū et carnes fortiū et carnes e-
quoꝝ et sedenciū i ipis: Et carnes omniū
liberoꝝ et s̄uorū ⁊ pusilloꝝ et magno-
rum. Et vidi bestiā et reges t̄re et exerci-
tus eoꝝ cōgregatos ad faciēdū preliū
cū illo q̄ sedebat i equo: ⁊ cū exercitu ei⁹.
Et app̄hensa ē bestia ⁊ cū ea pseudo pro-
pheta et q̄ fecit signa corā ipo q̄bus se-
duxit eos q̄ acceperūt caracterē bestie: ⁊
q̄ adorauerūt ymaginē ei⁹. Viui missi
sunt hij duo i stagnū ignis ardentis
et sulphuris: ⁊ ceteri occisi sunt in gla-
dio sedentis super equum qui proce-
dit de ore ipsius: et omnes aues sa-
turate sunt carnibus eorum. c. xx.
Et vidi āgelū descendētem de celo
habētem clauē abissi: et cathenā
magnā in manu sua. Et apprehendit
draconē serpētem āntiquū q̄ ē dyabol⁹
et sathanas: ⁊ ligauit eū p ānos mille.
Et misit eū in abissum: et clausit et si-
gnauit sup illū: ut nō seducat āplius
gentes donec ꝯsumentur mille āni. Et
post hec oportet illū solui modico tp̄e.
Et vidi sedes: et sederūt sup eas: et iudi-
ciū datū ē illis. Et animas decollatoꝝ
propter testimoniū ihu et p̄pter verbū
dei: et q̄ non adorauerunt bestiā neqꝫ
ymaginē ei⁹: nec acceperūt caracterem
ei⁹ in frōtibꝫ aut in manibꝫ suis: et vi-
xerūt et regnauerūt cū cristo mille ānis.
Ceteri mortuoꝝ nō vixerūt donec ꝯsū-
metur mille āni. Hec ē resurrectio pma.
Beat⁹ et sanct⁹: qui habet partem in re-
surrectione pma. In hijs scd̄a mors
nō habet potestatem: sed erūt sacerdotes
dei ⁊ cristi: et regnabūt cū illo mille an-
nis. Et cū ꝯsūmati fuerit mille āni: sol-
uet̄ sathanas de carcere suo: et exibit
et seducet gentes que sunt super quatu-
or angulos terre gog et magog: ⁊ cō-
gregabit eos in preliū: quoꝝ numer⁹
est sicut arena maris. Et ascenderunt
sup latitudinē terre: ⁊ circuierūt castra

sanctoꝝ et ciuitatē dilectā. Et descendit
ignis a deo de celo et deuorauit eos: ⁊
dyabolus q̄ seducebat eos missus est
in stagnū ignis ⁊ sulphuris: ubi ⁊ be-
stia et pseudo ꝓphete cruciabunt᷑ die
ac nocte ī secla seclorꝫ. Et vidi thronū
magnū candidū ⁊ sedētem sup eum: a
cuius aspectu fugit terra et celū: ⁊ loc⁹
nō est inuentus ab eis. Et vidi mortu-
os magnos et pusillos stātes in con-
spectu throni: ⁊ libri aperti sunt: ⁊ ali⁹
liber apertus ē qui est vite. Et iudicati
sunt mortui ex hiis q̄ scripta erāt in li-
bris: scd̄m opera ipsorū. Et dedit mare
mortuos suos q̄ in eo erant: et mors
et infernus dederunt mortuos suos q̄
in ipsis erant: ⁊ iudicatū ē de singulis
scd̄m opera ipsoꝝ. Et infernus ⁊ mors
missi sūt ī stagnū ignis. Hec ē mors
scd̄a. Et q̄ nō ē inuēt⁹ ī libro vite scri-
pt⁹: miss⁹ ē in stagnū ignis. c.xxi.

Et vidi celū nouum: ⁊ terram no-
uam. Primū enim celū ⁊ pma
terra abiit: ⁊ mare iam nō est. Et ego
iohannes vidi sanctā ciuitatē ihrlm
nouam descendētem de celo. a deo pa-
ratam: sicut spōsam ornatā viro suo.
Et audiui vocē magnā de throno di-
centē. Ecce tabernaclm dei cū homini-
bus: ⁊ habitabit cū eis. Et ipi ppls
eius erunt: ⁊ ipe de⁹ cum eis. erit eorū
deus. Et absterget de⁹ omnē lacrimā
ab oculis eoꝝ: ⁊ mors vltra nō erit ne-
q; luctus neq; clamor neq; dolor erit
vltra: que prima abierūt. Et dixit qui
sedebat ī throno. Ecce noua facio oīa.
Et dixit michi. Scribe: quia hec verba
fidelissima sunt et vera. Et dixit michi.
Factum est. Ego sum alpha et o: inici-
um ⁊ finis. Ego sitienti dabo de fonte
aque viue gratis. Qui vicerit: posside-
bit hec. Et ero illi deus: ⁊ ille erit michi
filius. Timidis aūt et incredulis et ex-
ecratis ⁊ homicidis ⁊ fornicatoribus
et veneficis et ydolatris ⁊ oīmbꝫ men-
dacibus: pars illorū erit in stagno
ardenti igne et sulphure: qd̄ est mors
scd̄a. Et venit vnus de septē angelis
habentibꝫ fialas plenas septē plagis
nouissimis: ⁊ locutus ē mecū dicens.
Veni: et ostendā tibi sponsam vxorē
agni. Et sustulit me in spiritu ī mon-
tem magnū et altū: et ostendit michi
ciuitatem sanctam ihrlm descendētem
de celo: habētem claritatem dei. Et lu-
men eius simile lapidi precioso tāq̄
lapidi iaspidꝭ. sicut cristallū. Et habe-
bat murum magnū et altum haben-
tem portas duodecim: ⁊ in portis an-
gelos duodecim: ⁊ nomina inscripta
que sunt nomina duodecī tribuū fili-
orum israhel. Ab oriente porte tres.
et ab aquilone porte tres: ⁊ ab austro
porte tres. et ab occasu porte tres. Et
murus ciuitatis habens fundamēta
duodecim: et in ipis duodecim noīa
duodecim apostolorum et agni. Et
qui loquebatur mecū habebat mensu-
ram arūdineam aureā: ut metiretur
ciuitatem et portas eius et murū. Et
ciuitas in quadro posita est: et longi-
tudo eius tanta est quāta et latitudo.
Et mensus est ciuitatem de arundine
aurea per stadia duodecim milia: et
longitudo et altitudo et latitudo ei⁹
equalia sunt. Et mensus est muros
eius centum quadragintaquatuor cu-
bitorum: mensura hominis que ē an-
geli. Et erat structura muri eius ex la-
pide iaspide: ipsa vero ciuitas aurū
mundum: simile vitro mundo. Et
fundamenta muri ciuitatis omni la-
pide precioso ornata. Et fundamentū
primum iaspis: secundus saphirus.

tercius calcedonius: quartus smaragdus·
quintus sardonix· sextus sardius: se-
ptimus crisolitus· octauus berillus:
nonus thopazius: decimus crisopras-
sus· undecimus iacinctus· duodeci-
mus ametistus. Et duodecim porte.
duodecim margarite sūt p singulas.
Et singule porte erāt ex singulis mar-
garitis: et platea ciuitatis aurū mun-
dum: tanq̄ vitrū pluciduum. Et templū
non vidi in ea. Dominus enī deus o-
mnipotens templū illius ē: et agnus.
Et ciuitas nō eget sole neq; luna: ut
luceant in ea. Nam claritas dei illu-
minabit eam: et lucerna eius est agnus.
Et ambulabūt gentes ī lumine eius: et
reges terre afferent glām suā et hono-
rem ī illam. Et porte eius nō claudētur
per noctem. Nox enim nō erit illic: et af-
ferent gloriā et honorem gentiū ī illā;
nō intrabit ī eā aliqd coīquatū aut
abominationē faciēs et mēdaciū: nisi
q̄ scripti sūt ī libro vite agni. c. xxii.
Et ostendit michi fluuiū aque vi-
ue splendidum tanq̄ cristallū:
procedētem de sede dei et agni. In me-
dio platee eius et ex utraq; parte flumi-
nis lignū vite afferēs fructus duodeci:
per menses singulos reddēs fructū suū:
et folia ligni ad sanitatē gentiū. Et o-
mne maledictū nō erit amplius: sed se-
des dei et agni ī illa erūt: et servi eius servi-
ent illi. Et videbūt faciē eius: et nomē eius
in frontibus eorum. Et nox ultra nō erit: et
nō egebunt lumine lucerne neq; lumi-
ne solis: qm̄ dn̄s deus illuminabit il-
los: et regnabūt in secla seclorū. Et di-
xit michi. Hec v̄ba fidelissima sūt et ve-
ra. Et dn̄s deus spirituū pphetarū misit
angelū suū: ostendere servis suis que o-
portet fieri cito. Et ecce venio velociter.
Beatus q̄ custodit verba prophetie libri
huius. Et ego iohannes q̄ audiui et
vidi hec. Et postq̄ audissem et vidissē
cecidi ut adorarē ante pedes angeli
qui michi hec ostendebat. Et dixit mi-
chi. Vide ne feceris. Conservus enim
tuus sum et fratrū tuorū prophetarū:
et eorū qui servant verba prophetie li-
bri huius. Deum adora. Et dixit mi-
chi. Ne signaueris verba prophetie li-
bri huius. Tempus enim ppe est. Qui no-
cet noceat adhuc: et qui in sordibus ē
sordescat adhuc. Et q̄ iustus ē iustifi-
cetur adhuc: et sanctus sanctificetur adhuc.
Ecce venio cito: et merces mea mecū ē:
reddere unicuiq; scd̄m opera sua. Ego
sum alpha et o: primus et nouissimus:
principium et finis. Beati q̄ lauant
stolas suas in sanguine agni: ut sit
potestas eorū in ligno vite: et p portas
intrent ciuitatem. Foris autem canes
et venefici et impudici et homicide et y-
dolis servientes: et omnis qui amat
et facit mendacium. Ego ihesus misi
angelum meum testificari vobis hec
in ecclesiis. Ego sum radix et genus et
dauid: stella splendida et matutina.
Et spiritus et sponsa dicunt veni. Et
qui audit: dicat veni. Et qui sitit ve-
niat: et qui vult accipiat aquam vi-
te gratis. Contestor ego omni au-
dienti verba prophetie libri huius.
Si quis apposuerit ad hec· apponet
deus super illum plagas scriptas in
libro isto: et si quis diminuerit de
verbis libri prophetie huius· aufe-
ret deus partem eius de libro vite et
de ciuitate sancta: et de hiis que scri-
pta sunt in libro isto. Dicit qui te-
stimonium perhibet istorum. Etiam.
Venio cito amen. Veni domine ihe-
su. Gratia dn̄i nr̄i ihesu cristi cū omni-
bus vobis amē. Explicit apocalipsis.